John Adams
Library,

IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.

SHELF No.
ADAMS
No. 1
v. 2

AETERNITAS
P. OVIDII NASONIS
OPERVM
TOMVS
SECVNDVS.
I. Goeree Delin.
I. van Vianen fecit

PUBLII
OVIDII NASONIS
METAMORPHOSEON
LIBRI XV.

CUM INTEGRIS

JACOBI CONSTANTII FANENSIS,

HENRICI LORITII GLAREANI,

JACOBI MICYLLI, HERCULIS CIOFANI,

DANIELIS ET NICOLAI HEINSIORUM,

ET EXCERPTIS ALIORUM

NOTIS,

QUIBUS ET SUAS ADNOTATIONES

ADIECIT

PETRUS BURMANNUS.

TOM. II.

AMSTELODAMI,

APUD R. & J. WETSTENIOS, & G. SMITH.

M. D. C. C. XXVII.

ADAMS 70.1
no.2

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBRI XV.

NASONIS EPIGRAMMA.

ORba parente ſuo quicumque volumina tangis,
His ſaltem veſtrâ detur in urbe locus.
Quoque magis faveas, non ſunt haec edita ab illo,
Sed quaſi de Domini funere rapta ſui.
Quidquid in his igitur vitii rude carmen habebit,
Emendaturus, ſi licuiſſet, erat.

METAMORPHOSEON

SERIES COMPENDIOSA,

EX

GUILIELMI CANTERI

NOVARUM LECTIONUM

LIBRO I. CAP. XX.

EXistimo equidem multis, cum Ovidii Transformationes legunt, idem quod mihi saepe, contingere: ut perpetuam illam & nunquam interruptam narrationum tam variarum connexionem satis mirari nequeant: quodque in hoc Opere Poëta tam convenienter proposito suo, à prima mundi origine ad sua usque tempora, perpetuum carmen artificiosissime deducat. Quae quidem res ita me semper delectavit, ut temperare mihi tandem non potuerim, quin, Opere toto semel pervoluto, ordinis rationem per singulas fabellas considerarem, atque adeo totum Opus quasi in Epitomen quandam redigerem: ut quam ex partibus singulis olim voluptatem ceperam, eam post è toto poëmate breviter sub oculos posito, longe pleniorem perciperem: & poëtae ingenium ut in aliis rebus multis, ita in hac praecipuè non vulgare fuisse deprenderem. Hujus porro voluptatis fructum ut cum aliis etiam, nec invitis fortasse, communicemus; visum est hoc loco Transformationes Ovidii, quam brevissime fieri potuit, excerptas, Lectori, tanquam in tabella, spectandas proponere: earumque methodum omnem velut digito commonstrare. Ea vero talis est.

LIBER I. *Principio Chaos in elementa quatuor distinguitur, quibus cum sui darentur singulis incolae; homo ex terra & aqua creatus est. Secutae sunt aetates hominum quatuor. In quarum postrema de Gigantum sanguine nati sunt homines. Qui cum essent impii, Jupiter, quamvis antea Lycaonem in lupum mutarat, generali nihilominus supplicio diluvium inducens, omnia in aquam convertit. Hic soli relinquuntur superstites, Deucalion & Pyrrha. Qui post redditam terram, jactis post terga lapidibus, humanum repararunt genus. Nam reliqua quidem animalia sponte sua ex humore & calore prodierunt. In his etiam Pytho serpens. Quem cum Apollo interemisset, Pythios ludos in rei memoriam instituit, quibus victores esculea corona donabantur. nondum enim extiterat laurus, donec in eam Daphne puella fuit conversa. Quod cum accidisset, tum ad patrem ejus Peneum, reliquis fluviis, sive congratulandi, sive etiam consolandi gratia congregatis solus desideratus est Inachus, quod de filia Ione sollicitus esset, quam Jupiter post stuprum in juvencam commutarat. Ea cum ab Argo custodiretur, hunc Mercurius, narrata prius Nymphae Syringis in arundinem Transformatione, occidit.*

cujus oculi deinde à Junone in pavonem collati fuerunt. Tum Iō priſtina mulieris forma recepta, Epaphum parit.

Lib. II. *Qui cum aliquando Phaëthonti Apollinem, ut falſum ac ſuppoſititium patrem, objeciſſet, ille currûs Solaris imperium ad diem unum à patre in pignus verae ſtirpis petiit. Quo impetrato, terra ab eo tota accenditur, & inter cetera nigreſcunt Aethiopes. Phaethontem deinde fulmine percuſſum dum lugent ſorores, & una cognatus Cygnus; illae in arbores, hic in cygnum mutatur. Tum Jupiter luſtrato terrarum orbe, ac priſtino vigori reſtituto, in Calliſtonem incidit, eamque ſumpta Dianae forma ſtupravit. Ob id irata Juno, Calliſtonem in urſam convertit: quam poſtea Arcas filius transfixurus fuerat, niſi utrumque Jupiter inter ſidera retuliſſet. Qua de re cum apud Oceanum Juno conqueſta eſſet, in coelum relata fuit humeris pavonum, qui nuper variati fuerant: ſicut & Corvus nuper ex albo niger erat redditus, cum Cornicis monitis, quae illi tum ſuam in cornicem, tum Nyctimenes in noctuam mutationem explicarat, non obtemperaſſet: verum audacter Coronidis adulterium ad Apollinem detuliſſet. Ejus deinde filio, Aeſculapio, dum futura praedicit Ocyroë; in equam irâ divinâ vertitur. Tum Chiron pater Apollinis auxilium fruſtra invocavit: quod ille jam in Elide paſtor factus, aliud ageret, neglectis etiam bubus. Id quod Mercurio furandi occaſionem dedit. qui deinde, Batti, (is erat ſolus furti conſcius) perfidiâ ſe commutando deprehenſâ, ipſum in indicem lapidem convertit. Inde in Atticam ingreſſus, Herſe, Cecropis filiâ, potitur. Cui dum invidet ſoror Aglaurus, in ſaxum obrigeſcit. Poſtea Jupiter, cum ipſum boves Agenoris ad litus advertere juſſiſſet, ſumpta tauri ſpecie, Europam per mare in Cretam transvexit.*

Lib. III. *Hic Agenor Cadmum jubet filiam amiſſam inveſtigare. Quod dum ille facit, è dentibus draconis occiſi ſatis, enaſcuntur homines: cum quibus ille deinde Thebas condidit. Huic primum valide luctuoſa fuit nepotis Actaeonis in cervum mutati dilaceratio: quamvis Junoni grata fuerit, quae Semelen pellicem oderat. Ideoque ad ipſam facie Beroës nutricis accedens, mortem illi procuravit. Paulo poſt Jupiter cum Junone diſputans, utra ſit Venus ſuavior, Tireſiam adhibet arbitrum: quandoquidem ſexum utrumque fuerat expertus. Is lata contra Junonem ſententia, ab illa quidem viſu privatus, à Jove autem vaticinandi ſcientiam conſecutus eſt. Primum ejus oraculum in Narciſſo comprobatum fuit: qui cum puellas omnes, inter quas & Echo prae amoris impatientia in vocem fuerat converſa, contemſiſſet; ſui ipſius denique amore contabeſcens, flos factus eſt. Penthcus tamen vatem hunc irridebat, quamquam & ipſi vera praedixerat. Nam, cum Bacchi celebrarentur Orgia, ille famulum quendam ſacrorum, poſtquam nautas in piſces fuiſſe transformatos intellexerat, in vincula conjecit: atque inde à Bacchis fuit diſcerptus. id quod magnam apud omnes fidem ſacris conciliavit.*

Lib. IV. *Alcathoë tamen, una cum ſororibus, conſtanter ea contemnebat. Sic ut feſto die varias ad colum hiſtorias illae inter ſe narrare coeperint, partim de moris denigratis, partim de Apolline in Eurynomen verſo, ut cum Leucothöe concumberet: quamobrem Clytie zelotypa in heliotropium mutata: partim etiam de Hermaphrodito & Salmacide nympha, in unum corpus concretis. Quo facto, ſorores ipſae in veſpertiliones, earumque telae in vitem & pampinos transformatae ſunt. Hac de re cum Agave laetaretur, magnus ei dolor oblatus eſt: cum Ino & Athamas in mare per inſaniam profiluerunt, factique ſunt dii marini. Quos dum mulieres Thebanae pro mortuis deplorant, in ſaxa & volucres commutantur. Cadmus quoque hac calamitate commotus, relictis Thebis, in Illyriam cum uxore profectus eſt. ubi uterque anguineam formam accepit. Solus ergo reſtabat de Bacchi contemptoribus Acriſius, avus Perſei,*

qui

qui Gorgonis caput amputavit, e cujus guttis in terram delapsis angues exorti sunt: & Atlantem in montem, virgasque, post Andromedam liberatam, in lapides convertit. Orto deinde in nuptiis tumultu, Phineum cum suis, unaque Proetum & Polydecten, saxeos reddidit.

Lib. V. *Tum Pallas, quae hactenus comes fuerat, ipso relicto, in Heliconem se confert, ut Hypocrenen inspiciat. Ibi narrant illi Musae de Pyreneo, & Pieridibus in picas conversis; postquam, cantu de variis transformationibus instituto, cum ipsis contendissent.*

Lib. VI. *Quo exemplo mota Dea, anum se fecit. Itaque inito cum Arachne texendi certamine, postquam utriusque tela varias transformationes repraesentavit, ipsam in araneam mutavit. Nihil tamen hoc Nioben movit, quo minus amissis liberis in saxum obdurescerat. Quo quidem cognito, vulgus Lycios rusticos in ranas à Diana versos, & Marsyam ab Apolline excoriatum, in memoriam revocavit. Cumque ad consolandos Thebanos urbes finitimae convenissent, soli defuerunt Athenienses: quoniam à Tereo Rege infestabantur. Qui deinde stuprata Philomela, in upupam transformatus fuit: quemadmodum & Philomela in luscinium, ac Procne in hirundinem. Quae res Pandioni socero intellecta, mortem attulit. Huic in regno successit Erechtheus. è cujus filia Orithyia, Boreas Calain procreavit & Zethen. Qui in Argonautarum numero quondam fuerunt; cum Jason, seminatis serpentis dentibus, è quibus homines armati prodierunt, & dracone sopito, vellus aureum retulit.*

Lib. VII. *Is postquam domum cum Medea rediit, Aesoni illa juventutem reddidit. Eandemque Peliae pollicita, praemisso arietis in agnum reformati specimine, dolo eum occidit. Inde per varia loca multis insignia tranformationibus delata, post occisos liberos, Aegeo nupsit. Contra hunc postea bellum movit Minos; collectis undique copiis: ut & è Paro. Quam cum Arne quondam prodidisset, in monedulam fuerat conversa. At Aeacus ab Aegeo stetit, & ad eum Myrmidones suos, è formicis ortos, auxilio misit, duce Cephalo: qui olim uxorem suam, mutata sibi forma, in adulterium pellexerat, canemque suum simul cum vulpe in saxa converti viderat.*

Lib. VIII. *Minos interim Alcathoën obsidet. qua capta, Nisus in haliaeetum & Scylla in cirin fuere translati. Hinc in Cretam ille reversus est, ubi Minotaurus labyrintho erat inclusus. quem cum Theseus de medio sustulisset, cum Ariadne in patriam rediturus, eam in itinere dereliquit. Tunc eam Bacchus assumpsit, ejusque coronam inter sidera collocavit. Icarus vero, cum ex insula conaretur post patrem evolare, submersus est: ejusque exsequias celebrantem patrem vidit perdix, è Talo nuper transformata. Theseus interea cum valde celebris jam esset, ad aprum Calydonium, cujus interfectore sublato, sorores ejus in Meleagrides aves mutatae sunt, fuit convocatus. Inde ad Acheloum divertitur, & Echinades insulas conspicit, in quas Naiades erant conversae. Quod ita fieri potuisse Lelex, primum Baucidis & Philemonis probat exemplo, qui in arbores fuerint commutati: sicut & domus ipsorum in templum, ac pagus ipse in stagnum. Achelous deinde Protei & Mestrae transformationes adjicit, ac suas denique, quibus usus quondam fuerat, cum ipsum premeret Hercules, gratia Deianirae.*

Lib. IX. *Haec illi postea vestem misit, qua periit (postquam Lichas in scopulum fuit translatus) & in coelum traductus est. Tum Alcmena ad Iolen se contulit: eique Galanthidem in mustelam, & illa vicissim sororem suam in arborem conversam narravit. Interim supervenit ipsis Iolaus, reparata per Heben juventute. Id quod non posse omnibus contingere, Jupiter Aeaci exemplo docet. Hunc fugiens Miletus, in Asiam discessit, & Byblidem procreavit atque Caunum: cujus illa desiderio tabefacta, in fontem*

periit. Quae quidem res magis mira cunctis visa fuisset ; nisi paulo ante Iphis, ipso nuptiarum die, virilem sexum accepisset.

Lib. X. *His porro nuptiis qui interfuerat Hymenaeus, ad Orpheum inde se contulit, sed malo omine. quandoquidem mox obiit Eurydice, & postea secundò. Cum quidem non aliter obstupuit Orpheus, quam qui Cerbero conspecto saxeus est effectus. Postea cum in monte quodam varias transformationes lyra exprimeret, accurrerunt arbores omnes, & inter ceteras pinus ex Aty, & cupressus è Cyparisso mutata.*

Lib. XI. *Hinc Thraciae mulieres cum illum discerpsissent, in arbores mutatae sunt. Tum Bacchus è Thracia recessit, & Midae pro Sileno restituto auri copiam fecit. cujus cum illum poeniteret, in Pactolo lotus, arenas ejus aureas reddidit. Postea Phoebus pro iniquo judicio aures illi asininas tribuit. Quo facto, Trojae moenia, humanam indutus formam, exstruxit. Hanc urbem postquam cepit Hercules, Hesionam Telamoni uxorem dedit : quandoquidem Peleus jam Thetidem post multas ejus transformationes duxerat : & ad Ceycem postea profectus, Daedalionem in accipitrem, & lupum in lapidem conversum, partim intellexerat, partim ipse viderat. Accidit deinde, ut Alcyone, marito post naufragium sub Morphei figura secundum quietem conspecto, in avem, sicut & maritus, mutaretur. Quos in aëre volantes cum animadvertissent quidam, Aesacum quondam in mergum, qui tum forte aderat, meminere transformatum.*

Lib. XII. *Huic tum Priamus pater, tanquam mortuo, exequias fecit una cum filiis. excepto tamen Paride, qui in Graeciam profectus erat : quemque deinde persecuti Graeci, draconem Aulide lapideum viderunt redditum. Inde Cycnus ab Achille occisus in avem vertitur. cum invulnerabilis fuisset. ut & Caenis olim in Caeneum, post in avem, commutata. Quod cum narrasset Nestor, Periclymeni quoque transformationes adjunxit.*

Lib. XIII. *Neptunus deinde Achilli mortem procurat. De cujus armis Ajax & Ulixes post mortem contendunt. Ajace vero hac de caussa mortuo, sanguis ejus in hyacinthum vertitur. Capta jam Troja, Hecuba fit canis. Cujus infortunium cum dii omnes deplorarent, Aurora sola Memnonem duntaxat, avem jam factum, lugebat. Aeneas porro profugus ad Anium, cujus filiae in columbas erant conversae, aliaque deinceps loca transformationibus clara, delatus est. In Latium denique ut venit, bellum cum Turno suscepit.*

Lib. XIV. *Is cum per Venulum peteret auxilium à Diomede, cujus socii in aves fuerant mutati, repulsam tulit ; redeunte Venula per ea loca, in quibus pastor quondam in oleastrum erat conversus. Postea naves Aeneae in proelio Nymphae fiunt. Sicut & Ardea, post occisum Turnum, avis. atque Aeneas ipse, Indiges. Successerunt huic Reges alii. Quorum inter ceteros sub Proca floruit Pomona. quam cum amaret Vertumnus, sumpta primum anus forma, & Anaxaretes in saxum conversae exemplo usurpato : deinde rursum juvenis factus, voto potitur. Inde sub Numitore aquae frigidae redduntur calidae. Cui qui successit, Romulus, factus est Quirinus ; ejusque uxor. Ora dea.*

Lib. XV. *Secutus est Numa : qui cum de originibus Crotonis inquireret, nigros calculos quondam in albos fuisse commutatos comperit. & Pythagoram de perpetuis rerum transformationibus disputantem audivit. Mortuum deinde Numam deflens Aegeria, nec Hippolyti, qui suas ipsi conversiones proponebat, consolationem admittens, in fontem liquescit. Id quod non minus fuit mirandum, quam quod Romuli lancea arbor, aut Cippus factus est cornutus. Julius Caesar denique in stellam post obitum commutatus fuit.*

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER PRIMUS.

IN nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora. Dî coeptis (nam vos mutâſtis & illas)

Ad-

METAMORPHOSEωN.] Quod primum quidam cavillantur, contendentes, non *Metamorphoſeos*, ſed *Metamorphoſeon* opus inſcribi debere, ne refellendum quidem videtur, cum omnia & vetuſta & nova exemplaria, in quibus *Metamorphoſeos* legitur, manifeſtum faciant omnibus recto ſanoque judicio praeditis, *Metamorphoſin* unitatis numero ab Ovidio fuiſſe inſcriptam. At multi *Metamorphoſeon* ſcriptores Graeci fuerunt. Quaſi vero quiſquam id neget, ac non cuique vel leviter Graecis literis imbuto, paſſim legere ſit ſaltem apud Stephanum, auctores quoſdam citari in primo vel ſecundo Metamorphoſeon. Sed Ovidius vanam iſtam obſervationem neglexit, totumque opus, in quo transmutationes deſcribuntur, non aliter *Metamorphoſin* inſcripſit, quam Salluſtius *hiſtoriam*, Virgilius *culicem*, Quintilianus *inſtitutionem oratoriam*, & Plinius *naturalem hiſtoriam*. Id verò Quintiliani quoque noſtri auctoritate facile comprobatur, qui in quarto Inſtitutionis Oratoriae volumine ita ſcribit. *Illa verò frigida & puerilis eſt in ſcholis affectatio, ut ipſe tranſitus efficiat aliquam utique ſententiam, & hujus velut praeſtigiae plauſum petat, ut Ovidius laſcivire in Metamorphoſi ſolet, quem tamen excuſare neceſſitas poteſt, res diverſiſſimas in ſpeciem unius corporis colligentem.* Quid? quòd Ovidius ipſe alibi id approbare videtur, cùm inquit. *Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae.* Ac ſi diceret, *Metamorphoſeos*. Nam *metamorphoſis* ad verbum, formae mutatio interpretatur. REGIUS. Epigraphe eſt, ſive Titulus operis, continens generalem propoſitionem totius argumenti. Significat enim μεταμόρφωσις Graecè, idem quod Latinis *transformatio*: ducta voce à Graeco verbo, μεταμορφοῦσθαι, quod Latinè *transformari*, aliamque figuram ac faciem induere ſignificat. Deſcribit enim in his libris Ovidius pleraſque transformationes cùm rerum tum perſonarum, quae jam inde ab initio mundi uſque ad ipſius tempora accidiſſe fabulis traduntur. Quo quidem opere exemplum Parthenii Chii poëtae imitatus dicitur, qui idem argumentum jam antea Graeco poëmate tractaſſe fertur. Sic & Virgilius, Homerum, Heſiodum, & Theocritum: Horatius, Pindarum: Valerius, Apollonium, itemque alii alios imitati ſunt. Tanta autem hujus operis gratia etiam apud Graecos fuit, ut idem ex Latino ſermone in ſuum verſibus tranſtulerint. Neque ullum ferè poëma invenias, quod tanta facilitate fluat, adeo ut dum ingenio ſuo Poëta indulget, ſibique ipſe habenas permittit, à multis eam ob rem nimiae etiam laſciviae notetur. Nam de eruditione quid attinet dicere? quae tanta, tamque varia & abſtruſa in his libris eſt, ut multa in iiſdem loca ne à doctiſſimis quidem hactenus explicata, aut etiam intellecta ſatis fuerint, omninoque Delio quodam, ut proverbio dicitur, natatore indigeant. Sed haec hactenus. Diſputant autem quidam, utrum ſingulari numero *Metamorphoſis* Ovidii, dicendum ſit, perinde ut *Thebais* Statii, *Aeneis* Virgilii &c. an verò pluraliter libri *Metamorphoſeωn*, Graecorum more, apud quos eodem numero ac modo quidam citantur: quando non una eademque de re in hoc opere, ſed de multis ac variis mutationibus tractatur. Atque ego quoque in ea ſententia ſum, ut poſteriorem titulum non minus quam priorem probem. Sed tamen quia veterum exemplorum ſcriptura, quam Regius allegat, deinde & Fabii autoritas repugnat, apud quem lib. IV. ſingulari caſu, *Ovidii Metamorphoſis* dicitur, cùm de toto opere intelligatur, priorum editionum inſcriptionem retinuimus. Nam quod idem Regius hos verſus ex tertio Triſtium, allegat:

Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae,
Carmina de domini funere rapta ſui.

Huic contra opponi poterat, quod apud eundem poëtam in primo Triſtium legitur:

Carmina mutatas hominum dicentia formas,
Infelix domini quod fuga rupit opus.

Et quòd Plinius libros ſuos, *Hiſtoriam naturalem*: Virgilius item *Culicem*, ſingulari numero inſcripſit: ei rurſum opponitur, quod idem Virgilius alios libros *Georgica*, Flaccus ſuos *Argonautica*, Ovidius quoſdam *Halieutica*, eodemque modo

alii

Adſpirate meis. primàque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

FAB.

alii alia inſcripſerunt. Sed hanc rem aliorum judicio diſceptandam relinquemus. MICYLLUS. Valet, uti par eſt, plurimum Fabii autoritas; qui l. IV. *Inſtitut.* cap. I. *Metamorphoſeos* mentionem facit in ſingulari. Apulei epigraphe etiam ſingularis eſt, ut quae ſui ipſius unica & ſingularis Metamorphoſis. Virgilii *Aeneis*, Statii *Thebais* & *Achilleis* efferuntur item ſingularia; ut quae unius perſonae, aut uno in loco geſta referant. Praevalent tamen, tum in opere ipſo multifariae transformationes, ut *Metamorphoſeis* in multitudinis numero inſcribatur opus; tum Graecorum exemplum, quos ſibi Noſter, concinnatis potius illorum rhapſodiis, quàm compilatis ſcriniis, imitandos ſumſit. Namque Parthenius poëta Chius, cujus unicus, quod ſcio, ſupereſt verſus ab A. Gellio citatus l. 13. cap. 25. ejuſdem argumenti opus inſcripſit plurale. Suum item Antoninus Liberalis Μεταμορφώσεων Συναγωγὴν, ut &, quos ipſe citat, Nicander Ἑτεροιούμενα, Didymarchus Μεταμορφώσεων βίβλους, Antigonus Ἀλλοιώσεις, Corinna Ἑτεροίων βίβλους, Planudes denique Graecam ſuam poëtae noſtri verſionem inſcripſit Μεταμορφώσεις. Quin & MSS. quorum mihi uſum indulſit benignitas clariſſimi atqui Eruditiſſimi Viri Domini Rogeri Twiſden, Equitis Aurati & Baroneti, titulum praeferunt pluralem. FARNABIUS. METAMORPHOSEON LIBER PRIMUS. Nihil verius hac lectione, quam optimus liber Berneggerianus, alter codicum ſplendiſſimi Equitis ac Baroneti Rogerii Twiſden, & Patavinus Sancti Joannis in Viridario agnoſcunt, ſub finem quoque voluminis ex Balthaſaris Moreti V. Cl. codicibus unus, & initio libri ſeptimi Mediceus primae notae ſic exhibebant. Neque aliter Graeca horum librorum Metaphraſis Planudae. Reliqui METAMORPHOSEOS, perperam: uti Farnabius quoque jam vidit. Genuina hujus poëmatis inſcriptio extat apud Senecam patrem Epitome Controverſ. lib. III. cap. VII. & apud filium in Apocolocyntoſi, apud Tertullianum quoque adverſus Valentinianos, Fulgentium libro II. Mythologici, Servium frequenter & paſſim apud Priſcianum. quanquam apud hunc contracte nonnunquam *Metam.* vel *Metamorph.* exaratum occurrit, quomodo & bis apud Probum. apud Servium lib. XII. Aeneid. mendoſe legitur de Apolline, *Ipſe in Ovidii Metamorphoſi ait, Inventum medicina meum eſt*, cum *Metamorphoſiſi* ſit ſcribendum Graeca enuntiatione. idem ad verſ. 10. Eclog. v. *ſic Ovidius in Metamorphoſeon libris*, ubi agit de Phyllide in Amygdalum tranformata, quam tamen fabulam Ovidius in Metamorphoſeon libris non eſt proſecutus. Apud Quintilianum etiam lib. IV. cap. I. Inſtitutionum Oratoriarum, in vulgatis exemplaribus male *Metamorphoſis* pro *Metamorphoſes* hoc poëma inſcribitur. & apud D. Hieronymum Comment. in caput II. Jonae *legant quindecim libros Naſonis Metamorphoſeos* mendoſe in codicibus editis. Ad Graecorum quippe exemplum Μεταμορφώσεων titulum huic operi Naſo praefixit. Calliſthenis Μεταμορφώσεις à Plutarcho citantur in Parallelis. Male apud Apoſtolium in Αἰγιεῖου πέδημα, legitur Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ Μεταμορφώσεως, pro Μεταμορφώσεων. Citat & Partheniî Μεταμορφώσεις Euſtathius Scholiis in Dionyſium Periergeten; & Theodori idem Plutarchus in Parallelis cap. XXII. cum Stobaeo; Didymarchi Antoninus Liberalis narratione XXIII. qui & ipſe opus ſuum, quod etiamnum extat, Μεταμορφώσεων Συναγωγὴν nuncupavit. Ejuſdem argumenti fuerunt Nicandri Ἑτεροιούμενα, Corinnae Ἑτεροίων βιβλοῖ, Antigoni Ἀλλοιώσεις, quarum idem Antoninus aliique meminerunt, ut jam ex parte à Farnabio eſt obſervatum. Sed & Apuleji Mileſiaca *Metamorphoſeos* vel *Metamorphoſeon* titulo vetuſti codices & ſcriptores ex antiquis nonnulli laudant. ego poſteriorem tamen titulum genuinum puto. nam quanquam una transformationum Magicarum illic prae caeteris principatum tenet, tamen complures eo in opere recenſentur. Quid quod Apulejus ibi Lucium Jatrenſem ſibi imitandum propoſuit? qui libros ejuſdem argumenti Μεταμορφώσεων λόγους, teſte Photii Bibliotheca inſcripſerat. HEINS. apud Quinctil. lib. IV. I. in Bernenſi codice erat, *ut Ovidius laſcivire in Metamorphoſiſin ſolet.* unde fruſtra inde praeſidium petitur.

1. *In nova fert animus, &c.*] Si ullus unquam poëtarum dignum factis ſuis encomium habuit, atque inde etiam nomen, certe hic poëta merito ingenioſus dicetur: quod ipſe de ſe fateri non dubitavit: *Ingenio perii Naſo poëta meo.* at hunc quidam exponentes nimis ingenioſi & ipſi videri volunt: ut qui hoc loco Ovidium Graece orſum affirmant ἐννέα φέρι ἀνέμος. Mira vero ſubtilitas, & quae requirat ſudantem philoſophum. magis ad rem erat, quod alii admonuerunt, hypallagen hic eſſe, cum dicit, formas mutatas in nova corpora, pro corpora in novas formas, atque adeo alluſionem eſſe ad nomen ipſum Μεταμόρφωσιν. GLAREANUS. Mos eſt poëtarum non Epicorum ſolùm, proponere, invocare, ac narrare; ſed illorum quoque, qui elegiacis verſibus conſcripſerunt, ut videre licet in Faſtis Ovidii. Ac praeterea Statius, qui cùm lyrico carmine vellet ludere, Pindarum poëtam, qui in hoc carminis genere viguit, invocavit. Ait enim lib. IV. Silv. VII. 5.

Tuque regnator Lyricae cohortis,
Da novi paullum mihi jura plectri,
Si tuas cantu Latio ſacravi
Pindare Thebas.

Sciendum

FAB. I. ARGUMENTUM.

Chaos in Species.

Chaos, ut Hesiodus [a] *indicat volumine, quod deorum originem continet, fuit* [b] *in initio quaedam rerum confusio, quae postea* [c] *in suas species distributa est,* [d] *ita ut* [e] *levissima corporum, aether igneus, &* [f] *infra hunc aër frigidus, ceteraque sidera sublimem* [g] *peterent*

Sciendum etiam est, à poëtis non tantum Deos, Musasve, &, ut dixi, Poëtas invocari solitos fuisse, sed Principes quoque, ac magnos viros, ad quos opus mittebant: ut ex Ovidio in eo, quod proximè nominavi, volumine, & ex Manilio, Nicandro, atque Oppiano perspicuè patet. CIOFANUS.

1. *Fert animus.*] Ita Lucanus: 1. 67.

Fert animus causas tantarum expromere rerum.

CIOFANUS. explicat Scholiastes Horatii ad Epod. v. 3. per *vult*, ad illa verba, *Quid iste fert tumultus*, haec Ovidii laudans.

1. *Mutatas formas.*] Hic formas mutatas dicit: at alibi corpora ipsa mutata in formas. Ejus verba sunt:

Dictaque sunt nobis, quamvis manus ultima coepto
Defuit, in facies corpora versa novas.

CIOFANUS. *Fallitur Regius*, qui ait hoc dictum esse per *Hypallagen. Corpora mutata in novas formas*, sic enim ipse 2. Trist. *in facies corpora versa novas.* Quam Hypallagen si admisisset modo, vel etiam advertisset Scaliger Hypercritico. 7. c. non licenter adeò atque infeliciter operis hujus principium, ob brevitatem puram ac scitam laudatum prius, locutionis deinde inusitatae damnâsset, neque pro laudato hoc Ovidii districho bono obtrusisset nobis pentastichon malum & suum (consulto & eleganter à poëta factum judicat Ger. Vossius, ut, qui de corporum conversione esset dicturus, à verborum conversione auspicaretur.) Nec immiti aeque censura, syllabam *mu* iteratam rosisset, quae compositio veteribus poëtis, iisque majorum gentium, usque adeo non displicuit, ut etiam in deliciis fuerit, obtinueritque inter schemata locum, Parecbasis nuncupata. *Et illas*, inquit idem Scal. *& quid aliud?* Non aliud certè, quam ab iratâ Critica impactum fugillum supercilioso Censori, qui Causalem à Copulativa non discreverit. Habet enim Conjunctio *&* vim Emphaticam in Aetiologia Invocationis. q. d. *Dii* (*nam &* i. etiam, *vos mutastis illas*) *aspirate coeptis meis.* Jamdudum explosa est ab eruditis Interpretatio ab ordine illo; *Nam mutastis vos & illas.* Quo quidem modo, inquit Raphaël Regius, sensus ex eleganti insulsus redditur; peritque universa Emphaseos gratia. Ineptum utique foret & supervacuum, quando vox ista *illas* includat etiam ipsas Deorum mutatas formas. FARNABIUS. Hypallagen esse, sed studio ab Ovidio in initio positam, quia de conversione acturus eleganter etiam verborum conversionem fecit, docet Vossius lib. IV. Instit. Orat. cap. ult. in fine. sed & sine Hypallage recte explicari posset, cum *Forma* saepe pro ipso homine capiatur, sic *formas & figuras* dici docuimus ad Quinctil. Decl. XV. 2. sic Noster 1. Trist. 7.

Carmina mutatas hominum dicentia formas.

& 1 Trist. 1.

Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae

& alibi; & ita *formae deorum, ferarum* &c. pro ipsis diis, feris. vide D. Heinf. & Drakenb. ad Sil. Ital. XV. 86. BURMANNUS.

2. *Nam vos mutastis & illas.*] Codex Palatinus antiquissimus, & veterrimae schedae Leodicenses, *nam Di mutastis*, concinnâ & nervosâ, si quid video, repetitione. neque aliter in optimo Berneggeriano & uno Hamburgensi à manu primâ fuerat exaratum. mox, pro *Ante mare & terras*, unus Mediceus, recentior quidem ille, sed ex veteri, quod passim apparebat, descriptus, longe elegantius, *Ante mare & tellus*, nempe unus erat vultus. eamque scripturam Carolus Vivianus in praestantissimo codice à se deprehensam fuisse asseverat. sic Art. Amator. lib. II. 468.

Unaque erant facies sidera, terra, fretum.

Fastor. lib. 1. 106.

Ignis, aquae, tellus, unus acervus erant.

ut & hic fortassis *unus erant vultus* sit scribendum. infra tellurem, mare, & coelum uno quoque versu est complexus, 257.

Quo mare, quo tellus, correptaque regia coeli.
Ardeat. HEINSIUS.

Vos pro *di* contra mutavit Heinsius. lib. XIII. 597. *vos mutastis easdem* quidam codices. Francius volebat, *nam vos mutastis in illa*, vel *namque has m. in illa.*

3. *Primaque ab orgine mundi.*] Sic & alibi:

Pauca, quibus primâ surgens ab origine mundi
In tua deduxi tempora Caesar opus.

Virgilius lib. II. Georg.

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem
Crediderim.

Lucretius lib. III.

Implexis ita principiis ab origine prima
Inter se fiunt consorti praedita vita.

Et V.

Sed pariter prima concepta ab origine mundi.

Ibidem:

Atque ita res mundi cecidere ab origine prima.

Propertius lib. III.

terent partem [h] *universa: per quae solis splendor ac* [i] *lunae vagaretur: gravissima autem, humus, liquorque, in ima parte* [k] *subsiderent.*

5 ANte, mare & tellus, &, quod tegit omnia, coelum,
Unus erat toto Naturae vultus in orbe,
Quem dixêre Chaos; rudis indigestaque moles;
Nec quidquam, nisi pondus iners; congestaque eodem

Non

Nunc tibi, si qua tenes ab origine dicere prima
Incipiam.

Lucanus:

At simul à prima descendit origine mundi
Caussarum series: atque omnia fata laborant.

CIOFANUS.

4. *Perpetuum carmen.*] Horat. 1. Od. 7.

Sunt quibus unum opus est intactae Palladis arces
Carmine perpetuo celebrare.

Male *continuum* hic quidam codices. sic *perpetua oratio*, *Historia* & similia passim obvia.

4. *Deducite.*] Vid. ad 1. Amor. XIV. 7.

Argumentum.] Contulimus haec argumenta cum Editionib. Parmensi 1496. & Lugdunensi 1518. Coloniens. 1556. a Gyberto Longolio curatâ, qui Micyllianam fere sequitur. & Frelloniana, sive Vincentiana (eaedem enim sunt) Ann. 1568. a Raenerio curata, quam semper fere Plantinus, plerumque Daniel Heinsius, praesertim a lib. IV. quia ibi deficiunt Giselini emendationes, quantum quidem mihi ad manum fuere, est secutus. diversa vero longe sunt Argumenta, & interpolata, quae Bersmannus praefixit. Nos Munckerianum sequimur. BURMAN.

[a] *Indicat volumine.*] *In volumine* Edd. omnes, sed antiquus ille codex a Nob. Heinsio cum editis collatus, non haec tantum, sed & crebro admodum aliis in locis praepositionem illam omittit. Ceterum in eodem codice annexa huic narrationi ista visebantur: *Ex terra cum omnia generata sint, variarumque rerum mater reperiatur, tum humanum genus, quod cuncta vinceret, Prometheus Iapeti filius, ut idem Hesiodus ostendit, ex humo finxit, cui Minerva spiritum infudit. Saecula etiam dicata Varronis auctoritate vertuntur: quoniam aureum in deterius argenteum, & post in aeneum, ac postea, quod Orpheium antedictis est, in ferreum cessit.* Sed illa glossatoris alicujus proculdubio sunt, non Lanctantii. Certe in Veneta separata à reliquis visuntur. Non tam stultus est hic scriptor, ut videri possit bis idem narrasse. Quae ista lacinia continet, invenies in sequentibus multo politius relata. MUNKERUS. in Parmensi habetur prima pars ad *spiritum infudit*, praeterea erat, *omniumque rerum mater, ut humanum genus cuncta vincat: deinde hominem ex humo finxit.* In aliis deerant omnia haec, nisi quod Raeneriana confuderit cum Argumento Fab. II. ut mox videbimus. praeterea in Editionibus antiquis & Raeneriana legitur, *ut Hesiodi volumen.* BURMANNUS.

[b] *In initio.*] *Fuit mutua rerum c.* Micyll. *quaedam* deest Heinsianae & Micyll. Ed.

[c] *In suas species distributa.*] *Distincta & distributa*, Micyllus.

[d] *Ita ut.*] *Ita* deest antiq. Edd. & Raener.

[e] *Levissima corporum.*] *Levissimum*, Micyllus.

[f] *Infra hunc.*] *Huic infra*, Colon.

[g] *Partem peterent.*] *In sublimi parte paterent*, Lugd. Raener.

[h] *Universa.*] Deest omnibus Editt. forte legendum, *universi, per quam.*

[i] *Ac Lunae.*] *Ac lumen*, Micyllus.

[k] *Subsiderent.*] *Subsederunt*, Colon.

5. *Ante mare.*] Versus Hesiodi, de quibus hic meminit Regius, sunt in Theogonia. hi videlicet.

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.

Fuit autem haec communium antiquorum ac sapientum opinio, ut mundum initium habuisse, & à Deo creatum dicerent: non, ut Aristoteli videbatur, ab aeterno extitisse. Hinc & Aristophanes comicus in Avibus, quanquam ludens, inquit:

Χάος ἦν καὶ νὺξ ἐρεβός τε μέλαν καὶ τάρταρος εὐρύς.
Γῆ δ', οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν.

Ac verisimile est, semper fuisse inter Patres certas quasdam sententias, de Deo, de Creatione mundi, de Diluvio, & similibus rebus ac mutationibus gravioribus, quas à primis hominibus acceptas, posteri quasi per manus alii aliis tradiderunt. Atque ita has à Judaeis primum ad Aegyptios, mox ab Aegyptiis ad Graecos, atque inde ad alias gentes permanasse. Quibus posteriora saecula & homines, quique à primis remotiores fuere, ita subinde alia atque alia affinxerunt, donec res ipsas totas videri fabulosas, factum est. MICYLLUS.

6. *Unus erat toto Naturae vultus in orbe.*] De hoc alibi:

Prima fuit rerum confusa sine ordine moles:
Unaque erat facies sidera, terra, fretum.
Mox coelum impositum est terris, humus aequore
cincta est:
Inque suas partes cessit inane chaos.

CIOFANUS. in Scholiaste inedito Senecae Tragici ad Thyest. 832. qui servatur in bibliotheca Ultrajectina, legebatur, *primo naturae*, quod non invenustum videtur. BURMANNUS.

7. *Quem dixere Chaos.*] Relativum positum inter nomina diversorum generum frequenter apud oratores

Non bene junctarum discordia semina rerum.
Nullus adhuc mundo praebebat lumina Titan;
Nec nova crescendo reparabat cornua Phoebe;
Nec circumfuso pendebat in aëre tellus
Ponderibus librata suis: nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Quâque

tores cum sequente conformatur. Cicero, *Studium, quae philosophia dicitur.* Salustius, *Est locus in carcere, quod Tullianum dicitur.* Poëta autem videtur aurem potius secutus. sonat enim nescio quomodo festivius, *Quem dixere Chaos.* quam si legerimus, *Quod dixere Chaos.* tale est Virgilii, *Haec finis Priami*, &, *Quem das finem rex magne laborum.* ut apud Aul. Gellium lib. 13. c. 20. oppido eleganter exponit Probus Valerianus. GLAREANUS.

8. *Congestaque eodem.*] Quidam codices, *in unum.* quod ex Glossa putem esse. sic apud Virgil. IX. v. 689. *glomerantur eodem*, quidam codd. *in unum*, quod improbat recte Pierius. HEINSIUS.

9. *Discordia.*] Forte, *dissortia.* vide ad Epistolam I. Sabini. HEINSIUS.

10. *Nullus.*] Id est, *non.* CIOFANUS.

10. *Titan.*] Versus Hesiodi sunt.

Θείᾳ δ' ἠέλιόν τε μέγαν λαμπράν τε σελήνην,
Ἠῶ θ', ἣ πάντεσσιν ἐπιχθονίοισι φαείνει,
Ἀθανάτοις τε θεοῖς, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι,
Γείνατ' ὑπεννηθεῖσ' ὑπερίονος ἐν φιλότητι.

Ceterùm alii solem, peculiari nomine, *Titanem* dici volunt, sive ab extendendo, quod splendorem ac lumen suum quoquo versum extendit, sive etiam à trahendo, (nam utrunque verbum τεταίνειν Graecis significat) quoniam vapores è terra excitet, sursumque trahat. MICYLLUS. Sol dictus est autem Titan, quòd radios in toto terrarum orbe *extendat.* CIOFANUS.

11. *Reparabat cornua Phoebe.*] In lib. Abbatis legitur non, *Reparabat*, sed, *Renovabat.* utrumque rectè. Siquidem hanc Tibullus comprobat lectionem: lib. IV. I. 113.

Centum fecundos Titan renovaverat annos.

Nihil tamen muto. Hoc idem alibi significavit hisce verbis:

Luna resumebat decimo nova lumina motu.

CIOFANUS. In uno Ciofani erat *renovabat.* male. Petronius in Catalect. Scal. p. 234

Mox Phoebus ad ortus
Lustrata devectus humo, Lunaeque senectus,
Et reparatus honos.

Ita lego, male, *dejectus* in vulgatis, ibid. p. 240.

Fraternas reparet per caelum libera flammas.

Horat. IV. Od. 7.

Damna tamen celeres reparant caelestia Lunae

Avien. Descr. Orb.

Ut ter Luna prius reparet facis incrementa.

Nemesian. Cyneget.

Jam cum bis denos Phaebe reparaverit ortus.

HEINSIUS. *renovare* posset defendi ex illis, quae habet Gronov. Diatr. Stat. cap. 36. nam eodem redeunt haec duo verba, quae saepe a librariis commutantur inter se: vide. Heins. ad Claud. Bell. Get. 438. & infr. hoc lib. 363. BURMNANUS.

12. *Nec circumfuso pendebat in aëre tellus.*] Eodem propè modo loquitur poëtarum cultissimus Tibullus IV. I. 151.

Nam circumfuso consistit in aëre tellus.

M. Tullius lib. II. De Nat. Deorum: *Terra circumfusa hac innabili natura, cui nomen est aër.* Idem lib. VI. de Rep. *Omnis enim terra, quae colitur vobis, angusta verticibus, lateribus, parva quaedam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris; qui tamen, tanto nomine, quàm sit parvus, vides.* Manilius lib. I.

Ultima subsedit glomerato pondere tellus.

Ibidem:

Quòd nisi librato penderet pondere tellus,
Non ageret cursus mundi subeuntibus astris
Phoebus ad occasum, & numquam remearet ad ortum.

Qua de re ipse alibi sic ait:

Terra pilae similis nullo fulcimine nixa,
Aëre subjecto tam grave pendet onus.
Ipsa volubilitas libratum sustinet orbem,
Quique premat partes angulus omnis abest.
Cumque sit in medio rerum regione locata,
Et tangat nullum plusve minusve latus:
Ni convexa foret, parti vicinior esset,
Nec medium terrae mundus haberet onus.

CIOFANUS.

13. *Ponderibus librata suis.*] Ita loquitur eloquentissimus Cicero lib. V. Tusc. disput. *Inde*, inquit, *est indagatio nata initiorum, & tamquam seminum, unde essent omnia orta, generata, concreta: Quaeque cujus generis vel inanimi, vel animati, vel muti, vel loquentis origo, quae vita, quis interitus: quaeque ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio; unde terra, & quibus librata ponderibus; quibus cavernis maria sustineantur, & quae sequuntur.* Et Livius lib. VII. *Omnia librata ponderibus figerentur.* IDEM. *Libranda* quidam codices, sed non opus. Jul. Solinus in Catalectis. p. 246.

Resedit
Ponderibus librata suis.

Liv. XX. c. X. *Gravior & ipso pondere libra-*

Quâque fuit tellus, illic & pontus & aër:
Sic erat inſtabilis tellus, innabilis unda,
Lucis egens aër; nulli ſua forma manebat.
Obſtabatque aliis aliud: quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.

Hanc

tior ictus erat. Auctor Elegiae in obitum Maecenatis:

Tellus levis oſſa teneto,
Pendula librato pondus & ipſa tuum.

vide Schol. Statii ad Lib. III. Theb. v. 35. HEINSIUS.

14. *Margine terrarum.*] *Riparum* unus. HEINS.

14. *Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.*] *Margo*, inquit Regius, eſt incerti generis nomen. Cariſius verò lib. I. Inſtitut. Grammat. ubi hunc Ovidii locum citat, ait eſſe generis maſculini. Ejus verba ſunt: *Margo feminino genere, ut Virgo, imago, Carthago. &c. quae ante o habent* i. Idemque & Aemilius Macer ait:

—— *Fluviorum margine ſumma.*

Et Rabirius extulit:

—— *Idaeos ſumma cum margine colles.*

Inveniuntur tamen ex eadem forma maſculina, *uligo*, & *farrago*. Quare apud auctores margo maſculino quoque dicitur genere, ut apud Ovidium, *brachia longo Margine:* & frequenter Varro in Libb. rerum ruſticarum. CIOFANUS. vid. Barth. XXI. adv. I.

14. *Amphitrite.*] Vivianus in ſuis, *Amphitrites* legi notat, ut & v. Faſt. 731. & hic plurimi ſcripti. HEINSIUS.

15. *Quâque erat & tellus.*] Verſus hi elementorum confuſionem priſtinam ſignantes, ita confuſe a pleriſque omnibus exponebantur, ut mihi non de Chao ipſo loqui videretur poëta, ſed in ipſo potius Chao immergi atque obſcurari. Ceterum nos ſollicitius ſenſum inquirentes indagantesque, hunc locum ita emendamus, Porphyrionis Horatiani interpretis clariſſimi auctoritate admoniti, carmen hoc ita citantis:

Quaque fuit tellus; illic & pontus, ut aër:
Sic erat inſtabilis tellus, innabilis unda.

Hic enim ſenſus eſt, ex quo, priuſquam elementa digeſta eſſent, tellus diffuſa ſparſaque jacebat, & pro libidine quaqua verſum extendebatur, inſtabilis erat, quia in centro non quieſcebat, ad quem ingenio ſuo ſemper cupit devolvi. Nec non quia in aëre ſedebat, aqua natari haud ſane poterat, cum ſolido corpori minime adjaceret. Phyſica enim ratione natari aquae non valerent, niſi denſo ſolidoque adhaererent. Hic ergo ordo ſit: *Tellus quaque fuit*, id eſt, quaqua verſum diſperſa eſt & diffuſa, fiatque pauſa, ac ſuſpendatur oratio, demum inferatur: *illic & pontus* ſupple, *fuit*, *ut* pro *ubi* aer, *erat* ſubaudiendum; propter quae tellus erat inſtabilis, undaque innabilis. *Ut* ergo pro *ubi* hoc in loco accipiendum. ſic enim legit Porphyrio illud Horatianum in tertio Odarum enarrans:

Utcunque mecum vos eritis,

pro *ubicunque.* Haec enim particula, *ut* pro *ubi* ſaepius apud veteres ponebatur; quod etiam annotavit Diomedes. Virg. in quinto Aeneid. *caeſis ut forte juvencis.* JACOB A CRUCE. Quidam legunt, *Quaque fuit tellus.* Porphyrio autem etiam, *illic & pontus ut aether.* ut ſit ſenſus, Illic erat pontus ubi aether. quoniam & apud Horatium eodem modo, *Ut*, pro Ubi legatur, ut libro tertio carm. Ode quarta: *Utcunque mecum, vos eritis,* Pro, ubicunque. Sed de hac lectione alii viderint. Ego verò in poſteriore parte verſus nihil video, cur quicquam immutandum ſit. In priore autem, quoniam copulativa &, otioſè poni videtur, ſiquis *fuit*, magis quam *erat*, ſublata conjunctone & legendum contendat, non valde equidem repugnabo. MICYLLUS. Porphyrio Flacci enarrator lib. 3. carm. Ode 4. hunc locum ita legit, *Illic & pontus, ut aer.* exponitque, *ut*, pro ubi. ſicut Horatium conſtat dixiſſe,

Utcunque mecum vos eritis,

Pro ubicumque: ſed mihi non placet ejus expoſitio. illud &, quod praecedit *tellus*, magis turbat lectorem, cum conjunctio copulativa *que* praeceſſerit. verum haec nimis anxia videri queunt. GLAREANUS. Obertus Giſanius, vir in primis eruditus, qui hanc damnat lectionem, errat. lib. IV. Eleg. VII. Triſt.

Vita procul patria peragenda ſub axe Boreo eſt,
Qua maris Euxini terra ſiniſtra jacet.

Qua autem valet qua in parte, ubi. ſic & Livius lib. IV. *Anxur fuit, qua nunc Tarracinae ſunt, urbs prona in paludes.* Salluſtius, citat Nonius: *Cis Rhenum, atque inter mare noſtrum, & Oceanum, niſi qua fuit paludibus invia, perdomita.* CIOFANUS. Mirifice hic turbant libri veteres: quorum nonnulli, *Ut qua erat & tellus.* alii itidem ex vetuſtioribus, *Quaque erat tellus.* alii aliter. quas lectiones piget adſcribere, quod plures ſint, nec magnae rei. In quibuſdam, *Utque erat & tellus:* quod Giſanio arridebat ex quatuor ſcriptis, in Indice Lucretiano pag. 485. & in Suſpectis Lectionibus Gaſpari Scioppio: non itidem mihi, qui ſequor lectionem unius Medicei ex optimo exemplari.

Hanc Deus & melior litem Natura diremit:
Nam coelo terras, & terris abſcidit undas,
Et liquidum ſpiſſo ſecrevit ab aëre coelum.
Quae poſtquam evolvit, caecoque exemit acervo,
Diſſociata locis concordi pace ligavit.
Ignea convexi vis & ſine pondere coeli

Emi-

plari deſcripti, *Quaque fuit tellus.* neque aliter ex Porphyrione Jacobus à Cruce. nam *erat* verſu proxime ſequenti minus concinne iteraretur. ni ſcriptum fuerat a Naſone: *Quoque ierat tellus.* Heinsius. Cum Porphyrio hunc locum adducat ad Horatii lib. III. Od. 4. ut probet a Poetis ſaepe particulam *ut* poni pro *ubi*, neceſſario hoc in verſu illa legi debet, & ex ejus ſententia locus ita conſtitutus:

Quaque fuit tellus illic & pontus, ut aër:

Ut Jacobus à Cruce legit, & in antiquis quibuſdam Horatii editionibus, ut Veneta anni 1498. Badiana 1519. & aliis exhibetur. & certe ſaepe *ut* pro *ubi* apud Naſonem occurrit. ut II. 86. IV. 71. vid. Ach. Stat. ad. Catull. XI. ſed quis, quaeſo, inde ſenſus exiſtet? qui talis eſſe deberet, quo loco fuit tellus, illic & mare, ubi aër. Quare puto illam Porphyrionis notam ad aliam lectionem, quae in Francofurtenſi & optimo quoque codice reperitur, reſpicere, *Ut qua erat & tellus, illic & pontus & aër.* Unde Giphanius & Scioppius fecerunt. *Utque erat.* ſed & hoc durius videtur, ita *ut* ſequente *quia* poni pro *ubi.* praeſertim cum proximo verſu ſequatur *ſic*, quando ſemper ſimilitudinem infert, & *quemadmodum* ſignificat. ut mox v. 45.

Utque duae dextra &c.

Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem.

Vſ. 370.

Ut nondum liquidas, ſic jam vada nota ſecantes.

Vſ. 404.

Ut quaedam, ſic non manifeſta videri,

lib. XIV. 509.

Ut non Cygnorum, ſic albis proxima Cygnis,

& alibi. quare erraſſe Porphyrionem in explicanda illa particula puto, & forte legendum foret:

Utque fuit tellus illic, ubi pontus & aër,
Sic erat &c.

Hoc ſenſu, quemadmodum omnia erant inter ſe mixta, nec ſeparata, ſed ubi tellus erat, ibi & mare & aër, ſic etiam nihil proprium cuique parti, nec terra ſtabilis, nec nabilis unda, nec aër lucidus, ſed omnia inter ſe confuſa. Burm.

18. *Quia corpore in uno.*] *Quod* legit Gebh. lib. I. Crepund. cap. 6. *corpora* erat in Berneggeriano codice.

21. *Hanc Deus, & melior litem Natura diremit.*] Copulam, & expoſitivam puto, atque poſitam, pro *id eſt.* veteres enim Deum naturam vocabant. unde Seneca, *Nihil aliud*, inquit, *eſt natura, quàm Deus, & divina quaedam ratio toti mundo & partibus ejus inſerta.* Glareanus. Quae ab Ovidio dicitur *melior Natura?* Laërtius Caroſus Medicus ex Amatrice, vir tum judicio ſingulari, tum ingenio praeſtanti, à me interrogatus ita reſpondit: *Duplex eſt natura, ut docet Peripateticorum princeps Ariſtoteles* II. *phyſic. Materia & forma, ex quibus omnia naturalia componuntur: Forma verò cum ſit actus & perfectio rei; & materia ſit potentia, atque actus ipſe ſimpliciter ſit perfectior potentia: Ideò forma eſt magis natura, & perfectior, quàm materia: licet ambae ad naturalium rerum compoſitionem tamquam cauſſae concurrant. Igitur per meliorem naturam, formam, quae perfectior & melior eſt natura, quam materia, phyſicè locum explanans intelligo.* Haec vir ille inſigniter eruditus. quae mihi probantur maximè. Ciofanus. *Meliorem naturam* explicare quoque conatus eſt Franc. Luiſinus Parerg. lib. III. cap. 39. quae eadem eſt, qui Deus, ut deterior, quae principium motus & quietis in plantis, & ceteris animantibus. ceterum imitatus hic Ovidius videtur Apollon. lib. I. Arg. 496. qui Orphea ita ceciniſſe dicit:

Ἠείδειν δ' ὡς γαῖα καὶ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα
Τὸ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι μιῇ συναρήροτα μορφῇ,
Νείκεος ἐξ ὀλοοῖο διεκρίθεν ἀμφὶς ἕκαστα.

Ubi Scholiaſtes haec ex Empedoclis diſciplina hauſta docet. Burmannus.

22. *Abſcidit.*] Horat. I. Od. 3.

Nequicquam deus abſcidit
Prudens oceano diſſociabilis
Terras.

Ut legit celeberrimus Bentlejus, quem ibi operae pretium erit videre.

23. *Et liquidum ſpiſſo ſecrevit ab aethere coelum.*] Ariſtoteles lib. I. de Coelo, Coelum aſſeverat *aetera* dici ἀπὸ τὸ ἀεὶ θέειν, quod perpetuo currat, Anaxagoram autem non recte dicere ἀπὸ τὸ αἴθειν, quod eſt ardere. quanquam primo libro Μετεωρῶν idem dicat, Anaxagoram *aethera* pro igne accepiſſe. Ceterum Ovidius caelum aliquando pro orbibus coeleſtibus accipit, aliquando pro toto illo, quod ſupra aquam ac terram eſt. ita aethera quoque aliquando pro igne, aliquando pro coelo; ſicut enim veteres locutos videbat, ita varie ipſe, ut ſuus poëtis mos eſt, loquitur. Glareanus.

23. *Ab aethere coelum.*] Sic eſt in Abb. & Ald. male:

Emicuit, ſummâque locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aër illi levitate, locoque:
Denſior his tellus, elementaque grandia traxit;
Et preſſa eſt gravitate ſui. circumfluus humor
Ultima poſſedit, ſolidumque coërcuit orbem.

Fab. II. Argumentum.

Terra in varias perſonas.

[a] *Separata* [b] *erat terra* [c] *à ceteris elementis, ſed homo nondum natus, ipſius terrae futurus cultor ac dominus. Itaque Prometheus Iapeti filius terram* [d] *imbre mollivit, & ex hac hominem ad Dei ſimilitudinem ac imaginem finxit,* [e] *cui facies non prona,* [f] *ut cetera animalia, eſſet in terram, ſed coelum ſpectaret erecta.*

Sic ubi diſpoſitam, quisquis fuit ille Deorum,
Congeriem ſecuit, ſectamque in membra redegit;
Principio terram, ne non aequalis ab omni

Parte

malè: legendum *ab aëre.* ex lib. mei, Farn. Ern. & Capranic. auctoritate & ratione. Hunc autem locum ſic expreſſit B. Zanchius lib. 1. De horto Sophiae. *Et Deus obſcuro ſecrevit ab aëre coelum.* Ciofanus. vid. lib. II. 532.

26. *Ignea convexi vis, &c.*] De hoc, more ſuo, luculenter alibi:

Lucidus hic aër, & quae tria corpora reſtant,
Ignis, aqua, & tellus unus acervus erat.
Ut ſemel haec rerum ſeceſſit lite ſuarum,
Inque novas abiit maſſa ſoluta domos:
Altum flamma petit: propior locus aëra cepit.
Sederunt medio terra fretumque loco.

Et:

Poſt Chaos, ut primùm data ſunt tria corpora mundo,
Inque novas ſpecies omne receſſit opus:
Pondere terra ſuo ſubſedit, & aequora traxit,
At coelum levitas in loca ſumma tulit.

Idem.

27. *Locum ſibi legit:*] *Fecit* Florentinus & tres alii; non male, ſed vulgatam firmat locus ex lib. XII. 42.

Summaque domum ſibi legit in arce.

29. *Denſior his tellus &c.*] Subeſt hic quoque ſenſus occultior, & quem pauci agnoſcunt. per *elementa grandia* nos alluvionem materialem intelligimus, quae hyle Graece dicitur, cujus Macrobius, Diogenes, & Servius meminerunt, in qua fex eſt elementorum omnium, id eſt, ignis ſordidior, aër, aqua & terra, ſordidiora. Tellus ergo a poëta grandia elementa traxiſſe ideo memoratur, quatenus in eam ſordes & excrementa elementorum confluxerunt. cui noſtrae ſententiae Lucretius his verſibus blanditur & adſtipulatur.

Sic igitur terrae concreto corpore pondus
Conſtitit, atque omnis mundi quaſi limus in imum
Confluxit gravis, & ſubſedit funditus, ut fex.

Elementa ergo grandia principia corpulenta materiaſque fecoſas accipe, quae undique ad imam tellurem gravemque defluxerunt. elementa namque pro ſeminibus & principiis apud eundem Lucretium invenire eſt, ut hoc carmine:

Omnia enim magis haec è levibus atque rotundis,
Seminibus multoque minoribus ſunt elementis.

Jacobus a Cruce.

29. *Elementaque grandia traxit.*] Hunc locum aemulatus eſt Claudianus lib. 1. de Raptu Proſerp. *In medium graviora cadunt.* Ubi ita ait Janus Parrhaſius: *Thales Mileſius orbem terrarum medium ſtatuit: ignem Philolaus, quòd is omnium auctor extiterit. Thaletem ſequitur, & Ovidium Claudianus.* Ovidius:

Denſior his tellus, elementaque grandia traxit,
Et preſſa eſt gravitate ſui.

Nam quae *graviora* Claud. appellat, *elementa grandia* dixit Ovidius. *Utrumque ſignificat illa corpora, quae maximè bruta ſunt, & ad terrae naturam quam proximè accedunt.* Ciofanus.

30. *Gravitate ſui.*] *Sua* in Cantabrigienſi & Viginti aliis. eadem varietas Epiſt. XVII. 52. Infr. II. 783. IV. 653. VI. 440. & alibi ſaepius.

31. *Ultima.*] Extima. ſic lib. V. de Mauritania loquens:

— *Ultima tellus Rege ſub hoc, & pontus erat.*

& Catul. eodem ſenſu dixit, *Ultima Britannia.* Ciofanus.

[a] *Separata.*] Haec ad verbum ſcripſi ex v. poſita ante verſum 76. quo loco item poſuerunt eadem non admodum variata Hervagius, & Birckm.

At

35 Parte foret, magni ſpeciem glomeravit in orbis.
Tum freta diffundi, rabidisque tumeſcere ventis
Juſſit, & ambitae circumdare litora terrae.
Addidit & fontes, Immenſaque ſtagna, lacusque;

Flumi-

At in cap. primae fabulae argumento appenſa erant haec. *Ex terra cùm omnia generata ſint; variarumque rerum mater reperiatur; tum humanum genus, quod cuncta vinceret, Prometheus Iapeti filius, ut idem Heſiodus oſtendit, ex humo finxit: cui Minerva ſpiritum infudit.* Idem verò calamo paulo recentiore in eodem cap. repetitur ad verſum 34. his verbis: *Cùm omnium, quae oneroſae ſunt, rerum mater reperiatur terra, tum humanum genus, quod cuncta.... Prometheus Iapeti filius, ut idem Heſiodus oſtendit, ex humo finxit: eique Minerva ſpiritum immiſit.* Eademque etiam repetit v. ad eundem verſ. 34. ſed lituris plane immerſa. Judicabunt ii, quibus alia continget videre exemplaria, an duo ſtatuenda ſint argumenta: & ſi unum; utrum verius: item illud; quam rectè *melior natura* à Luctatio intelligatur Minerva. Giselin.

b *Erat terra.*] *Jam terra erat.* Micyll. Heinſ. *Terra, ex qua omnia generata ſunt, quaeque rerum omnium mater reperitur, ſeparata erat a ceteris elementis. Homo autem ipſius terrae f. c. a d. nondum natus erat. Itaque P. J. F. ut idem Heſiodus oſtendit, hominem ex humo hymbri mollita finxit, cui Minerva ſpiritum immiſit. Ejus autem facies n. p. u. ceterorum animalium: non terram, ſed coelum ſpectabat erecta.* Raeneriana.

c *A caeteris.*] MS. *à cunctis.* Verum alterum eſt in omnibus editis. Munker.

d *Imbre mollivit.*] *Imbri* Micyll. *imbre madefecit* Colon.

e *Cui facies.*] *Cujus* Micyll. Heinſ. Colon.

f *Ut cetera animalia.*] Ita & MS. & Veneta. Raenerius & Micyllus, *ut ceterorum animalium.* Giſelinus, *ut ceteris animalibus.* Fruſtra, opinor. Non enim facies tantum ceterorum animalium, ſed & ipſa prona dicuntur. Notum eſt illud Salluſt. Catil. cap. 1. *Ne vitam ſilentio tranſeant, veluti pecora, quae natura prona, atque ventri obedientia finxit.* Lactant Lib. de Opific. Dei cap. 8. *Ut quia nulla his immortalitatis exſpectatio eſt, toto corpore in humum projecta, ventri pabuloque ſervirent.* Schol. Horat. in lib. 1. Epiſt. 4. PORCUM. *In ventrem pronum, corpori inſervientem.* Anthropomorphitae ſunt pagani. Diis ſuis, ut hominibus, rationem & figuram corporis erectam tribuunt. Lactant. modo laudatus de Vero Cultu lib. VI. cap. 2. *Diis ſuis non coeleſtem ſenſum, ſed humanum potius attribuunt: ideoque illis neceſſaria & grata eſſe creduni, quae nobis* &c. Artemidorus de Somnis lib. II. cap. 48. Φαίνονται δὲ οἱ θεοὶ ἐν ἀνθρώπων εἴδεσί τε καὶ μορφῇ, ἐπειδὴ νενομίκαμεν ἀυτοὺς τὰ εἴδη ἡμῖν ἐοικέναι. Rectè Junilius Epiſc. Afric. Comment. in Geneſ. pag. 32. Ed. Baſ. *Non ergo ſecundum corpus, ſed ſecundum intellectum mentis, ad imaginem Dei creatus eſt homo: quanquam & in ipſo corpore quandam proprietatem habeat, quae hoc indicet, quod erecta ſtatura factus eſt: ut hoc ipſo admoneretur, non eſſe ſibi terrena ſectanda, velut pecora, quorum voluptas omnis ex terrâ eſt: unde in alvum cuncta prona atque proſtrata ſunt.* Munker. *ut ceterorum animalium eſſet: non terram.* Micyll. *ut ceteris animalibus* Heinſ. *ut cetera animalia eſſent: non terram.* Parm. *ut ceterorum animalium eſt in terram, ſed ita facta ut coelum ſpectet.* Colon.

32. *Diſpoſitam.*] Regius unus, *compoſitam.* quod verbum certum ordinem, ornatum & elegantiam notare docui ad Petron. 67. & ad Noſtri lib. 1. Art. 160. & inde Graecis Κόσμος, Latinis *mundus* dictus eſt. neque, ſi ita legas, opus erit cum Pontano ὕστερον πρότερον ſtatuere. Burmannus.

36. *Tum freta diffudit.*] *Diffundi* rectius Urbinas & Langermannianus libri, ut ad *Tò juſſit* referatur. ſic paulo poſt:

Juſſit & extendi campos.

Neque aliter Lactantius agnoviſſe videtur libro II. Divinarum Inſtitutionum cap. v. hoc ipſo allato loco. *Terris autem maria circumfundi, flumina ſempiterno lapſu fluere praecepit, juſſit & extendi campos* &c. Heinsius.

36. *Rapidis.*] MSS. *rabidis*; probo: ita enim & *inſani venti* dicuntur. Claudian. Feſcenn. 83. ex MS. *rabidi tacete chori.* Senec. Thyeſte. 361. *aut ſaevo rabidus freto ventoſi ſinus Adriae.* Ut ibi codices: & Agamem. 484. ex veteri Codice *rabidus corus.* Idem. *Rabidis* recepimus. ſed non eodem modo apud Valer. Flac. I. 591. eam vocem pati poſſumus, ubi ad ſecundas ſuas in Ovidium curas Heinſius remittit. Burmannus

37. *Et ambitae circumdare litora terrae.*] Liber Caeleſt. *brachia terrae.* Eruditiſſimus vir, Germanus Valens, in ſuis in Virg. Comment. putat hoc loco in voce, *Ambitae*, ineſſe mendum. Ego eum falli exiſtimo. Ut enim *auditus* participium ab audio, ſic *ambitus* producta media ſyllaba dicitur. Cùm autem haec poſt quadriennium ſcripſiſſem, hunc ipſum locum ita etiam à Priſciano lib. XI. lectum & enarratum eſſe repperi. Ciofanus. producit mediam ſyllabam Ovidius, contra, atque in reliquis a verbo *eo* compoſitis obſervatur. vide Germanum ad Virgil. VI. 758. qui ſuſpectum de mendo habet loeum; ſed contra quem graviter Voſſius lib. II. Art. Gramm. cap. 18. inſurgit,

Fluminaque obliquis cinxit declivia ripis:
Quae diverſa locis partim ſorbentur ab ipſâ;
In mare perveniunt partim, campoque recepta
Liberioris aquae, pro ripis litora pulſant.
Juſſit & extendi campos, ſubſidere valles.
Fronde tegi ſilvas, lapidoſos ſurgere montes.
Utque duae dextrâ coelum, totidemque ſiniſtrâ
Parte ſecant Zonae, quinta eſt ardentior illis;
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura Dei: totidemque plagae tellure premuntur.

Qua-

git, & ex Priſciano & aliis oſtendit operoſe, ideo hoc participium diſcedere a communi canone, quia eſt ex *ambe* & *itus* unde coaleſcentibus ſyllabis *ambitus* fiat: quae tamen ratio ſi valida eſſet, idem modus obſervari deberet in *ambitus*, *ambitio* & *ambitioſus*; ubi ſecus obſervatur. quare haec potius uſu & pronuntiandi conſuetudine fuiſſe uſurpata, quam certa ratione credimus. vid. Schurtzfleeſch. T. II. Epiſt. 327. Rader. ad Curt. IV. 2. 9. ceterum non alium eſſe locum, qui hujus ſyllabae modum doceat, ut Voſſius putat, niſi hunc, error eſt. nam & Naſo inf. lib. XV. 287. dixit.

Fluctibus ambitae fuerant Antiſſa Pharosque,

& ita etiam Valer. Flac. V. 621.

Ambitumque ſenem.

Quae loca, & etiam alia recentiorum Poëtarum a Barthio quoque animadverſa poſtea deprehendi ad Claudian. lib. I. in Rufin. ℣. 180. vid. eum ad Guilielm. Briton. lib. X. 699. BURM.

38. *Et Stagna immenſa.*] Numeroſior eſt lectio codicum Moreti, Medicei & unius Heinſii, *immenſaque ſtagna.*

39. *Cinxit.*] Mallem *ſtrinxit*, ſi per membranas liceret. HEINSIUS. *declinia* etiam codex Menardi.

41. *In mare perveniunt.*] *Proveniunt* edidit Longolius. ſed in marg. *perveniunt.* Elegantior tamen mihi videtur lectio Francof codicis, *conveniunt*, cui addita gloſſa, *id eſt cum aliis fluminibus.* ſic II. Triſt. 285.

Cum quaedam ſpatietur in hac, ut amator eâdem
Conveniat, quare porticus ulla patet!

Inf. lib. VII. 666.

Ad regem Cephalus, ſimul & Pallante creati,
Conveniunt.

Quinct. II. Inſt. 2. *diſciplinae ſeveritate, convenientium ad ſe mores adſtringat.* Apud Veget de Art. Veter. II. 39. *duae venae a capite ſummo deſcendunt, & conveniunt ſe ſub maxillis.* qui *convenire ſe* dixit, ut veteres, quando hoc verbo de amatoribus & amicis utebantur, qui ad conſtitutum locum Veneri operaturi conveniebant. Noſter III. Art. Am. 586.

Conveniunt illas cum voluere viri.

Terent. Hecyr. I. 2. *conſtitui cum quodam hoſpite, me eſſe illum conventurum.* id eſt cum eo in eumdem locum venturum. ſic Apulej. *convenire in voluptatem veneream* dixit lib. IV. vid. Elmenh. ind. & Pricaeum ad lib. VIII. pag. 419. & idem Apulej. lib. VI. *ne cum ſua cupita conveniret.* & nequiori ſenſu pro *concumbere* dici docuimus ad lib. I. Art. 79. BURMANNUS.

41. *Campoque receptae Liberioris aquae.*] Ita eſt in libb. quibus uſus, omnibus. At Giſanius ait in vet. lib. non *campoque*, ſed *partimque* ſcriptum eſſe, & idcirco ita legendum. Ego, ut quod ſentiam, ingenuè fatear, nihil mutandum puto. CIOFANUS. Berneggerianus *partimque*, & Giſan. in indice Lucretiano, voce *parti*, e veſtigiis MSS. legit, *partique recepta.* inepte, *campus aquarum* infr. 315. & XIV. 356. ubi MS. rectius *campum*, quam *campos.* & Virgil. X. *campos ſalis.* ita Cicero in Arataeis dixit, *Neptunia prata.* ſequenti verſu *uberiore*, codex Regius & Thyſii. ſed praeſtat vulgata Faſt. IV. 292. *campo liberiore natat.* HEINSIUS. eadem varietas III. Art. 386. vid. & ad Quinct. Decl. CCCIX.

42. *Pro ripis littora pulſant.*] Alibi: *quem vaga pulſat aqua.* Sunt autem propriè *ripae* fluminum, ſicut *litora* maris, ut Juriſconſulti docent. De *litore*, & quid ſit *litus*, dixi in obſervationibus in epiſt. Heronis ad Leandrum. CIOFANUS.

44. *Fronde ſylvas.*] Libri ſcripti omnes, *Silvas* per i Latinum. rectius. CIOFANUS.

44. *Lapidoſos.*] *Spatioſos creſcere* Gebh. 1. Crepund. 6. & ita in Palatino ſecundo erat. ſed vulgatam jam Lactantius lib. II. cap. V. probavit. *ſurgere* hic quaſi *ſurrigi* & ſurſum agi poni obſervat Douza. Ita Pompon. Mela lib. I. cap. 4. de Africa, *media praecipue in juga exſurgit.* BURM.

45. *Utque duae dextra coelum, totidemque ſiniſtra*] Diviſio haec eſt totius coeleſtis ſuperficiei, ac ſimili prorſus ratione terrae. Zona igitur non eſt linea, ſed ſuperficies, lineis tamen, ſive peripheriis circulorum diſcreta. qui vero Zonas dividunt, circuli ſunt quatuor, duo Tropici, ac extremi duo, Arcticus, & Antarcticus. aequinoctialis autem circulus nihil ad Zonarum diviſionem facit, per mediam autem vadit Torridam. inventa denique eſt haec Zonarum diſtincto ad

re-

Quarum quae media eſt, non eſt habitabilis aeſtu:
Nix tegit alta duas: totidem inter utrumque locavit;
Temperiemque dedit, mixtâ cum frigore flammâ.
Imminet his aër. qui, quanto eſt pondere terrae
Pondus aquae levius, tanto eſt oneroſior igni.
Illic & nebulas, illic conſiſtere nubes
Juſſit, & humanas motura tonitrua mentes,
Et cum fulminibus facientes frigora ventos.
His quoque non paſſim mundi fabricator habendum
Aëra permiſit. vix nunc obſiſtitur illis,

Cum

regionum qualitatem diſcernendam. nam quae inter Tropicos jacet zona, quum ſol eos circulos non egrediatur, torrida vocatur: extremae duae frigidae, quum a ſole longiſſime abſint: denique; duae reliquae temperatae, altera Antipodum, ad quam hodie ex Luſitania frequens eſt navigatio, etiamſi veteres omnes ad eam perveniri non poſſe, propter torridam interpoſitam, tradiderint. porrò quemadmodum in coelo aequator eſt aliique circuli: ita etiam in terra intelligendi. eſt enim terra, quae ſubjecta eſt aequinoctiali; eſt item, quae ſubjecta Tropicis; denique quae extremis circulis: ita pro ſua portione de zonis cogitandum. quòd nemo exquiſitius, nemo brevioribus verbis, nemo doctius hoc noſtro poëta deſcripſit. Glareanus.

48. *Cura Dei.*] Deus ipſe: more Graeco. Sic lib. I. Faſt. *Haec igitur vidit trabeati cura Quirini.* Ciofanus.

49. *Quae media eſt.*] *Medio non eſt* Gronovianus, quod olim non diſplicebat Heinſio.

50. *Inter utramque.*] *Inter utrumque* duo Leidenſes & alius pro varia lectione: non male. nam & ita ſaepe codices antiqui, licet diverſum genus praecedat. ut II. Met. 140.

Inter utrumque tene.

III. Faſt. 774.

Et media eſt aetas inter utrumque tibi.

IV. Faſt. 864. ex MSS.

Una tamen media eſt inter utrumque dies.

IV. Pont. X. 56.

Et curſus inter utrumque facit.

Remed. 809.

Aut nulla ebrietas, aut tanta ſit, ut tibi curas
Eripiat: ſi qua eſt inter utrumque, nocet.

Ita omnibus illis locis optimi codices. ſic apud Quinctil. lib. II. 19. *Scio quaeri, naturane plus ad eloquentiam conferat, an doctrina. Quod ad propoſitum noſtri operis nihil pertinet. nec enim conſummatus orator, niſi ex utroque fieri poteſt.* male *utramque* quidam, apud Suetonium quoque in Claud.

38. *Irae atque iracundiae conſcius ſibi, utrumque excuſavit edicto.* Ita plurimi editi. Burmannus.

52. *Qui quanto eſt pondere terrae, Pondere aquae levior.*] Hi verſus multos diu torſerunt, multis anſam dederunt Ovidium reprehendendi, tanquam naturae elementorum parum conſcium, cum terram & aquam nihil inter ſe gravitate differre nihil ſit abſurdius, nihil a vero longius. Alexander Philomenus Lugenſis, vir in utraque lingua doctiſſimus, & per aliquot olim menſes praeceptor meus, in pervetuſto codice ita ſe ſcriptum inveniſſe dicebat:

Imminet his aër, qui, quanto eſt pondere terrae
Pondus aquae levius, tanto eſt oneroſior aër.

Quae lectio penitus quadrare videtur. erit enim ſenſus, Aërem tanto graviorem eſſe igne, quantum aquae pondus elementum terrae gravitate praecedit. Constan. Fanensis. *Pondus aqua levius* veterrimus Conſtantii Fanenſis, & excerpta Vaticana Johannis Calandrae. argute. quae lectio marginem quoque Gryphianae editionis occupavit. alia excerpta Vaticana:

—— *qui quanto eſt pondere terra*
Pondere aquae gravior.

Heinsius. *Quanto pondere.* Cod. Douzae.

53. *Igne.*] *Igni* Mediceus, Bononienſis & Strozae: recte. vid. ad Vellej. Paterc. lib. II. 40. & 78.

54. *Conſiſtere.*] Malim, *conſidere.* Heinsius. *conſiſtere nimbos* codex Menardi.

55. *Mentes.*] Vide Infr. ad vers 100.

56. *Facientes frigora ventos.*] *Fulgura* ſubſtituimus, tum moti his verſibus tertii libri 300.

Vultuque ſequentia traxit
Nubila, quis nimbos immixtaque fulgura ventis
Addidit, & tonitrus, & inevitabile fulmen.

Tum maxime ſenſu. quippe qui inſulſus, & fatuus foret, nec Majeſtati divini operis reſpondens, ſi *frigora* legeres: nam venti non modo frigora, verum etiam calores aeſtuſque interdum ferventiſſimos inferunt. Jacob. a Cruce.

Cum ſua quisque regant diverſo flamina tractu,
Quin lanient mundum; tanta eſt diſcordia fratrum.
Eurus ad Auroram, Nabathaeaque regna receſſit,
Perſidaque, & radiis juga ſubdita matutinis.
Veſper, & occiduo quae litora Sole tepeſcunt,
Proxima ſunt Zephyro: Scythiam Septemque trionem
Horrifer invaſit Boreas; contraria tellus
Nubibus adſiduis, pluvioque madeſcit ab Auſtro.

Haec

59. *Cum ſua quiſque regat.*] *Regat*, id eſt, cohibeat. Ita in Jure: *Actio finium regundorum.* CIOFANUS. *Regant* cum optimo Florentino & uno Moreti. Silius libro VII. de ventis:

Diſtraxere fretum, ac diverſa ad litora volvunt
Aequor quiſque ſuum.

Virgil. lib. XI. 309.

Ponite ſpes ſibi quiſque ſuas.

Sic vetus interpres Euangelii Matthaei cap. XVIII. ℣. 35. *Niſi remiſeritis ſuo quiſque fratri ex cordibus veſtris lapſus eorum.* ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν. Et Actis Apoſt. cap. II. ℣. 8. *Et quomodo nos audivimus unuſquiſque linguam noſtram.* Καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ὑμῶν. A. Gellius. lib. III. cap. VII. *Fortiſſimus quiſque & promptiſſimus ad occurſandum pugandumque in eos praevertentur.* HEINS. vid. infr. 183.

Qua centum quiſque parabant
Injicere &c.

Remed. 74.

Vindictae quiſque favete ſuae.

Sic & apud Claudian. lib. II. de Laud. Stil. 154. puto reſtituendum:

Et nomine quemque
Compellas, clari ſub te quod geſſerit olim
Admonitor facti.

Vulgò *admonitor* ſine ſenſu commodo. in MSS. erat *admonitum*. eodem modo Senec. Agam. 477. vid. ad II. Amor. XI. 21. BURMANNUS.

61. *Eurus ad Auroram Nabathaeaque regna receſſit.*] Poëtae quatuor duntaxat principales ventos nominant. Homerus Odyſſ. E. ℣s. 330.

Ἄλλο τε μέντε Νότος Βορέη προβάλεσκε φέρεσθαι,
Ἄλλοτε δ' αὖτ' Εὖρος Ζεφύρῳ εἴξασκε διώκειν.

Manilius ſimiliter diſticho ſanè quàm eleganter eoſdem comprehendit:

Aſper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu.
Auſter amat medium ſolem, Zephyruſque cadentem.

Noſter hic poëta magis explicato ſermone, atque adeo, ut omnia ſolet, ſplendidioribus figuris eoſdem depinxit. GLAREANUS. Hunc locum imitatus eſt Seneca, qui maximus fuit Ovidii imitator. Ejus verba ſunt in Thyeſte: *Eurus ad Orientem movet Nabathaeaque quatiens regna, & Eoos ſinus.* CIOFANUS. Locus Senecae eſt in Agamemnone ℣ſ. 482. & legendum, ut verſui conſulatur:

Eurus orientem movet.

64. *Proxima ſunt Zephyro.*] Zephyrus, qui & Favonius dicitur, flat ab occaſu aeſtivo, ut refert Strabo: nomen habet ex eo, quòd frugum conceptus implet, ut ſit quaſi ζῆν φέρων ἡμῖν. id eſt alimoniam nobis adminiſtrans. ut ſentit Euſtathius. Parrhaſius. CIOFANUS.

64. *Septemque Triones.*] *Trionem* idem Florentinus, Berneggerianus & Urbinas. recte. ut τμῆσις ſit ſeu διακοπή. Virgilius Georg. lib. III. 381.

Talis Hyperboreo Septem ſubjecta trioni
Gens effrena virûm.

Avienus Phaenomenis,

—— *alius Septem vicina trioni*
Aſtra tenet.

Trionem veteres dicebant pro *Trionibus*, ut pro *Septem Trionibus*, *Septentrionem*. Hinc *Trionis* cognomentum Lucretiae & Fulciniae apud Romanos familiis inditum. plura de *Trionum* vocabulo Gellius lib. II. Noſter Attic. cap. 21. Extant apud me denarii argentei, quibus inſcriptum L. LUCRETII TRIO, ſeptem ſtellis additis, quales nummos in eadem Familia Fulvius Urſinus expreſſit. apud Noſtrum inferius lib. X. 446. idem optimus Mediceus:

—— *Interque Trionem*
Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes.

HEINSIUS.

65. *Horrifer.*] Ita Germanicus Arat. pag. 2. *Horriferum Aquilonem.* & Avien. pag. 85. *Horriferos Aquilones. Horrifer Aquilonis ſtridor*, vetus Poëta apud Cicer. Tuſcul. Quaeſt. I. Cicero Arat. pag. 8. *& magis horriferis aquilonis tangitur alis.* ita MSS. *vulgò horriſonis.* HEINSIUS.

69. *Vix ita limitibus diſcreverat omnia tellus.*] Ita eſt in impreſſis omnibus. In uno Vatic. *Diſcepſerat*: aſt in aliis ſcriptis omnibus, *Diſcerpſerat*. quod verius ac germanius arbitror. Valet enim *Diſcerpere*, diſtrahere, & in partes dividere. Catul. in Nup. Pel. & Thet.

Quae cuncta aërii diſcerpunt irrita venti.

M. Tullius lib. I. Tuſc. *Quod cùm ita ſit, certè nec ſecerni, nec dividi, nec diſcerpi, nec diſtrahi poteſt.* CIOFAN. E Palatino ſuo annotaverat Clariſſ. vir

Haec ſuper impoſuit liquidum, & gravitate carentem,
Aethera, nec quidquam terrenae faecis habentem.
Vix ea limitibus diſſepſerat omnia certis;
Cum, quae preſſa diu maſsa latuere ſub illa,
Sidera coeperunt toto efferveſcere coelo.
Neu regio foret ulla ſuis animantibus orba,
Aſtra tenent coeleſte ſolum, formaeque Deorum:
Ceſſerunt nitidis habitandae piſcibus undae:

Terra

vir Janus Gruterus *diſcerpſerat*: quod fortaſſe eſt *deſcripſerat*. atque id nobis valde placeat. Dan. Heinsius. *Vix ea* meliores. deinde veteres plerique, *diſcerpſerat*, vel *diſcepſerat*. alii una alteraque litera mutata diverſis modis eodem alludunt. *diſſepſerat* nempe reponendum. quomodo Leodicenſe fragmentum vetuſtiſſimae notae, ne dubitare poſſis. Sic in veteri marmore apud Gruterum pag. DCCCXLIII. *caepſit* pro *ſepſit* legitur:

Supremum verſus munus donamus, & aram,
Et gratam caepſit docta Pedana chelyn.

Quomodo & Stat. lib. v. Silv. 1. 230. de tumulo Priſcillae: *Tantas venerabile nomen ſepſit opes*, quamquam ibi vetuſta editio Parmenſis, *Spirat opes*, eleganter: integrum enim Priſcillae corpus ſiccatum & aromatis conditum marmori erat incluſum. de *ſpirandi* verbo egimus ad Claudian. IV. Conſ. Honor. 591. ſed ad rem. Lucretius lib. I. 998.

Aër diſſepit colles, atque aëra montes.

Sic & apud eundem lib. VI. 951. *ſaxea domorum diſſepta*, & apud Boëtium lib. IV. de Conſolatione Philoſophiae, *diſſepta ſuo fonte elementa*. Seneca Medea 335.

Bene diſſepti foedera mundi
Traxit in unum Theſſala pinus.

Statius Theb. X. 874.

—— *Diſſeptoque aggere rurſus*
Utitur.

Hinc & *diſſepimentum* Feſto. Silius l. XI. 457.

Tum deus, ut liquidi diſſepſſet ſtagna profundi,
Telluriſque globum media tellure locaſſet.

Ita nempe cenſeo ſcribendum: vel certe *diſcreſſet*. nam veterrimus liber Colonienſis *diſciſſet*, pro *diſſepſſet*. ut puto; ſic apud Macrobium libro primo cap. VI. in Som. Scip. *diſſiptum* pro *diſſeptum*. *Inteſtina in homine principalia tria, quorum unum diſſiptum vocatur, quod ventrem & cetera inteſtina ſecernat*. pari modo & *conſiptum* legitur in Feſto. Codices apud Statium vulgati nullo ſenſu *diſcuſſit*. niſi *diſcuſſet* reponis, vel *diſciſſet* pro *diſcidiſſet* illic ponitur. Apud Noſtrum quoque l. V. v. 324. fortaſſe ſic legendum:

—— *ſeptem diſſeptus in oſtia Nilus.*

Pro *diſcretus*. nam veteres nonnulli, *diſcerptus*. & lib. XI. 363.

Juncta palus huic eſt raris obſepta ſalictis.

Non *obſeſſa* cum vulgatis. nam ſcripti duo, *obſecta*. *obſepiendi* verbo Tullius ac Livius non ſemel utuntur, Apulejus Met. I. *Praegnationis ſarcina obſepto utero*. & lib. III. *horreum clauſtris obſeptum*. *conſepire* paſſim apud auctores extat. hinc *ager conſeptus* apud Ciceronem Catone. *orbis conſeptus* apud Auctorem Herculis Oetaei, & *conſeptus gurges* apud Auſonium Moſella. Avienus Ora Maritima:

Nam Punicorum lingua conſeptum locum
Gadir vocabat.

Conſeptum caveae Apulej. Met. III. hinc *conſeptare* Solino cap. XXXII. *Interſepire* habes apud Ciceronem & Livium ſaepe: etiam apud Plinium lib. XXVII. cap. XXI. Naturalis Hiſtoriae. *praeſepire* apud Silium XV. 232. ex optimis membranis:

Arnes ductor erat: qui contra amplexus in arctis
Auxilium, atque excelſa loci praeſepſerat arcem.

Scribitur autem id verbum in antiquis codicibus plerumque per diphthongum *ſaepire*, ut in veteri marmore paullo ante vidimus *caepſit* pro *ſepſit*. Heinsius. vide Gronovii notas ad Senec. Medeam v. 335. Gifanius indice Lucretiano in *deſcripta*, legit *diſſepſerat*, vel *deſcripſerat*. de quo verbo vid. ad Halieut. 92. & Gronov. ad Liv. XXXIV. 56. Graev. ad Cicer. I. de Off. 5. *diſcerpſerat* tuetur Gebh. lib. I Crep. 6.

70. *Maſſa latuere ſub ipſa.*] *Illa* meliores. & *efferveſcere* verſu proximo. & *animantibus* pro *animalibus* paulo poſt. Heinsius.

71. *Sidera coeperunt toto fulgeſcere caelo.*] Sic quidem nunc vulgo legitur & imprimitur. In antiquis verò omnibus praeter unum Caeleſt. apertè eſt, & *ferveſcere*, & *efferveſcere*. Unde exiſtimo emanaſſe *fulgeſcere*, ejus verbi expoſitionem. Eruditus vir Aldus ſenior, ſeu potius Andreas Aſulanus, edidit, *ferveſcere*. Quare non dubium eſt, quin *efferveſcere*, quo modo & in antiquioribus, vera & germana ſit lectio. *Efferveſcere* ſcriptum eſt etiam in lib. Capran. Ernaldi, & alio Maffeiano. Appoſitè enim ad ſtellas, quae & ignes à poëtis dicuntur, referri poteſt. Qua de re admonuit me jampridem vir optimus, & orator excellens, M. Antonius Muretus, cùm ab eo hoc ipſum peterem. Unde hic Noſter in epiſt. *ignea ſi-*

Terra feras cepit: volucres agitabilis aër.
Sanctius his animal, mentisque capacius altae
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset.
Natus homo est. sive hunc divino semine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo:
Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto
Aethere, cognati retinebat semina coeli.
Quam satus Iapeto, mixtam fluvialibus undis,
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.
Pronaque cum spectent animalia cetera terram,
Os homini sublime dedit: coelumque tueri
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Sic,

dera vocavit. CIOFANUS. pro *caelo*, *mundo* unus Moreti. *clarescere*, *splendescere* etiam alii codices.

73. *Astra tenent caeleste solum.*] Sic propè non ignobilis quidam poëta ludens:

Astra tenet caelum, mare classes, area messem.

Citat Quinctilianus lib. IX. cap. IV. CIOFANUS.

73. *Formaeque Deorum.*] Ipsa astra, seu corpora caelestia, quae pro Diis habita apud Astrologos, tam Chaldaeos, Aegyptiosque, quam Graecos. Idem de Phaenicibus testatur Eusebius. hos Deos in Νοητοὺς καὶ ἀισθητοὺς, hoc est in visibiles, & invisibiles dividebant. Deorum nomina septem etiamnum planetae obtinent. HEINSIUS.

74. *Cesserunt nitidis habitandae piscibus undae.*] De hoc alibi:

Silva feras aër volucres accepit habendas;
In liquida pisces delituistis aqua. CIOF.

Forte legendum *mutis*. ut infra *taciti* IV. 50. Horat. IV. Od. 3. vid. & Claudian. II. in Rufin. 489. & Hesiod. Scut. Herc. 212. & Grot. ad Aratea Ciceronis pag. 73. hinc proverbium *pisce mutior*. posset etiam, *simis*, aut, *udis*. in Berneggeriano erasa erat vetus lectio. HEINSIUS. Nihil muto. *nitidi* pisces propter squammas ut lib. IX. ys. 267. de serpente:

Squammaque nitere recenti.

Sic *Pennarum nitor* corvo tribuitur apud Phaedr. I. 13. *timidis* erat in Palatino, teste Gebh. I. Crep. 6. qui *nitidos* dictos ob lubricitatem & levitatem ait. BURMANNUS.

76. *Sanctius his animal.*] Supra autem diximus, sententias quasdam certas habuisse patres, de creatione, de primo homine, & cet. quas per manus acceptas, posteri suo modo fabulis involverint. Ceterùm quod ad fabulam Promethei attinet, fuit hic Japeti filius ex Asia Nympha, vel ut Hesiod. tradit, ex Clymene Oceanitide. quod, cum primus hominem ex luto finxisset, deinde conscenso caelo, atque inde igne furtim in ferula deportato, Jupiter indignatus Mercurium & Herculem misit, qui vinctum illum Caucaso alligarent, ubi postea perpetuis laniatibus aquila cor ejus exederet. Deceperat autem idem antea Jovem etiam in distributione carnium immolatarum: ossa pinguedine tecta illi apponendo, sibi verò, quae meliora essent, reservando. quae res invidiam auxerat. Sed postremo tum ob vaticinii beneficium ab eodem Jove liberatus fuit, cùm illum monuisset ne cum Thetide consuetudinem haberet. Nam filium, quem illa paritura esset, majorem patre suo futurum. Plura qui volet ex Hesiodo & Luciano petat. Dictus autem est Prometheus à πρὸ & μήθειν, quòd ante rem consilia caperet: ut contra Epimetheus, qui post factum demum deliberaret. MICYLLUS. Hunc locum citat, & interpretatur Lactantius lib. II. cap. IX. Item illum ejusdem Ovidii inf. 4. eod. lib. cap. X.

Quippe ubi temperiem sumpsere humorque, calorque;
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumque sit ignis aquae pugnax; vapor humidus omnes
Res creat, & discors concordia foetibus apta est.

CIOFANUS.

76. *Capacius altae.*] Puto Ovidium scripsisse *almae*: nam *alto* mox sequitur. HEINSIUS.

77. *Quod dominari.*] *Qui* quidam codices Viviani. *possit* etiam duo codices.

79. *Mundi melioris origo.*] Rectè quidem. nam quis neget? tamen in Palatino legebatur, *mundi melioris imago*. ut ad ἰδέαν respiciat, quae in Deo. & ad quam mundus ille melior, & ordinatior dispositus. DAN. HEINSIUS. Alii *imago*. utrumque ex sententia veterum philosophorum. apud Maronem libro XII.

Tum pater Aeneas Romanae stirpis origo.

HEINSIUS. eadem diversitas lib. I. Fast. 65. vide Gebh. I. Crepund. 6. Barth. LVIII. adv. cap. 10.

80. *Si-*

Sic, modo quae fuerat rudis & ſine imagine, tellus
Induit ignotas hominum converſa figuras.

FAB. III. ARGUMENTUM.

Mundus in ſecula quatuor, Aureum, Argenteum, Aereum & Ferreum diſtributus.

Ex quo [a] *Chaos injecta luce* [b] *diſcuſſum eſt, & diſcretis elementis,* [c] *faciem hanc tam claram mundus accepit, deinceps, quaſi in aetates quaſdam,* [d] *in ſecula quatuor diſtributus eſt, hoc eſt, aureum, argenteum, aereum, & ferreum. quibus pro qualitate ſui* [e] *adſcripta ſunt nomina. Nam aureum ſeculum dictum eſt, quod Saturno regnante omnium rerum erat plena tranquillitas: non furor ſaeviebat* [f] *armorum, non* [g] *avaritia fluctibus commiſerat vitam, & ceſſantibus raſtris* [h] *inarata gravidas fruges terra* [i] *praebebat. Otioſa erat ac ſecura vita mortalibus; ac ſine viciſſitudine temporum* [k] *continuâ veris gratiâ fruebantur.* [l] *Deinde ſecundum ſeculum in argenteum* [m] *ab aureo colore migra-*

80. *Seductaque.*] *Subductaque* Junii, & mox, *vicini coeli* MSS. Viviani. ſed nihil muto. haec copioſius ad Val. Flac. III. 380. illuſtrabimus.

83. *Finxit.*] *Fingis* unus Moreti. non invenuſte. *traxit* quartus Mediceus

85. *Caelumque videre Juſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.*] Hoc à tam multis celebratum Galenus deridet. Huc tamen reſpexiſſe videtur Silius lib. XV. 84. cùm ait:

Nonne vides, hominum ut celſos ad ſidera vultus
Suſtulerit Deus, ac ſublimia finxerit ora,
Cùm pecudes, volucrumque genus, formasve ferarum

Segnem, atque obſcenam paſſim ſtraviſſet in alvum?

Tueri rectius eſt in duobus Mediceis. neque aliter vetus Prudentii Scholiaſtes in Bodleiana apud Oxonienſes Bibliotheca: ad lib. II. in Symm. vs. 260. etſi Lactantius lib. II. inſt. cap. I. & Iſidorus lib. XI. Etym. cap. I. vulgatam lectionem agnoſcant; ſic apud poëtam lib. IV. Aneid. 451.

——— *Taedet coeli convexa tueri.*

Apulejus Met. VII. *Tunc illa ſuſpirans altius caelumque ſollicite tuens.* ita lego. vulgò *caelumque ſollicito nutu petens.* vid. inf. lib. III. 347. HEINSIUS expreſſit hanc ſententiam, ut plures alii poëtae & Philoſophi, Severus in Aetna 223.

Non oculis ſolum pecudum miranda videre
More, nec effuſis in humum, grave paſcere corpus,
Poſſe fidem rebus, dubiaſque expoſcere cauſſas
Sacra perurgentem, caput atque attollere coelo.

Ita vulgo legitur. Scaliger in membrana reperat *videre*, cum *fuere* editum a Pithaeo erat, ipſe *fovere* conjecerat. Gorallus, homo confidentiſſimus, & membranam & Scaligeri conjecturam flocci facit; ſed legendum ex antiquo codice Mediceo, quem Heinſius contulit, *tueri.* qui & ultimum verſum ita exhibebat:

Ingenium ſacrare, caputque attollere coelo.

Rectius multo, ſi cum Heinſio, *ingeniumque ſacrare* legas. Quae certe meliora ſunt nugis Gorallianis, *Noſſe fidem rerum, dubias exquirere cauſſas* idem codex exhibebat. *tueri* etiam Noſter habet X. Met. 389.

Terramque immota tuetur.

Libro etiam VIII 844. In MSS. erat, *medioque tuens in pectore vulnus.* & I. Faſt. 283 *attollens oculos diverſa tuentes.* ubi & *videntes* alii codices. & II. Met 780. *Intabeſcitque tuendo*, ut quidam codices. apud Senecam quoque in Octavia 387. puto legendum *coelum tueri*, vulgo *intueri.* ſed *in* ex ultima litera, *m* vocis *caelum* ortum eſſe puto. BURMANNUS.

86. *Erectos.*] *Ereptos* ex cod. Palatino defendit Gebh. I. Crep. 6. Ita & tres codices Heinſio inſpecti.

87. *Sine imagine.*] *Sine ſemine* Voſſii codex.

[a] *Chaos.*] *Chaos tenebroſum* Parm. Lugd. & reliquae.

[b] *Diſcuſſum*] *Diffuſum*, Colon.

[c] *Faciem hanc.*] *To hanc* ignorat MS. MUNKER.

[d] *In ſecula quatuor.*] *Et ſecula diſtributus eſt*, Colon.

[e] *Adſcripta.*] *Ea ſcripta*, Colon.

[f] *Armorum.*] Deeſt Colon.

[g] *Avaritia fluctibus.*] *Avaritia hominum*, Editt. omnes.

[h] *Inarata gravidas.*] *Inarata & gravida*, Colon.

[i] *Praebebat*] *Premebat* Parm. Lugd. *promebat*, Micyll. Raener.

[k] *Continua.*] Deeſt Colon. quae & *fruebatur.*

[l] *Deinde ſeculum in argent.*] Ita c. quem lubenter exprimimus. at in v. eſt: *Deinde in argenteum, ſeculum aureo colore migravit:* ut ſeculum aureo colore dixerit, pro ſeculo aureo. 123. *continuam.* Ita c. v. etſi diverſe admodum à vulgatis; tamen verè. Vult Lactatius ver, quod ob perpetuam ſuam ſerenitatem

gravit. [n] *Tunc primum & aeſtus ardentior coeli, & graviora frigora incubuere mortalibus.* [o] *tunc meditata domorum tutiora ſecreta. Antea enim aut in antris habitabant, aut incolebant* [p] *frutecta ſylvarum. Semina etiam tum primum ſulcis coepere committere: cum jam terra ſolita hominibus* [q] *negaret alimenta.* [r] *Tertium ſeculum ſucceſſit aereum,* [s] *argento jam durius. Coepere homines inverecundius vivere. Nam cupiditate habendi avaritia* [t] *cum perfidia exorta eſt. Inde mare pervium factum, dum divitiae requiruntur. Terra quoque* [v] *cunctis antea communis, limitibus, terminiſque diſcreta eſt: &* [x] *in venis ejus non ſolum frumenta quaeſita ſunt, ſed metalla inventa* [y] *crepuerunt. Quartum ſeculum* [z] *ferreum à rigore duratum eſt: quod in tantam rabiem furoris erupit, ut omnia* [a] *ſcelera cupiditatis excelleret. Nam* [b] *ab odioſa vita, & inſanientis avaritiae graſſationibus,* [c] *ad parricidia uſque perventum eſt.*

Au-

unum putabatur, in quarta anni parte cogi, & coartari ab anguſto trimeſtri ſpatio. GISELIN. *ſecundum* deeſt Colon. & Heinſ.

[m] *Ab aureo.*] *Ex aureo*, Colon.

[n] *Tunc primum.*] *Et tunc primum, aeſtus ard. coeli fuit, &* Micyll. Colon. quae mox *frigora* non habet.

[o] *Tunc meditata.*] *Tunc aedificata.* Micyll. & in marg. Alias. *tunc aedificatae domus, ſecretaque tutiora. Tunc aedificata d. t. s.* Heinſ. *Tunc aedificatae domus, ſecreta tutiora.* Colon.

[p] *Frutecta ſylvarum.*] Ita & MS. & Veneta. Perperam *tecta* Giſelinus. Perperam etiam *fruteta* Micyllus & Raenerius. vide, ſi tanti eſt, quae notavimus ad illa Fulgentii Prolog. lib. I. *Quicquid per virecta Tempe* &c. MUNKER. *frutecta* etiam Parmenſ. ſic *virecta* paſſim antiquus S. Germani codex Columellae. & *ſylveſtribus frutectis* idem codex lib. IX. cap. 14. & III. II. *ſi frutectis obſeſſus eſt.* & alibi. Sedul. carm. Paſc. I. 37. *amoena virecta.* ubi vid. Cellarium. *tecta ſylvarum* hic etiam Colon. & Heinſii Edit. BURMANNUS.

[q] *Denegaret.*] *Negaret*, Colon. & Heinſ.

[r] *Tertium.*] *Tertium ſeculum aeneum argenteo durius, quo coeperunt h. i. jam vivere.* Colon.

[s] *Argento jam durius.*] Sic cum MS. Veneta & Micylliana. Sed Raenerius & Giſelinus, *argenteo* &c. MUNKER.

[t] *Cum perfidia.*] *Cum invidia*, Colon. Heinſ.

[v] *Antea cunctis.*] *Ante à cunctis*, Heinſ. edit. vitioſe pro *antea.*

[x] *In venis ejus.*] *In venis quidem* MS. MUNKER.

[y] *Crepuerunt.*] Forte, *eruperunt*, vel, *increbuerunt.* deeſt hoc verbum Colonienſi.

[z] *Ferreum à rigore.*] Sic cum Venet. & Micyll. diſertim MS. Giſelinus dedit, *ferri nimio rigore.* Raenerius. *ferreum à rigore dictum eſt.* MUNKER. *A rigore dictum eſt* Lugd. Micyll. *ferri nimio rigore duratum eſt*, Colon. Heinſ.

[a] *Scelera cupiditatis excelleret.*] Haec eſt MS. lectio, quam adſtruit Veneta. Giſelinus, *excederet.* Raener. *exerceret.* Micyllus, *ſcelere cupiditatis excelleret.* MUNKERUS. *Excederet*, Heinſ. *Ut omnia ſcelere c. excederet;* Colon. Mallem, *ut in omnia ſcelera cupiditas excederet*, ita Vellej. II. 68. *in hoc tamen ſaepe laceſſiti principis ira exceſſit.* Quinctil. Decl. XI. 4. *In quantum exceſſerint uſitata genera poenarum.* ut quidam codices ibi habent BURMANNUS.

[b] *Ab odioſa vita.*] *Ab odioſo vitio.* Heinſii Ed. *namque ab odioſis vitiis.* Colon. ego mallem, *ab otioſa vita.* otium enim cauſſa immenſorum ſcelerum.

[c] *Ad parricidia.*] *Ad homicidia*, Colon.

89. *Aurea prima ſata eſt aetas, quae vindice nullo.*] Et reliqua, ad hunc fortè locum reſpexit Seneca in Hippolyto, ubi ita eſt:

——— Hoc equidem reor
Vixiſſe ritu: prima quos miſtos Deis
Profudit aetas: Nullus his auri fuit
Caecus cupido: nullus in campo ſacer
Diviſit agros arbiter populis lapis:
Nondum ſecabant credulae pontum rates:
Sua quiſque norat maria: non vaſto aggere,
Crebraque turre cinxerat urbes lacus:
Non arma ſaevâ miles aptabat manu:
Nec torta clauſas fregerat ſaxo gravi
Balliſta portas: juſſa nec dominum pati
Junctо ferebat terra ſervitium bove:
Sed arva per ſe feta poſcentes nihil
Pavere gentes: ſilvae nativas opes;
Et opaca dederant antra nativas domos.

De aetatibus ſcribit etiam multa Germanicus, multa etiam Heſiodus in opere, quod inſcribitur Ἔργα καὶ ἡμέραι. CIOFANUS.

91. *Poena metuſque.*] *Poena minaeque*, Gronovianus; *poena metus aberat*, Leidenſis. quod, ſi *aberant* legatur, poſſet admitti. ut Epiſt. II. 31. *jura fides ubi nunc?*

91. *Verba minantia fixo aere legebantur.*] Ita putamus corrigendum, etſi *ligabantur* ab aliis reponatur, exiſtimantibus Poëtam alludere ad leges, quae inciſae in aeris tabulis parietibus affigebantur, ut ait Servius, illud Virgilii exponens, *fixit leges pretio atque refixit.* hic autem locus pene totus videtur excerptus ex monumentis Fabii Pictoris. cujus verba haec ſunt: *Aurea aetas primo ortu generis humani fuit, ſic dicta, quod poſterioribus ſeculis comparata, aeque atque aurum inter metalla effulſit.* Deinde ſubſequitur: *Principes quia juſti erant, & religionibus dediti, jure habiti dii & dicti,*

A Urea prima ſata eſt aetas, quae, vindice nullo,
Sponte ſuâ, ſine lege, fidem rectumque colebat.
Poena metusque aberant. nec verba minacia fixo
Aere legebantur: nec ſupplex turba timebant
Judicis ora ſui: ſed erant ſine judice tuti.
Nondum caeſa ſuis, peregrinum ut viſeret orbem,
Montibus, in liquidas pinus deſcenderat undas:
Nullaque mortales, praeter ſua, litora norant.

Non-

dicti, non enim arbitria eorum ab aequo, vel populus a jure innato diſcedebant, nullo tunc vindice, aut metu, ſed ſua ſponte retinebant fidem & rectum. Pudor ipſe regebat populos & eos principes. Ex quibus apparet hujusmodi de aetate aurea Poëtam mutuatum, non ut vulgus ſenſit, ab Heſiodo, ſed ex Fabio Pictore, ſcriptore vetuſtiſſimo Jacob. a Cruce. In aes incidebantur, quod & perpetuo durare atque ſervari volebant. legunt autem quidam pro *ligabantur*, *legebantur*, quod verbum cum praecedentibus magis convenit. Alii autem etiam praecedentia mutant, legentes, *nec vincla minantia collo aere ligabantur*; ſed prior lectio potior videtur, & plus elegantiae habet. Micyllus. Legum, quae in aes incidebantur. Suetonius: Romani veteres ſuas leges ex Jure decemvirali promulgatas, atque in aes inciſas in aerarium condebant. Cicero Philippica tertia: *Falſas leges C. Caeſaris nomine, & falſa decreta in aes incidenda, & in Capitolio figenda curaverit?* Inde Virg. lib. vi.

——— *Fixit leges pretio, atque refixit.*

Ciofanus. Valde variant vetuſti codices in hoc loco, de quibus mox videbimus. certum autem eſt ac indubitatum haec Naſonis intelligenda eſſe de tabellis aeneis, quibus leges inciſas loco conſpicuo ſuffigi, ac publice legendas exponi mos erat. *aes fixum* etiam pro hiſce tabellis poſuit Dolabella vel Junius Nipſus in Fragmento apud Agrimenſores a Rigaltio editos: *Si in agro adſignato aliquis modus jugerationis vacaverit, ne putes ſubſicivum remanſiſſe, quaerere primum, ne poſt aes fixum & machinam ſullatam ſecunda aſſignatione alicui aſſignatum ſit.* Perperam edidere, *poſt eſt fixum.* hinc *figere* & *refigere leges* paſſim apud ſcriptores pro ferre & abrogare leges. *leges fixit pretio atque refixit*, apud Maronem lib. vi. 622. ubi Servius: *Fixit autem ideo, quia inciſae in aeneis tabulis affigebantur.* male igitur codices nonnulli apud Naſonem hoc loco, *fiſſo aere*, & *vincla minantia*; cum in caſtigationibus *verba* exhibeantur, & quidem *minacia*, non *minantia*. *Legebantur* etiam pro *ligabantur* excerpta Calandrae Vaticana, tres Mediceï, & unus Bononienſis. quod amplectendum cenſeo. Heins. ſine dubio vera eſt lectio, quam Heinſius exhibuit, & recte interpretatus eſt. ut & Turneb. lib. xxx. adv. cap. 35. *Ligabantur* tuetur Juretus ad Symmach. ii. Ep. 13. qui tamen *aes fixum* recte de legibus capit. de *aere* vero *fixo* apud Agrimenſores, videndus Salmaſius Exercit. Plin. pag. 479. & 521. ſic *tabulam figere* Ciceroni ii. Philipp. 38. *Nuper fixa tabula eſt, qua civitates locupletiſſimae Cretenſium vectigalibus liberantur.* iii. 12. *Falſas leges C. Caeſaris nomine, & falſa decreta in aes incidenda, & in Capitolio figenda curavit.* v. Phil. 4. *Earum rerum falſae tabulae toto Capitolio figebantur.* xii. 5. *Num figentur rurſus eae tabulae, quas vos decretis veſtris refixiſtis*, Feſtus in *Probum. lex fixa in Atrio libertatis cum multis aliis legibus incendio conſumpta eſt.* Quae loca Heinſius margini adſcripſerat. *Minacia* vero *verba* etiam Noſter lib. v. 669. dixit. Illa autem Fabii Pictoris verba Jacobus Bononienſis hauſit ex falſo foetu Annii Viterbienſis, qui ea exhibet parte prima de Seculo Aureo; ſed non apparent inter fragmenta, quae collegerunt viri docti, neque mihi antiquum illud ſeculum redolere videntur. in nonnullis codicibus non malae notae legebatur, *nec verba minantia fixo ore loquebantur.* in Douzae codice erat, *nec verba minantia caeſo aere ligabantur*, quod ille pro *inciſo* interpretatur. *Ligabantur* probat Brodaeus lib. iv. Miſc. cap. 12. Burmannus.

92. *Turba timebat.*] *Timebant* tres ſcripti: mox, *ſine vindice tuti* in nonnullis inter meliores. ſed jam praeceſſerat, *vindice nullo.* Langermanni codex, *verba timebat*; forte, *nec ſupplex terra timebat Judicis ora ſui.* Heins. *Simplex* codex Douzae & quinque Heinſii, quod mihi aptius videtur, & convenientius aureo ſeculo, & a ſceleribus & fraudibus immuni.

93. *Sine vindice.*] *Sine judice* multi libri ſolemni permutatione; ſed vulgatam poſſent adſtruere illa Albinovani in mortem Druſi. 185.

Jura ſilent, mutaeque tacent ſine vindice leges.

94. *Nondum caeſa ſuis, peregrinum ut viſeret orbem, &c.*] Hoc idem comprehendit eleg. vii. lib. iii. Amor.

Non freta dimiſſi verrebant eruta remi,
Ultima mortali tum via littus erat. Ciofan.

95. *Pinus deſcenderat:*] Argo navem intelligebat Douza; & recte *deſcenderat* dixit, utpote ex loco ſublimi,

Nondum praecipites cingebant oppida foſſae:
Non tuba directi, non aeris cornua flexi,
Non galeae, non enſis, erant. ſine militis uſu
Mollia ſecurae peragebant otia mentes.
Ipſa quoque immunis, raſtroque intacta, nec ullis
Saucia vomeribus, per ſe dabat omnia tellus:
Contentique cibis, nullo cogente, creatis,
Arbuteos foetus, montanaque fraga legebant,

Cornaque

ſublimi, & montibus; unde materia caeſa. vide Val. Flac. I. 94. & 122. ita de Paride Stat. II. Silv. II. VI. 28. *invitas dejecit in aequora pinus.* BURMANNUS.

96. *Mortales.*] *Mortalis norat* Urbinus codex. ceterum his conferre juvabit Senec. Med. 301. & ſeq. & Octav. 400. & ſeq.

98. *Cornua.*] Intelligit lituos, qui inſtar cornuum incurvi erant, ut contra tubae rectae. de iis enim eſt illud Juven. II. Sat. 117. *hic recto cantaverat aere.* ceterum & hos & illos bello adhiberi ſolitos teſtimonio eſt illud Horatii lib. I. Od. I.

Multos caſtra juvant & lituo tubae
Permixtus ſonitus.

Item Juvenalis XIV. 200.

Et trepido ſolvunt tibi cornua ventrem
Cum lituis audita. DOUZA.

99. *Non galeae non enſis erat.*] *Erant* concinnius antiqui quinque. mox, *ſecurae mentes* Gronovianus primus, non *gentes*. Simili modo peccatur apud Val. Flaccum lib. II. 360.

Saevior haud alio mortales tempore gentes
Terror agit.

cum *mentes* ſit reponendum. ipſe Valerius lib. III. 93.

——— *pendent mortalia longo*
Corda metu.

Noſter lib. IV. 201.

——— *obſcurus mortalia pectora terres.*

Et hoc ipſo libro paulo ante:

——— *humanas motura tonitrua mentes.*

Faſt. III. 362. *Sollicitae mentes.*

Simile mendum etiam Petronio demendum cenſeo in narratione de muliere Epheſina cap. CXI. *Cum gemitum lugentis audiſſet, vitio mentis humanae concupiit ſcire, quis aut quid faceret.* illic etiam circumfertur, *vitio gentis humanae.* & apud Feſtum Avienum Deſcriptione Orbis 547. pari modo corrigendum:

Cumque quid atri
Imminet eventus, ut vulgi corda fatiget
Sors rerum, & mentem terat inclementia fati,
Et motantur humo & coeunt ſibi vertice ſaxa.

HEINSIUS. vide ad Petronii dictum locum quae notavimus. & certe *mentes* praeſtat, nondum enim in gentes & populos diſceſſerant mortales, ſed una gens erant.

100. *Mollia ſecurae.*] Ne hoc quidem male: nec propterea omittendum videtur, quod in Palatinis, *Mollia naturae peragebant otia gentes.* otia naturalia, naturae ſponte ipſis conceſſa ac donata. DAN. HEINSIUS.

102. *Vomeribus.*] An *vulneribus*, ut Vivianus, ex codicibus. & ita lib. II. 287. *quod adunci Vulnera aratri raſtrorumque fero.* Sed nihil muto: eadem varietas apud Senecam Octav. V. 413. *vulnere immunem prius ſulcare terram.* HEINSIUS.

102. *Per ſe dabat omnia tellus.*] Unde haec opinio emanaverit, oſtendit Tyrius Maximus hiſce verbis ab aliis Latinè redditis: *Vivebant autem ſcilicet* (qualem victum adamabat, ut ajunt, Epicurus) *primi homines glandibus, & piris agreſtibus. Atque iccirco fama eſt, tum terram fructus tuliſſe ſponte ſua venientes: quia nihil eis opus erat agri cultura, aut labore ruſtico, cùm victu uterentur ſua ſponte nato.* Huc etiam pertinent carmina illa Virg.

Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni,
Nec ſignare quidem aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quaerebant, ipſaque tellus
Omnia liberius, nullo poſcente, ferebat.

Et illa Germanici:

Divitias fructusque dabat placata colono
Sponte ſua tellus. CIOFANUS.

103. *Nullo cogente.*] *Nullo cultore* quidam codices, & Vivianus. ſed elegans vox *cogere*. quia tellus, ut creditum, reddere debet cultoribus fruges, qui ideo *cogere* recte dicuntur. ut mox 137.

Segetes alimentaque debita dives
Poſcebatur humus.

Virgil. II. Georg. 10.

Namque aliae, nullis hominum cogentibus, ipſae
Sponte ſua veniunt.

Et 61.

Scilicet omnibus eſt labor impendendus, & omnes
Cogendae in ſulcum, & multa mercede domandae.

Plinius lib. XXXIII. 4. *Coguntur montes fertiles eſſe.* ſimiliter fere Horatius III. Od. 3.

Aurum irrepertum, & ſic melius ſitam
Cum terra celat, ſpernere fortior
Quam cogere humanos in uſus.

Ita

Cornaque, & in duris haerentia mora rubetis;
Et quae deciderant patulâ Jovis arbore glandes.
Ver erat aeternum, placidique tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat:
Nec renovatus ager gravidis canebat ariſtis.
Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant:
Flavaque de viridi ſtillabant ilice mella.

FAB.

Ita *imperare arvis*, *ſubigere*, *domare arva*. & ſimiles locutiones. recte quoque Raphaël Regius explicuit hunc locum. BURMANNUS.

104. *Arbuteos foetus.*] Hi fructus Romae Italico ſermone dicuntur *Ceraſe marine:* ſuntque rubicundi. De quo fructu item in x. hujus operis: *Pomoque onerata rubenti Arbutus.* CIOFANUS. *Arboreos* plurimi ſcripti, ut Virgil. Georg. I. 55. ubi vid. Servius, qui & Cornificii locum adducit, *ubi arboreae fruges.* forte ſcripſit, *Roboreos foetus*, ut glandes intelligat. HEINSIUS. *Arboreos foetus* pro pomis dici docuit Lindenbrogius ad Amm. Marc. lib. XXIII. 6. & ita etiam Noſter lib. IV. 125. & X. 665. vocat; ſed hi magis culturam & curam indicant, quam *arbutei foetus*, quos hic retineo. ut & lib. XIII. 819.

Nec tibi caſtaneae, me conjuge, nec tibi deerunt
Arbutei foetus.

Et ita inf. 632. *Frondibus arbuteis.* & VI. Faſt. 155. recte Heinſius reſtituit. & apud Virgil. XI. 65.

Arbuteis texunt virgis.

Ubi etiam codices quidam, *arboreis.* vide & Serv. ad Georg. I. 148. BURMANNUS.

105. *Cornaque.*] *Silveſtria corna* Horatio Sat. II. lib. II. *rubicunda* lib. I. Ep. 16. Calpur. Eclog. IV.

Frange puer calamos & inanes deſere menſas
Et potius glandes, rubicundaque collige corna.

Corrige gloſſas Iſidori, *Curnae*, *poma ſilveſtria.* Schedae Nanſianae, *curna*, lege *corna.* corna & ceraſa eadem vult eſſe Servius lib. II. Georg. 18. pro *haerentia* codices quidam, *horrentia.* ut *horrentes rubos* dixit Seren. Sammon. comp. 37. ſed vulgatam tuetur Petron. in Epigrammatis:

Vile olus, & duris haerentia mora rubetis,
Pugnantis ſtomachi compoſuere famem.

Propert. III. 11.

Illis pompa fuit decuſſa Cydonia ramo,
Et de puniceis plena caniſtra rubis.

Plin. XV. 24. *Romae in rubis mora naſcuntur*, vide Comment. Horat. I. Od. XXIII. HEINSIUS. vide Caſaubon. ad Athen. lib. II. cap. II. ubi de *ceraſis*, *cornis*, & *moris* erudite diſputat. ſed ibi legitur *in diris rubetis.* vitio operarum, ut puto.

105. *Et in duris haerentia mora rubetis.*] Pari modo in Faſtis libro IV. 509. habes, *glandes excuſſaque mora rubetis* mora ſilveſtria deſignat, rubi fructum, qui Graecis βάτις nonnunquam. Phanias Ereſius Ariſtotelis diſcipulus, apud Athenaeum libro II. τὸν τῆς ἀγρίου συκαμίνου κάρπον μόριον καλεῖ. Videndus ipſe Athenaeus. HEINSIUS. In uno Heinſii erat, *in dumis.* in aliis duobus, *& hirſutis haerentia.* in Regio etiam, *pendentia mora.* *Horrentia* in Leidenſi, quod ex Virgil. III. Georg. 315. defendi poſſet, & Seren. Samm. cap. 37.

Horrentum manſa curatus fronde ruborum.

Sed *duros rubos* dixit etiam Noſter IV. Pont. IV. 4. Propert. III. eleg XI. 28.

Et dare puniceis plena caniſtra rubis.

Ubi *rubi* pro ipſis moris videntur poni. BURM.

106. *Patulâ Jovis arbore.*] *Larga* in codice Heinſiano; eleganter; quae benigne ſufficiebat victum.

10. *Tepentibus auris.*] *Auſtris* plurimi ſcripti. Urbinas etiam pro diverſa lectione, *Euris.* ſed imitatur Virgil. lib. II. Georg. 130.

Zephyrique tepentibus auris
Laxant arva ſinus.

Ubi vide Pierium. ſic *auſtri* & *aurae* permutantur in MSS. apud Virgil. V. Aeneid. 850. Lucan. III. 410. & alibi. BURMANNUS.

109. *Tellus inarata.*] Horatius Epod. XVI.

Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis.

Significat autem novalem agrum, lib. I. de Ponto:

Quae nunquam vacuo ſolita eſt ceſſare novali,
Fructibus aſſiduis laſſa ſeneſcit humus.

CIOFANUS.

112. *Flavaque de viridi ſtillabant ilice mella.*] III. Amor. VIII. 39.

At meliora dabat curvo ſine vomere fruges,
Pomaque, & in quercu mella reperta cava.

Tibul. lib. I. eleg. III.

Ipſae mella dabant quercus, ultroque ferebant
Obvia ſecuris ubera lactis oves.

Claud. lib. II. De Raptu:

Ilex plena favis. IDEM.

Manabant MSS. Berlinanni.

Fab. IV. Argumentum.

Idem annus in quatuor tempora.

Cum Saturno aurei ſeculi rectore, coeli arce dejecto, [a] *teneret Jupiter mundum,* [b] *ſic ipſe mundus quatuor ac diverſa tempora coartavit, ut ver, quod fuerat ante unum, ſemper* [c] *ad ſerenam tranquillitatem continuum,* [d] *in partem anni quartam anguſtiſſimum coierit tempus: ut huic ſuccederet ardor* [e] *aeſtatis, & tertio ſequeretur autumni infida temperies, &* [f] *poſt haec totus annus rigida hieme clauderetur,* [g] *quae quatuor tempora veris exordio qualitatem imitarentur, & ordinem ſeculorum.*

POſtquam, Saturno tenebroſa in Tartara miſſo,
Sub Jove mundus erat; ſubiit argentea proles,

Auro

[a] *Teneret Jupiter.*] *Terreret*, Colon.

[b] *Sic ipſe mundus.*] Ita & cum MS. Veneta. editi reliqui variant. Raenerius edidit, *ſic eum in quatuor.* Giſel. *ſicut ipſe Saturnus mundum in quatuor* &c. Videtur ſcribendum, *ſic ipſe mundum in* &c. Munker. Raenerium ſequitur Plantin. Giſelinum Heinſius. *ſic ipſum in diverſa tempora coartavit, ut ver q. fuit ante continuum ſerena tranquillitate &c.* Colon.

[c] *Ad ſerenam tranquillitatem continuum.*] Ita quoque cum MSS. exhibent Veneta & Raeneriana. nec differt Giſelin. niſi quod *continuam* praefert. At Micyllus, *& ſerena tranquillitate continuum.* Munker.

[d] *In partem anni quartam ac anguſtiſſimum coierit tempus.*] Ita cum MS. etiam Venet. Raen. & Micyllus, niſi quod pro *coierit*, repraeſentant, *coegerit.* Giſelinus edidit, *in parte anni quarta anguſtiſſimum cogeret tempus.* Munker. Parm. & Lugd. habent ut Munkerus vulgavit. *& in anguſtiſſimum ageretur*, Colon.

[e] *Aeſtatis.*] *Aeſtati & retro.* Colon.

[f] *Poſt haec.*] *Poſt hoc tempus.* Colon.

[g] *Quae quatuor.*] *Quae* omiſit Heinſius. *ut haec quatuor tempora qualitates imit. e. o. s. conſtituit Jupiter*, Colon.

113. *Poſtquam Saturno tenebroſa in tartara miſſo.*] Errat Regius hoc loco, qui, *Saturno miſſo in Tartara*, mortuo interpretatur. Hiſtoria, ſive fabula eſt apud Lactantium lib. I. De Falſa Religione cap. XIV. Ciofanus.

114. *Mundus erat.*] *Eras* Moreti liber. eleganter.

114. *Subiitque argentea proles.*] Libri veteres, *Subiit*, ſine *que*; rectius. Ciofanus. *Subiit* cum caſtigatioribus reſtituendum, ita ſenſu poſtulante. Rationem Notis ad Epiſt. VII. 53. reddidimus, ad Stat. VI. Theb. 664. nonnulla quoque Gronovius jam obſervavit. Virgil. lib. VIII.

—— *haec, inquit, limina victor*
Alcides ſubiit: haec illum regia cepit.

Statius Theb. X. 25.

—— *ſubiit ultricia Tydeus*
Tartara.

Perſius Sat. II.

Hinc illud ſubiit, auro ſacras quod ovato
Perducis facies.

Noſter lib. VII. 170.

Diſſimilemque animum ſubiit Aeeta relictus.

Vide inf. II. 567. III. 546. XIII. 444. XIV. 519. Horat. lib. I. Sat. IX.

Cum gravius dorſo ſubiit onus.

Val. Flaccus lib. IV. 188. *& monſtri ſubiit abſentis imago.* lib. VIII. 67.

Ille ſilet: tantus ſubiit ut virginis horror.

Ubi perperam Barthius *ſubiit vi.* Statius VI. 664. *Conceſſit cetera pubes Sponte & adorato rediit inglo-ria diſco*: ſic opt. duo MSS. Behotii. vulgo *redit illa.* lib. II. vers. 474.

Te Meleagre ſubit. ibi demum cuſpide lata Haeſit.

Apud Virgilium libro IX. in veterrimis codicibus legitur:

Italiam fatis petiit auctoribus.

Sic & alii. producitur etiam in *adiit*, *rediit*, *periit*, *abiit*, & ſimilibus poſtrema ſyllaba ſequente vocali. Heinsius.

116. *Antiqui.*] Quidam codices, *aeterni* non male. ſic *aeterno veri* opponitur *breve ver.* inf. lib. V. 391. *Perpetuum ver eſt.* Claud. Epith. Honor. *aeterni patet indulgentia veris.* & de Raptu. *Perpetuum ver eſt.* Prudent. Hamarth. Hymn. III. *Ver ubi perpetuum redolet.* Heinsius. nullus hic locus *aeterno* veri, quod repetiit librarius ex verſu 107. *Antiquum ver* eſt praeteritum, quale erat aureo ſeculo. vide ad III. Triſt. XII. 2. Burm.

118. *Spatiis exegit.*] Variant codices, quorum nonnulli, *diviſit*, alii, *perfecit*; quae a gloſſatoribus profecta ſunt. *exigere* hic eſt, ut in trutina, exaequaere. unde *examen* quaſi *exagimen* in lance. vide veterem interpretem Perſii ad Sat. I. 6. & ita Sueton. Caeſar. cap. XLVII. dicit, illum *pondus margaritarum exegiſſe.* plura vide ad Epiſt. XVII. 177. Burmannus.

Auro deterior, fulvo pretioſior aere.
Juppiter antiqui contraxit tempora veris:
Perque hiemes, aeſtusque, & inaequales autumnos,
Et breve ver, ſpatiis exegit quatuor annum.
Tum primum ſiccis aër fervoribus uſtus
Canduit: & ventis glacies adſtricta pependit.
Tum primum ſubiere domos. domus antra fuerunt,
Et denſi frutices, & vinctae cortice virgae.
Semina tum primum longis Cerealia ſulcis
Obruta ſunt, preſſique jugo gemuere juvenci.
Tertia poſt illas ſucceſſit aënea proles,
Saevior ingeniis, & ad horrida promtior arma;

Nec

120. *Ventis glacies adſtricta.*] In uno Baſileenſi, *rectis*, ut *ſtiria* intelligatur, Claudian. bel. Get. 327.

Flaventes adſtringit ſtiria ſetas.

Martial. VIII. 38.

Turpis ab inviſo pendebat ſtiria naſo.

Sed & ſupra dixit v. 53. *Facientes frigora ventos.* & III. Triſt. X. 24.

Caeruleos ventis latices durantibus, Iſter
Congelat.

Et paullo poſt. 53.

Aequato ſiccis Aquilonibus Iſtro.

Glacies pendens etiam in eadem elegia. ỹs. 21. BURMANNUS.

121. *Tum primum ſubière domos: domus antra fuerunt.*] Verſus hos ita putamus ordinandos, *tum primum & denſi frutices & virgae junctae cortice ſubiere domos.* Parentheſis eſt, *domus antra fuerunt*, & hic erit ſenſus: tum primum frutices, & virgae, veluti tibicines & fulturae, domos ſubſtituere, & quaſi ſuccolantes ſubiere. ante enim pro domibus ſpeluncas primitus mortales incoluere, ut ſcribunt Plinius, & Lucretius. in hanc vero noſtram ſententiam Senecae verba adſcripſimus ad Lucilium ita loquentis Epiſtola 90. *Furcae utrinque ſuſpenſae fulciebant caſam, ſpiſſatis ramalibus, ac fronde congeſta, & in proclive diſpoſita, decurſus imbribus quamvis magnis erat.* Fabius quoque Pictor hoc ſcriptum reliquit: *Domus illis non exſtructae, non ornatae, luxuriaque inſignes erant & ſplendidae, ſed vel criptae, aut viminum tuguria, & cava arborum ligna erant.* JACOBUS A CRUCE. De hoc II. Art. 473.

Tum genus humanum ſolis errabat in agris:
Hiſque merae vires, & rude corpus erat.
Silva domus fuerat, cibus herba, cubilia frondes,
Jamque diu nulli cognitus alter erat. CIOFAN.

Subiere domus in optimo Florentino, & priori Hamburgenſi: ut repetitio verſum gratiorem reddat. deinde in eodem, aliiſque melioris notae octo aut decem, *vinctae cortice virgae*, non *junctae*. etiam probe. HEINSIUS. ſimilis varietas lib. VI. 59. & VIII. 248. vide & XIV. 665.

121. *Domus antra fuerunt.*] Corripit hoc loco *domus* Ovidius, ut Horatius *palus*. CIOFANUS. *Domus* hic in ſingulari capiendum, ne cum Ciofano peccaſſe Ovidium credamus. nam τοῦ *palus* ultimam apud Horatium corripi nequeo mihi perſuadere. vide Bentlej. ad Art. Poet. 65. Maſerius ad Valer. Flac. IV. 453. ultimam in *virtus* corripi, quia ultima litera abſumitur, credit. ſed in loco Senec. Herc. Oet. 1270. legitur:

Tibi illa virtus, quae tot eluit mala

Non, *tibi virtus illa*: nec verſus apud Cicer. II. Tuſc. 8.

Sic feminata virtus afflicta occidit.

Nos movet, cum recte etiam Maſerius viderit objici poſſe, hoc Pacuvio, & Accio licuiſſe, ſpondeum in locis paribus ponere. apud poſteriores vero aevi Poetas quoque talia obſervare licet. ita Paullin Nolan. carm. XIV. Epith. in Julianum.

Tali conjugio ceſſavit ſervitus Hevae.

Vide Voſſ. de Art. Gram. lib. II. cap. 31. *fuere* etiam in omnibus fere. vid. lib. VII. 114. BURM.

122. *Et denſi frutices, & vinctae cortice virgae.*] *Vinctae* legendum putat Dominus praeceptor noſter, cui multum hae noſtrae debent annotationes. eſt autem etiamnum mos ex corticibus tiliarum, nonnullarumque aliarum arborum, ut parentur funes, quos veriſimile eſt & tum primum inventos. Crates igitur intelligit, aut quid ſimile, e quibus etiam hodie multis in locis parant ruſtici domos. GLAREANUS.

123. *Semina tum primum longis Cerealia ſulcis Obruta ſunt, &c.*] Idem docet: III. Amor. VI. 15.

Nunc opto currum, de quo Cerealia primùm
Semina venerunt in rude miſſa ſolum. CIOF.

125. *Tertia poſt illam.*] *Poſt illas* Berneggerianus, Urbinas, primus Mediceus, & Noricus. id-

Nec ſcelerata tamen. de duro eſt ultima ferro.
Protinus irrumpit venae pejoris in aevum
Omne nefas: fugêre pudor, verumque fidesque:
In quorum ſubiere locum, fraudeſque, dolique,
Inſidiaeque, & vis, & amor ſceleratus habendi.
Vela dabant ventis, nec adhuc bene noverat illos
Navita: quaeque diu ſteterant in montibus altis,
Fluctibus ignotis inſultavere carinae.
Communemque prius, ceu lumina Solis & auras,
Cautus humum longo ſignavit limite menſor.

Nec

que rectius. mox, *nec ſcelerata* codex Baſil. & duo mei. HEINSIUS.

125. *Tertia poſt illam ſucceſſit aënea proles.*] Tametſi *ſucceſſit* quoque legi poſſit, ut ſequens diphthongus ſolvatur, *ſucceſſerat* tamen, ut in vetuſto ſcriptum eſt exemplari, magis mihi probatur. Id quod ab iſtis in alienos libros ingenioſis nondum eſt animadverſum. REGIUS. Aratus in Phaenomenis, ubi de Virgine, tres duntaxat ponit aetates. nam illam aeneam, ſive aeream, intellexit ferream, χαλκείην vocitans: χαλκὸς enim olim pro ferro, quod arma ex aere eſſent, accipiebatur. quare poëta noſter hoc in loco de aerea aetate non multa verba fecit, deſtitutus Arato, quem, quod ad mores aetatum attinet, ſequi voluit. Heſiodus autem quatuor ponit hominum genera, aureum, argenteum, aeneum, ac ferreum. ſed hoc ultimum variat, ut in Georgicis patet apud eundem. ceterum Raphaeli Regio placuit, ſi legatur, *ſucceſſerat aenea proles.* mihi magis placet, ut fiat reſolutio diphthongi: ut legatur, *ſucceſſit ahenea proles.* quanquam utrunque legi poteſt: quod & ille fatetur. GLAREANUS. *ſucceſſit aënea* legendum jam monuit Piërius ad Virgil. IX. Aeneid. 24. *ſucceſſit & aenea* Cantabrig. *ſubiit aënea* Leidenſ. *ſucceſſerat aenea* Argentin. vide ad Epiſt. VI. 32.

127. *De duro eſt ultima ferro.*] Virgil. lib. IV. Aeneid.

—— *De marmore templum*
Conjugis antiqui.

CIOFANUS.

128. *Irrupit.*] *Irrumpit* Tert. Medic. & Genev. *erupit* unus Moreti.

129. *Fugere pudor, verumque, fideſque.*] Expreſſiſſe videtur illud Theognidis:

Ὤχετο μὲν πίϛις μεγάλη θεός. ὤχετο δ' ἀνδρῶν
Σωφροσύνη· χάριτές τ' ὦ φίλε γῆν ἔλιπον.

Id eſt:

Abiit quidem Fides, magna Dea: abiit etiam virorum
Temperantia; Charitesque, ô amice, terram reliquerunt. CIOFANUS.

rectum Leidenſis unus pro varia lectione, & Regius ſecundus.

130. *Subiere locum.*] *Loco* Gronov. *locis* alter. *inque horum* legebat Francius ex Caſauboni ſententia.

131. *Inſidiaeque.*] *Invidiaeque* Langermannianus, ne ter idem dicat.

132. *Vela dabat.*] *Dabant* optimi codices. vide ad Epiſt. XIV. 42.

133. *Steterant in montibus altis.*] *In montibus alni* Johanni Frederico Gronovio ad Plin. XXXI. 2. legendum videbatur. quale mendum & nos ex Achilleidos Statianae ſecundo expunximus:

Rura urbeſque vacant, montes ſpoliavimus alnis;
Omne fretum longa telorum obtexitur umbra.

montes altos illic nunc circumfertur. HEINSIUS. Ita nos ad Epiſt. XVI. 107. caſtigavimus ex nota, quam ante multos annos margini Statii adſcripſeramus, immemores, aut neſcii potius, tunc Gronovium ita emendaſſe, cui omnem hanc laudem tranſcribimus libentes. moti eramus maxime ejuſdem Poëtae loco eod. libr. 249.

Geminas regnator Scyrius alnos
Deducit genero.

Vide & diligentiſſimi Drakenborchii notas ad Silii Ital. lib. XII. 521. BURMANNUS.

134. *Ignotis.*] Optimus Mediceus, *ignaris.* quo verbo ſaepe Tacitus utitur pro *ignotus.* inf. VII. 404. & 672. VIII. 188. & alibi. vide Muret. lib. XI. Var. Lect. cap. 2. HEINSIUS. ita Virgil. X. Aeneid. 706.

Ignarum Laurens habet ora Mimanta.

Ubi vide commentatores, & Pricaeum ad Apulej. VII. pag. 385. & Mercer. ad Dict. Cret. II. 37.

134. *Inſultavere.*] *Exultavere* Gronovianus & alii plures. quod verbum reſtituit Claudiano praef. lib. I. de Rapt. II. Heinſius, ubi vide. ſed hic *inſultare* rectum, tamquam aequori *victo*, ut vocat Valer. Flac. V. 512. ubi nos plura. BURMANNUS.

135. *Communemque.*] Cum hoc commune eſt illud Petronii neque antehae excuſum, quod ex veteris ejus libri fragmentis adſervatur in Gallia. DOUZA, Reſpicit ad illa, quae nunc cap. c. leguntur.

Nec tantum ſegetes alimentaque debita dives
Poſcebatur humus; ſed itum eſt in viſcera terrae:
Quasque recondiderat, Stygiiſque admoverat umbris,
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Jamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodierant; prodit bellum, quod pugnat utroque;
Sanguineâque manu crepitantia concutit arma.
Vivitur ex rapto. non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer à genero: fratrum quoque gratia rara eſt.
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti:

Luri-

guntur. *Quid autem? non commune eſt, quod natura optimum fert. Sol omnibus lucet. Luna innumerabilibus comitata ſideribus, etiam feras ducit ad pabulum*, &c.

135. *Ceu lumina ſolis & aurae.*] Fragmentum Leodicenſe, Neap. Urbin. Berneg. & quatuor alii ex melioribus, *auras*, quod lex Latinitatis exigit lib. VI. 350.

Nec ſolem proprium natura, nec aëra fecit,
Nec liquidas undas.

Ut Berſmannus in ſuo libro invenit. Vivianus ex ſuis *aura*, quomodo unus Baſileenſis. ſed fruſtra. Heinsius. vulgata lectio defendi ſatis poteſt, ſubintellecto *erant*, ſic apud Tacitum XIII. Annal. 19. *Deſtinaviſſe eam Rubellium Plautum, per maternam originem pari, ac Nero, gradu a divo Auguſto, ad res novas extollere.* de ſimili uſu voculae *quam*, vide quae notavi ad Quinctil. Decl. CCCXXI. Burmannus.

138. *Sed itum eſt in viſcera terrae.*] Statius lib. I. IX.

— *dum per cava viſcera terrae*
Vado diu pendens.

Columella:

Tu penitus clathris eradere viſcera matris
Ne dubita.

Claud.

— *trepidae quis viſcera terrae*
Commoveat motus? Ciofanus.

Per viſcera Neapolitanus, quod non repudiem temere, & Statii loco a Ciofano adducto ſtabiliri poteſt. & ſic *per ſilvas ire*, vidimus ad Epiſt. IV. 38. ſed vulgata Plinii verbis ex praefat. non libri III. ſed XXXIII. *imus in viſcera ejus*, quae adducit Berſmannus, firmatur. Qui idem Plinius lib. II. 63. *penetramus in terrae viſcera*, & mox, *viſcera ejus extrahimus.* & ita paſſim alii. ſic de alia re in Ibide 546. *Inque tui caeſus viſcera patris eas.* Burmannus.

139. *Quaſque recondiderat, ſtygiiſque admoverat umbris, Effodiuntur opes.*] In hanc ſententiam ſunt illa è lib. III. Eleg.

At cùm regna ſenex coeli Saturnus haberet,
Omne lucrum tenebris alta premebat humus.
Aeraque & argentum, cumque auro pondera ferri
Manibus admorat, nullaque maſſa fuit.

Ciofanus.

139. *Stygiiſque admoverat umbris.*] Veteres videntur Orci & Manium ſedem in penitiſſimis terrae viſceribus conſtituiſſe. & hinc eſſe credo, quod toties apud Poëtas legimus de *Theſauro orci*, ad quod etiam referri poſſe videtur illud Tibulli III. III. 38.

Dives in ignava luridus Orcus aqua. Douza.

140. *Effodiuntur opes, irritamenta malorum.*] Non diſſimilis eſt locus Senecae in Octavia: *Atque auri fames totum per orbem exorſum eſt malum.* Ciofanus.

142. *Prodierat.*] *Prodierant* unus Gronovianus rectius. vide ꝟs. 99.

143. *Crepitantia.*] *Trepidantia* Voſſii & Leidenſis.

144. *Ex rapto.*] *Ex raptu* Mediceus & Strozzae. Cicer. III. Tuſc. 12. *Pelope natus, qui quondam a ſocero Oenomao rege Hippodamiam raptu nactus nupſit.* & alii ſimilia ſubſtantiva collegerunt Gebh. I. Crep. 8. & Barth. ad Stat. IV. Silv. III. 23. & IV. Theb. 469. ſed *rapto vivere* dixit Noſter v. Triſt. X. 16. *& ſine rapto vivere* Vellej. Pater. II. 32. Burmannus.

144. *Non hoſpes ab hoſpite tutus.*] Hoc hemiſtichium cum quatuor ſequentibus carminibus citat Seneca lib. I. De ira. 8. Ciofanus. vide & Senec. de Benef. V. 15.

145. *Non ſocer à genero: fratrum quoque gratia rara eſt.*] Quem modo citavi, Seneca in Hippolyto, 553.

Tum ſcelera dempto fine per cunctas domos
Iere: nullum caruit exemplo nefas,
A fratre frater, dextera nati parens
Cecidit: maritus conjugis ferro jacet:
Perimuntque foetus impiae matres ſuos. Idem.

45. *Fratrum quoque gratia rara eſt.*] Sic Terent. in Hecyra, III. 5.

Neque alio pacto poteſt componi inter eas gratia.

Plaut. in Amphit. III. 2.

Lurida terribiles miſcent aconita novercae:
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa jacet Pietas: & Virgo caede madentes,
Ultima coeleſtum, terras Aſtraea reliquit.

Fab. V. Argumentum.

Gigantum ſanguis in homines.

[a] *Gigantas nomine immenſae molis, & ſimiles matri filios parens* [b] *Terra progenuit: quorum magnitudini par exarſit audacia. nam exſtructis in excelſum aggerem montibus ſacrile-*

Verùm irae, ſi quae fortè eveniunt hujuſmodi
Inter eos, rurſum ſi reventum in gratiam eſt,
Bis tanto amici ſunt inter ſe, quam prius.

Ibidem: III. 3.

Sed age reſponde, jam vos rediſtis in concordiam?

Ciofanus.

47. *Lurida terribiles miſcent Aconita novercae.*] Huc faciunt carmina illa lib. VII. 406. quibus Aconitum deſcribit:

Hujus in exitium miſcet Medea quod olim
Attulerat ſecum Scythicis Aconiton ab oris.
Illud Echidneae memorant è dentibus ortum
Eſſe canis: ſpecus eſt tenebroſo caecus hiatu.
Eſt via declivis, per quam Tyrinthius heros
Reſtantem, contraque diem radioſque micantes
Obliquantem oculos nexis adamante cathenis
Cerberon attraxit, rabida qui concitus ira
Implevit pariter ternis latratibus auras:
Et ſparſit viridis ſpumis albentibus agros:
Has concreſſe putant, nactaſque alimenta feracis
Foecundique ſoli, vires cepiſſe nocendi,
Quae, quia naſcuntur dura vivacia caute,
Agreſtes Aconita vocant. Idem.

Livida quatuor ſcripti.

148. *Patrios inquirit in annos.*] Variant vehementer codices. multi, *incurrit*; *occurrit in annos* Bernegger. *concurrit.* unus *deſiderat annos.* Menardi, *incurrit honores.* Geneven. *irrupit in annos.* alii aliter. ſed omnes, ut puto, male. rectè Regius explicuit impios filios, divinos & Mathematicos conſulere de morte parentum; de quo ſcelere multa Auſonius Epiſtola 1. ad Patrem & Ovidius Noſter lib. II. Faſt. 625. apud Terentium Adel. IV. ſc. 5. Demea, *meam mortem exſpectant. ante diem* vero eſt fatalem, ſupremum, ut III. Art. 739.

Ante diem morior.

Inquirere, licet de alia re, lib. XII. 63.

Totumque inquirit in orbem.

Sed ita *quaerere* utitur Tacit. III. an. 22. *quaeſitumque per Chaldaeos in domum Caeſaris.* Heinſius olim conjecerat, *patrios male digerit annos*, ex II. Faſt. 625. ſed hoc longius abit. Burman.

149. *Victa jacet pietas.*] *Pietas* eſt, inquit M. Tullius extremo lib. 1. De Nat. Deor. *juſtitia adverſum Deos.* Ciofanus.

149. *Caede madentes.*] *A caede* unus Heinſii, & *larga caede madentes.* Schepperus apud Fabr. lib. II. Epiſt. 71.

150. *Ultima coeleſtum terras Aſtraea reliquit.*] Hac de re lib. 1. Faſt. 249.

Nondum juſtitiam facinus mortale fugarat,
Ultima de ſuperis illa reliquit humum.

Seneca in Octavia, 422.

Neglecta terras fugit, & mores feros
Hominum cruenta caede pollutas manus
Aſtraea Virgo, ſiderum magnum decus.

Ciofanus.

150. *Caeleſtum.*] *Coeleſtes* pro coelitibus eloquens & vetus loquendi ratio. nam & Tibullus 1. eleg. 10. *Parcite coeleſtes.* Douza.

[a] *Gigantas nomine immenſae molis, & ſimiles &c.*] Haec eſt lectio MS. & Venetae, pro quâ Giſel. & Raener. *Gigantes immenſae molis homines & ſimiles &c.* Micyllus. *Gigantes immenſae molis & ſimiles* Munker. *Gigantas* etiam multis locis Poëtarum reddit Heinſ. ad hujus libri vers. 152.

[b] *Terra progenuit.*] *Terra produxit.* Micyll. Colon.

[c] *Fulminum igne.*] *Fulmine dejecto.* Colon.

[d] *Poenae ſua & cruore.*] Ita & cum MS. Veneta ac Micylliana. Giſelin. *Poená ſua & cruore.* Raener. omiſſis temere duobus vocabulis, *impium genus ſuo cruore &c.* Munkerus. *poenae ſuo cruore*, Colon.

151. *Neve.*] Quae hîc ex Orpheo citat Regius, iis conſimilia etiam Heſiod. tradit. qui in Theogonia Erinnyas & Gigantes ex cruore Coeli, cum is à Saturno filio caſtraretur, in gremium terrae delapſo, procreatos dicit. Sed tamen de Gigantomachia nonnihil variat. Nam Titanas primo (ita enim vocarat filios ſuos ὁ οὐρανὸς, quòd diceret eos, τιταίνοντας ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι ἔργον, τοῖο δ' ἔπειτα τίσιν μετόπισθεν ἔσεσθαι, ut idem Heſiodus ait) cum reliquis Diis bellum geſſiſſe tradit. Quibus auxilio Cotti, Gygis, & Briarei, quos Centimanos vocant, oppreſſis, idem bellum mox à Typhoeo repetitum, eundemque à Jove ful-

erilegas manus injecere coeleſtibus. Sed [c] *fulminum igne dejecti, impium genus* [d] *poenae ſuae cruore generarunt: nam ſanguis eorum permixtus terrae, homines procreavit, haud longe ab origine diſcrepantes.*

NEve foret terris ſecurior arduus aether;
Adfectaſſe ferunt regnum coeleſte Gigantas:
Altaque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes.
Tum pater omnipotens miſſo perfregit Olympum
Fulmine, & excuſſit ſubjecto Pelio Oſſam.
Obruta mole ſuâ cum corpora dira jacerent;

Per-

fulmine proſtratum. Atque huic poſteriori bello ceteri aſſignant ea, quae vulgo de Gigantomachia feruntur. Videlicet, deos in Aegyptum profugiſſe, alioſque in alias formas mutaſſe metu feſe, donec à Pane, à quo & Panici terrores dicti, Gigantes & qui circa Typhoëum erant, perterriti, in fugam converterentur. Priorem autem pugnam cum Titanibus in campo Phlegraeo commiſſam volunt. Quod & Claudianus innuere videtur in principo Gigantomachiae, ubi inquit:

Terra parens quondam coeleſtibus invida regnis,
Titanumque ſimul grandes miſerata labores,
Omnia monſtrifero complebat tartara coetu,
Inviſum genitura neſas, Phlegramque recepit
Tanta prole tumens. &c.

Rurſum alii Gigantum pugnam à Typhoei cauſa ſeparant, & Typhoeum per ſe Deos in Aegyptum fugaſſe tradunt. Gigantes autem circa Phlegram, extructis aliis ſuper alios montibus, cùm coelum oppugnare vellent, à Jove fulmine dejectos fuiſſe. Quod eò hic addere libuit, nequis diverſitate iſta, qua pöetae fabulas inter ſe miſcent atque confundunt, inſciens fortè turbetur. Porrò videtur & haec fabula ex vero originem traxiſſe. Nam Geneſis II. de poſteris Noë, eodem ferè modo legimus: turrim conatos extruere, cujus culmen coelum contingeret, ſed à Deo prohibitos, qui confuſione linguarum ab incepto eos avertit. Unde & Babel nomen loco manſit, quae poſtea Babylonia dicta fuit. MICYLLUS.

152. *Affectaſſe ferunt regnum coeleſte Gigantes.*] De hoc more ſuo copioſe lib. III. & V. Faſt. & II. eleg. *Affectaſſe regnum*: id eſt, anxiè, & ſummo cum deſiderio quaeſiiſſe. Livius non longè à fine lib. I. *Neque ea res Tarquinio ſpem affectandi regni minuit.* Curtius lib. IV. *Nam cum regnum affectaret, proditio, qua ſola id aſſequi poterat, timebatur.* CIOFAN. male quidam codices, *infeſtaſſe.*

152. *Gigantes.*] *Gigantas* quatuor ex antiquioribus, de quo ad Faſtos. ſic & infra libr. V. vers. 319. & X. 150. reſtituimus. Prudentius Hamartig. ex codice Puteaneo longe antiquiſſimo:

—— *fulmineos cogens ad bella Gigantas.*

Martial. lib. VI.

Ipſe tuos nobis relegas licet uſque Gigantas.

Sic libri meliores, ut & apud Claudianum IV. Conſ. Honor. 534. *olim domitura gigantas.* & VI. ejuſdem conſulatus. 44.

Juvat intra tecta tonantis
Cernere Tarpeja pendentes rupe Gigantas.

Seneca Oedipo 90. ex optimis membranis Etruſcis:

Adverſus feros
Audax Gigantas obviam ferrem manus.

Neque aliter apud Statium non uno loco. & apud Lucanum in optimis membranis. ut lib. IV. 593. *poſt genitos tellus effoeta Gigantas.* lib. VII. 145. *Phlegra rabidos tollente Gigantas.* lib. IX. 656. *Phlegraeo ſtantes ſerpente Gigantas* Macrob. lib. I. Saturn. XX. de Marte: *Ipſe creditur & Gigantas interemiſſe, cum coelo propugnaret. Gigantas autem quid aliud fuiſſe credendum eſt, quam hominum quandam impiam gentem.* ſic in catalectis MSS. Salmaſii inter ſchedas noſtras:

Spoliavit fulmine coelum
Et tulit arma Jovi, quod felix turba deorum
In ſaevos quondam potuit conferre Gigantas
Aeneas nunc ſolus habet, urbiſque ruinam
Saevo Marte parat, Italaſque evertere turres.

Sic *Cyclopas* Stat. I Theb. 458. MS. Anglicanus veterrimus, quem inſpexi, & codices Tiliobrogae & Behotii, & ipſe Scholiaſtes ad lib. VI. 375. Silius IX. 307. XIII. 440. *Titanas.* Stat. Theb. VIII. 44. *Aethiopas* infr. V. 779. Plura vide ad lib. III. Faſt. ỳs. 439. HEINSIUS.

153. *Congeſtos.*] *Conjectos* Viviani, Leidenſ. & Gronov. codices. vide ad I. Amor. IX. 12.

155. *Fulmine &c.*] Videtur fabula haec Gigantum, montes montibus aggerentium, quo coelum expugnarent, adumbrata ex notione aliqua Hiſtoriae ſacrae, & reſpicere turris Babylonicae ſtructuram. ὅσως τις τὰ παρὰ τοῖς ποιηταῖς μεμυθευμένα περὶ τῶν γιγάντων οἴεται τὸν νομοθέτην αἰνίττεσθαι, πλεῖον ὅσον διεγκόντα τοῦ μυθοπλαςεῖν, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας ἴχνεσιν αὐτῆς ἐπιβαίνειν ἀξιοῦντα. Philo. Jud. I. de Gigantibus. Erant autem γηγενεῖς Terrae & Coeli filii. οὗν καὶ γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος Οὐλύμπιοι. Orpheus. Vide Claudiani Gi-

ganto-

Perfuſam multo natorum ſanguine Terram
Incaluiſſe ferunt, calidumque animaſſe cruorem:
Et ne nulla ferae ſtirpis monumenta manerent,
In faciem vertiſſe hominum. ſed & illa propago
Contemtrix Superum, ſaevaeque avidiſſima caedis,
Et violenta fuit: ſcires è ſanguine natos.

Fab. VI. Argumentum.

Lycaon Pelaſgi filius in Lupum.

[a] *De Gigantum ſanguine nati quam ſacrilega* [b] *mente verſati ſint, Lycaonis teſtatur exemplum: qui tyrannus Arcadiae, cum* [c] *advenas & hoſpites trucidaret, etiam Jovem* [d] *in ſe accendit iratum. Nam Jupiter* [e] *humani ſceleris impatiens, in deos querimonia*

gantomachiam, & quae citantur à nobis in *Poëtico Indice.* ſub titulo, *Gigantomachia.* Videantur & Mythologi, Hyginus 28. Fab. Apollodorus l. 1. Ant. Liberalis fab. 28. G. Sabinus, Natalis Comes 6. l. c. 21. & 22. quorum alii interpretantur Gigantes fuiſſe rebelles, ſeditioſos, impios, ſacrilegos: alii Tyrannos, alii ventos Typhonas. Οὐ μὴν ἐς ἀγῶνα ἐλθεῖν τοῖς θεοῖς, ἀλλ' ὑβρίσαι μὲν τάχα ἐς τοὺς νεῶς αὐτῶν καὶ τὰ ἐδη, &c. Philoſtratus l. 5. de vita Apollonii cap. 6. in cujus Heroicis lege, & tit. ἀμπελουργὸν, Philo l. de Gigant. γῆς μὲν γιγένασι ἄνθρωποι οἱ θηρευτικοὶ τῶν σώματος ἡδονῶν, &c. Joſephus 1. l. 4. c. refert, progeniem hanc fuiſſe Angelorum, ſeu filiorum Dei cum filiabus hominum congredientium. Nec inſcitè Aegyptii tradunt vites è ſanguine Gigantum natas, quippe quarum latice mentes hominum inſenſatae, denuo θεομαχεῖν incitantur. Farnabius.

155. *Excuſſit ſubjectum Pelion Oſſae.*] *Subjecto* multi ex vetuſtioribus. *ſubjecto Oſſa* ſecundus Palatinus & unus Berſmanni. optimus Thuaneus, *ſubjectum Oſſa.* unus Palatinus, *ſubjectum Pelion Oſſam.* codex, quo vir optimus doctiſſimuſque Carolus Sprotius me donavit, pro diverſa lectione exhibebat, *ſubjectam Pelion Oſſam.* Scribe, *excuſſit ſubjectam Pelio Oſſam.* vel quod in uno Ambroſiano, pro diverſa itidem lectione, legebatur, *ſubjecto Pelio Oſſam.* quidam enim poëtarum Pelion Oſſae ſubjectum ferunt fuiſſe, quidam Oſſam Pelio ſubjectam. Poſteriorem tamen lectionem veriorem duco. Atque ita jam conjecerat legi debere vir exactiſſimae eruditionis noſter Gronovius in Obſervationibus, ex illo Virgiliano:

Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam. Heins.

Barth. ad Stat. x. Theb. 846. legit, *excuſſit ſubjecto Pelion Oſſae.*

157. *Mulco natorum ſanguine.*] Unus Leidenſis, *merito*, quod arridet. Ita inf. libro xi. 32. ex MSS. *merito ſudore.* & 1 Faſt. 350.

Ulta ſuas merita caede nocentis opes.

Ubi quidam codices, *multa.* contra Stat. Tib.

Immerito ſociorum ſanguine fuſo
Inſtaurare diem.

Ita Claudian. II. in Rufin. 4.

Meritoque latus transverberat ictu.

Et IV. Conſ. Honor. 97.

Purpureas merito placavit ſanguine manes.

Mox pro *ſuae ſtirpis* optimae notae Thuaneus & unus Voſſianus, *ferae ſtirpis.* Idem. Ita *ſua* & *fera* vidimus commutari II. Amor. VI. 27.

157. *Sanguine terram.*] *Matrem* unus Heinſii. forte recte. nam terrae filii erant Gigantes.

158. *Immaduiſſe.*] Eleganter unus Mediceus, *incaluiſſe*, & ita in ultima Aldi editione. ita ut pro ſua emendatione hoc jactare non debuerit Schepperus apud Tanaq. Fabr. lib. II. Ep. 71. veram tamen puto lectionem; amat enim Ovidius repetitiones illas, & in calore illo vis producendi erat, & gignendi. Sic inf. 417.

Poſtquam vetus humor ab igne
Percaluit ſolis, caenumque udaeque paludes
Intumuere aeſtu.

Ubi *incaluere* quidam etiam codices. lib. XV. 106.

Primaque è caede ferarum.
Incaluiſſe putem maculatum ſanguine ferrum.

Unus Mediceus hic habebat, *rabidumque calorem.* Burmannus.

159. *Et, ne nulla.*] *Ac ne nulla*, duo codices Medicei.

160. *In faciem vertiſſe.*] Plaut. Amph. in Argum. *in faciem verſus Amphitryonis Jupiter.* Douza. *Mutaſſe* Regius, & Gronovianus pro varia lectione. *in faciem vertiſſe ferunt* MS. Berſmanni.

161. *Avidiſſima caedis.*] *Obnoxia caedis* Palatin. pr. ſed tunc *caedi* legendum. *mortis* Gronov.

162. *Scires è ſanguine natam.*] *Natos* plerique meliores. ſic ſupr. 92.

Nec ſupplex turba timebant
Judicis ora ſui, ſed erant ſine vindice tuti.

Nam ſi in incepto periſtare voluiſſet, dicendum fuiſſet,

monia [f] *delata, ſimulata hominis ſpecie, ad Lycaonis* [g] *regiam venit: cui Lycaon* [h] *tamquam mortali praeparans mortem, prius humana membra devoranda velut hoſpitali humanitate* [i] *adpoſuit:* [k] *quae poſtquam Jupiter ſenſit, non eum penitus interemit, ne ſupplicii amitteret ſenſum; ſed* [l] *in lupi ſaevi eum formam convertit; qui & mores* [m] *in rabie, & nomen Lycaonis in adpellatione ſervaret.* [n] *Non contentus fuit Jupiter ceteros* [o] *homines.* [p] *unius Lycaonis terrere* [q] *ſupplicio, niſi in genus omne* [r] *ſaeviret.* [s] *Inde denique tantam juſſit aquarum copiam redundare, ut opertis diluvio montibus cuncti homines interirent.*

QUae pater ut ſummâ vidit Saturnius arce,
Ingemit: &, facto nondum vulgata recenti,
Foeda Lycaoniae referens convivia menſae,
Ingentes animo & dignas Jove concipit iras;

Con-

fuiſſet, *ſed erat ſine judice tuta*; quod quam languidum foret? Heinsius. *natos* etiam Douzae codex, qui ex Faſtis II. 419. *Marte ſatos ſcires* adſcripſerat. recte viri docti, & variationes illae generis & numeri elegantioribus ſcriptoribus vehementer adamatae. Val. Flacc. III. 267.

Nec minus effuſi grandaevum ad litora vulgus.

Stat. I. Theb. 192.

Nos vilis in omnes
Prompta manus caſus, domino cuicumque parati.

II. Theb. 523.

Tacitis huc greſſibus acti
Perveniunt petitura cohors.

Noſter lib. VII. 656.

Parcumque genus, patienſque laborum
Quaeſitique tenax, & qui quaeſita reſervent.

Ubi male vulgo, *quod reſervet.* lib. XIII. Metam. 821.

Hoc pecus omne meum eſt, multae quoque vallibus errant,
Multas ſilva tegit.

Virgil. VI. Aneid. 5. 80.

Hic genus antiquum terrae, Titania pubes,
Fulmine dejecti.

Sic & Hiſtorici. Salluſt. Jugurth. 105. *cohors Peligna velitaribus armis muniti.* vide Sanctii Minerv. lib. IV. cap. 10. & ibi Clariſſ. Perizon. ceterum in Argent. & Leidenſi erat, *recolens ſe ſanguine natam.* unus etiam Heinſii, *a ſanguine.* Burmannus.

[a] *De Gigantum.*] *De Gigantea* (vitioſe pro *Giganteo*) *itaque ſanguine natum eſt ſacrilega mente genus hominum, quod Lycaonis &c.* Colon.

[b] *Mente verſati ſint.*] Hanc Raenerii lectionem comprobat maculoſa ſcriptura libri C. iſta: *De Gygantum ſanguine natum, quam ſacrilega mente rem ſatis in Lycaonis &c.* in V. videtur talis caſtigatio accidiſſe, qualis in Hervag. & Birkm. nempe: *De Gygantum ſanguine natus Lycaon, qua ſacrilega mente verſatus ſit, ipſius teſtatur exemplum.* Giselin. *Mente fuerint.* Micyll.

[c] *Advenas & hoſpites.*] *Advenas hoſpites* Parm. Lugd. Raener.

[d] *In ſe accendit.*] *In ſe accepit* Raenerius. Munkerus. *procavit* Marg. Giſel.

[e] *Humani ſceleris.*] *Immanis* Colon. non male.

[f] *Delata, ſimulata.*] *Delata & ſimulata*, Colon. Heinſ.

[g] *Regiam.*] *Regis regna venit.* Colon.

[h] *Quaſi mortalis.*] *Quaſi mortui*, Colon.

[i] *Appoſuit.*] *Propoſuit.* Colon.

[k] *Quae poſtquam.*] *Poſtquam hoc*, Colon. Micyll.

[l] *In lupi formam.*] Ita C. & Hervag. At in V. *ſed lupi ſacri in formam.* alii aliter. latet neſcio quid. Giselin.

[m] *In rabie.*] Sic Giſelinus quoque & Micyllus cum MSS. ſed Raenerius, *in rabiem*, & mox, *in appellationem.* Munker. & ita Parm. & Lugdunenſis.

[n] *Non contentus.*] *Nec contentus*, Micyll. Colon.

[o] *Homines unius.*] *Homines, qui ſuis ſceleribus etiam deorum potentiam tentabant, unius &c.* Raenerius, qui & a *non contentus* incipit. fab. VII. argumentum. & poſt, *interirent* habeat *duo autem, qui ceteros mortales pietate antecedebant &c. Omnes homines hujus.* Colon.

[p] *Unius.*] *Hujus.* Micyll.

[q] *Supplicii.*] *Ne ſupplicium amitteret, ſed in luporum formam conv.* Colon.

[r] *Saeviret.*] *Saeviſſet* Colon.

[s] *Inde denique.*] *Inde demum fecit tantam aquarum*, Colon. *juſſit per omnia.* Marg. Giſelin.

162. *Ut ſumma.*] *E ſumma* MS. Berſm.

163. *Facto recenti.*] *Re recenti* Plaut. Trin. IV. III. 8. *recurre petere re recenti*, Douza. idem Poenul. III. IV. 18. *Quid ſi recenti re aedis pultem.*

165. *Foeda Lycaoniae referens convivia menſae.*] Ita vett. libri. Quidam impreſſi, *Convivia coenae.* Illud magis placet. Hunc penè verſum repetit in Ibide, 431.

Conſiliumque vocat. tenuit mora nulla vocatos.
Eſt via ſublimis, coelo manifeſta ſereno,
Lactea nomen habet; candore notabilis ipſo:
Hac iter eſt Superis ad magni tecta Tonantis,
Regalemque domum. dextrà laevâque Deorum
Atria nobilium valvis celebrantur apertis.

Plebs

Foeda Lycaoniae repetes convivia menſae,
Tentabisque iterum fallere fraude Jovem.
CIOFANUS. accedo Ciofano. Licentius ad Auguſtinum Catalect. pag. 358.
Ante Thyeſteis iterum male territa menſis
Interrupta dies, refugos vaneſcat in ortus.
Quos verſus ex alio Poëta veteri hauſit, quantum recordor. Stat. v. Theb. 428.
Si quando domos, lituſque rubentum
Aethiopum, & menſas amor eſt intrare minores.
Propert. II. eleg. XIII. 5.
Nunc ſine me plena fiunt convivia menſa.
Lucanus Paneg. ad Piſones:
Et Ganymedeae repetens convivia menſae.
HEINSIUS. Solemnis iſta librariorum aberratio. Mart. v. 45.
Sic eſt: captus es unctiore coena.
Ubi ſex codices bibliothecae Leidenſis, *menſa*, & rectè: ut *uncta menſa* Auſon. Parental. 7. idem Martialis XI. 32.
Has prima feret alterave coena.
Et ibi unus *menſa*, optime: nam ſequitur, *has coena tibi tertia* reponet. iterum eodem libr. Epigram. 66.
Poſtera ſed feſtae reddis ſollemnia menſae.
Ubi *coenae* idem codex. BURMANNUS.

165. *Foeda.*] *Crudelia.* Cicero II. Offic. *Secutus eſt, qui in cauſa impia, victoria etiam foediore, &c.* CIOFANUS.

166. *Ingentes animos, dignas Jove concipit iras.*] Quidam hunc verſum ita invertunt, ut legant non *animos*, ſed *animo*, hac copula & appoſita, cum & vetuſta exemplaria *animos* habeant, non ſolùm nova: & niſi *animos* legamus, à Pleonaſmo defendi non poſſit hic ſenſus. Qui ut in ſoluta oratione eſt fugiendus: ſic in verſum, niſi neceſſario, non eſt admittendus. Quare *animos* tuemur eſſe legendum. REGIUS. In uno meo & Joan. rectius, ut puto, legitur:
Ingentes animos, & dignas concipit iras. CIOFAN.
Elegantius non ſine cauſa nobis videbatur, quod in Palatinis & aliis nonnullis legebatur:
Ingentes animos, dignas Jove concipit iras.
DAN. HEINSIUS. *Ingentes animos, dignas* in nonnullis ſcriptis. unde Guilielmus Capoferreus:
Ingenteſque animos digna Jove concipit ira.
Sed perperam. lege:
Ingentes animo & dignas Jove concipit iras.
Lucanus libro I. 184.
Ingentes animo motus bellumque futurum
Ceperat. HEINSIUS.
Ego mallem ſine conjunctione, ut ſaepe Noſter:
Ingentes animos, dignas Jove concipit iras,
Sic Virgil. IV. Georg. 83.
Ingentes animos angusto in pectore verſant.
Et *animos* & *iram* conjungit Noſter Epiſt. III. 85.
Vince animos iramque tuam.
Animos pro *iracundia* ſumi docuit Paſſerat ad Propert. IO. II. v. 18. *Dignas Jove*, ut Senec. Herc. Furent. 926.
Ipſe concipiam preces
Jove meque dignas. BURMANNUS.

167. *Conciliumque vocat.*] Sic Virgilius VI. *Ille ſilentum Conciliumque vocat.* Caeſar lib. I. De bello Gallico: *Haec cùm animadvertiſſet Caeſar, convocato concilio, omnium ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus, vehementer eos incuſavit.* CIOFANUS. Vicina admodum, & prope eadem, ideoque ſemper fere confuſa *concilii* & *conſilii* vocabula, de quibus operoſe agit Urſinus in Obſervationibus cap. III. IV. & V. ſed ego hoc & ſimilibus locis, *Conſilium* mallem, quia recte dicuntur dii in *Conſilium* vocati, ut tanquam conſiliarii Jovi aſſideant. ſic & apud Virgil. lib. X. Ÿs. II.
Conſiliumque vocat divum pater atque hominum Rex.
Et poſtea eos adloquens dicit:
Coelicolae magni.
Proprie: *Magni* enim & *Conſentes* illi dii dicebantur *Conſiliarii* Jovis. Arnob. contra Gent. lib. III. pag. 123. dicit eos, *ſummi Jovis conſiliarios & principes exiſtimari.* & locutiones hae ex medio uſu & judiciis Romanis ſunt deſumptae; ubi Praetor in conſilium judices mittebat, & ex conſilii ſententia pronuntiabat, ut notiſſimum. Ita Senec. II. Natur. Quaeſt. 41. *Secundam mittit quidem Jupiter, ſed ex conſilii ſententia, duodecim enim Deos advocat.* & Auguſtin. IV. de Civit. Dei cap. 23. *Quis enim ferat, quod neque inter Deos Conſentes, quos dicunt in conſilium Jovis adhiberi, nec inter Deos, quos ſelectos vocant, felicitas conſtituta eſt.* Hic autem ſi praeter Conſentes, quia res magna erat, & minorum gentium dii adhibiti fuerunt, & *concilium* poſſet tolerari. ut & apud Statium eſt lib. I. 198. & Val. Flacc. I. 213. & alibi. neque dignum puto acriter de his contendere. BURMANNUS.

168. *Eſt via ſublimis coelo manifeſta ſereno;*
Lactea

Plebs habitant diverſa locis. à fronte potentes
Coelicolae, clarique ſuos poſuere penates.
Hic locus eſt; quem, ſi verbis audacia detur,
Haud timeam magni dixiſſe Palatia coeli.
Ergo ubi marmoreo Superi ſedere receſſu,
Celſior ipſe loco, ſceptroque innixus eburno,

Ter-

Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo.] De lacteo circulo variae ſunt priſcorum opiniones: omitto, quae diligenter & eruditè collegit Macrobius lib. I. in Somnium Scipionis cap. XV. Aliqui dixerunt lacteum circulum ſplendorem cepiſſe ex lacte, quod Hercules, cùm ſatis ſuperque ex Junonis mamma hauſiſſet, totum continere non potuit; quod cecidit, inter ſidera fuſum eſt; ex quo fulgor natus. Ariſtoteles verò memoriae prodidit, è ſtellarum ſplendore candorem illum emanare. Utramque opinionem complexus eſt Manilius lib. I. Aſtronom. 748.

Nec mihi celanda eſt fama vulgata vetuſtas
Mollior: è niveo lactis fluxiſſe liquorem
Pectore reginae divûm, coelumque colore
Infeciſſe ſuo: quapropter lacteus orbis
Dicitur, & nomen cauſſa deſcendit ab ipſa.
An major denſa ſtellarum turba corona
Contexit flammas, & craſſo lumine candet:
Et fulgore nitet collato clarior orbis.

Aliam opinionem annotavit aetatis ſuae vir doctiſſimus Janus Parrhaſius in Claudianum lib. III. De raptu Proſerpinae; cujus haec ſunt: *Cum Jupiter ex Alcmena ſuſcepiſſet Herculem, velletque immortalem reddere: Junonis ſopitae papillis admovit. Infans avidius hauſtum lac ore continere non potuit; eoque effuſo lacteum circulum ſignavit in coelo: quae pars in terram decidit, in lilium mutata eſt, florem lacti ſimilem. Haec ex eo, qui collectanea rei ruſticae Graecè fecit. Aliam refert Hyginus.* Ciofan.

168. *Sublimis.*] *Declivis* unus Mediceus & alii quatuor.

169. *Candore Notabilis.*] Petron. 79. *Certa lineamenta evicerunt ſpiſſiſſimam noctem, & notabili candore oſtenderunt errantibus viam.*

170. *Ad magni templa tonantis.*] Quidam codices, *Tyranni*; & Vivianus edi curavit, *ad ſummi tecta Tyranni*: ſic inf. 276.

Qui poſtquam tecta Tyranni
Intravere ſui.

lib. IV. 444.

Parſque forum celebrant, pars imi tecta Tyranni. Vide ad Epiſt. XIV. 25. *parentis* excerpta Langermanni, & Bononienſis & unus Heinſii. ſed *Tonantis* placet, quia ſequitur *regalemque domum*, ne bis idem dicat. apud Statium quoque lib. I. 208. in MSS. eſt *aurea tecta replent*, ubi vulgo *templa* legitur. Burmannus.

172. *Atria nobilium.*] Juvenal. VII. 91.

Tu nobilium magna atria curas. Douza.

173. *Plebs habitat.*] *Habitant* Hamburg. unus Mediolan. & unus Medic. ſed Lactantius lib. I. Inſtit. cap. 16. agnoſcit vulgatam. qui & habet, *hac fronte potentes*, ut & multi ſcripti habent. *Plebem* quoque *deorum* dixit Martialis lib. VIII. Ep. 50. qui videtur Noſtrum imitatus. Heinsius.

173. *Diverſa locis.*] Sic ſupra vers. 40.

Quae diverſa locis partim ſorbentur ab ipſa.

174. *Clarique ſuos poſuere penates.*] Eſſet fortaſſe, unde aliquis verſum hunc reprehenderet. ſcio certe, queis haud placeat, qui ita loquuntur, *dii ſuos ibi penates poſuerunt.* Sed aliud eſt, quod a nemine animadverſum fuiſſe demiror, nempe, *potentes clarique*, & tamen quis hoc ferat, niſi qui omni ſenſu carminis careat, & cui res à judicio male habeat? alii fortaſſe melius conjecerint (& mihi ſatis eſſe debet, errorem aperuiſſe) ipſe quidem lego:

A fronte potentes
Coelicolae ſibi quiſque ſuos poſuere penates.

Tan. Faber lib. II. Ep. 69. Si ita ſine libris graſſari jus ſit, quid non refingere licebit ad ſuum arbitrium? & hoc eſt calumniari veterum loquendi conſuetudinem, qui ſaepe epitheta talia geminabant, quae etiam, ſi arguti eſſe velimus, inter ſe differe oſtendere liceret. *Clari* enim ſunt, vel ob natales nobiles, vel ob res geſtas. neque tamen ideo ſequitur omnes etiam *claros* eſſe *potentes*, id eſt gratia & potentia florere in aulis, vel civitate. ſic ergo rectè poſſunt diſtingui, & diſtinxit Cicero pro Cn. Planc. cap. XXI. *Appium Claudium, nobiliſſimum hominem, vivo patre ſuo, potentiſſimo & clariſſimo cive, Claudio, aedilem non eſſe factum.* Salluſt. Jugurt. 19. *Opimius homo clarus, & tum in ſenatu potens.* ita & cap. 32. *Mummii facundia clara pollenſque*, ubi vide Cl. Waſſium. & Jugur. I. tria conjungit, *abunde pollens, potenſque & clarus eſt.* ſic Terent. Adelph. III. 4. *Quam eſtis maxime potentes, dites, fortunati, nobiles.* ubi *potentes & nobiles*, ut hic *clari* diſtinguuntur. *Potentes* ergo Dii ſunt Jovis amici, conſiliarii; *clari* qui antiquiſſimis diis geniti, non vero adſcripti & recepti poſtea in coelum, & dii facti; ut patres minorum & majorum gentium Romae erant. in Leidenſ. erat, *a fronte Senatus.* Burm.

176. *Palatia coeli.*] In lib. Joan. *palatia regis.* Ciofanus. eam lectionem adgnoſunt plurimi co-

Terrificam capitis concuſſit terque quaterque
Caeſariem; cum quâ terram, mare, ſidera, movit.
Talibus inde modis ora indignantia ſolvit.
Non ego pro mundi regno magis anxius illâ
Tempeſtate fui, quâ centum quiſque parabant
Injicere anguipedum captivo brachia coelo.
Nam, quamquam ferus hoſtis erat, tamen illud ab uno
Corpore, & ex unâ pendebat origine bellum.
Nunc mihi, quâ totum Nereus circumtonat orbem,
Perdendum mortale genus. per flumina juro

Infera

dices. *Palatium coeli* etiam quidam codices in Enniano fragmento, quod habet Cicer. II. de Natur. Deor. 18. ubi alii rectius *Palatum*: vid. Column. ad Ennium pag. 327. & Davies ad Ciceronis locum. haec autem addita in adulationem Auguſti, cujus *Palatium* etiam ideo *Jovis domum* vocat lib. I. Triſt. I. & alibi. pro *haud timeam*, quatuor libri, *haud dubitem*. BURM.

177. *Marmoreo receſſu.*] *Theatro* Junianus. ſic Venus apud Apulejum Met. VI. *quia me neceſſe eſt theatrum Deorum frequentare*, & paulo poſt, ubi concionem Deorum a Mercurio convocatam deſcribit, *ſtatim completo coeleſti theatro, pro ſede ſublimi ſedens Jupiter ſic enunciat*. ſic Virgilius lib. V. 228.

Mediaque in valle Theatri
Circus erat.

Vide Freher. ad Auſon. Moſell. v. 156. qui & *ſcenam locorum* dixit. v. 169. HEINSIUS. veroſimile quidem poteſt videri *receſſum* eſſe gloſſam, qua *Theatrum* explicabatur, quia loca in Theatri formam *recedere* paſſim dicuntur. & frequenter Poëtas & hiſtoricos loca talia Theatris comparare videbis apud Barth. ad Stat. VI. Theb. 255. Davies ad Hirt. Bell. Afric. 37. & Freher. ad Auſonii locum ab Heinſio laudatum. potuit etiam adludere ad morem Graecarum civitatium, quas in Theatris conventus publicos egiſſe notum eſt. ne tamen *Theatro* recipiam, facit, quod alibi interiora conclavia *receſſus* vocet. ut lib. VII. 670. & *ſeductos receſſus* loca ſecreta XIII. 902. vide & lib. III. 157. XI. 592. & ſaepius alibi. BURM.

178. *Innixus eburno.*] Vivianus edidit, *inſignis*, perperam: neque locus lib. VII. 103. illum juvat, nam & ibi codices emendatiores, *innixus*. ibid. 506.

Aeacus in capulo ſceptri nitente ſiniſtra:

HEINSIUS. *Enixus* Junii & alius. ſed & *innixus haſtae* XIV. 819. ſceptrum vero Jovis erat haſta.

179. *Terrificam.*] *Horrificam* Leidenſis. ut & infr. 725. ſed *terrificamque manu* Excerpta Menardi.

181. *Solvit.*] *Solvis* Moreti primus.

183. *Qua quiſque.*] *Cum quiſque* Leidenſis.

183. *Parabat.*] *Parabant* unus ex meis. unus itidem ex Mediceis. dixi paullo ante vers 59. HEINSIUS.

187. *Nereus.*] Oceanus. In epiſt. IX. 14.

Qua latam Nereus caerulus ambit humum.

Et lib. V. Faſt. 81.

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn,
Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis.

De Nereo vide Phurnutum De Nat. Deorum. CIOFANUS.

187. *Circumſonat orbem.*] *Circumtonat* quatuor veteres. Avienus Orb. Deſc. 187.

Hic ſalis Aegaei tractus tonat:

Et 149.

Trina haec pelagi circumtonat unda.

Lucan. lib. V. vs. 632.

Tum ſuperum convexa tremunt, atque arduus axis
Intonuit.

Ita duo MSS. alter Rumpfianus, & alter Cantabrigienſis: vide ad Claud. Epith. Honor. v. 132. HEINSIUS. *Oceanus circumfluit* Leidenſis, Palatin. & Berſmanni. *Qua Nereus terrae circumſonat orbem.* Argent. *circumſonat* tamen idem Avienus Deſc. Orb. 644.

Parvaque caeruleo circumſonat aequore Mixam:

Ubi *Meninx* Ortelius. & 829.

—— *Multus circumſonat iſtam Oceanus.*

189. *Sub terras.*] *Sub terra* Argent. Leidenſ. *per terras* Junii. *ſub terris* alter Leid. & Gronov. vide inf. v. 504.

190. *Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile vulnus Enſe recidendum, ne pars ſincera trahatur.*] Hunc locum eruditè & eleganter explicat totius Europae lumen, M. A. Muretus, declarans illud in II. Orat. in Catil. *Quae ſanari poterunt, quacumque ratione ſanabo: quae reſecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manare.* Ubi etiam affert alterum locum, qui eſt in IIX. in Antonium, qui hîc quoque mirificè convenit. CIOFAN. *Tentata* ex meorum uno revocandum. verſu proximo tollunt *Tò eſt* optimus Florentinus & unus

Am-

Infera, ſub terras Stygio labentia luco,
Cuncta prius tentata: ſed immedicabile vulnus
Enſe recidendum, ne pars ſincera trahatur.
Sunt mihi Semidei, ſunt ruſtica numina Nymphae,
Faunique, Satyrique, & monticolae Silvani:
Quos quoniam coeli nondum dignamur honore,
Quas dedimus, certè terras habitare ſinamus.
An ſatis, ô Superi, tutos fore creditis illos,
Cum mihi, qui fulmen, qui vos habeoque, regoque,
Struxerit inſidias, notus feritate Lycaon?

Con-

Ambroſianus. Heinsius. *Tentata* etiam Barthius ad Stat. VII. Theb. 208. *reſcribi* juſſit. firmat locus Propert. III. XX. 5.

Omnia ſunt tentata mihi.

Sic *omnia experti* Florus lib. I. 3. & alii paſſim. *immedicable corpus*, Florent. & Urbinas pro diverſa lectione. *membrum* excerpta Vaticana. & certe inſolentior locutio, *recidere vulnus*, quam *reſcindere*, quod ex XII. 543. hic adſcripſerat Heinſius; nam aliud quid notat. & *membrum* habet in ſimili loco Cicero VIII. Phil. 5. imitatus hunc locum videtur Rutil. I. 311.

Quidquid id eſt, mirus Latiis annalibus ordo,
Quod Lepidum toties recidit enſe malum.

Burmannus.

192. *Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Fauni, Et Nymphae, Satyrique.*] Sic malè legitur in uno Maff. Tres lib. Vaticani, alter Maffei, Ernaldi, Briantii, aliique vett. habent, *Sunt ruſtica numina Nymphae, Faunique, Satyrique, &c.* Omnino rectius. Anſa autem, ut mutaretur, fuit, quia neſciebant, *que* conjunctionem interdum produci; praeſertim verò cùm geminata invenitur. Sic legendum eſt ſub principium lib. ſequent.

Terra viros, urbeſque gerit, ſilvaſque, feraſque,
Fluminaque, Nymphaſque, & cetera numina ruris.

Praeterea eodem illo ordine loquitur VI. Faſt.

Convocat & Satyros, & ruſtica numina, Nymphas.

Nymphae autem hic Oreades, & earum ſimiles per appoſitionem intelligendae ſunt. Aliter enim deſipuiſſe Ovidium, qui in ipſo diluviò Nereides ponit, quis non intelligeret? Itaque veterum, quos dixi, librorum auctoritati ſtandum eſt. Quos vero hic *Semideos*, appellat in Ibide *Superorum plebem, ac ſemideum genus:*

Vos quoque plebs ſuperum, Fauni, Satyrique, Lareſque,
Fluminaque & Nymphae, ſemideumque genus.

Ciofanus.

194. *Dignamur honore.*] Sic II. de Ponto:

Nam quid erit, quare ſolito dignamur honore
Numina, ſi demas velle juvare deos?

Et III. Met.

—— *Neque enim dignabere numen honore.*

Idem.

195. *Quas dedimus certè terras habitare ſinamus.*] Quidam hoc loco Ovidium erraſſe aiebant, qui Jovem dicentem faciat permittere ſe Semideis, Faunis, aliisque, quorum nomina ponuntur, terras, quas ipſis habitandas dederat; qui ex diluvio per univerſum terrarum orbem emiſſo abſorpti ſint, neceſſe eſt: quando ex eo Deucalion, & Pyrrha tantùm ſuperſtites manſerunt. Hujuſmodi dubitationem una cum Achille Statio, viro doctiſſimo, ita ſolvi poſſe arbitror. *Quas dedimus &c.* haec verba id nimirum ſignificant, Ruſticanis diis nihil mali accidiſſe, & diluvio veteres ſedes non amiſiſſe. Quibus autem locis reſederint, de induſtria tacuit poëta. Nam nec illis conſilium defuiſſe credendum eſt: & quibus Jupiter caverat, hos & monuerat, ut ſe in tutum reciperent: id eſt, in ſuos montes. Nymphas enim montium cultrices eſſe Heſiodus in Theogonia demonſtrat.

Νυμφάων αἳ ναίουσιν ἀν' οὔρεα βησσήεντα.

Quarum comites ſunt Fauni, ac Satyri. Neque verò montes omnes diluvium obruerat, cùm poëta dicat:

Occupat hic collem.

nec id fruſtra feciſſe exprimat. Et Parnaſſi quidem bini illi vertices extiterunt, qui Muſarum, Nympharum, Satyrorum, Faunorumque propriae ſunt ſedes. Haec autem, quae cum amico homine ſentio, ſi eruditis placebunt, gratulabor: ſin minus, eos, qui non tantum hoc, quod poëtae noſtro tamquam error eſt objectum, refellent; ſed etiam quae à me vel omiſſa, vel non ſatis intellecta ſunt, attingent, ac declarabunt, oro atque obteſtor. Ciofanus. *Quas dedimus terras illis habitare* Vivianus. *Quas dedimus ſaltem terras* Cod. Menard.

196. *Creditis.*] *Credimus* Palatinus & unus meus. dictum ut illud Virgilii Ecl. VIII. 108.

Credimus, an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt.

Heinsius.

Confremuere omnes: ſtudiisque ardentibus auſum
Talia depoſcunt. ſic, cum manus impia ſaevit
Sanguine Caeſareo Romanum extinguere nomen,
Attonitum tantae ſubito terrore ruinae
Humanum genus eſt; totusque perhorruit orbis.
Nec tibi grata minus pietas, Auguſte, tuorum,
Quàm fuit illa Jovi. qui poſtquam voce manuque
Murmura compreſſit; tenuere ſilentia cuncti.
Subſtitit ut clamor, preſſus gravitate regentis;
Juppiter hoc iterum ſermone ſilentia rumpit:
Ille quidem poenas (curam hanc dimittite) ſolvit;
Quod tamen admiſſum, quae ſit vindicta, docebo.
Contigerat noſtras infamia temporis aures:
Quam cupiens falſam, ſummo delabor Olympo,

Et

197. *Qui fulmen.*] Malebat olim Heinſius, *cui fulmen.*

198. *Notus feritate Lycaon.*] Lycaonem, qui Arcadibus imperavit, quinquaginta filios ex diverſis conjugibus ſuſcepiſſe refert Apollodorus lib. III. ubi illorum omnium nomina ponit. CIOFAN.

199. *Confremuere omnes.*] Libri mei, Ab. Ernaldi, Joannis, Farn. Dominic. & unus Vatic. *Contremuere* CIOFANUS. MSS. Ciofani habent, *contremuere*, & plurimi noſtri. ſed perperam. *fremere* enim proprie indignantium. Stat. Theb. IV. 613.

Jacet ille in pulvere longo
Quem fremis.

Id eſt *odiſti.* Ita optime MSS. Tiliobrogae. vulgo *premis.* vox Statio & Silio familiaris. Valer. Flac. I. 526. in concilio Deorum.

Adfremit his quaſſatque caput, qui vellera dono
Bellipotens ſibi fixa videt.

Noſter lib. IX. 419.

Vario ſuperi ſermone fremebant.

Et XV. 606.

Sed per confuſa frementis
Verba tamen vulgi vox eminet una. HEINSIUS.

Recte Heinſius. Virg. X. 96.

Cunctique fremebant
Coelicolae aſſenſu vario.

Valer. Flac. I. 212.

Aequoreos vocat ecce Deos Neptunus & ingens
Concilium, fremere & legem defendere cuncti
Hortantur.

Idem vitium ex Valerio Maximo lib. VI. cap. II. ſuſtulit Colerus, & erudite adſtruxit vim vocis *fremere.* BURMANNUS.

200. *Saevit.*] Pro *ſaeviit* accipiebat Douza. conſtructio autem ſimilis eſt illi Horatianae lib. I. Od. 15. *Furit reperire atrox.*

201. *Romanum exſtinguere nomen.*] Barth. Adv. LVIII. cap. 10. mallet, *numen.* cui non accedo: non enim numen exſtingui, ſi Caeſarem Deum eſſe credebant, fas eſſe, perſuadere ſibi facile poterant. ſed in Caeſare imperium & gentem Romanam deleri. Ita millies *Romanum nomen*, apud ſcriptores. Noſter II. Triſt. 156.

Romanum ſi modo nomen amant.

Et alibi paſſim. poſſet forte etiam legi *lumen*, ut Τῷ *exſtinguere* reſpondeat. BURMANNUS.

202. *Tanto ſubitae.*] Mallem cum ſcriptis, *tantae ſubito terrore ruinae.* Quamvis eodem redeat. Sic *ſubito motu ſonoque terruit* Phaedr. I. 2. IDEM.

204. *Auguſte, tuorum.*] Vett. libri, *tuorum eſt. Auguſtus* unde dictus, conſule Suetonium in Octavio cap. LXX. Auguſtus natus eſt conſule Cicerone. C. Vellejus Paterculus libro poſteriore: & Suetonius in Octavio ita ſcribit. Natus eſt Aug. M. T. Cicerone & Ant. Coſſ. IX. Kal. Octob. Anno autem ab Urbe C. DC. LXXXVII. CIOFANUS.

206. *Murmura compreſſit.*] Sic Urſ. Ernal. & Farneſ. In quibuſdam vulgatis legitur, *Indiciumque dedit.* quod abeſt à manuſcriptis. In uno meo eſt, *Suppreſſit fremitus.* In uno Vatic. *Murmura ſuppreſſit.* CIOFANUS. *depreſſit* Cantabrig. *Increpuit ſubito* Regius unus. *terruit adſtantes* alter & Argentoratenſis. in Voſſiano huic verſui alter ſubjectus erat:

Signa dedit ſubito, tenuere ſilentia cuncti.

Qui etiam ex varia lectione ortus, nos vulgatam retinuimus.

207. *Regentis.*] Id eſt regis, ſic *venantes* & *medentes* antiquitus dicti Gratio, Lucretio & aliis. DOUZA.

209. *Dimittite.*] Verbum militare, ut docet C. Vel. Patercul. lib. II. CIOFANUS. *Dimittite* cum meliori-

Et Deus humanâ luſtro ſub imagine terras.
Longa mora eſt, quantum noxae ſit ubique repertum,
Enumerare: minor fuit ipſa infamia vero.
Maenala tranſieram, latebris horrenda ferarum,
Et cum Cylleno gelidi pineta Lycei.
Arcados hinc ſedes & inhoſpita tecta tyranni
Ingredior, traherent cum ſera crepuſcula noctem.
Signa dedi veniſſe Deum; vulgusque precari
Coeperat. irridet primo pia vota Lycaon.
Mox ait, Experiar, Deus hic, diſcrimine aperto,
An ſit mortalis: nec erit dubitabile verum.
Nocte gravem ſomno nec opinâ perdere morte
Me parat. haec illi placet experientia veri.
Nec contentus eo, miſſi de gente Moloſſâ

Obſidis

melioribus. quatuor, *curam dimittite.* Sed enim apud Virgilium l. VI. Aeneid. 85.

——— *In regna Lavini*
Dardanidae venient; dimitte hanc pectore curam.

Sic enim Bibliothecae Leidenſis codex. *mitte hanc de pectore curam* vulgati. mox malim, *Cui tamen admiſſo.* nam unus Palat. *Quae tamen amiſſum.* Heinsius. Correctionem Virgiliani loci dubiam facit Gronovii auctoritas, qui apud Livium libr. XXX. 3. *Reconciliandi curam ex animo miſerat*, omnia ſcripta habere teſtatur, pro quo Rhenanus *dimiſerat* repoſuerat. neque ſemper Auctores eodem modo (ut ſaepe librarii hujus vel illius loci ſimilis memores fecerunt) loquentes fingi debent. hic vero *dimittere* probo, prae *demittere.* Ita Cicero XIV. Ad Att. II. *& ego non dimitto iſtam curam.* Noſter lib. XIII. 217.

Rex jubet incepti curam dimittere belli.

Ubi nulla, quod rarum, in ſcriptis eſt varietas. ita & *dimittere amorem* Lib. I. Amor. VI. 35. nihil vero huc facit militare illud verbum apud Vellej. Pater. II. 52. de quo hic Ciofanus, ſed quod rectius infra ad vers. 261. & III. 381. adducetur. reliqua etiam recte ſe habent. *admiſſum* pro peccato & culpa centies apud Noſtrum. Epiſt. XI. 106.

Admiſſi memores ſed tamen eſte mei.

Vide Munckerum ad Lact. lib. VI. arg. Fab. I. Gronovium maluiſſe, *quo tamen admiſſo*, notaverat Heinſius. Burm.

212. *Summo delabor Olympo, Et deus humana luſtro ſub imagine terras.*] Hunc locum imitatus eſt Zanchius lib. I. Hort. Soph.

Vera patris ſoboles, coelo demiſſa ſereno,
Luſtrabat dulces hominis ſub imagine terras.

Ciofanus. *terram* Voſſianus. &, *de ſummo labor Ol.* Cantabr.

215. *Fuit ipſa infamia vero.*] *Ipſo vero* praeſtiterit. Heinsius. nihil opus. Epiſt. XVI. 143. *minor eſt tua gloria vero.*

217. *Et cum Cylleno.*] *Cyllene*; quicquid libri veteres diſſentiunt. Κυλλήνη Graecis eſt. Heins.

217. *Pineta Lycei.*] *Spineta* fere omnes ſcripti, niſi quod unus Thuaneus, *dumeta*, ſed fruſtra. vide ad. II. Faſt. 275. Burm.

218. *Arcados.*] Neapol. & Urbinas: *Arcadas.* plures alii, *Arcades.* ſic Stat. VII. Theb. 94. *Arcadas aras.* & V. Silv. II. 123. *Arcadas metas.* pro *ſedes* etiam forte, *aedes.* Heinsius.

221. *Pia vota.*] Preces. Ciofanus. pro *primo* duo codices, *primus.* vide I Art. 36.

222. *Diſcrimine aperto.*] Leidenſis, *parvo*; ut lib. VII. 426.

Attonitus tantum leti diſcrimine parvo.

Mediceus ſecundus & Neapolit. *certo.* Heinsius. lib. X. 242.

In rigidum parvo ſilicem diſcrimine verſae.

224. *Perdere.*] *Prodere* mallet Heinſius hic, & lib. XII. 596.

Occultae nec opinum prode ſagitta. ubi vide.

225. *Me parat.*] Unus codex, *comparat*; ut lib. II. Triſt. 267. *Si quis tamen urere tecta Comparet.* & ita ſaepe Terentius & Cicero hoc verbo utuntur.

225. *Experientia veri.*] *Rerum*, ſic Mediceus. nec diſplicet Heinſio, vide II. Art. 675. ſed tamen hic nihil muto. mox malebat idem, *nec contentus ea.*

226. *Miſſi de gente Moloſſâ Obſidis unius jugulum mucrone reſolvit.*] Variat à poëta noſtro idem Apollodorus eodem lib. Nam non Lycaonem, ſed ejus filios Jovem hoſpitio accepiſſe ait: neque eum, qui interfectus eſt, Jovique in menſa appoſitus, obſidem fuiſſe, ſed illorum civem. Narrat idem eodem loco Lycaonem, ejuſque filios, praeter Nyctimum, qui omnium minimus erat, ful-

Obſidis unius jugulum mucrone reſolvit:
Atque ita ſemineces partim ferventibus artus
Mollit aquis, partim ſubjecto torruit igni.
Quos ſimul impoſuit menſis; ego vindice flammâ
In domino dignos everti tecta Penates.
Territus ille fugit; nactuſque ſilentia ruris
Exululat, fuſtraque loqui conatur: ab ipſo
Colligit os rabiem, ſolitaeque cupidine caedis
Vertitur in pecudes: & nunc quoque ſanguine gaudet.
In villos abeunt veſtes, in crura lacerti;
Fit lupus, & veteris ſervat veſtigia formae;
Canities eadem eſt, eadem violentia vultu;
Idem oculi lucent, eadem feritatis imago.
Occidit una domus: ſed non domus una perire

Digna

fulmine concrematos eſſe. CIOFANUS. in MS. palatino erat, *amici de gente*; forte, *Amyci*; quod nomen apud Noſtrum lib. XII. 245. ubi *Ophionides Amycus*, & alios poëtas occurrit; niſi ſcriptum ſit *Niſi*. nam in aliis ſcriptis eſt, *Miſi*. HEINSIUS. ſuſpectus poſſet eſſe ille obſes ex gente Moloſſa, cum qua an bellum geſſerit Lycaon Arcas, tot intermediis gentibus, ea aetate, qua finitima, non longinqua bella gerebant, dubitabile eſt. BURMANNUS.

231. *In dominum dignos &c.*] Appoſitionem eſſe notius eſt, quàm ut explicari ſit opus. *dignos* autem abſolute dixit. & quanquam, *everti*, ſit praeteritum perfectum, intelligitur tamen penates dignos fuiſſe, qui everterentur propter domini impietatem. ergo *everti*, etiam ſi hoc nimis fortaſſis argutulum. GLAREANUS. In uno meo legitur, *In domino dignos*. melius: ut ſit ſenſus & ordo: Everti tecta in penates dignos domino. Farneſ. *In dominum & dignos, &c.* quae lectio omnium optima mihi videtur. In Dom. *In dominum dignoſque everti*, &c. CIOFANUS. *In dominum dignos* plerique veteres. Mureti excerpta, *In domino dignos*. quomodo in Adverſariis Barthius, lib. XXXI. 3. & XXXIV. 19. in ora codicis ſui Gruterus ex loco lib. VII. 744.

Inſidioſa malo cum conjuge limina fugit.

Et Gronovius in Obſervationibus lib. III. cap. 19. jam legi debere monuerunt. neque aliter codex unus Ciofani. HEINSIUS.

132. *Silentia ruris.*] *Ripis* unus Heinſii, qui pro *rupis* ſcriptum ita eſſe credebat.

233. *Ab ipſo.*] In eodem meo, *ab illo*. CIOF.

235. *Utitur in pecudes.*] Unus Vatic. & Dominic. *Vertitur in pecudes*. atque ita nunc imprimi video. ſed perperam. Receptam lectionem tum optimi quique vett. libri, tum Caeſar lib. II. De bello Gal. confirmat. Ejus verba ſunt: *Petere non ſolùm Bellovacos, ſed etiam pro his Aeduos, ut ſua clementia & manſuetudine in eos utatur*. Et Livius lib. XL. *Ille diu ante praeparata, meditata in me oratione eſt uſus*. CIOFANUS. Multi veteres *Vertitur*, quod praeſtat. lib. XI. 23.

Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris.

Lib. XII. 203.

Vertere in Aeaciden, caeſoſque ulciſcere fratres.

Et V. 121.

Hac, qua modo vicimus, haſta
Vertar in hunc.

Ubi & *utar* codices. Senec. Theb. 44.

In me arma & ignes vertite. HEINSIUS: Sic & *convertere*, Noſter VIII. 768.

Inque virum convertit ab arbore ferrum.

Mittitur etiam unus Heinſii, vide Epiſt. IV. 37. *Solitoque cupidine*, etiam unus Leidenſis. Nec hoc male. ſic VIII. 74. *Succenſa cupidine tanto*. ubi vide. *cupidine praedae* etiam plurimi, non male. BURMANNUS.

236. *In villos abeunt veſtes, in crura lacerti.*] Pauſanias autem in Arcadicis, Lycaonem & Cecropem coaetaneos fuiſſe ſcribit. Verumtamen quod ad res divinas attineret, alterum altero ſapientiorem. Nam Cecropem primum omnium Jovem vocaſſe ſummum, & iis, quaecunque animata forent, abſtinuiſſe, placentas autem & bellaria altaribus conſecraſſe. Contra autem Lycaonem, ut immaniorem, infantem altaribus adductum mactaſſe, Jovique Lycaeo immolaſſe. Quamobrem ſtatim eundem inter ſacrificandum in lupum converſum. Idque etiam credibile vult videri, propterea quòd prima illa aetate Dii atque homines promiſcuè inter ſe verſati ſint, nec dum tanta malitia in terris fuerit. Proinde etiam deorum menſis homines fuiſſe adhibitos, & ſiquis impi-

Digna fuit. quâ terra patet, fera regnat Erinnys.
In facinus juraſſe putes. dent ocius omnes,
Quas meruere pati (ſic ſtat ſententia) poenas.

Fab. VII. Argumentum.

A Deucalione [a] jactati lapides in viros, & a Pyrrha in mulieres.

Jupiter propter audaciam Lycaonis ceterorumque [b] *mortalium, qui ſceleribus ſuis etiam deorum potentiam tentabant,* [c] *orbem terrarum profuſis imbribus inundavit. Et cum duo pietate ceteros mortales anteceſſiſſent, Deucalion Promethei filius, ac Pyrrha, eadem ſoror atque conjux;* [d] *& Parnaſo monte proluviem imbrium effugiſſent;* [e] *ſorte moniti Themidis, eo tempore quae* [f] *antiſtes terrae fuiſſe traditur, à deis per preces generandae prolis veniam acceperunt. Ita ut lapides poſt tergum jacerent, ex quibus homines* [g] *naſcebantur. & à Deucalione miſſi in viros vertebantur; à Pyrrha autem, in feminas.*

Dicta

impiè agere coepiſſet, coram ac ſtatim punitum. Sic Lycaonem hunc in lupum, ſic Nioben in ſaxum poſtea converſam. Addit autem idem autor etiam poſterioribus temporibus hominem in lupum converſum inter ſacrificia ejuſdem dei, nec tamen per omnem aetatem lupum manſiſſe. Nam qui ita convertebantur, inquit, ſi de cetero à carnibus humanis abſtinuiſſent, decimo anno ad priſtinam formam redire ſolebant. Sin amplius illis veſcerentur, per omnem aetatem lupos manere. Quam rem & Plato confirmat lib. 8. de republ. dicens eos in lupos mutari ſolitos, qui carnem humanam in ſacrificiis guſtaſſent. Micyllus.

238. *Violentia vultu.*] *Vultus* rectius uterque Erfurtenſis, ſecundus Palat. & Leidenſis unus. Heinsius.

241. *Quâ terra patet.*] Citat hos verſus Senec. lib. IV. Nat. Quaeſt. I.

243. *Sic ſtat ſententia.*] Ita decretum eſt. Terent. in Eunucho. II. I. Parm. *Hui univerſum triduum? vide, quid agas.* Phaed. *ſtat ſententia.* Livius lib. XXXIV. *Stat ſententia non minuere copias, ne quid interim hoſtes inferant ignominiae.* Ciofanus. *ſic ſtet* unus Sixii.

Argumentum.] Colonienſis hoc non habet, ſed ante vers. 313. aliud poſuit in haec verba. *Conſumptis aquis diluvii, cunctis mortalibus Deucalion Promethei filius cum Pyrrha Epimethei filia & conjuge* (*ipſius* in marg.) *Deucalionis, qui ſoli ex omni humano genere ſupererant, in Parnaſo monte Themidis vatis ſortes de reparatione conſuluerunt. Ex cujus reſponſo ſignificatum eſt, ut corporibus diſcinctis & velato capite oſſa magnae parentis, id eſt lapides, uterque poſt ſe jacerent. Projecti itaque a Deucalione in mares, a Pyrrha vero in foeminas creſcunt.*

[a] *Jactati.*] *Jacti* Parmenſis.

[b] *Mortalium qui ſceleribus.*] Longe aliter C. neque tamen adeo diverſo a poëta ſenſu. *Jupiter, propter audaciam Lycaonis caeterorumque mortalium ſcelera, etiam deorum potentiam tentavit.* Giselin.

[c] *Orbem terrarum.*] Ita Giſelinus & Micyllus ediderunt. Sed Veneta & MS. unâ voculâ auctius, *itaque orbem terrarum.* Quod non auſim damnare, cum frequenter ita πλεοναζικῶς particulam iſtam *itaque* repraeſentet idem ille codex; tanquam infr. Fab. 10. *Jupiter vero, ne, ſi negaſſet, proderet puellam, itaque tribuit confeſtim.* Confer lib. II. Fab. 7. lib. IV. Fab. 4. & 19. VI. 7. VIII. 4. XIV. II. Non diſſimiliter Hyginus Myth. cap. 43. *Theſeus in inſula Dia tempeſtate retentus, cogitans, ſi Ariadnen in patriam portaſſet, ſibi opprobrium futurum, itaque in inſula Dia dormientem reliquit.* Raenerius pro lubitu totum principium hujus Fabulae refinxit. Munker. *itaque* eſt in Parmenſi.

[d] *Et Parnaſſo monte.*] Raener. *Et è Parnaſſo.* Giſelin. *& in Parnaſſo.* Micyllus *éque Parnaſſo.* Fruſtra omnes. Amat Noſter praepoſitionis iſtius ellipſin. Munker. *& in Parnaſo.* Lugd.

[e] *Sorte moniti.*] *Forte monitis Themidis*, Plautin. *forte moniti*, Raener.

[f] *Antiſtes terrae.*] Ita habent editi omnes; quanquam Giſelinus notat τὸ *terrae* abeſſe à codicibus nonnullis. Infr. lib. IV. Fab. 17. *Antiſtes Deorum* dicitur. Forte *antiſtes oracli* ſcripſerat auctor: Nam primo Terra, deinde Themis, tertio Python, quarto Phoebus oraculum tenuit. vide quae diximus ad Hygin. Mythol. cap. 140. Munker. *quae eo tempore antiſtes.* Parm. Lugd. & reliquae.

[g] *Naſcebantur.*] *Naſcerentur* Micyll.

Dicta Jovis pars voce probant, ſtimulosque furenti
Adjiciunt. alii partes adſenſibus implent.
Eſt tamen humani generis jactura dolori
Omnibus: &, quae ſit terrae, mortalibus orbae,
Forma futura, rogant: quis ſit laturus in aras
Tura? ferisne paret populandas tradere gentes?
Talia quaerentes (ſibi enim fore cetera curae)
Rex Superûm trepidare vetat, ſobolemque priori
Diſſimilem populo promittit origine mirâ.
Jamque erat in totas ſparſurus fulmina terras;
Sed timuit, ne forte ſacer tot ab ignibus aether
Conciperet flammas, longusque ardeſceret axis.
Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, adfore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia coeli
Ardeat; & mundi moles operoſa laboret.
Tela reponuntur, manibus fabricata Cyclopum.
Poena placet diverſa, genus mortale ſub undis

Perde-

244. *Dicta Jovis pars voce probant, ſtimuloſque frementi Adjiciunt, alii partes aſſenſibus implent.*] Sic Salluſtius in Conjur. Catilinae: *Pars ingenium, alii corpus exercebant.* &: *Alii rem incredibilem rati: pars, tametſi verum exiſtimabant, tamen, &c.* Corn. Tacitus lib. XIV. ut eſt in editionibus vulgatis: *Pars ingenio procaces, alii in ſpe potentiae.* CIOFANUS.

244. *Stimuloſque frementi.*] In quibuſdam, *furenti.* NAUGERIUS. *frementi* veteres libri; in quibuſdam excuſis male eſt, *furenti.* CIOFANUS. ego *furenti* praefero, cum Gebhardo lib. I. Crep. 12. & ita Guntherus jam olim legiſſe videtur, qui lib. II. Ligur. 270. ita imitatur.

Inde furor feritaſque viris, iramque furenti
Adjiciunt, ſtimuloſque graves.

Virgilius VI. 100.

Ea frena furenti
Concutit, & ſtimulos ſub pectore vertit Apollo.

Furere & *furor* paſſim de iratis & ira; vide Cl. Drakenborch. ad Sil. Stat. VI. 253. librarii quoque illa verba *fremere* & *furere* ſaepiſſime commutarunt. v. ad Eleg. de Nuce 102. BURM.

246. *Eſt tamen humani.*] *Eſt tamen aeterni* Leidenſis unus.

248. *Quis ſit laturus in aras Tura.*] Vide quae notavi infra lib. VII. ad illud, *Congeſtaque flamma Tura liquefaciunt.* CIOFANUS. *qui ſit*, Palatinus & quinque alii, & placebat Heinſio.

249. *Populandas tradere terras.*] *Gentes* quatuor ſcripti. HEINSIUS. Ita Zinzerling. Promuls. cap. 51. contra quem Pontanus hoc loco perperam argutatur. agitur enim de poena, qua velit mortale genus perdere, eadem varietas lib. V. Faſt. 221.

Prima per immenſas ſparſit nova ſemina gentes.

Ubi *terras* nonnulli codices. apud Virgil. VI. 777.

Haec tunc nomina erant, nunc ſunt ſine nomine gentes

MSS. nonnulli: vulgo; *terrae.* vide ad lib. II. 215. pro *tradere* etiam Leidenſis unus, *perdere*, quare Heinſius & hic *prodere* malebat. BURM.

255. *Totuſque ardeſceret axis.*] *Longuſque* ex melioribus. infra lib. VI. 64.

Inficere ingenti longum curvamine coelum.

Sic & apud Virgilium Georg. III. 225.

—— *Reſonant ſylvaeque & longus Olympus.*

Ut in omnium vetuſtiſſimo codice Mediceo ſcriptum offendi. videantur quae ad ipſum Maronem adnotamus lib. VII. Aen. 288. HEINSIUS. vide ad Remed. 595.

256. *Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, adfore tempus; Quo mare, quo tellus, correptaque regia coeli Ardeat.*] Teſtatur Lactantius in libro De Ira capite XXIII. hoc ex Sybillae ſententia ſumptum. ejus verba ſunt:

Καί ποτε τὴν ὀργὴν θεὸν οὐκ ἔτι πραΰνοντα,
Ἀλλ' ἐξεμβρίθοντα, &c. Id eſt:

Et tunc Deum iram non amplius placantem, ſed aggravantem, & perdentem genus hominum, ac totum id incendio depopulantem. Hujus opinionis eſt & Seneca, cujus haec verba leguntur in Conſolatione ad Marciam: *Tempus adveniet, quo ſe mundus renovaturus extinguat, & omni conflagranti materia, uno igne, quidquid nunc ex diſpoſito lucet, ardebit.* De hac etiam ſententia, quae veriſſima eſt, D. Auguſt. lib. XX. De Civitate Dei. CIOFAN.

258. *Ardeat.*] *Corruat* tertius Mediceus, ut lib. II. 403. ſic *caſurum* dixit Triſt. II. 426. Eleg. in

Druſ.

Perdere, & ex omni nimbos dimittere coelo.
Protinus Aeoliis Aquilonem claudit in antris,
Et quaecumque fugant inductas flamina nubes:
Emittitque Notum. madidis Notus evolat alis;
Terribilem piceâ tectus caligine vultum.
Barba gravis nimbis; canis fluit unda capillis:
Fronte sedent nebulae: rorant pennaeque, sinusque.
Utque manu latâ pendentia nubila pressit;
Fit fragor: hinc densi funduntur ab aethere nimbi.
Nuntia Junonis varios induta colores,
Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus adfert.
Sternuntur segetes, & deplorata coloni
Vota jacent; longique labor perit irritus anni.
Nec coelo contenta suo Jovis ira: sed illum
Caeruleus frater juvat auxiliaribus undis.
Convocat hic amnes. qui postquam tecta tyranni

Intra-

Drus. 362. Senec. Herc. Oetae. 1113. *caeli regia concidet.* sed Seneca in Epigr. Catalect. Pith. pag. 31.

Quid tam parva loquor? moles pulcherrima coeli
Ardebit flammis tota repente suis. HEINSIUS.

258. *Et mundi moles operosa laboret.*] In uno meo, & uno Maffei, *Moles obsessa.* Lib. Dei, *oppressa.* CIOFANUS. *obsessa* etiam duo Medicei, Florent. Neap. Cantab. Argent. & alii; *proles* etiam quidam.

259. *Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.*] Hunc paenè versum usurpavit Claudianus, II. Rapt. 250.

Cur non torsisti manibus fabricata Cyclopum
In nos tela pater? CIOFANUS.

261. *Dimittere.*] Ita optimi codices. quamquam & quidam *demittere*, ut semper haec confunduntur. vide supr. vers 209. & lib. II. 310. hic vero *dimittere* praetulimus, quia ex *omni coelo* additur; aliter *demittere* est deorsum mittere. sic apud Vellej. II. 52. *In omnes partes dimittere. diffundere* unus Heinsii. *producere* unus Medic. BURMANNUS.

262. *Claudit.*] *Condit* Moreti. *condidit antris* unus Mediceus.

263. *Inductas.*] *Obductas* Vossii codex. sed recta est vulgata. lib. II. 307.

Unde solet latis nubes inducere terris.

Et lib. XI. 498.

Inductas adspergine tinguere nubes.

Fugent malebat etiam Heinsius. BURMANNUS.

264. *Madidis alis.*] Imitatus Rutilius lib. I. 631.

Interea madidis non desinit Africus alis.

Unde apparet perperam hic, *validis*, in uno Moreti legi. *avolat* etiam Gronov.

266. *Canis fluit.*] Et hic *Madidis* Vivianus & quidam Heinsii, ut infr. 339. *madida barba.* sed perperam, & in animo habuit scriba versum lib. XI. 656. *variis* Vossii. *aequis* Leidens. *udis* Palat. & Basil.

268. *Utque manu late.*] In uno meo, *manu lata.* CIOFANUS. *Manu latâ* meliores. versu proximo, *hinc densi*, non & optimus Florent. Neapol. primus Vaticanus, & secundus Mediceus. paulo ante, *ruit unda capillis* pro *fluit* prior Erfurtensis. quod sequor. nisi *pluit* reponendum. HEINSIUS. *Manu lata* rectum; vide ad Eleg. in Drus. 224. Zinzer. Prom. c. LI. legebat etiam, *densi funduntur vertice nimbi.* cui jure hic adversatur Pontanus. *volvuntur* unus Heinsii. *mittuntur* Argent. pro varia lectione.

270. *Nuntia Junonis.*] Irim esse Junonis nuntiam, docet ipse lib. XIV. hujus operis:

Flebat ut amissum conjux, cùm regia Juno
Irin ad Hersiliam descendere limite curvo
Imperat &c.

Et Virg. lib. IX.

—— *Irim de caelo misit Saturnia Juno*
Audacem ad Turnum. CIOFANUS.

270. *Induta colores.*] *Inducta* plurimi codices.

271. *Concipit Iris aquas.*] Mart. XII. 29.

Casuras alte sic capit Iris aquas. DOUZA.

Sed ibi *rapit* legitur.

272. *Sternuntur.*] Haec citat Senec. lib. III. Nat. Quaest. 28. Sed praemittit hemistichium, *sed adhuc in damna profectum est*, quod aut ipsius, aut alterius Poëtae. peccat certe contra metrum. HEINSIUS.

272. *Deplorata colonis.*] *Coloni* rectius Neapol. Bernegger. & unus Mediceus. HEINSIUS.

274. *Sed illum.*] Malebat olim Heinsius *illam*, scil.

Intravere ſui, Non eſt hortamine longo
Nunc, ait, utendum: vires effundite veſtras.
Sic opus eſt. aperite domos: ac, mole remotâ,
Fluminibus veſtris totas immittite habenas.
Juſſerat. hi redeunt, ac fontibus ora relaxant,
Et defrenato volvuntur in aequora curſu.
Ipſe tridente ſuo terram percuſſit: at illa
Intremuit, motuque ſinus patefecit aquarum.
Exſpatiata ruunt per apertos flumina campos;
Cumque ſatis arbuſta ſimul, pecudeſque, virosque,
Tectaque, cumque ſuis rapiunt penetralia ſacris.
Si qua domus manſit, potuitque reſiſtere tanto
Indejecta malo; culmen tamen altior hujus
Unda tegit, preſſaeque labant ſub gurgite turres.
Jamque mare & tellus nullum diſcrimen habebant.
Omnia pontus erant. deerant quoque litora ponto.

Occu-

ſcil. iram. non male: ita Terent. Adel. I. II. 66. *Aut etiam adjutor ſim ejus iracundiae.* BURM.

275. *Auxiliaribus undis.*] Infra dixit eodem modo *Auxiliare carmen.* & alia. Caeſar etiam lib. I. De Bel. Civili *Auxiliares cohortes.* Ubi ita ait: *Itaque duabus auxiliaribus cohortibus Ilerdae praeſidio relictis, omnibus copiis Sicorim tranſeunt, & cum duabus legionibus, quas ſuperioribus diebus traduxerant, caſtra conjungunt.* M. verò Tullius *Auxiliariam cohortem.* CIOFANUS. *Auxiliantibus* Neapolitanus. *Auxiliaribus armis* unus Mediceus.

276. *Convocat.*] *Evocat* Voſſianus.

278. *Nunc, ait, utendum.*] Palatinus, *hic*, ut lib. VI. 611.

Non eſt lacrimis hic inquit agendum.

Ita enim ſcribendum. HEINS. vide ad Nucem 133.

278. *Vires effundite veſtras.*] Ad hunc locum reſpexiſſe videtur Lucanus VII. 344.

——— *Totas effundite vires.* CIOFANUS.

Diſpergite unus Leidenſis.

280. *Immittite.*] *Permittite* unus Heinſii. utrumque rectè. *emittite*, *dimittite* alii. vide Gronov. ad Senec. III. de Ira cap. 6. & Gifan. Ind. Lucret. in *immiſſis habenis.* BURM.

284. *Motuque vias patefecit aquarum.*] *Sinus* in Erfurtano altero & uno Leidenſi. idque ex veteri codice quoque annotarat Gruterus. Sic *Seſtiacos ſinus* Stat. lib. I. Sylv. Tiburt. Vopis. v. 26. dixit. Seneca Conſol. ad Martiam cap. 18. utitur quoque hac ſignificatione frequenter Avienus Deſcriptione Orbis. mox pro *preſſaeque latent turres* rectius apud Senecam l. III. cap. XXVII. Nat. Quaeſt. *preſſaeque labant* legitur. Stat. IX. 488. *inflant undae ſequiturque labantem Amnis ovans.* idem Seneca eodem capite paulo ante. *Labant ac madent tecta, in imum uſque receptis aquis fundamenta deſidunt.* vide & ſequentia, quae optime huc faciunt. Noſter II. 163.

Utque labant curvae juſto ſine pondere naves. HEINS. Virgil. II. Aeneid. 463.

Qua ſumma labantes
Juncturas tabulata dabant.

285. *Per apertos.*] *Per latos* Leidenſis unus, ut mox 315.

287. *Rapiunt.*] Proprie fluviis convenit, unde & *rapaces* & *rapidi* a Poëtis dicuntur. DOUZA.

289. *Indejecta.*] *Indiſjecta* ſecundus Mediceus & tres alii. *indijecta* quatuor. vide ad lib. XII. 109. *Indiſtracta* tertius Mediceus.

292. *Omnia pontus erat.*] *Erant* meliores. & mox, *ſupra ſegetes*, non *ſuper.* HEINS Anthol. lib. II. cap. 40. pag. 237. ὕδωρ ὅτε παντ' ἐγενήθη.

294. *Ubi nuper ararat.*] Gronov. I. Obſ. 13. mallet, *aratra.*

296. *In Ulmo.*] Sic Horat. I. Od. 2.

Piſcium & ſumma genus haeſit ulmo.

297. *Sic fors tulit.*] Lege, *Sic fors tulit*, probantibus id antiquiore, & praeclariore libro meo, Io. Dei, Caeleſt. & aliis aliquot. οὐ οὕτως ἔτυχε. CIOFANUS. *Si fors tulit* legendum. lib. XI. 752.

Proximus, aut idem, ſi fors tulit, hic quoque dixit.

Calpur. Eclog. IV.

Foſſor & invento, ſi fors dedit, utitur auro.

Ita lege, non *ſors.* Pater Symmachus ad filium libro primo Ep. II. editionis Scioppianae: *Illud nos, ſi fors tulerit, conamur imitari.* Aggenus Urbicus de Controverſiis Agrorum: *Tertio, quod ſi fors ita tulerit, aequo animo ferendum habeat.* ſic ſcribo

Occupat hic collem: cymbâ ſedet alter aduncâ,
Et ducit remos illic, ubi nuper ararat.
Ille ſupra ſegetes, aut merſae culmina villae,
Navigat: hic ſummâ piſcem deprendit in ulmo.
Figitur in viridi (ſi fors tulit) anchora prato:
Aut ſubjecta terunt curvae vineta carinae.
Et, modo quâ graciles gramen carpſere capellae,
Nunc ibi deformes ponunt ſua corpora phocae.
Mirantur ſub aquâ lucos, urbesque, domosque
Nereïdes: ſilvasque tenent delphines, & altis
Incurſant ramis, agitataque robora pulſant.
Nat lupus inter oves: fulvos vehit unda leones:
Unda vehit tigres. nec vires fulminis apro,
Crura nec ablato proſunt velocia cervo.
Quaeſitisque diu terris, ubi ſidere detur,
In mare laſſatis volucris vaga decidit alis.

Obrue-

bo. editur, *quod ſi fors ita tulerat.* Livius libro v. c. 11. *Fors ita tulit, ut eo anno Tribunus plebis C. Trebonis eſſet.* HEINSIUS. vide Muret. XVI. var. 9.

299. *Qua graciles gramen.*] Offendit repetitio ingrati ſoni: in uno Strozzae, *laeves*, in uno Baſileenſi, *fragiles*, forte *faciles*, vel *placidae.* in uno tamen Regio erat, *culmen carpſere*: eleganter, caprae enim in rupibus & montibus paſcuntur, & eo creſcit vis oppoſitionis, ut phocae, quae in fundo maris eſſe ſolent, nunc in culmine collis vel montis ponant ſua corpora. *quo* etiam multi ſcripti. BURMANNUS.

300. *Sua corpora.*] Berneggerianus, *pignora*, ut de foetu capiatur. ſimilis varietas lib. II. Faſt. 403.

Nata ſimul, peritura ſimul, ſimul ite ſub undas
Corpora: deſierat, depoſuitque ſinu.

Ubi *pignora* aliquot codices. & ita Martialis lib. Spectac. Ep. XIV. vocat foetus, *maturi pignora ventris.* & *ponere* proprium quoque in hac re verbum. ut Epiſt. XI. 64.

Et poſitum eſt uteri crimen onusque mei.

Quod *deponere* dixit Phaedrus lib. I. Fab. 8. ubi vide. ceterum his ſimilia fere Lycophron habet de hoc diluvio, vers 82.

Φηγὸν δὲ, καὶ ἁρυκάρπα καὶ γλυκὺν βότρυν
Φάλαι τε, καὶ δελφίνες, αἱ τ' ἐπ' ἀρσένων
Φέρβοντο φῶκαι λέκτρα δουρῶσαι βροτῶν.

Carpit vero hanc luxuriam Poetae Senec. III. Nat. Quaeſt. 27. & Barth. Adv. LVIII. 10. BURM.

303. *Agitataque.*] Non damno hanc vocem, & concuſſa vi aquarum interpretari licet. ſed quia *agitatae* arbores frequentius dicuntur, cum vento, aut manu hominum concutiuntur. (vid. lib. VII. 586. & ad Epiſt. XIV. 39. & alibi) neſcio an ſpernenda ſit Mediolanenſis unius codicis lectio, *Annoſaque robora pulſant.* quae reſiſtere potuerant nimirum aquarum viribus, & quae ſtantia pulſabant ſub aqua Delphines. In alio codice erat, *incumbunt ramis.* & in altero, *robora preſſant.* in tertio, *ignotaque robora pulſant.* etiam non male. BURMANNUS.

304. *Nat lupus.*] Citat hoc Eutych. inter Grammat. veteres pag. 2180.

306. *Crura nec ablato, &c.*] Scio eſſe qui *alato* legant. quod nobis tamen non probatur. Praeſertim, cum, ut rectè in ſuo codice notaverat Gruterus, ipſe auctor libro II. 873. ita locutus ſit. De Europe nempe: *Pavet haec; lituſque ablata relictum Reſpicit.* Ita hic, *cervo ablato*, marinis, nempe, fluctibus. DAN. HEINSIUS. Probat hanc lectionem Gebhardus lib. II. Crepund. cap. 7. ſed explicat velocem, quam alienam explicationem recte reprehendit Gronovius ad Livii lib. XXXV. II. ſic II. Art. 91.

Pater, ô pater auferor, inquit.

Et ita *ventis ablata* VI. 624. & VII. 52. *Alato* legebat Douza. BURMANNUS.

307. *Quaeſitiſque diu terris ubi ſiſtere poſſet,*
In mare laſſatis volucris vaga decidit alis.]

Volucres, de quibus vulgo dicitur, & *genus aërium volucres*, diu terras quaeſiſſe ait Poeta. eas innuens terreſtre potius, quam aërium animal comprobari, in quam ſententiam Apuleji verba ſubjecimus: *Imo ſi ſedulo animadvertas, ipſae quoque aves terreſtre animal, non aërium rectius perhibeantur: ſemper enim illis victus omnis in terra, ibidem pabulum, ibidem cubile, tantumque aëra proximum terra volando transverberant. ceterum cum illis feſſa*

Obruerat tumulos immenſa licentia ponti,
Pulſabantque novi montana cacumina fluctus.
Maxima pars undâ rapitur: quibus unda pepercit,
Illos longa domant inopi jejunia victu.
Separat Aönios Actaeis Phocis ab arvis,
Terra ferax, dum terra fuit; ſed tempore in illo
Pars maris, & latus ſubitarum campus aquarum.
Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus,
Nomine Parnaſus, ſuperatque cacumine nubes.
Hic ubi Deucalion (nam cetera texerat aequor)

Cum

ſunt remigia pennarum, terra portus eſt. Martianus quoque a medietate aëris, uſque ad montium terraeque confinia *hemitheos heroëſque* verſari oſtendit, nec non manes, quos ἀγαθοὺς & κακοὺς, *daemonas* memorat Graia diſcretio. hujusmodi ergo aëris animantes erunt peculiares, volucres autem minime, cum potius terreſtres ſint. JACOB. A CRUCE.

307. *Ubi ſiſtere poſſit.*] *Detur* primus Mediceus, unus Palat. & Bononienſis. Virgilius lib. III. Aeneïd. 7.

Incerti quo fata ferant, ubi ſiſtere detur.

Alter praeterea Mediceus ex veterrimo exemplari deſcriptus, *ſidere*: quomodo jam ante conjeceram. ſic optimi paſſim ſcriptores. niſi quod obſtare Virgilianus videtur locus. Noſter l. II. ŷ. 632. ex ſcriptis codicibus.

Inter aves albas vetuit conſidere corvum.

Horatius Sat. VIII. lib. I.

Aſt importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetatque novis conſidere in hortis.

Sed & ipſe Maro lib. VI. 209. de columbis:

Tollunt ſe celeres, liquidumque per aëra lapſae
Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt.

HEINSIUS. Ita *Inſidere* Quinct. Decl. XIII. 4. ubi vide adnotata nobis.

309. *Obruerat tumulos.*] *Cumulos* multi ſcripti & Vivianus ex ſuis: male; Senec. lib. III. Quaeſt. Nat. cap. 27. etiam in deſcriptione diluvii, *omnis tumulus in profundo latet.* HEINSIUS.

313. *Separat Aönios Actaeis Phocis ab arvis.*] In his verbis niſi hypallagen eſſe intelligamus, non video ut intelligi queant. neque enim Phocis regio, in qua & Parnaſus, & Delphi, Aönios, hoc eſt Boeotios, ab Attica ſeparat, ſed contra Boeotia Phociden ab Attica ſeparat, ut omnes norunt, qui Geographica tenent. eſt igitur ita intelligendum, Phocis ſeparat Aönios ab arvis Actaeis, hoc eſt Aönii ſeparant Phocida ab Actaeis arvis. verum in his non oportet omnino anxium eſſe: quemadmodum qui miretur, quomodo hoc, quod nono deinde ſequitur verſu, *Quae tunc oracla tenebat*, pro reſponſa dabat, dictum ſit. neque enim poëtae, praeſertim Heroici, ad eam, qua rhetores, proprietatem aſtringi poſſunt. GLAREANUS. Sunt qui hoc loco hypallagen eſſe velint. Non enim Phocidem Aönios, hoc eſt Boeotiam, ab Attica ſeparare, ſed contra Boeotiam, Phocenſes ab Atticis: quemadmodum & tabulae Geographicae indicant. quod ut ut ſit, geographis diſcutiendum relinquemus. Illud magis dubitari poteſt, utrum pro *Arvis*, legendum ſit *Agris*, ut ad utrumque adjectivum idem ſubſtantivum referatur, ut ſit integrum, Phocis ſeparat Aönios agros ab Actaeis agris. MICYLLUS. *Ionios Oetaeis.* Delr. ad Sen. Herc. Fur. 1161.

316. *Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus.*] Parnaſi vertices Herodotus lib. IIX. Tithorea, & Huampeum vocat. CIOFANUS.

318. *Texerat aequor.*] Alter Gronovii, *poſſidet aequor.* quod repetitum ex ŷs. 355. vide ad Petronii cap. CXIV. mallet etiam Heinſius, *huic ubi Deucalion* &c. *adhaeſit.* ſed non memor tunc erat vir doctus, quae in Claud. I. in Rufin. 35. notaverat. BURMANNUS.

319. *Cum conſorte tori.*] Infra lib. IIX. appellavit, *Sociam tori*, & X. cùm id vellet ſignificare. Et Seneca in Hipp. *O ſocia thalami!* Et in Thyeſte: *Nunc, facinus ingens auſus, aſſumpta in ſcelus conſorte noſtri perfidus thalami avehit.* CIOFANUS.

320. *Corycidas Nymphas.*] Corycidas dicit, à Corycio antro, cujus meminerunt Strabo libro IX. & is, quem modo citavi, Herodotus in Urania. CIOFANUS.

320. *Adorat.*] *Adorant* meliores. HEINSIUS. ſolet fere ſemper Noſter plurali uti, ubi de duobus per praepoſitionem *cum* conjunctis agit. vide inf. v. 153. XI. 203. & 414. III. Faſt. 372. v. 406. II. Triſt. 389. IV. II. 15. & alibi; in quorum plurimis librarii peccarunt. idem loquendi genus puto reſtituendum Curtio lib. v. cap. 10. ubi nunc legitur *Nabarzanes cum Bactrianis militibus in veſtibulo praetoris aderat, titulum ſolemnis officii occulto ſceleri praeferens.* ſed cum Heinſius in codice MS. repererit *praeferentes*, legendum quoque *aderant.* Sic idem lib. VI. II. *Hephaeſtion cum Cratero & Caeno ad quaeſtionem de Philota habendam conſur-*

Cum conſorte tori parvâ rate vectus adhaeſit;
Corycidas Nymphas, & numina montis adorant,
Fatidicamque Themin, quae nunc oracla tenebat.
Non illo melior quisquam, nec amantior aequi
Vir fuit, aut illâ metuentior ulla Deorum.
Juppiter ut liquidis ſtagnare paludibus orbem,
Et ſupereſſe videt de tot modo millibus unum,
Et ſupereſſe videt de tot modo millibus unam;
Innocuos ambos, cultores numinis ambos;
Nubila disjecit: nimbisque Aquilone remotis,

Et

conſurgunt. Sic & apud Dictyn lib. I. de Bell. Troj. 13. ex MSS. legendum. *Neſtor cum Antiloche & Thraſymede ſupervenere* : nunc *ſupervenit* legitur. & cap. 16. *Praeponuntur etiam campeſtri exercitui Palamedes cum Ulixe & Diomede.* vulgo *praeponitur. proponuntur* vitioſe edidit Mercerus, auctor Argumentor. Ovidii lib. II. Fab. 6. ut eſt in editionibus antiquis, *Calliſto cum filio Arcade in ſideribus a Jove tranſlati ſunt.* ubi & Maſculinum genus praevalet. vide plura apud Gronov. ad Liv. XXI. 60. & XXII. 21. & Bentl. ad Horat. I. Sat. VII. 20. Burmannus.

321. *Quae tunc oracla tenebat.*] Hoc eſt, Reſponſa dabat. Nam, ut Pindari interpres tradit, prima praefuit oraculis Nox, deinde Themis, poſt demum Apollo, qui vaticinandi artem à Pane deo accepit, ut idem ait. Sed Orpheus paulo aliter, apud quem in hymnis de Themide ita legitur:

Ἡ πρώτη κατέδειξε βροτοῖς μαντήϊον ἁγνὸν
Δελφικῷ ἐγκευθμῶνι θεμιςεύουσα θεοῖσι,
Πυθίῳ ἐν δαπέδῳ, ὅθι πυθοῖ ἐμβασίλευεν,
Ἡ καὶ Φοῖβον ἄνακτα θεμιςοσύνας ἐδίδαξε.

Fuit autem haec filia Caeli & Terrae, ut ex eodem poëta colligitur. Vocat enim οὐρανόπαιδα, & γαίης βλάςημα νέον. Micyllus. Cantabrigienſis *nunc*, recte; ſaepe enim ita veteres loquuntur, de praeterito tempore, fingentes ſe ſcribere de rebus praeſentibus. Inf. II. 218.

Et nunc ſicca, prius celeberrima fontibus Idè.

Vide ad Epiſt. XVIII. 95. Burm.

323. *Reverentior ulla deorum.*] In uno meo & duobus Vatic. *Ulla Dearum.* In utroque Maff. Io. Dei, & Ernaldi apertè legitur, *Metuentior ulla Dearum.* Ciofanus. *Metuentior deorum*, vel *dearum* iidem, non *reverentior.* ſic *metuentior undae* Epiſt. Herus. Noſter Faſt. VI. de Numâ 259.

—— *quo non metuentius ullum*
Numinis ingenium terra Sabina tulit.

Quomodo & *metuens pericli* apud Maronem. Aneïd. V. 716. *metuens divûm matertera* apud Perſium, quamquam *reverens parentum puella* apud Apulejum occurrat Met. VIII. & eodem *libro vir religioſus, & eximie Deûm reverens. Et metuens natura mali* apud Severum in Aetna, & *rixarum metuens Gratia* apud Horatium Od. XIX. lib. III. & *metuens alterius viri caſtitas* Od. XXIV. *& futuri metuens mens.* Sat. II. lib. II. *virgae metuens Achilles.* Juvenali Sat. VII. *metuens domini Roma.* Lucano lib. VII. & lib. IX. *metuens pelagi Pirata.* & Statio Theb. X. *metuens mariti Venus.* ubi male pleraeque editiones *maritum. metuens captivitatis Caſtor* Apulejo Met. I. Sic & *timens mortis.* Noſter lib. XIV. 215. Ubi adeantur quae notamus. ut & lib. II. ỳs. 765. *Irae ſuperûm metuens.* Apulej. lib. IV. nam quod lib. V. Met. legitur *virginitatis ſuae pro tanta ſolitudine metuens.* ſcribendum eſt *virginitati*, quemadmodum ante Wouwerium & Elmenhorſtium legebatur, ſic ſenſu orationis poſtulante. Livius XXII. cap. 3. *Conſul ferox ab conſulatu priore, & non modò legum ac Patrum majeſtatis, ſed ne Deorum quidem ſatis metuens erat.* Cariſius libro V. *Participialia, quae non fiunt ex participio inſtantis temporis, genitivum admittunt, ut amans amicorum, ſervans aequi, metuens pericli, metuens deorum, fidens animi.* Heinsius. Vide Grut. II. Suſpic. 16. & Druſ. II. Quaeſt. Hebraic. cap. ult. qui & Hebraeos ita locutos docet.

325. *Et ſupereſſe virum de tot modo millibus unum, Et ſupereſſe videt de tot modo millibus unam.*] Lege, ut eſt in duobus Vatic. uno meo, Ernaldi, atque uno Caeleſt.

Et ſupereſſe videt de tot modo millibus unum,
Et ſupereſſe videt, &c. Erit enim lepidius, dignumque noſtro poëta: & pulcherrima repetitio. Ciofanus. *ſupereſſe videt* cum iiſdem melioribus. Heinsius.

127. *Innocuos ambos.*] Offendit me hic verſus, cujus omnes voces in *s* exeunt, & ingratum ſibilum faciunt. quare mallem *innocuos ambo, cultores numinis ambo*, nam in accuſativo *duo*, & *ambo* dixiſſe veteres nemini latet. vide lib. VII. 792. Burmannus.

328. *Disjecit.*] *Deducit* Leidenſis unus: forte *diducit*, cui contrarium eſt, *conducere* inf. 572. de

aqua

Et coelo terras oſtendit, & aethera terris.
Nec maris ira manet; poſitoque tricuſpide telo
Mulcet aquas rector pelagi: ſupraque profundum
Exſtantem, atque humeros innato murice tectum,
Caeruleum Tritona vocat; conchaeque ſonaci
Inſpirare jubet; fluctusque & flumina ſigno
Jam revocare dato. cava buccina ſumitur illi
Tortilis, in latum quae turbine creſcit ab imo:
Buccina, quae medio concepit ut aëra ponto,
Litora voce replet, ſub utroque jacentia Phoebo.

Tum

quo ad Valerium Flacc. lib. I. 480. latius agetur. Alii codices *diſcedit*, *diſcuſſit*.

330. *Maris ira.*] *Unda.* Voſſii & alius. male. vide ad. Epiſt. XVIII. 2.

332. *Exſtantem.*] *Errantem* Berneggerianus, quod verbum pacem & tranquillitatem jam reductam notat. ut de grege ſecure paſcente paſſim ponitur. nihil tamen muto, quia de humeris ſequitur.

332. *Humeros innato murice tectum.*] *Innato murice*, ingenita & naturali purpura ſi interpreteris, elegantiorem tubicinem reddiderimus, quam vel ejus ſtudium poſtulat, vel immanitas patiatur. ſed & periit mira illa Tritonis hujus formae Virgiliana deſcriptio, quam Plinius ſubnotaſſe viſus eſt lib. IX. 5. Quo, *Tiberio Principi nuntiatum olim ab Olyſiponenſium legatis, auditum quodam ſpecu Tritonem, concha canentem, viſumque forma, qua noſcitur.* Ad Virgilianos illos, velut arbitror, verſus reſpiciens, quorum exemplum eſt lib. X. 209.

Immanis Triton, & caerula concha
Exterrens freta, cui laterum tenus hiſpida nanti
Frons hominem praefert, in priſtin deſinit alvus,
Spumea ſemifero ſub pectore murmurat unda.

Medius fidius, quo pacto dicere potuiſſet Plinius, *qua noſcitur forma*, ſi eam adeo diverſam primates ipſi Poëtae duo deſcripſerint? ſiquidem alter purpura veſtiat ejus humeros, hiſpidam alter partem hominis primam eidem tribuat. Verum enim vero multum de interpretum quoque doctrina poëtarum pendet eruditio. *Innatum* itaque *muricem*, aſperitatem & hiſpiditatem quoque illam Maronianam intelligimus, ob muricis corticis ſcabritiem. Murices enim Pompejus ait, vetuſtas etiam ſaxorum aſperitates, telaque omnia dici. Virgilius lib. V. 205. *Et acuto in murice remi Obnixi crepuere.* Quem Silius imitatus lib. XVII. 277.

Tum murice acuto
Diſſiliens ſonuit rupta compage carina.

Sed & Plinius de Carduo lib. XX. 23. *Muricatis cacuminibus.* Gellius lib. VI. 4. *Nobiliſſimos Poenorum captivos ab Reguli liberis cruciatos fuiſſe, ait deſtitutos in armario muricibus praefixo.* Clavos introrſum adactos ſignificare volens. Quid quod Claudianus in Nuptiis Honor. & Mariae ꝟs. 150. ſuper Tritone Ovidium imitatus, Venerem confingit durum aſperumque his ipſis muricibus Tritonis dorſum purpureo ſtraviſſe toro, quo videlicet mollius, delicatiuſque veheretur?

Tum vivo ſqualentia murice terga
Purpureis mollita toris. hoc navigat antro
Fulta Venus.

Ut hinc tam murices in tubicine ipſo confirmentur, quam excludantur purpurae. Nec diſſimulandum in veteri Claudiani exemplari extare *purpureis mollita roſis.* Vidimus & marmoreas Romae Tritonum imagines, etiam concha canentium pleraſque. Quo exemplo & aureum fuiſſe Tritonem arbitrandum eſt eum, quem Andronicus Cypreſtes dextera virgam porrigentem Athenis in turri ſtatuit; ut ſcribit Vitruvius lib. I. cap. 6. Ipſe porro hic Andronicus apud M. Varronem accipiendus videtur, ac legendum *Cyrrheſtes*, non *Cypreſtes.* Quod & codices vetuſti fere indicant. M. Varronis in lib. III. de R. R. 5. haec ſunt: *In eodem hemiſpherio medio circum cardinem eſt orbis veritatum octo, ut Athenis in horologio, quod fecit Cypreſtes.* Utque eminens radius a cardine ad orbem ita movetur, ut eum tangat ventum, qui flet, ut intus ſcire poſſis. MARIANG. ACCURSIUS in diatribis.

333. *Caeruleum Tritona.*] *Caeruleos* concinnius ſit, ut ad humeros referatur. ſimiliter peccatum Eleg. in Druſum vers 224. HEINSIUS.

333. *Conchaeque ſonanti.*] In nonnullis, *ſonaci.* NAUGERIUS. Pro *conchaque ſonanti*, *conchaeque* nonnulli. Naugerius & Vivianus *ſonaci* ex ſuis notant. neque aliter Calandrae Vaticana excerpta. Reſpexit haec Naſonis Apulejus Metamorph. lib. IV. *Jam paſſim maria perſultantes Tritonum catervae, hic conchâ ſonaci leniter buccinat, ille ſerico tegmine flagrantiae Solis obſiſtit inimici.* Idem lib. VIII. *attritu dentium ſonacem* de apro dixit. Vide Notas Amor. lib. II. Eleg. VI. vers 23. HEINSIUS. Conchae figuram habes in lucerna ſepulchrali apud Bellorium num. V. tom. XII. Antiq. Graec. *conchaeque*

Tum quoque, ut ora Dei madidâ rorantia barbâ
Contigit, & cecinit juſſos inflata receptus,
Omnibus audita eſt telluris & aequoris undis:
Et quibus eſt undis audita, coërcuit omnes.
Jam mare litus habet: plenos capit alveus amnes:
Flumina ſubſidunt: colles exire videntur:
Surgit humus: creſcunt loca decreſcentibus undis.
Poſtque diem longam nudata cacumina ſilvae
Oſtendunt, limumque tenent in fronde relictum.
Redditus orbis erat, quem poſtquam vidit inanem,

Et

chaeque tonanti unus Strozzae. & regius pro diverſa lectione.

335. *Cava buccina ſumitur illi.*] Eodem modo Virg. v. 1. dixit, *Cavam concham.* Ciofanus.

336. *Tortilis in latum, quae turbine creſcit ab imo.*] Porphyrius in his, quae in Homerum extant, quaeſtionibus ſatis luculenter probat, Homerum, quoties obſcurum quiddam adducit, continuo ſubnectere ejus dicti declarationem, ut cum Bovem ἀδμήτην appellaſſet, ſubjungit οὐ τοῦτο ζύγον ἤγαγεν ἀνήρ. ita hoc loco concham ſonantem deſcribens noſter poeta, quid tortile in latum ſignificet per verba ſequentia, ſane quàm eleganter, deſcripſit. eſt enim concha, ut cochlea, quae ab imo ita creſcit, ut & torqueatur in gyrum propemodum, paulatimque fiat latior. Glareanus.

137. *Quae medio concepit.*] In uno Vatic. & Io. D. non eſt *in* praepoſitio. Ciofanus. Tolle Τὸ *in* ex auctoritate codicum, & ex quatuor libris repone, *concepit ut.* Heinsius.

338. *Voce.*] Nota *vocem* hic buccinae attributam a Poëta. Douza. *vocem* dici omnem ſonum, docet Maxim. Victor. Art. Grammat. pag. 1339. ex Virg. III. Aeneid. 556. *Fractaſque ad litora voces.* ſic remorum ſonitum *vocem* dicit eod. libro 669. ubi vid. Serv. & buccinae lib. VII. 519.

Tum vero ad vocem celeres, qua buccina ſignum. Dira dedit. ubi Servius videndus. & ita Φωνὴ τῆς σάλπιγγος ſeptuaginta interpretes. Exod. XIX. 16. ubi & de tonitru. vid. Druſ. Quaeſt. Ebraic. III. 82. & Gronov. II. Obſ. XVI. Burm.

338. *Sub utroque Phoebo.*] In epiſt. Deian. idem ſignificavit his verbis.

Impleſti meritis Solis utramque domum. Ciofan. Duo codices, *latentia*; an *patentia?* ut paſſim *patere* regiones dicuntur. & huic loco hoc aptius, quia ante aquis tectae, nunc patebant. Burm.

340. *Cecinit receſſus.*] Imo *receptus* cum ſecundo Palatino, codice Langii, & Berneggeriano, atque adeo cum excerptis Calandrae. ſic & Triſt. lib. IV. Eleg. IX. ex fide optimorum codicum, *cane Muſa receptus* eſt reponendum. Cicer. III. Tuſc. 15. *Vetat igitur ratio intueri moleſtias, a quibus cum cecinit receptui, impellit & rurſus incitat.* Stat. XI. 32.

Sed tunc miſeris dabat utile ſignum
Suadebatque fugam, & tutos in caſtra receptus.

Heinsius. in dativo poſuit Cicer. XII. Philip. 3. *Quis enim revocante & receptui canente ſenatu, properet dimicare.* In alio Ciceronis loco ex Tuſculanis codices quoſdam *receptum* habere viri docti notaverunt. apud Amm. Marc. lib. XIX cap. 12. *poſtque deletos omnes in receptum canentibus lituis.* ubi τὸ *in* in aliis deeſſe notat Lindenbrochius. ita & Servius ad Virgil. XI. Aeneid. 536. *receſſus* pro *receptus* legi in quibuſdam exemplaribus notat. *receptus* etiam Douza correxerat. gloſſa Leidenſis codicis notabat diverſam lectionem hoc modo, *vel receptus, ut aquae reciperentur.* Burm.

341. *Omnibus audita eſt telluris & aequoris undis.*] Ita puriſſimus ſcriptor Lucretius lib. V.

Nec ſoli, terraeque, nec altis aequoris undis.
Ciofanus.

342. *Et quibus eſt undis audita.*] *Undas* Florent. Neapol. & ſex alii.

343. *Plenos capit alveus amnes.*] Mallem, *planos*, eſt enim oppoſitio aquarum intumeſcentium cum ſuccedentibus & planis. certe τὸ *plenos* non eſſe ex mente Poëtae probat lib. VIII. 558.

Solito dum flumina currunt
Limite, dum tenues capiat ſuus alveus undas.

Scepperus apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. ſed *planae* illae aquae minime mihi placent: nam ſenſus eſt, decreſcentibus aquis, ripae eodem modo, ut litora, coeperant poſſe diſtingui ab aquis, cum antea eſſent *omnia pontus.* & ita redacta quidem flumina intra ripas, tamen plena erant, non exſiccata. alia res eſt libr. VIII. ubi de torrente agitur; Leidenſis etiam unus, *plenas capit alveus undas*, etiam non male, ut alveus, licet adhuc ſit plenus, non tamen exundet, ſed capiat aquas. & ita Quinctil. lib. II. cap. 1. *tenuis a fonte, aſſumptis poëtarum & hiſtoricorum viribus, pleno jam ſatis alveo fluit.* Burmannus.

344. *Flumina.*] Malebat Heinſius, *flamina.* Col.

Et desolatas agere alta silentia terras,
Deucalion, lacrimis ita Pyrrham adfatur obortis:
O soror, ô conjux, ô femina sola superstes,
Quam commune mihi genus, & patruelis origo,
Deinde torus junxit; nunc ipsa pericula jungunt:
Terrarum, quascumque vident occasus & ortus,
Nos duo turba sumus. possedit cetera pontus.
Nunc quoque adhuc vitae non est fiducia nostrae
Certa satis: terrent etiamnum nubila mentem.
Quid tibi, si sine me fatis erepta fuisses,
Nunc animi, miseranda, foret? quo sola timorem
Ferre modo posses? quo consolante doleres?
Namque ego (crede mihi,) si te modo pontus haberet,
Te sequerer, conjux: & me quoque pontus haberet.

C

colleſque plurimi codices. mox, *poſtque diem longum* iidem.

348. *Redditus orbis.*] Ex undis reſtitutus; Martial. Spect. 2. *Reddita Roma ſibi eſt.* Bersm. idem lib. v. 8.

Nunc eſt reddita dignitas equeſtris.

Pomp. Mela. 1. 9. de Nilo, *cum ſe ſibi reddidit.* Vide Cl. Graev. ad Cicer. xii. ad fam. 13. appoſite Curtius lib. ix. 9. *Reciprocare coepit mare magno tractu aquis in ſuum fretum recurrentibus. reddebatque terras paulo ante profundo ſalo merſas.* vide mox vers 423. Burmannus.

348. *Quem poſtquam vidit apertum.*] Ita in omnibus, quibus uſus ſum, libb. manuſcrip. In vulgatis eſt: *Vidit inanem.* Ciofanus. Sic *apertos campos* ſupra dixit. 285. ſed recte Vivianus vindicat *inanem*, quia ſequitur *deſolatas.*

350. *Lacrymis ita Pyrrham affatur obortis.*] In vett. legitur non *obortis*, ſed *abortis*, per primam vocalem. Ita quoque apud Virgil. tribus in locis habent quinque vetuſta exemplaria. Sed in optimo illo Romano, & Longobardico perpetuo eſt per *o* quartam vocalem. Verbum tamen *Lacrimis* in vett. omnibus ſcriptum eſt per *i* Latinum. Quare à Graeca lingua deduci non arbitror; ſed Latinum eſſe cenſeo. Hanc opinionem probari etiam ſcio viris doctis, inter quos eſt Muretus, & Gifanius. Priſci autem illi, ut Ennius, Attius, Pacuvius, Lucilius, Plautus, ac ſimiles alii, *lacrumis* per *u* ſcripſerunt: quemadmodum etiam *optumus*, *optumè*; *maxumus*, *maxume*, aliaque ad eumdem modum. Ciofan. *lacrimis ad Pyrrham fatur abortis* MSS. Gebhardi lib. 1. Crep. 12. qui ubique *abortis* contendit eſſe legendum. ſed perperam. longe enim alia eſt *aboriendi* ſignificatio. *oboriri* omnia dicuntur, quae ſuperveniunt. vide Barth. ad Stat. viii. Theb. 32.

350. *Pyrrham affatur.*] De Pyrrha & Deucalione Pindarus in Olymp. Oda ix. ubi ita eſt: Πύρρα Δευκαλίωντε Παρνασσοῦ καταβάντε, δόμον ἔθεντο πρῶτον· ἄτερ δ' ἐννᾶς, ὁμόδαμον κτισάσθαν λίθινον γόνον. λαοὶ δ' ὀνόμασθεν. *Pyrrha, & Deucalion Parnaſſo cùm deſcendiſſent, ſedes collocarunt primas, & abſque concubitu ejuſdem lapideam figuram compararunt.* λαοὶ *autem ſunt nominati.* Ciofanus.

353. *Nunc ipſa pericula jungunt.*] Pericula communia homines etiam ex inimicis amicos efficere docet Ariſtot. lib. v. De repub. cujus haec ſunt: συννάγει γὰρ καὶ τοὺς ἐχθίστους ὁ κοινὸς φόβος. id eſt, *conjungit enim etiam inimiciſſimos communis metus*: ut mirum non ſit, ſi eos, qui prius inter ſe amabant, amiciores etiam efficiat. Ovid. De Phryxo, lib. iii. Faſt. ſub finem:

Flebat ut amiſſa gemini conſorte pericli.

Videlicet ad fraternam caritatem aliquid etiam periculorum communio adjunxerat. Hunc locum totidem propè verbis in obſervationibus in eoſdem libros enarravi. Cicero lib. xiii. famil. epiſt. lxxi. *T. Aguſius & comes meus fuit illo miſerrimo tempore, & omnium itinerum, navigationum, laborum, periculorum meorum ſocius.* Et lib. ix. epiſt. xvi. *Ut, quaſi aurum igne, ſic benevolentia etiam fidelis periculo aliquo perſpici poſſit.* Ciofanus.

355. *Duo turba ſumus.*] Martial. xii. 89.

Qui ſolus inopi praeſtat & facit turbam. Douza.

Vide ad Epiſt. xix. 154. in Martiali loco a Douza laudato, neſcio quid tautologiae videtur *praeſtat* & *facit*, quare mallem:

Qui ſolus inopi reſtat, & facit turbam.

Ut plures antea habuerit, ſed ad inopiam redacto unus ille ſuperfuerit, vide ad Phaedr. iii. Fab. 19. Burmannus.

356. *Haec*

O utinam poſſim populos reparare paternis
Artibus; atque animas formatae infundere terrae!
Nunc genus in nobis reſtat mortale duobus,
(Sic viſum Superis) hominumque exempla manemus.
Dixerat, & flebant. placuit coeleſte precari
Numen, & auxilium per ſacras quaerere ſortes.
Nulla mora eſt; adeunt pariter Cephiſidas undas,
Ut nondum liquidas, ſic jam vada nota ſecantes.
Inde ubi libatos irroravere liquores
Veſtibus & capiti; flectunt veſtigia ſanctae
Ad delubra Deae: quorum faſtigia turpi
Squalebant muſco; ſtabantque ſine ignibus arae.
Ut templi tetigere gradus; procumbit uterque
Pronus humi, gelidoque pavens dedit oſcula ſaxo.

At-

356. *Haec quoque.*] *Nunc quoque* ſecundus Medic. & quinque alii.

357. *Etiamnum.*] Sic Neapolitanus. Heinsius.

358. *Quis tibi nunc animus.* Ita in uno Vatic. & Io Dei, Abb. Br. In aliis, *Quid animi.* Quae lectio mihi videtur lepidior. Ciofanus. *Quid animi* unus Voſſianus & unus meus cum Naugerii codice & margine editionis Gryphianae. primus Vaticanus *Quid animus.* proxime verum. Epiſt. xi. 83.

Quid mihi tunc animi cenſes, germane, fuiſſe?
Metam. v. 627.

Quid mihi tunc animi miſerae fuit?
lib. vii. 583.

Quid mihi tunc animi fuit? an quod debuit eſſe?
lib. xiv. 173.

Quid mihi tunc animi (niſi ſi timor abſtulit omnem Senſum animumque) fuit?
Triſt. iii. iii. 5.

Quid mihi nunc animi dira regione jacenti?
Caeſar libr. vii. bell. Gall. 77. *Quid hominum millibus* lxxx. *uno loco interfectis, propinquis conſanguineiſque noſtris animi fore exiſtimatis?* Ennius vi. Satyrar. apud Donat. in Phormionem Terentii Act. ii. Scen. ii. *Quid cenſes dominis eſſe animi? pro Deum fidem.* Cato apud A. Gell. lib. x. cap. iii. Noct. Attic. *quid illos magna virtute praeditos opinamini animi habuiſſe, atque habituros dum viverent.* Heinsius. vide lib. xiii. 647.

360. *Quo conſolante dolores?*] In quibuſdam, *doleres.* Naugerius. recepimus hanc a plurimis libris confirmatam lectionem.

361. *Si te quoque pontus haberet, &c.*] Hoc eſt, ſi tu in mare decidiſſes, ac ſubmerſa eſſes: ego quoque, cujus in te amor ſummus eſt, in mare praecipitem me darem. Sic Virg. lib. i. Aeneid.

Et te pater optime Teucrum Pontus habet Libyae.

Ciofanus. *Te modo* rectius nonnulli. & *poſſim* mox pro *poſſem.* Heinsius.

363. *Reparare.*] Variant vehementer codices: quidam *formare*, alii *recreare*, alii *renovare.* ſed haec omnia a gloſſatoribus nata exiſtimo. vulgata ſola vera. ita mox 397.

Generis damnum reparabile.
Et 413.

Et de femineo reparata eſt femina jactu.
Vide Heinſ. ad Claud. bel. Get. 438. eadem varietas ſupr. vers 11. Burm.

366. *Sic viſum eſt Superis.*] *Eſt* abeſt ab optimis libris. *ſic placuit ſuperis* Leidenſis.

370. *Et nondum liquidas, ſed jam.*] Optimus Thuan. *Ut nondum.* unus Medic. *ſic jam.* Lege, quomodo ſibi quoque videri corrigendum eſſe ad me perſcripſit eruditiſſimus Gronovius:

Ut nondum liquidas, ſic jam vada nota ſecantes.
Heinsius. Vide ſupr. vs. 15. plurimi etiam codices & quidam editi, *ſequentes*, vide Barth. ad Claud. i. Stil. 139. unde *ſequaces undae* aliis etiam dictae.

372. *Veſtibus & capiti.*] Hinc apparet moris fuiſſe, ut antequam Deos precaturi accederent, veſtibus & capiti aquam fluvialem aut fontanam aſpergerent, ne parum taciti viderentur. quo reſpexiſſe etiam credo Juvenal. vi. 523.

Ter matutino Tiberi mergetur, & ipſis
Vorticibus timide caput abluet.
Et Tibul. iv. 613.

Lota tibi eſt hodie, tibi ſe laetiſſima compſit.
Douza.

372. *Veſtigia ſacrae.*] In lib. Abbatis, uno Vatic. Io. Dei, itemque uno meo, *Veſtigia ſanctae.* Ciofanus.

374. *Squalebant muſco.*] In antiq. omnib. *Pallebant.* Idem: *Pallebant muſco* conſtanter libri ve-

Atque ita, Si precibus, dixerunt, numina juſtis
Victa remolleſcunt, ſi flectitur ira Deorum;
Dic Themi, quâ generis damnum reparabile noſtri
Arte ſit: & merſis fer opem, mitiſſima, rebus.
Mota Dea eſt; ſortemque dedit: Diſcedite templo;
Et velate caput; cinctasque reſolvite veſtes:
Oſſaque poſt tergum magnae jactate parentis.
Obſtupuere diu: rumpitque ſilentia voce
Pyrrha prior; juſſiſque Deae parere recuſat:
Detque ſibi veniam, pavido rogat ore: pavetque

Laede-

teres. Accedo tamen reponentibus, *ſquallebant.* ſic *ſquallere ſitu*, & ſimilia. ſed apud Val. Flaccum lib. I. v. 775.

Sordidus & multa pallens ferrugine taurus.

Ubi tamen *ſquallens* pari modo cenſeo reponendum. HEINSIUS. Ita & Douza legebat, vide Heinſ. ad Claud. Conſ. Olybr. 212. & nos ad Quinctil. Decl. v. 19. Inf. II. 760.

Nigro ſquallentia tabo. BURM.

379. *Dic Themi.*] Eruditè Themin, ex hiſtoria dixit: Nam Muſaeus Antiphaemi F. in eo poëmate, cui titulus eſt Olympia, canit initio oraculum Delphicum penes Tellurem Neptunumque fuiſſe; & communibus auſpiciis, parique poteſtate ab utroque poſſeſſum. Ipſam Tellurem per ſe reſponſa dare ſolitam. Neptunum verò Pythona quendam ſtatuiſſe, qui vicem ſuam praeſtaret, & ſortes ederet. Deinde Tellurem ſua portione Themidi ceſſiſſe, longè poſt Apollinem Neptuno ſucceſſiſſe facta permutatione Pythonis, id eſt, Delphorum, Calauriaeque. Sed Orpheus in hymnis ait ipſam Themiden poſt hominum memoriam primam mortalibus oraculum demonſtraſſe; atque ex antro Delphico vaticinari ſolitam, ab eaque Apollinem didiciſſe divinationem. Themis igitur, non Apollo Deucalioni ſortem dedit, ut canit Ovidius in primo Metamorphoſeos. In quo diſcedit à Philocoro. Is enim tradit Themin in ipſo Deucalionis diluvio, aſcenſo bovis tergo, in Epirum advectam, ac loco, quo primum appulſa eſt, *Bucheta* nomen dediſſe: vel (ut alii codices habent) *Buchera*: quod in Epiroticis Philoſtephanus affirmat. Haec ex doctiſſimo Parrhaſio in Claud. lib. I. De raptu Proſerpinae. Plutarchus autem in lib. De malitia Herodoti ait, Apollini Thetin συμπροφητεύειν. CIOFANUS.

380. *Merſis.*] *Miſeris* Cod. Menard. *moeſtis* unus Moreti, ut apud Claud. bel. Get. 611. pro *miſeris Argis* quidam codices, *merſis*, & apud Noſtrum III. Triſt. XI. 38.

Te tamen eſt uno judice moeſta parum.

Alii codices, *merſa parum.* BURMAN.

380. *Mitiſſima rebus.*] Sic libb. ſcripti. Aſt illi, qui praelo nunc ſubjiciuntur, habent: *Mitiſſima terris.* Superior eſt plenior. *& capita velate*, citat Nonius. Juvenalis:

——— *Nec turpe putavit*
Pro cithara velare caput. CIOFANUS.

381. *Diſcedite templo, Et velate caput cinctaſque reſolvite veſtes.*] Quemadmodum religio eſt, ſacra illotis manibus tractare, ſic ego crediderim a diis immortalibus juſtam irrogatum iri mihi poënam, ſi haec tria excepta ex oraculo, quae myſtica ſunt, nec ſine multa ſacri ritus cognitione dicta, parcus & jejunus transmiſero. Signanda ergo quamvis breviter haec ſunt, primo: *diſcedite templo*, dictum eſt ex more augurum. *Templum* enim dicitur locus manu auguris deſignatus in aëre, poſt quem factum illico captabantur auguria. unde *ex templo* dictum eſt ſubito. de hoc templo mentio eſt apud Livium & Servium, & apud Varronem plura. *& velate caput:* hoc quoque deducitur ex more ſacerdotum & augurum, qui deos tecto capite ſic adorabant, auctore Plutarcho, ut aut operiendo capite ſeſe humiliores redderent, aut metu, ne quid ignominioſum aut triſte interpretandum alicunde auribus accideret, idcirco veſtem ad aures uſque attollebant. Livius ab urbe condita: *Augur*, inquit, *ad laevam ejus capite velato ſedem cepit. Cinctasque reſolvite veſtes*, hoc quoque ex priſca ſacrificantium conſuetudine derivatum eſt, nam, ut inquit Servius, piaculum in ſacrificio eſt, aliquid eſſe religatum. Unde Maro noſter dixit:

Unum exuta pedem vinclis in veſte recincta:

Et alibi:

Eripui fateor leto me & vincula rupi.

JACOBUS A CRUCE.

382. *Et velate caput.*] Titinius Pſaltria: *Manus lavite mulieris.* CIOFANUS.

382. *Reſolvite veſtes.*] Sic legitur in antiq. itaque legendum: non autem, ut nunc vulgo, *Revolvite.* IDEM. Unus Moreti, & duo Heinſii, *cinctaſque recingite veſtes.* neſcio an non rectius ex Ovidiano more. *cunctaſque* quidam codices. *decingite* Palatinus, unde Gebh. I. Crep. 2. legebat *cunctasque*

16

Laedere jactatis maternas ossibus umbras.
Interea repetunt caecis obscura latebris
Verba datae sortis secum, inter seque volutant.
Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet; &, Aut fallax, ait, est sollertia nobis:
Aut pia sunt, nullumque nefas oracula suadent.
Magna parens terra est: lapides in corpore terrae
Ossa reor dici: jacere hos post terga jubemur.
Conjugis augurio quamquam Titania mota est;
Spes tamen in dubio est. adeo coelestibus ambo

Diffi-

recingite vestes. de verbo *recingere*, vide ad I. Amor. v. 9. & III. Amor. I. 51.

386. *Pavido rogat ore pavetque.*] *Timido ore* Arondelianus. unus Vossianus, *timetque.* Opinor debere restitui:

Detque sibi veniam, timido rogat ore, paventi
Laedere jactatis maternas ossibus umbras. Heins.

Cavetque laedere Gronovium legere adnotaverat Francius. ut Horat. Art. Poët. 168. *commississe cavet*, & Virg. Eclog. IX. 25. *occursare caveto.*

387. *Laedere.*] Tibul. I. 1. 81. *Tu manes ne laede meos.* Douza.

388. *Interea repetunt caecis obscura latebris.*] In uno meo, Ursini & Caelest. *caecisque.* Ciofanus. Ita & Regius unus & Thuaneus. *obscuris caeca*, tertius Regius & unus Heinsii.

389. *Datae sortis.*] Accepti à Themide oraculi. Ciofan. *Verba deae; sortes secum inter seque volutant.* Florent. Neap. & unus Medic.

389. *Volutant.*] Accurate examinant. Ciofan.

390. *Inde Promethiades placidis.*] In uno meo & aliquot aliis vett. est, *Hinc Promethides.* Priscianus autem lib. II. superiorem agnoscit lectionem; quam ego etiam multo libentius sequor, & amplector. Idem. Atqui Prisc. pag. 584. *Promethides* agnoscit. sed codices tam Viviani, quam Heins. plerique *Promethiades* exhibent. sed respexit forte Ciofanus tantum ad τὸ *inde*, quod habet Priscianus, cum *hinc* etiam sit in omnibus fere scriptis. vide ad Epist. VIII. 3. Burm.

391. *Et, aut fallax ait est sollertia nobis: Aut (pia sunt nullumque nefas oracula suadent.) Magna parens terra est.*] Versus hi a plerisque non adhibita convenienti structura, nec interpositā necessaria parenthesi confuse leguntur & perperam intelliguntur. nos vero suum ordinem adjungentes, & debitam interpositionem apponentes, ita ordinamus & exponimus: *& ait*, supple Deucalion, *aut sollertia fallax est nobis*, hoc est, aut nos viri fallimur, qui acutiores dicimur & solertiores, juxta illud Lucretii:

Et sollertius est multo genus omne virile.

Aut terra magna parens est: Parenthesis est:

(*Pia sunt nullumque nefas oracula suadent*)

Hoc est, dii enim pietate insignes nihil impium ac nefarium suaderent. Jacobus a Cruce. Pontanus *nobis* de utroque accipit: ambo enim frustra sollertes erant, & de verarum genitricum ossibus capiebant, donec Deucalioni verius aliquid occurrit, de terrae matris ossibus. pro *sollertia* Vossii codex habebat, *sententia.* Gronov. *fiducia* a manu prima. *nostri* etiam pro *nobis* Basil.

394. *Magna parens terra est, lapides in corpore terrae Ossa reor dici: jacere hos post terga jubemur.*] Deucalion oraculum, cui Pyrrha parêre jam recusaverat, optimè interpretatur. Terram autem matrem, & hic dicit poëta, & infra libro tertio, ubi ex eloquentissimi Livii libro primo locum adduxi, qui non minus hic quam illic ad rem intelligendam perneccessarius est. Illustrat hunc locum, qui his studiis maximè illustris est, M. Antonius Muretus lib. x. Variar. Lectionum cap. II. cujus haec sunt: *Sapienter interpretatur Ovidianus Deucalion sortem sibi à Themide datam, quaerenti qua arte genus humanum aquis extinctum reparare posset: qui jussus ossa magnae matris post tergum jacere, matris nomine terram intellexit, cujus in corpore ossa lapides vocarentur. Atque equidem existimo ingeniosissimum poëtam in illo responso confingendo, quod terram quidem matrem vocavit, sumpsisse ex historia Romana, ubi, cùm regiis adolescentibus responsum esset, eum regnaturum Romae, qui primus matri osculum tulisset, Brutus is, qui reges exegit, è navi exiens, simulato casu, terram osculatus esse dicitur: quod autem* lapides, terrae ossa, *secutum esse auctoritatem veteris tragici, qui & ipse illos eodem nomine affecerat. Citantur enim haec à vetere Grammatico:*

Σῆς ὀστεοῖσιν ἐγκεκιμφθεὶς πόδα.

De eo qui ad lapidem offendisset. Sic autem, & sanguinem terrae *Aristoteles in quadam ad Alexandrum epistola* vinum, *vocasse dicitur, & vulgo* venas in terris *dicimus, aut quibus aqua concluſa latet, aut è quibus metalla eruuntur.* Ciofan.

395. *Augurio.*] *Arbitrio* Moreti.

397. *Ten-*

Diffidunt monitis. ſed quid tentare nocebit?
Deſcendunt; velantque caput, tunicasque recingunt;
Et juſſos lapides ſua poſt veſtigia mittunt.
Saxa (quis hoc credat, niſi ſit pro teſte vetuſtas?)
Ponere duritiem coepere ſuumque rigorem,
Mollirique morâ, mollitaque ducere formam.
Mox, ubi creverunt, naturaque mitior illis
Contigit, ut quaedam, ſic non manifeſta, videri
Forma poteſt hominis; ſed uti de marmore coepto
Non exacta ſatis, rudibuſque ſimillima ſignis.
Quae tamen ex illis aliquo pars humida ſucco,
Et terrena fuit, verſa eſt in corporis uſum.
Quod ſolidum eſt, flectique nequit, mutatur in oſſa:
Quod modo vena fuit, ſub eodem nomine manſit.

Inque

397. *Tentare nocebat.*] *Nocebit* meliores. ut Epiſt. IV. 3. *Quid epiſtola lecta nocebit.* pro *Diſcedunt* optimus Florentinus, primus Palatinus, & alii quatuor, *Deſcendunt.* è templis enim per gradus deſcendebatur. Inf. lib. III. 14.

Vix bene Caſtalio Caãmus deſcenderat antro.

Ubi tamen *diſceſſerat* Bernegger. HEINSIUS.

398. *Tunicasque recingunt.*] Veſtes reſolvunt. hoc verbo *recingunt* uſus eſt paullo ſupra Poëta. tale eſt verbum *recludendi*, & id, quod modo dixi, *reſolvendi.* CIOFANUS.

400. *Niſi ſit pro teſte vetuſtas.*] Huc ſanè facit, quod ſcribit M. Tullius in Orat. *Habet autem ut in actatibus auctoritatem ſenectus, ſic in exemplis antiquitas: quae quidem apud me ipſum valet plurimum.* CIOFANUS. Faſt. IV. 203.

Magno pro teſte vetuſtas creditur. DOUZA.

404. *Contigit ut quaedam, ſic non manifeſta, videri.*] *Ut quaedam*, quaſi concedentis videtur, ac perinde dictum, ut poteſt videri quaedam hominis forma, ſic videri poteſt non manifeſta. comparatio eſt in *ut*, & *ſic.* & *quaedam* praeterea pro *aliqua.* GLAREANUS.

405. *De marmore coepta.*] *Coepto* primus Palatinus, quod praeſtat. HEINS. *ſecta* unus Mediceus.

406. *Signis.*] Statuis. ſic lib. III.

—— *Ut e Pario formatum marmore ſignum.*

& IV.

—— *Ut eburnea ſi quis*
Signa tegat puro, vel candida lilia vitro.

Sic & Cic. lib. IV. De Finibus: *Phidias poteſt à principio inſtituere ſignum, idque perficere, poteſt ab alio inchoatum accipere, & abſolvere.* CIOF.

411. *Inque brevi.*] *Jamque* unus Heinſii: eadem varietas lib III. Art. 724.

Inque pari ſpatio veſper & ortus erant.

Lucret. II. 77.

Inque brevi ſpatio mutantur ſecula amantum.

Francius malebat, *inde.* BURM.

411. *Superorum numine.*] *Munere* veteres quinque. Silius lib. XI. 178.

Superum cum munere detur
Huic ſociare viro dextras.

Noſter lib. XIII. 659.

Imperat Argolicam coeleſti munere claſſem. HEINS. Ego tamen hic *numine* removere non auſus fui, quia certe ad rem tam miram efficiendam numine opus erat.

411. *Virorum.*] *Faciem virilem*, pro *virorum* unus meus & unus Mediolanenſis. HEINS.

412. *Miſſa viri manibus faciem traxere virorum. Et de femineo reparata eſt femina jactu.*] Vide Apollodor. lib. primo, qui hanc rem diligentiſſimè perſequitur. in uno Vatic. *Faciem cepere.* Atque ita mox loquitur: *Faciemque aliquam cepere morando.* CIOFANUS. In uno Heinſii *ſumpſere*, vel *caepere.* ſed nihil muto. eadem mox, V. 421. varietas in ſcriptis. lib. III. 309.

Oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram.

Et 482.

Pectora traxerunt tenuem percuſſa ruborem.

Lib. VII. 489. dixit:

Canitie poſita nigrum rapuere colorem.

Ubi etiam *cepere*, & *ſumſere* codices nonnulli. ſed lib. II. 236.

Aethiopum populos nigrum traxiſſe colorem.

Sic & lib. XIV. 506. dixit:

Eamdem
Accipiunt faciem.

Ubi etiam codices alii, *traxerunt faciem.* pro *faciem* autem *ſpeciem* Leidenſis hic unus ſollemni permutatione. BURMANNUS.

414. *Inde genus durum ſumus, experienſque laborum, Et documenta damus qua ſimus origine nati.*]

Haec

Inque brevi ſpatio, Superorum numine, ſaxa
Miſſa viri manibus faciem traxere virilem:
Et de femineo reparata eſt femina jactu.
Inde genus durum ſumus experiensque laborum:
Et documenta damus, quâ ſimus origine nati.

Fab. VIII. Argumentum.

[a] Python ſerpens in figuras.

Poſt [b] *cataclyſmum factum edidit terra Pythonem ſerpentem*, [c] *ſpeciem ignotam mortalibus, hunc Apollo ſagittis interemit: & ne ejus* [d] *aboleret nomen, inſtituit ludos,* [e] *& certamina quaedam in his ludis oſtendit. Unde etiam Apollo Pythius eſt adpellatus, ludique Pythii.*

Cete-

Haec duo carmina citat & interpretatur Probus lib. 1. Georg. ad illa Virg.

Continuo has leges, aeternaque foedera certis
Impoſuit natura locis, quo tempore primùm
Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem.

Deucaliona putant Promethei fuiſſe filium, & habuiſſe in matrimonio ſororem patruelem Pyrrham Epimethei filiam, his temporibus, quibus Juppiter inundata Graecia Cataclyſmo perdidit humanum genus; qui cùm perlati eſſent in montem Parnaſſum, cujus tantùm duo vertices eminebant, & ibi eſſet oraculum Themidos, intraverunt adorantes quemadmodum poſſent reſtitui homines; quibus reſponſum eſt, jactanda his eſſe parentis magnae oſſa poſt terga diſcinctis capitibusque velatis, oſſa ejus, lapides jecerunt poſt ſe, ex quibus hominum genus renatum eſt. cujus etiam Ovid. meminit cùm ait:

Inde genus durum ſumus, experienſque laborum,
Et documenta damus, qua ſimus origine nati.

Huc ſanè facit quod de Deucalione & Pyrrha ſcribit Higinus, quamvis una in re ab hoc noſtro diſſentiat, quod eos non Parnaſſum montem, ſed Aetnam, ubi ſe à diluvio incolumes ſervaverint, adſcendiſſe narrat. Ejus verba ſunt: *Cataclyſmus, quod nos diluvium, vel irrigationem dicimus, cùm factum eſt, omne genus humanum interiit, praeter Deucalionem & Pyrrham, qui in montem Aetnam, qui altiſſimus in Sicilia eſſe dicitur, fugerunt. Hi propter ſolitudinem cùm vivere non poſſent, petierunt ab Jove, ut aut homines daret, aut eos pari calamitate adficeret. Tum Jovis juſſit eos lapides poſt ſe jactare. quos Deucalion jactavit, viros eſſe juſſit: quos Pyrrha, mulieres. Ob eam rem Laos dictus: Las enim Graecè lapis dicitur.* Giofanus.

414. *Experienſque.*] Lib. XIV. 159. *Experientis Ulixis.* Douza. vide ad III. Pont. VII. 12.

[a] *Python.*] Ita cum MS. & Veneta in Capitum lemmatis. ſed perperam utique. Non enim Python a Naſone, ſed terra narratur verſa in varias animalium figuras, in quibus & Python erat. Munker.

[b] *Cataclyſmum factum.*] *Factum* ignorat. Colon.

[c] *Speciem ignotam.*] *Species ignota* in margine. Raenerius. Atque ita edidit Micyllus. Munker. Ita & in Lugdun. ſed in Raenerii editione non invenio, ſed in Plantin.

[d] *Aboleret.*] Ita C. Hervag. Birkm. fortaſſe ſcripſit, *aboleretur*. ſolent enim in his marginum notis literae minuſcule ſuperſcriptae, ut *r* in *tur*, *n* in *lent*, exteri & aboleri. Niſi forte originis verbum Luctatius ita uſurparit, quomodo Columella lib II. 2. Virgil. VII. 232. & alii verbo inde deflexo *abolescere* uſi ſunt, nempe neutro modo, uti & *adolescere*, *inolescere &c.* hodieque uſurpantur. ſed & ſoloeciſmus eſſe poteſt, quales in Luctatio non paucos reperias. in V. eſt *aboleret vetuſtas*, quod & Raenerius agnoſcit, ſed vereor ut ſit γνήσιον. Giselin. ſed Livium ſaepe *abolere* ita uſurpaſſe notant ipſa Lexica. qui & lib. 1. cap. 23. dixit, *donec cum re nomen quoque vetuſtate abolevit.* Plantiniana editio legit, *hujus autem victoriae nomen ne vetuſtas aboleret.*

[e] *Et certamina quaedam in his ludis oſtendit.*] Sic liquide ſcribit V. quae verba mire trajiciunt Birkm. & Hervag. Abſunt vero a C. & Raenerilibro. Giselin. Raenerius audaci, Mehercules, exemplo, praeter τὸ *certamina*, verba iſta omnia omiſit. At Giſelinus, & *certamina quaedam in his oſtendit.* Venet. & Micyll. *Ludos & certamina: quae jam in his ludis oſtendit.* Etiam MS. Cod. pro altera lectione, *quae jam &c.* Ceterum cauſſam aliam, cur *Pythius* Apollo dictus ſit, legas

apud

CEtera diverſis tellus animalia formis
Sponte ſuà peperit; poſtquam vetus humor ab igne
Percaluit Solis, coenumque, udaeque paludes
Intumuere aeſtu: fecundaque ſemina rerum,
Vivaci nutrita ſolo, ceu matris in alvo
Creverunt, faciemque aliquam cepere morando.
Sic ubi deſeruit madidos ſeptemfluus agros
Nilus, & antiquo ſua flumina reddidit alveo,
Aetherioque recens exarſit ſidere limus;
Plurima cultores verſis animalia glebis
Inveniunt, & in his quaedam modo coepta ſub ipſum
Naſcendi ſpatium; quaedam imperfecta, ſuiſque
Trunca vident numeris: & eodem in corpore ſaepe

Altera

apud Ariſtoph. Schol. in Plutum. pag 6. Ed. Cald. Δαίμων τις ἦν οὕτω καλούμενος Πλούτων. ἀφ' οὗ ἡ Πύθια παρωνομάζετο ἡ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀπόλλων Πύθιος ὀνομαζόμενος, διὰ τὸ τοῖς πυνθανομένοις χρήσμους διδόναι &c. ſed veram Etymologiam diſces ex Heinſ. Ariſtarch. Sacr. p. 18. MUNKER. *quae jam in his ludis oſt.* Parm. Lugd. *ludis* omiſit Heinſ. *certamina quae in his ludis oſt.* Colon.

416. *Cetera diverſis.*] Vetuſtus codex elegantius habet *deverſis*, id eſt deorſum verſis. Epitheto ſane & brutis congruo, quibus θεωρία nulla eſt, & quod ab eodem dictum antea, *Pronaque cum ſpectent animalia cetera* &c. Natis enim reparatiſque hominibus ex averſo lapidum jactu, eodem modo ſubdit, *cetera animalia deverſae formae*, id eſt irrationalia brutaque, telluris ſponte genita. nemo autem ſimilibus terram formis animantia peperiſſe arbitraretur, & ipſe paulo poſt quae creata monſtra fuerint, oſtendit. vers 436. *Edidit innumeras* &c. MARIANGEL. ACCURSIUS in diatribis. ſed haec nimis acuta merito Heinſio videbantur.

418. *Percaluit.*] *Incaluit* multi codices, & edit. Ald. *excaluit* unus Palat. *pertepuit* unus Mediol. *praecaluit* Mediceus: ſic *praecandeſcere* Claud. 1. Rufin. 25. ex MSS. BURMANNUS.

422. *Sic ubi.*] Hos verſus citat Lutatius ad Stat. IV. Theb. 705.

423. *Nilus.*] Variis nominibus fuit appellatus. Nam primum a curſus velocitate profunditateque aquarum *Aquila* fuit vocatus. Deinde ab Aegypto rege *Aegyptus*, tum a Nilo rege, *Nilus*. Tametſi quidam aſſerunt Nilum quaſi *Neilum* dictum eſſe παρὰ τὸ νέος, quod eſt juvenis & novus, quia ſingulis annis renovari videtur, cum totam Aegyptum inundet. REGIUS. Vel magis quaſi νέαν ἴλυν, hoc eſt, novum lutum trahens, quae etymologia communior eſt, ab effectu videlicet fluminis, trahit enim creſcens limum, quo agri Aegyptiorum irrigantur & ſtercorantur. Idem etiam *Siris* dicitur lingua Aethiopum, & *Triton*, ut Plin. ait. Quod autem hic de glebis animari ſolitis, ab Ovidio dicitur, idem Pomp. Mela his verbis tradit, *Manifeſtum eſt*, inquit, *quod ubi ſedantur diluvia, ac ſe ſibi reddidit, per humentes campos quaedam nondum perfecta animalia, ſed tum primum accipientia ſpiritum, & ex parte jam formata, ex parte adhuc terrea viſuntur.* Porro, quem hîc *Pithonem* vocat Ovidius, Apollonius *Delphinem* vocat lib. 2. Argon. his verſibus.

σὺν δέ σφιν ἐὺς πάϊς εἰάγροιο
Βιγονίη Φόρμιγγι λιγείης ἦρχεν ἀοιδῆς.
Ὡ ς ποτε πετραίῃ ὑπὸ δειράδι Παρνάσσοιο
Δελφίνην τόξοισι πελώριον ἐξενάριξεν
Κοῦρος ἐὼν ἔτι γυμνὸς, ἔτι πλοκάμοισι γεγηθώς.

Loquitur enim de Apolline, cui tum ſacrificabant Argonautae, Orpheo inter ſacra citharam perſonante. Homerus autem in hymno Apollinis eundem *Typhaonem* vocat, & ex terra, precibus Junonis editum dicit, cùm illa Jovi ob partum Minervae, ſuccenſeret. Et quia Apollo illi imprecatus, dixerat, Ἐνταυθοῖ νῦν πύθευ, ἐπὶ χθονὶ βοτιανείρῃ, iſque eodem loco jacens computruiſſet, & loco nomen inde factum, & ipſi Deo, ut *Pythius* vocaretur. MICYLLUS.

426. *Inveniunt & in his quaedam modo coepta per ipſum Naſcendi ſpatium.*] Hoc eſt propter breve naſcendi tempus imperfecta videntur quaedam, eſt autem dialyton. Iſti quidem admonent, *nata* in quibuſdam exemplaribus legi, ſed utrum *nata*, an *coepta* legendum ſit, mirum agunt ſilentium, perinde atque ſi id judicatu difficillimum foret. Nos verò & ex ſenſu & vetuſto exemplari *coepta* in *nata* mutavimus, ac ita Ovidium ſcripſiſſe contendimus. REGIUS. Raphaël Regius haec verba ad ſequentia retulit, quaſi poëta dicat, quaedam imperfecta per ipſum naſcendi ſpatium. alii haec ſuperioribus conjungunt ad hunc ſenſum, & in his quaedam modo nata per ipſum naſcendi ſpatium,

hoc

Altera pars vivit; rudis eſt pars altera tellus,
Quippe ubi temperiem ſumſere humorque calorque,
Concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus:
Cumque ſit ignis aquae pugnax; vapor humidus omnes
Res creat, & diſcors concordia foetibus apta eſt.
Ergo ubi diluvio tellus lutulenta recenti
Solibus aetheriis, almoque recanduit aeſtu;
Edidit innumeras ſpecies; partimque figuras
Retulit antiquas; partim nova monſtra creavit.
Illa quidem nollet, ſed te quoque, maxime Python,
Tum genuit: populiſque novis, incognita ſerpens,
Terror eras. tantum ſpatii de monte tenebas.

Hanc

hoc eſt, in ipſo ortu: atque illis nos quoque ſubſcribimus. Glareanus. Sed alii ad ſuperiora referre malunt, ut ſit ſenſus, quaedam modo nata, ſive coepta per ipſum naſcendi ſpatium, hoc eſt tum primum, & in ipſo ortu. quod haud ſcio an planius ſit. Micyllus. Scire equidem velim quid hoc ſit, *Animalia coepta per ipſum naſcendi ſpatium*; mihi certe nihil aliud eſſe poſſit, quam animalia coepta dum naſcuntur, id eſt, niſi judicii fallor, animalia quae naſcuntur, dum naſcuntur; Itaque vel ſententia eſt παρακεκινδευνομένη, ut vocant veteres Critici, vel emendatione opus fuerit: legendum itaque fortaſſe, *coepta per ipſum vertendi ſpatium*: nam *vertere* deſumi ſimpliciter hic poteſt pro arare, cum verſu ab hinc ſecundo dixerit *verſis glebis*. Itaque *per ſpatium* vertendi fuerit, eo ipſo ſpatio, quo glebae vertuntur. Tan. Faber lib. II. Ep. 69. *Sub ipſum* rectius Berſmanni codex & excerpta Calandrae Vaticana, cum codice Leodicenſi S. Jacobi, & poſtrema Naugerii editione. Heinsius. *nata* multi codices, ſed *facta* Thuaneus, quod ſi recipiatur, componentur omnes aeſtus.

428. *Trunca vident humeris.*] *Numeris* vere libri meliores. nondum numeris omnibus abſoluta. vide Non. Marcell. in *numeris*., mox iidem, *eodem in corpore*. Met. VII. 126.

Utque hominis faciem maternâ ſumit in alvo.
Perque ſuos intus numeros componitur infans.

Hinc, *numeroſi Gerionae artus* Claudianus Praef. lib. II. de Rapt. 39. Heinsius.

430. *Sumſere.*] *Senſere* Viviani codices. laudat hos verſus Lactantius lib. II. Inſtit cap. 9.

431. *Et ab his.*] *Ut ab his oriantur* unus Heinſ.

433. *Et diſcors concordia.*] Hoc propriè de elementis dicitur. Sic Manilius lib. I. 141.

Frigida ne calidis deſint, aut humida ſiccis,
Spiritus aut ſolidis, ſitque haec diſcordia concors.

Horatius in epiſt. I. XII. 19.

Quid velit, & poſſit rerum concordia diſcors.

Lucanus autem tranſlatè I. 98.

Temporis anguſti manſit concordia diſcors.

Ciofanus.

435. *Altoque recanduit aeſtu.*] In codice Sprotii erat, *almo*: forte accommodatius ad rem, quam Poëta agit. *almum* enim quodcumque alit & auget. ita *alma ubera* Stat. II. Achill. 384. *alma tellus*, & ſimilia. *motibus aethereis* etiam Baſileenſis. Burmannus.

438. *Maxime Python.*] In trib. Vatic. meis, aliisque antiquis apertè eſt, non *Python*, ſed *Phython*. quae ſcriptura Turnebo placuit. Ciofanus. *Phiton* etiam nonnulli codices Heinſii. vide Luiſin. Parerg. II. 11.

439. *Incognite ſerpens.*] *Incognita* Bernegger. Neap. & octo vel decem alii. appoſite Lucanus libro. VI. 407.

——— *Hinc maxima ſerpens*
Deſcendit Python, Cyrrhaeaque fluxit in antra.

Qui hunc Naſonis locum videtur reſpexiſſe. ita & pro *Hunc*, mox *Hanc* idem Neapolitanus & ſecundus Mediceus. ut & paulo poſt, *perdomitam ſerpentem* vocat. libro II. 651. fabulâ Ocyrrhoës *diram ſerpentem* dixit. ſic *anguis* feminino genere. vide ad lib. IV. 495. Heinsius. Recte *incognita*; ita enim veteres de Pythone, qui & Δελφύνη feminino genere dicebatur, locutos veteres docet Ill. Ezech. Spanh. ad Callim. Hym. in Del. v. 91. ubi plura de Pythone. ut & ad Hymn. in Apoll. v. 100. vide & Hygin. Fab. CXL. & quae ibi Munkerus habet. ceterum Franc. Luiſinus lib. II. Parerg. cap. XI. In his Ovidii verſibus; & quae ſequuntur, Ovidium quinque partes, quae ab antiquis in Ludis Pythiis obſervabantur, attigiſſe oſtendit. ceterum cum Heinſius legat, *incognita*, mirum eſt, mox tamen retinuiſſe in editione ſua, *hunc*. ſed *hanc* jam olim Petrus Faber lib. II. Agoniſt. cap. 24. legendum eſſe conjecerat. Burm.

Hanc Deus arcitenens, & numquam talibus armis
Ante, niſi in damis capreisque fugacibus, uſus,
Mille gravem telis, exhauſtâ pene pharetrâ,
Perdidit, effuſo per vulnera nigra veneno.
Neve operis famam poſſit delere vetuſtas,
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia, de domitae ſerpentis nomine dictos.
His juvenum quicumque manu, pedibusve, rotâve
Vicerat; aeſculeae capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat; longoque decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phoebus.

FAB.

443. *Gravem.*] *Gravi* Bernegg. a manu prima & alii. bene: Livius Andron. Inone:

Preſſaque jam gravida crepitent tibi terga pharetra.

Silius lib. VII.

Monſtrabat gravidam telis ſe ferre pharetram.

Petron. de bello civili:

Haeret detritus laevae Mavortius umbo,
Innumerabilibus telis gravis. HEINSIUS. Ita & Zinzerlingio cap. II. Promulſidis placuit, ex illo Horatii I. Od. 22.

Venenatis gravida ſagittis pharetra,

Ego tamen non probo hanc lectionem, quae mihi aliquid ſcabri ſonare videtur. *& gravi mille telis, exhauſta pharetra* inconcinne jungi puto, ut & Pontanus recte notavit. praeterea Pythonem fuiſſe oneratum ſagittis ab Apolline ultra modum, oſtendit Statius lib. V. 532. quem locum recte Pontanus adduxit:

Donec tibi, Delie, fixus
Vexit arundineam centeno vulnere ſilvam.

Ubi *centeno vulnere* ex hiſtoria fabuloſa recte dicit: tot enim ſagittis ſtratum eſſe tradunt, & inde ἑκατον dictum vult Julianus Epiſt. XXIV. & ita paſſim vulnerati *graves* telis, vulneribus &c. dicuntur. Idem Statius lib. IX. 43.

It moeſtus genua aegra trahens, haſtamque ſequentem
Vulneribus ceu mille gravis, totoſque per artus
Saucius.

Livius lib. XXXVI. 20. *Eo gravis vulneribus Alexander Acarnan, nuntius adverſae pugnae, quum perfugiſſet.* Vellejus Patercul. II. cap. 55. *Pompejus gravis vulnere inventus, inter ſolitudines avias interemtus. gravis de vulnere*, dixit Val. Flacc. VI. 65.

Dathin Achaemeniae gravior de vulnere pugnae
Miſit in arma Daraps.

Et vers. 381. ut recte viri docti conſtituunt:

Ille diu conjectis ſufficit haſtis,
Quis gravior, nutuque carens exterruit Idam.

Imitatur porro hunc Ovidii locum Statius lib. I. 367.

Perculit, abſumptis numeroſa in vulnera telis.
BURMANNUS.

447. *Pythia perdomitae &c.*] Hoc quoque loco vet. omnes habent *Phythia.* CIOFANUS. rectius *de domitae* meliores. pro *Hic* verſu proximo Neapol. & ſecundus Mediceus cum codice Johannis Georgii Graevii viri doctiſſimi, *His.* HEINSIUS.

449. *Eſculeae.*] *Herculeae* habent quatuor codices, & margo Gryphii. quod nuper arripuit eruditiſſimus Auctor diſſertationis in Hiſtoriae Criticae Reipubl. Literariae tom. I. p. 159. de qua conjectura quid cenſuerit vir Ampliſſimus Gisb. Cuperus, malo ipſius verbis, quae olim ad me perſcripſit, lectori narrare. Invenio in tomo I. de *l'hiſtoire Critique de la Republique des Lettres*, diſſertationem de praemio, quod olim dabatur victori ludorum Pythicorum, & differit vir eruditus de loco Ovidii lib. I. Metamorph. ubi canit:

Hic juvenum quicunque manu, pedibusque, rotave
Vicerat, HERCULEAE capiebat frondis honorem,

putatque illam lectionem praeferendam eſſe alteri lectioni, quae nobis pro *Herculeae*, dat *Eſculeae.* idque ideo, quia Eſculus eſt dedicata Jovi, & ob alias rationes, quae mihi levidenſes omnino videntur eſſe. praecipua tamen eſt, praeter jam memoratam, *que le poëte ici fait alluſion aux ieux Olympiques inſtituez par Hercule, longtems avant l'établiſſement des ieux Pythiques. Or*, adjout'-il, *tout le monde ſçait, que la couronne d'Hercule, & de ceux qui devenoient vainqueurs dans les ieux, étoit d'Olivier Sauvage.* Sed mihi haec nota non tam liquida videtur, & ſi reſpicimus primam inſtitutionem Pythiorum, utique illi ludi cum Olympiis certare poſſent de antiquitate. Nam ex opinione Ovidii Apollo hujus celebritatis auctor, ipſe lib. I. Metam.

Neve operis famam poſſet delere vetuſtas,
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythica perdomiti ſerpentis nomine dictos.

Fateor per breve tempus illos fuiſſe celebratos, & primum ab Amphictyonibus renovatos Anno III. Olymp.

FAB. IX. ARGUMENTUM.

Daphne Penei filia in laurum.

Daphne Penei [a] *fluminis filia, cum omnium virginum, quae in Theſſalia eſſent, ſpecioſiſſima haberetur,* [b] *adeo quidem, ut Deos pulchritudine ſua caperet;* [c] *Apollo cum eam conſpexiſſet, forma ejus expalluit. quam cum neque pollicitis, neque precibus adire potuiſſet;* [d] *vim ut afferret inſtituit.* [e] *Et illa curſu conſpectum ejus effugere cupiens, patrem invocavit, ut virginitati ſuae,* [f] *quam ſibi permiſerat, ferret auxilium:* [g] *cujus illo*

Olymp. XLVIII. ſed origo prima, non intermiſſiones & inſtaurationes in numerum venire debent. Quin & Herculem ipſum in primo agone pugnaſſe, & pancratio viciſſe notant eruditi, id quod ſi factum fuit ante inſtitutum certamen Olympicum, utique inde exemplum coronae non potuit deſumi. Quidquid ſit, non invenio diverſam apud illuſtrem Heinſium lectionem, id quod certe non favet voci *Herculeae*, cum in ipſius & aliis editionibus ſcribatur conſtanter *Eſculeae*: deinde ſi vera notat (neque enim in locum inquirere poſſum) Meurſius filius, eſculus in ſacris Herculis, & illa a nonnullis Jovi adſcribitur; id quod ultimum verum eſſe recte ex Plinio notat elegans diſſertationis Gallicae auctor. Sed ſiquis *Herculeae*, ſequens virum eruditum, amplecti velit, ego quidem propterea ferram reciprocare nolim, ſed tamen neſcio an *Herculea frons* recte explicetur *l'Olivier Sauvage*. Scio Pauſan. lib. I. narrare ab Hercule primum ex Hyperboreis oleaſtrum deportatum ad Graecos fuiſſe, & ex eo coronaſſe primos victores in ludis Olympicis, ſed nunquam audivi illum Herculi fuiſſe dicatum, ſed Minervae; & ſi debellator monſtrorum ibi locum habere debet, ego crederem *populeam coronam* advocandam eſſe; noſti illud Phaedri. III. 19.

Quercus Jovi
Et myrtus veneri placuit, Phoebo laurea,
Pinus Cybele, populus celſa Herculi.

Unde & Virgil. VIII. Aen. ỳs. 226. de *populo* loquens *Herculeam umbram* illi tribuit, cujus rei cauſſam recenſet ibi Servius, non ſecus ac ad v. Aen. 134. Auctor Etym. M. in v. Ἀχερδίς, & Schol. Theoc. ad Eidyl. 2. ỳs. 121. & Plinius 12. 1. Hiſt. Nat. ita loquitur, *Arborum genera numinibus ſuis dicata perpetuo ſervantur, ut Jovi eſculus, Apollini laurus, Minervae olea, Veneri myrtus, Herculi populus.* Ad quae reſpondi, me quoque non poſſe induci, ut *Herculea* frons dicatur a ludis ab Hercule inſtitutis, ſed quae Herculi ſacra fuit, ut *Palladia oliva, Phaebea laurus* &c. neque locum Plutarchi, quem adducit eruditiſſimus vir, aliquid habere cum Ovidio commune, cum illa verba, *nondum laurus erat*, non notent, nondum in uſu erat, ſed nondum in rerum natura erat; & hoc a Poëta ingenioſiſſimo interſeri, ut ſibi aptam ad Fabulam Daphnes viam & tranſitum faceret. quare cum antea Apollo ex obvia quacumque arbore cingeret comas, ante natam laurum, ita veroſimile eſſe, dediſſe eſculeam coronam in certamine, quae inter glandiferas primis mortalibus erat in ſummo honore. BURM.

450. *Nondum laurus erat.*] Laurus Phoebo grata, quod Daphnen, ut vult Parthenius in volumine, quod de Amantibus compoſuit, Amydei filiam dilexit, quam ne per vim ſtupraret, Juppiter in arborem Laurum convertit: Apollo in terra Sol, ſine quo fruges neque oriuntur, neque matureſcunt. Probus ecl. III. CIOFANUS. atqui Aelianus lib. III. Var. cap. 1. dicit Apollinem occiſo Pythone ſumſiſſe lauream coronam. ſed vide ibi viri doctiſſimi Perizonii notas, qui docet inter caedem Pythonis & luſtrationem Apollinis, qua laurum ſumſit, interceſſiſſe novem annos, eoque intervallo amaſſe Daphnen, & inveniſſe laurum. BURMANNUS.

[a] *Fluminis filia.*] In C. eſt *omnium virginum, quae in Theſſalia ſunt, ſpecioſiſſima habebatur, adeo quoque, ut Deus pulchritudine ejus caperetur. Apollo enim cum eam &c.* GISELIN.

[b] *Adeo quidem.*] *Adeo quod & deos.* Colon.

[c] *Apollo cum eam.*] Ita Edd. omnes. Sed MSS. 2. *Apollo enim cum illam.* Forte, *Apollo etiam cum* &c. MUNKER. *Apollo cum eam vidiſſet.* Colon.

[d] *Vim ut afferret.*] Sic legitur in MSS. 2. Vindicavimus eandem locutionem huic ſcriptori etiam lib. II. 8. IX. 10. X. 3. Hygin. Aſtron. II. 20. *Vim ſibi pene allatam.* Cap. 18. *Eum vim ſibi afferre voluiſſe.* Nepos Dion. cap. 10. *Dioni vim allatam.* MUNKERUS. *vim ut inferret* Parm. Lugd. Micyl. Raener. ſed *afferret* rectum eſt. vide ad Ovid. Epiſt. XVII. 21. *Vim inferre inſtituit, at illa curſu ex ejus conſpectu fugere.* Colon. *De conſpectu fugere* Phaedrus dixit lib. I. Fab. 16. BURM.

[e] *Et illa.*] *At illa* Micyll. Quod praefero. MUNKER.

[f] *Quam ſibi permiſerat.*] Sic recte cum MS. Venet. & Micylliano. perperam *promiſerat* Raenerius & Giſelinus. *permittere* eſt concedere, committere &c. Horat. lib. IV. Od. 4. *Cui Rex deorum regnum in aves vagas permiſit.* & lib. I. Sat. 3.

ille auditis precibus , filiam deorum auxilio , ut vim effugeret , in laurum convertit.

PRimus amor Phoebi Daphne Peneïa; quem non
Fors ignara dedit, ſed ſaeva Cupidinis ira.
Delius hunc nuper, victâ ſerpente ſuperbus,
Viderat adducto flectentem cornua nervo:
Quidque tibi, laſcive puer, cum fortibus armis?
Dixerat: iſta decent humeros geſtamina noſtros;
Qui dare certa ferae, dare vulnera poſſumus hoſti.
Qui modo, peſtifero tot jugera ventre prementem,
Stravimus innumeris, tumidum Pythona, ſagittis,
Tu face neſcio quos eſto contentus amores
Irritare tuâ: nec laudes adſere noſtras.
Filius huic Veneris; Figat tuus omnia, Phoebe,
Te meus arcus, ait: quantoque animalia cedunt

Cuncta

Si tibi regnum permittant homines. Terent. Andr. Act. I. ſc. 5. *Bona noſtra haec tibi permitto, & tuae mando fidei.* Juſtin. lib. II. cap. 7. *Adminiſtratio reipublicae annuis magiſtratibus permiſſa.* Nepos Hamilcar. cap. 1. *Eam rem arbitrio permiſerunt Hamilcaris.* Salluſt. Jug. cap. 103. *Belli componendi licentiam ipſis permittit.* Senec. de Provid. cap. 6. *Permiſi vobis , metuenda contemnere, cupienda faſtidire.* MUNKER. *permiſerat* etiam Parm. Lugd. recte. Ovid. Epiſt. VIII. 39.

Quem ſibi permiſit, genero permittat amorem. II. Met. 259.

Cuique fuit rerum permiſſa potentia Tybris. Ut quidam codices vide Cl. Graev. ad Cicer. pro Roſc. Comoed. cap. IV. BURMANNUS.

ε *Cujus ille auditis precibus , filiam* &c.] Ita C. V. & meliores vulgo, ſolet autem hujusmodi multa Luctatius de ſuo adſpergere: quae qui viderunt cum Ovidii verbis non congruere, auſi ſunt alii ſubmovere GISELIN. Ita locum hunc conſtituit Giſelinus. Veneta & Micylliana habent: *Quam ille, auditis precibus filiae, deorum ut vim effugeret, in laurum convertit.* Atque ita quoque Raenerius, niſi quod τὸ *filiae* omittit. Quam vocem agnoſcit tamen MS. liber, qui ceteroqui cum Giſelino facit. Infr. lib. VI. Fab. 4. *Auditis itaque precibus ejus , Jupiter agricolas in ſpeciem ranarum transformavit.* lib. XII. Fab. 6. *At ille auditis precibus ejus* &c. MUNKER. cum Veneta faciunt Parmenſis & Lugdunenſis: de deorum auxilio nihil Ovidius, & ipſe Peneus, qui ut flumen numen habebat, id filiae praeſtitit. forte, *filiam, Dei ut vim effugeret.* BURMANNUS.

452. *Primus amor Phoebi Daphne Peneïa.*] Sub Poëtico figmento Daphnes, quae laurum ſignificat, forte alluſit Poëta ad amorem conſtantiſſimum & pluſquam conjugalem Auguſti Caeſaris & Liviae Druſillae. Quam praegnantem idem Auguſtus abduxit matrimonio Tiberii Neronis, dilexitque & probavit unice ac perſeveranter, ex qua nihil liberorum tulit, cum maxime cuperet. huic autem cum Auguſto pacta eſſet: *Gallinam*, inquit Plinius, *conſpicui candoris , ſedenti aquila ex alto abjecit in gremium illaeſam, intrepideque miranti acceſſit miraculum. quoniam teneret roſtro laureum ramum onuſtum ſuis baccis. conſervari alitem & ſobolem juſſere aruſpices, ramumque eum ſeri, ac rite cuſtodiri , mireque ſylva provenit, ex ea poſtea triumphans Caeſar laurum in manu tenuit, coronamque in capite geſſit, ac deinceps imperatores Caeſares cuncti.* Per Daphnem igitur Liviam & hujus lauri ramum potes accipere; haec enim cum Auguſto ſterilis vixit, ut laurus: nec non per Phoebum Auguſtum, qui tum Apollinis filius voluit dici & exiſtimari; tum magis Apollo eſt dictus, quod ex Tranquilli hiſtoria clarius luce perſpicies. Sidonius Apollinaris inde ait:

Maculis genetricis
Alter Phoebigenam ſeſe gaudebat haberi.

Et in bucolicis Virgil. principi dum blanditur, inquit, *tuus jam regnat Apollo :* per Apollinem Auguſtum ſignans, quod etiam annotavit Servius. JACOB. A CRUCE.

453. *Sors ignara dedit.*] Libri mei, unus Vatican. duo Caeleſt. Dominic. & unus Maff. *Fors ignara dedit.* Rectius. CIOFANUS. *Fors* cum melioribus. Statius Theb. X. 72.

Tempus tamen obvia magni
Fors dedit auxilii.

Et Achill. II. 135.

Qua

Cuncta tibi, tanto minor eſt tua gloria noſtrâ.
Dixit: & eliſo percuſſis aëre pennis
Impiger umbroſâ Parnaſi conſtitit arce:
Eque ſagittiferâ promſit duo tela pharetrâ
Diverſorum operum. fugat hoc, facit illud amorem.
Quod facit, auratum eſt, & cuſpide fulget acutâ:
Quod fugat, obtuſum eſt, & habet ſub arundine plumbum.
Hoc Deus in Nymphâ Peneide fixit; at illo
Laeſit Apollineas trajecta per oſſa medullas.
Protinus alter amat; fugit altera nomen amantis,
Silvarum latebris, captivarumque ferarum
Exuviis gaudens, innuptaeque aemula Phoebes.
Vitta coërcebat poſitos ſine lege capillos.
Multi illam petiere: illa averſata petentes,

Im-

Quas tibi ſidereis Divarum vultibus aequas
Fors dedit?
Calpur. Eclog. VII.

Nunc tibi ſi propius venerandum cernere numen
Fors dedit.
Ita lego. ut & Eclog. IV.

Foſſor & invento, ſi fors dedit, utitur auro.
Inf. II. 257. & X. 619. XIV. 425. & 489. ex MSS. ſupra. 297. dixit *fors tulit.* mox *victâ ſerpente* primus & ſecundus Medicei, Neap. Bernegger. Thuan. & duo alii. Heinsius. *Fors ignara ferit* Berneggeri Argentinenſis. praeterea *ſerpentis morte ſuperbus* Gronov.

456. *Cum fortibus armis.*] *Cum talibus armis* margo Gryphii & Berſmanni; & mox, *decent animos geſtamina noſtros* excerpta Menardi.

460. *Tumidum Pythona.*] *Tumidum*, opinor, dixit propter venenum. Ciofanus. Recte: & male Regius ſuperbia elatum interpretatur. I. Triſt. II. 13.

Pene decem totis aluit Paeantius annis
Peſtiferum tumido vulnus ab angue datum.
Stat. V. 507.

Tumidi ſtat in ore veneni Spuma virens.
Ubi vide Barth. Ita lib. II. 777. pro *pectora felle virent*, Gronov. habebat *tument*, ut ibidem vs. 33.

Corpus tumet omne veneno.
Gravidum unus Sixii. &, *ſtravimus innocuis* Florentin. & unus Thuani. Burmannus.

462. *Irritare tuâ.*] In uno Caeleſt. Io. D. & uno Maff. eſt, *inflammare.* Eadem varietas notata eſt ad marginem unius mei. Ciofanus. In pleriſque Viviani eſt, *inflammare*, ut & in IV. Ciof. quod probat Gebh. I. Crep. 12. vetus Epigram. inter Catalecta Pithoei pag. 3.

Igne ſalutifero Veneris puer omnia flammans,
Pro facibus proprias arte miniſtrat aquas.

Sic *inflammare odiis* Stat. III. *inflammare tecta* Liv. X. II. Theb. 338. *flammare nefas*, idem Theb. XI. 505. ex MS. vulgo *firmare. irritare* tamen *flammas* dixit Noſter Faſtor. II. 644.

Dum ſicco primas irritat cortice flammas.
Et *amores.* lib. II. Amor. IV. 9.

Non eſt certa meos quae forma irritat amores.
Heinsius. in aliis, *indagare:* in Berneggeriano, *invitare.* vide ad. d. l. Amorum II. 4.

465. *Cuncta Deo.*] *Deis* olim legebam. Nunc ſequor ſcripturam Berneggeriani codicis, quam Voſſianus unus, unus item Moreti pro diverſâ lectione agnoſcunt, *Cuncta tibi.* imitatur inter alia Silius libro XV. 72.

——— *Mortalibus alti*
Quantum caelicolae, tantundum animalibus iſti
Praecellunt cunctis. Heinsius.

468. *Deque ſagittifera.*] *Eque* praeſtantiores. *Parnaſi* etiam pro *Parnaſſi* conſtanter veterrimi codices, tam apud Naſonem, quam alios ſcriptores Romanos. Heinsius. *Atque ſagittifera* duo. *jamque* Voſſianus. *Aque* Palatin. *promit* etiam Mediceus, qui & ſeq. verſu:

Facit hoc, fugat illud amorem.
Et ita Thuaneus & Leidenſis unus.

470. *Et cuſpide fulget acuta.*] In eodem Cael. *& figit cuſpide acuta.* Ciofanus. & ita excerpta Calandrae.

472. *In Nymphâ Peneide fixit.*] In *Nymphan Peneïda fixit* Leidenſis.

477. *Poſitos ſine lege capillos.*] Mox dicet, *Inornatos:* & alibi: *Male compoſitos, & nondum digeſtos.* Ciofanus. *neglectos alba capillos* Lovan.

478. *Averſata petentes.*] *Adverſata* plurimi codices. *aſpernata potentes* margo Gryphii.

Impatiens expersque viri, nemorum avia luſtrat:
Nec quid Hymen, quid Amor, quid ſint connubia, curat.
Saepe pater dixit: Generum mihi, filia, debes.
Saepe pater dixit: Debes mihi, nata, nepotes.
Illa, velut crimen, taedas exoſa jugales,
Pulchra verecundo ſuffunditur ora rubore;
Inque patris blandis haerens cervice lacertis,
Da mihi perpetuâ, genitor cariſſime, dixit,
Virginitate frui: dedit hoc pater ante Dianae.
Ille quidem obſequitur: ſed te decor iſte, quod optas,
Eſſe vetat; votoque tuo tua forma repugnat.
Phoebus amat; viſaeque cupit connubia Daphnes:
Quaeque cupit, ſperat: ſuaque illum oracula fallunt.
Utque leves ſtipulae demtis adolentur ariſtis;
Ut facibus ſepes ardent, quas forte viator
Vel nimis admovit, vel jam ſub luce reliquit;

Si

479. *Nemora avia luſtrat.*] In uno Vatic itemque uno meo, *Nemorum avia luſtrat.* Utrumque rectè. CIOFANUS. Rectius alii, *nemorum avia.* ſic *nemorum ſecreta* non longe poſt, & *opaca nemorum* apud Statium Theb. primo 376. & Theb. XII. *arcana nemorum.* & Avienus Fabul. XXXVI.

Et nemorum liceat rurſus opaca ſequi.

Sic Stat. VII. 186. recte ex. MSS. *Cyllenes ſecreta.* & lib. V. 564. *nemorum per avia denſa.* (ubi tamen malo cum viris doctis *aëra*; vide ad Val. Flacc. VI. 261. ut apud eundem lib. VI. 281.) *avia campi* apud eundem lib. X. ῾s. 384. *nemora* tamen *avia* Lucretius quoque dixit non uno loco. & Statius lib. VI. 29.

Acceptos longè nemora avia frangunt
Multiplicantque ſonos. HEINSIUS.

481. *Saepe pater dixit, generum mihi filia debes, Saepe pater dixit, debes mihi nata nepotes.*] Infra 659.

Speſque fuit generi mihi prima, ſecunda nepotum. CIOFANUS.

484. *Suffundens ora rubore.*] Repone, *ſuffunditur* cum Bernegger. ſecundo Palat. primo, Gronovii, vetuſtiore Erfurtano, & duobus aliis. multi ſunt in his Graeciſmis poëtae. HEINSIUS. ſed exempla, quae adduxit Gronovius in Addendis ad Diatrib. Statianam pag. 401. vulgatam tuentur.

485. *Haerens.*] In codice Patricii Junii, *pendens* ut mox. vers. 651.

Inque gementis
Cornibus, & niveae pendens cervice juvencae.

Et Faſt. II. 760.

Deque viri collo dulce pependit onus.

Quinctil. Decl. X. 3. *Ab hujus oſculis, ab hujus feminae cervice pendebat.* Propert. III. X. 22.

Pendebit collo Galla pudica tuo.

Tibull. III. Eleg. VI. 45.

Nec vos aut capiant pendentia brachia collo.

BURMANNUS.

486. *Da mihi perpetua genitor cariſſime, dixit, Virginitate frui: dedit hoc pater ante Dianae.*] Non dubitat Muretus, quin Ovidius hoc loco Callimachum expreſſerit, apud quem Diana ipſa ita loquitur: Δός μοι παρθενίην αἰώνιον ἄππα φυλάσσειν. *genitor cariſſime*: In uno Vatic. & utroq. meo, & Io. Dei, *Kariſſime* per K. Quemadmodum ſcriptum reperiri vidimus Romae, & in Patria in antiquis lapidibus. CIOFAN.

591. *Quodque cupit.*] Rectius primus Palat. Erfurt. & alii nonnulli, *Quaeque*, videlicet connubia. *Quamque* quatuor non contemnendae notae. HEINSIUS.

492. *Adolentur.*] Neapolitanus & alius, *abolentur.* forte rectius; *adolere* tantum in ſacris locum habet Virgil. IV. 497.

Abolere nefandi
Cuncta viri monumenta jubet. HEINSIUS.

Ita & XV. Met. 872. *Nec Jovis ira nec ignes poterunt abolere.*

493. *Quas forte viator.*] Ita conſtanter libri veteres, niſi quod in tribus, *ſaepe.* Scribendum tamen:

—— *Quas nocte viator*
Vel nimis admovit.

Ut *nocti* reſpondeat τῷ *ſub luce.* IV. Faſt. 167.

Semiuſtamque facem vigilata nocte viator
Ponet. HEINSIUS.

Recte: nam *nocte* iter cum facibus faciebant. vid. Caſauboni notas ad Sueton. Caeſ. c. XXXI. & ibi huc in primis facientem Varronis locum. voces autem

Sic Deus in flammas abiit: ſic pectore toto
Uritur, & ſterilem ſperando nutrit amorem.
Spectat inornatos collo pendere capillos.
Et, Quid? ſi comantur, ait. videt igne micantes,
Sideribus ſimiles, oculos. videt oſcula; quae non
Eſt vidiſſe ſatis. laudat digitosque, manusque,
Brachiaque, & nudos mediâ plus parte lacertos.
Si qua latent, meliora putat. fugit ocior aurâ
Illa levi: neque ad haec revocantis verba reſiſtit:
Nympha, precor, Penêi, mane: non inſequor hoſtis.
Nympha, mane. ſic agna lupum, ſic cerva leonem,
Sic aquilam pennâ fugiunt trepidante columbae;
Hoſtes quaeque ſuos. amor eſt mihi cauſſa ſequendi.
Me miſerum! ne prona cadas, indignave laedi
Crura ſecent ſentes; & ſim tibi cauſſa doloris.
Aſpera, quà properas, loca ſunt. moderatius, oro,

Cur-

autem *nocte* & *forte* confundi a librariis videbis ad Epiſt. III. vers. 19. BURMANNUS.

494. *Vel nimis admovit, vel jam ſub luce reliquit.*] Non ſatis luculenter hunc locum efferunt commentarii, neque ego plane intelligo. conſuetudo aliqua exprimitur, vulgo nota, ſed nobis non admodum. GLAREANUS.

497. *Collo.*] *Humero* Leidenſis tertius.

498. *Et quid ſi comantur.*] Ita vet. omnes lib. Rectè. CIOFANUS. vide Gifan. Ind. Lucret. in *& quantis.*

499. *Videt igne micantes.*] Francius legebat & diſtinguebat:

Videt igne micante
Sideribus ſimiles oculos.

Heinſ. conjecerat, *ſideribus ſimileſque oculos.* in uno Leidenſi erat, *ſideribusque oculos ſimiles*, quod placet. Schepp. apud Fabrum lib. II. Epiſt. 71. legebat, *igne micare.*

502. *Si qua latent.*] Quinctil. VIII. 3. *Quaeque latent*, citat.

504. *Nympha precor, Peneia mane.*] In uno meo: *Nympha mane Peneia precor.* CIOFANUS. *Penei* optimus Florent. & Neapolitanus. ſic paulo ante, *Hoc Deus in Nymphâ Peneide fixit.* in Faſtis lib. VI. *Dodoni* & *Cadmei* agnoſcunt praeſtantiores libri, pro *Dodona* & *Cadmea.* Nec dubito apud Horatium lib. I. Od. XXVI. *Pimplaei dulcis* pro *Pimplaea* reponi debere. Martialis lib. XI. Ep. IV.

Non urbana mea tantum Pimpleide gaudent
Otia.

Quamquam apud Statium Soteriis Gallici non ignoro illa occurrere:

Licet enthea vatis
Excludat Pimplea ſitim,

Et Surrentino Pollii:

Si ſuperet Pimplaea ſitim.

Sic & alibi, quibus locis, *excludas*, & *ſuperes Pimplei* forte ſcribendum. ſic apud eundem ex veſtigiis veterum librorum. Theb. IV. vs. 481.

Tu ſepare coetu
Elyſios Perſei pios, virgaque potenti
Nubilus Arcas agat.

Apulejus. lib. II. Met. *Sic in modum ſuperbi juvenis Aonii, vel Muſae nati Pimpleidis, laceratus atque diſcerptus domo proturbor.* Ita enim locus longe vexatiſſimus ſcribendus. Pentheus & Orpheus a Bacchis diſcerpti. *juvenis Aonius* Pentheus. Adonidi locus hic non eſt, qui diſcerptus non fuit. *Muſae natus Pimpleidis* eſt Orpheus Calliopes filius. *Vulgo juvenis Adonei, vel muſtelatis peplis*, inepte. ſcripti meliores, *Adoni vel muſtulvatis pipletis*, in pervetuſto Beroaldi codice *Muſcae vatis Pimpleidis.* proxime verum. vide varias conjecturas hominum literatorum in notis Elmenhorſtii pag. 167. Sic *Pimpleide* in Martialis loco jam adducto vetuſti quidam codices. ſed ad rem. haec ſcriptura quin vera ſit, quis dubitet, qui meminerit Apulejum ludere frequenter in Epithetis. ſic initio operis, *Papyrus Aegyptia, Niloticus Calamus, Hymettos Attica.* ſic & Epiſt. XVI. *Ledaei* pro *Ledaea* monui ſcribendum eſſe, & Epiſt. XVIII. *Seſti puella*, pro *Seſta.* HEINSIUS. vide Eruditiſſimum Bentl. ad Horat. lib. I. Od. 26. qui Heinſii correctionem probat & firmat.

506. *Trepidante.*] Vide Gronov. ad Liv. XXVII. cap. I. de hujus verbi uſu. infr. v. 605. eadem fere repetit verba.

507. *Hoſtes quaeque ſuos.*] Sic legitur in quatuor lib. ſcript. Aſt in uno Vatic. *Hoſtes quiſque ſuos.*

Te-

Curre, fugamque inhibe; moderatius inſequar ipſe.
Cui placeas, inquire tamen. non incola montis,
Non ego ſum paſtor: non hîc armenta, gregesve
Horridus obſervo. neſcis, temeraria, neſcis
Quem fugias: ideoque fugis. mihi Delphica tellus,
Et Claros, & Tenedos, Pataraeaque regia ſervit.
Juppiter eſt genitor. per me, quod eritque, fuitque,
Eſtque, patet: per me concordant carmina nervis.
Certa quidem noſtra eſt: noſtrà tamen una ſagittà
Certior, in vacuo quae vulnera pectore fecit.
Inventum medicina meum eſt; opiferque per orbem
Dicor; & herbarum ſubjecta potentia nobis.
Hei mihi, quod nullis amor eſt medicabilis herbis:
Nec proſunt domino, quae proſunt omnibus, artes!

Plura

Terentius eodem modo in Eun. dixit *Quiſquam* generis fem. *Quandoquidem illarum neque quiſquam te novit.* Vide ibi Donatum. Eodem modo vetuſtiſſimi illi auctores *quiſquis*. Livius: *Mulier quiſquis es, te volumus.* Caecilius: *Quaeſo igitur quiſquis es mea mulier.* Pacuvius:

Quiſquis tu es mulier, quae me inſueto nuncupaſti nomine.

Ennius:

Et quiſquis illaec eſt, quae lugubri ſuccincta eſt ſtola?

Notavit haec Nonius. CIOFANUS.

109. *Crura notent ſentes.*] Alter liber meus & Abb. *Crura fecent.* CIOFANUS. *Secent* decem ex melioribus. ut in illo Virgiliano Georg. III. 444.

—— *Hirſuti ſecuerunt corpora vepres.*

Et Ecl. X. 49.

Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas.

Hinc *rubum non aequam cruribus* Columella dixit libro X. loco depravato. qui ſic emendandus:

Nec manibus mites ferulas, nec cruribus aequae
Terga rubi ſpiniſque ferat paliuron acutis.

Propert. lib. IV. Eleg. IV.

Rettulit hirſutis brachia ſecta rubis.

Ita Senec. Troad. 359.

Aut vinclis manus
Secantibus praeſtricta.

Tibullus tamen libro IV. III. 10.

Candidaque hamatis crura notare rubis.

HEINSIUS.

510. *Moderantius, oro.*] In eodem meo & hîc & in ſequenti carmine legitur: *Moderatius.* quam lectionem confirmat ipſe lib. I. Triſt.

Nec ſolet iraſci (nec enim moderatior alter)
Cùm quis in adverſis ſiquid amavit, amat.

Illa rectè à participio deduci poteſt. CIOFANUS. *Moderatius* cum caſtigationibus membranis. neque aliter Ciofanus. alterum enim vix Latinum eſt. Epiſt. XVIII. 45.

Parce precor, facilemque move moderatius auram.

Et Amor. lib. II. Eleg. XVII.

—— *Dum me moderatius urat.*

Quibus locis pari modo peccabatur. Stat. X. 418.

—— *Moderatius, oro,*
Ducite. HEINSIUS.

517. *Per me quod eritque, fuitque, Eſtque patet.*] Aſſeverat acutiſſimo ingenio vir, liberalium omnium diſciplinarum intelligentiſſimus, priſcaeque probitatis exemplar rarum, Gulielmus Sirletus S.R.E. Cardinalis ampliſſimus, Ovidium hunc locum è libro primo Iliad. brevius & venuſtius, quam quivis alius, tranſtuliſſe. CIOFANUS.

519. *Certa quidem*] *Certa licet* Urb. Neap. Med. & alius. *ſatis* alius Medic.

521. *Inventum medicina meum eſt.*] Apollinem medicinae inventorem fuiſſe, docuit etiam lib. III. Faſt.

Vos quoque Phoebea morbos qui pellitis arte.

Et IV. Triſt.

Si valeant homines, ars tua, Phoebe, jacet.

Et alibi:

Carminis & Medicae Phoebe repertor opis.

Et:

Non ego, Phoebe, datas à te mihi mentiar artes.

Item Caeſar lib. VI. de Bell. Gal. ex Equitum, gentis cujuſdam Galliae, ſententia refert. CIOF.

521. *Opiferque per orbem Dicor.*] *Opiferque* ſcribendum cum emendatis libris. ut & lib. XV. 653. hinc Apollo *βοηδρόμος* & *ἀοσσήτηρ* apud Graecos. HEINSIUS.

523. *Hei mihi, quod nullis amor eſt medicabilis herbis.*] In tribus Vatic. duobus meis, Ernaldi, & Dominic. legitur, *Sanabilis herbis.* At Epiſt.

Plura locuturum timido Peneïa curſu
Fugit; cumque ipſo verba imperfecta reliquit:
Tum quoque viſa decens. nudabant corpora venti,
Obviaque adverſas vibrabant flamina veſtes;
Et levis impexos retro dabat aura capillos:
Auctaque forma fugâ eſt. ſed enim non ſuſtinet ultra
Perdere blanditias juvenis Deus: utque movebat
Ipſe Amor, admiſſo ſequitur veſtigia paſſu.
Ut canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo
Vidit; & hic praedam pedibus petit, ille ſalutem.
Alter inhaeſuro ſimilis, jam jamque tenere
Sperat, & extento ſtringit veſtigia roſtro:
Alter in ambiguo eſt, an ſit deprenſus, & ipſis
Morſibus eripitur, tangentiaque ora relinquit.

Sic

v. 149. Fulcit priorem lectionem, quo loco hunc totum propè verſum dixerat:

Me miſeram, quod amor non eſt medicabilis herbis.

Sed neque altera eſt improbanda. In meo antiquiore & uno Maffei legitur, *Ei mihi*, ſine adſpiratione. Ita libro nono: *Ei mihi, quae malè ſum, quos tu, ſortita parentes.* Sic enim ſine ulla litura habet is, quem proximè dixi, liber antiquior meus. Quo loco inſcii ex *Ei* fecerunt *Et*. Sed hac de re plura infra. Hoc quoque loco in lib. Urſini, Statii, Abb. & Briantii ſcriptum eſt *Ei* ſine adſpiratione; quemadmodum ſcribendum eſſe annuere apertè videtur Priſcianus lib. VII. cujus haec ſunt: *Ei quoque cum rationabiliter monoſyllabum eſſe deberet, cùm genitivus ejus ſit diſſyllabum per diaereſin, à poëtis proferri invenitur differentiae cauſa, ne ſi monoſyllabum ſit, interjectio eſſe putetur. Virg. in* II. *Aeneid.*

Ei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo Hectore?

Nil tamen mirum. haec Priſcianus. Quare quin *Ei* abſque adſpiratione ſcribendum ſit, qui poſthac ambiget, fore opinor neminem. Ciofanus.

525. *Rapido.*] *Timido* plerique veteres. & rectè:

—— *Pedibus timor addidit alas.*

Inf. IV. 100.

Timido pede fugit in antrum.

& XI. 774.

Celeremque metu celer urguet amore, Heins.

528. *Vibrabant.*] Elegantior mihi lectio videtur Palatini codicis, *ſinuabant.* ita inf. II. 875.

Tremulae ſinuantur flamine veſtes.

Adverſam veſtem etiam Regius. quod poëticum magis. vide Broukh. ad Propert. II. IV. 21. Burm.

529. *Impulſos capillos.*] *Impexos* tertius Mediceus & tres alii. ſupra enim dixit vers 479.

Et quid? ſi comantur, ait.

Mox meliores:

Auctaque forma fuga eſt. Heinsius.

Incultos Leidenſis pro varia lectione, & *aucta dea flamma eſt* Berneggerianus. *aucta via forma eſt* Medic. & Cantabr.

531. *Utque monebat Ipſe Amor.*] *Movebat* primae notae Regius, unus Argent. & unus Leidenſis. probe.

Qui tamen inſequitur pennis adjutus Amoris Ocyor eſt.

Ut paulo poſt noſter. Heinsius.

532. *Paſſu.*] *Curſu* tertius Florentinus & unus Leidenſis. alius *ſaltu.* ut lib. V. 629. ex MS.

Nullos audet dare corpore ſaltus.

Et VII. 767.

Illa levi velox ſuperabat retia ſaltu.

Ubi eadem varietas. praeterea unus Heinſii *ſequitur per devia.* quod non ſpernendum. Burm.

533. *Ut canis.*] Imitatus hic eſt Apollon. Rhod. lib. II. 278. Quem & expreſſit Virgil. lib. XII. 749. & Stat. V. Theb. 165. vid. Inf. VII. 787.

537. *An ſit comprenſus.*] *Deprenſus* malo cum aliis. lib. VII. 781.

Et modo deprendi, modo ſe ſubducere ab ipſo Vulnere viſa fera eſt.

Triſt. III. 11.

Utque fugax avidis cervus deprenſus ab urſis.

v. Inf. lib. IX. 83. XI. 772. II. Faſt. 799. I Amor. VII. 8. & alibi non ſemel. Auctor Queroli: *Multum ſeſe laudant, vel pugnaces feras vel fugaces beſtias, aut veſtigiis inſequuntur, aut cubilibus deprehendunt.* Stat. V. 391. *Deprenſaeque cadunt volucres* lib. V. 667.

Narratur cervas pedes inter aperta Lycei Tollere, & emiſſum curſu deprendere telum. Heinsius.

Sic Deus, & virgo eſt: hic ſpe celer, illa timore.
Qui tamen inſequitur, pennis adjutus Amoris
Ocior eſt, requiemque negat: tergoque fugaci
Imminet; & crimen ſparſum cervicibus adflat.
Viribus abſumtis expalluit illa: citaeque
Victa labore fugae, ſpectans Peneïdas undas,
Fer, pater, inquit, opem; ſi flumina numen habetis.
Quà nimium placui, tellus, aut hiſce, vel iſtam,
Quae facit ut laedar, mutando perde figuram.
Vix prece finità, torpor gravis adligat artus:
Mollia cinguntur tenui praecordia libro;
In frondem crines, in ramos brachia creſcunt:

Pes

538. *Relinquit.*] *Remittit* Gron. & Moreti.

541. *Ocior eſt.*] *It* Mediceus. elegantius.

541. *Tergoque fugacis.*] *Fugati* unus Leidenſis. Lege, *fugaci.* atque ita Langermannianus à manu primâ. lib. IX. 127.

—— *Fugientia terga ſagittâ*
Trajicit.

Auctor Elegiae in obitum Maecenatis:

Militis Eoi fugientia terga ſecutus.

Non *fugientis*, quod nunc legitur. Vide Notas ad Epiſt. II. vs. 93. HEINSIUS.

542. *Et crinem ſparſum cervicibus efflat.*] Rectè, *cervicibus*, poſteriore numero. Sic lib. VI. De Atlante:

—— *Aethereum qui fert cervicibus axem.*

Contra *capillus* priore numero rectè item dicitur, in ſoluta praeſertim oratione. CIOFANUS. Vide de hoc loco Barth. ad Statii lib. VI. Theb. 604. *ſparſim* Florent. & unus Heinſii. vid. & inf. v. 617.

546. *Qua nimium placuit, Tellus, ait, hiſce.*] *Aut hiſce* rectius multi ex antiquis. Quidam hos duos verſus ſuperiori praeponunt. veterrimus Palatinus hunc non agnoſcit. unus Gronovianus neutrum habet. & certe tollendi videntur; niſi legas ordine inverſo:

Quae facis ut laedar, Tellus, aut hiſce, vel iſtam,
Quà nimium placui, mutando perde figuram.

Sed ego Ovidianos eſſe non exiſtimo. inepte enim oratio, vix invocato patre, ad Tellurem convertitur. HEINSIUS. Genuinos verſus eſſe non dubito, ſed corruptos. forte:

Ah nimium placui! Tellus aut hiſce, vel iſtam,
Quae facit, ut lauder, mutando perde figuram.

Poſſet &, *cur nimium placui? ut lauder* vero repono, pro *laedar.* ſic *laudata forma* Epiſt. XVI. 131. & alibi. *laudati vultus* inf. v. 59. ubi vide Heinſii notas. & ita ſaepe Noſter & alii; & in quatuor ſcriptis erat, *quae facit ut placeam*, quae eſt gloſſa τοῦ *laudari*: utrumque enim verbum in re amatoria idem fere notat, ut manifeſtum eſt ex lib. V. 582. & 584. Horat. I. Od. 13.

Cum tu, Lydia, Telephi
Cervicem roſeam, & cerea Telephi
Laudas brachia.

Similis fere locus infra. II. 474.

Adimam tibi nempe figuram,
Qua tibi, quaque places noſtro, importuna, marito.

Laedi autem proprie apud Ovidium dicitur mulier pellice, & alienis viri amoribus. Inf. 608. & paſſim. quod huic loco non congruit. BURM.

548. *Occupat artus.*] *Alligat* primus Baſileenſis, Langianus, & alter Regius. quae placet ſcriptura, niſi quod *aggelat* reponi malim. id enim verbum paſſim in *alligat* depravatum nunc in uſu eſſe propemodum deſiit. ut in illo Lucani libro IV. 289.

—— *Tum frigidus artus*
Alligat atque animum ſubducto robore torpor.

Et Germanici Caeſaris de Capricorno:

Pigra miniſteria; & nautis tremor alligat artus.

Ita enim vulgati libri ante Grotianam editionem, & ſcriptus codex Puteaneus. ſic *congelare* Val. Flaccus lib. III. 578.

—— *Ceu pectora nautis*
Congelat hyberni vultus Jovis, agricoliſve,
Cum coit imbre minax.

Perperam *umbra minax* nunc legitur. & *regelare*, quo verbo Columella ter quaterve eſt uſus. Statius lib. V. Sylv. I. 199.

Nunc ferrum laxare cupit, nunc ardua tendit
In loca: vix retinent comites. nunc ore gelato
Incubat amiſſae.

Ubi *ligato*, minus bene nunc exſtat. idem Theb. IV. 404. *Sic fata gelatis vultibus.* Claudian. II. in Ruf. 151. *Stetit ore gelato incertus.* Juvenalis Satyra VI. 95.

Timent pavidoque gelantur
Pectore.

Lu-

Pes, modo tam velox, pigris radicibus haeret:
Ora cacumen obit: remanet nitor unus in illâ.
Hanc quoque Phoebus amat: positâque in stipite dextrâ
Sentit adhuc trepidare novo sub cortice pectus.
Complexusque suis ramos, ut membra, lacertis,
Oscula dat ligno: refugit tamen oscula lignum.
Cui Deus, At conjux quoniam mea non potes esse,
Arbor eris certè, dixit, mea. semper habebunt
Te coma, te citharae, te nostrae, Laure, pharetrae.
Tu ducibus Latiis aderis, cum laeta triumphum
Vox canet; & longae visent Capitolia pompae.
Postibus Augustis eadem fidissima custos

Ante

Lucanus lib. VII. 339.
——— *Stat corde gelato*
Attonitus.
Libro IX. 681.
—— *Vultusque gelassent*
Perseos aversi.
Pro riguissent. Statius Theb. IV. 497. *Gelat ora pavor gressusque tremiscunt.* & XII. 168. *Uno vultus pallore gelati.* Quae illic vera optimorum codicum scriptura est, non *notati.* idem *Glaciare* dixit Theb. X. 616.
——— *Stupet anxius alto*
Corda metu glaciante pater.
Claudianus libro II. in Eutropium, 164.
Cornua cana gelu mirantibus extulit undis
Rhenus & exsanguem glacie timor alligat Istrum.
Ubi nihil mutandum, cum *gelu* praecesserit. apud Valerium Flaccum quoque libro primo 48. *Serus fessos sopor alligat artus*; recte se habet. quomodo & Seneca Hercule Furente, 1079.
Sopor indomitos alliget artus.
Et in illo Lucani libro primo, 246.
Diriguere metu: gelidos pavor alligat artus.
Ita enim meliores libri. non *occupat.* Statius Theb. X. 274.
—— *Ut quemque ligatum*
Obruerat tellure sopor. Heinsius.

549. *Libro.*] Cortice. M. Tullius. De Nat. Deorum: *Trunci obducuntur libro, aut cortice; quo sint à frigoribus & à caloribus tutiores.* Ciofanus.

550. *In frondem crines.*] In uno meo, unoque Vatic. Capran. & Brian. *In frondes crines.* Paullò rectius. Ciofanus. Perperam: offendit enim ipse sonus. Sic VII. 280.
Nec longo tempore frondem
Induit.
Ubi etiam *frondes* MSS. aliqui. lib. VI. 457.
Aut frondem, positaque cremet foenilibus herbas. & ibi in nonnullis, *frondes.* pro *crescunt* &c. duo libri, *tendunt.* Burmannus.

552. *Ora cacumen habent.*] *Obit* rectius in Berneggeriano, Langiano, Cantabrigiensi, & pro diversa lectione in primo Gronoviano. Alii nonnulli, *habet*, verum proxime. lib. XI. 417.
—— *Buxoque similimus ora*
Pallor obit.
Lib. IX. 290.
—— *Frigidus artus,*
Dum loquor, horror obit.
Ita enim ex vestigiis veterum codicum videtur esse scribendum. ut & lib. VII. 775.
—— *Calidus vestigia pulvis obibat.*
Val. Flaccus lib. III. 179.
—— *En frigidus orbes*
Purpureos jam somnus obit.
Silius lib. VIII. 525.
Pectora pellis obit caesi venatibus ursi.
Et XVII. 492.
Fortissima quaeque
Nomina obit ferro.
Id est aggreditur ferro. Heinsius.

555. *Ut membra.*] *Ceu membra* unus Heinsii. *Ut colla* Lovanienses.

560. *Tu ducibus laetis aderis, cum laeta triumphum Vox canet.*] Vide quae dixi, lib. IV. Trist. elegia II. Ciofanus.

560. *Ducibus laetis aderis, cum laeta triumphum Vox canet.*] Inconcinna repetitio. Scribe vel invitis priscis exemplaribus:
Tu ducibus Latiis aderis.
Certe in optimo Florentino *latis* à manu prima legebatur, in uno Moreti, *lectis*: triumphus enim proprie est Gentis Romanae, unde Statius, *Latium triumphum* vocat Lacrimis Etrusci. vide ad II. Fast. 553. sic *Latium ductorem* idem Domitianum vocat Propempt. Celeris. & *Latium ducem* lib. IV. ad Marcel. & *Latium Parentem* libr. I. Epith. Stellae. & Epicedio Patris lib. V. *Mirandi Latii proceres.* & ibidem, *Latii patres*: eadem diversitas inf. XIV. 326. *Latii montes*, ubi codices alii *latis*, & 390. *Latiae silvae*, & ibi *latae.* 422. *Latii*

Ante fores ſtabis; mediamque tuebere quercum.
Utque meum intonſis caput eſt juvenile capillis;
565 Tu quoque perpetuos ſemper gere frondis honores.
Finierat Paean. factis modo laurea ramis
Adnuit: utque caput, viſa eſt agitaſſe cacumen.

Fab. X. & XIII. Argumentum.

Io Inachi filia in vaccam: Argus Areſtoris filius in pavonem.

Io Inachi amnis filia, cum aequales ſuas ſpecie praecederet, ab Jove adamata eſt, qui admotis precibus, deſiderium explevit: & ne puella [a] *Junonis iram incideret, à compreſſore in vaccam eſt transfigurata, cujus fallaciam Juno cum intellexiſſet,* [b] *petit eam*

Agri. Heinsius. probabilis quidem videtur Heinſii emendatio. quia hae voces ſaepe commutantur. ſic apud Claud. III. de Laud. Stilc. 264. pro *Latio* in MSS. quibuſdam erat, *Laeto.* & eandem vocem Germanici Phaenomenis v. 15. reddidit Grotius:

Haec ego dum Latiis conor praedicere Muſis.

Sed & *laetos triumphos* dixit libr. XIII. Met. 252. Noſter.

561. *Viſent longas Capitolia pompas.*] Malim cum duobus meis, & Scaligeri ac Jureti excerptis & Graeviano codice, *longae pompae*, niſi praeferendum, *ducent pompas* cum Barberiniano. Ep. Medeae.

—— *Pompam pater, inquit, Iaſon*
Ducet.

Sed altera ſcriptura praeſtat. Heinsius. In Francof. erat, *& viſent longâ Capitolia pompâ.* etiam non male Propert. II. X. 19. de pompa funebri:

Nec mea tunc longa ſpatietur imagine pompa.

de verbo *viſere* vide Heinſ. ad Vellej. Paterc. II. 101. & Bentl. ad Horat. I. Od. 4.

562. *Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima cuſtos*
Ante fores ſtabis, mediamque tuebere quercum.]

Sic & infra IV. Faſtorum, circa finem:

State Palatinae laurus, praetextaque quercus
Stet: domus aeternos tres habet una deos.

Unde non immeritò quidam colligunt, ipſas arbores ante Palatium plantatas fuiſſe. Alii autem de coronis interpretantur ad fores Palatii ſuſpenſis. Quorum ſententiam confirmare videtur, quod Valerius ait libro 2. cap. 3. *Ad quercum*, inquiens, *pronae manus porriguntur, ubi ob cives ſervatos corona danda eſt, qua poſtes Auguſtae domus ſempiterna gloria triumphant.* Et quod idem Poëta infra in Triſtibus dicit:

Cur tamen appoſita velatur janua lauro?
Cingit & Auguſtas arbor opaca domus?
An quia perpetuos meruit domus iſta triumphos?
&c.

Quare, ſive ad coronas, ſive ad arbores ipſas hic locus referatur, non multum, meo quidem judicio, peccabitur. Micyllus. vide Jacob. N. Loenſis Epiphyl. lib. II. 20.

565. *Perpetuos honores.*] Imitatus Martialis lib. IX. Epigr. 62.

Perpetuos ſperare licet tibi frondis honores.

Plinius lib. XV. 30. *Laurus triumphis proprie dicatur, ut gratiſſima domibus janitrix Caeſarum Pontificumque ſola & domos exornat, & ante limina excubat.* Ad Pontificum porro januas illud pertinere videtur, Faſt. III. 137.

Laurea, Flaminibus quae toto perſtitit anno,
Tollitur, & frondes ſunt in honore novae.

Ubi tamen ex Pliniana auctoritate dubitatio ſubit, an *praeſtitit* emendari debeat, id eſt, *praeſtes fuit* & quaſi *praeſeſtrix* januae Flaminicae excubavit. Douza. *Perpetuum honorem* tert. Medic. & Barberin.

[a] *Junonis iram incideret.*] Ita cum Giſelino & Venet. & MS. Raenerius & Micyllus, *in Junonis iram* &c. Exiſtimo nihil opus eſſe iſta praepoſitione. Chryſol. Serm. LVIII. *Ne incurrant de tali praeſumptione ſententiam.* P. Syrus: *Heu quam poenitenda incurrunt homines vivendo diu!* Victor de Perſec. Vand. lib. III. *Quiſquis enim aliquid pravitatis invenerit, ſibi imputat quod incurrit.* Salluſt. Jug. cap. 101. *Rediens ab latere Mauros incurrit.* Vet. Interp. Job. cap. v. 14. *Per diem incurrent tenebras.* Interpr. Abdiae Babylon. lib. I. *Caecitatem continuo malè ſanae mentis incurrit.* Familiaris prae ceteris Tacito illa conſtructio; qua uſum deprehendo etiam Ambroſ. de Tob. cap. 2. *Cadenti de paſſerum nido albugine caecitatem incidit.* Noſter infr. Fab. I. lib. XIV. *Amorem incidit.* Ubi plura annotamus. Munker. Ita Quinctil. Decl. CCCXXXIII. *Nemo eſt, qui non calumniae genus poſſit incidere.* ubi *in* addunt viri docti, ſed poſſet & ibi legi, *cui non c. g. p. incidere.* de verbi *incurrere* conſtructione egimus ad lib. II. Metam. 205. Burmannus.

[b] *Petit eam à Jove velut munus ſibi dari.*] Sic Rae-

eam à Jove velut munus ſibi dari, [c] *quia ſpecioſior erat ceteris armentis, quae* [d] *in Peloponneſo eſſent. Jupiter vero, ne, ſi* [e] *negaſſet, proderet puellam,* [f] *tribuit confeſtim.* [g] *Juno autem, ne amplius ejus pellex cum Jove concumberet, Argum Areſtoris filium, centum oculos habentem, ei praepoſuit. quem Mercurius* [h] *patris juſſu interemit; &* [i] *à caſu ejus* [k] *Argiphontes eſt cognominatus. Juno Argum,* [l] *quem ob cuſtodiam ille occiderat, in volucrem pavonem transformavit, & receptum in ſuam tutelam pennis inſignibus,* [m] *quibus amiſſa lumina indicaret, ornavit.*

ESt nemus Haemoniae, praerupta quod undique claudit
Silva: vocant Tempe. per quae Penëus, ab imo
Effuſus Pindo, ſpumoſis volvitur undis:
Dejectuque gravi tenues agitantia fumos
Nubila conducit, ſummasque adſpergine ſilvas

Im-

Raenerius & Giſelinus ediderunt. Veneta, *Petit eam à Jove, velut munus ſibi daret vaccam.* MS. *Petit eam à Jove, velut munus ſibi daret, vacca quia* &c. Putes ſcripſiſſe, *Petit ea à Jove, velut munus ſibi daret vaccam, quia* &c. Atque ita planè Micyllus, niſi quod auctius unâ voculâ, *ut velut munus* &c. Munker. *Petiit eam ab Jove, ut velut munus daret vaccam.* Colon. forte, *petit ea a Jove, velit munus ſibi dare vaccam.* nam appoſitio illa ex ipſis Ovidii verbis, *petit hanc Saturnia munus* expreſſa eſt. Burmannus.

[c] *Quia ſpecioſior erat.*] MS. & Veneta, *quia ſpecioſiſſima erat ceteris armentis.* Excidit forte particula, *in* vel *prae.* Munker. *Speciosiſſima* etiam Parmenſ. & Lugdun.

[d] *In Peloponneſo.*] MS. *In Pelopenſi regno.* Lege, *Peloponnenſi regno.* Infr. lib. iv. Fab. 13. *Per Taenarum promontorium Peloponenſe.* Munker.

[e] *Negaſſet.*] *Denegaſſet.* Colon.

[f] *Tribuit confeſtim.*] Ita fere vulgati, non male: ſi nuda ſententia ſpectanda eſt. At C. V. omiſſo *Junonis* nomine: *tribuit quae confeſtim, ne amplius* &c. Minuta quidem ſunt haec, ideoque plurimum hic praetereo: & tamen neceſſaria omnino ſunt ei, qui perfecte haec aliquando volet edere. Giselin. *Itaque tribuit* Parmenſ.

[g] *Juno autem.*] *Quae Juno; ne a. pellex.* Colon.

[h] *Patris juſſu interemit.*] Quae hic de ſuo ingenio viſus eſt Raenerius interſeruiſſe, ut ſemel dicam, nihilo magis ea me tangunt, quam infinita alia. veterum librorum ſcripturam tantum hic proponimus. ea quantopere a popularibus libris differat, videant alii. Giselin.

[i] *A caſu ejus.*] Ita Herv. & Raener. non male. ut indicio eſſe poteſt mendoſa ſcriptura illa in C. *& a caſſietus.* neque obſcuriſſima litura libri v. aliud videtur repraeſentare, niſi fortaſſe, *a caeſo eo.* Giselin.

[k] *Argiphontes.*] *Argiphonos* Parm. Lugd. Raener. qui haec varie interpellavit, hoc modo, *Quem Mercurius in paſtoris habitu, juſſu patris interemit, in ſomnos compulſum cantu ſuae fiſtulae, dum narrat qua ſit fiſtula ratione reperta. & a caſu ejus &c. ornavit. Fiſtulam autem ſic inventam narrabat Mercurius. Syrinx, inquit, nympharum* &c. quae in argumento Fab. xii. ſequuntur. *Arifocis.* Colon.

[l] *Quem ob cuſtodiam ille occiderat.*] Haec lectio eſt Venet. Raener. & Micyll. quam & MS. adſtruit, niſi quod *τὸ ille* omittit. Giſelinus dedit, *quia ob cuſtodiam ejus occiderat.* Munker. *quia ob cuſtodiam occiderat.* Colon. forte, *quem ob Cuſtodiam Ius occiderat.*

[m] *Quibus amiſſa.*] Ita vulg. omnes. At in v. eſt: *transformatum, & receptum in ſuam tutelam, pennis inſignibus amiſſa lumina exornavit.* quod quonam modo volente, aut ſaltem permittente, Priſciano recipere auſim, non video. in C. *transformavit: & receptum in ſuam tutelam pennis inſignibus decoravit.* Transformationem autem aliquam Argi in pavonem nondum animadvertere potui in Poëtae verbis, ideoque eam, ut alia multa, Luctatio acceptam refero. Giselin. *Ut amiſſa.* Colon.

568. *Eſt nemus Aemoniae.*] Lib. vet. *Haemoniae*, cum adſpiratione. Ciofanus.

569. *Per quae.*] *Per quod* quinque codices.

570. *Spumoſis.*] *Saxoſis* unus Leidenſis. *ſinuoſis* Viviani. Ita *ſinuatis flexibus errans Eridanus* Claud. vi. Conſ. Honor. 176. ubi vide Heinſii notas. *vertitur* etiam Regius. *ſolvitur* Thuani unus & Medic. *funditur* alius. Burmannus.

571. *Agitantia.*] *Imitantia* Regius & Neapolit. quod pro ſuo venditat, apud Tan. Fab. lib. ii. Ep. 71. Schepperus.

572. *Summiſque aſpergine ſylvis Influit.*] *Impluit* Bernegger. pri. Ambroſ. Cantabrig. Thuan. aliique nonnulli. *ſummaſque Sylvas Impluit*, eleganter optimus Florentinus Sancti Marci, Neapol. ſecundus Mediceus, unus Moreti, tres quatuorve alii praeterea, niſi quod in nonnullis, *Impulit* mendoſe.

Impluit; & ſonitu plus quàm vicina fatigat.
Haec domus, haec ſedes, haec ſunt penetralia magni
Amnis: in hoc, reſidens facto de cautibus antro,
Undis jura dabat, Nymphisque colentibus undas.

Con-

Pluere dixit Ennodius Epig. CXLIX. de fonte ex columnis erumpente:

En ſine nube pluit, ſub tectis imbre ſereno,
Et caeli facies pura miniſtrat aquas.

Auctor anonymus Fabul. Aeſopicis. *Verbula ſicca Deus implue rore tuo.* Columella lib. II. cap. VIII. ex veterrimo codice. *Trebellius quidem aſſeverat, priuſquam impluerit* (vulgo *impleverit*) *ab avibus aut formicis ſata non infeſtari, dum aeſtivis ſerenitatibus ager aret, idque etiam ſaepius nos experti.* quae in vulgatis libris aliter leguntur. idem lib. IX. c. VII. denuo. *ut ne impluant* (ſic ſcribo) *imbres, & ſi forte tamen ingreſſi erunt* (lege ex membranis, *tamen inceſſerint*) *non immorentur. Influere* dicuntur fluvii in alium, vel in mare incidentes. de Ticino Gunther. Ligur. II. *influit Eridanum.* & de Pado, *Adriacas opulentior influit undas.* & lib. V. *qua rapidis primas Rhodanus maris influit undas.* Feſtus Avienus: *Qua vagus aequor influit Eurotas* & *Trinoque ſinu vagus influit aeſtus unam Aſiae molem.* ſic apud Val. Flaccum lib. IV. initio:

Dixit & arcano redolentem nectare rorem
Depluit.

Ut ſcribendum puto. *Detulit* nunc legitur. Propertius libro II. Eleg. XX.

Nec tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba
Sollicito lacrymae depluit è Sipylo.

Ita locus ille caſtigandus. *tantum lacrymae* ut apud Maronem. IV. Georg. 81.

Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis.

Depluere in veteri libro Propertii extare Palmerius teſtatur. recte. Errat autem Paſſeratius, qui *depluere* non alia opinatur ſignificatione ſumi, quam qua *degrandinare* & *detonare* ſumitur. hoc eſt pro pluere deſinit. At Columella l. X. de Jove.

Inque ſinus matris violento depluit imbre.

Idem libro V. c. 9. *Namque depluens humor caecat oculum, nec patitur frondeſcere.* Sic vetuſtus codex. Feſt. Avien. Fab. IV.

Et gelidus nimias depluit imber aquas.

Pluere autem cum quarto caſu junxit interpres vetus Euangelii Lucae. cap. XVII. ℣s. 29. *pluit ignem & ſulphur de caelo.* Βρεχεν πῦρ καὶ θειον ἀπ' οὐρανοῦ. Gunther. lib. IV Ligurin. *Et levibus jaculis & quas pluit aura ſagittis.* & lib. IX. *undique tela pluunt.* & lib. X. *ſuis pluit aura ſagittis Deſuper* Sat. Saturnalibus, *tam bellaria adorea pluebant.* & Theb. VIII. *ſtridentia funda Saxa pluunt.* ſed ut ad *impluere* redeamus, Prudentius libro II. contra Symmachum:

Velivolum ratibus mare finditur, impluit imber,
Aura volat tenuis, vegetatur mobilis aër.

Ita ſcribo. *influit* nunc legitur. pari modo & *perpluere* habes apud Tibullum libro I. Eleg. X.

At nobis Pax alma veni, ſpicamque teneto,
Perpluat & pomis candidus ante ſinus.

Ubi *perfluat* male circumfertur in vulgatis codicibus. *Compluere* ſic Caſſiodorus lib. X. cap. XXIX. Variar. *Limoſa podagrae inundatione complutus.* ubi doctiſſimus Pricaeus notis ad Apulejum *complicatus. complutus* eleganter dixit propter acres humores podagra laborantium, qui inſtar pluviae deſtillant. locus Apulei, qui virum eruditum decepit, exſtat Met. V. *Ego vero maritum articulari etiam morbo complicatum curvatumque ſuſtineo*, cum ſcribendum ſit, *articulari morbo conflictatum.* ita paſſim loquuntur optimi ſcriptores. recte igitur Caſſiodorus, *podagrae inundatione complutus.* non diſſimiliter Solinus c. X. *Ita Nautae prodiderunt, compluti ſaepe ex illo caſu imbre ſaxatili.* Prudentius de arboribus pomiferis Cathemerin. Hymno III.

Arbor onus tremefacta ſuum
Deciduo gravis imbre pluit.

Ita & *glandes de ilice pluere* dicti paulo ante Maroni. Columella lib. X.

Non aliter quam de quaſſa pluit arbore nimbus
Vel teretis mali, vel tectae cortice glandis. HEINS.

Heinſii certiſſimam emendationem, quam tamen & Gebh. lib. I. Crep. XII. jam probaverat, confirmat locus Sidonii lib. II. Epiſt. 2. *Si turbo Auſtrinus inſorduit, immane turgeſcit, ita ut arborum comis, quae margini inſiſtunt, ſuperjectae aſperginis fragor impluat.* qui cum tertio caſu conjungit, ut & Carmin. XXII. 131.

Fractis ſaliens è cautibus altum
Excutitur torrens; ipſisque aſpergine tectis
Impluit. BURMANNUS.

575. *In his reſidens.*] *In hoc* meliores. & *hae ſedes* iidem paulo ante. HEINSIUS.

575. *De cautibus antro.*] *Facto de rupibus antro.* pr. Baſil.

577. *Popularia.*] Imitatus hoc Symmachus Epiſtola ad Auſonium de Moſella. *hunc tu clariorem hoc noſtro populari Tiberi reddidiſti.*

579. *Populifer Sperchius.*] *Spercheos* & *Amphryſos*, Graeca enunciatione, libri meliores, Σπερχειός, *Spercheus.* Ἀλφειός, *Alpheus.* Πενειός, *Peneus.* Δαρεῖος, *Dareus*; nam ita in antiquiſſimis Curtii exemplaribus Mediceae & Voſſianae bibliothecae ſcribitur. Ἀλεξανδρέιτ, *Alexandrea*, quomodo in veteri denario gentis Aemiliae ſcribitur. (vide

ad

Conveniunt illuc popularia flumina primum;
Neſcia gratentur, conſolenturne parentem,
Populifer Spercheos; & irrequietus Enipeus,
Apidanusque ſenex, lenisque Amphryſos, & Aeas;

Mox-

ad Vellej. II. 87.) hinc *ripae Spercheïdes* lib. II. 250. & lib VII. v. 231. *Spercheïdes undae* apud Noſtrum ex fide veterum exemplarium: non *Sperchiades*, quod eſt in vulgatis. apud Virgilium quoque II. Georg. 487.

Spercheoſque & virginibus bacchata Lacaenis
Taygeta.

Veterrimus ille codex Mediceus exhibebat. Apud Auſonium in Profeſſoribus, carmine VIII. *Spercheus Grammaticus.* quomodo illic tam ſcripti, quam editi libri agnoſcunt. Vide plura l. XII. 262. In Lucani tamen & Claudiani pleriſque membranis, *Sperchius* eſt. apud Statium quoque lib. III. Silv. V. 85. ſed vetus codex, *Spercheio tumidus ſervabat Achilles.* & Theb. IV. 838. *Spercheuſque minax.* Achil. I. 102. *Sperchias abundat.* & 242. *Tenuis Sperchias aquis*, ubi forte cum MS. Tiliobrogae, *ſenior Sperchios* legendum: nam cur *tenuis* dicitur, qui ut rapidiſſimus deſcribitur a Statio lib. II. Achil. 431. Heinsius.

579. *Et irrequietus Enipeus.*] In omnibus exemp. ſcriptum eſt *Enipheus* per Φ. De quo ita Vibius Sequeſter de fluminibus: *Enipheus è monte Othry Theſſaliae* ſic enim eſt in Aldinis. Quam lectionem ſtabiliendam & confirmandam duco. Propterea quod hac ipſa lectione & Virg. aliorumque poëtarum nonnulla loca ſimul corrigentur: quae, & ſi fortè leve eſt, aliter tamen legenda ſunt, ac vulgo nunc leguntur. Virg. IV. Georg. 368.

Et caput, unde altus primum ſe rumpit Enipeus. Quo loco vulgati libri habent, *Enipeus.* Adſtipulatur huic lectioni Virgilius Vaticanus, qui eſt exaratus litteris majuſculis & Longobardicus, & unus ſatis vetus, quem habet materterae meae filius, Aloyſius Gaſparius. In quinque aliis calamo notatis Vatic. eodem modo ſcriptum eſt. Piërius, vir ſumma doctrina, ſummaque induſtria & diligentia, in Obſervationibus, quas in Virgilium edidit, teſtatus eſt, & in Romano, & in Longobardico legi, *Enipeus* abſque *h.* ſed in aliquot aliis eſſe *Enipheus* per Φ. Hoc verum non eſſe, pace ejus dicam, animadvertet, quicumque eos evolvet. Itaque, ut dixi, in ſeptem illis Vatic. apertè legitur *Enipheus*, per Φ. Inter quos eſt unus non minoris probitatis; quam ille, qui à Piërio Romanus dicitur: qui in Vatic. Bibliotheca in forulo quodam diligentiſſimè aſſervatur. *Enipheus* perpetuo eſt in Propertio, Lucano, & Claudiano, quos impreſſit Sebaſtianus Gryphius. Itemque ita perſpicuè legitur in vetuſtiſſimo quodam Lucani libro, quem Horatius Sardus, civis meus, claro loco natus, dono miſit excellenti virtute praedito, viroque optimo, M. Antonio Mureto. De hoc fluvio, deque ejus curſu ac natura ſcribit Livius lib. XLIV. Ciofanus. Quia tamen Graeci perpetuo Ενίπευς ſcribunt, retinui illam lectionem. altera eſt librariorum poſterioris aevi, qui etiam *Trophaeum*, *Boſphorus* &c. ſcripſere. de hoc vero flumine an Theſſaliae ſit, an Peloponneſi, ut Muretus contendit, vide Carrion. ad Val. Flac. I. ỹs. 83. Burmannus.

580. *Eridanusque ſenex.*] Sic quidem in vetuſtis codicibus pleriſque legitur, quam lectionem ſi probemus, de Eridano, qui prope Athenas reponitur, neceſſe eſt intelligamus, de quo Strabo his verbis meminit: *In fluviorum aggregatione ridere Callimachus inquit, ſi quis ſcribere audeat, virgines Athenienſes dulce ac purum Eridani haurire vinum, a quo pecora ſe abſtinent. ſunt autem aquae potui ſuaviſſimae fontes (ut aiunt) extra Portas, quas Diocharis appellant, juxta Lyceum.* Hujus etiam meminit Pauſanias. Eridanum ad hoc Hyginus his verbis memorat: *Eridanum hunc alii Nilum, complures Oceanum eſſe dixerunt. Aratus in Coelo repoſuit.* Utque unde digreſſi ſumus, revertamur, ita in dubio vetuſtas fuit de Eridano, ut Strabo V. volumine non dubitaverit ſcribere haec: *Reliqua permulta fabulis vulgata vel ficta alium in modum abſint, ſicut, quae ad Phaëtonem & ſorores Eliades in populos converſas circa amnem Eridanum, qui nullibi terrarum exſtitit.* Huc adde, quod ſi de Attico Eridano velis intelligere, non belle neque concinne inter Theſſaliae fluvios apponetur. ut igitur & nos audacter aliquid in hoc immutemus, forte ſic corrigi poterit hic verſus:

Appidanus, Phenix lenisque Amphryſus & Aeas.

Appidanus enim & *Phenix* in Theſſalia proximi a Plinio conſcribuntur, nec non a Strabone. hujus etiam Lucanus ita meminit. VI. 374.

Accipit Aſopus curſus, Phenixque Melaſque.

Et quia idem Lucanus VI. 373. de Appidano hoc ſcriptum reliquit: *It flumine rapto Appidanus: Appidanus ſenex* dici non poterit, qui leniter fluat ſecundum interpretem. ceterum ſi *ſenex* leges, ad ſpumas potius, aut ad caniciem & colorem aquae referatur. Jacob. a Cruce. In veteribus omnibus, *Epidanuſque ſenex.* & profecto non ſolus eſt ejus nominis in Italia fluvius. ſed & Eridani cujuſdam Atticae fluvius Iliſſum influentis meminit Pauſanias. mihi tamen, qui *Apidanus* caſtigarunt, rectè videntur caſtigaſſe: cum enim dicat Ovidius, *conveniunt illuc popularia flumina primum.* & Theſſaliae ſit fluvius Peneus: Theſſaliae profecto ſunt flumina nominanda, non vel ignobiles Atticae

rivuli.

Moxque amnes alii. qui, quâ tulit impetus illos,
In mare deducunt feſſas erroribus undas.
Inachus unus abeſt: imoque reconditus antro
Fletibus auget aquas: natamque miſerrimus Iö
Luget, ut amiſſam. neſcit vitàne fruatur,
An ſit apud manes; ſed quam non invenit uſquam,
Eſſe putat nusquam; atque animo pejora veretur.
Viderat à patrio redeuntem Juppiter Iö
Flumine: &, O virgo Jove digna, tuoque beatum
Neſcio quem factura toro, pete, dixerat, umbras

Alto-

rivuli conquirendi. Apidanus autem accepto ad Pharſalon Enipeo in Peneum illabitur. ut Strabo. NAUGERIUS. *Eridanusque ſenex* quidem legitur, ſed corrupte, ut mihi quidem videtur. cum enim propoſuerit fluvios populares, Theſſalicosque conveniſſe ad Peneum, cujus filia Daphne in laurum fuerat converſa, non video, qua ratione Eridanum Galliae Ciſalpinae fluvium, qui alio nomine dicitur Padus, admiſceat. tametſi Eridanus, ut Pauſanias ait, Atticae quoque ſit fluvius, qui in Iliſſum emittitur, apud quem Orithya rapta fuiſſe fertur: ſed cum is quoque Peneo non ſit popularis, poëtae propoſito minus convenire videtur. quare *Apidanus* legatur, ne ineptus eſſe Ovidius coarguatur: eſt enim *Apidanus* Theſſaliae fluvius, quem idcirco poëta *ſenem* appellat, quod tardè admodum fluit, donec Enipeum admittat. REGIUS. At Coelius contra rectè legi cenſet, *Eridanus*, quod hoc nomine & Italiae, & Atticae, & etiam Theſſaliae fluvius ſit, citato ad hoc teſte Caecilio quodam Minutiano, vide l. 24. cap. 12. MICYLLUS. Regius, ut omnes jam ſciunt, ex *Eridanus* inſulſe fecerat, *Apidanus*. Quare non injuria ab aliis viris doctis hoc loco reprehenſus eſt. Hoc praeter Coelium Rhodiginum annotavit Bartholomaeus Merula. *Eridanus* aperte legitur in XXIII. manuſcriptis libris: quos, ſi totos propter temporis anguſtias evolvere non potui, multis tamen in locis percurri. In uno Vatic. eſt expoſitio, *leniter fluens*. Ponit & Eridanum fluvium in Theſſalia Apollodorus lib. 1. Bibliothecae. Unde perſpicuè apparet Regii error turpiſſimus. CIOFANUS. Naugerius notat in omnibus veteribus legi, *Eridanus*, ſed probat tamen *Apidanus*. Vivianus autem ex omnibus ſuis & Planude adſtruit, *Eridanus*. nec aliter XXIII. MS. Ciofani, qui *Eridanum* probat eſſe in Theſſalia ex Apollodoro. Noſtri quoque omnes, *Eridanus*. Sed vulgatam tuetur Lucan. VI. 372.

It gurgite rapto
Apidanus, numquamque celer, niſi miſtus Enipeus.

Error forte fluxit, quia & *Epidanus* a quibuſdam ſcribitur, ut apud Vibium Sequeſtrum in *Melas* & *Phaenix*. niſi & ibi *Apidanus* ſit reſcribendum. Vibius Sequeſter: *Apidanos Theſſaliae Enipeum influit*. HEINSIUS. in Francof. erat.

Eridanuſque fugax, laetuſque Amphryſos.

Forte pro:

Apidanuſque fugax, lentuſque Amphryſos.

581. *Moxque.*] Deinde. Reſpondet autem adverbio *primum*. CIOFANUS.

580. *Et Aeas.*] *Aous* eſt, ut auctor eſt Plin. lib. III. 23. Meminit & Livius lib. 2. de Bello Macedonico. GLAREANUS.

585. *Neſcit.*] Lege cum uno Mediceo, *nec ſcit*. HEINSIUS.

586. *An ſit apud manes.*] Plaut. Merc. III. 10. 17. *Ubi ego ſum, hic, an apud mortuos!*

588. *Juppiter illam.*] In eo, quem modo nominavi, libro, non *Illam*, ſed *Io* legitur. De hac ipſe alibi:

Dum nimium ſervat cuſtos Junonius Iö,
Ante ſuos annos occidit, illa Dea eſt.

Et rurſus:

Scilicet ex illo Junonia permanet ira,
Quo bos ex homine eſt, ex bove facta Dea.

Hunc poſtremum verſum repetit v. Fait. quo lectorem rejicio, ſi hoc plenius volet cognoſcere. De hac etiam fabula ſic Val Flaccus lib. IV. 346. qui etſi aliter eam narret, ad hunc tamen locum videtur reſpexiſſe, cujus haec ſunt carmina:

Illos, Nile, tuis nondum Dea gentibus Io
Tranſierat fluctus &c. CIOFANUS.

Juppiter Iö nonnulli. HEINSIUS. Sequitur Ovidius eos, qui Iö faciunt Inachi filiam: multos tamen Jaſi filiam ſtatuere videre potes apud Munker. in Hygin. Fab. 145. & Val. Flacc. IV. 353. *Jaſiam virginem* vocat, quam paullo ante *Inachida* dixerat, ubi Maſerius *Jaſiam* Argivam interpretatur. Jaſum & Phoronea antiquos reges Argivorum fuiſſe docet Lutat. ad Stat. 1. Theb. 541. & Schol. Euripidis ad Oreſt. vers. 930. Jaſi & Leucanes filiam facit. Et Euſebius Chronic. ad ann. CCCCLXXX. *Iö Jaſi filiae Jupiter mixtus eſt.* ubi Scaliger tamen monet in Graecis eſſe Ἰνάχου & eſſe Jaſi

filiam

Altorum nemorum, (& nemorum monſtraverat umbras)
Dum calet, & medio Sol eſt altiſſimus orbe.
Quod ſi ſola times latebras intrare ferarum;
Praeſide tuta Deo nemorum ſecreta ſubibis:
Nec de plebe Deo, ſed qui coeleſtia magnâ
Sceptra manu teneo; ſed qui vaga fulmina mitto.
Ne fuge me. fugiebat enim. jam paſcua Lernae,
Conſitaque arboribus Lyrcaea reliquerat arva;
Cum Deus inductâ latas caligine terras
Occuluit, tenuitque fugam, rapuitque pudorem.

In-

filiam Δευτέραν Ἰοῦς ex eodem Euſebio docet. Idem Euſebius ad A. ccccxxxi. Promethei filiam facit. Auctor Etymologi M. in Βόσπορος filiam Cadmi eſſe dicit. qui forte *Ino* in mente habebat, cum haec ſcriberet. Herodotus lib. I. cap. I. a Phoenicibus raptam in Aegyptum eſſe tradit. & cap. 5. illam cum gubernatore navis Phoeniciae rem habuiſſe, & metu patris ſponte cum Phoenicibus navigaſſe, cum quo facit fere Lycophron Caſſand. vs. 1291. ubi vide Tzetzen. Ex quibus apparet incerta fabularum fides, & fuiſſe confuſas duas puellas, quae utraque Iō dicta; ut Scaliger recte ſentit. Apollodorus porro lib. II. initio & Jaſi filiam facit, & addit Heſiodum & Acuſilaum Pirenis filiam tradere. Iſter vero apud Clement. Alexandr. lib. I. Strom. pag. 322. etiam Promethei filiam ſtatuit. forte quia ab Aeſchylo in Prometheo vincto magnas partes agens inducitur. Meurſius lib. I. de Regn. Athenienſi cap. XIV. Iō etiam *Atthida* dictam, unde Attica nomen habet, ex veteribus docet. ejus poſteros uſque ad Herculem habet Scholiaſtes Aeſchyli Prom. vinct. 773. BURMANNUS.

391. *Aut horum aut horum nemorum & monſtraverat ambas.*] Veterrimus Florentin. Neap. Thuan. & antiquiſſimae ſchedae Leodicenſes:

Altorum nemorum, & nemorum monſtraverat umbras

Quam lectionem Carolus Vivianus quoque ex pervetuſto codice notavit, & ego vulgatae praeferendam eſſe cenſeo. ſecundus Palatinus mendoſe:

Du horum nemorum aut horum, & monſtraverat umbras.

Forte: *Pete, dixerat, umbras*

Eia horum nemorum, & nemorum monſtraverat umbras.

Nam *Altorum* minus placet, cum *altiſſimus* verſu proximo ſequatur. ſimiliter ea vox corrupta libro II. vers. 691. & lib. VII. poſſet & legi *denſorum*, vel *ſolorum nemorum*. ut in illo Virgiliano lib. XI. 544.

——— *Juga longa petebat*
Solorum nemorum. HEINSIUS.

Altorum nemorum, ego rejicere non audeo, ita enim paſſim *altae ſilvae*. vid. III. 179. ſequenti vero verſu, *ſol artiſſimus* eſt in Thuaneo. forte, *acerrimus*. *Acer* enim ſol proprie dicitur, cum vehementiſſimi caloris eſt. ut Graecis ὀξύς. ita Horat. I. Sat. VI. *Sol acrior*. vide Clar. Graev. lect. Heſiod. cap. 10. Hae autem voces confunduntur ſaepe. ut Remed. Am. 651.

Flumine perpetuo torrens ſolet acrius ire.

Ubi codices alii, *altius*. praeterea in Mediceo uno erat, *dum calor* &c. BURMANNUS.

595. *Magna.*] *Dextra* Marg. Berſmanni. male. vide ad Eleg. in Druſ. 224.

598. *Conſitaque arboribus Lycea reliquerat arva.*] Tum ex Pauſania, tum ex vetuſto exemplari nos quoque *Lyncea* & correximus & expoſuimus. REGIUS. Caſtigandum cenſemus hoc carmen, & pro *Lycea*, *Lyrcea* reponendum, ne, ſi *Lycea* legas, & ſenſus & ſyllaba, quae prima in *Lycea* corripitur, repugnent. *Lyrcea* ergo arva iterum contendimus legendum. Inachus enim fluvius, ut ait Strabo, juxta Lernam labitur, qui oritur ex Lyrceo ad Cinvriam montem Arcadiae. De Lyrceo autem hoc Papinius in IV. Thebaidos 711. mentionem fecit hoc carmine:

Aret Lerna nocens, aret Lyrceus, & ingens
Inachus. Quem verſum Priſcianus pariter citat. JACOBUS A CRUCE. *Lirceia liquerat* pri. Vatic. Val. Flaccus lib. IV. 355. in hac eadem fabula:

——— *Dominam Lirceia tellus*
Antraque deprenſae tremuerunt conſcia ſylvae.

Graevio quoque noſtro *Lyrceia* probabatur. nam locus *Lyrceus*, unde *Lyrceius*. HEINSIUS. Vide Maſer. ad Val. Flacc. d. l. & ita Gronovius apud Statium lib. IV. Theb. 117. recte legit. *Qui ripas, Lyrcie, tuas, tua litora multo vomere ſuſpendunt.* cum vulgo *Lyncaee* legatur. *Lyrceus* & *Lyrcius*, ut *Spechius*. BURM.

599. *Inductâ.*] *Inductas lata caligine terras.* duo codices. nihil muta. lib. II. 307.

Unde ſolet latis nubes inducere terris.

Et 395.

Neve velit tenebras inducere rebus.

Interea medios Juno deſpexit in agros:
Et noctis faciem nebulas feciſſe volucres
Sub nitido mirata die; non fluminis illas
Eſſe, nec humenti ſentit tellure remitti,
Atque ſuus conjux, ubi ſit, circumſpicit; ut quae
Deprenſi toties jam noſſet furta mariti.
Quem poſtquam coelo non reperit; Aut ego fallor,
Aut ego laedor, ait. delapſaque ab aethere ſummo
Conſtitit in terris; nebulasque recedere juſſit.
Conjugis adventum praeſenſerat, inque nitentem
Inachidos vultus mutaverat ille juvencam.
Bos quoque formoſa eſt. Speciem Saturnia vaccae,
Quamquam invita, probat: nec non & cujus, & unde,
Quove ſit armento, veri quaſi neſcia, quaerit.
Juppiter è terrâ genitam mentitur, ut auctor
Deſinat inquiri. petit hanc Saturnia munus.

Quid

In Francof. erat, *totas.* in alio *longas.* Heinſius olim maluerat, *inductis lata caligine terris.*

602. *Noctis faciem.*] *Speciem* Neapolit.

605. *Atque ſuus.*] Offendit illa vocula *atque.* mallem, *jamque*, quae cum illa ſaepe permutata fuit. v. 1. Epiſt. 31.

606. *Bene noſſet.*] *Jam noſſet* meliores. Heins. nil opus. II. Am. XVIII. 39. *ſi bene te novi.* & alibi.

609. *Nebulaſque recedere juſſit.*] Scitè hoc Junoni tribuit. Eſt enim Juno aër, ergo in nebulas imperium habet. Ciofanus.

611. *Inachidos vultus.*] Iö Inachi filiam. Idem.

611. *Ille.*] Juppiter. Idem. *Ante* eſt in Leidencodice.

615. *Ut auctor.*] Id eſt Plaſtes, qui erat ipſe Juppiter. Douza.

617. *Addicere.*] *Abdicere* vel *abducere* olim editi & etiam nonnulli ſcripti, ſed meliores, *addicere*, & in Florentino addita erat Gloſſa, *id eſt dare, prodere.* ſic paſſim *addici* de iis, qui in ſervitutem alicui adjudicabantur.

618. *Qui ſuadeat illud.*] Optima quaeque exempl. manuſcr. non habent *illud*, ſed *illinc.* Omnino probabilius. Ciofanus.

622. *Exuit omnem.*] *Expulit* Florentinus.

623. *Anxia furti.*] *Furto* plures codices. ſed perperam. vide Epiſt. XX. 198.

624. *Ariſtoredae Argo.*] De Argo & ejus genere, Pherecydes, ut quidem in comment. Euripidis in Phoeniſſis citatur, hoc modo tradit: Ἄργος ὁ Διὸς γαμεῖ Πειθῶ, τὴν ἀκεανοῦ θυγατέρα. τοῦδε γίνεται Κρίασος· τοῦδε Ἐρευθαλίων, (ἀφ' οὗ Ἐρευθαλία πόλις ἐν Ἄργει) καὶ Φόρβας· τοῦ δὲ γίνεται Ἀρέσωρ, τοῦδε Ἄργος, ᾧ Ηρα ὀφθαλμὸν τίθησιν ἐν τῷ ἰνίῳ, καὶ τὸν ὕπνον ἐξαιρεῖται, καὶ ὑφίσταται καὶ φύλακα αὐτὸν τῇ Ἰοῖ. ἔπειτα Ἑρμῆς αὐτὸν κτείνει. Haec ille. Sunt autem qui non unum duntaxat oculum in occipiti habuiſſe hunc tradunt, ſed utrinque geminos. de qua re hi verſus eodem loco citantur:

Καὶ οἱ ἐπίσκοπον Ἄργον ἴει κρατερόν τε μέγαν τε
Τετράσιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμενον ἔνθα καὶ ἔνθα.
Ἀκάματον δὲ οἱ ὄρσε θεὰ μένος· οὐδὲ οἱ ὕπνος
Πίπτεν ἐπὶ βλεφάροις, φυλακὴ δ' ἔχεν ἔμπεδον αὐτόν.

Sed Ovidius Dionyſium ſecutus videtur, qui ut ibidem legitur, ἐν δεκάτῳ τοῦ κύκλου, βύρσαν αὐτὸν ἀμφίεσθαι, ait, καὶ κύκλῳ τὸ σῶμα ὅλον ὠμματῶσθαι. Ceterùm Areſtorem, Argi patrem, Pauſanias Inachi generum dicit, Mycenes, à qua urbs Mycenae appellata, conjugem. Micyllus. Lege *Areſtoridae.* Apollodorus lib. II. de Argo, ὃν Ἀσκληπιάδης μὲν Ἀρέσορος λέγει υἱὸν, Φερεκύδης δὲ Ινάχου. Idem tamen alibi Agenoris filium facit. Heinsius. Et huic Argo accidiſſe idem, quod modo in Iö notavimus, ut confuderint cum alio, oſtendit Gronovius Diatr. Stat. 55. ubi ex Apollon. lib. I. oſtendit Argum, qui navem Argo fabricavit, Areſtoris filium fuiſſe. ſed & hunc Argum centoculum Areſtoris filium facit Servius ad Virg. VII. 791. ubi male *Ariſtoris* editur. Tzetzes ad Lycoph. 883. *Eſtoris*, pro *Areſtoris*, vel *Alectoris* filium facit Argum Argi navis fabricatorem. & ipſe Apollonius lib. I. Arg. 112. *Areſtoridem* vocat. vide Munker. ad Hygin. 14. & Voſſii Inſtit. Poetic. lib. I. cap. III. §. 6. ſed antiquiorem eſſe centoculum patet ex Val. Flac. IV. 351. ubi fabulam

Ius

Quid faciat? crudele, ſuos addicere amores:
Non dare, ſuſpectum. pudor eſt, qui ſuadeat illinc;
Hinc diſſuadet amor. victus pudor eſſet amore:
Sed, leve ſi munus ſociae generisque torique
Vacca negaretur, poterat non vacca videri.
Pellice donatâ, non protinus exſuit omnem
Diva metum; timuitque Jovem, & fuit anxia furti;
Donec Areſtoridae ſervandam tradidit Argo.
Centum luminibus cinctum caput Argus habebat:
Inde ſuis vicibus capiebant bina quietem:
Cetera ſervabant, atque in ſtatione manebant.
Conſtiterat quocumque modo; ſpectabat ad Iö:
Ante oculos Iö, quamvis averſus, habebat.
Luce ſinit paſci: cum Sol tellure ſub altâ eſt,
Claudit, & indigno circumdat vincula collo.
Frondibus arbuteis, & amarâ paſcitur herbâ:

Pro-

Ius refert ad antiquiora tempora Argonauticâ expeditione:

Videre priores
Saepe Jovem terras, Argivaque regna Pelaſgûm
Virginis Iaſidae blandos deſcendere ad ignes.

Quin & tertium Argum, Phrixi & Chalciopes filium confundit cum fabro navis Pherecydes apud Schol. Apollon. II. 1125. quem Acuſilaus & Heſiodus Jophoſſae filium faciunt. hic Argus duxit Perimelen, Admeti filiam, ex qua Magnes, & ex eo Hymenaeus, Anton. Lib. c. XXIII. ſunt & qui Argum centoculum conditorem urbis Argi faciunt, filium Apis, nepotem Phoronei. praeterea centoculum Aleuae filium facit Schol. Aeſchyl Prom. vinct. vers. 570. Scholiaſtes vero Euripid. ad Phoen. ỹs. 1123. etiam Areſtoris filium, qui Phorbantis, ille Criaſi, & iſte Argi, qui Jovis filius fuit. quod ſtemma tamen aliter refertur ad Oreſt. 930. Burmannus.

625. *Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.*] Ob hanc rem Argus dicitur à Plauto *oculeus.* ejus verba ſunt in Aulularia III. II. 19.

Quos (coquos) *ſi Argus ſervet, qui oculeus totus fuit,*
Quem quondam Iöni Juno cuſtodem addidit,
Is nunquam ſervet. Ciofanus.

626. *Inde ſuis vicibus.*] In uno Vatic. *Inque ſuis.* Illam magis probo. Ciofanus. Et ego: non enim *in vicibus*, ſed *vicibus* Latine dicitur. vide Barth. lib. IX. Adverſ. 9. ſic apud Livium lib. XLV. 9. *Inde morte Alexandri diſtractum in multa regna, dum ad ſe quiſque opes rapiunt lacerantes viribus*; in quibus cum ſenſus commodus non eſſet, Cl. Gronovius conjecit, *laceratis viribus*, quam ſine ulla haeſitatione conjecturam Clericus in ipſum textum recepit, quod ipſe Gronovius noluit. Mihi vero placeret una ſyllaba mutata legere, *lacerantes vicibus.* quod egregie bella illa quatuor vel quinque inter ſucceſſores Alexandri probant, quibus varia ſorte & vicibus bellorum quiſque laceravit imperium ab Alexandro quaeſitum. Plin. II. 47. *Omnes venti vicibus ſuis ſpirant majore ex parte.* Et ita ille ſaepius loqui amat. Claudian. II. in Ruf. 74.

Sermonumque fuit vicibus permiſſa poteſtas.

Tota autem locutio deſumta eſt a re caſtrenſi, ubi milites vicibus ſtationes, excubias & alia munia militaria obibant. Claud. II. in Eutr. 418.

Vicibus cuſtodia nullis
Advigilant vallo.

Vide & quae notavimus ad Quinct. II. Declam. 2. Burmannus.

627. *Atque in ſtatione manebant.*] Metaphora à militibus ſumpta. Ciofanus.

638. *Quocumque loco.*] *Modo* meliores. Heins. Eadem varietas lib. VI. Faſt. 118.

Et latet, & nullo eſt invenienda modo.

& ibi *loco* nonnulli. & I. Pont. I. 4.

Dumque aliquo, quolibet abde loco.

Ut ibi legendum, non *modo*, ut quidam codices. vide ad Eleg. in Druſ. 340. Burm.

632. *Frondibus arboreis.*] *Arbuteis* Berneggerianus; aliquanto rectius. Faſt. VI. 155.

Protinus arbutea poſtes ter in ordine tangit
Fronde, ter arbutea limina fronde tegit.

Malim etiam *amara veſcitur herba*, quam *paſcitur.* quod *paſci* paulo ante praeceſſerit. Horatius libro II. Sat. III.

Ac potius foliis parcus veſcatur amaris. Heins.

De voce *arbuteus* vide ſupra ad ỹs. 104. cetera

Proque toro, terrae, non ſemper gramen habenti,
Incubat infelix; limoſaque flumina potat.
Illa etiam ſupplex Argo cum brachia vellet
Tendere; non habuit, quae brachia tenderet Argo:
Conatoque queri mugitus edidit ore:
Pertimuitque ſonos: propriâque exterrita voce eſt.
Venit & ad ripas, ubi ludere ſaepe ſolebat,
Inachidas ripas: novaque ut conſpexit in undâ
Cornua, pertimuit, ſeque externata refugit.
Naïdes ignorant, ignorat & Inachus ipſe,
Quae ſit. at illa patrem ſequitur, ſequiturque ſorores:
Et patitur tangi, ſeque admirantibus offert.
Decerptas ſenior porrexerat Inachus herbas;
Illa manus lambit, patriisque dat oſcula palmis;
Nec retinet lacrimas: &, ſi modo verba ſequantur,
Oret opem; nomenque ſuum, caſusque loquatur.

Li-

hunc verſum ex Calvo antiquo Poëta expreſſiſſe videtur, qui in Iö dixit:

Ah virgo infelix herbis paſceris amaris.

Quem adduxit Servius ad Virg. Eclog. VI. 47. BURMANNUS.

637. *Et conata queri mugitus edidit ore, Pertimuitque ſonos, propriaque exterrita voce eſt.*] In epiſt. ad Lynceum de eadem:

Et conata loqui mugitus edidit ore,
Territaque eſt forma, territa voce ſua. CIOFAN.

Scribe cum primo Palatino, & uno meo, *Conatoque queri.* Urbinas codex, *Conatoque loqui.* jam monui ad Epiſtolam XIV. vers. 191. HEINSIUS.

639. *Venit & ad patrias ubi ludere ſaepe ſolebat, Inachidas ripas, novaque ut conſpexit in undâ Cornua, pertimuit.*] In ea, quam modo adduxi epiſtola:

Aſtitit in ripa liquidi nova vacca parentis,
Cornuaque in patriis non ſua vidit aquis.

Cetera quae ad hanc fabulam faciunt, pete ex eadem epiſtola. In prima editione teſtatus ſum in omnibus libris calamo notatis legi:

Venit & ad ripas ubi ludere ſaepe ſolebat
Inachidas patrias:

judicavique id eſſe non magni momenti: nunc vero non ſolùm non parvi, verum etiam maximi eſſe cenſeo. nam τὸ *ubi*, magis voci *ripas*, quam *patrias* convenit. Diomedes praeterea ſubtracto, ut fit, Ovidii nomine, eo modo, quo legitur in antiquis libris, hunc verſum citat, quemadmodum ſine ulla prorſus dubitatione legendum. CIOFANUS. *Venit & ad patrias* editiones nonnullae & ſcripti complures. unus Baſil. *Venerat ad ripas.* Puto:

Venerat ut patrias, ubi ludere ſaepe ſolebat,
Inachis ad ripas.

Vide Notas libro II. vers. 638. aliter tamen hunc verſum citat Diomedes Grammaticus, & cum vulgatis facit, diſſimulato tamen Naſonis nomine. HEINSIUS.

641. *Seque externata refugit.*] Libri vett. *Seſeque exterrita fugit.* Placet. CIOFANUS. Rectius in multis, *ſeque externata refugit. exterrita* jam praeceſſerat. lib. XI.

Externata fugam fruſtra tentabat.

In Ibin 430. *Externati ſolis equi.* & infra lib. II. *Conſternantur equi* de Phaëthonte. ita enim meliora exemplaria. Apulej. Met. III. *Externatus animi* & in Apolog. *Ad oblivionem praeſentium externari.* HEINSIUS. ubi vide Pricae. pag. 111.

642. *Ignorat & Inachus.*] *Miratur & Inachus.* Bonon. & Genev.

647. *Si modo verba ſuperſint.*] Plerique veteres, *Verba ſequantur.* quod non diſplicet. CIOFANUS. *Sequantur* iidem. Met. XI. 327.

Lingua tacet; nec vox tentataque verba ſequuntur.

Apud Maronem libro XII. 911.

—— *Non corpora nota*
Sufficiunt vires, nec vox aut verba ſequuntur.

Statius Theb. XI. 602.

—— *Nec verba diu tentata ſequuntur.* HEINS.

649. *Littera pro verbis quam pes in pulvere duxit.*] Idem & Raphael, cum recte haec primum explicaſſet, ſubjunxit haec verba: Bovis enim pes *i*, & *o*, litteras exprimere videtur. ſed id non placet; quin potius exiſtimamus in Iö manſiſſe rationem, ut in Ulyſſis ſociis tum alii poëtae, tum Homerus commemorat. quare etiam Vacca Iö per pedes duas formare litteras potuit. proximo item carmine idem Raphaël, ſi codices non errant, *peregit* exponit, per *efficit* praeſens, ſed *effecit*

Litera pro verbis, quam pes in pulvere duxit,
Corporis indicium mutati triſte peregit.
Me miſerum! exclamat pater Inachus: inque gementis
Cornibus, & niveae pendens cervice juvencae,
Me miſerum! ingeminat. tune es quaeſita per omnes,
Nata, mihi terras? tu non inventa repertâ
Luctus eras levior. retices, nec mutua noſtris
Dicta refers. alto tantum ſuſpiria prodis
Pectore: quodque unum potes, ad mea verba remugis.
At tibi ego ignarus thalamos taedasque parabam:
Spesque fuit generi mihi prima, ſecunda nepotum.
De grege nunc tibi vir, nunc de grege natus habendus.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores:
Sed nocet eſſe Deum. praecluſaque janua leti
Aeternum noſtros luctus extendit in aevum.
Talia moerenti ſtellatus ſubmovet Argus,

Ereptam-

fecit legendum. *Me miſerum*, idem, quod continuo ſequitur, *O* ait, ſubintelligitur, quod frequenter in exclamationibus omittitur levioribus, quaſi haec ſit levis exclamatio: ubi pater invenit filiam in vaccam tranſmutatam. GLAREANUS.

649. *Quam pes in pulvere duxit.*] Duo Vat. *In pulvere fecit.* CIOFANUS. Ne muta, *duxit*, vid. III. Art. Am. 493.

654. *Tu non inventa reperta es. Luctus eras levior.*] Signat differentiam inter *invenire* & *reperire* Poëta. *invenimus* enim quaerentes, *reperimus* caſu. REGIUS. Nugantur Grammatici, qui ex hoc loco contendunt inter *reperire* & *invenire* differentiam eſſe. Primus Laurentius Valla depravata deceptus lectione in ſententiam ſuam pertraxit Janum Parrhaſium, virum ſane pereruditum, commentariis in Claudiani raptum Proſerpinae praefat. vers. I. Eraſmum in Matthaei cap. I. H. Stephanum in Pſeudo-Cicerone, alioſque. Quicquid obnituntur libri veteres, meo periculo ſcribe:

Tu non inventa repertâ
Luctus eras levior.

Idque poſtea Paraeum in Lexico Critico jam vidiſſe deprehendi. Tu cum nondum inventa eſſes luctus levior eras, quam nunc es inventa. Vir ſummus Gerardus Voſſius Inſtit. Orator. lib. IV. c. XII. ſic interpretatur. *Reperi filiam forma vaccae indutam, eoque filiam reperi & non reperi.* HEINS. Multis de hoc loco, & verbis *reperire* & *invenire* agit Floridus Sabin. lib. I. Subcef. Lect. c. 7. Tentarunt etiam exponere Robert. Titius loc. contr. VIII. 21. & Turneb. lib. IV. Adv. 17. ſed fruſtra omnes: nam vera lectio, quam Heinſius reduxit, omnes aeſtus componit. eam vero Paraeum ſibi ſubleginſſe dicit Gruterus in notis Taubinannianis ad Plaut. Capt. II. Sc. III. 81. Gloſſa codicis Leidenſis explicat, *tu non inventa filia, reperta es vacca.* utrumque vero verbum etiam eadem ſignificatione in unam periodum confertur a Fabio lib. V. Inſt. Orat. cap. 10. *Hoc reperire facilius, quam cum inveneris, argumentis adjuvare.* BURMANNUS.

656. *Suſpiria ducis.*] *Prodis* unus Mediceus, unus Baſileenſis, & unus meus. nam *ducere* jam praeceſſerat paulo ante. HEINSIUS. Ita *edere gemitus* lib. II. 621. & Epiſt. XI. 5. Sed tamen mallet quis forte *promis*, ut apud Martial. X. 80.

Et gemitus imo promit de pectore.

Ubi in tribus Voſſianis reperi *ducit*, quod praeferrem: nam aperta eſt Virgilii imitatio, qui lib. II. Aeneid. 288.

Sed graviter gemitus imo de pectore ducens.

Et idem Martialis lib. XI. 40.

Convenis, obſervas, quereris, ſuſpiria ducis.

Noſter lib. XI. 402.

Myrrha, patre audito, ſuſpiria duxit ab imo
Pectore.

Et ita paſſim Noſter & alii. hic tamen, *prodis* retinui. ſic apud Claud. II. in Eutr. 192.

Continuo ſecat ungue genas, & tempore pandit
Arrepto gemitus.

Ubi Thuaneus codex, *prodit*, quod nihilo deterius cenſet Heinſius. BURMANNUS.

658. *Thalamos, taedaſque parabam.*] In uno meo, *taedas, thalamoſque.* Paullo rectius. CIOF.

660. *Et de grege.*] *Nunc de grege* nonnulli veteres, ut legibus metricis conſulatur. Mox puto ſcribendum, *ſed nocet eſſe Deo*, non *Deum*. Vide notas in Elegiam de Nuce Ys. 107. HEINSIUS.

662. *Praecluſaque janua leti.*] Sic Lucretius:

665 Ereptamque patri diverſa in paſcua natam
Abſtrahit. ipſe procul montis ſublime cacumen
Occupat: unde ſedens partes ſpeculetur in omnes.

Fab. XI. Argumentum.

Mercurius in Paſtorem.

Jupiter mittit Mercurium [a] *in habitu paſtoris ad Argum* [b] *ſupradictum interficiendum.*

NEc Superûm rector mala tanta Phoronidos ultra
Ferre poteſt: natumque vocat; quem lucida partu
670 Pleïas enixa eſt: letoque det, imperat, Argum.

Parva

Haud igitur leti praecluſa eſt janua menti.
Et Val. Flaccus lib. III.
Patet ollis janua leti.
Idem lib. IV.
Praemia ſed manes, recluſaque janua leti.
Ciofanus.

664. *Talia dicenti ſtellatus ſummovet Argus.*] *Dicentem* quidam invertunt, & ſaniorem lectionem eſſe ajunt. Nos verò ita *dicenti* adhaeremus: ut *dicentem* penitus à candido poëtae ſenſu abhorrere ſentiamus, cum praeſertim vetuſtum exemplar noſtrae ſententiae aſtipuletur, quamvis non *dicenti*, ſed *quaerenti* in eo legatur. Regius. Duo Vatican. duo Caeleſt. Ern. & Iö. D. Domin. Ab. & unus meus, *Talia maerentem.* Rectius. Hoc quoque modo antea legebatur in altero item meo, in quo poſtea aliena manu & atramento emendatum eſt, *Maerenti.* Haec etiam varietas notata eſt ad marginem unius Caeleſt. *Maerenti* eſt etiam in libro Capran. Sed, ut dixi, rectius *maerentem.* Intellige autem Iö, quae ea, quae ſibi ab Inacho patre ſuo dicta ſunt, moerebat. Atque haec eſt vera hujus loci ſententia. Ciofan. *Moerenti* longe elegantius primus Moreti & octo alii. *Talia moerenti natam ſubmovet.* In nonnullis, *dicenti*, *querenti*, *miranti*, & ſimilia. ſed perperam. Silius libro XVII. 269.

Talia dum moeret, diverſis flatibus acta
In geminum ruit unda latus. Heinsius.

Vocem *moerere*, cum *mirari* confundi docebunt adnotata viris doctis ad Cicer. pro Sextio cap. XXXIX. *moerere* cum accuſativo conſtrui vidimus ad Quinctil. III. Inſtit. 6. vid. inf. VII. 720. *ſtellatum* vero *oculis* Argum etiam dixit Nemeſian. Cyneget. 31. Burman.

666. *Abſtrahit, ipſe.*] *Abſtrahit, inde procul.* Medic. Florent. & tres alii. *abſtulit, inde* Vivian.

667. *Partes ſpeculatur in omnes.*] *Speculetur* malim. atque in uno Mediceo à manu primâ extabat. Heinsius.

[a] *In habitu.*] *In habitum* Colon.

[b] *Supradictum.*] Deeſt Colon.

671. *Potenti.*] *Potente* plurimi ſcripti. ſic *florente* inf. II. 27. *praeſtante.* III. Ep. 35. *Cepiſſe manu* Moreti unus.

677. *Dum venit, adductas.*] *Abductas* ſcribendum vel invitis libris, quod furaciſſimo Deo conveniens. lib. II. 684.

Incuſtoditae Pylios memorantur in agros
Proceſſiſſe boves. videt has Atlantide Majâ
Natus, & arte ſuâ ſilvis occultat abactas.

Pro *venit* etiam multi veterum, *veit* vel *vehit.* Puto, *Dumque agit abductas*, ut cum ſequenti verſu haec conſtruantur. Scriptum primo fuerat eliſo τῷ *a*, *Dumque git abducta.* Inde *Dum veit* poſtea factum. ſic libro IV. 100.

—— *Obſcurum timido pede fugit in antrum?*
Dumque fugit, tergo velamina lapſa relinquit.

Heinsius. Nihil muto, niſi *adductas* in *abductas.* non enim ex coelo adduxerat capellas, ſed dum venit, id eſt, it ad Argum, capellas abductas agit ex vicinis agris, quibus ut paſtor inſtructus, nunc perſonam paſtoris agit. Celeritatem furti notat; non anxie conquirebat vaccas, ſed ſtatim ut venit, obvias abducit in devia. Burm.

678. *Voce novae artis.*] An hoc Latine dicatur dubito, & plerique codices habent, *voce nova.* unus etiam:

Voce nova captus cuſtos Junonis & arte.

Ut infr. 711.

Arte nova vociſque Deum dulcedine captum.

Sed elegantiſſima eſt unius Thuanei codicis ſcriptura, quam venuſtatis pleniſſimam amplector:

Voce nova captus cuſtos Junonius; At tu,
Quisquis es, hoc poteras mecum conſidere ſaxo.

Ut inf. 760.

Parva mora eſt, alas pedibus, virgamque potenti
Somniferam ſumſiſſe manu, tegimenque capillis.
Haec ubi diſpoſuit, patriâ Jove natus ab arce
Deſilit in terras. illic tegimenque removit,
Et poſuit pennas: tantummodo virga retenta eſt.
Hac agit, ut paſtor, per devia rura capellas,
Dum venit abductas: & ſtructis cantat avenis.
Voce novâ captus cuſtos Junonius, At tu,
Quisquis es, hoc poteras mecum conſidere ſaxo,
Argus ait: neque enim pecori fecundior ullo
Herba loco eſt: aptamque vides paſtoribus umbram.
Sedit Atlantiades, & euntem multa loquendo
Detinuit ſermone diem: junctisque canendo
Vincere arundinibus ſervantia lumina tentat:

Ille

At tu, ſi modo ſum coeleſti ſtirpe creatus;
Ede notam tanti generis.
Remed. am. 371.
At tu, quicumque es, quem noſtra licentia laedit.
Et ita ſaepe Noſter & alii. ſimili fere modo mox lib. II. 691.

Et Eia
Quisquis eſt, hoſpes, ait.

Ubi etiam legi poſſet, *Et, At tu* &c. apud Martialem quoque lib. VII. 33. haec particula forte reponenda:

Non deeſt protinus ecce de malignis,
Qui ſic rancidulo loquatur ore;
At quid tu, domini deique noſtri
Praefers muneribus Neronianas.

Vulgo, *ut tu.* Burmannus.

679. *Hoc poteris mecum conſidere ſaxo.*] *Poteras* cum melioribus. primus Moreti & ſex ſeptemve alii, *requieſcere ſaxo.* ut apud Maronem Eclog. I.
Hic tamen hanc mecum poteras requieſcere noctem.
Ita enim legit Aruſianus Meſſius in Elocutionum libello necdum edito, quem nos Neapoli aliquando deſcripſimus. Vulgati, *hac poteris requieſcere nocte.* Tibullus libro. III. Eleg. VII.
Quam vellem longas tecum requieſcere noctes!
Heinsius. Sic & lib. VIII. 47.
Me tamen accepta poterat deponere bellum.
Et 63.
Impenſaque ſui poterat ſuperare cruoris.
Ita enim codices nonnulli. Burm.

681. *Aptamque vides paſtoribus umbram.*] *Gratamque* Junii codex. & unus Bononienſis pro varia lectione. Propert. I. XX. 34.
Grata domus Nymphis humida Thyniaſin.
Virg. II. Georg. 402.
Et pecori jam gratior umbra eſt.
Sic & II. Am. VII. 25.
Et tibi per doctas grata miniſtra manus.
Ubi alii codices, *apta.* & IV. Pont. VIII. 44.
Principibus res eſt gratior ulla viris.
Et ibi *aptior* multi. Burm.

682. *Atlantiades.*] Pro *Atlantides* ait Priſc. lib. I. Ciofanus.

683. *Detinuit ſermone diem.*] Alio modo loquitur Plautus in Trinummo. III. III. 66. *In hujuſmodi negotio diem ſermone terere, ſegnities mera eſt.* Et alio Horat. I. Epiſt. VIII.
Noctem ſermone extendere. Ciofanus.
Ita hunc verſum etiam Priſcianus laudat, lib. II. pag. 584. & ſimiliter videtur loqui Noſter IV. Pont. X. 67.
Detinui, dicam, tempus curaſque fefelli.
Sed ibi *detinui* poteſt ad Pedonem referri, & *fefelli tempus & curas* conjungi. ſic *detinere* aliquem *ſermone* paſſim dicitur. ut Ter. Eun. II. 2. 49. *Detineo te.* Quinct. Decl. XV. 5. de meretrice: *Omnis in hoc collata meditatio, ut ſolicitet adſpectu, detineat ſermone.* ſcilicet amatores, & ita alii. ſed ſemper dubitavi, an *detinere euntem diem ſermonibus* recte & eleganter dicatur, cum contra confabulando fallamus & breviorem faciamus diem, ut ſenſim & non intellectus tranſeat: *detinere* vero eſt morari, quod a Mercurii propoſito alienum, qui breviorem diem, ut Argum deceptum occideret, facere volebat. nam non credendum puto Gebhardo, qui lib. I. Crepund. IX. explicat, pro conſumere fabulis & tranſigere, cujus locutionis vellem vel unum exemplum ex probato auctore attuliſſet. in Pervigilio Veneris vers. 45. legitur quidem:
Detinent, & tota nox eſt pervigilata cantibus.
Ubi Heinſius malebat, *detinenda tota nox & pervigilanda cantibus*, quod admitti poſſet, quia ibi extendere & producere verius mallet, quam contrahere. quamquam ex tam corrupto loco, ut notae & conjecturae virorum doctorum docent, nihil efficere licet. ſimiliter Manil. lib. V. 329.

Mul-

685 Ille tamen pugnat molles evincere ſomnos:
Et, quamvis ſopor eſt oculorum parte receptus:
Parte tamen vigilat. quaerit quoque, (namque reperta
Fiſtula nuper erat) quâ ſit ratione reperta.

Fab. XII. Argumentum.

Syringa Nympha in fiſtulam.

[a] *Syringa Nympharum Najadum, quae* [b] *circa Nonacrinum montem Arcadiae vagabantur, ſpecioſiſſima proditur fuiſſe. quam cum Pan* [c] *Mercurii filius adamaſſet;* [d] *& eam*

Mulcebitque ſono Bacchum, noctesque tenebit.
Ubi Scaliger, *noctisque tenebris*, quod durius. Mollius certe fuiſſet *noctiſque tenebras*, ut Francius volebat. ſed *tenere noctes* eſt potantes & genio indulgentes delectare. ut ita *tenere* explicat Cl. Graev. ad Cicer. VI. ad Fam. 12. vel ſi quis *noctes tenere* velit explicare pro tranſigere & producere, ut longius videantur durare, eodem modo ut in Pervigilio Veneris, nihil pugnabo. & plura loca ſunt, ubi dies vel noctes genio, vel Veneri dicatae, *educi*, *extrahi*, *extendi* vel *tendi*, ut in Horatii loco a Ciofano laudato legitur, dicuntur. ſic *educere* Val. Flac. I. 251. ubi pluribus id agemus. *extrahere* dicitur Orpheus *teſtudine* ibid. vers 277. quod Maniliano loco convenit. *producere* Propert. I. III. 39. ubi vide Broukh. & infinita talia. in verbis vero *terere*, *conterere*, *decipere*, *lacerare*, *abſumere*, *conſumere diem*, & quae ſunt ſimilia, ſemper ſenſus ille ineſt, ut brevior fiat fabulationibus: quare forte hic recipienda lectio, quam ſuppeditat codex Urbinas, in quo eſt, *demuit*, ſcripta voce per compendium, pro *diminuit*: ſic lib. VI. 60. pro,

Studio fallente laborem.

Erat in codicibus nonnullis, *minuente*, quae eadem varietas eſt in lib. IV. 295.

Studio minuente laborem.

Et hoc eſt quod Horatius lib. I. Od. I. dixit, *partem ſolido demere de die*, vel *frangere* diem, ut alii. Ita V. Triſt. XIII. 27.

Utque ſolebamus conſumere longa loquendo
Tempora, ſermonem deficiente die.

Et II. ex Pont. X. 37.

Saepe dies ſermone minor fuit, inque loquendum
Tarda per aeſtivos defuit hora dies.

Inf. lib. IV. 41. *quod tempora longa videri non ſinat.* propius accedunt verba Ciceronis lib. III. de Orat. 49. *Sed eo te ne laudandi quidem cauſſa interpellavi, ne quid de hoc tam exiguo ſermonis tui tempore, verbo uno meo diminueretur. implere diem ſermonibus* dixit Noſter lib. VII. 665. ubi etiam quidam codices, Gebhardo & Heinſio inſpecti, *detinuere*, alii, *implicuere*. forte pro, *imminuere*. ſed ibi nihil mutandum ſentio, cum recte *longum diem implere* ſermonibus dicantur, qui nihil agunt niſi fabulari, ut Florus II. 12. *Quorum ſpectaculo triduum implevit.* Ut nihil vacui temporis a ſpectaculo ſit relictum. Quinctil. Decl. VIII. 13. *Hoc tu parvum eſſe credis ſpatium, quod diverſis pariter rebus impletur.* ſi tamen pertinaciter quis τὸ *detinuere* retinendum cenſeat, mallem ego legere:

Et euntem multa loquendo
Detinuit ſermone ducem.

Ducem nempe Argum, qui Iö ducebat. *euntem* vero eſt ire volentem, properantem. ut lib. VI. 323.

Gentisque illius eunti
Ipſe ducem dederat.

Sed in primo Mediceo erat *eundem*. Ita *tenebat ſermone deam*, lib. III. 364. ut & Cicero & alii locuti ſunt. Noſter Remed. 271.

Diceris his etiam, cum jam diſcedere vellet,
Dulichium verbis detinuiſſe ducem.

Sed praefero priorem emendationem. nam ſedebat cum Mercurio Argus. Burmannus.

684. *Tentat.*] Mediceus unus, *certat*. eleganter & accommodatius τῷ *vincere*. Ita & III. 663. ex MS.

Geminaque ope currere certant.

Vulgo, *tentant*. Virgil. IX. Aeneïd. 519.

Sed pellere vallo
Miſſilibus certant.

Ubi etiam alii codices, *tentant*. ſic ſaepe *pugnat*, quod mox ſequitur, hoc ſenſu dixit Noſter, pro quo etiam paſſim *tentat* in quibuſdam ſcriptis. vide inf. vers. 349. Heinſ. ad III. Faſt. 307. & ad Claud. II. Rapt. 196. *ille diu* etiam Leidenſis pro varia lectione. Burm.

[a] *Syrinx.*] In Birckm. C. V. *Syringa*, male, uti colligo ex altero loco infra, ubi V. habet *Syrinx*. Birkm. *Syringas.* pro *Nympharum Naidum* in V. maculoſe ſcriptum vifitur, *Dearum Nympharum nata.* in C. *Nympharum Naiadarum.* Giselin. *Syringa* non dubitavi reſcribere ex MS. quamquam *Syrinx* reptaeſentant Edd. omnes. Rationem ultra non quaerit, ſi quis legerit, quae ad Hyginum & Fulgentium non uno loco a nobis annotata ſunt.

Confer

eam perſequens ad amnem [c] *Ladonem Arcadiae compuliſſet ;* [f] *ne vi caſtitatem deponere cogeretur , ſororum auxilio* [g] *in arundines converſa eſt. Ex quibus fiſtula compoſita eſt , quae nomine ejus apud Graecos* [h] *Syringa nuncupatur.* [i] *cujus cantu Argus in ſomnos compulſus eſt : quo facilius eum Mercurius interficere poſſet.*

690 TUm Deus, Arcadiae gelidis ſub montibus, inquit,
Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naïas

(Confer etiam quae infra ad lib. II. 7. IV. 18. VI. 1. dicentur. Servius ad Eclog. II. 31. *Ergo Pan , ſecundum fabulas , amaſſe Syringam Nympham dicitur.* Munker. *Syrinx* Edd antiquae. *Syringa Nympharum Naiadumque.* Colon.

[b] *Circa Nonacrinum montem Arcadiae.*] MS. *circa Nonacrum.* Unde putes faciendum , *Nonacrim.* Sed infra invenies rurſus lib. II. fab. 5. *circa Nonacrinum montem.* lib. IV. II. *Circa montem Nonacrinum moratus. Vertex Nonacrinus* eſt Hygin. Mythol. cap. 177. Ita *jugum Maleum* , *ἀντὶ τοῦ jugum Maleae* apud Flor. lib. II cap. 9. *vertex Cyllenaeus* apud Ovid. lib. XI. Met. ỽs. 301. *Peliacus vertex* apud Catull. Carm. LXV. ỽs. 1. Munkerus. *quae circa montes Arcadiae* Lugd. Micyll. Raener. Frellon. *circa Nonacrum montem* Parm. forte , *Nonacrium* , ut *Nonacrius Heros* lib. V. Faſt. 97.

[c] *Mercurii filius.*] In C. *DS. Mercurii* , quod memoro , ſi fortaſſe e libris bonae notae ſumpta eſſet ſcriptura illa. Birkm. *Pan Demogorgonis filius.* Giselin.

[d] *Et eam perſequens.*] Sic Edidit Giſelinus. MS. *perſequeretur.* Venet. & Raener. hoc amplius , *& eam perſequeretur , cum eam ad amnem* &c Lege , *& eam perſequens , cum ad* &c. Repetitum eſt otioſe illud *cum.* ut lib. II. fab. 2. *Cum Liguriam incoleret , & in ripa Eridani amnis , quem quidam Padum vocant , cum vidiſſet.* Confer ejuſdem libri fab. 5. & libr. XI. fab. 1. reperire eſt illius locutionis exempla complura apud Hyginum , tanquam Mythol. cap. 28. *Hi cum Dianam comprimere voluiſſent , quae cum non poſſet viribus eorum reſiſtere* &c. vide quae ad eum locum annoto. Munker. *& eam perſequens uſque ad amnem* Micyl. Colon.

[e] *Ladonem.*] *Ladona* Veneta & Raeneriana , *Ladonam* MS. quod vereor ne fruſtra ſpreverint ſcioli. Munker.

[f] *Ne vi.*] *Ne ad caſtitatem deponendam cogeretur.* Colon. *ne vi c. deponeret.* Marg. Giſelin.

[g] *In arundines converſa eſt , ex quibus &c.*] Venet. Colon. & Raener. *In arundinem converſa eſt , ex qua* &c. ſane *arundinem* exhibet etiam MS. Munk. ita & Parmen. Lugd. Colon. & reliquae Edd. praeter Heinſianam.

[h] *Syringa.*] *Syringos.* Colon.

[i] *Cujus cantu.*] Haec & reliqua non habet Raener. *cujus cantu in ſomnis Argus comprehenſus eſt. q. f. e. M. interficeret.* Colon. *in ſomnum.* Giſelin.

689. *Gelidis in montibus.*] Unus Leidenſis & alter Heinſii codex habent , *ſub montibus* , quam veram lectionem putem , alteramque a librario ſibi placente ſuppoſitam. ſic lib. II. 703. *& eunt ſub montibus illis.* & lib. III. Am. VI. 7. Moreti codex habebat :

Adpoſito nivibus ſub monte ſolutis.

Horat. IV. Od. 4.

Videre Rhoeti bella ſub Alpibus
Druſum gerentem.

Propert. III. I. 45.

Quin etiam , Polypheme , fera Galatea ſub Aetna
Ad tua rorantes carmina flexit equos.

Et ita paſſim alii , neque quiſquam dubitavit paullo literatior , recte *ſub montibus* dici fieri , quae in montibus vel ad radices eorum , vel circa eos fiunt. Non tamen concoquere in Catullo Carm. LXIV. potuit Iſaacus Voſſius :

Ego vitam agam ſub altis Phrygiae columinibus.

Niſi *columina* cum Turnebo lib. XXI. Adverſ. cap. ult. pro arboribus ponantur. nec *ſub culmine* , pro *in culmine* Latine dici poſſe credidit. ſed cum neque Turnebus , neque Voſſius ullo idonei ſcriptoris loco probent *columina* pro arboribus dici , recte vero *columen* idem ſaepe , quod *culmen* notare , oſtenderint Delrius ad Senec. Herc. Fur. 1000. & Gronov. ad Thyeſt. 55. nos a Catullo , cum Scaligero credimus *ſub columinibus* , recte dici pro in montibus. apud Lucanum quoque lib. VII. 593. dubiam ſcripturam offendimus :

Nondum attigit arcem
Juris , & humanum culmen , quo cuncta reguntur ,
Egreſſus.

Nam in undecim libris , quos Heinſius contulit , *columen* legitur , quod & Pulmannus & Berſmannus in ſuis invenerunt. Quin & Propertius lib. I. XX. 33.

Hic erat Arganthi Pege ſub vertice montis ,
Grata domus Nymphis humida Thyniaſin.

Et magis inſolenter , ut videtur , Noſter II. Art. 420.

Colle ſub umbroſo quam tenet altus Eryx.

Ubi vide. Condonandus ergo hic magnis viris error , quorum ſcripta ſi legiſſet Philoſophorum ille Alpha Gorallus , quantis ſe auctoribus tueri potuiſſet , cum conjectura minime neceſſaria tenta-

Naïas una fuit. Nymphae Syringa vocabant.
Non ſemel & Satyros eluſerat illa ſequentes,
Et quoſcumque Deos umbroſave ſilva, feraxve
Rus habet. Ortygiam ſtudiis, ipsàque colebat
Virginitate Deam. ritu quoque cincta Dianae
Falleret: & credi poſſet Latonia, ſi non

Corneus

ret illa incerti Poëtae in obitum Maecenatis vers. 91.

Valle ſub Idaea, dum te, formoſe ſacerdos,
Invenit.

Ubi ille, *colle ſub Idaeo*, reſcribi fortaſſe poſſe conjicit. Fatemur equidem, ſi nihil pejus umquam in Poëtis caſtigandis admiſiſſet, probabilem ſatis poſſe hanc conjecturam videri, quam, ſi aliquem veterum Poëtarum uſum habuiſſet, his Naſonis locis adſtruere potuiſſet. ſic enim ille Epiſt. IV. 48.

Quaeque ſub Idaeo tympana colle movent.

Et lib. I. Art. Amat. 684.

Colle ſub Idaeo vincere digna duas.

II. Amor. VI. 49.

Colle ſub Elyſio nigra nemus ilice frondens.

Stat. IV. Sil. II. 65.

Romanae qualis ſub collibus Albae.

Et fortaſſe alibi. ſed haec Stephani Theſaurus loca non ſuggerebat. Omnem vero eleganter conjiciendi laudem adjecta verba, quae linguae Latinae inſolentiam & inſcitiam manifeſtant, corrumpunt: nam rationem redditurus conjecturae ſuae addit, *nam ita rectius loquaris, quam, valle ſub Idaea.* Et exemplum addit ex Epiſt. XVI. 53. ubi *in vallibus Idae* legitur. ſimilem equidem deprehendere licet veterum librorum exſcriptoribus Gorallum noſtrum, qui, ut eſt ſummus Logices inſtaurator, credebat vallibus nihil eſſe inferius, ideoque *ſub vallibus*, non recte dici, ſi quid in ſuperficie terrae gereretur, ſed ſi penitus ſub terra vel apud inferos aliquid fieri indicaretur; ideoque, qui rationem magiſtram ſequi velint, debere dicere *in vallibus*. Quis vero neget recte etiam dici *in vallibus?* ita enim & Naſo Epiſt. XVII 115. I. Amor. XIV. II. & alibi. quibus multa Virgilii, Horatii aliorumque loca aggerere in promptu eſſet. ſed nondum tamen rem factam habet Grammaticorum ille terror; nam inſpiciat modo Noſtri locum lib. II. Met. 762.

Domus eſt imis in vallibus antri.
Abdita.

Et ibi librarios ſibi ſimiles deprehendet. qui non concoquentes domum ſub antro ipſo depreſſam, illam lectionem ſuppoſuerunt, pro *ſub vallibus*, ut duo optimae notae codices exhibent, & quam veram eſſe ideo credimus, quia remotiorem a vulgo locutionem nobis ſervavit. Sed ne ex vulgata lectione, quia ſibi favet, praeſidium ſibi paret, videat alterum noſtri Naſonis locum lib. I. Art. 289. ubi nulla emendandi ſpecies:

Forte ſub umbroſis nemoroſae vallibus Idae.

Et adjiciat illa Tibulli II. Eleg. III. 19.

Caneret cum valle ſub ima.

An & hi Poëtae ſcuticam merentur? vapulet ergo in primis divinus Maro, qui contemta Sophorum cenſura, auſus eſt ſcribere lib. IX. Aeneid. 244.

Vidimus obſcuris primam ſub vallibus urbem.

Fatuus certe Gorallo debet Virgilius videri, qui homines, ſub obſcuris vallibus poſitos, inducit inde urbem altam videntes, quam, niſi Lynceis oculis, & terram ipſis ſuperpoſitam penetrantibus, aſpicere non potuerunt. Levior videbitur apud graviſſimum Poetarum inſectatorem Claudiani auctoritas; ille tamen Epigr. XXIII. dixit:

Seu te Cappadocum gelida ſub valle natantem
Argaeae lavere nives.

Vide, quaeſo, hodierni ſeculi miraculum, Goralle, quantum laboris tua ὀψιμαθείᾳ nobis impoſuerit, qui te tantum Grammaticum, tantum Poëtam, & ſi vis, omnia, docere cogar, quae Tirones omnes ſcire oporteret. diſcas ergo, *ſub* veteribus idem ſaepe ſignificare, quod, *in*, *apud*, *circa* & ſimilia. de quo nullus dubitares, ſi de uſu hujus praepoſitionis legiſſes, quae non deteriores te Grammatici Servius ad Virgil. I. Aeneid. 452. & Gronov. lib. II. Obſerv. 15. adnotaverant, quorum obſervationibus haec potes addere ex Ovid. I. Triſt. III.

Nata procul Libycis aberat diverſa ſub oris.

Propert. III. Eleg. VII. 35.

Non ego velifera tumidum mare findo carina:
Tuta ſub exiguo flumine noſtra mora eſt.

Ubi *ſub* pro *in* poſitum eſſe, docebit Ovidii noſtri imitatio II. Triſt. 329. qui eadem fere ita expreſſit:

Non ideo debet pelago ſe credere, ſi qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu.

Sed quid Floro fieret, ſi ipſi manus criticas admoveres, qui lib. III. 21. dixit, *ſub amne Vulturno ſigna concurrunt.* Quid hoc monſtri, inquies? quid, malum, ſub aqua pugnantes nobis milites narras? madidos certe oportet ex aquoſo illo proelio emerſiſſe. At tu, Silii, quaeſo, illa quoque reſpice lib. IV. 183. qui infantes ſine ullo periculo ſub aqua nutritos nobis exhibet:

Et te ſub gelido nutritum, Tulle, Velino.

Sed

Corneus huic arcus, ſi non foret aureus illi.
Sic quoque fallebat. redeuntem colle Lyceo
Pan videt hanc, pinuque caput praecinctus acutâ,
Talia verba refert. reſtabat verba referre;
Et precibus ſpretis fugiſſe per avia Nympham;
Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnem
Venerit:

Sed piget his immorari. hoc unum ſcito, ſi diligentius a primis annis Poëtas excuſſiſſes, neque demum, ubi ephemeridas conſcribere aggreſſus fueris, ad illorum ſcripta tamquam tempeſtate delatus eſſes, magis urbanam redolerent libri tui elegantiam. ſi etiam praepoſitionis *in*, quae tibi prae *ſub* magis arridet, vim recte excutias, deprehendes eam quoque centies, pro *apud*, *ad* vel *circa* poni; & ita *in antris*, idem eſſe quod *ſub antris*, *apud antra*, diſces ex interprete longe te venuſtiore Broukhuſio ad Propert. I. I. II. Burmannus.

692. *Et Satyros eluſerat illa ſequentes.*] Donatus ad illud Terentii in Eunucho, *eludet, ubi te victum ſenſerit*, ſic ſcribit: *Eludere propriè gladiatorum eſt, cùm vicerint.* Cicero, *quamdiu furor iſte tuus eludet? Eludere eſt ludo finem imponere.* Haec ille. Plautus in Amphit. *Cert' eſt hominem eludere.* Ciofanus. *deluſerat* excerpta Menardi.

693. *Silva feraxque.*] *Umbroſave clauſtra ferarum.* Mediol. & tunc, *Ruſve habet* legebat Heinſius. *Umbroſave ſilva* multi. *feroxque* malebat etiam Francius

694. *Ortygiam Deam.*] Atqui de Ortygiae appellatione, & quod ab Ortyge, hoc eſt, coturnice nomen hoc acceperit Delus, etiam in Scholiis Callimachi eodem modo legitur. Quanquam ibidem non Aſterie, ſed Latona in coturnicem verſa dicatur. Homerus autem in Hymnis, Ortygiam diverſam atque aliam à Delo facere videtur, qui Apollinem quidem in Delo, Dianam autem in Ortygia natam dicit. Quod idem & Orpheus facit, apud quem in hymno Latonae legitur:

Γειναμένη Φοῖβόν τε καὶ Ἄρτεμιν Ἰοχέαιραν,
Τὴν μὲν ἐν Ὀρτυγίῃ, τὸν δὲ κραναῇ ἐνὶ Δήλῳ.

Quare videtur Diana, quaſi peculiari quodam epitheto, Ortygia à poëtis dici. cùm idem cognomentum Apollini additum non facile inveniatur. Micyllus.

694. *Ipſamque colebat.*] *Ipſaque* caſtigatiores libri. Heinsius.

699. *Pinu acutâ.*] Pani, ut & Satyris & Sylvano, pinum ea de cauſa aſſignari volunt quidam, quod is in comitatu Magnae Matris, cui arbor haec ſacra, frequens ſit, habeaturque velut πάρεδρος quidam illius. Unde & à Pindaro ὀπαδὸς μεγάλης ματρὸς dicatur. Sed ego invenio Pityn, quae Graecis Pinus eſt, puellam fuiſſe, pariterque à Borea & à Pane amatam. Sed quia illa Boreae Pana praepoſuiſſet, iratum Boream in ſaxa propulſatam illam neci dediſſe, terram autem vicem puellae miſertam, in arborem cognominem eandem mutaſſe, cujus virentibus ramis Pan coronari poſtea ſolitus ſit. Meminit fabulae hujus etiam Ruellius de natura ſtirpium. Micyllus. Alibi:

Cornigerumque caput pinu praecinctus acuta. Ciof.

700. *Talia verba refert. Tibi nubere Nympha volentis.*] Te uxorem ducere cupientis. Eſt enim ἀκυρολογία poëtis conceſſa. Virg.

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.

Nam viris propriè *nubere* mulieres dicuntur. Facilè tamen adducor, ut putem illum totum ſenſum ſubdititium eſſe, cùm & in quibuſdam vetuſtis exemplaribus non inveniatur, & in aliis variè legatur. Nam in quibuſdam *verba*, in aliis, *plura*, ſcriptum eſt. Sic igitur mihi placet eſſe legendum, ut totus ille ſenſus expungatur, ac *verba*, non *plura* ſcribantur, hoc modo: *Talia verba refert: reſtabat verba referre.* Ut intelligamus verba Panos ad Syringa à Mercurio non fuiſſe relata, qui cum vidiſſet Argum ſomno oppreſſum, ſtatim vocem cohibuit, ipſumque interfecit. Regius.

Talia verba refert. tibi nubere nympha volentis
Votis cede Dei, reſtabat plura referre.

Quidem ferè in vulgatis legitur exemplaribus, ac ego quoque ſic antè & legi & expoſui, neque cenſores iſti ex ſuis codicibus vetuſtis mendum foediſſimum annotarunt, quo duo illi verſus ita inquinantur, ut ab ineptiis poëta eminentiſſimus defendi non poſſit. Nos verò expunctis duobus hemiſtichiis nuper eas ita ſuſtulimus, ut hunc locum priſtino candori reſtituiſſe videamur, ſed non ſine vetuſti exemplaris aſtipulatione, in quo ita ſcriptum eſt: *Talia verba refert, reſtabat verba referre.* Idem. Verſum unum in geminos diſtraxere librarii:

Talia verba refert, tibi nubere nympha volentis
Votis cede Dei. Reſtabat plura referre.

Quibus uti nullus pro re quidem ſenſus ineſt, ita virum *nubere* Romana lingua reformidat. Quis etenim nupſiſſe Maritorum quenquam dixerit? concedamus utique id patria jam conſuetudine barbaris. Concedamus & Pomponio vel Caecilio, quem malum Latinitatis authorem appellat Cicero ad Atticum, ceteriſque illis vetuſtiſſimis, quos (tradente Nonio) *nubere* non ſolum mulieres, ſed viros etiam dixiſſe novimus. Quod autem ab Ovidio dictum fuerit, non niſi mere Latinum, nitidiſſimumque reputemus. Legendum igitur, *talia*

Venerit: hîc illi curſum impedientibus undis,
Ut ſe mutarent, liquidas oraſſe ſorores;
Panaque, cum prenſam ſibi jam Syringa putaret,
Corpore pro Nymphae cannas tenuiſſe paluſtres:
Dumque ibi ſuſpirat, motos in arundine ventos
Effeciſſe ſonum tenuem, ſimilemque querenti:

Arte

verba refert, reſtabat plura referre. Nam qui etiam repoſuerunt *Reſtabat verba referre* ex vetuſtis quibuſdam codicibus diſcernere neſcierunt tametſi etiam Planudis indicio in eam induci confirmarique ſententiam potuerint, qui exemplaria ſecutus eadem ita locum non tam vertere, quam interpretari videri voluit, *Reliquum*, inquit, *erat etiam & verba Panos Mercurium referre.* Quid eſt autem cur non verba Panos denotentur, etiam ſi *plura* legatur? cum praeſertim ipſae quoque per ſe aures vocem eam, hic non ſemel inculcatam, quodam pacto in Ovidiano candore reſpiciant. Nec praeterea cunctandum videbitur, ſopito demum Argo, dum quae plura forent, ſeu verba, ſeu facta, referrentur. Reſtabat itaque plura ut Mercurius referret, videlicet, precibus ſpretis fugiſſe per avia Nympham &c. ſubditur enim, *Talia dicturus &c.* MARIANG. ACCURS. in diatribis. Ego, praeter acyrologiam, cujus Regius hic meminit, nihil adeo video, cur quicquam huic loco eximendum, aut mutandum ſit. Itaque veterem lectionem retineo, Regii caſtigationem aliis examinandam relinquens. MICYLLUS. In lib. Capran. Jo. Dei, *Talia verba refert, reſtabat verba referre.* Quo modo in vet. lib. inveniſſe ſe teſtatur Mariangelus. Idque mihi placet. CIOFANUS. Mihi ſemper ſuſpectus fuit hic locus. Et poſteriora verba, ac quae ſequuntur, male a quibuſdam videri ſibi inculcata, annotaverat Gruterus. Igitur ut conſtet ſibi locus, ad Ciofani codices ſit recurrendum. In quibus, *reſtabat verba referre*, legebatur. Atque ita pro iſtis:

Talia verba refert: Tibi nubere, Nympha, volentis
Votis cede Dei. reſtabat plura referre,
Et precibus ſpretis, &c.

Legeretur:

Talia verba refert, reſtabat verba referre;
Et precibus ſpretis fugiſſe per ævia Nympham.

DAN. HEINSIUS. Quae hic ſequebantur, *tibi nubere Nympha volentis Votis cede Dei*, ejicienda eſſe, quod minime ſint Latina, & praecipuam hujus narrationis venuſtatem ſubvertant, jam alii monuere, quibus nos ſubſcripſimus, fidem & auctoritatem optimorum codicum ſecuti. pro *plura referre*, etiam, *verba* repoſuimus, ex iiſdem libris. malim praeterea *referri*, ſi per ſcripta exemplaria liceat. HEINSIUS.

701. *Et precibus ſpretis.*] *Conſumptis precibus* Leidenſis, quod ex lib. VIII. 106. repetitum. *& precibus ſumtis* Junianus.

702. *Placidum Ladonis ad amnem.*] Hunc ipſum fluvium Poëta idem in ſecundo & quinto Faſtorum *citum rapacemque* appellat. Aeſtimandum igitur, an fortaſſe unam tantum, eamque cognatam literam mutantes *placitum* ſcribamus. ut virgini placuiſſe fluvius intelligatur, cujus Najades virginitatis tuendae, in calamoſque vertendi (precibus expetitum a ſe munus) auctores habuerit. Eſt enim ita comparatum, ut qui pie colat numina, lucos etiam ac templa rite adeat. nec praeterea non convenit rapidum velocemque indicari, harenoſum eum, veluti rapacitate ſua turbulentum, appellando. licet illud ſubnotatum quoque dici poſſit, quod e paludibus defluat, ut vel Plinius affirmat. Auſonius de Arethuſa & Alpheo amne, in Claris Urbibus. Carm. XI.

Conſociat dulces placita ſibi ſede liquores.

MARIANGEL. ACCURSIUS in diatribis. *Citum Ladonem* Noſter l. II. Faſt. 274. vocat, & lib. Faſt. v. 89. *rapacem.* quomodo igitur *placidum?* recte unus Mediceus & unus Caroli Strozz. *Placitum amnem.* Vide Notas Faſt. III. vers. 652. Niſi *patrium* forte ſcripſit Noſter, ut Ladonis filiam, Syringa faciat: HEINSIUS. Jacobus Moſantus Brioſius. Epiſt. pag. 149. malebat, *rapidum.* ut jam apud Vivianum, neſcio quis Darius conjecerat, & apud Tan. Fabr. Epiſt. lib. II. 71. Scepperus. quamquam & *placidum* retineri poſſe Brioſius putat, ut *rapax* ſit Ladon, cum de montibus Arcadiae deſcendit, *placidus*, cum per plana fluens Alpheo miſcetur. ſed nos vulgatam retinemus, quia *arenoſo* flumini epitheton *placidi* melius convenit. Poëtas vero ſaepe eoſdem fluvios rapidos & placidos facere, ad Valerium Flaccum. lib. V. 180. ſi vita ſupererit, latius demonſtrabimus, vide & III. Amor. VI. 45. Avienus de hoc flumine Deſcr. Orb. 574.

Hic diſtentus aqua ſata lambit pinguia Ladon.

Statius IX. 573. *gelidas Ladonis undas*, dicit. & hic; *placidam l. a. undam* eſt in Vatic. Gronov. & Medic. BURMANNUS.

703. *Venerat.*] *Venerit* cum Florentino Sancti Marci, primo Mediceo, primo Palatino, & tribus aliis, ut lib. XIV. 231. ex MSS. legendum:

Cum quibus iſſe retro, per quas modo venerit undas.

Deinde Cantabrigienſis optimus, *hic illi curſum im-*

Arte novâ, vocisque Deum dulcedine captum,
Hoc mihi concilium tecum, dixisse, manebit:
Atque ita disparibus calamis compagine cerae
Inter se junctis nomen tenuisse puellae.
Talia dicturus vidit Cyllenius omnes
Succubuisse oculos, adopertaque lumina somno.

Suppri-

impedientibus undis eleganter. non *illam. illa* secundus Mediceus proxime verum. Heinsius.

706. *Calamos tenuisse palustres.*] Unus Mediceus ex melioribus, *cannas.* quod rectius puto, cum, quia mox *calamis* sequitur, tum quia Syringi Deae, quam Apulej. lib. v. Metam. *Deam Cannam* appellat, convenit magis. licet non ignorem, Servium ad Virg. ecl. II. 32. Syringa in calamum mutatam scribere. praeterea passim *cannae palustres* a Nostro dicuntur. lib. IV. 298.

——— *Non illic canna palustris.*

VIII. 630.

Stipulis & cannâ tecta palustri.

Remed. 142.

Et quam limosâ canna palustris humo.

I. Art. 541.

Ut levis in madida canna palude tremit.

Et alibi. praeterea cum uno Leidensi & altero Heinsii malim, *tetigisse*, quia mox ỳs. 712. *tenuisse* sequitur, nisi ibi, *mansisse* cum Gryphio, & nonnullis codicibus, vel *venisse* cum Heinsio legas. Burmannus.

710. *Hoc mihi consilium tecum, dixisse, manebit.*] Volo, inquit Pan, hoc consilium mihi tecum esse commune, ut enim tu in arundine quereris, ita ego hac eadem arundine meos solabor ardores. Regius. Hic non desunt, qui *colloquium*, quique *consilium* legant, nos vero malumus *condilium* emendare. cum enim Poëta supra ceciniisset Pana calamos palustres fuisse complexum, nunc hujusmodi calamorum fortuitam complexionem *condilium* appellat, quod verbum est a *condilio*, quo Graece pugnus, Latine significatur & annulus. Multi ad hoc calami fistulam componentes *condilium* appellari posse videntur: Martial. lib. v. 79.

Parvi fistula condili sonabit. Jacobus a Cruce. Quidam hoc loco pro, *consilium*, *condylium* legit, quod Graecis annulum significat. vultque calamorum istam complexionem hoc nomine significari. quoniam & Martial. alibi dixerit, *Parvi fistula condyli sonabit*: quod quanquam ipse non ita probem, praeterire tamen hic nolui. Micyll. Vulgati quidam libri *colloquium*. Alii ex eodem genere, *consilium tecum*. Hoc etiam modo veteres omnes, praeter unum meum, qui longam redolet antiquitatem. In eo igitur, & in uno Maffei perspicuè legitur, *Consilium*, per *s* & *c*, hoc est consuetudo, societas, & conjunctio. Docti quidam in conjecturam iverant, legendum *Concilium*: cui, ut dixi, liber meus, & Maffei adstipulantur. Quare sine ulla dubitatione est legendum *Concilium*, vel, ut est in illis duobus libris, *Conscilium*. Ciofanus. *Consilium* plerique veteres. Scribe, *concilium* cum Lovaniensi libro. quam lectionem in duobus veterrimis exemplaribus Ciofanus quoque non intellectam monet extare. Nonnulli ex nostris, *conscilium*. *Hoc mihi concilium tecum manebit*; hoc me tibi conciliabit. de *conciliandi* verbo hoc significatu plura ad Nonium Marcellum vir summus Josias Mercerus pag. 96. apud Matonem Aeneid. II. ỳs. 88. in optimis membranis recte exaratum offendas:

Dum stabat regno incolumis, regumque vigebat
Conciliis.

Hoc est foedere & amicitia regum vicinorum, ubi nos plura. *Concilio* contrarium *discidium*. Lucret. lib. II.

Conciliis & discidiis exercita crebris.

Vid. Notas ad vers. 703. Remed. Amor. Sic apud Donatum *in concilium gratiae redire.* pro in gratiam redire; *nominis concilium*, *coloris concilium* similiaque apud Tertullianum de Pallio, ubi Salmasius videndus. Heinsius.

711. *Atque ita disparibus calamis compagine cerae Inter se junctis nomen tenuisse puellae.*] Etsi fistulam, qua utebatur Pan, docti viri, quo modo compacta fuerit, omnes sciant: atque iccirco me ne verbum quidem de ea hic facere oportere jure possent dicere: tamen, quando auctor auctorem, locus locum aperit, quis eorum me reprehendet, quod Ovidii carmina, quae hunc locum optimè, nisi fallor, illustrant, huc attulerim? Itaque in octavo hujus praeclari operis, ubi quo modo Daedalus Icaro filio suo alarum remigium adaptaverit, hac usus comparatione docet:

——— *Nam ponit in ordine pennas*
A minima coeptas, longam breviore sequente;
Ut clivo crevisse putes. Sic rustica quondam
Fistula disparibus paulatim surgit avenis.

Ciofanus.

711. *Compagine.*] Servius ad Virg. I. Aeneid. 293. hanc nominis hujus flexionem culpat, & veteres *compages* dixisse, posteros etiam *compago* notat. (& ita Noster lib. III. 30. *compagibus* dixit) sed neminem penitus *compaginis*: hujus vero Grammatici indicio securi Lexicographi hodierni eadem tradunt. sed praeter Ovidium ita non semel Manilius: lib. I. 717.

Supprimit extemplo vocem: firmatque ſoporem,
Languida permulcens medicatâ lumina virgâ.
Nec mora: falcato nutantem vulnerat enſe,
Quâ collo confine caput: ſaxoque cruentum
Dejicit; & maculat praeruptam ſanguine cautem.
Arge, jaces: quodque in tot lumina lumen habebas
Exſtinctum eſt: centumque oculos nox occupat una.
Excipit hos, volucriſque ſuae Saturnia pennis
Collocat; & gemmis caudam ſtellantibus implet.

Fab. XIV. Argumentum.

Iö ſupradicta in Iſidem.

Iö [a] ſupra dicta cum [b] furiis exagitata orbem terrarum percucurriſſet, noviſſime in Aegyptum delata, ac placata Junone à Jove, [c] in priſtinam figuram reverſa, Iſidis deae nomen accepit, [d] linigeraque dea eſt appellata.

Pro-

Raraque labent compagine rimae.
725.
Et orbis
Aëriam in nebulam clara compagine verſus.
838.
Interdum aequali laterum compagine ductus.
Gloſſae *compaginem. συναρμολογούμενον. compagines. ἁρμογαί.* Burmannus.

712. *Inter ſe junctis.*] *Ductis* Gronov.

714. *Succubuiſſe.*] Gebh. lib. 1. Crep. 9. ex Palatino, *procubuiſſe.*

715. *Extemplo.*] Io. D. liber, *extimplo.* Ciofan.

716. *Languida permulcens medicata lumina virga.*] Caducei eſt periphraſis, Regius ait, ſed dictum eſt hoc, ut illud VI. Aeneidos, *Medicatam frugibus eſcam.* vide ibidem Servium. Glareanus.

718. *Saxoque cruentum Dejicit, & maculat praeruptam ſanguine rupem.*] Hunc locum ita exponendum putamus. Mercurius dejicit Argum cruentum ſaxo: perque copulam & intelligimus eundem Mercurium maculaſſe rupem ſanguine. hoc eſt, ſaxum epitaphio cruento inſcripſiſſe, quod ſequens verſus continet:

Arge jaces, quodque in tot lumina lumen habebas,
Extinctum eſt, centumque oculos nox occupat una.

Credimus igitur hoc diſtichon in memoriam Argi interemti a Mercurio ter maximo, ac omnium bonarum artium interprete, ſubito fuiſſe exaratum. Niſi forte videri poſſit ſarcaſmos, hoc eſt, hoſtilis quaedam deriſio & inſultatio. Jacob. a Cruce. Inepta, ſi qua alia, interpretatio. cum ſequentia ſint Poëtae convertentis ad Argum ſermonem. nec *maculare* hoc ſenſu umquam puto occurrere, ſed pro foedare, polluere debet capi, ut lib. VII. 315.

Exiguo maculavit ſanguine ferrum.
XV. 107.
Maculatum ſanguine ferrum.
Virg. III. Aeneïd. 29.
Et terram tabo maculant.
Et quis non? Burmannus.

719. *Praeruptam rupem.*] Duriuſculum hoc. quare *cautem* cum primo Moreti praeferam. ut apud Lucanum libro VI. 575.

Conſpexere procul praerupta in caute ſedentem.

vel, *molem* cum Patricii Junii codice: Sic Epiſt. Phyl. II. 132.

Ultima praerupta cornua mole rigent. Heinsius. vide ad Remed. 179.

720. *In tot.*] Plurimi, *inter tot.* alii, *inter lumina.*

721. *Centumque oculos.*] Argi oculi, qui centum fuiſſe perhibentur, pro quolibet magno *numero* ponuntur ab ipſo Ovidio lib. III. De Arte:

Quot fuerint Argo lumina, verba dabis.

Ciofanus.

722. *Excipit hos, volucriſque ſuae Saturnia pennis Collocat, & gemmis caudam ſtellantibus implet.*] Haec verba citat, & interpretatur Parrhaſius in Claud. ubi ita ſcribit: Pavo Junonis ales eſt: Martialis XIV. Epigr. 85.

Nunc Junonis avis, ſed prius Argus erat.

Et Juvenalis VII. 31.

Tantum admirari, tantum laudare diſertos;
Ut pueri Junonis avem.

Exſtat apud Ovid. fabula: ſed is tantùm tradit Argi, quem Mercurius extinxit, oculos ejus in pennas à Junone tranſlatos, neque quod Martialis & alii prodiderunt, Argum ex homine in avem. Quin teſtari potius videtur ipſum Pavonem

in

PRotinus exarſit, nec tempora diſtulit irae,
Horriferamque oculis animoque objecit Erinnyn
Pellicis Argolicae, ſtimulosque in pectora caecos
Condidit, & profugam per totum terruit orbem.
Ultimus immenſo reſtabas, Nile, labori.
Quem ſimul ac tetigit, poſitisque in margine ripae
Procubuit genibus, reſupinoque ardua collo,
Quos potuit, ſolos tollens ad ſidera vultus,
Et gemitu, & lacrimis, & luctiſono mugitu
Cum Jove viſa queri eſt, finemque orare malorum.
Conjugis ille ſuae complexus colla lacertis,
Finiat ut poenas tandem, rogat: Inque futurum
Pone metus, inquit, numquam tibi cauſſa doloris

Haec

in tutela Junonis fuiſſe, priuſquam Argus occideretur. Ovidii de luminibus Argi carmen eſt hoc:

Excipit hos volucriſque ſuae Saturnia pennis
Collocat, & gemmis caudam ſtellantibus implet.

Menodotus Samius de templo Junonis Samiae ſcribens ait: *Pavones in tutela Junonis eſſe, primumque viſos apud Samum, inde ad alias gentes invectos, ideoque Samius nummus ſub nota pavonis percutiebatur.* Tertullianus de varietate Pavonis: *Qua colla florent omni Petagio inauratior: qua terga fulgent omni infirmitate ſolutior: qua cauda jacet, multicolor, & diſcolor, & verſicolor, numquam ipſa, ſemper alia, & ſi ſemper ipſa quando alia, toties denique mutanda, quoties movenda.* Ciofanus.

a *Supra dicta.*] *Praedicta.* Colon.

b *Furiis.*] *Furiis a Junone immiſſis.* Marg. Giſel.

c *In priſtinam figuram regreſſa, Iſidis.*] Sic ex C. ſcripſi. in V. *a Jove in priſtinam figuram mutata eſt, & Iſidis* &c. Birckm. *reſtituta eſt.* Hervag. & Raener. *reverſa Iſid.* ſic variatum in *linigera*, quod habet Hervag. & nos verum putamus. traductum huc a Luctatio è libro de Pont. eleg. 1. ut in noſtra editione evincemus. In V. & Birckm. eſt *lanigera*, in C. *Niligera*, in Raener. *vigilanſque:* quod certè à quoquam vigilante ſcriptum eſſe non exiſtimo. Giselin. Ita ediderunt Micyll. & Raenerius, Giſelinus, *regreſſa eſt. Iſidis &c.* videtur reponendum, *reverſa eſt, & Iſidis.* niſi tamen *regredi*, pro reverti uſurpavit, ut interpres ſuppoſititii Abdiae lib. 1. *qui a Simone regreſſus eſt.* lib. III. *Execrantes adoleſcentem domum regreſſi ſunt.* Et auctor vitae Apollinaris, *poſt multum tempus regreſſus ab Aemilia.* Juſtin. lib. 1. cap. 6. *Aſſumtoque comite Perſepolim regreditur.* Sex. Rufus breviar. cap. 19. *Regreſſus in Syriam obiit.* Munker. *reverſa eſt. Iſidis* Parm. *reverſa, Iſidis* Lugd. & Micyll. *reſtituta eſt.* Colon. & Marg. Micyll.

d *Linigera eſt appellata.*] Ita repoſui ex MS. perperam Venet. & Raener. *Vigilanſque eſt appellata.* Perperam etiam, *Niligenaque*, vel *linigeraque dea eſt appellata* Giſelinus aliique. Munker. *Vigilanſque eſt appellata* Editt. antiquae. in quo forte latet mendum: *lanigeraque Dea* Colon.

724. *Horriferamque.*] *Horrificamque* quidam editi & plurimi ſcripti, ut & ſupr. 179. *objectat* Leidenſ. *injecit* Ambroſianus & alius. Heinſius olim voluerat, *ingeſſit.*

726. *In pectore.*] *In pectora* rectius liber Joannis Sixii. Heinsius.

727. *Terruit.*] *Concitat* Francofurtenſis & Langermannianus.

728. *Immenſo.*] *Extremo* Langermannianus. ſed nihil muto. lib. V. 490.

Immenſos ſiſte labores.

Heinſius conjecerat, *emenſo.*

729. *Poſitisque.*] *Poſitis* editi & ſcripti nonnulli.

731. *Quos potuit ſolos tendens ad ſidera vultus.*] Id quod iſti quoque viderunt, ex vetuſto exemplari noſtro *tollens* legendum eſſe praecepimus. Regius. Unus Vatic. *Quos potuit ſolos ad ſidera tollere vultus.* In Statii, Urſini, uno meo, aliisque aliquot multo rectius, immo verè legitur, *Tollens ad ſidera vultus.* Ciofanus. Melius in Palatino:

Quos potuit ſolos, tollens ad ſidera, vultus.

Dan. Heinsius. Junii codex & Berſmanni MSS. *quod potuit*, ut ſaepe alibi.

732. *Luctiſono mugitu.*] Plurimi veteres, *multiſono.* Forte pro, *mutiſono.* hinc *muta animalia*, & *vox muta*, pro incondita voce. ſic lib. XIV. 289. de Sociis Ulyſſis in porcos mutatis:

—— *Pro verbis edere mutum*
Murmur.

Ita libri nonnulli. ut & paulo poſt 409.

Et lapides viſi mugitus edere muros.

Non

Haec erit: & Stygias jubet hoc audire paludes.
Ut lenita Dea eſt, vultus capit illa priores:
Fitque, quod ante fuit. fugiunt è corpore ſetae:
Cornua decreſcunt: fit luminis artior orbis.
Contrahitur rictus: redeunt humerique manusque:
Ungulaque in quinos dilapſa abſumitur ungues.
De bove nil ſupereſt, formae niſi candor, in illâ:
Officioque pedum Nymphe contenta duorum
Erigitur: metuitque loqui, ne more juvencae
Mugiat: & timide verba intermiſſa retentat.
Nunc Dea linigerâ colitur celeberrima turbâ.
Huic Epaphus magni genitus de ſemine tandem
Creditur eſſe Jovis: perque urbes juncta parenti
Templa tenet. fuit huic animis aequalis & annis

Sole

Non *raucum murmur*, & *mugitus raucos* cum vulgatis. *multiſonus* tamen auctor Queroli: *Atque hinc multiſono cuncta latratu fremunt. Multiſonum* quoque ſiſtrum apud Stat. Propempt. Metii Celeris *ỹs.* 103. & *multiſonae catenae.* lib VIII. Theb. *Eſſeda multiſona.* Claud. de mulabus Gallicis, praecedenti quoque verſu, *tollens*, non *tendens* meliores. HEINSIUS. *Altiſono* unus Palatinus.

737. *Haec erit.*] Francius volebat, *hinc erit.*

739. *Fugiunt è corpore.*] *De corpore* olim editi.

739. *Setae.*] Nota *ſetas* in bove. DOUZA

742. *Dilapſa.*] In nonnullis, *diducta abſumitur ungues.* NAUGERIUS. *delapſa* plurimi ſcripti.

746. *Verba intermiſſa.*] *Verba intercepta* Lovan. non invenuſte. *retractat* etiam nonnulli. vid. lib. VI. 316.

747. *Niligena*] *Linigera* eſt in Statii libro. Recte. CROFANUS. In Palatino codice legebatur, *lanigena.* quod eſt *linigera.* Sacerdotes Iſidis *linigeros* a Claudiano & aliis dici, nemo eſt qui neſcit. DAN. HEINSIUS Rectius nonnulli, *linigerâ.* ut jam monuimus Artis Amat. lib. I. 77. plurimi, *lanigerâ.* mendoſe. mox pro, *Hinc Epaphus*, malim, *huic* cum uno Rogerii Twiſdeni, viri ſplendidiſſimi. HEINSIUS. recte *huic.* Terent. Andr. III 2.

Scitus puer eſt natus Pamphilo.

Ubi Donatus ex Virgilio lib. I. Aeneid. 617. adfert:

Quem Dardanio Anchiſae
Alma Venus Phrygias genuit Simoentis ad undas.

Noſter IV. 288.

Mercurio puerum diva Cythereide natum.

Et alibi paſſim. *nunc* etiam multi codices, *tunc* alii. *hac* unus Heinſii. ceterum hinc Florentinus, cum tribus aliis, incipiebat librum ſecundum. BURM.

748. *Epaphus.*] Quo pacto Iö, quae poſtea Iſis nuncupata eſt, in Egypto coli & adorari coeperit, noverunt plerique omnes; qua vero ratione Epaphus, haud quaquam exponunt interpretes. Per Epaphum igitur intelligitur Apis, de quo Herodotus in III. hiſtoriarum ita meminit: *Apis, quem Graeci Epaphum vocant, apparuit.* & in ſecundo, *Apis*, inquit, *Graeca lingua eſt Epaphus.* de quo Api plura apud Plinium, Diodorumque Siculum, & Euſebium invenies. Iſis autem & Apis junctim in Egypto colebantur. JACOB. A CRUCE. Euſebius in Chronico ad Annum CCCCLXXXI. tradit ex Iö & Telegono, cui poſtea nupſit, natum Epaphum. quod ex Apollodoro hauſiſſe Scaliger notat, qui tamen nuptias quidem cum Telegono memorat, non vero Epaphum inde natum. ex Euſebio vero Syncellus idem tradit. Idem Euſebius ad Annum DXLVI. dicit, Epaphum habuiſſe filiam Libyam, ex qua natus Buſiris, qui tranſeuntes hoſpites crudeli ſcelere interficiebat. idem quoque ad Annum DXXV. Epaphum Memphim condidiſſe refert. quod & Hyginus & Apollodorus lib. II. §. 1. teſtantur, & Lutatius ad Stat. lib. IV. 737. *Jupiter Epaphum, qui hoc petiverat, in Aegypto oppida communire, ibique regnare juſſit; Oppidum Memphin & alia plura conſtituit & ex Caſſiopa uxore ſuſcepit Libyen, quae poſtea in Africa regnum poſſedit, cujus nomine terra Libye eſt appellata.* Diodorus vero lib. I. pag. 32. ab Uchoreo Memphim conditam tradit. Herodotus vero lib II. c. 99 a Mene vult eſſe poſitam, & idem cap. 153. & lib. III. 27. & 28. Apin eſſe, quem Graeci Epaphum vocant. Epaphum quoque per dolum Antiopam Lyci uxorem ſtupraviſſe narrat Lutatius ad Stat. IV. 50. BURMANNUS.

748. *De ſemine.*] *De ſanguine* Argentin.

749. *Parenti.*] *Parentis* Cantabr.

750. *Ani-*

Sole ſatus Phaëthon, quem quondam magna loquentem,
Nec ſibi cedentem, Phoeboque parente ſuperbum,
Non tulit Inachides, Matrique, ait, omnia demens
Credis; & es tumidus genitoris imagine falſi.
Erubuit Phaëthon, iramque pudore repreſſit:
Et tulit ad Clymenen Epaphi convicia matrem.
Quoque magis doleas, genetrix, ait: ille ego liber,
Ille ferox tacui. pudet haec opprobria nobis
Et dici potuiſſe, & non potuiſſe referri.
At tu, ſi modo ſum coeleſti ſtirpe creatus,
Ede notam tanti generis: meque adſere coelo.
Dixit; & implicuit materno brachia collo.
Perque ſuum, Meropisque caput, taedasque ſororum,
Traderet, oravit, veri ſibi ſigna parentis.

Am-

750. *Animis & annis.*] Infr. lib. XIII. 550.

Non oblita animorum, annorum oblita ſuorum.

Douza.

751. *Sole ſatus Phaëton.*] MSS. omnes hic, & ubique *Pheton.* quidam, *Pheton ſole ſatus.* ſic apud Manil. lib. I. 734.

Phaetontem patrio curru per ſigna volantem.

Varro. apud Quint. I. Inſt. 5. *Tum te flagranti dejecit fulmine Phaeton. Faeton* quoque ſcribitur in vetuſtiſſimo illo MS. Epigrammatum Latinorum, ut in illo Luxorii V. C. Epig. 38. & ita in vetuſtiſſimo codice apud Lucanum. lib. v. 134.

Seu barbarica cum lampade Phaeton.

Ubi vulgo *Pytho.* vid. Pier. ad Virg. Eclog. VI. 62. Heinsius.

152. *Nec ſibi cedentem.*] Ariſtoteles lib. II. Rhetoricorum ait, juvenes eſſe appetentes victoriae, ac nemini concedere. Ciofanus.

753. *Matrique, ait.*] Epaphus. Idem.

755. *Iramque pudore repreſſit.*] Idem Ariſtoteles ibidem ſcribit, juvenes maximè iracundos eſſe. Cauſſa autem ejus rei eſt, quod in eis ſanguis fervet, atque ebullit. Idem.

757. *Quoque magis doleas.*] Utque majori dolore afficiaris, ait Phaëthon. Ciofanus. *quodque* Cantabrig. & Leidenſis. vid. ad lib. VII. 720.

757. *En ego liber, Ille ferox, tacui.*] Sermo irato adoleſcenti accommodatus. Ciofanus. *Ille ego liber* longe efficacius libri vetuſtiores. quod alii jam monuerunt. Vulturnus apud Statium via Domitian.

Et nunc ille ego turbidus minaxque. &c. Heins.

Paſſim ita Noſter. III. Amor. VIII. 23.

Ille ego Muſarum purus Phoebique ſacerdos.

IV. Triſt. X.

Ille ego, qui fueram tenerorum luſor amorum.

XV. Met. 500.

Sed tamen ille ego ſum.

& alibi. etiam alii ſcriptores, vid. ad Quinctil. Decl. CCCLXXII. & Petron. CXXVI. Burmannus.

759. *Refelli.*] Languidius hoc eſt, nec reſpondet ferocitati adoleſcentum, qui non tam refellere crimina, quam recriminari ſolent. quare videndum, an non plurimorum & optimorum codicum ſcriptura ſit praeferenda, in quibus, *referri*, quod proprium in jurgiis & controverſiis. ſic Juſtin. lib. II. cap. 10. *Xerxes controverſiam referebat.* & lib. XXXVII. 4. *Mirari ſe, quod ei relata controverſia non fuerit, ſibi referatur.* Vide notas Cl. Graevii ad Cicer. pro Quinct. c. 13. ubi idem eſſe, quod poſtea JCti *replicare* dixerunt, docet. vid. & Sciopp. ad Symmach. lib. III. Ep. v. in aliis codicibus erat *repelli* quod neque invenuſtum eſt. Ita Accius in Medea apud Non. *Qui potis eſt repelli quisquam, ubi nullus eſt cauſſandi locus.* Columel. II. I. *Priore libro veterum opinionem ferme omnium a principio confeſtim repulerim.* Cicer. I. de Natur. Deor. 3. *Qui admonent amice, docendi ſunt, qui inimice inſectantur, repellendi.* ubi neſcio quare dubitet Lambinus, & *refellendi* praeferri velit. Similis diverſitas apud Virgil. XII. 16.

Et ſolus ferro crimen commune refellam.

Ubi nonnulli codices, *repellam. Propulſare* dixit, Terent. Andr. II. III. 21. *repelli* & *refelli* confuderunt & librarii lib. IX. 631. & apud Quinctil. V. Inſtit. 10. & Declam. CCCXLII. Burm.

761. *Ede notam tanti generis.*] Liv. lib. XXXIX. *Perſeum, ex vulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere.* Ciofan. *Prode* Graevianus. de qua locutione libro VI. non longe ab initio adeantur notae. ubi *prodere foetum* pro *edere* vetuſtae membranae. Heinsius. vid. ad Ep. XI. 94. I Amor. I. 2. & alibi.

765 Ambiguum, Clymene precibus Phaëthontis, an irâ
Mota magis dicti ſibi criminis; utraque coelo
Brachia porrexit: ſpectansque ad lumina Solis,
Per jubar hoc, inquit, radiis inſigne coruſcis,
Nate, tibi juro, quod nos auditque videtque;
770 Hoc te, quem ſpectas, hoc te, qui temperat orbem,
Sole ſatum. ſi ficta loquor, neget ipſe videndum
Se mihi; ſitque oculis lux iſta noviſſima noſtris.
Nec longus labor eſt patrios tibi noſſe penates:
Unde oritur, domus eſt terrae contermina noſtrae.

Si

763. *Sororum.*] Gebh. 1. Crep. 9. ex Palatino *ſuarum* profert. *ſororis* Junianus.

766. *Dicti ſibi criminis.*] Id eſt, *criminationis.* Douza. recte. ita Donatus ad illa Terentii in Hecyr. vr. 2. *Si compererit crimini tua ſe falſo credidiſſe uxor: Crimen proprie dicitur quod falſum eſt* (ita lege, vulgo *factum eſt*) *Cicero. Veruntamen fac tametſi criminoſum id eſt: id eſt falſa inſimulatio eſt.* vid. Munker. ad Hygini Fabul. xix. Cicer. 1. verr. 5. *quaerat non ſolum quemadmodum noſtro crimini, verum etiam quo pacto ſuae confeſſioni poſſit mederi.* & ita ſaepe Cicero, & alii. Burmannus.

768. *Coruſcis.*] *Decoris.* MS. Berſmannni.

769. *Quod nos auditque videtque.*] Sumtum id ex Homero, cujus carmen rhapſodia tertia Iliad. 277. repetitum etiam undecima 108. nec non duodecima Odyſſ. 323. tale eſt:

Ἠέλιος θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.
Sol, qui omnia vides & omnia audis.

Hunc autem locum Plinius ſecundus inſinuat ita ſcribens lib. 11. 6. *Omnia videns, omniaque exaudiens.* Nam qui in ſecundum ejus Hiſtoriae Natur. commentatus eſt, perperam exiſtimavit, quo ſol omnia reſpiciens omnia gubernans & Jovis oculus afferitur:

Πάντα ἰδὼν, Διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα κυβερνᾷ.

Id enim in Homero nuſquam legitur: eſt vero apud Heſiodum in opere cujus titulus, Ἔργα καὶ ἡμέραι, vers. 267. ſed quod terminetur voce νοήσας, non autem κυβερνᾷ. Ceterum patrocinari libet Plinio. Poſt enim illa, quae de ſole huc adduximus, de Deo ita ſubdit, *Quapropter effigiem Dei formamque quaerere imbecillitatis humanae reor.* Signate recteque. Egregius ſiquidem auctor, & nullius doctrinae expers, cum incomprehenſibilem Deum eſſe, ac mortalium conjecturam ſupergreſſum demonſtrare contendat, ad ſolis ſimilitudinem exemplumque confugit. Cujus ſi tanta ipſa virtus ac tam etiam praeclara eſt, ut Mundi totius animus ac planius mens (ut idem ait) & principale naturae regimen atque numen credatur, quid Deum ipſum credere decet, & ſolis, ſiderumque omnium & mundi totius rectorem, principem, molitorem atque originem? quod ita ſane accipi debere apud Plinium credendum eſt, & Platonica quoque imitatione potuit. Qui (ut Macrob. in primo de Somnio Scipionis author eſt) cum de ſummo principeque omnium Deo loqui eſſet animatus, dicere quid ſit non eſt auſus, hoc ſolum de eo ſciens, quod ſciri, quale ſit ab homine non poſſit. Solum vero ei ſimillimum de viſibilibus ſolem repperit, & per ejus ſimilitudinem viam ſermoni ſuo attollendi ſe ad non comprehenſibilia patefecit. Solent enim Philoſophi, ſi quid de his aſſignare conentur, quae non ſermonem tantum modo, ſed cogitationem humanam ſuperant, ad ſimilitudines & exempla confugere. In quam ſententiam ceciniſſe Manilius videtur, lib. 1. 37.

Sentirentque Deum gentes qui maximus eſſet.

Ut ſit quandoque dubitandi terminus haeſitantibus utrinque animo, volueritne hiſce verbis Plinius exiſtimari, putare ſe ſolem eſſe Deum, reſtituaturque naturae ſcrutator eximius apud eos, qui id ipſum plane voluiſſe, viderique in eadem haereſi apud Gymnoſophiſtas, ſolem (authore Philoſtrato) colentibus allucinati ſunt, ac in ipſo ſole caligarunt. Mariang. Accursius in diatribis. Sumptum, inquit Mariangelus, ex Homero. Cujus carmen rhapſodia tertia Iliad. repetitum etiam undecima; necnon duodecima. Odyſſ. tale eſt:

Ἠέλιος δ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις.
Sol, qui omnia vides, & omnia audis.

Hunc autem locum Plinius Secundus inſinuat, ita ſcribens: *Omnia videns, omnia exaudiens.* Aeſchylus vocat ſolem παυόπτην, quod omnia videat, & undique oculatus ſit. Ciofanus. de jurejurando per Solem nos quaedam congeſſimus in Jove Fulgeratore cap. xv.

770. *Hoc te, qui temperat orbem.*] Ἀναφορὰ. Ciofanus.

771. *Neget ille.*] *Ipſe* Meliores. Heinsius.

774. *Contermina.*] Voſſianus & unus Baſileenſis, *confinia.* ut ſit appoſitio. ſic lib. xv. 195. ex MS. *Terraeque procul confinia vitat.* & ℣s. 291.

Donec

Si modo fert animus; gradere: & ſcitabere ab ipſo.
Emicat extemplo laetus poſt talia matris
Dicta ſuae Phaëthon, & concipit aethera mente.
Aethiopasque ſuos, poſitosque ſub ignibus Indos
Sidereis, tranſit, patriosque adit impiger ortus.

Donec confinia pontus abſtulit. Inf. IV. 66.
Paries domui communis utrique.
Pro quo MSS. habent *confinis.* II. Pont. X. 17. *confinia ſacra.* Statius I. Theb.
Jamque per emeriti ſurgens confinia Phoebi.
Heinsius.

778. *Aethiopasque ſuos, poſitosque ſub ignibus Indos Sydereis tranſit, patriosque adit impiger ortus.*] Cur Aethiopas *ſuos* appellaverit, in ambiguo eſt. nos autem ob hoc dictos putamus, vel quia cum Phaëton ſit idem, qui ſol, Aethiopas nigros loci proximitate reddit. De quibus Ariſtoteles in cauſis; & in quam ſententiam ita ſcripſit Hyginus: *Qui proximi ſunt aeſtivo circulo, eos Aethiopas, & peruſto eſſe corpore*, vel quoniam in Aethiopia Phaëton regnavit; unde Beroſus, *apud Ligures*, inquit: *Phaëton relicto filio Ligure, reverſus eſt in Aethiopiam.* Euripides ad hoc in Phaëtonte traditam eſſe Clymenem Meropi, & terrae ejus imperium habere afferit, Aethiopiam intelligens. aut imo *ſuos* dixit, quia mox dicturus eſt:

Sanguine tum credunt in corpora ſumma vocato
Aethiopum populos nigrum traxiſſe colorem.
Jacob. a Cruce.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER SECUNDUS.

Fab. I. Argumentum.

Phaëton ſolis & Clymenae filius fulmine ictus.

Clymene Oceani & [a] Tethyos filia, cum [b] Phaëthontem ex Sole conceptum genuiſſet, & in adultam perduxiſſet aetatem, monuit ut patrem cognoſceret. Qui [c] infeliciter progreſſus ad orientem Solem pervenit, agnituſque eſt ab eo per connubii indicia: accenſuſque agitandi currus amore, quem quatuor [d] equi, [e] Pyrois, Eous, Aethon, ac Phlegon [f] per orbem aſſueverant trahere, [g] diu expetitum currum accepit; & [h] à praeminiſtris Horis junctum [i] conſcendit. Monitis itaque inſtructus patris, [k] cum per iter ignotum equis obniti nequiſſet, equi ignoto agitatore conterriti mundi pronam partem petierunt. Quamobrem cum [l] cuncta mortalium ardore ſubito [m] proflagrantium incenderentur, [n] à Jove-que opem implorantes peterent, ne orbis terrarum conflagraret, Phaëthon fulmine [o] ictus eſt, [p] & è curru praecipitatus: atque ita liberati equi vinculis, agnito itinere, ad ſuam ſtationem reverſi ſunt.

REgia Solis erat ſublimibus alta columnis,
Clara micante auro, flammasque imitante pyropo:
Cujus

[a] *Tethyos.*] Recte ita Edd. omnes. MS. tamen *Thetidis.* Forſan Lactantii ipſius haec aliqua culpa. Thetin enim interdum cum Tethye confundi ab inferioris aevi ſcriptoribus alibi obſervavimus. Munker. vid. ad Hygin. fab. 274. *Tethios* Parm. Lugd.

[b] *Phaëtontem.*] *Phaëtonem* Parmenſis.

[c] *Infeliciter.*] Corruptam vocem puto. forte, *qui velociter iter ingreſſus*, vel ſimile quid latere puto. nam *impiger* Ovidius ultimo verſu libri I. habet, poſſet etiam *qui velociter progreſſus.* Burm.

[d] *Equi.*] *Equi, ſcilicet Pyrrhous, Aeous &c.* Colon.

[e] *Pyrois.*] *Pyrous* Parm. *Pyrios* Lugd.

[f] *Per orbem.*] Non habet Colon. qui & *aſſueverunt.*

[g] *Diu expetitum currum.*] Haec lectio eſt MS. quam & Micyllus repraeſentavit. Renaerius, *currum diu petitum.* Sanè τὸ *currum* habet etiam Veneta. Fruſtra ergo Giſelinus, *diu expetitam veniam.* Munker. *diu vero petitum currum.* Parm. Lugd. cum Giſelino facit Colon.

[h] *A praeminiſtris.*] Sic & Veneta cum Giſelino. Infr. lib. IX. fab. 5. *Galanthis praeminiſtra conſpexit eam.* Servius ad Aen. XI. 543. *Camillos & Camillas appellabant Flaminicarum & Flaminum praeminiſtros.* Munker. *A miniſtris* Lugd. Micyl. & aliae. ſed Parm. corrupte *apud miniſtris oris.*

[i] *Conſcendit.*] *Currum aſcendit* Colon.

[k] *Cum per iter ignotum inſtrui nequiſſet.*] Videtur uſus *inſtruendi* verbo more ſui ſaeculi pro, doceri. Totam vero hanc periodum deſcripſi omnino, ut erat in C. & ſuſpicor ita factam à Lactatio. argumento ſunt mutationes, quae in vulgatis libb. nonnulla iſtius ſcripturae veſtigia oſtendunt. unum excipio, me pro, *vix petitam veniam*, ſcripſiſſe, ex V. & Birckm. *diu expetitam veniam.* quod ipſum vulgati non bona, ut videtur, fide repraeſentant. *Praeminiſtras Horas* vocavit etiam V. non ut vulg. *miniſtras.* Si cui verò ſcriptura haec C. non ita vera, & Lactatio ſua & propria videatur; ſuggeram è V. aliam, quae cum vulgatis libris

Cujus ebur nitidum faſtigia ſumma tenebat:
Argenti bifores radiabant lumine valvae.
Materiem ſuperabat opus: nam Mulciber illic
Aequora caelarat, medias cingentia terras,
Terrarumque orbem, coelumque, quod imminet orbi.
Caeruleos habet unda Deos; Tritona canorum,

Pro-

libris ut partim conſentit, ita partim diſſentit. *Monitis itaque patris per iter ignotum ire cum nequiſſet; equi ignoto agitatore conterriti mundi pronam partem petierunt, quamobrem culta mortalium ſubito ardore incenſa ſunt. A Jove autem rogantes, ut opem implorantibus ferret, ne orbis terrarum conflagraret; Phaëthon fulmine è curru praecipitatus eſt.* in quibus verbis multum, ut mihi videtur, perverſis, retentum tamen eſt, *culta*, pro quo vulg. *cuncta, multa.* Giselin. *Per iter ignotum cum equis* Parmenſ. Lugd. *cum iter ignotum inſtrui nequiſſet.* Heinſ. *monitu itaque patris per iter ignotum cum obire nequiſſet* Colon. *Monitis licet inſtructus patris, per iter ig. cum equis obniti nequiſſet, tractus eſt, equi eum ignotum agitatorem contemnentes mundi &c.* Raener.

l *Cuncta.*] *Multa* Colon.

m *Proflagrantium.*] Ita & MS. cum Raen. & Giſ. Sed Micyll. & Venet. *proflagrantia.* Munker. *proflagrantia* etiam Parm. & Lugd. *per flagrantia incederet, rebus a Jove (ut fertur) auxilium implorantibus ne* &c. Colon. *cuncta ar. ſ. flagrantia.* Raener.

n *A Joveque.*] Haud vulgariter dictum, pro *& a Jove.* Sic hac ipſâ fabulâ *in terramque.* & lib. XII. fab. 2. *in fineſque* exhibet Raenerii editio. Sed iſtorum neutrum in MS. invenit illuſtr. Heinſius. Naſo ipſe XI. Met. 227. *In ſuaque Aeaciden ſuccedere vota nepotem Juſſit.* Nepos Datam. cap. 7. *Sciſmas maximus natu filius deſciit, adque regem tranſiit.* Et in Hamil. cap. 4. *Mare tranſiit, in Hiſpaniamque venit.* Hygin. Aſtron. IV. cap. 3. *In eoque Aries ut affixus videatur.* Munker. *A Jove terra opem implorans, ne orbis terrarum conflagaret petiit.* Raener.

o *Ictus.*] *Ictus a curru pr. eſt*, Colon. *& è curru.* Giſel.

p *Et è curru praecipitatus.*] *Et in terram praecipitatus* Parm. & Lugd. *in terramque* Raener.

1. *Regia Solis erat ſublimibus alta columnis Clara micante.*] Domum in palatio ab Auguſto factam exponens Virgilius per tranſitum laudaſſe ſcribit Servius, ſic nos hoc loco Ovidium, obiter & in tranſcurſu ejuſdem Auguſti ſacroſanctis penatibus aſſentari putamus, & forte per regiam Baſilicam accipiemus, nec non per hanc, templum Palatini Apollinis, cujus complures meminerunt, & imprimis Tranquillus, cujus verba haec ſunt: *Templum Apollinis in ea parte Palatinae domus excitavit, quam fulmine ictam deſiderari a Deo augures pronuntiarant. Addidit porticus cum bibliotheca Latina Graecaque, quo in loco jam ſenior ſaepe ſenatum habuit, decuriasque judicium cognovit.* Jacob. a Cruce. Volunt nonnulli poëtam intendiſſe digitum ad Auguſti Templum, cum porticu & bibliothecâ magnificè extructum in parte Palatii. Alii, habuiſſe eum ante oculos regiam Latini à Virgilio deſcriptam VII. Aeneid. Ego certè credo Poëtam, quo fuit ingenio, in mentem ſuam tantum tinxiſſe calamum, atque inde cum Phaëthonte ſuo, *concepiſſe aethera mente.* Niſi fortè in manibus habuerit Euripidis Phaëthonta, qui nobis interiit. cujus meminit Athenaeus II. II. & cujus à Longino, dum exempla poëticae phantaſiae adfert, ſpecimen citatur, inibique praecepta Phoebi Phaëthontem ſuum monentis inſtituentiſque infra ad vers. 54. & 133. Farnabius. Citat haec verba Seneca Epiſt. CXV. item ibidem haec alia: *Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummae Curvatura rotae, radiorum argenteus ordo.* Ciofanus.

3. *Cujus ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat.*] Lib. meus, *tenebat.* alio modo Claud. lib. I. De rapt. Proſerp. *Atria cingit ebur.* Ciofan. *Tenebat* plerique veteres, & recte. Vide notas Faſtor l. II. 465. III. vers. 219. Met. XI. vers. 257. Heins.

4. *Limine.*] Forte, *lumine.* Douza. *lumine.* plerique veteres ſcripti. Sidonius tamen Epithal. Ruric. V. 23. videtur agnoſcere, *limine:*

Attollunt bifores argenti cardine valvas. Heins.

praeferrem *lumine.* Ita *ferri lumen* Valer. Flac. III. 100. ubi plura notabimus. imperite auctor indicis Editionis nuperae Londinenſis conjunxit, *Argenti valvas.*

5. *Materiam ſuperabat opus.*] Hunc locum expreſſit Martialis lib. IIX. 51. *Materiae non cedit opus.* Ciofanus. In uno Leidenſi & Gronoviano, *materiem*, quam formam veteres, cum de ligno agebant, praetuliſſe, non vero *materiam* dixiſſe, notat Salmaſ. ad Solin. pag. 328. ſenſum vero horum verborum ſaepe veteres aliis verbis efferunt: Ulpianus l. 13. §. 1. ff. de V. S. Dicit *plerumque plus eſſe in manus pretio, quam in re.* Cenſorinus de Die Natal. initio. *Munera ex auro, vel quae ex argento nitent caelato, opere quam materia cariora.* Burmannus.

5. *Mulciber.*] *Mulcifer* nonnulli codices, etiam Viviani, & ita ſaepe alibi. vid. lib. XIV. 533.

Proteaque ambiguum, balaenarumque prementem
Aegaeona ſuis immania terga lacertis,
Doridaque, & natas: quarum pars nare videntur,
Pars in mole ſedens virides ſiccare capillos;
Piſce vehi quaedam. facies non omnibus una,
Nec diverſa tamen: qualem decet eſſe ſororum.
Terra viros, urbesque gerit, ſilvasque, ferasque,
Fluminaque, & Nymphas, & cetera numina ruris.
Haec ſuper impoſita eſt coeli fulgentis imago:
Signaque ſex foribus dextris, totidemque ſiniſtris.
Quo ſimul acclivo Clymeneïa limite proles
Venit, & intravit dubitati tecta parentis;
Protinus ad patrios ſua fert veſtigia vultus:
Conſiſtitque procul. neque enim propiora ferebat

Lu-

8. *Tritona canorum.*] Triton, ut ait Heſiodus in Theogonia, fuit Neptuni, & Amphitrites filius. CIOFANUS.

9. *Proteaque ambiguum.*] Per Proteum viri docti aquam intelligunt, quae omnes formas facillimè capit. Variae Protei mutationes referuntur ab ipſo Ovid. lib. IIX. 732. ubi ita eſt:

Nam modo te juvenem, modo te videre leonem:
Nunc violentus aper, nunc, quem tetigiſſe timerent,
Anguis eras; modo te faciebant cornua Taurum.
Saepe lapis poteras, arbor quoque ſaepe videri.
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum,
Flumen eras, interdum undis contrarius ignis.

Et I. Art. 761.

Utque levis Proteus modo ſe tenuabat in undas,
Nunc leo, nunc arbor, nunc erat hirtus aper.

Hoc hemiſtichium uſurpavit Valer. Flaccus lib. II. 318.

Tunc etiam vates Phoebo dilecta Polyxo
Non patriam, non certa genus, ſed maxima Thetyn,
Proteaque ambiguum Phariis referebat ab antris
Huc rexiſſe vias &c. CIOFANUS. vid. ad lib. III. Amor. XII. 28.

9. *Balaenarumque prementem Aegaeona ſuis immania terga lacertis.*] Lib. XIV. 343.

—— *Tergumque premebat Acris equi.* CIOFANUS.

10. *Aegaeona.*] Ab hoc mare *Aegaeum* dictum, & eundem eſſe Briareum, docet Salmaſius ad Solin. pag. 125. dicitur & *Aegan*, ut idem oſtendit pag. 580. vide Schol. Apol. Rh. I. 1165. & Barth. ad Stat. IV. Theb. 55. BURM.

11. *Nare videtur.*] *Videntur* quatuor libri. HEINSIUS.

12. *In mole.*] *Rupe* unus Heinſii. eadem varietas XIII. 922. *Nunc in mole ſedens moderabar arundine linum.* & apud Virgil. VII. 585.

Ille velut pelagi rupes immota, reſiſtit.

Ubi nonnulli *moles.* ſed male, quia mox ſequitur. vid. & lib. I. 575. & 719. pro *ſiccare* vero, *cunctare* unus Gronov. unde *comtare* vel *unctare*, Heinſius olim conjecerat. ſed vulgata mihi ſatis recta videtur. Ita Venus ἀναδυομένη III. Art. 224.

Nuda Venus madidas exprimit imbre comas.

II. Triſt. 527.

Sic madidos ſiccat digitis Venus uda capillos

Et IV. Pont. I. 30.

Aequoreo madidas quae premit imbre comas.

BURMANNUS.

13. *Piſce.*] *Priſte* conjiciebat Gronovius lib. I. Obſerv. 17. ut Horat. Art. Poët. 4.

Deſinat in Priſtem mulier formoſa ſuperne.

Vid. ad XIII. 915. & III. Faſt. 723. & alibi. ſed nihil mutandum tamen puto. Tibul. I. Eleg. 6.

Talis ad Aemonium Nereis Pelea quondam
Vecta eſt frenato caerula piſce Thetis.

Ubi Gronovium etiam *Priſte* legentem egregie refutat Broukhuſius. BURMANNUS.

16. *Fluminaque & Nymphas.*] *Et Nymphaſque* Gryph. editio. Lege, *Fluminaque Nymphaſque* ſuis Naſoniano more, cum uno Mediceo, qui habet, *fluminaque Nymphas.* & ita Ciofanus ad lib. I. *ỳs.* 193. incertum an ex MSS. HEINSIUS.

18. *Signaque ſex foribus dextris, totidemque ſiniſtris.*] Periphraſis orbis ſigniferi, quem Graeci Zodiacum vocant, ut docet M. Tullius lib. II. De Divin. *Vim*, inquit, *quandam eſſe ajunt ſignifero in orbe, qui Graece Ζωδιακὸς dicitur, talem, ut ejus orbis unaquaeque pars alia alio modo moveat, immutetque caelum.* Et in Arateis verſibus:

Sex

Lumina. purpureâ velatus veſte ſedebat
In ſolio Phoebus, claris lucente zmaragdis.
A dextrâ, laevâque Dies, & Menſis, & Annus,
Seculaque, & poſitae ſpatiis aequalibus Horae:
Verque novum ſtabat, cinctum florente coronâ:
Stabat nuda Aeſtas, & ſpicea ſerta gerebat.
Stabat & Autumnus, calcatis ſordidus uvis.
Et glacialis Hiems, canos hirſuta capillos.
Inde loco medius, rerum novitate paventem
Sol oculis juvenem, quibus adſpicit omnia, vidit.
Quaeque viae tibi cauſſa? quid hac, ait, arce petiſti,
Progenies, Phaëthon, haud inficianda parenti?
Ille refert: O lux immenſi publica mundi,
Phoebe pater, ſi das hujus mihi nominis uſum,

Nec

Sex tantae poterunt ſub eum ſuccedere partes;
Bina pari ſpatio caeleſtia ſigna tenentes.
Zodiacum hunc Graeci vocitant, noſtrique Latini
Orbem ſigniferum perhibebunt nomine vero.
Nam gerit hic volvens bis ſex ardentia ſigna.

De duodecim his ſignis ſic Manilius lib. I. 263.

Aurato princeps aries in vellere fulgens
Reſpicit admirans adverſum ſurgere Taurum,
Summiſſo vultu Geminos & fronte vocantem:
Quos ſequitur Cancer: Cancrum Leo: Virgo Leonem,
Aequato tum Libra die cum tempore noctis:
At trahit ardenti fulgentem Scorpion aſtro,
In cujus caudam contentum dirigit arcum
Miſtus equo volucrem miſſurus jamque ſagittam.
Tum venit anguſto Capricornus ſidere flexus.
Poſt hunc inflexam diffundit Aquarius urnam,
Piſcibus aſſuetas avide ſubeuntibus undas:
Quos Aries tangit claudentes ultima ſigna.

Haec autem ſigna eodem ordine uno diſticho comprehenſa leguntur apud Joannem de Sacro Boſco:

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora,
Piſces. Ciofan.

21. *Sua fert veſtigia.*] *Vertit veſtigia* plurimi ſcripti. inf. 730. *vertit iter.* & IV. 338. *ſimulatque gradu diſcedere verſo*, & hoc libro 314. quidam ſcripti, *ſaltu in contraria verſo.* XI. 547. *Patriae quoque vellet ad oras Reſpicere, inque domum ſupremos vertere vultus:* Vivianus etiam non male, *ad patrios flectit veſtigia vultus.* Ut lib. XIII. 284. ſcripti quidam, *illâ veſtigia flexi.* Heinsius. Val. Flacc. I. 163.

Et greſſus avidos ad litora vertit.

vid. lib. II. 547. & V. 232. *fert* tamen dixit lib. I. Faſt. 426. & ita paſſim, *ferre gradus, greſſus & pedes,* occurrit.

23. *Lumina.*] *Numina* Francof. forte recte, numen enim videre nefas mortali. pro *velatus* Vivianus profert ex ſuis, *praeclarus.*

24. *Claris zmaragdis.*] *Clara zmaragdo* Thuan. Barberin. aliique nonnulli. ſic & *amathyſtus.* Avien. Deſcript. Orb. 1323.

——— *Hique rubore*
Suffuſas blando quaerunt campis amethyſtos.

Priſcian. Perieg. 1022.

Purpureoque amethyſtus ineſt ſuffuſa rubore.

Heinsius. Sic apud Lucanum lib. X. 122. ex MSS. legendum:

Terga ſedent, crebro maculas diſtincta zmaragdo.

Vid. notas Heinſ. ad Claudian. IV. Conſ. Honor. 563. *claro zmaragdo* etiam multi codices. ceterum *zmaragdos* ſcribendum eſſe, poſt alios docuit egregie Broukhuſius ad Propert. lib. II. Eleg. XIII. 43. & ad Tibul. I. 1. 51. & II. IV. 27. Burm.

25. *A dextra.*] *Ad dextram laevamque* prior Mediceus & duo alii. eadem varietas lib. III. 161. & alibi. *At dextra laevaque* Florentinus a manu prima.

28. *Nuda Aeſtas.*] Propter calores, non ut Criſpinus, quia tunc terra ſpoliatur frugibus, quod magis in Autumnum congruit.

29. *Stabat & Auctumnus calcatis ſordidus uvis.*] *Sordidus* aptum epitheton. IV. Faſt. 897.

Venerat Autumnus calcatis ſordidus uvis,
Redduntur merito debita vina Jovi.

Ciofanus.

33. *Quaeque viae tibi cauſſa? quid hac, ait, arce petiſti.*] In duobus Vatic. legitur:

Quae tibi cauſſa viae? quidque hac, ait, arce petiſti.

Quae lectio lepidior & concinnior eſt. Ciofan.

Quae tibi cauſſa viae, quid in hac, ait, arce petiſti?

Quinque codices.

35. *Im-*

Nec falsâ Clymene culpam sub imagine celat;
Pignora da, genitor; per quae tua vera propago
Credar, & hunc animis errorem detrahe nostris.
Dixerat. at genitor circum caput omne micantes
Deposuit radios; propiusque accedere jussit:
Amplexuque dato, Nec tu meus esse negari
Dignus es; & Clymene veros, ait, edidit ortus.
Quoque minus dubites; quodvis pete munus: ut illud,
Me tribuente, feras, promissis testis adesto
Dis juranda palus, oculis incognita nostris.
Vix bene desierat: currus rogat ille paternos,
Inque diem alipedum jus & moderamen equorum.
Poenituit jurasse patrem. qui terque quaterque
Concutiens illustre caput, Temeraria, dixit,

Vox

35. *Immensi mundi.*] Et mox: *& facta est immensi copia mundi.* CIOFANUS.

36. *Phoebe pater, si das usum mihi nominis hujus.*] Si finis me te patrem vocare. IDEM.

37. *Celat.*] Meliores codices, *velat*; & ita Vivianus. vid. ad Epist. v. 131. hoc Virgilius dixit, lib. IV. Aeneïd. 172.

Hoc praetexit nomine culpam.

38. *Da genitor.*] *Da generis* quidam, quod probabat Vivianus: nam praeceſſit modo *pater*, & mox *genitor* iterum ſequitur.

38. *Tua vera propago.*] Gronovianus unus, *tibi.* non ineleganter.

39. *Errorem detrahe.*] Ambiguitatem tolle. CIOFANUS. vid. ad Quinctil. IV. Inſtit. Orat. I.

40. *Caput omne.*] Palatinus, *igne micantes.*

41. *Deposuit.*] *Sepoſuit* unus Mediceus. & mox, *accedere jusſo*, malebat Heinſius.

44. *Quoque minus dubites.*] *Quodque* unus Leidenſis.

44. *Et illud Me tribuente feres.*] *Ut feras* meliores. & mox, *currus rogat*, non *petit.* ut inf. 183. & III. 288. HEINSIUS.

45. *Promiſſis.*] *Promiſſi* plurimi veterum, & ita edidit Berſmannus. ſic lib. I. Amor. VIII. 21. *ſermonis teſtem* ex MSS. & ita ſaepe Cicero & alii. BURMANNUS.

46. *Diis juranda palus.*] De Stygia Palude Servius explanans illud Virg. in v. I. *Dii cujus jurare timent, & fallere numen*, ait: *Sive propter Victoriae favorem Stygis filiae. Nam dicitur ſtatuiſſe Jupiter, ut ſiquis fefelliſſet ejus numen, uno anno & novem diebus ab ambroſia & nectare prohiberetur. Ratio autem eſt, quam ſupra diximus. Ideo per Stygem Dii jurant, qui triſtitia contrariae eſt aeternitati.* Haec ille. De qua etiam Heſiodus in Theogonia, & Homerus lib. v. Odyſſ. quod qui volet, inde petat. CIOFANUS.

47. *Vix bene deſierat.*] Subaudi loqui. Ita v. Faſt. 278.

Vix bene deſieram, rettulit ille mihi. CIOFAN.

48. *Inque diem.*] *Perque diem* Thuaneus & unus Heinſii.

48. *Equorum alipedum.*] Hos infra, *equos volucres* dicit. lib. II. Amor. Eleg. I. ait ſolis equos albos eſſe:

Et revocant niveos ſolis euntis equos. CIOFAN.

51. *Vox mea facta tua eſt.*] Excerpta vetuſtiſſima Theatin. Rom. *vox tua facta mea.* ſcilicet mea promiſſione tu audax & temerarius factus. excerpta Calandrae; *vox tibi facta mea eſt.* tres quatuorve alii, *vox mea voce tua eſt.* ego ſi meo arbitrio res ageretur, prius praeferrem. BURM.

54. *Magna petis Phaëthon.*] Ob hanc videlicet cauſſam mox eum vocat *Magnanimum: Dumque ea magnanimus Phaëthon miratur, opuſque Perſpicit.* Sic Lucretius lib. v. 400.

At pater omnipotens, ira tum percitus acri,
Magnanimum Phaëthonta repenti fulminis ictu
Deturbavit equis in terram; ſolque cadenti
Obvius, aeternam ſuſcepit lampada mundi.
Diſjectoſque redegit equos, vinxitque trementes:
Inde ſuum per iter recreavit cuncta gubernans.

Sed hunc Lucretii locum vidit primùm, quod ſciam, doctiſſimus vir, Obertus Giſanius. Tali autem ingenio eſſe juvenes tradit Ariſtoteles lib. II. Rhetoricorum. CIOFANUS.

54. *Quae non viribus.*] *Nec viribus conveniant* meliores. HEINSIUS.

55. *Annis.*] *Auſis* unus Moreti.

57. *Contingere poſſit.*] *Fas ſit* praeſtare opinor, quod in nonnullis extat. Multi, *fas eſt.* Puto tamen,

par

Vox mea facta tuâ eſt. utinam promiſſa liceret
Non dare! confiteor ſolum hoc tibi, nate, negarem.
Diſſuadere licet. non eſt tua tuta voluntas.
Magna petis, Phaëthon; & quae nec viribus iſtis
Munera conveniant, nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis: non eſt mortale quod optas.
Plus etiam, quam quod Superis contingere fas ſit,
Neſcius adfectas. placeat ſibi quisque licebit;
Non tamen ignifero quisquam conſiſtere in axe
Me valet excepto. vaſti quoque rector Olympi,
Qui fera terribili jaculatur fulmina dextrâ,
Non agat hos currus. & quid Jove majus habemus?
Ardua prima via eſt: & quâ vix mane recentes
Enitantur equi: medio eſt altiſſima coelo;

Unde

par eſt, aut *par ſit*. ſic Lucretius frequenter. ut lib. IV. 1177.

Stultitiaeque ibi ſe damnet, tribuiſſe quod illi
Plus videat, quam mortali concedere par eſt.

Heinsius. Mihi *fas ſit* placet, quo utuntur paſſim optimae Latinitatis auctores, pro Graeco ἀδυνάτῳ, quod aliter vix eſt exprimere. *impoſſibile* enim deterioris notae vox eſt. Ita Acro & Porphyr. illud Horatii lib. II. Od. 19.

Fas pervicaces eſt mihi Thyiadas
Cantare.

Et explicat: *Fas non ſignificat nunc licet, ſed poſſibile.* Et lib. IV. Od. IV.

Nec ſcire fas eſt omnia.

Ubi vide Lambinum. Ita inf. vers 189. etiam quidam codices:

Fas tum contingere non eſt.

Quam lectionem ex hoc loco ſcribae effinxerunt. & hinc toties illa formula, *ſi licet & fas eſt.* pro qua dixit Noſter: *Qua licet & poſſum.* Ep. XVI. 235. vide mox ad vers 105. Burmannus.

59. *Conſiſtere.*] *Conſidere* unus Heinſii & Leidenſis pro varia lectione. ſed ſtetiſſe in curru patet ex vers. 151.

61. *Fulmina.*] *Spicula* codex Menardi. ita paſſim *tela Jovis* vocant Poëtae fulmina. Noſter II. Triſt. 179.

Parce precor, fulmenque tuum, fera tela, reconde.

62. *Et quid Jove majus habetur.*] II. Triſt. 37.

Jure igitur, genitorque Deûm, rectorque vocatur.
Jure capax mundus nil Jove majus habet.

Ciofanus. Meliores, *habemus*. in Triſtibus:

Majus apud Trojam ſorti quid habemus Achille?

Iidem, *agat*, pro *aget currus*. Heinsius. In nonnullis eſt, *& quis Jove*. & *reget*. cogitabam aliquando:

Non reget has currus; & quis Jove major, habenas.

Sed & vulgata recta eſt. nam *agere* currum infra quoque dicit. 390. vide Barth. ad VI. Theb. 316. & 432. ubi *agere equum* humilius dictum, quam *agere currum* cenſet. ſic *agere navem* dixit Val. Flac. I. 688. Burmannus.

63. *Ardua prima via eſt.*] Hoc carmine cum ſex ſequentibus ad rem ſuam accommodatiſſimè utitur ſapientiſſimus Seneca in lib. de Providentia, & mox his:

Utque viam teneas, nulloque errore traharis,
Per tamen adverſi gradieris cornua Tauri:
Haemonioſque arcus, violentique ora Leonis.

Rurſus hoc hemiſtichio: *finge datos currus.* In quo citando manifeſte apparet eum memoria lapſum: ait enim, *Poſt haec ait: finge datos currus.* Quae verba ante illa *Haemonioſque arcus &c.* collocantur. ſed non te lector celabo in vetere libro Vaticano apud Senecam hoc modo legi: *Poſt haec ait:*

Finge datos currus: quid ages? poteriſne rotatis
Obvius ire polis, ne te citus auferat axis?

Quae ſanè lectio, ſi quid ego video, ad Senecae ſententiam magis magisque pertinet, immo vero ita neceſſario legendum eſt: Etenim in illis verbis, *finge datos currus*: quid terroris, & incitamenti ineſt? verba, quibus ille hoc perſpicuè annuit, haec ſunt: *His quibus deterreri me putas, incitor.* Placuit parergon hoc, qualecumque eſt, tibi ſignificare; quod ſi placebit, erit quod gratuler; ſin minus, voluntate, quam juvandi ſtudioſos ſuſcepi, contentus eſſe debes. Ciofanus.

63. *Et qua vix mane recentes.*] Vitioſos codices illi ſecuti ſunt, qui ultimam in *quamvis* corripi ex hoc verſu poſſe contenderunt, & legunt, & *quamvis inane recentes.* vide Maſerium ad Valer. Flacc.

Unde mare & terras ipſi mihi ſaepe videre
Fit timor, & pavidà trepidat formidine pectus.
Ultima prona via eſt; & eget moderamine certo.
Tunc etiam, quae me ſubjectis excipit undis,
Ne ferar in praeceps, Tethys ſolet ipſa vereri.
Adde, quod adſiduà rapitur vertigine coelum;
Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet.
Nitor in adverſum: nec me, qui cetera, vincit
Impetus: & rapido contrarius evehor orbi.
Finge datos currus. quid agas? poterisne rotatis
Obvius ire polis, ne te citus auferat axis?
Forſitan & lucos illic, urbesque, domosque

Con-

VI. 447. in quibus ſenſus quoque claudicat. codices nihil variant; niſi quod in uno, *& per quam mane recentes.* BURMAN.

63. *Recentes equi.*] Ita Caeſar lib. v. De Bel. Gall. de militibus: *Integri & recentes milites defatigatis ſuccederent.* Idem lib. III. De Bello civili: *Ita cum recentes, atque integri deſeſſis ſucceſſiſſent.* Livius lib. VI. *Inſtant Volſci recentes, qui è caſtris impetum fecerant. recentes equi*, Idem lib. XXXVIII. *Recentibus equis Romani feſſos ſequebantur.* CIOFAN.

64. *Enituntur.*] *Enitantur* cum Cantabrigienſi optimo. HEINSIUS. *Emittuntur* Bernegg. & duo alii.

64. *Altiſſima.*] Barth. ad Stat. VII. Theb. 473. ex duobus MSS. legit, *latiſſima.* & explicat facillimam. contra in MSS. Menardi eſt, *artiſſima.* ſed vulgata proba, quam ſequentia & ipſa veritas confirmant.

65. *Videre.*] *Videnti* edidiſſe Farnabium notaverat Heinſius, neſcius an ex codice: mihi certe non placet. & in Farnabii editione, qua utor, *videre* legitur.

66. *Fit timor.*] Ita eſt in uno meo Domin. & Ab. Impreſſi inſulſe habent, *Sit timor.* CIOFAN. *Fit* & *trepidat* vetuſtiores. quomodo & Seneca libro de Providentia agnoſcit. HEINSIUS.

66. *Pavidâ.*] *Gelida* eſt in uno Heinſii, quo epitheto quin Poëtae ſaepe utantur, nullum eſt dubium, ut Noſter inf. 200. ſed & ſolent ſaepe iidem uti epithetis affinibus, & idem fere notantibus, quod ſubſtantiva, quibus apponuntur. Ita & infra lib. VII. 630.

Pavido mihi membra timore
Horruerant.

I. Faſt. 16.

Deque meo pavidos excute corde metus.

II. Art. Am. 88.

Non oculis pavido venit oborta metu.

III. Amor. 7.

Pavido lingua retenta metu.

Quod idem Epiſt. 82. XI. ita expreſſit:

Torpuerat gelido lingua retenta metu.

Sic ſaepe *muta ſilentia* dixit, ut IV. Met. 433. VII. 184. X. 53. quod corruperunt in *multa ſilentia* apud Tibull. IV. I. 129. ubi vid. Broukh. *taciturna.* II. Art. 505. Silius V. 600. *moeſtum dolorem* dixit, & Lucret. I. 816. *ſonitum ſonantem.* ubi vid. Lambinum. Neque vitioſus hic Epithetorum uſus, quae numquam vacant, ſed aut ad augmentum, ut hic, aut ad diminutionem, aut ad diſcretionem ponuntur, teſte Servio ad Virg. I. Aeneïd. 178. plura videbis apud Paſſeratium ad Propert. I. Eleg. 13. pag. 204. ita & Ariſtoph. Plut. act. I. ſc. 2, dixit, *βιὸν βιωτὸν* & ſimilia paſſim obvia. BURM.

67. *Moderamine.*] *Molimine* Florent. a manu prima.

68. *Excipit.*] *Suſcipit* unus Leidenſis, quae eadem varietas lib. IV. 633.

72. *Nec me, qui cetera, vincit impetus.*] Verbum, *vincit*, bis repetendum. ceterum manifeſte hic exprimit motum Planetarum, qui eſt ab nona ſphaera, ab occidente in orientem ſuper lineam eclipticam ac Zodiaci polos, contra primi mobilis motum, qui eſt ab oriente in occidentem ſuper aequatorem, ac mundi polos. Quod autem ſubjungitur, *Nec me, qui cetera vincit Impetus*, diligenter a Raphaële expoſitum eſt, ac multis modis, inter quos ultimus mihi potiſſimum probatur. neque enim primi coeli motus Solem ita vel rapit, vel fert, ut non perpetuo aequali modo ſub ecliptica maneat linea. Accedit ad hoc, quod ſol neque epicyclum habet, ideoque neque directus, nec retrogradus, nec ſtationarius, ut ceteri planetae, dici poteſt. GLAREANUS. *Vincat* Florentinus; forte:

Nitor in adverſum, ne me, qui cetera, vincat
Impetus.

Expreſſit hunc locum Mamertinus Panegyr. II. cap. 3. *In adverſa coeli nitentem impetu rapit ſolem.* BURMANNUS.

74. *Quid*

Concipias animo, delubraque ditia donis
Esse. per insidias iter est, formasque ferarum.
Utque viam teneas, nulloque errore traharis;
Per tamen adversi gradieris cornua Tauri,
Haemoniosque arcus, violentique ora Leonis,
Saevaque circuitu curvantem brachia longo
Scorpion, atque aliter curvantem brachia Cancrum.
Nec tibi quadrupedes animosos ignibus illis,
Quos in pectore habent, quos ore & naribus efflant,
In promtu regere est. vix me patiuntur, ut acres
Incaluere animi; cervixque repugnat habenis.
At tu, funesti ne sim tibi muneris auctor,

Na-

74. *Quid ages.*] *Agas* Thuan. Cantabrig. secundus Palat. & sex alii. HEINSIUS.

76. *Urbesque deorum.*] *Domosque* duo Medicei & unus Ambrosianus cum uno Thuaneo. HEINS. Itaque bonum factum, & Dii urbes suas habent, neque iis satis est habere *aras*, *delubraque ditia donis*. Sed longe mihi alia sententia est, legendum enim dejerem, *lucos illic urbesque, domosque*: ut in hoc ipso libro 794.

Afflatuque suo populos urbesque domosque.

Et lib. I. 301.

Mirantur sub aqua lucos, urbesque, domosque.

Ubi, quemadmodum vides, omnia sunt eadem, ut alibi, si meminissem, aut quaerere vacaret. dicet aliquis, sed illae duae urbes in Clypeo apud Homerum, quid? Nugae, non enim sunt urbes deorum; & miror fuisse qui &c. Duos ex MSS. Cl. Heinsii lectionem illam prae se ferre dicis, quam ego divinaram; fateor, sed locum illum, ut infinitos alios, ante emendaveram, quam viri diligentissimi labor in lucem prodiret. Dein amicus ille, qui describendas varias lectiones in se susceperat, hanc nescio quomodo omisit. (nam, si nescis, librum illum per amicum legi, unde enim mihi tantum otii?) praeterea si nihil aliud, id certe a me ratione & exemplis ex ipso Poëta petitis probatum est, quod in medio a viro doctissimo relictum erat. Postremo quod ille diligentiae & indefesso labori, id ingenio debeo, & acri atque intentae commentationi, cujus me cur poeniteat, haud sane adhuc video. TAN. FABER lib. II. Epist. 69. cui adde Schepper. Ep. 71.

78. *Esse.*] Unus Moreti *Ecce*. unus Palat. *Ire*. quatuor alii, *Isse*. *Iter est ire*, pro eundum. HEINS. forte:

Omne per insidias iter est.

79. *Utque.*] Quamvis. Alibi:

Ut desunt vires, tamen est laudanda voluntas.

CIOFANUS.

80. *Per tamen adversi.*] Alex. Tassonius Pensier. divers. IX. 36. hic controversiam movet Poëtae, an non in Astronomicae scientiae principia peccet, quod uno die solem per tot signa gradientem inducat, quot nec toto mense pervagatur, sed ipse solvit quaestionem. Poëtam hic non ex artis Astronomicae princpiis loqui, sed solem, ut coelestem personam Poëtica licentia fingere, qui cum suo curru coelum pererrat, & in itinere obvia haec sibi signa habet, non vero de sole, ut in coelesti orbe vel ejus disciplina, tanquam sidere loqui. potuit vero (& licuit Poëtae etiam, jure vatibus usurpato,) hic contra dogmata Astronomorum inducere solem, omnia terribiliora facientem & pericula exaggerantem, ut Phaëtonta deterreret. unde etiam ex signis illa tantum eligit, quae sub ferociorum ferarum imagine in coelis finguntur recepta; praeteritis, qui mitioris aspectus sunt, ut virgine, geminis, piscibus, &c. BURM.

84. *Nec tibi quadrupedes animosos.*] Nescio qui hoc loco ex *Animosos*, ineptissimè fecit *Damnosos*. CIOFANUS.

85. *Quos ore & naribus efflant.*] Virgil. XII 113.

Postera lux summo spargebat lumine terras
Orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemque elatis naribus efflant.

Lucilius, citat Marius Victorinus de syllabis:

—— *Efflantque elatis naribus lucem.*

Ennius apud Servium:

—— *Funduntque elatis naribus lucem.*

CIOFANUS.

86. *Ubi incaluere.*] *Ut incaluere* multi. HEINSIUS. *incaluere animis* volebat Douza. *intumuere animi* Palatinus, quod placuit Gebhardo lib. I. Crepund. cap. 12. ita Statius I. Theb. 411. *irae intumuere satis*. Claud. II. in Ruf. 185. *intumuit virtus*. & ita passim hoc verbo utuntur poëtae. vid. inf. 508. IV. Pont. XIV. 34. & Gronov. ad Liv. XXXIII. II. BURMANNUS.

Nate, cave: dum resque sinit, tua corrige vota.
Scilicet, ut nostro genitum te sanguine credas,
Pignora certa petis. do pignora certa timendo:
Et patrio pater esse metu probor. adspice vultus
Ecce meos: utinamque oculos in pectora posses
Inserere, & patrias intus deprendere curas!
Denique, quidquid habet dives, circumspice, mundus:
Eque tot ac tantis coeli, terraeque, marisque
Posce bonis aliquid: nullam patiere repulsam.
Deprecor hoc unum; quod vero nomine poena,
Non honor est. poenam, Phaëthon, pro munere, poscis.
Quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis?
Ne dubita, dabitur (Stygias juravimus undas)
Quodcumque optaris: sed tu sapientius opta.

Finis.

90. *Genitum nostro sanguine.*] Ex me fatum. CIOFANUS.

91. *Certa petis.*] *Certa tibi?* legebat è MS. Gebh. lib. I. Crep. 14.

92. *Et patrio pater esse metu probor.*] Mirum patris erga filium affectum exprimit. Pater enim, cum filium in aliquod discrimen incidisse videt, summum ex ea re dolorem capit. sic lib. XIII. ejusdem operis de Agamemnone: *Atque in rege tamen pater est.* Virg. lib. X. De Ascanio, cum Lausum jam interfecisset Aeneas:

Et mentem patriae subiit pietatis imago.

CIOFANUS.

92. *Pater esse metu probor.*] *Probo:* neglecto hiatu: estque Graeca constructio, ut in illo Maronis:

Sensit medios delapsus in hostes.

Hoc est delapsum esse. BERSMAN.

92. *Adspice vultus.*] *Inspice* duo libri, quod majorem diligentiam & curam notat. vid. ad Petron. cap. CXXXV. eadem diversitas infr. lib. III. 69. BURMANNUS.

94. *Deprendere.*] *Dependere* MSS. id est *expendere.* BERSMAN. *cognoscere* Argentin.

97. *Posce bonis.*] Liber meus, *Quaere bonis.* CIOFANUS.

97. *Nullam patiere repulsam.*] Ita infra. lib. III. *Cui Deus, elige, ait, nullam patiere repulsam.* Alii auctores dicunt, *repulsam ferre.* CIOFANUS.

103. *Sapientius.*] *Moderantius* Junii, *moderatius* unus Medic. & Basil. ex Pont. lib. I. Eleg. 8.

At nimium est quod amice petis, moderatius opta. HEINSIUS.

104. *Propositumque premit.*] *Tenet* undecim libri veteres: rectè, si quid video. lib. I. Artis Amat. 470

Lecturam spera, propositumque tene:

Cornelius Nepos vitâ Eumenis: *Itaque hoc propositum tenuit.* lib. X. Metam. 405. Noster:

Propositique tenax, quodcunque sit, orat ut ipsi Indicet.

Ita Horatius quoque lib. III. Od. III. *Justum & tenacem propositi virum* dixit. HEINS. Jul. Caesar lib. I. Bel. Civ. 83. *Tenere uterque propositum videbatur*, & lib. III. 43. *Pompejus ubi propositum tenere non potuit &c.* & cap. 65. *Commutata ratione belli, quoniam propositum non tenuerat, juxta Pompejum munire jussit.* & ita Val. Max. VI. 3. *Aeque tenax propositi Domitius.* BURMANNUS.

105. *Quâ licuit.*] *Quam* unus Moreti & Gronovii, & ita Gebh. I Crepund. 12. male. Epist. XVI. 235. *Qua licet & possim.* lib. III. Amor. VIII. 51. *Qua licet affectas coelum.* Epist. IV. 9. *Qua licet & sequitur.* vid. ad Epist. XIII. 41. BURM.

107. *Aureus axis erat, temo aureus, aurea summae Curvatura rotae, radiorum argenteus ordo.*] His versibus Cacozelia est, per affectionem decoris corrupta sententia: cum eo ipso dedecoretur oratio, quo illam voluit auctor exornare, quae fit aut nimio tumore: ut est illud:

Juppiter o praesens, coeli qui sidera torques, Ore tuo dicenda loquar.

Aut nimio cultu & ornatu, ut in exemplo praesenti: quem locum observavit Diomedes. JACOBUS A CRUCE. Hunc locum totidem verbis citat & considerat Diomedes, cujus haec sunt: *Cacozelia est per affectionem decoris corrupta sententia &c.* CIOF. a Grammaticorum odiosa censura facile absolvet nostrum Poëtam, si quis legerit, quae de hoc orationis lumine & decore adnotavit Victorius lib. XXXIII. var. lect. cap. 12. ubi ex Virgilio & Homero similia producit. Quibus accedat Callimachus Hym. in Apoll. 33.

Xpis

Finierat monitus. dictis tamen ille repugnat:
Propositumque tenet: flagratque cupidine currûs.
Ergo, quâ licuit genitor cunctatus, ad altos
Deducit juvenem, Vulcania munera, currus.
Aureus axis erat, temo aureus, aurea summae
Curvatura rotae; radiorum argenteus ordo.
Per juga chrysolithi, positaeque ex ordine gemmae,
Clara repercusso reddebant lumina Phoebo.
Dumque ea magnanimus Phaëthon miratur, opusque
Perspicit: ecce vigil rutilo patefecit ab ortu
Purpureos Aurora fores, & plena rosarum
Atria. diffugiunt stellae: quarum agmina cogit
Lucifer, & coeli statione novissimus exit.
At pater ut terras, mundumque rubescere vidit,

Cor-

Χρύσεα τῷ Ἀπόλλωνι, τὸ, τ' ἔνδυτον, ἢτ' ἐπὶ πορπὶς,
Ἠὲ λύρη, τὸ, τ' ἄεμμα τὸ Λύκτιον, ἢτε φαρέτρη·
Χρύσεα καὶ τὰ πέδιλα. πολύχρυσος γὰρ Ἀπόλλων.

Et in Dianam 110.

Ἄρτεμι παρθενίη, τιτυόκτονε, χρύσεα μέν τοι
Ἔντεα καὶ ζώνη, χρύσεον δ' ἐζεύξαο εἴφρον,
Ἐν δ' ἐβάλευ χρύσεια, θεὰ, κεμάδεσσι χαλινά.

Et in Delum 260.

Χρύσεα τοι τότε πάντα θεμείλια γείνετο Δῆλε.
Χρυσῷ δὲ τροχέεσσα πανημέριος ἔρρεε λίμνη,
Χρύσειον δὲ ἑκόμισσε γενέθλιον ἔρνος ἐλαίης,
Χρυσῷ δὲ πλήμμυρε βαθὺς Ἰνωπὸς ἐλίχθεις.
Αὐτὴ δὲ χρυσέοιο ἀπ' οὔδεος ἔιλεο παῖδα.

Adde currus Junonis descriptionem apud Homer. Iliad. E. 722. Quis verò dubitet nomina tanta sequi? summa vero cum ratione & judicio talia a Poëtis geminantur, quia, ut notat Servius ad Virg. IV. Aeneïd. 138. *Amat Poëta iterare voces, vel pretiosas, vel necessarias, vel optabiles.* & egregie ibidem Pierius causam Poëtarum agit, adversus stuporem & imperitiam iniquorum censorum. idem Virgilius iterat eodem modo lib. I. Aeneïd. 448.

Aerea cui gradibus surgebant limina, nexaeque
Aere trabes, foribus cardo stridebat aenis?

Nec infeliciter aemulatus majorum gentium Poëtas Claudianus Epith. Palladii 103.

Floribus instruitur currus: juga floribus halant:
Florea purpureas adnectunt frena columbas.

De curru vero Solis vide Lambin. ad Horat. III. Od. 6. Quem & aureum posuisse Augustum in porticu Apollinis fastigio Propertius testatur II. Eleg. XXIII. 11.

Auro Solis erat supra fastigia currus.

Ubi alii *Aurea*, male. nam ipse currus auro radiabat, *currus vero auro*, ut *culter norico ferro*, Petron. cap. LXX. *Venabula lato ferro* Noster Epist. IV. 83. vid. inf. II. 53. XI. 27. Si ergo in regia Solis Palatium Augusti adumbravit Poëta, & hic currum illum potuit respexisse: & forte idem ille est, qui exhibetur oculis in lucerna sepulchrali a Bellorio Part. II. fig. 9. BURM.

109. *Per juga Chrysolithi.*] Chrysolithus lapillus est albi coloris, cujus etymologiam videtur attigisse Propertius lib. II. 13. *Quosque dedit flavo lumine Chrysolithos.* CIOFANUS.

110. *Repercusso Phoebo.*] Hoc epitethon hinc accepit Lucan.

Longa repercusso nituere crepuscula Phoebo. IDEM. puto memoriam imposuisse Ciofano: nam apud Statium Theb. I. 344 legitur:

Longa repercusso nituere crepuscula Phoebo.

Nonnulli vero hic codices optimae notae habent, *radiabant*, pro *reddebant*. unus etiam Thuani, *munda lumina*. BURMANNUS.

112. *Nitido ortu.*] *Rutilo* primus Mediceus & tres alii cum Norico. HEINSIUS. Ita infr. 319. *rutili capilli.* & V. 440. ubi vide notas.

116. *Tum pater.*] Liber Jo. Dei. *At pater.* CIOFANUS. In optimo Florentino & Neap. erasa vetus lectio. *At pater* Thuan. & sex alii. *Quae patere* primus Palatinus, excerpta Theatinorum Romana, & quinque alii. *Quae petere* Langianus. *pater* vix locum hic habet, cum mox sequatur, *Tum pater.* Forte, *Ut pariter terras mundumque rubescere vidit*; *Titan* nimirum, quod mox subjungitur. HEINSIUS.

Cornuaque extremae velut evaneſcere Lunae,
Jungere equos Titan velocibus imperat Horis.
Juſſa Deae celeres peragunt: ignemque vomentes,
Ambroſiae ſucco ſaturos, praeſepibus altis
Quadrupedes ducunt; adduntque ſonantia frena.
Tum pater ora ſui ſacro medicamine nati
Contigit; & rapidae fecit patientia flammae.
Impoſuitque comae radios, praeſagaque luctûs
Pectore ſollicito repetens ſuſpiria, dixit:
Si potes hîc ſaltem monitis parere paternis;
Parce, puer, ſtimulis; & fortius utere loris.
Sponte ſuâ properant. labor eſt inhibere volentes:
Nec tibi directos placeat via quinque per arcus.
Sectus in obliquum eſt lato curvamine limes,
Zonarumque trium contentus fine: polumque
Effugito auſtralem, junctamque aquilonibus Arcton.
Hac fit iter: manifeſta rotae veſtigia cernes.
Utque ferant aequos & coelum & terra calores,

Nec

117. *Extremae Lunae.*] Ita *extrema tonitrua* dixit XII. Met. 53. vide ad Petron. cap. XXII. *videt evaneſcere* Cantab. & quidam alii.

120. *Ambroſiae ſucco.*] Plurimi, *ambroſio*; ita Statius IX. 741.

Ambroſio tum ſpargit membra liquore,
Spargit equum, ne quo temeretur vulnere corpus.

Sed idem lib. XII. 139.

Ambroſiaeque rigat ſuccis.

Et Noſter IV. 285.

Ambroſiam pro germine habent.

Et XIV. 606.

Et Ambroſia cum dulci nectare mixta
Contigit os.

& ita hic malo, ne forte fiat ejuſdem ſoni ingrata iteratio, niſi quis mallet *ambroſio ſaturos ſucco*: nam in uno Heinſii eſt, *ambroſiae ſaturos ſucco*. BURM.

122. *Tum pater ora ſui ſacro medicamine nati Contigit.*] Parrhaſius ad illud Claudiani lib. III. De raptu Proſerpinae, *& arcano perfudit robora ſucco, Quo Phaëthon irrorat equos.* notat Claudianum verbum *ſacro* ex hoc noſtro expreſſiſſe. ejus verba ſunt: *Quippe ſacrum, ſanctum idem quod arcanum quandoque ſignificat. Seneca: Sacra dirae mortis in aperto jacent. Inde ſanctaria atque ſacraria dicta ſunt loca, quo tantum Sacerdotibus aditus eſt, ut initio retulimus. Hirpinos medicamento quodam pedum plantis ignes innoxiè perambulaſſe: quod ſuo more religioni tribuit Maro. Phaëthon Solis & Clymenes filius, apud Ovidium: Phaëthontis epitheton Soli dat Homerus ἠέλιος Φαέθων. Eodem nomine fuiſſe canit Heſiodus Aurora Cephaloque genitum. Abſyrtus etiam Phaëthon dictus eſt, ut Scythicorum ſecundo Timonax ait. Alexander Aetholus in eo, cui titulum fecit ἁλιεῖ, canit ineunte vere gramen apud inſulas beatorum naſci, quo Sol ejus paſcat equos, ut irrequieto curſu non rumpantur. hoc illud eſſe gramen, quo guſtato Glaucus in mare deſiluerit. Hic ad Ovid. carmen alluſit in* II. *Metam. de Phaëthonte:*

Tum pater ora ſui ſacro medicamine nati
Contigit, & rapidae fecit patientia flammae.

CIOFANUS. *Sacrum* medicamen eſt, quod non erat vulgatum, ſed Diis ſolis in manu & uſu. unde alii *arcanum*, ut recte Parrhaſius, vocant. ut pluribus ad Val. Flac. IV. 15. & VI. 477. oſtendemus. vide etiam ſupra ad Epiſt. IX. 40. BURMANNUS.

123. *Contigit.*] Lucret. I. 937.

Contingunt dulci mellis flavoque liquore. DOUZA. Ita paſſim Lucretius & alii. Noſter XIV. 607. *Tangere* hoc ſenſu vidimus ad Epiſt. XIX. 44. BURM.

126. *His ſaltem monitis parere parentis.*] *Paternis* Bernegger. Thuan. & quatuor alii. Scribe:

Si potes hic ſaltem monitis parere paternis.

HEINSIUS. Recte *hic* Heinſius reſtituit. vid. ad Phaedr. lib. I. Fab. 14.

127. *Parce puer.*] Leidenſis & Gronovii unus, *precor*, ſollemni aberratione. eadem enim varietas I. Faſt. 480. & II. Pont. VIII. 25. *ſed fortius* Francof. *& fortiter* Mediceus & Bonon. forte, *at fortiter*. BURM.

128. *Inhibere volantes.*] *Volentes* plurimi veterum. ſic apud Virgil. l. III. Georg. 129.

Ipſâ

Nec preme, nec ſummum molire per aethera currum.
Altius egreſſus coeleſtia tecta cremabis;
Inferius terras: medio tutiſſimus ibis.
Neu te dexterior tortum declinet in anguem,
Neve ſiniſterior preſſam rota ducat ad aram:
Inter utrumque tene. Fortunae cetera mando;
Quae juvet, & melius, quam tu tibi, conſulat, opto.
Dum loquor; Heſperio poſitas in litore metas
Humida nox tetigit. non eſt mora libera nobis:
Poſcimur. effulget tenebris Aurora fugatis.
Corripe lora manu: vel, ſi mutabile pectus
Eſt tibi, conſiliis, non curribus, utere noſtris:
Dum potes; & ſolidis etiamnum ſedibus adſtas;
Dumque male optatos nondum premis inſcius axes.
Quae tutus ſpectes, ſine me dare lumina terris.
Occupat ille levem juvenili corpore currum:
Statque ſuper; manibusque datas contingere habenas
Gaudet; & invito grates agit inde parenti.

Inter-

Ipſâ autem macie tenuant armenta volentes.
Ita praeſtantiſſimus liber Mediceus. Apulej. Met. VI. *Cui ne deorum quidem, quamquam volentium, potuerunt prodeſſe ſuffragia.* lib. VII. *Virum magnanimae vivacitatis volentem, volentes accipite.* lib. IX. *Qui amoris languidi deſidia tuos volentes amplexus diſcruciant.* Martial. VIII. Ep. XXI. ad Phoſphorum:
Quid cupidum Titana tenes? jam Xanthus & Aethon
Frena volunt, vigilat Memnonis alma parens.
Stat. libro. I. 186.
Ubi fama volentem
Ingratis Phrygios humeris ſubiiſſe molares.
Et Theb. III. 432.
Qualis ubi Aeolio dimiſſos carcere ventos
Trux prae ſe Neptunus agit, magnoque volentes
Injicit Aegaeo.
Ita praeſtantiores ſcripti. niſi quod *Trux* pro *Dux* ex conjectura ſcripſimus. Theb. IV. 692.
Ite volentes, ite in operta ſoli.
Theb. VI. 34.
Extemplo famulos premit hortaturque volentes
Orba Parens.
Theb. VII. 387.
Venere volentes
Aoniae populi.
& 665.
Moenia in haec ultro ſcopuli venere volentes.
& Achil. II. 128. *cogitque volentem.* plura congeſſimus ad Sil. Italic. lib. XI. ℣s. 445. & ad. V. Aeneïd. Maronianae ℣s. 119. pro vulgata lectione facit Silius. XVI. 321.
Magnaque volantibus idem
Voce loquuntur equis.
Et Stat. Theb VII. 82.
Sicut anhelabant, juncto ſudore volantes
Mars impellit equos.
Properent etiam unus meus. HEINSIUS. vide ad Vellej. Pater. II. 62. Francius volebat, *volenti.*

130. *Sectus.*] *Sextus* Genevenſis & unus Baſil.

132. *Polumque Effugit Auſtralem.*] *Effugito* eſt reponendum ex primo & ſecundo Palatino, primo Baſileenſi, & aliis tribus. Mox, *Hac fit iter*, Noricus, non *ſit.* HEINS. vide lib. IV. 437. ubi eadem varietas.

136. *Signa cremabis.*] In uno Vatic. *Regna.* In alio, atque uno meo, *Tecta cremabis.* Sed *ſigna* magis placet: vel potius duae illae aliae varietates penitus ſunt rejiciendae, ut abſurdae, nihilque ad rem, de qua poëta loquitur, pertinentes. CIOFAN.

138. *Ad anguem.*] *In anguem* Twiſdeni codex alter. HEINSIUS.

140. *Inter utrumque tene.*] Alibi de Icaro, *Inter utrumque vola.* CIOFANUS. *utramque* Moreti primus. vid. ad lib. I. 50.

143. *Mora libera.*] Quinct. XII. 3. *Nec libera ad diſcendum mora eſt.*

144. *Et fulget.*] *Effulget* recte primus Gronovianus pro diverſâ lectione. poſſet &, *en fulget* legi. HEINSIUS.

147. *Etiamnum.*] Sic optimus Thuaneus. HEINS.

152. *Et invito grates agit ille parenti.*] Libri mei, & unus Vatic. Urſini, & Briantii, *inde parenti;* placet. *Grates* dixit etiam Curtius, M. Tullius,

Interea volucres Pyroëis, Eous, & Aethon,
Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant.
Quae postquam Tethys, fatorum ignara nepotis,
Repulit; & facta est immensi copia mundi,
Corripuere viam, pedibusque per aëra motis
Obstantes findunt nebulas, pennisque levati
Praetereunt ortos îsdem de partibus Euros.
Sed leve pondus erat; nec quod cognoscere possent
Solis equi: solitàque jugum gravitate carebat.
Utque labant curvae justo sine pondere naves,
Perque mare, instabiles nimiâ levitate, feruntur;

Sic

lius, & T. Livius. CIOFANUS. *inde* Douza explicat propter illas.

153. *Interea volucres Pyrois.*] *Pyrois* apertè legitur in duobus Vatic. uno Maffei, uno meo, & uno Caelest. Horum equorum nomina ponit & Hyginus in fabulis, cap. CLXXXIII. ubi Ovidium nominat. CIOFAN. *Et Eous* Cantabrig. & quatuor alii. quomodo & Scholiastes Statii ad lib. III. 403. manu veterrima exaratus Vaticanae bibliothecae agnoscit. HEINS. alia nomina dat Scholiastes ad Germanic. Prognostica p. 144. *Erythraeus*, *Aethon*, *Lamptos* & *Phlogaeus*. quem locum a Munkero ad Hygini d. l. castigatum vide.

155. *Flammiferis.*] Ita in eodem meo. In altero, itemque in tribus Vatic. *Flammigeris*. In alio Vatic. *Fumificis*. CIOFANUS. illud *fumificis* non temere abjiciendum, quod & in Thuaneo codice & Leidensi pro varia lectione erat; nam *flammifer* vel *flammiger* fere de coelo vel similibus dici solet. inf. VII. 114.

Fumificisque locum mugitibus implevere.

Statius VI. Theb. 397.

Impulsi nequeunt obsistere postes,
Claustraque compressae transfumat anhelitus irae.

Ita & *fumantes tauros* dixit Valer. Flacc. VII. 283. sic *flammare* & *fumare* saepe permutata videbimus ad lib. XIII. 421 & *fumantia equi terga* lib. XIV. 362. BURMANNUS.

157. *Capia caeli.*] In utroque meo, uno Vatic. utroque Caelest. non *caeli*, sed *mundi*, legitur. Aeque bene utroque modo. Fuit enim ea veterum opinio, ut & caelum, & mundum pro eadem re indifferenter dicerent. Cicero in Timaeo: *Omne igitur caelum, sive mundus, sive quo alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatus sit.* CIOFAN. *Mundi* cum plerisque. recte. sic *moenia mundi* apud Lucretium saepe pro coelo. Graecis quoque κόσμος καὶ οὐρανὸς ejusdem non raro significationis. atque ita poëtae Latini passim. Solinus de Macedonia cap. XV. *Admonet Phlegra, ubi rumor est militiam mundi dimicavisse cum Gigantibus. Militiam mundi* pro caelesti militia dixit. HEINSIUS.

158. *Corripuere viam.*] Virg. lib. I. Aeneïd. 418.

Corripuere viam interea, quam semita monstrat.

Valerius Flaccus lib. V. 328.

Inde viam, qua Circaei plaga proxima campi
Corripiunt. CIOFANUS.

159. *Obstantes scindunt nebulas.*] Primus Regius & unus Thuan *findunt*. sic lib. IV. 718.

Et celeri fissum praepes per inane volatu.

Quomodo ex vestigiis veterum librorum scribendum. HEINSIUS. *Caedunt* Leidensus a manu prima, quod illis Lucani IV. 43. *caedunt ense vias*, posset firmari. sed ibi alia paullum ratio est. quare *findunt* rectius. ita Plinius lib. X. 23. *findentes aëra olores.* Noster IV. 666. *Et liquidum motis talaribus aëra findit.* ita *secare aëra pennis* Virg. I. Georg. 409. *secta talaribus aura* Propert. II. XXIII. 57. *Secans aëra vox* Quinct. XI. Instit. 13. BURM.

160 *De partibus Euros.*] *De finibus* Basiliens. ut in alia locutione haec nomina commutata vidimus Ep. XVII. 67. sic & III. Trist. III. 3.

Aeger in extremis ignoti partibus orbis.

Ubi MSS. nonnulli, *finibus*. & potuit hic *limites*, & *regiones coeli*, ut vocat Gellius. II. 22. *finium* nomine notare. sic idem Gellius, ab *aestiva & solstitiali orientis meta* venire ventum subsolanum dixit: & mox, *Japygiae ipsius ore, proficiscentem quasi finibus Apuli eodem nomine Japygem dicunt*, ubi male illud *quasi finibus* ejicitur. mallem ego, *quasi finibus suis*, id est limite, regione sua. sed & ille ibid. a *partibus* coeli dixit, ut & Plin. II. 47. *praeterire* vero *Euros* quasi proverbialiter de celerrimo volatu dictum: vid. Rutgers. Lect. Venusin. cap. VI. BURM.

162. *Solitaque jugum gravitate carebat.*] Dat jugum currui & Q. Curtius lib. III. *Jamque qui Darium vehebant equi confossi hastis, & dolore efferati, jugum quatere, & regem curru excutere coeperant.* CIOFANUS.

165. *Sic*

Sic onere adſueto vacuos dat in aëra ſaltus,
Succutiturque alte, ſimilisque eſt currus inani.
Quod ſimul ac ſenſere, ruunt, tritumque relinquunt
Quadrijugi ſpatium, nec, quo prius, ordine currunt.
Ipſe pavet; nec quâ commiſſas flectat habenas,
Nec ſcit, quâ ſit iter: nec, ſi ſciat, imperet illis.
Tum primum radiis gelidi caluere Triones,
Et vetito fruſtra tentarunt aequore tingui.
Quaeque polo poſita eſt glaciali proxima ſerpens,
Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli,
Incaluit: ſumſitque novas fervoribus iras.
Te quoque turbatum memorant fugiſſe, Boöte,

Quam-

165. *Sic onere inſueto vacuos dat in aëre ſaltus.*] *In aëra* nonnulli ex melioribus. deinde, *onere* quoque *aſſueto* Florentinus Sancti Marci, primus Vaticanus, Cantabrig. ſecundus Palat. Urbin. & duo aut tres alii. *onere aſſueto vacui ſaltus* eleganter dicuntur. niſi mavis reponi, *onere aſſueto vacuus dat ſaltum currus.* Stat. VI. Theb. 519.

Cum domino vacuus prodiret Arion.

Excuſſerat enim equitem. Senec. Hippol. 140.

Talis per auras, non ſuum
Agnoſcens onus, Phaëtonta currus devio excuſſit polo. Heinsius.

166. *Succutitur.*] Sic currus aut equos *ſuccuſſatores* dixit Ennius. Douza.

168. *Quadrijuges.*] Meliores, *quadrijugi.* Inf. x. 272. IV. Triſt. II. 54. Heinsius.

169. *Quâ.*] Per Quem locum. Ciofanus.

170. *Imperet.*] In ambobus meis, *imperat*, indicativi modi. Ciofan. *imperat* etiam plurimi ſcripti.

172. *Et vetito fruſtra tentarunt aequore tingi.*] In uno meo, eadem manu, & atramento, eſt ad marginem. *Vel, Mergi.* Sed melior eſt ſuperior lectio. I. Triſt. IV. I.

Tingitur Oceano cuſtos Erymanthidos urſae.

Et Virg. I. Georg. 246.

Arctos Oceani metuentes aequore tingi. Idem. Inf. 529. XV. 419. I. Triſt. III. 109. Hygin. fab. 177. I. Art. 410.

172. *Vetito aequore.*] Hoc epitheton uſurpavit Claudianus lib. II. De Raptu Proſer. 189. *vetito ſe protulit Arctos Aequore.* Et Seneca in Medea 758. verbum *vetitum:*

Et vetitum mare tetigiſtis urſae.

Has autem urſas ait Medeam cogentem è coelo devocaſſe; feciſſeque, ut eae mare attingerent. In hac prope ſententia Claudian. in Gigant. II. *Oceanum petit Arctos, inocciduique Triones Occaſum voluere pati.* Ciofanus. Anachroniſmus Prolepticus: ſi fabulam advertas, qua Juno pellicem Caliſto cum filio in aſtra relatos indignata, hoc ab Oceano impetrabit, infra ỳs. 530. ſi veritatem, quia polo elevato vicina haec aſtra, Helice & Cynoſura. Farnab. Seneca. Herc. Oet. 1582.

Ante deſcendet glacialis Urſae
Sidus, & ponto vetito fruetur.

Ut autem abſolvatur Anachroniſmi Ovidius, credebat Ampl. Cuperus haec ita concilianda, ut, cum ſeptem triones conati ſint ſe mergere aequore vel occidere, Juno verita, ne id aliquando ficret, rogaverit Tethyn & Oceanum, ne illud umquam permitterent. poſſet & *vetito* capi, ſcilicet poſtea ad preces Junonis, cum revera jam olim non mergerentur: ut ita Juno a Poëta inducatur id precari, quod tamen fieri non poterat, licet vetitum non eſſet; ſed ut ſecura eſſet Dea, ne aliquando leges illae ſolverentur, addidiſſe Tethyn promiſſa. Burmannus.

176. *Te quoque turbatum memorant fugiſſe, Boöte, Quamvis tardus eras, & te tua plauſtra tenebant.*] Sic Seneca in Med. 314.

— *flectitque ſenex Arctica tardus plauſtra Boötes.*

Segnem vocat Propertius lib. III. III. 57. Claud. verò *pigrum*, cujus haec ſunt lib. II. Rapt. 190. *Praecipitat pigrum formido Boöten.* Quem locum exponens Parrhaſius haec ſcitu digna ibi collegit. *Boötes, ut in Deorum Natura ſcribit Cicero, Arctophylax etiam dicitur*, quod Manlius affirmat, & Avienus hoc verſu:

Arctophylax, ſive, ut veteres cecinere, Boötes.

Arctophylax appellatur, quod adhibitus, ut quidam cuſtos urſae videatur. Boötes, quod in modum bubulci plauſtrum ſequitur. Magnus ſideris ambitus aliis ad Icarum, nonnullis ad Arcadem Jovis ex Calliſto filium referentibus, unde Arcadia dicta ſit, ut ait Pauſanias. Sed Duris de rebus Macedonicis quinto decimo tradit Arcadem, qui nomen Arcadiae dedit, Orchomeni filium fuiſſe ejus, à quo Orchomenus civitas appellationem ſortita ſit.

Quamvis tardus eras, & te tua plauſtra tenebant.
Ut vero ſummo deſpexit ab aethere terras
Infelix Phaëthon, penitus penitusque jacentes;
Palluit, & ſubito genua intremuere timore:
Suntque oculis tenebrae per tantum lumen obortae.
Et jam mallet equos numquam tetigiſſe paternos:
Jamque agnoſſe genus piget, & valuiſſe rogando:
Jam Meropis dici cupiens; ita fertur, ut acta
Praecipiti pinus Boreà, cui victa remiſit
Frena ſuus rector, quam Dîs votisque reliquit.
Quid faciat? multum coeli poſt terga relictum:
Ante oculos plus eſt. animo metitur utrumque.
Et modo, quos illi fato contingere non eſt,
Proſpicit occaſus: interdum reſpicit ortus.

Quid-

De Hoc Hyginus fabuloſa perſequitur, quamvis ex hiſtoria videantur. *Pigrum*, Juvenalis. vs. 23.

Frigida circumeunt pigri Sarraca Boötae.

Boves tardi ſunt. Ovid. ad Auroram. 1. Amor. XIII. 16.

Prima vocas tardos ſub juga panda boves.

Tibullus. 1. 10.

Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boves.

Inde *tardus* epitheton Bubulci proprium eſt. Virg. Ecl. x. 19. *tardi venere bubulci.* Eſt & ratio Mathematica, cur Arctophylax *piger* appellatur. Nam adeo cardini junctus eſt, ut nunquam totus occidat, ac opinione proſpectantium, in eiſdem veſtigiis ſtare exiſtimetur. CIOFANUS.

177. *Tenebant.*] *Trahebant* ſcripti nonnulli: optime hoc verbo tarditatem Boötae exprimit, qui non inſidebat plauſtro, ſed ſequebatur. Ut Senec. Medea. 314.

Non quae ſequitur, flectitque ſenex
Arctica tardus plauſtra Boötes.

Claudian. 1. de Rapt. 262.

Tum fine ſupremo
Torpentes traxit geminas, brumaque perenni
Foedat, & aeterno conſtringit frigore telas.

Ubi potuiſſet *junxit* dicere aut quid ſimile, ſed maluit *traxit*, quia *torpentes* dixerat. HEINSIUS.

179. *Penitus penituſque jacentes.*] *Patentes* Sancti Marci Florentinus, Thuan. Cantabrig. ſecundus Pal. ſec. Mediceus. & duo alii. Faſt. IV. 713.

Proxima cum veniet terras viſura patentes
Memnonis in roſeis lutea mater equis.

Nihil tamen muto. Sic apud Virg. 1. 225.

Deſpiciens mare velivolum terraſque jacentes.

Adi Notas lib. VIII. Met. vers. 750. HEINSIUS.

180. *Intremuere timore.*] In uno meo, *Intremuere tremore.* CIOFANUS. Ita & Cantabrigienſis. quod ſi in Palatinis codicibus reperiſſet Gebhardus, quam avide amplexus fuiſſet? utpote qui apud Propert. lib. 1. eleg. XXV. 15. potuit praeferre ſanae lectioni:

Stultus quod ſtulto ſaepe tremore tremo.

Sed quam recte, docebit magnus Poëticorum numerorum arbiter Broukhuſius, qui eum *mire aures Poëticas habuiſſe*, haud abſurdo joco dixit. quare & hic vulgatam retineo. quamvis Moreti codex etiam non inepte, *rigore*, & alii nonnulli, *pavore*, exhibeant. BURMANNUS.

182. *Et jam mallet.*]

Damnaret votum Phaëton ſi viveret, & quos
Optavit ſtulte, tangere nollet equos.

DOUZA.

183. *Jam cognoſſe.*] Meliores, *jamque agnoſſe* ut inf. IV. 291.

——— *In quo materque paterque*
Agnoſci poſſet.

Faſt. III. 65.

Animos pater agnitus auget.

Epiſt. XVI. 90.

Regius agnoſcor per rata ſigna puer.

HEINSIUS.

185. *Cuncta remiſit frena.*] Sunt codices, qui *victa frena* retineant. utrumque recte, ſed tum elegantius, *victa*, a ventis ſcilicet, ſuperata & fracta gubernacula, tum ex eodem Ovidio III. Faſt. 293.

Vincitur ars vento, nec jam moderator habenis
Utitur.

Sed & in 1. Triſt. III. 13.

Navita confeſſus gelido pallore timorem
Jam ſequitur victam, non regit arte ratem.

Seneca in Hippol. 184.

Et victa prono puppis aufertur vado.

Claudian. Bell. Gildon. 219.

Sic cum praecipites artem vicere procellae.

Ita enim legi debet, non *arcem*, ex Ovidio & MS.

Quidque agat ignarus, ſtupet: & nec frena remittit,
Nec retinere valet: nec nomina novit equorum.
Sparſa quoque in vario paſſim miracula coelo,
Vaſtarumque videt trepidus ſimulacra ferarum.
Eſt locus, in geminos ubi brachia concavat arcus
Scorpios; & caudâ flexisque utrimque lacertis
Porrigit in ſpatium ſignorum membra duorum.
Hunc puer ut nigri madidum ſudore veneni
Vulnera curvatâ minitantem cuſpide vidit;
Mentis inops, gelidâ formidine lora remiſit.
Quae poſtquam ſummum tetigere jacentia tergum,
Exſpatiantur equi: nulloque inhibente per auras
Ignotae regionis eunt; quàque impetus egit,
Hac ſine lege ruunt: altoque ſub aethere fixis

105 Incur-

MS. codice. Mariang. Accursius in diatribis. recte. Stat. VI. Theb. 453.

Victam projecit caſibus artem.

Vid. ad Epiſt. XIX. 183.

186. *Dis votiſque relinquit.*] Barth. ad Stat. X. Theb. 14. legebat, *ventiſque*, ſed idem ad lib. V. Theb. 288. *fatisque* praeferebat. plurimi codices hic, *ventisque* exhibent. Ita III. Faſt. 597.

Ventoque ratem committit & undis.

Et Claud. II. in Rufin. 22. *ventis frena remittere.* ſed praeſtat *votis*, quod Heinſius multis probabat ſimilibus auctorum locis. Noſter I. Triſt. II. 1.

Di maris & coeli, (quid enim niſi vota ſuperſunt)
Solvere quaſſatae parcite membra ratis.

Stat. VI. Theb. 53.

Quam trucis Ioniï rabies clamantia ponto
Vota virum.

German. Arat. p. 64. Ed. Grot.

Averſamque ratem, votis damnatus ab ore
Perlegit.

Senec. Agamemn. 510.

In vota miſeros ultimus cogit timor.

Burmannus.

187. *Multum coeli poſt terga relictum.*] *Relicti* ſi per libros veteres liceat. Certe unus meus, *relinqui.* Regius unus, *relinquit.* Heinsius.

189. *Fatum contingere non eſt.*] In nonnullis, *fas tum* contingere non eſt. mihi *fatum* magis placet. Naugerius. In tribus Vatic. Urſ. atque aliis rectius legitur: *Quos illi fatum.* In Abb. *quos illi numqum contingere fas eſt.* Ciofanus. Diu eſt quod *fato* vidi legendum, ut Graeciſmus ſit οὐκ ἔστι, non licet. eam poſtea lectionem ab optimo Bernegger-iano confirmatam deprehendi. ſic lib. IX. Met. ex veſtigiis veterum librorum ſcribo vers. 385.

Et quoniam fato non eſt incumbere vobis.

Plura de hoc loquendi modo congeſſimus lib. II. Artis Amatoriae, non longe ab inito. Heinsius. vid. ſupr. vers. 57. quoſdum libros *fati* habere notat Berſmannus, forte pro *fatis.*

191. *Quidque agat ignarus, ſtupet, & nec frena remittit.*] In uno Vatic. *Ignaruſque ſtupet quid agat, nec frena remittit.* probo. Ciofanus.

195. *Geminos arcus.*] Duplices, duos. Ciofan.

195. *Eſt locus, in geminos ubi brachia concavat arcus Scorpius, & cauda, flexisque utrimque lacertis Porrigit in ſpatium ſignorum membra duorum.*] Haec carmina citat & interpretatur Probus lib. primo Geoig. ad illa:

—— *Ipſe ſibi jam brachia contrahit ardens*
Scorpius, & coeli juſta plus parte reliquit.

Ubi ita ſcribit: *A Scorpione, quia Scorpius duorum ſignorum ſpatium teneat, in cujus brachiis duobus poſita ſtatera, ſignum Librae, quam Graeci ζύγον vocant: hoc enim ſpatium ab eo detinetur, & teſtatur Ovidius: Eſt locus in geminos ubi brachia &c.* Ciofanus.

196. *Scorpius.*] *Scorpios* meliores. & ita citat Probus ad Virgil. Georg. I. 35. Heinsius. vid. ad eum locum Pierium. & ita in codice Voſſiano apud Martial. III. 44.

Nec ſic Scorpios improbus timetur.

Et plurimi MSS. apud Lucanum IX. 536.

Nec Tauro Scorpios exit. Burm.

197. *Porrigit in ſpatium.*] *Porrigitur in ſpatium* unus Heinſii, qui deleto *in* volebat, *porrigitur ſpatium*; ſed *in ſpatium* recte pro in longum ſpatium, longitudinem. Sic lib. VII. 788. *In ſpatiumque fugit.* XI. 176. *ſed trahit in ſpatium.* Ita capiebat etiam Heinſius illa Propertii II. 23.

Tota erat in ſpatium Poenis digeſta columnis.

vid. ad III. Faſt. 529. Burmannus.

201. *Summo tetigere jacentia tergo.*] Recta lectio. ſed & recte nonnulli leguat, *ſenſere jacentia tergo.*

Incurſant ſtellis, rapiuntque per avia currum.
Et modo ſumma petunt, modo per decliva, viaſque
Praecipites ſpatio terrae propiore feruntur.
Inferiuſque ſuis fraternos currere Luna
Admiratur equos: ambuſtaque nubila fumant.
Corripitur flammis, ut quaeque altiſſima, tellus;
Fiſſaque agit rimas, & ſuccis aret ademtis.
Pabula caneſcunt: cum frondibus uritur arbos:
Materiamque ſuo praebet ſeges arida damno.
Parva queror; magnae pereunt cum moenibus urbes:
Cumque ſuis totas populis incendia gentes
In cinerem vertunt, ſilvae cum montibus ardent.

Ardet

NAUGERIUS. Alii *tetigere*. nempe reponendum, *ſummum tetigere tergum* ex Neapolitano & Urbinati. Claudian. II. de Rapt. 197.

Mox ubi pulſato ſenſerunt verbera tergo,
Et ſolem didicere pati. HEINSIUS.

205. *Fixis incurſant ſtellis.*] *Fixas inc. ſtellas* Palatin. ſecundus. pro diverſa lectione, quod elegantius videbatur Heinſio. Ita apud Salluſt. Jugurt. 101. *rediens a latere Mauros incurrit*, ut emendatiores codices habent. & in fragm. lib. VI. *atque eos à tergo incurrerunt.* vid. Indic. Waſſii. ita ad Tertull. de Cult. Fem. II. 13. notavit Pamelius illum ſaepius dixiſſe *incurſare feminam*, pro opprimere. vide Munker. ad Argum. Lactantii lib. I. fab. X. Livius lib. XXVI. 25. *incurrere ea gens Macedoniam ſolita erat.* BURMANNUS.

208. *Fraternos equos.*] Eorum ſequitur opinionem Ovidius, qui aiunt Lunam Solis ſororem eſſe. Euripides verò in Phoeniſſis Lunam Solis filiam dicit. CIOFANUS.

209. *Combuſtaque.*] In veteribus, *ambuſtaque*. NAUGERIUS. lege, *ambuſta* iiſdem libris auctoribus, CIOFANUS. *Ambuſtaque nubila*, non *combuſtaque* meliores. HEINSIUS. In Catalectis Pith. p. 142.

Silent ambuſto corpore.

Horat. IV. Od. II.

Terret ambuſtus Phaeton avaras
Spes

Inf. XI. 174.

Ambuſtique ſonant nervi.

215. *Cumque ſuis totas populis incendia gentes.*] Sic uſque huc ineptiſſimè lectum eſt. Emendandum autem eſt, ut repperi in ambobus Caeleſt. & uno meo: *Cumque ſuis totas populis incendia terras, terras* eſt etiam in ora lib. Urſ. & Capran. Quam lectionem habet & Briantii exemplar. Germaniſſimus locus eſt Senecae in Oedipo: verſ. 110. *Occidis Cadmi generoſa proles Urbe cum tota.* Unum & idem erit *gentes cum populis*. Quare ea, quam in vet. lib. eſſe diximus, lectio omnino melior eſt. CIOFANUS. Ineptiſſime *gentes* legi pronuntiat Ciofanus, cum gentes & populi idem ſint. fidem etiam appellat veterum codicum. mei tamen MSS. *gentes* habent. FARNAB. Immo vero recta & unice vera eſt lectio, *gentes*. *gens* enim latius patet, & *populos* ſub ſe comprehendit; & *gentes* etiam pro terris vel regionibus poni, pueris hodie notum poſt ea, quae docuit Celeb. Gronov. ad Liv. V. 34. Virgil. X. 202.

Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni.

Plinio nihil eſt frequentius, quam inter gentes & populos diſtinguere. vid. lib. VI. cap. 17. & paſſim. Vide etiam ſupra lib. I. verſ. 249. & nomina populorum pro ipſis regionibus poni infra videbimus ad lib. IV. 668. BURMANNUS.

217. *Ardet Athos.*] *Athos*, inquit Regius, *mons eſt Thraciae altiſſimus.* Quod, opinor, ſumpſit à Pomponio Mela; qui eum in Thraciae deſcriptione collocat. Solinus verò videtur innuere eum eſſe in Macedonia. Cujus hac ſunt cap. XXI. *Praeterea oppidum Myrina, in cujus forum mons Athos è Macedonia umbram jacit: Quòd non fruſtrà inter miracula notaverunt, cum Athos à Lemno ſex & octoginta millibus paſſuum ſeparetur. Eſt ſanè Athos ſublimis adeo, ut altior aeſtimetur, quam unde imbres cadunt. Quae opinio eo fidem concepit, quod in aris, quas cacumine ſuſtinet, numquam cineres eluuntur, nec quidquam ex aggeribus ſuis perdunt, ſed quo relicti fuerint, cumulo permanent.* Idem ſupra cap. XIV. ubi de Macedonia loquitur. *Verum, ut ſileam, aut Rhodopen Mygdonium montem, aut Athon claſſibus priſcis navigatum, continentique abſciſſum mille quingentorum paſſuum longitudine, ſimul de auri venis, & argenti, quae optimae in agris Macedonum & plurimae eruuntur, Oreſtiden dicam.* De hoc etiam ſic ſcribit Iſidorus: *Athos*, inquit, *eſt mons Macedoniae, & ipſe altior nubibus, tamque ſublimis, ut in Lemnum umbram pertendat, quae ab eo ſeptuaginta ſex millibus ſeparatur.* CIOFANUS.

218. *Et*

Ardet Athos, Tauruſque Cilix, & Tmolus, & Oete;
Et nunc ſicca, prius celeberrima fontibus, Ide;
Virgineuſque Helicon, & nondum Oeagrius Haemos.
Ardet in immenſum geminatis ignibus Aetne,
Parnaſuſque biceps, & Eryx, & Cynthus, & Othrys,
Et tandem Rhodope nivibus caritura, Mimaſque,
Dindymaque, & Mycale, natuſque ad ſacra Cithaeron.
Nec proſunt Scythiae ſua frigora: Caucaſus ardet,
Oſſaque cum Pindo, majorque ambobus Olympus:
Aëriaeque Alpes, & nubifer Apenninus.
Tunc vero Phaëthon cunctis è partibus orbem
Adſpicit accenſum: nec tantos ſuſtinet aeſtus:

Fer-

218. *Et tunc ſicca.*] *Nunc ſicca.* Urbin. & tres alii. Heins. Vid. I Met. 321. pro *celeberrima* multi codices *creberrima*; fruſtra. vide ad lib. IV. 89. & ita ſaepe hae voces commutatae. vide III. Am. V. 3. & VI. Am. 165. & Zinzerl. Promulſ. cap. XI. Burmannus.

219. *Oeagrius AEmus.*] *Haemus*, cum adſpiratione, lib. veteres. Ciofanus. *Haemos* Barberin. ut alibi.

220. *Geminatis.*] Duplicatis. *Geminatos* dicit, quod ignis, ut fertur, ibi eſt perpetuo: alterum annuit contraxiſſe ex Phaëthontis incendio. Hujus montis incendii cauſas explicat Juſtinus lib. IV. De quo etiam multa Lucretius VI. quae deridet atque exagitat D. Auguſt. Ciofanus. Pro *Aetna* etiam *Aetne* meliores. Silius XIV. 578. & Met.

Et ardua rupibus Aetne.

Et apud Claud. II. Rapt. 389.

Quos nec tua protulit Aetne.

Ita paſſim quoque apud Noſtrum. vid. XIII. 868. Burmannus.

220. *Ignibus.*] In uno Thuaneo erat, *viribus*, quod elegantius, quam ut a librario profectum fuerit. eadem diverſitas de eodem Aetna libro XIII. 868.

Cumque ſuis videor tranſlatam viribus Aetnam.

Sic & *vires* igni dat Noſter Infr. 280.

Liceat periturae viribus ignis
Igne perire tuo.

VII. 81.

Et in veteres agitata reſurgere vires.

XV. 350.

Sive bitumineae rapiunt incendia vires,

III. Faſt. 145.

Vires flamma refecta capit.

IV. 708.

Damnoſis vires ignibus aura dabit.

Remed. 117.

Aut nova, ſi poſſis, ſedare incendia tentes:
Aut ubi per vires procubuere ſuas.

Burmannus.

224. *Nec proſunt.*] Manil. III. 629.

Nec Scythiam defendit hiems. Douza.

225. *Majorque ambobus Olympus.*] Ex quo Olympi mentio frequens eſt, tum apud Hiſtoricos, tum apud Poëtas, ne quispiam hujus nominis multiformi ſignificantia differatur diſtorqueaturque, ſemel affatim vocem hanc exponamus. Quatuor Olympos memorat Strabo, *Olympum in Theſſalia*, quia Theophraſto *Pierius* nuncupatur, in *Myſia*, cujus & idem & Herodotus meminerunt, *in Lycia*, nec non in *Phrygia*, de quibus plura apud Plinium & eundem Strabonem invenies: Xenophon vero in aequivocis, *Olympus*, inquit, *plura ſignificat. Nam omnis mons regionis altior, Olympus a Gracis dicitur, unde & plures Olympi quaſi toti lympidi: à barbaris etiam omne ſpatium circulare lympus dictus, Olympus etiam area interior eſt, unde Cato in Originibus fani Olympum feſſamque ſacratam cum ait, ambitum & interiorem aream intelligimus. Sacrum & pomerium Olympus eſt. hac & voce coelum ſignificatur, tuncque Olympus dictus eſt, ut ait Priſcianus, quaſi ololampos, id eſt, totus lucens.* Jacobus a Cruce.

226. *Aëriaeque Alpes.*] Sic Virg. lib. III. Georg. 474. *Tum ſciat aërias Alpes.* Ciofanus.

226. *Nubifer Apenninus*] *Nivalis* dicitur à Claudiano. Idem.

228. *Adſpicit accenſum.*] In uno meo, *Accendi.* ſuperior lectio magis placet. veteres etiam, *nec tantos ſuſtinet aſtus.* Idem.

Ferventeſque auras, velut è fornace profundâ,
Ore trahit, curruſque ſuos candeſcere ſentit.
Et neque jam cineres ejectatamque favillam
Ferre poteſt: calidoque involvitur undique fumo.
Quoque eat, aut ubi ſit, piceâ caligine tectus
Neſcit; & arbitrio volucrum raptatur equorum.
Sanguine tum credunt in corpora ſumma vocato,
Aethiopum populos nigrum traxiſſe colorem.
Tum facta eſt Libye, raptis humoribus aeſtu,
Arida; tum Nymphae paſſis fonteſque lacuſque

De-

239. *Deflevere comis.*] Liber Statii, Urſini, mei aliique veteres omnes hanc habent lectionem. Quare nihil mutandum cenſeo. CIOFAN. Quod eruditi ſic interpretantur, quaſi *deflevere* idem eſſet, quod *flere ceſſarunt*, aut *deſierunt*. DAN. HEINSIUS.

239. *Quaerit Boeotia Dircen.*] *Queritur* optimus Florentin. Urbin. & decem aut duodecim alii. Ut reſpondeat praecedenti *deflevere*. ita enim codices vetuſti, quotquot vidi: Faceſſat igitur quod vulgatas ſuperioris ſaeculi editiones inſedit, *defluxere*. *deflevere* ridicule Gifanius Ind. Lucret. in *flere* interpretantur pro, *flere deſierunt*. Torrent. ad lib. I. Od. XII. Horatii pro *diffluxere* perperam capit, & *deflere* cum Gifanio male interpretatur, quod quam ineptum ſit patet ex XIII. 689. ubi *flere* & *queri* conjunguntur, ut hic *deflere* & *queri*.

- - - Nymphae quoque flere videntur
Siccatoſque queri fontes.

Similis diverſitas lectionis eſt Faſt. IV. 460.

Et queritur faetus per nemus omne ſuos.

ut ibi codices. ubi vide quae notamus. HEINS. Mihi tamen *quaerit* admodum blanditur, quod & praefert optimus elegantiarum arbiter Broukh. ad Tibul. II. III. 26. quae enim abſunt proprie *quaerimus*. Horat. III. Od. 24.

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quaerimus invidi.

IV. Od. 5.

Quaerit patria Caeſarem.

Statius II. Achil. 210. *Peleïa virgo Quaeritur.* ubi vid. Barth. & ad VIII. Theb. 367. & XI. 278. Idem VIII. Theb. 129.

Fuſus nulli nullique fugatus Quaeritur.

Et lib. IV. Theb. 705.

Amnes quaerunt armenta natatos,

Claudian. III. de Rapt. 433.

Sic Venerem quaerat deſerta Dione.

Et ita alii paſſim ſcriptores; vid. comment. ad Flor. I. 16. Et ad Epiced. in Druſum 340. & ad Quinct. XII. Inſtit. Orat. II. BURM.

240. *Ephyre Pirenides.*] Vetuſtior meus, & Briant. *Nephyre.* CIOFAN.

242. *Mediis Tanais fumavit in undis.*] Tanais Scythiae fluvius: quem Caucaſi juga findunt, ut ait Dionyſius, per patentes Scythiae campos magno aquarum auctu diffunditur, inde Tanais ab effectu Graeci nominis dictus eſt, ut placet Euſtathio: Sylis, Iaxarceos, & Ameſines ab indigenis appellatus. Quippe nonnulla locorum barbara nomina ad Graecam rationem reducuntur, ut docet Nicanor. Aſiam dividit ab Europa. Rhemnius Fannius in orbis ambitu:

Europen Aſiae Tanais disjungit ab oris.

Quaque Mœotidi committitur ejuſdem nominis habet oppidum, quod alio verbo emporium dicitur. ejus Alexander Polyhiſtor meminit. Illud obſervandum *Tanaidis* efferri genitivum à Varrone antiquitatum humanarum XIII. nec aliter eſſe dicendum Plinius autumat, errareque eos, qui *Tanais* in paterno caſu declinant, ut Tiberis. Haec ex Parrhaſio. CIOFAN.

243. *Peneuſque ſenex.*] *Peneoſque*, & mox, *Maeandros* pro *Maeander*, & *Alpheos* pro *Alpheus* caſtigatiores, & *Taenarius Eurotas*, non *Taenareus*. Ταινάριος Graecis. *Alpheos* quoque apud Senecam Medeâ, & bis Thyeſte ſcriptum in optimis membranis extat. HEINSIUS.

243. *Teuthranteuſque.*] Plutarch. de Flum. in Caico montem Teuthrantem, qui huic fluvio adjacet, memorat. alii ab urbe volunt dictum. Sed urbs *Teuthrania* dicta. rex vero Myſiae Teuthras, unde *Teuthrantius*; ſed & Τευθράντειος Graecis in uſu fuiſſe ex hoc loco colligit Holſtenus ad Stephan. in Τευθρανία. BURMANNUS.

244. *Et celer Iſmenos.*] &c. Erymanthi fluvii etiam Callimachus meminit hymno in Jovem. Sed hunc inter Arcadicos recenſet, non Phocenſes, his verbis:

Ἀλλ' οὔπω Λάδων μέγας ἔῤῥεεν, οὐδ' Ἐρύμανθος
Λευκότατος ποταμῶν, &c.

Quo pacto & Pauſanias, & Stephanus, & Plinius item de eodem meminere. Oritur autem ex monte ejuſdem nominis Erymantho, & in Aſopum

Deflevere comis. quærit Boeotia Dircen,
Argos Amymonen, Ephyre Pirenidas undas.
Nec ſortita loco diſtantes flumina ripas
Tuta manent: mediis Tanaïs fumavit in undis,
Penêoſque ſenex, Teuthranteuſque Caïcus,
Et celer Iſmenos, cum Phocaico Erymantho,
Arſuruſque iterum Xanthus, flavuſque Lycormas,
Quique recurvatis ludit Maeandros in undis;
Mygdoniuſque Melas, & Taenarius Eurotas.
Arſit & Euphrates Babylonius, arſit Orontes.

Ther-

ſum exoneratur, praeterlabiturque Pſophidem urbem, à Pſophide Erymanthi nepote, ut quibuſdam placet. (Nam alii à Pſophide Ericiae filia malunt nominatam.) Qua de cauſſa ſunt, qui hoc loco pro *Phocaico*, *Pſophaico* legendum putant, quod Phocis extra Peloponneſum ſit, Pſophis autem Erymantho vicina, & quaſi cognata. Quam lectionem & ipſe probarem, ſi eodem modo *Pſophaicus*, ut *Phocaicus* diceretur. Quid igitur? relinquendum hunc locum poëtae judicio cenſeo, qui fortaſſis alia ratione, quàm quae à loco vel gente ſumitur, Erymanthum Phocaicum dixit. Nam abſque eo ſic, etiam *Parrhaſio*, pro *Phocaico*, legi poterat, neque verſu, neque ipſa voce repugnante: Aut etiam *Phegeo*, quando eadem urbs, quae Phocis poſtea, Phegea antea dicta fuit, à Phegeo Phoronei fratre, ut Stephanus autor eſt, & Erymanthus eodem nomine cum fluvio. Vide Arcadica Pauſan. Micyllus. Erimanthus Arcadiae mons, ex quo fluvius ejuſdem nominis in Alpheum exoneratur, Auctoribus Strab. lib. VIII. & Plin. IV. 6. Regius. Phocis autem extra Peloponneſum regio eſt, quapropter id Epitheti locum hic non habet, puto itaque legendum, *Erimantho Pſophaico:* Pſophis enim iiſdem auctoribus Arcadiae urbs eſt, apud quam naſcitur Erimanthis, à qua *Pſophaicus*, ut a *Phocis Phocaicus*. Glareanus. Palmer. ad Pauſan. Arc. pag. 419. legit, *cum Pſophaeo Erymantho.* qui tamen in eo fallitur, quod primam in *Phocis* produci neget, cum paſſim ita ſoleant Poëtae & Noſter lib. I. 313. producat. vide porro quae notamus infr. verſ. 679.

245. *Arſuruſque iterum Xanthus.*] Bene *iterum:* cum bis arſerit. primum cum in eum Vulcanus magnam ignis vim injecit: deinde cum Phaëthontis eſt exortum incendium. Ciofanus.

245. *Flavuſque Lycormas.*] Seneca in Herc. Oetaeo, *Flavus rapido fonte Lycormas.* Idem.

246. *Quique recurvatis ludit Maeander in undis.*] In ambobus meis, *Maeandrus.* De quo dicemus in IIX. Idem. *Maeandros* ſex ſcripti. Vid. Ep. IX. 55.

247. *Mygdonius Melas.*] Mygdonia Phrygiae majoris pars fuit, à Mygdone quodam appellata. Fuit & Macedoniae pars, ut Stephanus & Plinius meminere. Melas autem multorum fluviorum nomen eſt. Nam & Boeotiae fluvius Melas dicitur, cujus aqua pota nigras oves efficit: & Thraciae, à quo ſinus Melas nomen accepit: & Ciliciae, qui antiquitus Ciliciae finis fuit, ut Plinius ait. Et Ponti, ejus videlicet regionis, quae Themiſcyra alio nomine dicta fuit. Sed de Cilicio hîc intelligi puto. Nam is finitimus Phrygibus, eorumque locorum, quae olim cum Phrygibus juncta fuêre, ut apud Strabonem patet lib. 14. Mycill. Puto *Meles*, qui Smyrnam praefluit. unde Homerus Μελησιγενὴς dictus, quod prope Meletem progenitus eſſet, teſtibus Herodoto & Plutarcho. Sed & Μελητείους χάριτας Muſas Homeri inde Meleager in epigrammate deduxit. Et *Meleteas chartas* pro Homericis ſcriptis Tibullus IV. 1. 200. *Poſſe Meleteas nec mallem mittere chartas.* quamquam Meletis filium faciunt ſive fluminis Smyrnaei, ſive civis Colophonii. *Praecipuum inter Aſiatica flumina amnem meletam* vocat Solinus cap. XL. ubi etiam codices vetuſti conſtanter *Melas* pro *Meles. Smyrna amne Melete gaudens:* Plin. lib. V. c. 29. Statius Genethliaco Lucani:

Nunc tollat refluos in aſtra fontes
Graio nobilior Melete Baetis.

Idem denuo Lacrymis Etruſci:

Smyrna tibi gentile ſolum, potuſque verendo
Fonte Meles, Hermique vadum, quod Lydius intrat
Bacchus.

Ubi etiam *Melas* in nonnullis ſcriptis exemplaribus eſt invenire. Fuit & Smyrnaeus Bion bucolici carminis poëta ſuaviſſimus. unde Moſchus in ejus epicedio Meletem ποταμῶν λιγυρώτατον dixit:

Τοῦτο τοι, ὦ ποταμῶν λιγυρώτατε, δεύτερον ἄλγος,
Τοῦτο, Μέλη, νέον ἄλγος. ἄτωλετο πρὰν τοι Ὄμηρος.

Certe extant etiamnum veteres nummi, qui Homerum reddunt ab una parte, ab altera Meletem fluvium lyra inſtructum, cum hac inſcriptione: AMACTPIANΩN. MEAHC. Cujus notae unum perveterem ſibi viſum monet apud Ful-

vium

Thermodonque citus, Gangeſque, & Phaſis, & Iſter.
Aeſtuat Alpheos: ripae Spercheïdes ardent:
Quodque ſuo Tagus amne vehit, fluit ignibus, aurum.
Et quae Maeonias celebrarant carmine ripas,
Flumineae volucres medio caluere Cayſtro.
Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
Occuluitque caput, quod adhuc latet. oſtia ſeptem
Pulverulenta vacant, ſeptem ſine flumine valles.
Fors eadem Iſmarios Hebrum cum Strymone ſiccat,
Heſperioſque amnes, Rhenum, Rhodanumque, Padumque,
Cuique fuit rerum promiſſa potentia Thybrin.
Diſſilit omne ſolum; penetratque in Tartara rimis
Lumen.

vium Urſinum vir diſertiſſimus Marcus Antonius Muretus Var. Lect. libro XII. cap. XV. quem Urſinus ipſe inter imagines Virorum Illuſtrium abs ſe publicatas editionis Romanae curavit exprimendum. Non diſſimili modo Nilus in nummis Hadriani Auguſti ſiſtrum quatit, ob Iſiaci ſacri Ægyptiis proprii ac ſollemnis relligionem. Fuit & Q. Calaber, patria Smyrnaeus, ſed longe Homero & Bione recentior. fuit & Apollonius Smyrnaeus, cujus epigrammata complura in Anthologiae volumine exhibentur, ut & Agathias. Vide Ariſtidis Orationem de Smyrna. Videtur tamen & *Melas* dictus fluvius. Certe Arnobius libro IV. *Quis menſibus in Arcadia tribus & decem vinctum? Nonne Melae fluminis filius*, hoc eſt Homerus. de Marte autem eſt ſermo. HEINSIUS.

247. *Et Taenarius Eurotas.*] Fluvius eſt Laconiae juxta Taenarum promontorium in mare exiens. *Taenariaeus* autem eſt legendum, ut quatuor ſyllabarum ſit, & in diphthongum deſinat, ne jambus (quem non admittit verſus heroicus) in quarta ſede poſitus eſſe videatur. Fruſtrà curioſus eſt hoc loco Regius. Nam & *Tenarius* abſque diphthongo recte legitur, & verſum brevis ſyllaba non minuit, cum ſit in arſi & tome. Nam eodem modo & illa defenduntur. *Suſtinet, ac natae Turnique canit hymenaeos.* Et, *Ille latus niveum molli fultus hyacintho.* Item *Liminaque, lauruſque dei.* & ſimilia. Unde & Pontanus τριθημιμερῆ, tamen & ἐννεημιμερῆ, inter caeſuras refert. Eſt vero Taenarus & promontorium & urbs & portus Laconiae à Taenaro Scari filio dictus, ſive à Taenaro Geraeſti fratre ac Jovis filio, qui una cum Calabro fratre templum Neptuno apud Taenarum ipſum aedificavit, quod Taenarum vocatur. MICYLL.

248. *Euphrates Babylonius.*] Diſtinguendum poſt *Babylonius*, non ante, ut intelligamus Euphraten dici à Poëta Babylonium, quippe qui ipſam urbem mediam ſecat, non Orontem, qui Syriae fluvius eſt, cui Antiochia adjacet, ubi primum noſtrae religionis viri Chriſtiani appellati, longe ab Euphrate fluvio. GLAREAN.

249. *Thermodoonque citus.*] Emendavi ex vet. lib. *Thermodon* per ſimplex *o*, de quo infra. CIOFANUS. Legendum, *Thermodonque*: eſt enim *o* magnum in ſecunda Syllaba, quod in Virgilio quoque monuimus. niſi putes Dorica mutatione ω in o mutatum: & ſic etiam *Thermodoonque* legi poterit, non obſtante metro. BERSMAN. Scribe, *Thermodonque*, ut eſt in nonnullis antiquis. Θερμώδων. nam Θερμοδὼν legi carminis hexametri repugnat. HEINSIUS.

250. *Ripae Sperchiades ardent.*] *Spercheides* conſtanter in vetuſtioribus. & recte. vide quae notavi ſupra ad lib. I. v. 579. Sic & apud Statium II. Achil.

Nec minus egreſſae thalamis Scyreides ibant.

Non *Scyriades*, ut recte animadverſum Gronovio ad illum locum. IDEM.

252. *Celebrabant carmine ripas.*] *Celebrarant*, vel *celebrarunt* in melioribus. IDEM.

255. *Occuluitque caput.*] Sic Tibullus: I. Eleg. 7.

Nile pater, quanam poſſum te dicere cauſſa,
Aut quibus in terris occuluiſſe caput.

CIOFANUS.

256. *Pulverulenta vacant.*] In duobus Vatic. uno meo, unoque Caeleſt. *jacent*, non *vacant*. IDEM. *Jacent* probat Barth. ad Stat. VIII. 360. male. ita lib. V. Theb. 523.

Vacuis fluviorum in vallibus errant.

Et lib. IV. 707.

Fumant deſertae gurgite valles,

Paſſim vero Poëtae *valles* vocant alveos fluviorum, quia inter duas ripas vallium ſpeciem habent. Apud eumdem Stat. lib. IX. 351.

At genetrix caetu glaucarum cincta ſororum
Protinus icta malo vitrea de rupe ſalutis
Exiluit furibunda comis.

MSS.

Lumen, & infernum terret cum conjuge Regem.
Et mare contrahitur: ſiccaeque eſt campus arenae,
Quod modo pontus erat. quoſque altum texerat aequor,
Exſiſtunt montes, & ſparſas Cycladas augent.
Ima petunt piſces: nec ſe ſuper aequora curvi
Tollere conſuetas audent delphines in auras.
Corpora phocarum ſummo reſupina profundo
Exanimata jacent. ipſum quoque Nerea fama eſt,
Doridaque, & Natas, tepidis latuiſſe ſub antris.
Ter Neptunus aquis cum torvo brachia vultu
Exſerere auſus erat: ter non tulit aëris aeſtus.
Alma tamen Tellus, ut erat circumdata ponto,

Inter

MSS. nonnulli, *vitrea de valle*, & ita edidit Gevartius. apud Valer. Fl. quoque lib. VII. 391. hanc vocem reſtituendam puto. Vulgo legitur:

Cumque ſuis averti collibus amnes.

Durum vero eſt & inauditum, cum fluminibus colles averti arte magica, quae paſſim ad fontes ſuos agi Poëtae canunt: legerem itaque, *cumque ſuis averti vallibus amnes*, quam lectionem ad ipſum Valerium ſtabiliemus aliquando. Burmannus.

257. *Sors eadem.*] Liber meus, Aldinus, & Caeleſt. *Fors eadem.* Ciofanus.

257. *Hebrum.*] *Hebron* pro diversâ lectione veterrimus Neapolitanus. & *Tybrin* Regius primae notae. Heinsius.

259. *Cuique fuit rerum promiſſa potentia, Tibrim*] ſic lib. VI. Faſt. 359. de Roma:

Haec eſt, cui fuerat promiſſa potentia rerum.

Ciofanus. *Permiſſa* Regius, & Vivianus ex ſuis. & ita ediderunt nonnulli. vid. ad Argum. lib. I. fab. 9.

263. *Quoſque altum texerat.*] complexum erat: circumierat. Ciofanus. & *quas modo texerat.* MSS. Bersmanni & unus Leidenſis.

264. *Exſiſtunt montes.*] In meo antiquiore, *Apparent montes.* In uno Vatic. *Exſiliunt montes.* Idem. *Exiliunt* in uno Leidenſi, & uno Ciofani. ſed τὸ *Diſſilit* praeceſſerat. alius Leidenſis, *Emergunt.* In nonnullis, *Apparent.* Silius libro primo 582.

Herculei ponto coepere exiſtere colles. Heinsius. Ingens diverſitas lectionum in codicibus, quarum nulla, quae non ſimilibus veterum Poëtarum locis adjuvari poſſit. Sed ſine dubio elegantior & verior eſt, *exiſtunt. exiſtere* enim proprie illa dicuntur, quae occultata emergunt, & in oculos incurrunt. Noſter lib. III. 109.

Mox humeri, pectuſque, onerataque brachia telis
Exſiſtunt.

lib. XV. 274.

Exſiſtit procul hinc, alioque renaſcitur ore.

Silius XIII. 12.

Si nunc exſiſteret alma
Carthago ante oculos turrita celſa figura.

Cicer. I. in Ver. II. *hoc vero occultum inteſtinum ac domeſticum malum, non modo non exſiſtit, verum etiam opprimit, antequam proſpicere atque explorare potueris.* Jul. Caeſar. libro III. Belli Civil. 105. *Palma per eos dies in tecto, inter coagmenta lapidum, ex pavimento exſtitiſſe offendebatur.* Auctor Belli Africani cap. 7. *Latent enim in inſidiis cum equis inter convalles, & ſubito exiſtunt*, ubi perperam alii *exſiliunt*, vel *exeunt.* idem cap. 69. *Labienus Afraniusque cum omni equitatu ex inſidiis adorti, agmini ejus extremo ſeſe offerunt, atque ex collibus primis exiſtunt.* ubi recte Glandorpius. Vide Gronov. ad Liv. XXV. 21. & Paſſerar. ad Cicer. pro Quinct. c. 26. Burmannus.

268. *Exanimata jacent.*] In amb. Caeleſt. Briant. & Abb. *natant* legitur. Ciofan. *Natant* meliores, & mox, *tepidis antris* pro *undis.* nec dubita, quin vere. Heinsius. Ego *jacent* revocavi. quî enim *natare* poſſunt dici, ubi mare eſt, *ſiccae campus arenae?* ut dixit ℣s. 262. & *ſummum profundum*, id eſt non aquis tectum, ſed ſiccum: & praeterea *jacere* proprie de cadaveribus, quae in terra abjecta ſine ſepultura conſpiciuntur, dicitur. Obſeq. cap. LXV. *Gravi peſtilentia hominum boumque cadavera non ſufficiente Libitina cum jacerent.* cap. LXXXI. *Tanta fuit Lunenſibus peſtilentia, ut jacentibus in publicum paſſim cadaveribus, qui funerarent defuerint.* Petron. LII. *pueri mortui jacent*, & de ejectis a mari hoc verbum etiam proprie dici notavit Abrah. ad Cicer. pro Sextio c. 3. *Antris* vero probo. ita inf. III. 315. IV. 289. V. 48. & 541. Manil. V. 429.

——— *ipſumque ſub antris*
Nerea & aequoreas conantur viſere Nymphas.

Catal. Scal. p. 246. *Quaeque ſub aeſtifluis Thetis humida continet antris.* quae loca fere adſcripſerat libro ſuo Heinſius. Burm.

269. *Sub undis.*] In iiſdem libb. *Sub antris.* Ciof.

Inter aquas pelagi, contractos undique fontes,
Qui se condiderant in opacae viscera matris;
Sustulit omniferos collo tenus arida vultus:
Oppositumque manum fronti: magnoque tremore
Omnia concutiens paullum subsedit; & infra,
Quam solet esse, fuit: siccâque ita voce locuta est:
Si placet hoc, meruique, quid ô tua fulmina cessant,
Summe Deûm? liceat perituraे viribus ignis,
Igne perire tuo; clademque auctore levare.
Vix equidem fauces haec ipsa in verba resolvo.
(Presserat ora vapor) tostos en adspice crines?
Inque oculis tantum, tantum super ora favillae.
Hosne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem
Officiique refers; quod adunci vulnera aratri,
Rastrorumque fero, totoque exerceor anno?
Quod pecori frondes, alimentaque mitia, fruges,
Humano generi, vobis quod tura ministro?
Sed tamen exitium fac me meruisse: quid undae,
Quid meruit frater? cur illi tradita sorte
Aequora decrescunt, & ab aethere longius absunt?

Quod

271. *Aëris ignes.*] *Aestus* quatuor antiqui. mox pro *contractosque*, in melioribus, *contractos*. ut aquas pelagi innuat constare ex fontibus undique contractis. Heinsius.

275. *Sustulit omniferos vultus.*] *Omnitenens* ex scriptis Giphanius indice Lucretiano in voce *omniparens*. & sic Langianus. *oppressos* Florentinus S. Marci, Thuaneus, *omniparens*. ut *terra omniparens* Lucretio non semel dicta, παμμήτωρ· sic *omniparens olympus* Virgilio, & apud Val. Flaccum, *omnituens Sol.* duo alii, *omniferos*. forte, *omniparos vultus*. sic *gemellipara Diva* Met. VI. *frugipari foetus* apud Lucretium initio lib. VI. quomodo illic optimi duo Vossiani codices; & *floriparum ver* Ausonio in Idyliis. ita γαῖα παγγενέτειρα in oraculis Sibyllinis. Nonnio καρποτόκεια, ἀμαλλοτόκος, ζωότοκος, τελεσσίγενος, & similia. Tres veteres, *horriferos*. an, *herbiferos*, vel, *herbiparos*? sic *herbiferi colles* initio lib. XIV. Zulichemianus, *amniferos*. primus & secundus Palatinus cum primo Vaticano, Neap. aliisque nonnullis, *igniferos*. Cogitabam aliquando, *auctiferos vultus*. ut Ciceroni:

Jupiter auctiferas lustravit lumine terras. Heins.

276. *Oppositumque.*] *Appositum* Thuani & tres alii, sollemni permutatione, ut & inf. XII. 386. sed praestat vulgata. III. Fast. 46.

Virgineas oculis oppositisse manus.

Vid. ad II. Art. 584. Burmannus.

278. *Sacraque ita voce profatur.*] In omnibus scriptis libris, *Voce locuta est*. Quae lectio probabilior mihi videtur. In illo Abb. est *Sicca*, non *Sacra*. quod non prorsus damno. Ciofan. *Siccaque* Urbinas & unus Ciofani; eleganter. Heins.

279. *Si placet hoc, meruique, &c.*] Oratio Terrae ad Jovem, significantis, ut si igne sibi pereundum sit, potius suo fulmine, quam incendio illo Phaëthontis conflagrari, conficique permittat: rogantisque eum, ut jam sibi, ne tali casu pereat, velit ignoscere. Siquidem inter alia, quae cunctis animantibus quotidie praestat, ipsi etiam tura, quae in sacrificio adhibentur suo, ministrat. Ciofanus.

281. *Clademque levare.*] Id est, exstinguere hunc ignem, quo omnia comburuntur. Idem. Perperam. est tolerabiliorem mihi facere; quia te auctore infertur clades. sic Ep. XVII. 49.

Illa bene erravit, vitiumque auctore redemit.

Sic saepe Poëtae inducunt morientes solatium mortis in eo ponere, quod à magnis & illustribus viris cadant. Ineptit vero Gebhard. lib. I. Crep. 12. qui hic *Actore* praefert, ut & multis aliis locis. quod si quis probat, omnibus fere, non Ovidii modo, sed plerorumque scriptorum locis exturbet *Auctor*. pro quo fere semper in MSS. legitur *actor*, quod paucis convenit locis. vid. ad Epist. I. 95. Gronov. I. Ob. 9. ex MSS. *poenamque auctore levare* producit. Burm.

284. *Inque oculis fumum: volitant super ora favillae.*] Mirus hic denuo scriptorum exemplarium diffen-

Quod ſi nec fratris, nec te mea gratia tangit;
At coeli miſerere tui. circumſpice utrumque;
Fumat uterque polus: quos ſi vitiaverit ignis,
Atria veſtra ruent. Atlas en ipſe laborat:
Vixque ſuis humeris candentem ſuſtinet axem.
Si freta, ſi terrae pereunt, ſi regia coeli;
In chaos antiquum confundimur. eripe flammis,
Si quid adhuc ſupereſt: & rerum conſule ſummae.
Dixerat haec Tellus: neque enim tolerare vaporem
Ulterius potuit, nec dicere plura: ſuumque
Retulit os in ſe, propioraque manibus antra.
At pater omnipotens Superos teſtatus, & ipſum,
Qui dederat currus, niſi opem ferat, omnia fato
Interitura gravi; ſummam petit arduus arcem;
Unde ſolet latis nubes inducere terris:
Unde movet tonitrus, vibrataque fulmina jactat.
Sed neque, quas poſſet terris inducere, nubes
Tunc habuit: nec, quos coelo dimitteret, imbres.
Intonat: & dextrâ libratum fulmen ab aure
Miſit in aurigam: pariterque animâque rotiſque

Expu-

diſſenſus, quem accuratius piget recenſere. Vetuſtiores tamen,

Inque oculis tantum, tantum ſuper ora favillæ. quod placeret, niſi meminiſſem Τὸ *ora* mox praeceſſiſſe. nonnulli:

Inque oculis tantum, volitant ſuper ora favillae. vel, *volitantque per ora.* unus meus:

Inque oculis fumi tantum. ſuper ora favillae. Scribe:

Inque oculis fumi tantum, tantumque favillae. Τὸ *tantum* neglexerat repetere librarius, ſolemni errore, ut alibi monuimus. hinc verſui fulciendo tot lectiones enatae. Heins.

286. *Quod adunci.*] *Curvi* codices multi, ut ſaepe Noſter & alii eo epitheto utuntur. vid. lib. III. II. & V. 341. ubi tamen alii codices, *uncum aratrum.* ut & lib. VII. 210. ubi etiam in ſcriptis, *adunco aratro. Vomere obunco*, Claudiano reſtituit Heinſius lib. I. in Rufin. 383. *Vulnus aratri* etiam Berneggerianus. Burmannus.

289. *Vobis quoque thura miniſtro.*] *Quod thura*, omnino concinnius in uno Patavino. Heinsius.

290. *Sed tamen exitium.*] Paullo ſup. *Cladem* dixit. Ciofanus.

290. *Fac me.*] Alio modo dicitur, *Finge, Pone.* Idem.

291. *Tradita ſorte.*] *Credita* Berneg. & unus Heinſii.

292. *Et ab aethere longius abſunt.*] Ταυτολογία. Ciofanus.

294. *At caeli miſerere tui.*] In uno Caeleſt. *At caeli miſereſce tui.* Quod non diſplicet. Statius I. Theb. 281. *Et generis miſereſce tui.* Hoc etiam verbo uſus eſt elegantiſſimus poëtarum Catullus: LXIV. 138.

Immite ut noſtri vellet miſereſcere pectus.
Nihil propterea mutandum cenſeo. Idem.

294. *Circumſpice utrimque.*] *Utrumque* meliores. nempe polum. & *vitiaverit* pro *violaverit.* Heins. mallem ita diſtinguere & legere, *Circumſpice utrumque*, (*Fumat uterque*) *polum.* Burmannus.

197. *Candentem*] *Flammantem* Palatinus unus & unus Gronovii. ita codices aliquot lib. XIII. 421. *flammantia tecta.* ubi vide. Idem.

300. *Et ſummae rerum.*] Sic eloquentiſſ. Livius lib. I. *Itaque rem inter ſe centum patres, decem decuriis factis, ſinguliſque in ſingulas decurias creatis, qui ſummae rerum praeeſſent, conſociant.* Idem III. *Veniſſetque in periculum ſumma rerum, ni T. Quinctius peregrinis copiis cum Latino, Hernicoque exercitu ſubveniſſet.* Dicitur & *rei* in num. ſing. Tacitus lib. XX. *Crebris interim nuntiis Valentinum monuerunt, ne ſummae rei periculum faceret.* dicitur & *ſumma imperii.* Caeſar lib. VII. Ciofanus. Vid. ad Epiſt. VII. 12.

302. *Suumque rettulit os in ſe.*] Translatum a ſerpente. Ciofanus.

310. *Demitteret.*] *Dimitteret* ſcripti. Heinsius. v. ſup. I. 261.

311. *Dextra libratum fulmen ab aure.*] Notat

 Iuba-

Expulit, & ſaevis compeſcuit ignibus ignes.
Conſternantur equi: & ſaltu in contraria facto
Colla jugo eripiunt, abruptaque lora relinquunt.
Illic frena jacent, illic temone revulſus
Axis; in hac radii fractarum parte rotarum:
Sparſaque ſunt latè laceri veſtigia currûs.
At Phaëthon, rutilos flammâ populante capillos,
Volvitur in praeceps, longoque per aëra tractu
Fertur; ut interdum de coelo ſtella ſereno,
Etſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri.

Quem

Euſtathius in Homerum, triplicem jaculandi modum, παρὰ μαζὸν, παρὰ τὸ δέξιον ὦτιον, παρὰ ὦμον. *A mamma, a dextra aure, & ab humero.* addit Propertius & *ab femore* (ſed hoc equitantium proprium,) ſi tamen integer eſt Propertii locus lib. IV. x. 43.

Illi virgatis jaculanti ex inguine braccis,
Torquis ab inciſa decidit unca gula.

Sic ſcribendum videtur. *Illi jaculantis ab agmine* caſtigabat magnus Scaliger. ut ἀρχαικῶς dictum ſit *illi* pro *illius*. Sed ignoſcat mihi genius viri incomparabilis; non opinor Acciano aut Pacuviano more locutum Propertium. Perſius Satyr. v. dixit:

Vulnera ſeu Parthi ducentis ab inguine ferrum.

at vero hoc de enſe Parthorum aptius intelligetur contra mentem interpretum. HEINS. Servius ad Virg. IX. 417. duos geſtus dicit, *ab aure, aut a latere.* vide ibi Cerdam.

312. *Rotiſque exuit.*] In tribus Vatic. utroque meo, aliiſque manuſcr. non *Exuit*, ſed *Expulit*, legitur. Quod gravius & ſignificantius videtur. CIOFANUS. Editio Gryphi & Aldi, *exuit*; quod & in plurimis codicibus exſtat. lib. XII. 779.

Digna animum poena congeſtis exuit armis.

HEINSIUS. Eadem diverſitas lectionis ſupra lib. I. 622. Stat. X. Theb. 943.

Sed membra virum terrena relinquunt,
Exuiturque animus.

ubi legendum eſſe, *animam*, docet Lutatius, qui ita adnotat, *mire exuitur, quia anima exuitur corpore, ideo metaphoram a veſtibus poſuit.* non tamen hic moverem *expulit*, quod majoris eſt impetus & violentiae. ſic etiam *expellere animam*, dixit Noſter lib. VI. 618. BURMANNUS.

313. *Et ſaevis compeſcuit ignibus ignes.*] In uno Cael. & Farneſ. *Et ſaevos:* ut ad Phaëthontis incendium referatur. Hac de re ſic quoque alibi:

Nec quia rex mundi compeſcuit ignibus ignes,
Ipſe ſuis Phaëthon inficiandus erat. CIOFAN.

Saevos quoque unus Thuani, ſed male; *ſaevi ignes* enim ſunt fulmina. ut ſaepe Noſter. II. Triſt. 144.

Quae fuerat ſaevo fulmine tacta Jovis.

I. Triſt. VII. 21.

Saeva nec admiror metuunt ſi fulmina, quorum
Ignibus adflari proxima quaeque ſolent.

IV. III. 69.

Saevis ego ſum Jovis ignibus ictus. BURM.

314. *Conſternuntur equi.*] Sunt qui hoc loco libentius legant, *Conſternantur*. Quo modo eſt in utroque Maffei, Capran. & Farneſ. idque & mihi probatur. In duobus meis & uno Vat. *In contraria verſo.* CIOFANUS. *Conſternantur* cum antiquioribus. Statius Theb. VII. 129.

—— *Hoſteſque propinquos*
Adjurat, turmaſque metu conſternat inani.

Ita optime vetuſtiſſimus codex, male vulgo, *conſternit*. Nec aliter agnoſcit Eutyches Grammaticus, qui hunc verſum Statii citat. ipſe Ovid. V. Faſt. 310.

Cum conſternatis diripereris equis.

Et ita ſaepe Livius *conſternatos equos* dixit, ut lib. VIII. c. 39. XXI. 33. & Silius XIII. 134.

—— *pavidaque petebat*
Conſternata fuga poſitos ad moenia campos.

Flor. I. c. 18. *Conſternati equi fugam ſtragemque late dederunt.* lib. IV. cap. II. *Ejus Elephanti bellorum rudes, & nuper a ſilva, conſternati ſubito clangore.* Scribo, *& nuperi a ſilva, conſternari.* *Nuperi* pro recentes. Salluſt. Hiſtor. I. *Equi ſine rectoribus exterriti aut ſaucii conſternantur.* Vide Notas lib. I. verſ. 641. & *ſaltu facto*, non *verſo*. HEINS.

315. *Colla jugo eripiunt.*] Sic quidem inſulſe adhuc legitur. Tu vero, ex omnibus, uno excepto Maff. Abb. Farneſ. & Briantii, qui non ſunt admodum veteres, ſcriptis exemp. lege: *Colla jugo excutiunt.* quae lectio multo eſt elegantior, atque huic loco aptior. CIOF. *Colla jugo excutiunt* MSS. elegantius per hypallagen, quam quod vulgo legitur, *eripiunt*. FARNAB. lege, *colla jugo excutiunt*, non *eripiunt*. Fortius illud enim. Curtius lib. III. 2. *Jamque qui Darium vehebant equi, confoſſi haſtis & dolore efferati, jugum quatere, & regem curru excutere coeperant.* Idem lib. IV. 15. *Equi crebra jactatione cervicum non jugum modo excuſſerant, ſed etiam currus everterant.* & lib. VIII. c. 14. *per lubrica*

Quem procul à patriâ diverſo maximus orbe
Excipit Eridanus, ſpumantiaque abluit ora.

Fab. II. & III. Argumentum.

[a] Sorores Phaëthontis in arbores pupulos. Lacrimae earum in Electrum.

Sorores Phaethontis Phaethuſa, [b] *Lampetie*, [c] *Phoebe*, *caſum fratris* [d] *dum deflent*, *deorum* [e] *miſericordia in* [f] *arbores populos* [g] *mutatae ſunt. Lacrimae earum*, *ut Heſiodus & Euripides indicant*, *in electrum* [h] *ſunt converſae.*

Naïdes

brica & invia immiſſi currus excutiebant eos, a quibus regebantur. Heins. Nullam ego elegantiam video in lectione, quam vix Latinam puto, neque Hypallagen illam, aliud quam aſylum Grammaticorum, ubi rem aliter expediri non poſſunt, eſſe credo. exempla quoque ab Heinſio adducta docent quidem recte dici, equos *excutere* aliquem curru, & ipſum jugum, ſed non recte dici, *excutere colla jugo*, cum dicendum foret, *collis juga excutiunt.* Quare *eripiunt* retinui, quam veram lectionem nunc praeſtabit Seneca Hippolyto 1084.

Tum vero pavida ſonipedes mente exciti
Imperia ſolvunt, ſeque luctantur jugo
Eripere.

qui paullo poſt dicit, *Phaëthonta currus devio excuſſit polo.* Paullus JCtus in l. 43. ff. de Aedilitio Edicto. *Jumenta, quae ſine cauſſa turbantur, & ſemet ipſa eripiunt.* ubi *turbantur*, idem eſt quod hic *conſternantur.* Burm.

318. *Late laceri.*] Offendit ille ſonus, qui mitigatur aliquantum, ſi cum nonnullis ſcriptis legas, *laceri late*: ſed in Lovan. erat, *late celeris.* Burm.

320. *Volvitur in praeceps.*] Hoc eſt in caput cadit. Regius. Vid. ad Phaedr. lib. v. 7.

321. *Ut interdum de caelo ſtella ſereno, Et ſi nox cecidit, potuit cecidiſſe videri.*] Lucret. I. 209. *Non cadere in terram ſtellas & ſidera cernis? Et ſi non cecidit:* Duo Vatican. & unus meus habent: *Quae ſi non cecidit.* Ciofan. ita etiam plurimi ſcripti.

323. *Quem* (Phaëthontem) *procul à patria diverſo maximus orbe Excipit Eridanus.*] Apollonius lib. IV. 597. de Eridano loquens:

Ἔνθα ποτ' αἰθαλόεντι τυπεὶς πρὸς ϛέρνα κεραυνῷ,
Ἡμιδαὴς Φαέθων πέσεν ἅρματος ἠελίοιο,
Λίμνης ἐς προχοὰς πολυβενθέος, &c.

Ubi ardenti ictus ſecundum pectora fulmine ſemicombuſtus Phaëthon cecidit de curru Solis, paludis in alveum caput aggravantis, &c. Ciofan. *Plurimus orbe* Voſſ. *proximus* duo alii.

324. *Fumantiaque abluit ora.*] *Fumantia corpora* denuo habes verſu proximo. quare *Spumantia ora* cum primo Mediceo reſcribatur, ut de equis intelligamus lib. VI. 226.

——— *dum certum flectit in orbem*
Quadrupedes curſus, ſpumantiaque ora coërcet.
lib. VIII. 33.

——— *ſtratis inſignia pictis*
Terga premebat equi, ſpumantiaque ora regebat.
Virgil. lib. XII. 372.

——— *ſpumantia dextrâ*
Ora citatorum dextrâ contorſit equorum.

certe Noricus, *ſpumantia flamma corpora* verſu proximo agnoſcit. Similiter peccatum lib. IV. 363. & V. Faſt. 510. Heinsius.

[a] *Sorores.*] *Heliades ſorores, Aegle, Lapetie, Phaetuſa, Phoebe, in arbores populos.* Parmenſ.

[b] *Lampetie.*] *Japete.* Colon.

[c] *Phoebe.*] Addit Raenerius, *quam quidam Lampethuſam appellant* (*addunt nonnulli quartam Aeglen.*)

[d] *Dum deflent.*] *Deflentes.* Colon.

[e] *Miſericordia.*] *Miſeratione.* Giſelin. Marg.

[f] *Arbores populos.*] *Arbores populeas* Venet. Micyll. & Raener. Sed alterum rectum puto. Vibius Sequeſter: *Eridanus Galliae Ciſalpinae, qui & Padus, ubi Heliades mutantur in populos arbores.* Adde quae notavi ad Hygin. Mythol. cap. 140. Muncker. *populeas* Parmenſ. Lugd.

[g] *Mutatae.*] *Commutatae.* Colon.

[h] *Sunt converſae.*] Addit Veneta, *ac fluiſſe dicunt.* Raenerius, *quod ex illis arboribus, in quas mutatae feruntur, fluere dicitur.* Sed iſta ſapiunt ejus interpolationem. Micyllus, *ac fluiſſe dicuntur.* MS. *ac fluxiſſe dicunt.* Sed verba iſta collocat poſt τὸ *mutatae ſunt.* Et recte quidem. Nam quae ſequuntur, *Lacrymae earum* &c. novum faciunt argumentum. Lego ergo, *mutatae ſuccina fleviſſe dicuntur. Lacrymae earum* &c. Quibus verbis novum, ut dicebam modo, inchoatur argumentum, quod in MS. collocatum erat ante verſum illum poëtae, *Inde fluunt lacrymae* &c. Emendationem meam adſtruunt non parum illa Servii ad Ecl. VI. 62. *Sorores Phaëthontis ſuccina fleviſſe dicuntur.* Adde not. ad Fulg. Lib. I. cap. 15. Muncker. *ac fluxiſſe dicunt.* Parmenſ. *ac fuiſſe dicunt.* Lugd. Giſelini margo notat a V. illa, *lacrymae* & reliqua abeſſe.

NAïdes Heſperiae trifidâ fumantia flammâ
Corpora dant tumulo: ſignantque hoc carmine ſaxum.
Hic ſitus eſt Phaëthon, currûs auriga paterni:
Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.
Nam pater obductos, luctu miſerabilis aegro,
Condiderat vultus: &, ſi modo credimus, unum
Iſſe diem ſine Sole ferunt. incendia lumen
Praebebant; aliquiſque malo fuit uſus in illo.
At Clymene poſtquam dixit, quaecumque fuerunt
In tantis dicenda malis; lugubris & amens,
Et laniata ſinus totum percenſuit orbem:
Exanimeſque artus primo, mox oſſa requirens,
Reperit oſſa tamen peregrinâ condita ripâ,
Incubuitque loco: nomenque in marmore lectum
Perfudit lacrimis, & aperto pectore fovit.
Nec minus Heliades fletus, &, inania morti
Munera, dant lacrimas: & caeſae pectora palmis
Non auditurum miſeras Phaëthonta querelas
Nocte dieque vocant: adſternunturque ſepulcro.
Luna quater junctis implerat cornibus orbem:

Illae

326. *Signant quoque carmine factum.*] *Signantque hoc carmine ſaxum* cum duobus Leidenſibus. alii multi ex melioribus, *ſignant quoque ſaxum.* proxime verum. lib. VIII. 540.

Affuſaeque jacent tumulo, ſignataque ſaxo
Nomina complexae lacrymas in nomina fundunt.

ſic & *aquas nomine ſignare* Triſt. I. El. I. ỳs. 90. Lucanus libro VIII. 771. de Pompeji buſto:

Interea parvo ſignemus littora ſaxo.

Lactantius, Elegia de Phoenice:

Protinus exſculpunt ſacrato in marmore formam,
Et ſignant titulo remque diemque novo.

infra lib. XII. 23. MSS. quoque habent,

Fit lapis, & ſignat ſerpentis imagine ſaxum. HEINS.

327. *Hic ſitus eſt Phaëthon.*] *Siti* qui dicantur docet M. Tullius lib. II. De legibus, ubi ita eſt:

Declarat etenim Ennius de Africano:
Hic eſt ille ſitus.

Verè. nam ſiti dicuntur ii, qui conditi ſunt, nec tamen eorum ante ſepulchrum eſt, quàm juſta facta, & corpus incenſum eſt. Ergo appoſite dicitur ſitus Phaëthon, qui & combuſtus erat, & tumulatus. CIOFANUS. *Siti* proprie mortui & ſepulti dicebantur. Hinc *ſiticines* dicti, quod apud vita functos canere eſſent ſoliti. Gellius Noct. Attic. libro XX. cap. II. apud Lucanum: VIII. 793.

Hic ſitus eſt Magnus, placet hoc, Fortuna, ſepulcrum. HEINSIUS.

328. *Quem ſi non tenuit.*] Variant ſcripti. multi, *rexit*; ſed nihil muta. Ex Pont. lib. III. eleg. I.

Utque ea non teneas, tuta repulſa tua eſt.

Livius III. 39. *Sed quia duo exercitus aberant, ne quid ferretur ad populum, Patres tenuere.* in quibus *tenere* eſt idem, quod *obtinere*, vide Manut. ad Cicer. I. ad Famil. I. Maxime firmat Senec. Vita Beat. 21. a Ciofano & aliis adductus. unde forte hic legendum, *Qui, ſi non tenuit.* BURMANNUS.

328. *Magnis tamen excidit auſis.*] Hoc hemiſtichium citat, atque ad rem ſuam inflectit Seneca De vita beata cap. XXI. ubi verbum *excidit*, in *excidet* detorſit. ejus verba ſunt: *Qui hoc facere proponet, volet, tentabit, ad Deos iter faciet, nae ille etiam ſi non tenuerit, magnis tamen excidet auſis.* Ita enim legendum. CIOFANUS.

329. *At pater obductos.*] *Nam pater* vetuſtiores. & recte. ſequitur enim, *At Clymene.* ſic libro VI. 271. *Nam pater Amphion.* & l. XIV. 741. *Nam pater occiderat.* plurimi alii huc etiam alludunt, in quibus, *Jam pater.* HEINS.

330. *Condiderat.*] *Abdiderat* unus Mediceus.

333. *Poſtquam dixit.*] Horat. I. Ep. VII. 72. *Dicenda tacenda locutus.* DOUZA.

335. *Laniata ſinus.*] *Comas* quatuor ſcripti.

337. *Ripa.*] *Terra* plurimi ſcripti. mox *incubuitque ſolo* quinque Codices. *in carmine lectum* etiam Regius. *in margine* Gronovianus.

339. *Aperto*

Illae more ſuo (nam morem fecerat uſus)
Plangorem dederant. è quîs Phaëthuſa ſororum
Maxima, cum vellet terrae procumbere, queſta eſt
Diriguiſſe pedes: ad quam conata venire
Candida Lampetie, ſubitâ radice retenta eſt.
Tertia, cum crinem manibus laniare pararet,
Avellit frondes. haec ſtipite crura teneri,
Illa dolet fieri longos ſua brachia ramos.
Dumque ea mirantur; complectitur inguina cortex:
Perque gradus uterum, pectuſque, humeroſque, manuſque
Ambit: & exſtabant tantum ora vocantia matrem.
Quid faciat mater? niſi, quo trahat impetus illam,
Huc eat, atque illuc? &, dum licet, oſcula jungat?
Non ſatis eſt. truncis avellere corpora tentat;
Et teneros manibus ramos abrumpere: at inde
Sanguineae manant, tamquam de vulnere, guttae.
Parce, precor, mater, quaecumque eſt faucia, clamat:
Parce, precor: noſtrum laniatur in arbore corpus.
Jamque vale. cortex in verba noviſſima venit.
Inde fluunt lacrimae: ſtillataque ſole rigeſcunt

De

339. *Aperto pectore fovit.*] *Fovere nomen*, frigide admodum dici puto; cum *vulnera* vel ipſa *membra fovere*, paſſim in hac re occurrat. credemusne ergo pectore nudo nomen in marmore lectum calefeciſſe Clymenen? abſit. elegantem potius Gronoviani codicis lectionem amplectamur, *& aperto pectore ſaevit*, id eſt unguibus laceravit pectus nudatum: ſic lib. III. Amor. IX. 10.

Pectoraque infeſta tundit aperta manu.

Apertum eſt nudum, III. Art. 667.

Quid aperto pectore in hoſtem
Nitor.

III. Faſt. 15.

Ventoſque accepit aperto
Pectore.

& paſſim. Lib. quoque XI. 683. pro *ſcindit*, *ſaevit* in MSS. ubi vide. ita mox 399. *ſtimuloque domans & verbere ſaevit.* poſſet & legi, *& aperto in pectore ſaevit.* Vid. inf. lib. XIV. 193. Burm.

340. *Nec minus Heliades lugent.*] *Fletus* ſcribendum cum Urbinati, tertio Mediceo, primo Palatino, utroque Hamburgenſi, priori Erfurtano, & aliis undecim. Heinsius.

342. *Miſeras Phaethonta querelas.*] *Miſeris Ph. querelis nocte dieque vocant* magno numero codices. ita *increpare querelis* Valer. Flaccus 433. Burmannus.

346. *Phaëthuſa.*] Fulgentius lib. I. Myth. c. 15. *Arethuſam* vocat. ubi recte viri docti *Phaëtuſam* repoſuere. Heins.

347. *Terrae procumbere.*] Alii codices, *terra:* vid. ad III. Amor. II. 25.

349. *Candida Lampetie.*] Vide Parrhaſium lib. II. De Raptu Proſerpinae in Claud. Ciofan.

356. *Niſi quo trahit.*] *Trahat* meliores. Heins.

359. *Teneros ramos abrumpit.*] In omnibus antiquis, *& teneros.* Ciofan. *Abrumpere* rectius Urbinas, Barberinianus, & unus Moreti. Idem.

360. *Tamquam de vulnere guttae.*] Unus Vatican. & antiquior meus: *de corpore guttae.* Ciof.

362. *Laceratur.*] *Laniatur* Heinſius repoſuit ex MSS. quae verba fere ſemper confuderunt librarii. *pectus* etiam duo ſcripti.

363. *Venit.*] Urbinas a manu prima, & ſec. Mediceus, *vertit.* ita etiam infra vs. 827. *verſat.* in eodem codice Mediceo; forte legendum, *repit* vel *ſerpit*, quod ibi Strozzae codex unus exhibet. Heinsius.

364. *Inde fluunt lacrymae, ſtillataque ſole rigeſcunt.*] De electro loquitur, quod Latine *ſuccinum*, de quo ſylvam opinionum ridet Plin. lib. ult. c. 2. Veritatem autem rei vide c. 3. ejuſdem oppido eleganter explicatam. De melle nihil hoc in loco poëta. Glarean.

364. *Stellataque ſole rigeſcunt.*] In Palatino & antiquis

De ramis electra novis: quae lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis.

Fab. IV. [a] Argumentum.

Cygnus Sthenelei filius in avem sui nominis.

Cycnus Sthenelei filius, materno [b] *genere Phaëthonti proximus, cum Liguriam incoleret, & in ripâ Eridani amnis, quem quidam Padum vocant,* [c] *cum vidisset corpus Phaëthontis à sororibus ejus ablui, pari* [d] *calamitate est concussus. Plus enim justo deflendo propinqui interitum, deorum voluntate in volucrem cycnum abiit, qui perosus* [e] *coelestem ignem, paludes ac flumina, quibus insenesceret, est secutus.* [f] *Phanocles in Cupidinibus auctor.*

ADfuit huic monstro proles Stheneleïa Cycnus,
Qui tibi materno quamvis à sanguine junctus,
Mente tamen, Phaëthon, propior fuit. ille relicto
(Nam Ligurum populos, & magnas rexerat urbes)
Imperio ripas virides, amnemque querelis
Eridanum implerat, silvamque sororibus auctam:

Cum

antiquis editionibus legi, *stillataque Sole rigescunt*, annotaverat Gruterus. Dan. Heins.

365. *Lucidus amnis.*] Eridanus: est autem Tapinosis. Ciofanus. *Luridus* Vossii codex. sic apud Claudian. III. Rapt. II. quidam codices *Lucida canities*, alii, *lurida*. Noster III. Art. amand. 204. *Lucidus Cydnus*. ita Graecis λευκός. vid. Vulcan. ad Callim. in Jovem. 19. Heins. Quinct. XII. Inst. Orat. 10. *Ut lucidus amnis, & virentibus utrimque silvis inumbratus.*

366. *Mittit gestanda.*] Scio *mittere* proprie de mercibus peregrinis dici, (vid. ad III. Art. 213.) sed in uno codice reperi, *nutrit*. ut etiam apud Virg. I. Geor. 57. nonnulli:

India nutrit ebur.

Et X. Aen. 351.

Et tres quos Idas pater, & patria Ismara nutrit.

Apud Claud. cons. Mallei 306.

Quidquid monstriferis nutrit Getulia campis.

ubi etiam *mittit* quidam scripti. Sedulius prolog. Carminis Paschalis:

Illic invenies quidquid mare nutrit edendum.

ubi Heinsius, teste Cellario, malebat, *mittit*. nil tamen muto propter praecedens *nuribus*. *spectanda* quinque alii. *Mittit portanda* unus Moreti. Burmann.

366. *Latinis.*] Succinus olim in deliciis feminarum maxime. Plin. XXXVII. 2.

[a] *Argumentum.*] *Cygnus Stheneli filium Ligurum rex in avem sui nominis.* Parmens. *Stheneli* etiam Veneta, Micyll. & Raener. & Colonien. Quod idem est, ut & *Sthenelas*, & *Sthenelaus*. Vide summi viri J. F. Gronovii Observat. lib. IV. cap. 15.

[b] *Genere.*] *Sanguine* Giselin. marg.

[c] *Cum vidisset.*] Non rectè τὸ *cum* expulerunt Micyllus & Gisselinus. Vide, quae dixi ad Lib. I. fab. 12. Munckerus. *Cum* ejecit Colon. Gisel. & Heinsius.

[d] *Calam. est concussus. Plus*, &c.] *Calamitate concussus deflendo pr.* Colon. Heins. Gisel. ejus in marg. V. *plus deflendo*, unde vulgo *plus justo*.

[e] *Caelestes ignes.*] Ita scripti ex Birckm. cum in V. esset *caeleste signum*. At in C. est, *caelestia*. Giselin. *Caelestes ignes* etiam Colon. & Heins.

[f] *Phanocles in Cupidinibus.*] Phanocles ἐν Ἔρωσι laudatur etiam à Clemente in Protreptico. Munkerus. *Haec Fanocles in Cup. auctor.* Parmens. Lugd. & Raener. sed qui non habent τὸ *auctor*. desunt haec Colon. & Gisel. in marg. notat abesse a C.

367. *Cygnus.*] Recentiores quidam, more Graeco, *Cycnus*, per tertiam litteram imprimendum curarunt. In antiquis vero libb. perpetuo est *Cygnus*, per G. Ciofanus.

371. *Amnemque.*] Lege, *omnemque*, in quo mihi assensuros esse doctos arbitror, & qui Genium a Poëtica aversum non habent. ita in lib. III. 179. *Subitisque ululatibus omne implevere nemus*. Et ita alibi centies, neque politioris scriptoris est aliter loqui. dicam hic obiter fortasse quod placebit. Apud Virgilium vulgo legitur, lib. XI. 405.

Amnis

Cum vox eſt tenuata viro: canaeque capillos
Diſſimulant plumae: collumque à pectore longum
Porrigitur, digitoſque ligat junctura rubentes:
Penna latus veſtit; tenet os ſine acumine roſtrum:
Fit nova Cycnus avis. nec ſe coeloque, Jovique
Credit, ut injuſte miſſi memor ignis ab illo.
Stagna petit, patuloſque lacus: ignemque peroſus,
Quae colat, elegit contraria flumina flammis.

FAB. V. & VI. ARGUMENTUM.

Caliſto Lycaonis filia in urſam. Eadem cum filio [a] Arcade in ſidera.

Jupiter cum reliquias torrentis ignis perſequeretur, ut laborantibus opem ferret mortalibus, [b] *cum circa Nonacrinum montem Arcadiae, in quo genitus exiſtimatur, vagaretur, in* [c] *Calliſtûs Lycaonis filiae incidit amorem: cui cum preces* [d] *de explemento deſiderii ſui admoviſſet, fruſtrataſque voces ſuas intellexiſſet, aſtu eam ſubiit.* [e] *In Dianae namque ſexum* [f] *ſe rejecit, ac fatigatae* [g] *ornatus pharetra ſagittiſque,* [h] *velut Diana, occurrit;*

Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus undas. Iſtud *amnis Aufidus* mihi ſegnius & ignavius eſt, hoc quidem loco, quam ut id Virgilianum poſſim credere. Legendum itaque putem:

Amnis & Adriacas retro fugit Appulus undas. Nihil addam; neque enim pueris haec aut magiſtris ſcribimus. TAN. FABER. lib. II. Epiſt. 69.

372. *Sororibus auctam.*] Gebhard. I. Crep. 12. *aptam* ex ſuis, & ita unus Heinſii. alii *actam*, vel *altam* etiam exhibent. nihil muta, Germanicus Arat. 370.

Hunc nova ſilva
Planxere ignotis moeſtae Phaëtontides ulnis.

ubi *alnis* reſcribendum Heinſius exiſtimat. BURM.

374. *Longe.*] Lib. Jo. D. *longum.* CIOFAN. *Longum* rectius alii. mox pro, *Penna latus velat*, octo ex praeſtantioribus, *veſtit.* Virgilius in Ciri:

Marmoreum volucri veſtivit tegmine corpus.

Dracontius Hexaemero:

Et nova ſubveſtit reparatas pluma volucres.

Pari modo *veſticipes*, & *inveſtes* pueri, qui pubentes & impubes, vel etiam venereis rebus initiati aut expertes veneris, de quibus ad Feſtum Scaliger, & ad Apulei Apologiam Caſaubonus, pag. 179. 180. Barth. ad Claudian. p. 26. HEINSIUS.

376. *Tenet os ſine acumine roſtrum, Fit nova Cygnus avis, &c.*] Poëtarum proprium eſt quae Naturae ſunt ad fabulam deflectere: In his autem feliciſſimus eſt Ovidius. CIOFANUS.

378. *Credit.*] *Tradit* multi codices, ſed perperam. ita lib. IV. 626. *Veritus ſe credere nocti*, ubi etiam *caelo* quidam. Vid. ad lib. I. Art. Am. 411. & ad Quinct. Decl. XIII. 17. BURM.

379. *Stagna colit.*] *Petit* olim editi & ſcripti fere omnes, & ſequitur mox *colat.*

379. *Ignemque peroſus.*] Id eſt, odium habens in ignem. CIOFAN.

380.] *Elegit contraria flumina flammis.*] Ita in I. *Cumque ſit ignis aquae pugnax.* & lib. IIX. *Undis contrarius ignis.* Et Ibide:

Deſinat eſſe prius contrarius ignibus humor.

CIOFANUS.

[a] *Arcade in ſidera.*] *Arcade a Jove in ſidera.* Parmenſ.

[b] *Cum circa Nonacrinum, &c.*] Scripſerat, puto, *& cum circa, &c.* MUNCKER. *Cum circa montes Arcadiae, ubi* &c. & Micyll. qui in margine, *circa Nonacrim montem.*

[c] *Calliſtus.*] *Calyſtos* Parmens. *Caliſtonis* Colon. vid. ad I. art. 27.

[d] *De explemento.*] Deſunt haec Colon. deinde *fruſtrarique.*

[e] *In Dianae namque ſexum.*] *Speciem* Valteriani codices, ut notat Giſelinus. Quod aptius videtur, & magis convenit cum verbis Naſonis: *Protinus induitur faciem vultumque Dianae.* Infr. de Minervâ Lib. VI. fab. I. *Reverſa in ſpeciem ſuam, &c.* MUNCK.

[f] *Se rejecit.* Ita cum MS. etiam Veneta & Raeneriana. Sed Giſelinus & Micyllus, *trajecit.* IDEM. ita & Colon. & Heinſ.

[g] *Ornatus* deeſt Colon.

[h] *Velut Diana.*] *Velut* abeſſe a V. notat Giſelin.

currit; ac veſte pariter poſita, Jovem [i] *virgo experta eſt.* [k] *Neque ideo immerenti delictum remiſſum eſt.* [l] *Nam confeſtim pellicatu ejus* [m] *accenſa, ne amplius pulchritudine conjugem caperet, in urſam eam* [n] *transfiguravit. Quae à Jove cum Arcade filio, quem erat enixa, inter ſidera collocatur. A Graecis autem* [o] *Helice, à noſtris Septentrio nuncupatur: & à Tethy* [p] *& Oceano ob Junonis iram inter cetera ſidera* [q] *liquore non tingitur, ut Heſiodus indicat.* [r] *Hinc illud: Sed lucet in aſtris Calliſto, renovatque ſuos ſine fluctibus ignes.* [s] *Ipſe autem Arcas in coelum translatus, Arctophylax dicitur.*

SQualidus interea genitor Phaëthontis, & expers
Ipſe ſui decoris, qualis, cum deficit orbem,
Eſſe ſolet: lucemque odit, ſeque ipſe, diemque:
Datque animum in luctus; & luctibus adjicit iram:
Officiumque negat mundo. Satis, inquit, ab aevi
Sors mea principiis fuit irrequieta: pigetque
Actorum ſine fine mihi, ſine honore, laborum.
Quilibet alter agat portantes lumina currus.

Si

[i] *Virgo.*] Non habet Raener.

[k] *Neque ideo.*] Ita edd. omnes. MS. tamen, *neque adeo.* Sed alterum rectum putem. Phaedr. lib. II. cap. 9.

Frondem bubulcus adfert, nec ideo videt. Munck. *Neque ideo a Junone imm.* Parm. Lugd. Raen. Giſel. Heinſ. Micyll. *neque omnino a Junone*, Colon.

[l] *Nam confeſtim.*] *Hanc confeſtim* Colon. & mox *eam* omittit, & *transfiguravit, & cum Arcadiae filio, q. e. e. intra ſ. collocata eſt.*

[m] *Accenſa.*] *Incenſa* Parm. Lugd. Heinſ. Plant. Frellon. Micyll. deeſt, puto, *Juno.*

[n] *Transfiguravit.*] Hic deſinit in V. hujus fabulae argumentum, quod totum abeſt à C. Nam quod adjicitur in eodem V. *A Graecis autem Helice; à noſtris Septentrio vocatur:* neſcio quo debeam referre: valdeque dubito, an de eo ſit annotationum genere, quales plurimae vet. librorum oras poſſederunt. Quae deinceps in vulg. lib. ſequuntur, in V. adpoſita reperio verſui 504. hoc modo: *Caliſto ſupradictam cum filio Arcade.* Giselin.

[o] *Helice.*] Micyl. in marg. al. ἅμαξα. *Hamaxa* Colon. Giſel. Marg.

[p] *Et Oceano.*] *Et ab Oceano praeter caetera 5. aequore prohibentur, ut auctor eſt Heſiodus*, ubi finit arg. Colon.

[q] *Liquore.*] *Aequore* emendaverat in MS. manus ſecunda. Munck. *liquori* Parm.

[r] *Hinc illud.*] Ita Giſelinus cum Raenerio. Sed MS. & Venet. *vel alii.* Micyllus neutrum habet. & forſan lacinia Gloſſatoris eſt. Idem. *vel alii* Parm. Lugd.

[s] *Ipſe autem.*] Parmen. Lugd. novum argumentum fabulae VI. ita concipiunt ante vs. 504. *Caliſto ſupradicta cum filio Arcade in ſideribus a Jove translati ſunt.* recte *translati* De qua eleganti locutione Vid. ad Naſon. lib. I. Met. 320. Micyllus haec ultima omiſit.

382. *Sui decoris.*] *Sui juris.* MSS. Berſmanni.

382. *Cum deficit orbi.*] Occaſus intelligitur. Ciofanus. *Orbem* recte Florentinus S. Marci, & unus ex meis, cum priore Hamburgenſi. alii, *orbe* magno numero. Adi Notas Amor. lib. I. Eleg. VIII. v. 93. apud Tibullum quoque libro III. Eleg. IV. videtur ſcribendum de ſomno, *ſollicitas deficit ille domos. ante domos* nunc circumfertur. & apud Silium l. X. v. 192. *non haſta viros, non deficit enſis.* cum contra mentem ejus *viro* nunc circumferatur. Senec. Herc. Oet. 46. *Terra deficit gradum.* Ubi male *gradu* ſubſtituunt, & male etiam *deſeruit*, ut editio Commelin. Heinsius. *Deficit orbe* poſſet capi de defectu ſolis, cum ejus orbis vel totus, vel parte ſua obſcuratur. *deficit orbem*, id eſt mundum, vero ſi quis praeferat, etiam non de occaſu, ſed Eclipſi intelligerem, quia tunc decoris ſui maxime expers eſt. Aliter *deficere* dici ſolem, cum cadat, novi a Propertio III. eleg. III. 49. *Qua venit exoriens, qua deficit.* Burm.

384. *Datque animum in luctus.*] luget. Ciofan.

384. *Et luctibus adjicit iram.*] Lugendo ira exardeſcit. In uno meo antea legebatur. *Et luctibus addidit iram.* Quo modo locutus eſt lib. III. *Minus addidit irae.* Idem.

385. *Officiumque negat mundo.*] Intelligit, Solis currum ducere, cujus beneficio univerſus orbis illuſtratur. Idem. Propert. II. XIV. 16.

Invitum & terris praeſtitit officium. Douza. malim *negans.* Heinsius.

385. *Ab*

Si nemo eſt, omneſque Dei non poſſe fatentur;
Ipſe agat: ut ſaltem, dum noſtras tentat habenas,
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tum ſciet, ignipedum vires expertus equorum,
Non meruiſſe necem, qui non bene rexerit illos.
Talia dicentem circumſtant omnia Solem
Numina: neve velit tenebras inducere rebus,
Supplice voce rogant. miſſos quoque Juppiter ignes
Excuſat, precibuſque minas regaliter addit.
Colligit amentes, & adhuc terrore paventes,
Phoebus equos: ſtimuloque domans & verbere, ſaevit:
Saevit enim, natumque objectat, & imputat illis.
At pater omnipotens ingentia moenia coeli
Circuit: &, ne quid labefactum viribus ignis
Corruat, explorat. quae poſtquam firma, ſuique
Roboris eſſe videt: terras, hominumque labores
Perſpicit.

385. *Ab aevi Principiis ſors mea ſatis irrequieta fuit.*] Hic eſt verborum ordo. Significat autem Apollo, ut ſimul natus eſt, vitam, conditionemque ſuam numquam acquieviſſe. Ciofan.

388. *Quilibet alter.*] Quidam hoc loco temere poſuerunt, *Quilibet auctor.* Idem.

388. *Agat.*] Id eſt ducat, trahat. Idem.

392. *Ignipedum equorum.*] *Ignipedes equi* neſcio an recte dicantur. quare fuit cum *aenipedum* reſcribi debere cenſerem. quale mendum & ex Martiali ſuſtulimus, Notis ad Epiſt. VI. ỳs. 32. Sed Statius initio Thebaïdos de Phoebo:

—— *ignipedum frenator equorum.*

Prudentius tamen libro I. contra Symmachum ỳ. 350. de Solis equis:

Cernuat ora ſenex barbatus & oſcula figit
Cruribus aenipedum, ſi fas eſt credere, equorum.

quomodo illic conſtanter editi ac ſcripti codices. niſi quod *aeripedum* in nonnullis. quanquam illic de Solis ſtatua agitur aenea. Vide Notas ad Epiſt. VI. ỳs 32. quidam tamen ſcripti meliores, quos inter Florentinus S. Marci, Neap. Thuan. Bernegg. *igniferum.* Simili modo lib. VII. & 556. *igni* erat exaratum pro *aegre.* Heinsius. *Alipedum* Lovanienſis, quod magis placeret, niſi repetitum ex verſ 48. videretur. Sic in Catalectis vetus Poëta de equis Phoebi:

Mox tamen alipedum gemmantia lora rigeſcunt.

Avien. Deſcr. Orbis 1244.

Sed quatit alipedum ſola ſemper curſus equorum.

Noſter III. Faſt. 416.

Phoebus, & alatis aethera carpit equis.

Et ita paſſim. Burmannus.

395. *Numina, neu velit tenebras inducere rebus.*] Hoc carmen in omnibus, quotquot nos vidimus, exemplaribus, corrupte legitur. *Velit* enim prima longatur, quae correpta eſt apud omnes, nec facile dixerim quo pacto reſtituendum. *Neve* pro *neu* quadraret, quod ad quantitatis rationem attinet, ſed ad ſignificationem non admodum. fortaſſis legendum, *Ne vellet.* Glarean.

395. *Neu velit.*] Sic male eſt in Aldino. legendum ex o. l. f. & ratione, *néve velit.* Ciofan.

395. *Tenebras inducere rebus.*] Sunt qui legant, *Terris*, non *Rebus.* Priore modo lib. vet. Idem. Vide Gebh. I. Crep. 12.

397. *Regaliter.*] *Regalibus* duo libri & Berſmanni MSS.

398. *Colligit amentes.*] Mihi trium horum verſuum fides nonnihil eſt ſuſpecta, tertii imprimis. pro *dolens* alter Regius *domans* duo. alii *furens.* Heinsius. Recte *domans*, quod Gronovio impenſe placebat Diatrib. Stat. cap. LXI. Virg. VII. 163.

Exercentur equis, domitantque in pulvere currus.

Vide Barth. ad Stat. VI. Theb. 104. *Verbere caedit* eſt in Mediceo & duobus aliis, forte etiam legi poſſit:

Stimuloque furens, & verbere, caedit:
Saevit enim.

Sic *enſe furere*, de quo Heinſ. ad Val. Flac. I. 144. Burmannus.

401. *Ingentia.*] *Ingentis moenia coeli* Mediceus, ut ſupra 157. *immenſi copia mundi*, ita *longum coelum*, *longus Olympus* & ſimilia paſſim apud Poëtas.

Perſpicit. Arcadiae tamen eſt impenſior illi
Cura ſuae. fonteſque, & nondum audentia labi
Flumina reſtituit. dat terrae gramina, frondes
Arboribus; laeſaſque jubet revireſcere ſilvas.
Dum redit, itque frequens; in virgine Nonacrinâ
Haeſit, & accepti caluere ſub oſſibus ignes.
Non erat hujus opus lanam mollire trahendo;
Nec poſitu variare comas. ubi fibula veſtem,
Vitta coërcuerat neglectos alba capillos,
Et modo leve manu jaculum, modo ſumpſerat arcum,
Miles erat Phoebes; nec Maenalon attigit ulla
Gratior hac Triviae. ſed nulla potentia longa eſt.
Ulterius medio ſpatium Sol altus habebat;
Cum ſubit illa nemus, quod nulla ceciderat aetas.
Exuit hic humero pharetram, lentoſque retendit
Arcus: inque ſolo, quod texerat herba, jacebat:
Et pictam poſitâ pharetram cervice premebat.
Juppiter ut vidit feſſam, & cuſtode vacantem;

Hoc

405. *Perſpicit.*] Forte, *proſpicit.* Douza. et ita multi codices. nonnulli, *reſpicit.*

405. *Arcadiae tamen eſt impenſior illi, Cura ſuae.*] Arcadiam Iovis propterea nominat Poëta, quod Proſelenes dicti ceteris praeſtare vetuſtate ſeſe jactabant, quaſi vel cum Iove aetate compares, vel potius ante Iovem fuiſſent, utpote qui cum Cretenſibus contendant de alimentis ac Iovis infantia, quod imprimis Azanes atque Parrhaſii facere ſolebant, qui ſe antiquitate univerſam Graeciam excellere auctore Strabone jactabant, de quibus ita Papinius in quarto Theb. loquitur:

Venit & Ideis ululatibus aemulus Azan
Parrhaſiique duces, Jacobus a Cruce.

Suae, quia ibi natum Jovem multi tradidere. vide Stephanum, Friſchl. & Spanhem. ad Callim. Hym. in Jov. ℣. 4. & ante eos Parrhaſ. ad Claud. Rapt. II. 18. Burmannus.

406. *Audentia labi flumina.*] *Audacia labi* unus Voſſianus. ſic apud Horatium, I. od. 3.

—— *audax omnia perpeti fallax*
Japeti genus.

& apud Senecam Hercule Furenti, 547.

Audax ire vias irremeabiles.

& *audax ſcandere fluctus* Statio Thebaidos lib. II. ut ibi recte meliores Codd. & Edd. male Luctatius, *auſus.* ſed Luctatius MS. *audax.* Silius lib. I. 409.

Audax in fluctu laceras raptare carinas,

& III. 321.

Audax naufragia & praedas avertere ponte.

ut ibi legendum; vulgo, *avellere*: Pedo Albinovanus de Romanis:

Per non conceſſas audaces ire tenebras. Heins.

407. *Gramina.*] *Germina*, Mediceus unus.

410. *Et accepti.*] Schepperus apud Tanaq. Fabrum. lib. II. Epiſt. 71. & *accenſi*, vel *accenſis* malebat.

411. *Lanam mollire trahendo.*] Epiſt. III. 75.

Nos humiles, famulaeque tuae data penſa trahemus,
Et minuent plenas ſtamina noſtra colos.

Ciofanus.

412. *Nec poſitas variare comas.*] Decipiuntur, qui *poſitu*, non *poſitas* putant eſſe legendum, cum & in vetuſtis exemplaribus *poſitas* ſcriptum eſſe videamus, nec poſitu varientur comae. Sed aut inſertis floribus, aut reticulo, aut vitta verſicolore. Regius. In meo vetuſt. aperte legitur, *poſitu*, hoc eſt ornatu: Atque ita in elegia de Med. Faciei. Ciofan. *Poſitam comam* Baſileenſis & quartus Mediceus, ut eſſet hiatus, vid. inf. 758. qui evitari poſſet, ſi cum pleriſque ſcriptis legatur, *cui fibula*, ut edidit Vivianus: *ſed fibula* in Neapolitano eraſae veteri lectioni ſuperſcriptum, ut & in ſecundo Mediceo, qui & *ut* agnoſcit. praeterea in eodem codice & decem aliis verſu uno auctior hic locus erat:

Ubi fibula veſtem
Strinxerat, eminuit corpus juvenile decorque.

Poſitu vero praefero, nam male Regius negat *poſitu* variari comas, cum id diſerte tradat Ovidius lib.

Hoc certe conjux furtum mea neſciet, inquit:
Aut ſi reſcierit; ſunt ô, ſunt jurgia tanti.
Protinus induitur faciem cultumque Dianae:
Atque ait, O comitum, virgo, pars una mearum,
In quibus es venata jugis? de ceſpite virgo
Se levat: &, Salve numen, me judice, dixit,
Audiat ipſe licet, majus Jove. ridet, & audit;
Et ſibi praeferri ſe gaudet, & oſcula jungit,
Nec moderata ſatis, nec ſic à virgine danda.
Quâ venata foret ſilvâ narrare parantem
Impedit amplexu: nec ſe ſine crimine prodit.
Illa quidem contra, quantum modo femina poſſit,
(Adſpiceres utinam, Saturnia, mitior eſſes!)
Illa quidem pugnat: ſed quae ſuperare puella,
Quisve Jovem poterat? ſuperum petit aethera victor
Juppiter: huic odio nemus eſt, & conſcia ſilva.
Unde, pedem referens, pene eſt oblita pharetram
Tollere cum telis, &, quem ſuſpenderat, arcum.

Ecce

lib. III. Art. 151. ubi *varios poſitus* tradit. vid. & Gebhard. I. Crepund. 12. Burmann.

412. *Ubi fibula veſtem.*] *Cui* in multis veterum. alii non pauci, *ſed.* novem, *huic.* nil muto. Heins.

413. *Vitta coërcuerat.*] Sic legitur in eodem lib. meo. Alii habent, *Coërcebat.* Ciofanus. *Poſitos ſine lege capillos* decem ſcripti, quod repetitum ex lib. I. 477.

416. *Nulla potentia longa eſt.*] Priſcianus lib. V. p. 650. citat:

Sed nulla potentia formae
Longa eſt.

417. *Sol altus habebat.*] *Agebat* unus Leidenſis & alius. forte recte. ita apud Rutil. I. Itin. 372. libenter legerem:

Quamquam vix medium Phoebus agebat iter.

Et Noſter lib. VIII. 225. & lib. II. Art. 84.

Altius egit iter.

infr. verſ. 714.

Iter non agit in rectum.

Sic *agere curſum* III. Am. VI. 95. & ſimilia. Burmannus.

418. *Cum ſubit illa nemus, quod nulla ceciderat aetas.*] Idem dicit ſub principium lib. III.

Silva vetus ſtabat nulli violata ſecuri.

Et IIX.

Silva frequens trabibus, quam nulla ceciderat aetas.

Et IV. Faſt.

Silva vetus, nullaque diu violata ſecuri Stabat. Ciofanus. *Nulla exciderat* Cantabr. Regius unus & Thuaneus. *reciderat* Bernegg. *inciderat.* Urbinas a m. ſ.

419. *Hic.*] *Haec* vel *huc* quidam codices. *hinc* Bersmanni.

419. *Lentoſque.*] *Tentoſque retendit*, Codex Strozzae & Neapol. pro diverſa lectione, & ſec. Mediceus.

421. *Pharetram cervice premebat.*] Æmulatus hoc Statius lib. IV. 432.

Hic late jaculis circum undique fixis
Effuſam pharetra cervicem excepta quieſcit.

Vid. ad lib. I. Amor. IX. 26. Burm.

422. *Et cuſtode vacantem.*] In meo probiore ac praeclariore, Jo. Dei, duobuſque Vatic. *Cuſtode carentem.* Quod mihi videtur plenius & ſignificantius. Ciofan. Fruſtra Ciofanus *carentem* praefert. vide ad lib. III. Amor. III. 24.

424. *Sunt ô ſunt jurgia tanti.*] *Sunt ô tua jurgia tanti*, Bernegg. duo alii, *ſua jurgia.* in qua locutione multus eſt Noſter. Heins. *Sunt o mihi jurgia* Sarrav. & Menard. & duo alii, & Viviani.

425. *Faciem cultumque.*] *Faciem vultumque* Leidenſis unus, Gronov. & Florentin. Cicer. pro Cluent. 26. *recordamini faciem, atque illos ejus fictos ſimulatoſque vultus.* Lucan. VII. 798.

Vultus ex quo facieſque jacentum Agnoſcat.

Et ita paſſim alii, ſed dubiam ſcripturam facit: ſimilis locus lib. III. 609. *Spectо cultum, faciemque, gradumque.* ubi etiam *vultum* quidam codices. Burmannus.

437. *Superum petit aethera victor.*] *Superum aethera.* Silius libro VIII.

Hanc poſtquam in triſtes Italum Saturnia pugnas
Hortata eſt, celeri ſuperum petit aethera curru.

Ecce, ſuo comitata choro Dictynna per altum
Maenalon ingrediens, & caede ſuperba ferarum,
Adſpicit hanc, viſamque vocat: clamata refugit,
Et timuit primò, ne Juppiter eſſet in illâ.
Sed poſtquam pariter Nymphas incedere vidit,
Senſit abeſſe dolos: numerumque acceſſit ad harum.
Heu quam difficile eſt, crimen non prodere vultu!
Vix oculos attollit humo: nec, ut ante ſolebat,
Juncta Deae lateri, nec toto eſt agmine prima:
Sed ſilet; & laeſi dat ſigna rubore pudoris.

Et

Ita Ennius *ſuperum lumen*, apud Macrob. lib. VI. cap. 1. & Lucretius notante Columna pag. 95. Heinsius. Quod & imitatus Virgil. VI. 680. Ita Val. Fl. I. 567.

Ut ſuperum ſic ſtaret opus.

ita *ſuperae aurae*, Virgil. VI. 128. & Val. Flac. VII. 259. & aliis. Paullinus carmine IV.

Raptus quadrijugo penetrat ſuperum aethera curru.

ubi male, *ſuper aethera* legitur. Burm.

438. *Nemus eſt.*] In Ambroſiano & uno Heinſii, *Venus eſt*; ne bis idem dicat. ſed & alibi haec duo, ut diverſa, ponit: lib VII. 75.

Quas nemus umbroſum, ſecretaque ſilva tegebant.

& III. Am. VI. 84.

Sed nomera & ſilvae crimina veſtra tegunt.

Supr. lib. I. 568.

Eſt nemus Haemoniae, praerupta quod undique cingit,
Silva

Inf. III. 175. diſtinguit *nemus* a *luco*. vid. & III. Art. 689. eadem porro varietas eſt in Codice Virgiliano v. 76.

Et nemus & fecunda Pales.

Nam ibi codices quidam, *Venus*. Burmannus.

441. *Ecce.*] Haec particula, *Ecce* ſubitum aliquid, repentinumque malum apud Ciceronem Virgiliumque ſignificat. apud alios etiam bonum aliquando deſignat. Regius. Quod hoc loco de particula *Ecce*, Regius ait, falſum eſt. Auctoritates, quibus id probatur, apud Virgilium, & apud Ciceronem in lib. De Orat. & in oratione De haruſp. reſponſis, aliiſque in locis tibi integrum eſt legere. Hujus particulae vis ex ea, qua vulgo utimur, lingua ſatis etiam perſpici poteſt. Itaque ſuapte vi neque boni neque mali quid indicat. Ciofanus. Vis eſt vocis *ecce*, ut repentinum quid & improviſum notet. v. Aſcon. Ped. ad Cicer. I. Act. in Verr. 6. & Donati haec obſervatio eſt, quod de malo repentino ponatur, ad Ter. Adel. IV. 5. & Servii & Donati ad Virgil. II. Aeneid. 57. & certe ita ſaepe occurrit. vide ad Petron. 119. Ad Virg. lib. II. 270. ſimpliciter aliquid repentinum indicare notatur. jungi vero ſaepe haec duo, *Ecce autem* docuit Gronov. ad Livii lib. VII. c. 35. Burmannus.

441. *Comitata.*] *Comitata*, παθητικῶς. ſic lib. VII. dixit, *Incomitata. Fertque vagos mediae per muta ſilentia noctis Incomitata gradus.* Et Lucr. lib. ult. *Incomitata rapi certabant funera vaſta.* & ipſe in lib. Eleg. *Ipſe licet venias Muſis comitatus Homerus, Si nihil attuleris ibis Homere foras.* De Dictynna ita litteris conſignavit Lutatius: *Dictynna ob id dicta Dictynna Diana: Brito Martis filia, virgo Cretenſis Dianae. retibus piſcatorum, quae Graece δίκτυα nominantur, à quibus hujus corpus inventum extractum eſt: Inſula tamen Creta peſtilentia laboravit, quam evadere penitus nequiviſſet, niſi templum Dianae inſtituiſſent, eamque Dictynnam vocaſſent à retibus.* Ciofan. Vid. ad Stat. IX. 632. perperam enim exſcribit. Ciofan.

443. *Clamata refugit.*] Non hoc verbo uſus, quia, ne *vocata* diceret, metricae leges obſtabant: hoc enim pauperis & jejunae venae Poëtis objiciatur; ſed abſit ab Ovidio; qui ſummo cum judicio & elegantia utitur hac voce, ut in celeritate hac ſermonis, quae propria eſt Ovidio, plus ſubintelligatur, quam exprimatur. Videt Diana Nympham, mox leni voce vocat, cum illa fingeret ſe non audire, intendit vocem, & ita *clamata*, id eſt ſaepius magna voce vocata, cum jam diſſimulare amplius non poſſet, refugit. ſic inf. VI. 525.

Fruſtra clamato ſaepe parente,
Saepe ſorore ſua, magnis ſuper omnia divis.

Et, XIV. 397.

Interea comites clamato ſaepe per agros
Nequicquam Pico.

Propert. II. XV. 6.

Nec tibi clamatae ſomnus amarus erit.

Stat. IX. 433.

Ille ego clamatus ſacris ululatibus amnis.

Ubi Barthius ex Propertio aliud exemplum habet.

Ce-

Et (niſi quod virgo eſt) poterat ſentire Diana
Mille notis culpam. Nymphae ſenſiſſe feruntur.
Orbe reſurgebant Lunaria cornua nono;
Cum Dea venatrix, fraternis languida flammis,
Nacta nemus gelidum, de quo cum murmure labens
Ibat, & attritas verſabat rivus arenas.
Ut loca laudavit; ſummas pede contigit undas:
His quoque laudatis, Procul eſt, ait, arbiter omnis:
Nuda ſuperfuſis tinguamus corpora lymphis.
Parrhaſis erubuit. cunctae velamina ponunt:

Una

Caeſar Germanicus Phaen. 294.

Multum clamatos fruſtra ſpectaveris ortus.

Et hanc vim verbi *clamare* eſſe jam olim ad Petron. c. 46. & 58. adnotatum eſt. & plura dabit Gronovius ad Stat. v. 762. haec adnotare vix operae pretium foret, niſi Doctiſſimus Verburgius ad lib. I. Triſt. 7. Ovidio hîc controverſiam immerito moviſſet. Burmannus.

446. *Numerumque acceſſit ad harum.*] *Numeroſque* Florentinus S. Marci. ſic in Amoribus, lib. III. 9.

Auxiſti numeros culte Tibulle pios.

Vide Notas ad Epiſt. VIII. ℣. 24. Heinsius.

447. *Crimen non prodere vultu.*] Hoc idem, ut opinor, dixit Caeſar lib. I. de Bello Gall. *Hi vultu fingere non poterant.* Ciofanus.

449. *Toto eſt agmine.*] Malebat Heinſius, *toto ex agmine prima.*

452. *Nymphae ſenſiſſe feruntur.*] Quaſi illae melius ſcirent Veneris myſteria, quam Diana intemeratae caſtitatis Virgo. ubique fere Ovidius obliqua oratione perſtringit Nymphas, ut libidinoſas, & quae plus virgine ſcirent. ſic Epiſt. IV. 173.

Sic tibi dent Nymphae (quamvis odiſſe puellas
Diceris) arentem quas levet unda ſitim.

ubi etiam nequior ſubeſt ſenſus. ſic III. Faſtor. 409.

Ampelon intonſum Satyris Nymphaque creatum.

Ut legendum ex ſcriptis, non *Satyro*, ut vagos concubitus Nymphae illi exprobret. libro III. Met. 442. Nymphas quoque tangit:

Ecquis, Iö ſilvae, crudelius, inquit, amavit?
Scitis enim, & multis latebra opportuna fuiſtis.

Et eodem lib. 10. 345.

Nymphis jam nunc qui poſſet amari. Burm.

454. *Cum Dea venatu.*] Sic quidem fere legitur, ſed in vetuſto exemplari, *venatrix* rectius mihi ſcriptum eſſe videtur, ut ſit Dianae periphraſis. Regius. Haec lectio rejicitur à Regio, injuſte, ut puto: cum ait legendum eſſe *Venatrix:* ut ſit Dianae periphraſis. Bis enim ſuperius de ea mentionem fecit. Quare ſuperfluum ac ſupervacaneum videri poteſt tertio epitheton ponere. *Venatrix* abeſt à vett. libris: neque eſt, quod dicat mihi, legi in uno: cum, ut dixi, abeſt à libris, quotquot vidi; quot autem viderim, equidem alibi dixi. Huic accedit ratio, quae eſt pro ſexcentis libris, ſi eodem modo in iis omnibus legeretur. Priſci illi auctores multis nominibus utebantur, quae nunc paene ex uſu receſſerunt. Haec vero, quoniam ex Grammaticis nota ſunt, omitto. Tantum dicam, Veteres uſurpaſſe pari uſu & *Venatum*, & *Venationem* pro eodem. *Venatu* nonnulli putarunt ſupinum, ut loquuntur Grammatici. Perperam. Latine enim rectiſſime dicitur *Venatus, tus, tui.* Quae vox, ut dixi, venationem ſignificat. Hic noſter:

Haec ignara viri, vacuoque aſſueta cubili,
Venatu & ſilvis primos aſſueverat annos.

M. Tullius lib. V. Tuſc. Diſp. *Labor*, inquit, in *venatu.* Plautus in Rudente: *Hunc qui cepi in venatu meo.* Idem: *Redit obſonatu.* Et in Sticho: *Acceſſitu tuo venio huc.* M. Cato de Re Ruſt. cap. V. *Primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat.* Piget plura coacervare & colligere. Verborum ſenſus talis eſt. Cum Dea venatu, hoc eſt propter venationem, languida fraternis flammis. Venatio autem conſecrata eſt Saturno. Tertullianus. Ciofanus. *Venatrix* rectius in nonnullis antiquis. Minucius Octavio: *Diana eſt interim alte ſuccincta venatrix.* Sic puella *venatrix* Juven. Sat. XIII. 80.

Per calamos venatricis pharetramque puellae.

Hinc Ἄρτεμις ἀγροτέρα. Heinsius.

454. *Languida.*] Id eſt debilis effecta nimio ſolis calore. Talis eſt, qui diu in longo itinere, aeſtivo praeſertim tempore, ſoli ſe committit. Ciofanus.

459. *Tingamus corpora.*] Opinor Naſonem ſcripſiſſe, *tingamur.* quales Graeciſmos in deliciis is paſſim habet. vid. inf. 822. Heinsius.

461. *Una*

Una moras quaerit. dubitanti veſtis ademta eſt:
Quâ poſità nudo patuit cum corpore crimen.
Attonitae, manibuſque uterum celare volenti,
I procul hinc, dixit, nec ſacros pollue fontes,
Cynthia: deque ſuo juſſit ſecedere coetu.
Senſerat hoc olim magni matrona tonantis,
Diſtuleratque graves in idonea tempora poenas.
Cauſſa morae nulla eſt: & jam puer Arcas (id ipſum
Indoluit Juno) fuerat de pellice natus.
Quo ſimul obvertit ſaevam cum lumine mentem;
Scilicet hoc unum reſtabat, adultera, dixit,
Ut fecunda fores: fieretque injuria partu

Nota;

461. *Una moras quaerit, dubitanti veſtis ademta eſt.*] Quidam *cunctanti*, quod ne Latinum quidem eſt verbum. Neque enim *cunctor*, ſed *contor* recte ſcribitur, in vetuſtis codicibus ſuis melius legi poſſunt. Ego vero *dubitanti* ab Ovidio ſcriptum eſſe contenderim, & ita in vetuſto legitur exemplari. Regius. Vivianus etiam *cunctanti* ex ſuo codice. *dubitare* vero pro cunctari & deliberare poni docuit Gronov. ad Senec. ad Thyeſt. 715. & inde forte gloſſator quis diverſam lectionem formavit. *cunctanti* defendi etiam poteſt ex lib. IV. 651. Sed mihi neutrum verbum placet, neque efficax ſatis, aut conveniens repugnanti puellae, ne veſtes adimerentur, videtur. quare forte, *luctanti* ſcribendum; ita lib. X. 262. pro:

Cunctantem longaeva manu deducit.

Nonnulli codices, *luctantem*. Noſter Epiſt. XVII.

Oſcula luctanti tantummodo pauca protervus Abſtulit.

Et ſaepe alibi hac voce uti amat Statius. IV. Theb. 189.

Sed ipſa manu luctanti injecerat arma Atropos.

Ita codex Anglicus, quem Heinſius vidit, vulgo *cunctanti*. infr. lib. IV. 361.

Denique nitentem contra, elabique volentem.

Implicat. ubi *luctantem* multi codices. vid. lib. VII. 7. & XIV. 701. Burmannus.

464. *I procul hinc, dixit, nec ſacros pollue fontes, Cynthia.*] Haec eadem ſententia legitur lib. II. Faſt. 155. ubi hanc ipſam rem longo carmine proſequitur poëta: quae ad hunc locum illuſtrandum mirifice facit. Adſcribam locum ipſum, ut ſtudioſis laborem minuam:

Inter Hamadryadas, jaculatricemque Dianam
Caliſto ſacri pars fuit una chori.
Illa Deae tangens arcus, quos tangimus arcus,
Fide meae teſtes virginitatis, ait. &c.

Sacros fontes, dixit, quia antiqui omnes aquas putabant ſacras eſſe. Epiſt. XV. 157.

Eſt nitidus, vitroque magis perlucidus amnis,
Fons ſacer, hunc multi numen habere putant.

Et III. Amor I. 3.

Fons ſacer in medio, ſpeluncaque pumice pendens.

Seneca in Medea:

Alpheuſque ſacer lavat.

Horat. Ode I. lib. I.

—— *Nunc ad aquae lene caput ſacrae.*

Hic Noſter lib. V. 369.

—— *Delapſum gurgite ſacro.*

Et VIII. 596.

—— *Quo ſacri currimus amnes.* Ciofanus.

Heinſius olim conjecerat, *caſtos*, ut lib. II. Faſt. 174. ſed ſequor ſcriptos codices.

468. *Et jam.*] *Nam jam puer* Lovanienſis.

470. *Obvertit.*] *Advertit* Neapol. & alius. quae eadem diverſitas eſt lib. III. 676. & defendi poſſet ex exemplis ab Heinſio ad lib. VI. 180. adductis. Sed malo nihil mutare. lib. V. 231.

Ad quam ſe trepido Phineus obverterat ore.

Ubi etiam quidam codices, *adverterat*. vid. & lib. XII. 467. & Epiſt. XIX. 191. Burmannus.

471. *Scilicet hoc etiam.*] In uno meo, Abb. & Caeleſt. *Scilicet hoc unum.* Eadem varietas notata quoque eſt in altero meo. quod improbandum non videtur. Ciofanus. *Hoc unum* multi. alter Regius, *hoc unum reſtabat adultera, nobis?* nam *Tò dixit* mox denuo ſequitur. deinde *adimam tibi nempe*, pro *namque* meliores. Heinsius. Formula Terentio uſitatiſſima, *hoc* vel *id reſtat* & quam ita extulit Phor. V. V. *nunc una res mihi etiam reſtat.* Flor. III. 21. *Hoc unum deerat P. R. malis.* Noſter III. 268. *concipit; id deerat*, & paſſim. Burmannus.

474. *Adimam tibi namque figuram.*] In eodem Caeleſt. & aliquot aliis, *Adimam tibi nempe figuram.* Si ita legatur, ſenſus videtur paullo elegantior & aptior. Hunc autem locum intelligit Germanicus in Comment. in Arati Phaenomena de Caliſtone in urſam mutata, ubi Ovidium auctorem

Nota, Jovisque mei teſtatum dedecus eſſet.
Haud impune feres: adimam tibi nempe figuram;
Quâ tibi, quâque places noſtro, importuna, marito.
Dixit: &, adverſâ prenſis à fronte capillis,
Stravit humi pronam. tendebat brachia ſupplex;
Brachia coeperunt nigris horreſcere villis,
Curvarique manus, & aduncos creſcere in ungues,
Officioque pedum fungi: laudataque quondam
Ora Jovi, lato fieri deformia rictu.
Neve preces animos, & verba potentia flectant,
Poſſe loqui eripitur. vox iracunda, minaxque,
Plenaque terroris rauco de gutture fertur.

Mens

rem laudat. Cujus verba (cum ipſius libri paſſim inveniantur) huc adferenda non cenſui, locum indicare contentus. *Adimam figuram.* Sic Plautus in Amphitryone dixit: *Hodie mihi formam adimis?* Alio modo Virg. lib. IX. *Mortalem eripiam formam.* Illo priore modo infra hic Noſter: *Adimuntque figuras.* Ciofanus. *Nempe* hîc melius quam *namque*: eſt enim affirmantis, & item notat quod certo. ſed ſimul eſt minantis & ſtomachantis. Inf. IV. 194.

Nempe, tuis omnes qui terras ignibus uris,
Ureris igne novo.

Livius XXXIV. 5. *Nempe aurum matronae contulerant.* Curtius X. 2. *In Europam properatis, rege deſerto, cum pluribus veſtrum defuturum viaticum fuerit, ni aes alienum luiſſem, nempe in Aſiatica praeda:* ubi vid. Freinshemium irridendo ſaepe etiam inſervit, ut XIII. Met. 93. 178. 338. Val. Flac. VI. 282. & alibi. Burmannus.

476. *Adverſâ prenſis à fronte capillis.*] Plerique veteres, *arreptam* vel *adverſam.* Florentinus S. Marci, *averſam.* duo alii ex melioribus, *averſa.* Lego, *arreptis adverſa fronte capillis.* lib. IV. 558.

Hujus ut arreptum laniabat vertice crinem.

niſi mavis, *arrepta prenſis à fronte capillis.* ut lib. IX. 117.

—— *Prenſamque ipſis dea ſaeva capillis Traxit.*

Heinsius. Nihil mutem: ſtabat enim virgo vultu in Dianam verſo, (ita enim centies *adverſus* ponitur a Poëtis, de qua voce vide ad I. Amor. IX. 11.) cum eam arriperet comis: ſic Claud. III. Rapt. 393.

Protinus arſuras adverſa fronte cupreſſus
Faucibus injecit.

ubi v. Heinſium. jam vero in hac re Poëtae utroque modo ſolent efferre locutionem, *prendere capillos*, vel *arripere* & *prendere capillis aliquem.* VI. 552.

Arreptamque coma, flexis poſt terga lacertis
Vincla pati cogit.

ubi & variant ſcripti. lib. XII. 223.

Raptaturque comis per vim nova nupta prehenſis.

XIII. 410.

Tractata comis antiſtita Phoebi.

Val. Flac. II. 21.

Prenſum ipſe comis Neptunus in altum
Abſtulit.

VI. 189.

Caſpius Aeaeum correpto crine Moneſen
Abſtulit.

VI. 616.

Correpto crine reductum
Occupat.

Apulej. III. Met. *illico manibus ambabus capillo arreptum* (ita ſcribe, non *abreptum*) *lapide effligere geſtit.* Sic apud Phaedr. Fab. ultima, pro *arripuit aurem*, malebat *aure* Heinſius. Homerus Iliad. A. 197. Ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα. Burm.

482. *Neve preces animos & verba precantia flectant.*] Non video quid inter *preces* & *verba* interſit *precantia.* Quare cenſeo ſcribendum,

Neve truces animos per verba precantia flectat.

Ars Amat. II.

Prima truces animos fertur molliſſe voluptas.

Statius Theb. XI.

Ite truces animae, funeſtaque Tartara leto.

Flectere feros animos dixit ſimiliter Noſter Epiſtola Phaedrae. in Catalectis Pithoei de Ratione Tabulae, pag. 46.

Flecte truces animos; ut verè ludere poſſis.

Perperam *Plecte* illic legitur. in uno tamen meo, *verba ſuperflua dicat.* Forte, *verba ſuperflua ducant.* Heinsius. Recte Heinſius vidit *preces*, & *verba precantia* non poſſe uno & eodem in verſu tolerari. nec ſatisfacit Schepperus apud Fabrum, qui lib. II. Ep. 71. *verba rogantia* vel *orantia* legit. quid enim illa a precibus diſtant? ex illa lectione, *verba ſuperflua* videor mihi veram ſcripturam poſſe exſculpi; nam ſcripſerat Ovidius, *& verba potentia*; gloſſator interpretatus erat *ſuper-*

Mens antiqua tamen factâ quoque manſit in urſâ;
Adſiduoque ſuos gemitu teſtata dolores,
Qualeſcumque manus ad coelum & ſidera tollit:
Ingratumque Jovem, nequeat cum dicere, ſentit.
Ah, quoties, ſolà non auſa quieſcere ſilvà,
Ante domum, quondamque ſuis erravit in agris!
Ah quoties per ſaxa canum latratibus acta eſt!
Venatrixque metu venantum territa fugit!
Saepe feris latuit viſis, oblita quid eſſet;
Urſaque conſpectos in montibus horruit urſos:

Per-

ba, unde illud *ſuperflua* fluxit, quod metro ſatisfaciebat. *potentia* vero verba egregie dixit, quibus apud Jovem (non Junonem, ut videtur Heinſii emendatio velle) valere rogando poſſet: ita III. Amor. XI. 31.

Deſine blanditias & verba potentia quondam
Perdere.

ubi plurimi codices, *verba precantia. potentibus* vero verbis eleganter opponitur in hac voce *vox iracunda* & *minax*. iterum peccarunt librarii inf. lib. XV. 365.

Concipit illa preces, & verba precantia dicit.

ubi rectè Heinſius, *verba venefica* ex MSS. repoſuit. potuit & fieri, ut cum aliis locis rectè *verba precantia* dixerit, ut lib. VI. 164. VII. 550. IX. 159. inde librarius repetierit, quod centies in Ovidio factum jam notavimus. ex Noſtro illa etiam Sedulius expreſſit lib. III. 107.

Vix verba precantia fari
Singultu quatiente valet.

Et lib. V. 217.

Ibat adorato per verba precantia Chriſto. BURM.

485. *Antiqua manet*] in vetuſtis exemplaribus non *manet*, ſed *tamen* rectè ſcriptum eſſe videtur. Quare *tamen* loco illius verbi *manet* & nos repoſuimus, ut eſt in antiquo codice ſcriptum. REGIUS.

491. *Ah quoties.*] Optimi quique libri, quibus in hoc opere emendando uſus ſum, perſpicuè habent, *Ha quotiens*. In Virg. Vatic. qui grandiuſculis eſt exaratus litteris, perpetuo ſcribitur *A*. In aliis vero, qui in Bibliotheca Vatic. aſſervantur, modo eſt *Ha*, modo *Ah*. Item in meo Terentio manuſcripto. In alio, qui fuit clariſſimi viri, Petri Bembi, in loco quodam Eunuchi teſtatus eſt Gabriel Faërnus legi *Aha*. Quo loco impreſſi habent *Ah*. Ibidem in illo opt. Vatic. legitur, *Hah*. Ita enim antea legebatur: deinde prior adſpiratio eſt deleta. Itaque nunc in eo eſt, *Ah*. Locus vero Terentii hic eſt: *Ah, quid agis? tace*. Homines eruditi libenter ſequuntur Virgilii ſcripturam, cujus mentionem feci. quorum opinio mihi non improbatur. Neque ideò damno ſcribi *Ha*: ut ab *A* praepoſitione differat, quod plerumque non facilè dignoſcere licebit, ſi *A* ſcribitur. Et, ut hoc magis ſequar ac probem, facit *Pro* interjectio admirantis, quae antea inſulſe & imprimebatur & pronunciabatur *Proh* cum adſpiratione in fine. Haec in antiquis exemplaribus ſcripta invenitur *Pro* abſque *h*. Nunc hac, quam expoſui, ſententia mutata, eam ſequor ſcripturam, quam reperire dixi in Virg. Vaticano; Probi, & Priſciani adductus auctoritate. Probus enim hoc Virgilii ponit exemplum: *A virgo infelix*: quo modo etiam perſpicuè legitur in lib. Longobardico Bibliothecae Vatican. Priſcianus lib. XV. hoc ejuſdem Poëtae: *A ſilice in nuda connixa reliquit*. Idem in eodem lib. hoc aliud: *A tibi ne teneras glacies fecet aſpera plantas*. Et mox ſubdit haec: *A quoque & praepoſitio eſt, & interjectio, & nomen. praepoſitio. ut à ſummo ad imum. Interjectio, ut praemonſtravimus in Bucolicis eſſe poſitum. Nomen ipſius litterae.* Verùm his Diomedes refragatur: qui libro II. Inſt. Grammatic. ut *Ah* ſuppoſita adſpiratione ſcribatur, praecipit. Quibus otium eſt, hanc dirimant controverſiam. Ego ad alia propero. CIOFANUS. Nullum fere vidi codicem MS. in quo non librarii confuderint, *A*, *Ah* & *Ha*. quare in tenuibus his obſervatiunculis vix operae pretium eſt haerere. idem tamen & fecit Gebhard. II. Crepund. 2. BURMANNUS.

495. *Pertimuitque lupos, quamvis pater eſſet in illis.*] Qua ratione Calliſtûs pater erat inter lupos, ſi ex diluvio lupi cum ceteris animalibus periêre? reſpondeo Poëtam noſtrum temporum ordinem non ſervare in fabulis explicandis, ſed ad id toto animo intendere, ut fabulam fabulae cum gratia atque arte conjungat. CONSTANT. FANENS. An ideo verſus hic ſuſpectus olim Heinſio fuerit, neſcio, certe in codice ſuo notaverat ſibi ita videri, & in ſecundo Mediceo à manu prima fuiſſe deletum. ſed cum Ovidius poſt diluvium tradiderit reparationem generis humani per Deucalionem, nuſquam vero animalium, ſimiles ſcrupuli moveri poſſent, ubicumque animalia inducit, quae aqua periiſſe ante tradit. Quare fingendum eſt,

Pertimuitque lupos; quamvis pater eſſet in illis.
Ecce Lycaoniae proles, ignara parentis,
Arcas adeſt, ter quinque ferè natalibus actis.
Dumque feras ſequitur; dum ſaltus eligit aptos,
Nexilibusque plagis ſilvas Erymanthidas ambit;
Incidit in matrem. quae reſtitit Arcade viſo,
Et cognoſcenti ſimilis fuit. ille refugit;
Immotosque oculos in ſe ſine fine tenentem
Neſcius extimuit: propiusque accedere aventi
Vulnifico fuerat fixurus pectora telo:

Ar-

eſt, etſi non narret Noſter, animalia quoque poſt diluvium reparata eſſe. ad ejus enim ſcopum ſufficiebat humani generis renovationem narraſſe, quia acturus erat de Metamorphoſibus hominum, non beſtiarum; ideoque illarum reſtitutionem neglexit. vel animalia in ſummos montes refugiſſe, credendum, unde poſt diluvium deſcenderint. Burmannus.

496. *Ignara parenti.*] Cum Langermanniano, Barberino, & duobus aliis, *parenti* pro *parentis* reſcribendum. lib. VII. 404.

Jamque aderat Theſeus proles ignara parenti.

Heinsius. *Parentis* editiones fere omnes & magna pars Scriptorum. nec cauſſam video, cur *parenti* Heinſio placuerit. neque elegantius, *adeſt parenti*, dici puto, quam ſimpliciter, *Arcas adeſt*, id eſt apparuit, ut centies Noſter & alii in repentino adventu, lib. II. 102.

Ecce viri fautrix ſuperas delapſa per auras
Pallas adeſt.

Ibid. ỹs. 528.

Liber adeſt.

lib. IV. 692.

Mater adeſt.

V. 40.

Bellica Pallas adeſt.

& millies. ita & Virgil. III. 687.

Ecce autem Boreas, anguſta ab ſede Pelori
Miſſus, adeſt.

VII. 578.

Turnus adeſt.

ſed deſino. *ignara* autem non pro *ignota*, ut alibi ſaepe poni ſcimus, ſed pro quae ignoraret parentem, capiendum. nam mater agnoverat Arcada, non ille matrem. ſic ſup. 156.

Fatorum ignara nepotis. Burmannus.

497. *Ter quinque ferens natalibus annos.*] *Fere natalibus actis* prior Erfurtanus, Cantabrig. Langermann. & Calandrae excerpta. quod probum eſt. idque in ſuis Conſtantius Fanenſis quoque invenerat. vide ad Epiſt. XVIII. 59. vulgatum an ſatis Latinum ſit dubito. Sic Scaligero non immerito diſplicebat in Chronico Euſebiano ad Ann. MDC. *Ariſtoteles* XVIII. *gerens aetatis annum.* Faſt. II. 183. in hac fabula:

Jam tria luſtra puer furto conceptus agebat.

inf. VIII. 242. *natalibus actis biſſenis.* & XIII. 753. *& octonis iterum natalibus actis.* Heinsius. Heinſii emendationem ſecuti ſumus, quia veriorem credimus, quam & Francofurtenſis codex confirmat: non tamen *ferre*, vel *gerere annos* extra Latium proſcribendum credimus. vindicavit enim egregie celeberrimus Graevius ad Ciceron. lib. IV. ad Famil. Epiſt. 5. & ita Val. Flac. VI. 795.

Impubemque gerens ſterilemque juventam.

vide & ad Petron. c. 43. de locutione illa, *annos ſecum ferre.* Burmannus.

498. *Aptos.*] *Altos* duco Medicei. quod huic loco non convenit. ſic Epiſt. V. 17.

Quis tibi monſtrabat ſaltus venatibus aptos.

& I. Art. 253.

Quid tibi femineos coetus venatibus aptos?

In uno etiam Mediceo, *exigit* pro *eligit.* forte pro *excutit.* ut eae voces permutantur. IX. 745. niſi dictum ſit, *exigere ſaltus*, pro *exagitare.* ut ita *ſaltus agitare* dixit Sil. II. 92. & alii, ſed de quo alibi. Burmannus.

499. *Erymanthidas ambit.*] *Erymanthidos* magno numero ſcripti, & editi: perperam. ſic *Erymanthis urſa.* I. Triſt. 3. *Peneïdes undae* lib. I. 544. & ſimilia paſſim. *angit* etiam Mediceus. Burmannus.

503. *Extimuit.*] *Intimuit* ex Palatinis duobus codicibus profert Gebh. II. Crep. 5. quod verbum & lib. VIII. 605. ex eiſdem probat. ſed certiore opus eſt auctoritate, ut recipiatur hoc verbum in civitatem Romanam. Burm.

503. *Propiuſque accedere fugit.*] *Accedere aventi* bene Cantabrig. ſecundus Palat. primus Mediceus, Urbin. prior. Erfur. & ſex alii. ut cum ſequentibus haec cohaereant. verbum id Lucretio familiare. apud Horatium lib. II. Sat. VI.

—— *urbis aventes.*
Moenia nocturni ſubrepere. Heinsius.

vid. Cl. Bentl. ad Horat. I. Epiſt. 9.

Arcuit omnipotens. pariterque ipſosque nefasque
Suſtulit; & celeri raptos per inania vento
Impoſuit coelo, vicinaque ſidéra fecit:
Intumuit Juno, poſtquam inter ſidera pellex
Fulſit: & ad canam deſcendit in aequora Tethyn,
Oceanumque ſenem; quorum reverentia movit
Saepe Deos: cauſſamque viae ſcitantibus infit:
Quaeritis, aetheriis quare regina Deorum
Sedibus huc adſim? pro me tenet altera coelum.
Mentiar, obſcurum niſi nox cum fecerit orbem,
Nuper honoratas ſummo, mea vulnera, coelo
Videritis ſtellas illic, ubi circulus axem

Ulti-

505. *Arcuit.*] *Arguit* in omnibus; nos *Arcuit* legendum duximus. NAUGERIUS. In uno meo *Arcuit*, per tertiam literam. Recte. CIOFANUS. In Cantabrigienſi erat, *affuit*. etiam non male, niſi praeceſſiſſet. *arguit* & *arcuit* etiam confuderunt librarii lib. IX. 319. & X. 73. BURM.

505. *Arguit omnipotens.*] Rurſum Phurnutus tradit Calliſto venatricem fuiſſe, & ab urſa devoratam, quam cùm comites ipſius ad luſtrum urſae vidiſſent, poſteaque deſiderarent, in urſam converſam dixerunt. Sunt autem geminae urſae in caelo, quarum alteram Nauplius, alteram Thales Mileſius inveniſſe traditur. Majorem, quae Calliſto fuit, ἑλίκην vocant, ſecundum quam Graeci navigant. Unde & *Helicopas* ab Homero iidem dici à quibuſdam creduntur, ὡς τείνοντες εἰς ἑλίκην τὰς ὦπας. Minor autem, in quam Arcas mutatus eſt, cynoſura dicitur, quam Phoenices navigando obſervant, ut idem Poëta alibi teſtatur, inquiens:

Magna, minorque ferae, quarum regis altera Grajas,
Altera Sidonias, utraque ſicca, rates.

Ἅμαξαν autem ſive plauſtrum vocarunt Graeci, à figura, poſituraque, quod ſimile plauſtri ſidus hoc videtur, ut ait Gellius. Unde & veteres Latini à bobus junctis, *Septentriones* appellarunt, quod è ſeptem ſtellis, iis quae clariores apparent, quaſi quidam *triones*, hoc eſt, boves figurantur. MICYLLUS.

506. *Et celeri raptos per inania vento.*] In uno Vatic. *& pariter raptos per inania vento.* Quod mihi vehementer probatur. CIOFANUS. *pariter* vetuſtiores plerique. Heinſius conjecerat, *parili*. ſed ſuſpicor irrepſiſſe ex ſuperiori verſu.

511. *Scitantibus inquit.*] In eodem lib. Abb. Io. Dei, & uno Maffei, *Infit*. CIOFANUS. *Scrutantibus* Regius unus. *inſit* etiam quatuor ſcripti.

512. *Quaeritis, aethereis quare regina Deorum Sedibus hic adſim: pro me tenet altera caelum.*] Hunc locum imitatus eſt Seneca initio Tragoediae, quae inſcribitur Hercules Furens. cujus haec ſunt:

Soror Tonantis (hoc enim ſolum mihi
Nomen relictum eſt) ſemper alienum Jovem,
Ac templa ſummi vidua deſerui aetheris:
Locumque caelo pulſa pellicibus dedi.
Tellus colenda eſt: pellices caelum tenent.

CIOFANUS. *Dearum* duo Medicei & unus Thuaneus pro diverſa lectione; non male: ut enim Jupiter Deorum, ita Juno Dearum regina. *polorum* duo codices. BURM.

513. *Sedibus hic adſim.*] *Huc adſim* rectius nonnulli cum interrogationis notâ. mox *Mentiar* probe Lovanienſis liber, pro *Mentior*. vide de hac locutione, quae infra libro III. v. 271. notamus. HEINSIUS. Sed Symmach. II. Ep. 20. *Mentior, ſi mihi ad praeſtandum deeſſe tempus allegem.* ubi vid. Jureti notas. Tertull. de Anima: *Mentior, ſi non Statim infans ut vagitu vitam ſalutavit, hoc ipſum ſe ſenſiſſe teſtatur.* Quint. Decl. VI. 3. *Mentior, niſi maluit eſſe cum matre.* Senec. Ep. 106. *Mentior, niſi & quae alunt illud, corpora ſunt.* ſed Homer. Iliad. K. 534. Ψεύσομαι ἢ ἔτυμον ἐρέω. BURM.

515. *Mea vulnera.*] *Nova lumina* MSS. Bersmanni.

516. *Circulus axem.* lege, *Axis extremum.* DOUZA.

517. *Spatioque breviſſimus ambit.*] *Exit* Berneggerianus, Rottendorphii, Thyſii codices, & fragmentum Cantabrig. venuſte. cum quarto caſu Virgilius etiam poſuit non ſemel. Statius Theb. VI. 799.

—— *venientem eludit & exit*
Sponte ruens.

& lib. II. 138.

—— *aethera tardo*
Luciſer exit equo.

Ibid. 731.

Turbidus objectas Achelous Echinadas exit.

Fulgentius Aſtronomico, *metam Sol eminus exit.* Virgil. lib. V. 438.

Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit

VIII. 65.

Hic

Ultimus extremum, ſpatioque breviſſimus, ambit.
Eſt vero, cur quis Junonem laedere nolit,
Offenſamque tremat, quae proſim ſola nocendo?
En ego quantum egi! quam vaſta potentia noſtra eſt!
Eſſe hominem vetui: facta eſt Dea. ſic ego poenas
Sontibus impono: ſic eſt mea magna poteſtas.
Vindicet antiquam faciem, vultusque ferinos
Detrahat; Argolicâ quod & ante Phoronide fecit.
Cur non & pulſâ ducat Junone, meoque
Collocet in thalamo, ſocerumque Lycaona ſumat?
At vos ſi laeſae contemtus tangit alumnae,
Gurgite caeruleo ſeptem prohibete Triones:

Side-

Hic mihi magna domus celſis caput urbibus exit. XI. 750.

Vim viribus exit. Heinsius. Apulej. Met. III. *nam roſis tantum demorſicatis, exibis aſinum, & in meum Lucium redibis.* lib. IX. *auri tamen ſplendor flammeus oculos ipſius exire potuit.* Noſter lib. X. 51. *Donec Avernas Exierat valles.* IX. 38. *dumque exit & intrat ſaepe fores.* vide lib. III. 365. & X. 469. Sic *egredi*, & *excedere* cum quarto caſu Noſter & alii paſſim. ſed pro vulgata *ambit* facit locus lib. IV. Triſt. III. ubi *cingere* hic idem circulus axem dicitur. Burm.

Eſt vero cur quis Junonem laedère nolit.] Qui cenſent caſtigatius legi in vetuſtis codicibus: *Eſt aliquid cur quis*, falluntur in re apertiſſima, non animadvertentes illam indignatae Junonis ironiam perire, ſi *aliquid* legatur. Quare antiqui illi codices, qui ab iſtis citantur & depravati ſunt, & indigni, quibus quicquam fidei adhibeatur. In meo quidem, *Eſt vero cur quis*, rectiſſime legitur, nec aliter quam Poëta ſcribit. Regius. Etſi verum illud ſit, (quod nonnulli dicunt) ut antiqui quidam codices aliter habeant, non mutandam tamen lectionem hujuſcemodi cenſeo, quum Poëtis Oratoribuſque frequentiſſima eſt. Constant. Fanens. Eruditiſſimus vir Germanus Valens ad illud Virgilii lib. I. *& quiſquam numen Junonis adoret?* haec notat: De Iunone & Euripides τοίνυν τῇ Θεῷ τίς ἂν προσεύχετο. Hunc locum eſt imitatus Naſo lib. III. Amorum: *Et quiſquam pia tura focis imponere curet?* & II. Metamorph. *Eſt vero*, &c. Ciofanus. Multi veterum *Eſt aliquid.* Putem, *Eſtne aliquid.* Florentinus S. Marci, *Eſt vero quis qui.* Forte, *Eſtne ergo quis qui.* Sed nil videtur mutandum. Lactantius libro primo de falſa religione c. XIIX. *eſt vero, cur quiſquam derelinquat eum, qui terram cum animantibus, coelum cum aſtris & luminibus exorſus eſt, ut eam veneretur, quae telam docuit ordiri.* ita ſcripti codices; ubi inculcaverunt, *eſt vero cauſſa*, mox *proſim* rectius, quam *proſum* Rottendorph. Heinsius. Egimus de hac locutione olim ad Petron. cap. CXXVI.

520. *O ego quantum egi.*] *Ecce ego* tres antiqui. unus Mediceus, *Ergo.* unus Patavinus, *Eu ego.* Forte *Eia ego.* vel *Euge ego.* niſi quod tres alii, *En ego.* recte, ni fallor. εἰρωνικῶς. Heinsius. *O ego* hic damnat Heinſius, & tamen invitis codicibus voluit obtrudere Epiſt. VI. 15. Stat. III. Theb. 367.

O ego divis
Inviſas.

ubi etiam, *en ego* in codice uno reperi. Burm.

524. *Quod in ante Phoronide.*] Dictum volunt pro *ante in Phoronide*; ſed abſit illa ſcabrities ab nitidiſſimo Poëta, quam & Propertio detraxit cultiſſimus Broukh. lib. II. eleg. II. 52. Argentoratenſis, Moreti unus & Thyſii, *quod & ante Phoronide.* quam lectionem recepimus. ſic paſſim elegantiores loquuntur, Ter. Andr. V. 3. *Nec quid me faciam ſcio.* ſic apud Quint. I. Inſt. Orat. 5. recte reſtituiſſe nos putamus, *me hoc fecit.* & ſic noſter alibi, *Quid me fiet*, ut Plautus, & alii ſaepe locuti fuere. vide Manut. ad Cicer. I. Ver. 16. & Behotium lib. II. Apophor. 17. *& ante* autem Noſtro familiare. ſic lib. VIII. 255.

Nomen, quod & ante, remanſit. IX. 323.

Noſtrasque domos, ut & ante, frequentat. XIII. 557.

Omne fore illius quod das, quod & ante dediſti. Francius conjecerat,

Demat, in Argolica quod & ante Phoronide fecit.

Sed nos libros ſcriptos ſequimur. vide etiam quae adnotavit celeberrimus Drakenborchius ad Sil. VI. 580. nec poenitebit operae. Burm.

525. *Et pulſa.*] *Expulſa* plerique libri. ſed nihil muta. vid. Epiſt. IX. 131. & XII. 135.

526. *Socerumque Lycaona ſumit.*] *Sumat* plerique veteres. & tum ſcribatur cum quinque, *collocet*, & *ducat* pro *ducit* cum tribus aliis. Heinsius,

Sideraque in coelo, ſtupri mercede, recepta
Pellite; ne puro tinguatur in aequore pellex.

Fab. VII. Argumentum.

[a] Corvus candidus in nigrum.

Corvus volucris [b] *initio naturae candidis pennis plumatus fuit, ſed quia* [c] *Coronida* [d] *Coronei filiam indicaverat Apollini in adulterio morari;* [e] *illâ propter acerbiſſimum indicium flagrantis Dei ſagittis confixâ, niger ex candido factus eſt.* [f] *Ex hac ergo & Apolline naſcitur* [g] *Aſclepius. quem pater* [h] *exciſum utero matris, cum ea rogo eſſet impoſita*

529. *Sideraque in coelum.*] Optime *caelo* egregius Thuaneae bibliothecae codex, cum ſecundo Mediceo, Neapolitano, Urbinati, & duobus aliis. eſt autem per appoſitionem dictum, *coelum, ſtupri merces.* Pont. lib. III. Eleg. III.

Pro quibus exilium miſero mihi reddita merces.

Plurimus eſt in hoc loquendi modo Noſter. Dictys Cretenſis libro II. 18. *tum Polydorus Priami filius, quem rex recens natum clam omnes homines alendum transmiſerat, merces pacis ab eo traditur.* ita vetuſtus codex, qui penes me exſtat. a vulgatis abeſt *clam omnes*; quod perquam elegans. lib. I. 22. *quibus peractis ſedata lues, inſtarque aeſtivi temporis reſeratum* (lege ex V. C. *ſerenatum*,) *eſt caelum. caeterum virginem Achilles atque hi qui ſacrificio* (V. C. *ſacerdotio*; rectius, nam praeceſſerat) *praefuere clam omnes Regi Scytharum, qui eo tempore aberat, commendavere.* ubi idem vetuſtus codex, *clam omnes*, cum Τὸ *clam* & ſextum & quartum caſum regat. vid. inf. 701. III. 625. & ita ſaepe etiam Vellejus Paterculus. vide notas ad Epiſt. VI. 146. Heinsius. *In coelo* recte. ita Epiſt. VI. 20.

In mihi promiſſi parte recepta tori.

ubi vide.

530. *Ne puro.*] Atqui huic rei jam proviſum erat: nam ſupra ꝟſ. 172.

Et vetito fruſtra tentarunt aequore mergi.

Si vero poſt Phaëthontis demum caſum ſeptem Triones exſtiterunt, qua ſpecie jam antea eorum mentionem facere potuit? an immemorem ſui & abreptum Poetam dicemus? ſed vide quae ibi adnotata ſunt. Burm.

[a] *Corvus.*] *Corvus volucris in initio candidus, dehinc niger.* Parmens.

[b] *Initio.*] *In initio* Colon. ut ſaepe ſolet. qui & *naturae* omittit. ut & Micyll. ſed dictum eſt, ut *principio rerum* Juſtin. I. 1. & aliis.

[c] *Coronida.*] Haec ita, ut expreſſimus, liquidè & planè erant in C. tantum verbum nobis alioquin ſuſpectum, *morari*, quod in C. deſiderabatur, inſeruimus ex U. qui liber haec etiam non multo aliter ſcribit. Idem evenit verbo *abſtulit*, quod è vulgatis retinuimus: quia reipſa certi eſſemus in hujuſmodi adnotationibus veterum librorum multas relictas eſſe lacunas à librariis, qui ſuorum autographorum margines minuſculo calamo exaratas, & uſu deinde oblitteratas, ac extritas oculis aſſequi nequiverunt. atque hanc cauſſam puto, cur in V. irrepſerit illa incondita & falſa ſcriptura: *quem pater excidit de utero matris. & cum ea rogo eſſet impoſita; is ad Chirona à patre in Pelium*, &c. De eo autem, quod Coronis haec Theſſala Coronei filia ſtatuatur, neſcio an librarii ſit erratum, an Luctatii opinio, nam Phlegyae filiam eſſe teſtis Servius ad illud Æneid. 6. *Phlegyaſque miſerrimus omnes* &c. & Heſiod.

Οὅτ' Ισχυς γῆμε Κορωνὶν
Ειλατίδης φλεγύαο διογνήτοιο θυγάτρα.

Raenerium vero ſuo more è Lexicis vulgaribus; praeter Phlegyam, etiam Leuſippum & Iſchya huc arceſſiviſſe, uno ore loquuntur veteres libri, & Birckm. ac Hervag. editiones non aſpernandae. Giselinus. *Coronidam* Veneta. nec ſpreverim. vide ſupra lib. II. fab. 12. Etiam infra fab. 1. lib. VI. *Aſopida*, *Deoïda*, aliaque id genus, nominandi caſu dicta invenies. Muncker.

[d] *Coronei filiam.*] Falſum hoc. Coronis illa, quae ab Apolline adamata eſt, non Coronei, ſed Phlegyae filia erat, ut praeter alios referunt etiam Hyginus Myth. cap. 202. & Antoninus Liberalis cap. 20. Coroneo nata fuit altera illa, quae in cornicem ceſſit. Muncker. *Coronidem Phlegyae filiam, aut (ut alii volunt) Leucippi, indicavit Apollini cum Elati filio, cui nomen Iſchys erat, concubuiſſe, flagrantis d. ſ. c. eſt, qui poſt facti poenitens corvum indicem ex candido nigrum fecit. Ex hac ergo & Apolline natus eſt Aſclepius, qui & Æſculapius* &c. Raener. *filiam pari lege indicaverat A. I. a. moranti. niger ex candido factus eſt.* Colon. Ceterum Heſiodi verba a Giſelino adducta ex Scholiaſte Pindari, inter ejus fragmenta etiam collocavit Clericus; an vero intellexerit, verſio ejus indicabit. ita enim reddidit, *Ichyn duxiſſe Corodem Ilatidem, Phegyae Diogneti filiam. Diognetum* certe viri proprium nomen eſſe credidit. *Ichyn & Phe-*

ſita, [i] *abſtulit. Is* [k] *ad Chironem à patre in Pelion* [l] *perlatus montem eſt, ut ab eo incrementum*, [m] *ſimulque ſcientiam acciperet medendi.*

DI maris adnuerant. habili Saturnia curru
Ingreditur liquidum pavonibus aëra pictis:
Tam nuper pictis caeſo pavonibus Argo;
Quam tu nuper eras, cum candidus ante fuiſſes,
Corve loquax, ſubito nigrantes verſus in alas.
Nam fuit haec quondam niveis argentea pennis
Ales, ut aequaret totas ſine labe columbas,
Nec ſervaturis vigili Capitolia voce

Ce-

Phegyae errantibus librariis tranſcribet. vid. ad v. ſ. 542.

[e] *Illa propter.*] Haec lectio eſt a Giſelino, quam ſanam eſſe praeſtare non auſim: MS. & Veneta: *Itaque propter acerbiſſimum indicium flagrantis Dei ſagittis confixa eſt. Ergo ille niger ex candido factus.* Quo prope accedit Micylliana: *Itaque propter acerbiſſimum indicum flagrantis Dei ſagittis confixa fuit, ex eo ille niger ex candido factus.* Senſum iſta ſane commodum, nec orationem hiulcam efficiunt. ſed Τὸ *itaque* non vulgariter heic denuo poſitum mutare non ſuſtineam: diſces ex illis, quae dixi ad lib. I. fab. 7. Raenerius intolerabili audacia omnem hanc fabulam ita interpolavit, ut non Lactantii, ſed ipſius videatur. Muncker. Cum Veneta facit Parmens. *Confixa eſt: Ex eo ille &c.* Lugd.

[f] *Ex hac ergo.*] *Ex hac Coronide & Apolline.* Colon.

[g] *Aſclepius.*] *Aeſculapius* Micyll. Colon. Heinſ.

[h] *Exciſum utero.*] Sic Giſelinus. ſed editiones reliquae. cum MS. *exciſo utero.* Muncker.

[i] *Abſtulit.*] *Ab igne eripuit.* Colon.

[k] *Ad Chironem.*] *Chirona* Heinſ. *Chironem Centaurum.* Micyll. Colon.

[l] *Perlatus.*] *Delatus* Parm. Lugd. Raener. Giſelin. Heinſ.

[m] *Simulque.*] *Simul & jamque ſenſum acciperet*, omiſſo Τῷ *medendi.* Colon. *ſimulque peritiam a. medendi.* Codex Giſelin.

531. *Habili Saturnia curru.*] Scribe, *agili*; quicquid membranae veteres diſſentiunt. Ponticis, lib. II. 10.

Eſſeda nos agili ſive tulere rota.

levem currem ſaepe alibi dixit. Seneca Medea, 787.

Video Triviae currus agiles.

Haec jam ſcripſeram typographo traditurus, cum in codice membraneo Graevii noſtri, *agili curru*, exaratum offendi. Heinsius. Ita & Zinzerl. Promul. c. 50. ego vero nihil muto. *habilis* enim currus idem eſt, qui *levis*, ut ſupr. vers 150. lib. X. 717. & paſſim dicitur. *habilis* etiam poteſt eſſe aptus Junoni. ſic Cicer. I. de Orat. 54. *Calcei habiles & apti ad pedem.* Pomp. Mela. lib. I. cap. 5. dicit Parmam Antaei ſupereſſe, *nulli nunc habilem.* lib. III. 7. *Elephantis etiam, ſicut nos equis, facile atque habiliter utuntur.* Lucan. III. 553.

Sed Grajis habiles, pugnamque laceſſere pinus:
Et tentare fugam.

Sic *enſem habilem* & *arcum habilem* Virgilius dixit. Senec. III. de Ira 7. *Expedita & habilia negotia.* Noſter II. Art. 661. *dic habilem quaecumque brevis.* in uno quoque Mediceo erat, *Hilaris Saturnia.* voti nempe compos. etiam non male. Burmann.

533. *Pavonibus pictis.*] Quidam, *junctis*, etiam non male. X. 708. *junctiſque per aerea cygnis Carpit iter.* XIV. 597. *Perque leves auras junctis invecta columbis. junctis oloribus* Horat. III. od. 28. *junctis jumentis vectum.* Corn. Nep. Timol. Virgil. Æneid. III.

Et junctî currum dominae ſubiere leones. Heins. Repetita ſtatim vox *pictis*, adſerit vulgatam. ſic Hor. II. Sat. II. 26.

Picta pandat ſpectacula cauda:

aëra etiam optimi codices, pro *aethera.* vid. lib. I. 23. quamquam ubique fere ambigua ſit lectio. vid. lib. IV. 661. XI. 194. Virgil. VI. 202. VII. 65. & alibi. Burmannus.

535. *Nigrantes verſus in alas.*] *Nigras verſatus in alas* MSS. Bersmanni.

538. *Nec ſervaturis vigili Capitolia voce Cederet anſeribus.*] Indicat his verbis Poëta noſter Corvum nigrum effectum eſſe, antequam Roma à Gallis Senonibus obſidione cingeretur. Tunc enim cognita eſt mira Anſerum ſagacitas. De qua ſic Lucret. IV. 686.

—— *Et humanum longè praeſentit odorem*
Romulidarum arcis ſervator candidus Anſer.

Vide etiam extremo lib. V. ubi pluribus hoc recenſet. Ciofan.

541. Qui

Cederet anſeribus, nec amanti flumina cycno.
Lingua fuit damno: linguâ faciente loquaci,
Cui color albus erat, nunc eſt contrarius albo.
Pulchrior in totâ, quam Lariſſaea Coronis,
Non fuit Haemoniâ. placuit tibi, Delphice, certè,
Dum vel caſta fuit, vel inobſervata. ſed ales
Senſit adulterium Phoebeïus: utque latentem
Detegeret culpam non exorabilis index,
Ad dominum tendebat iter: quem garrula motis
Conſequitur pennis, ſcitetur ut omnia, cornix.
Auditâque viae cauſſâ, Non utile carpis,
Inquit, iter: ne ſperne meae praeſagia linguae.

Fab. VIII. [a] Argumentum.

Coronis in Cornicem.

[b] *Coronis Coronei filia refert Corvo, ne indicium Apollini faceret.* [c] *Cum enim Minerva Erichthonium* [d] *Vulcani filium,* [e] *qui de complexu ſui* [f] *in terram ceciderat, ſuſtuliſſet,*

541. *Qui color.*] *Cui* Thyſii & Lovanienſis. appellatus inde *corvinus color* Apulejo & aliis vid. Salmaſ. ad Tertull. Pallium pag. 215. & hinc Graecis κόρον eſt μέλαν, teſte Schol. Homer. Iliad. A. 170. unde κόραξ *corvus* teſte Etymologici Magni Auctore. Burmannus.

542. *Lariſſaea Coronis.*] Phlegyae filia. ut Pindarus Pyth. od. III. Homerus hymno in Æſculapium, Antoninus Liberalis Metamorphoſi XX. ex Boei Ornithogonia, oraculum Apollinis apud Pauſaniam Corinth. lib. II. Apollodorus, Hyginus, fab. CLXI. & CCII. & alii teſtantur. ut ſoror Ixionis fuerit, qui etiam Phlegya hoc natus, teſte Servio ad Æn. VI. Heins.

543. *Placuit tibi Delphice.*] Apoſtrophe ad Apollinem, qui *Delphicus* dictus eſt à Delphis, ubi colebatur, & oracula edebat. Ciofanus.

544. *Dum vel caſta fuit, vel &c.*] In uno Vatic. meo antiquiore, Coeleſt. Ald. Io. Dei, Abb. & Brian. *Vel dum caſta fuit, vel &c.* elegantius: ut, *Vel*, bis ſit in principio periodi. Idem. *Vel dum* in decem codicibus erat.

547. *Tendebat iter.*] *Vertebat* Puteaneus & alii, de quo vid. ſupr. ad vers. 21. ſed fruſtra. Virg. I. Aen. 656. *Iter ad naves tendebat Achates.* ſic Lactant. in Argum. lib. XIV. fab. 6. *Aeneas iter in Italiam tendens.* vid. Sancti Minerv. III. cap. 3. pag. 388. & IV. 4. pag. 561. ibique Cl. Perizon. ſic *Curſum, fugam &c. tendere.* vid. Heinſ. ad Claud. VI. Conſ. Hon. 291. Silius IX. 210.

Ex acie tende in Capitolia curſum.

& ita apud Virgil. II. 321. in quibuſdam MSS. legitur.

Curſumque amens ad litora tendit.

vulgo, *curſuque*; quod nihilo pejus puto, ut ſubintelligatur *iter.* vid. ad Vellej. Paterc. II. 70. Burmannus.

547. *Garrula.*] Hinc proverbium, λαλίστερος κορώνης ex Anacreonte Carm. IX. & *loquax* noſtro *cornix* II. Faſt. 89. Burman.

[a] *Argum.*] *Coronis Coronei filia in avem Cornicem.* Parmens.

[b] *Coronis.*] *Coronis Coronei Phocidos regis filia corvum monet, ne Apollini indicium de Coronides Laruſſea Phlegyae filiae adulterio faciat.* Raener. *Cornix cor. f.* Colon.

[c] *Cum enim.*] Ita Giſelinus & Micyllus. Veneta autem & MS. *cum igitur.* Raenerius, *cum, inquit, Minerva.* Peſſime & contra orationis nexum, niſi quis cum ipſo non Lactantium, ſed Coronida haec inducat narrantem. Muncker. *Cum igitur.* Parm. Lugd.

[d] *Vulcani filium.*] Non habet Giſelin. nec Heinſ. *ex ſemine Vulcani, quod in terram deciderat, cum ſe invitam complecti vellet, genitum.* Raener. *Vulcani filium, ex eo quod ex complexu ipſius in terram occiderat natum Vulcani filium ſuſtuliſſet.* Micyll. *Vul. f. qui ex complexu ſui* Colon.

[e] *Qui de complexu.*] *V. id eſt quod a c.* Marg. Giſelin.

[f] *In terram.*] *In terra.* Gr. Heinſ.

[g] *Pandroſo.*] *Pandraſo.* Parmens.

[h] *Ne quis omnino id conſpiceret.*] Ita cum MS. Veneta & Raeneriana. ſed Giſel. *omnino id ne inſpiceret.* Micyll. *ne quis omnino id, quod intus eſſet, inſpiceret.* Muncker. V. *ne quis id omnino con-*

ſtuliſſet, & comitibus ſuis [g] *Pandroſo & Herſae, Aglauroque Cecropis filiabus* [i] *ciſtula incluſum cuſtodiendum tradidiſſet, monuiſſetque* [h] *ne quis omnino id conſpiceret: Cornix ſupradicta, nobiliſſima virginum,* [k] *cuſtodiens laxatam ciſtulam & inſpectam, cum draconem reperiſſet, divulgavit. quamobrem Dea* [l] *eam à ſe alienavit. Quae cum ſolitudine in litore* [m] *oblectaretur; Neptunus* [n] *procul conſpecta, venere ejus incaluit. cui cum* [o] *vim adferret; ab eadem Dea propter virginitatem tenaciter cuſtoditam in avem cornicem* [p] *converſa eſt,* [q] *ita ut templo Deae ſubmoveretur.*

QUid fuerim, quid ſimque, vide; meritumque require:
Invenies nocuiſſe fidem. nam tempore quodam
Pallas Erichthonium, prolem ſine matre creatam,
Clauſerat Actaeo textâ de vimine ciſtâ:

Vir-

conſpiceret. Marg. Giſel.

[i] *Ciſtula.*] *Ciſtella incl. eum tradidiſſet.* Colon.

[k] *Cuſtodiens laxatam &c.*] Ita Giſelinus dedit. Micyllus, *Cum a cuſtodibus laxatam ciſtulam, & inſpectum ibi draconem reperiſſet.* Veneta & MS. *Cuſtodibus laxatam ciſtulam & inſpectam, cum draconem reperiſſet.* Unica litera mutata ſenſum inde exſculpes commodiſſimum, *cuſtodibus laxatam ciſtulam, & inſpectam, cum draconem reperiſſet divulgavit.* Muncker. Cum Venet. facit Parmens. ſed Giſelin. Marg. *laxatam & inſpiciens.* Lugd. *a cuſtodibus laxatam ciſtulam & inſpectam, draconemque reperiſſe divulgavit. Ego a cuſtodibus l. c. e. i. draconemque repertum divulgavi.* Raener. *Cornix praedicta n. virgo cum a cuſtodibus laxata ciſtella eſſet, & impoſitum draconem conſpexiſſet, divulgavit.* Colon.

[l] *Eam à ſe alienavit.*] *Eam* non habent Parm. & Lugd. *me a ſe alienavit.* Raenerius. hic vero locus docet nihil mutandum eſſe temere in Juſtin. lib. XVIII. 3. *Itaque cum velut occiſos alienaſſet*, id eſt, ex domo juſſiſſet, quaſi revera occiſi eſſent, removeri, exportari. nec opus hic cum Scheffero ideo ſuſpectum habere locum, quia nullum exemplum eſt, ubi *alienare* occultare notat. ſed capiendum pro removere a ſe & praeſentia ſua. ita Scholiaſt. Horatii lib. II. Sat. III. 20. *excuſſus* interpretatur, *dejectus, expulſus, alienatus.* Apulej. de Deo Socratis: *Non uſque adeo ſejunctos & alienatos a nobis Deos praedico.* ita *abdicationem, ad alienandos liberos uſurpatam* dicunt Imperatores in l. 6. Cod. de patria poteſt. id eſt, domo ejiciendos, ut apparet ex formula abdicationis, *diſcede de domo*, apud Quinct. Decl. CCLVII. quo & reſpiciunt illa Terentii Heaut. v. 2. *ita nos alienavit*, ut rectius quaedam editiones, quam *abalienavit* & eodem ſenſu fere Plaut. Amphitr. I. 1. *Tu me alienabis nunquam, quin noſter ſiem.* id eſt, quaſi alienus eſſem, hinc dejicies. licet & *abalienare* eodem ſenſu dicatur auctoritate Feſti, cujus verba ſunt *Abalienatus dicitur, quem quis a ſe removit.* Burm.

[m] *Oblectaretur.*] *Oblectarer, Neptunus mei procul conſpectae amore incaluit; qui cum vim afferret, a Minerva mei miſerta propter v. t. c. i. a. ſum converſa.* Raener. *quae c. ſ. litoris delectaretur.* Colon.

[n] *Procul conſpecta, venere ejus incaluit.*] Ita & Veneta cum Giſelino. Debebat ſcripſiſſe, *ejus procul conſpectae venere &c.* vel, ut Micyllus edidit, *procul ea conſpecta venere ejus.* Muncк. Ita & Colon.

[o] *Vim afferret.*] *Inferret* Giſelinus. Nulla cauſſa erat, cum alterum illud & MS. & reliquae omnes editiones agnoſcant. vide ſupra lib. I. fab. 9. Muncker.

[p] *Converſa eſt.*] Et haec continenter exſcripta ex C. & V. niſi quod iſte addat: *ita ut è templo Deae ſubmoveretur:* quod etiam omittit Raenerius, etſi reliqua apud eundem quandam pati Metamorphoſin videantur. Giſel.

[q] *Ita ut templo Deae ſubmoveretur.*] Sic habuit MS. Veneta, *admoveretur.* Perperam. Rectius, *amoveretur.* Micyllus. Raener. & Giſelinus verba iſta omiſerunt. Muncker. *admoveretur.* Parm. Lugd. *ita tamen ut a templo Deae ſubmoveretur* Micyll. & Colon.

553. *Pallas Erichthonium.*] Quia breviter perſtringit hanc fabulam Noſter, ſit interpretis loco Lactantius libro de Falſa Religione cap. XVI. *Cum Vulcanus Diis arma feciſſet, eique Juppiter optionem dediſſet praemii, quod vellet, poſtulandi, juraſſetque, ut ſolebat, per infernam paludem, ſe nihil negaturum; tum ſaber claudus Minervae nuptias poſtulavit. Hic Juppiter optimus Maximus tanta religione conſtrictus abnuere non potuit: Minervam tamen monuit repugnare, pudicitiamque defendere:* (malo, *repugnaret pudicitiamque defenderet*) *Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudiſſe ajunt ſemen, unde ſit Erichtonius natus: idque illi nomen impoſitum* ἀπὸ τῆς ἔριδος, καὶ χθονὸς, *id eſt ex certamine atque humo. Cur igitur virgo eum puerum cum dracone concluſum & obſignatum tribus virginibus Cecropidis commendavit? evidens, puto, inceſtum, quod nullo modo poſſit colorari.* Heinsius.

553. *Prolem ſine matre creatam.*] Ita infra 756. *Cum ſine matre creatam vidit.* Ciofan.

554. *Textâ de vimine ciſta.*] In uno Vatic. *Facta.* Ciofan. Male. IV. Faſt. 435. *Calathos e vimine textos.* ubi vide Heinſii notas.

Virginibusque tribus, gemino de Cecrope natis,
Hanc legem dederat, ſua ne ſecreta viderent.
Abdita fronde levi denſâ ſpeculabar ab ulmo,
Quid facerent. commiſſa duae ſine fraude tuentur,
Pandroſos atque Herſe. timidas vocat una ſorores
Aglauros: nodosque manu diducit. at intus
Infantemque vident, adporrectumque draconem.
Acta Deae refero. pro quo mihi gratia talis
Redditur, ut dicar tutelà pulſa Minervae;
Et ponar poſt noctis avem. mea poena volucres
Admonuiſſe poteſt; ne voce pericula quaerant.
At puto, non ultro, nec quidquam tale rogantem
Me petiit. ipſà licet hoc à Pallade quaeras:
Quamvis irata eſt, non hoc irata negabit.

Nam

555. *Gemino de Cecrope natis.*] Non potuit concoquere τὸ *gemino* Capoferreus, variiſque conjecturis locum exagitavit. Atqui Cecrops Διφύης cognomento dictus, quod Ovidius expreſſit τῷ *gemino Cecrope.* quomodo infra, *geminique tulit Chironis in antrum.* D. Hieronymus Chronico Euſebiano ad annum CCCLX. *Primus in Attica regnavit Cecrops, qui & Diphyes.* mox addit, *dicebatur autem Diphyes, ſive ob longitudinem corporis, ſive idcirco, quod cum eſſet Aegyptius utramque linguam ſciebat.* ubi vide annotata a Magno Scaligero, ut & Meurſium de Regno Attico. alii alias hujus nominis cauſas protulere. Statius propemptico Metii Celeris,

Hinc multo Proteus, geminoque hinc corpore Triton
Praenatet. HEINSIUS.

Vid. Meurſ. Reg. Attic. 1. 6. & ſeq. Antigon. Hiſt. Mirab. c. 96. Anonym. de incredibil. Allatii. p. 27.

556. *Servandam dederat, ſed inconfeſſa quid eſſet.*] Tametſi hic verſus monoſyllabae illius particulae *ſed* ratione poteſt à trochaeo defendi, ego tamen ex vetuſto exemplari ita correxi, *ſed enim inconfeſſa quid eſſet.* Quidam vero, audaciores, ex cerebro invertunt. *Sed non confeſſa quid eſſet.* Qua compoſitione nihil aſperius fingi poteſt. REGIUS. Sic in veteribus. ſed rectius fortare nonnulli, *ſed enim inconfeſſa.* legitur etiam, *ſed non confeſſa.* NAUGER. *Servandam* probe meliores. praeterea nonnulli, *ſed non confeſſa.* Bernegger. tamen *inconfeſſa.* duo. *nec eis confeſſa.* alii, *ſed enim inconfeſſa.* ceterum à priore Regio, priore Erfurtano, & aliis duobus abeſt hic verſus. & eſt profecto tollendus, quod adſtruunt primus Vaticanus, Urbinas, & ſex alii, in quibus verſu proximo, *Hanc legem dederat*, pro *Et legem dederat*, ſcriptum occurrit. Si verſum hunc admittis, proximo legendum, *Et legem addiderat*, ne quem offendat odioſa repetitio τοῦ *dederat.* ſed praeſtat omnino deleri verſum, quem dixi. HEINSIUS.

556. *Et legem dederant.*] Alii, *Hanc legem dederat.* CIOFANUS.

560. *Aglauros.*] Varie quidem ab auctoribus Graecis hujus puellae nomen ſcribitur. Nam Pauſanias in Atticae deſcriptione, niſi mendum ineſt, *Aglauron*, ut Latini, illam vocat. Alii vero Graeci, quos quidem ego viderim, *Agrauron*: Itaque correxi, quamvis Hellanicum, qui in eruditionis oſtentationem à quibuſdam citatur, cum nuſquam extet, nondum legerim. REGIUS. Imo & Suidas & Pauſanias Ἀγλαυρὸν vocant. Significat autem ἀγλαυρὸν, ſplendidum ac pulchrum, quaſi ἀυρὰς ἀγλαὰς ἔχον, quemadmodum & Nicandri interpres ait. Proinde puto Aglauron hanc vel a forma appellatam, vel a contrario, quaſi quae triſtis & invidioſa fuerit, id quod in ſequentem fabulam maximè quadrat. Aut etiam a privandi particula, & γλαυρὸς, quod Graecis idem quod σεμνὸς ſignificat; quaſi, quae parum σεμνὴ, hoc eſt, venerans & religioſa erga Palladem hîc, & mox erga Mercurium fuerit. Nam in agris ſtabulatam eſſe filiam regis, conſentaneum non eſt. praeſertim quando infra etiam à Mercurio in arce deprehenſam & compellatam Poëta dicit. MICYLL.

560. *Nodoſque manu diducit.*] In vett. ad unum perſpicuè legitur, *Deducit* per E in prima ſyllaba. Quod Regius rectè eſt interpretatus. CIOFANUS. *Deducit* veteres plerique. an *ſeducit?* mox, *at intus*, non &, Junianus. HEINSIUS. ſed *divellere nodos* eſt apud Virgilium lib. II. Aeneid. 220. Noſt. XIII. 264. *veſtemque manu diduxit.* vid. infra ad lib. IV. 372. *diſſolvit* Gronovianus. BURMANNUS.

561. *Infantemque vident.*] *Videt* legit Schepperus apud Tanaq. Fabr. lib. II. Epiſt. 71. quia tantum de una agitur. ſed advocaſſe Aglauron reliquas ſorores ad ſpectaculum, poſtquam illa ſo-

la

Nam me Phocaïcâ clarus tellure Coroneus
(Nota loquor) genuit. fueramque ego regia virgo:
Divitibusque procis (ne me contemne) petebar.
Forma mihi nocuit. nam dum per litora lentis
Paſſibus, ut ſoleo, ſummâ ſpatiarer arenâ,
Vidit, & incaluit pelagi Deus: utque precando
Tempora cum blandis conſumſit inania verbis;
Vim parat, & ſequitur. fugio, denſumque relinquo
Litus, & in molli nequicquam laſſor arenâ.
Inde Deos, hominesque voco: nec contigit ullum
Vox mea mortalem. mota eſt pro virgine virgo,
Auxiliumque tulit. tendebam brachia coelo;
Brachia coeperunt levibus nigreſcere pennis.
Rejicere ex humeris veſtem molibar; at illa

Plu-

la nodos diduxerat, intelligendum. Burm.

565. *Ne voce pericula quaerant.*] Conjecerat olim Heinſius, *piacula.* quas voces confundunt ſaepe librarii, ut lib. xv. 155. & apud Claud. I. in Eutr. 430. & II. 596. Valer. Flac. II. 563. vid. ad Phaedr. IV. fab. ult. nihil tamen hic muto: *pericla* enim ſunt res noxiae, damnoſae. ut lib. VIII. 196.

Ignarus ſua ſe tractare pericla.

& 331.

Cupiuntque ſuum reperire periclum.

& Senec. Controv. x. ex ipſius Naſonis Declamatione: *Quaeritur periculum ejus, quo pene caruit hic, qui amare caute jubet.* Stat. VI. 22.

Atque ipſa pericula diſcunt.

ubi vide Barth. & nos ad Petron. cap. LX. Burm.

566. *At puto, non ultro.*] Occurrit tacitae objectioni cornix. Poſſet enim quis dicere, idcirco fuiſti repulſa, quia Minervae numquam fuiſti grata. Se igitur ita Minervae placuiſſe ait, ut ſponte fuerit ab ipſa comes petita. Interrogative cum quadam objectione legitur, quam ita ſolvit, ut dicat id ex ipſa Minerva quaeri poſſe. Regius. Vid. Pauli Leopard. III. Emendat. 6.

566. *Tale rogantem.*] *Volentem* legit Marius ad III. Am. VII. 1.

597. *Me petiit. ipſâ licet hoc ex Pallade quaeras.*] Hic denuo mirifice turbant libri veteres. piget diverſas lectiones adſcribere, quod conſtet vulgatam eſſe incorruptam. Non potuerunt nimirum ferre, produci poſtremam in *petiit* ſyllabam, inſciti librarii. hoc errori anſam dedit. Atqui nihil magis uſitatum optimis poëtis eſſe, atque adeo Naſoni ipſi, jam ſupra oſtendimus I. 1. vers. 114. Heinsius.

569. *Coroneus.*] Noſter Coronei filiam facit Coronida. ſed Servius ad Virg. VI. 618. Phlegyam patrem dicit fuiſſe Ixionis & Coronidis, quam Apollo vitiavit, unde ſuſcepit Aeſculapium, quare Phlegyas templum Delphicum incendit. & ita alii. vide Muncker. ad Hygin. CLXI. quibus adde Anton. liber. c. XX. Schol. Pindari Pyth. III. 14. hunc autem Phlegyam Martis filium facit Lutatius ad Stat. lib. I. 713. Burmannus.

572. *Nam cum.*] *Dum* repoſuit Heinſius auctoribus libris, Mediceo & duobus Moreti.

575. *Abſumſit.*] Plurimi codices, *conſumpſit*, rectius, ut puto. VI. 166.

Conſumptis precibus violentam tranſit in iram.

vid. ad Petron. cap. 33. *cum vanis* etiam unus Heinſii. Burmannus.

581. *Levibus nigreſcere.*] Variant codices, *niveis nigreſcere villis*, Thuani. ſed Leidenſis, *nigris horreſcere*, & *horreſcere* quoque agnoſcit Vaticanus, quod placeret; niſi repetitum eſſe ex vers. 478. videretur. *horreſcere* enim proprie de pilis & plumis. vide ad Petron. c. XCIX. Burm.

582. *Rejicere.*] Multi codices, *dejicere*, quae ſollemnis ſcribarum eſt aberratio. ſed *dejicere* veſtem eſt in terram projicere, *rejicere* in tergum. ſic IV. 474.

Obſtantes rejecit ab ore colubras.

IX. 32.

Rejeci viridem de corpore veſtem.

ſic apud Sueton. Caeſ. 9. legendum, *conveniſſe ait Curio, ut togam ab humero rejiceret.* Idem Aug. 26. *Cornelius Centurio rejecto ſagulo, oſtendens gladii capulum.* & 52. *dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus, rejecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus eſt.* ut ibi etiam mallem pro *dejecta* cum Pricaeo ad Act. Apoſt. XIV. 14. Virgil. XI. 619.

Rejiciunt parmas, & equos ad moenia vertunt.

& mox vers. 630.

Bis rejecti armis reſpectant terga tegentes.

Galba ad Ciceronem lib. X. Fam. 30. *legio, quae*

Pluma erat; inque cutem radices egerat imas.
Plangere nuda meis conabar pectora palmis:
Sed neque jam palmas, nec pectora nuda gerebam.
Currebam: nec, ut ante, pedes retinebat arena:
Et summâ tollebar humo. mox acta per auras
Evehor, & data sum comes inculpata Minervae.
Quid tamen hoc prodest, si diro facta volucris
Crimine Nyctimene nostro succesſit honori?

Fab. IX. [a] Argumentum.

Nyctimene in noctuam.

Nyctimene Nyctei filia, virgo Lesbia, nimia libidine effrenata, in patris cubile se implicuit, ideoque adversantibus deis ob admissum cessit in noctuam. [b] *quod scelus ipsa nocturno tempore occultat, & in luce visa ab omnibus volucribus petitur* [c] *obnoxia.*

An

veniebat ex castris scuto rejecto. Asinius ibidem Ep. XXXII. *Manibus ad tergum rejectis.* Petron. cap. VII. *centonem Anus rejecit.* Phaedr. v. fab. 2. *dein rejecta paenula stringit gladium.* eadem differentia apud Virg. v. 421.

Duplicem ex humeris rejecit amictum.

ubi & *dejecit* codices nonnulli. *dejicere* vero esse ad pedes demittere patet ex Martial. VII. 32.

Dejecto quid, inepte, pedes perfundis amictu.
Collige, Cinna, togam, calceus ecce perit.

ubi *colligere* est, tollere, *dejicere*, demittere. & maxime ex Quinctilian. lib. XI. Instit. 13. *rejicere a sinistro togam, dejicere etiam, si haereat, sinum conveniet*; & infinitis aliis locis. Burm.

583. *Radices fixerat imas.*] In illo Abb. *Radices egerat imas.* Non damno. Dicitur enim eleganter, *Radices agere.* De quo infra: — *mox alta per auras Evehor.* Lege, ex omnibus manuscriptis: *Mox acta. Acta* hoc loco, ut & saepe, examinatam, territam atque impulsam significat. Ciofan. *Egerat* meliores magno numero. quod magis Latinum. Remed. Amor. 106.

Et mala radices altius arbor agit.

Inf. III. 254.

Virgaque per glebas sensim radicibus altis
Turea surrexit.

Varro Catone, sive de liberis educandis apud Nonium Marcellum: *ab hujusmodi lusionibus radices crudelitas agere solet.* Cicero de Officiis libro II. *Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur.* Columella lib. III. cap. XI. *Suapte natura quaecumque gignuntur, non penitus, nec profundum radices agunt.* sic vetustus codex, non *in profundum. profundum* pro *profunde.* lib. IV. cap. VIII. *Evenit, ut vinea summa parte terreni radicas agat.* denuo cap. XII. & XV. atque ita passim. Ita *germen agere* Auson. Epist. XIV. Heinsius.

587. *Sed summa.*] Malim, *Et* cum Arondeliano. Heinsius.

588. *Et data sum comes inculpata Minervae.*] Id est, ut Minervam comitarer. Sic & Epist. III. 10.

Eurybati data sum, Talthibioque comes.

Sed hic accipitur passivè, ibi activè. Quod nescio an ab ullo alio sit animadversum. Ciofanus. Inf. v. 250. *Hactenus aurigenae comitem Tritonia fratri se dedit.*

[a] *Argum.*] *Nyctimene Nyctei filia in noctuam.* Parm.

[b] *Quod scelus.*] *Scelus autem suum in tenebris occultat. Quod si in luce visa fuerit ab omnibus civibus. p. o.* Raener. *ipsa* omittit Colon.

[c] *Obnoxia.*] Micyllus, *ut noxia.* sed cum Giselino alterum Veneta & Raeneriana tuentur. Sallust. Catil. cap. 20. *His obnoxii, quibus, si respublica valeret, formidini essemus.* Festus: *Obnoxius poenae, obligatus ob delictum.* Sed ut saepe alias, ita & heic injuriae expositam significat. Florus IV. 4. *obnoxium & opportunum injuriae juvenem.* confer quae de hac voce scripsit Gellius lib. VII. 17. Muncker. *Ut noxia.* Colon. vid. ad Quinctil. Decl. I. 6.

591. *Non audita tibi est.*] Heins. ad I. Amor. VIII. 19. citat, *ignorata tibi est.*

592. *Nyctimenen.*] Nyctei filiam facit Auctor argumentorum in has fabulas. Hyginus fab. CCIV. & CCLIII. Epopei regis Lesbiorum filiam, ubi vide Muncker. Servius ad lib. I. Georg. 409. dissimulato patris nomine fabulam refert. ubi MS. Leidensis bibliothecae corrupte ita habet, *Nyctimon Eputi filia a Cornubo hospite compressa iram patris timens in silvam profugit, quae misericordia Minervae in noctuam mutata est.* ubi legendum, *Nyctimene Epopei filia.* & pro *Cornubo* for-

te

An, quae per totam res eſt notiſſima Lesbon,
Non audita tibi eſt? patrium temeraſſe cubile
Nyctimenen? avis illa quidem: ſed conſcia culpae
Conſpectum lucemque fugit, tenebrisque pudorem
Celat; & à cunctis expellitur aethere toto.
Talia dicenti, Tibi, ait, revocamina, corvus,
Sint precor iſta malo. nos vanum ſpernimus omen.
Nec coeptum dimittit iter: dominoque jacentem
Cum juvene Haemonio vidiſſe Coronida narrat.
Laurea delapſa eſt, audito crimine, amanti:
Et pariter vultusque Deo, plectrumque, colorque
Excidit. utque animus tumidâ fervebat ab ira;
Arma adſueta rapit; flexumque à cornibus arcum
Tendit: & illa ſuo toties cum pectore juncta

Inte, *Choroebo.* quod nomen notius. ſed illi confundere fabulas videntur: Epopeus enim Antiopam Nyctei filiam rapuit, unde bellum ortum, quod deſcribit Pauſanias lib. II. cap. 6. Quae Antiope, enim *Nycteis* a patre dicta, cum Nyctimene confuſa fuit. Scholiaſtes Statii in lib III. 507. facit Nycteum Aethiopiae regem, & eum cum filia Nyctaea, quae ſcelerato amore patrem diligebat, concubuiſſe fere eodem modo, quo Noſter Myrrhae infames amores lib. x. deſcribit, narrat. addit vero alios tradere filiam Proeti fuiſſe, quae patris vim fugiens a Minerva in noctuam mutata fuit. & cum Myrrha Nyctimenen jungit quoque Noſter in Ibin 361. ubi patris nomen non edit. Nyctei filiae, ſed ſine nomine, (niſi referas eò Hyrminen, quae praecedit) meminit Schol. Apollon. Rh. lib. I. 372. ex qua Phorbas genuit Augeam. ubi etiam addit, quoſdam eam facere filiam Ἐπόχου, ubi legendum puto Ἐποπέως. ut e Servio modo vidimus, & ex Hygino confirmatur. Hic Epopeus fuit rex Sicyoniorum, ut Schol. Apoll. lib. IV. 1090. Pauſan. lib. II. cap. I. Ephyreorum & Sicyoniorum regem facit, & Minervae templum dedicaſſe ſcribit. cap. 6. & II. vid. & Ptolem. Hephaeſt. lib. III. Burmannus.

595. *Expellitur.*] *Depellitur* Cod. Menardi.

599. *Cum juvene Haemonio.*] Antoninus Liberalis cap. XX. vocat *Alcyonea.* qui an ille Alcyoneus, Dionis & Meganirae filius, apud eumdem cap. VIII. mutatus ſit, neſcio. ab aliis Iſchys vocatur. vid. Muncker. ad Hygin. fab. CCII. Iſchyn vero non Theſſalum, ſed Arcadem & Elati filium Scholiaſtes Pindari ad oden Pyth. III. facit, ex Heſiodo. & ita Homerus Hymno in Apollinem:

Ὁππόσ' ἀνώμενος ἔκιες Ἀζαντίδα κούρην,
Ἴσχυ ἅμ' ἀντιθέῳ Ἐλατιονίδῃ Ἐυίππῳ.

ubi ridiculo errore interpres Latinus credens, ἴσχυ a verbo ἰσύχω eſſe, vertit *praeſtabas*, ignorans eſſe nomen proprium; ut animadvertit Morellus in notis ad Liban. pag. 52. tom. I. & qui pro Ἔκιες legit, Ἔκαες. Coronida vero Azantida facit, id eſt Arcadiam: Arcadia enim ab Azane rege *Azania* dicta, teſte Schol. Apoll. Rh. II. 53. & Elatus & Azan, unde Azania, fratres fuere ex Arcade & Leancra: Schol. Euripid. Oreſt. 1646. plura de Azanibus vide apud Parrhaſ. ad Claud. II. de Rapt. 18. & Barth. ad Stat. IV. Theb. 292. Aſcalaphum non ſine flagitio Apollinis natum, aut incertis parentibus, & expoſitum & a venatoribus inventum, canino lacte nutritum, & Chironi traditum didiciſſe Medicinam, narrat Lactant. lib. primo de Falſ. Religione. cap. 10. fuiſſe etiam Meſſenium, ſed Epidauri moratum. Burm.

600. *Amantis.*] *Amanti* malim, cum quarto Palatino, ut Phoebum intelligat. quem & vers. 612. *amantem* vocat. Heins.

602. *Utque animus tumida fervebat ab ira.*] Ita propè lib. IIX. *& tumida frendens Mavortius ira.* Plaut. in cap. *Frendebant dentibus.* Ciofan. Quidam codices hic, *nimia fervebat ab ira* habent.

603. *Arma aſſueta capit.*] In illo Abb. *Rapit.* Ciofanus. *Rapit* Mediceus unus ex melioribus: quod impetum indignantis animi pulchre exprimit. lib. V. 64.

—— *Quos ille tetenderat arcus*
Arripit.

Artis lib. III.

—— *Juveniliter arcum*
Corripit. Heins. Utrumque rectum, nam & lib. V. 367.

Cape tela Cupido.

Epiſt III. 87.

Arma cape, Aeacida,

lib. III. 115. *Cadmus capere arma parabat.* vid. ad Sil. IV. 98. & V. 210. Burmannus.

Indevitato trajecit pectora telo.
Icta dedit gemitum, tractoque à vulnere ferro,
Candida poeniceo perfudit membra cruore:
Et dixit, Potui poenas tibi, Phoebe, dediſſe;
Sed peperiſſe prius. duo nunc moriemur in unâ.
Hactenus; & pariter vitam cum ſanguine fudit.
Corpus inane animae frigus letale ſecutum eſt.
Poenitet heu! ſerò poenae crudelis amantem:
Seque, quod audierit, quod ſic exarſerit, odit:
Odit avem, per quam crimen cauſſamque dolendi
Scire coactus erat: nervumque, arcumque, manumque
Odit, cumque manu, temeraria tela, ſagittas.
Collapſamque fovet: ferâque ope vincere fata
Nititur; & medicas exercet inaniter artes.
Quae poſtquam fruſtra tentata, rogumque parari
Senſit, & arſuros ſupremis ignibus artus;
Tum vero gemitus (neque enim coeleſtia tingui
Ora decet lacrimis) alto de corde petitos

Edi-

605. *Indevitato.*] Malim, *non evitato*; ut VI. 234. *non evitabile telum. tranſegit* quoque unus Bononienſis. HEINSIUS. *Indevitando* Gronov. unus, quod Francius malebat. Ego nihil muto; ſic enim amat Noſter nova verba fingere. ut *indeclinatus* IV. Triſt. IV. 24. IV. Pont. X. 83. *indejectus* I. Met. 289. *indeſtrictus.* XII. 92. ceterum Pauſan. lib. II. 26. a Diana occiſam ait. BURM.

606. *Tractoque à vulnere ferro.*] Aliquot vet. *A corpore ferro.* Briantii, *à pectore.* CIOF. Francius malebat, *e vulnere.*

607. *Candida puniceo.*] In uno Vatic. *Candida purpureo.* CIOFAN. *Purpureo* etiam tres codices. ſed paſſim ſanguis *poeniceus* dicitur. vid. lib. IV. 127.

610. *Et pariter vitam cum ſunguine fudit.*] Virg. II. Aeneid. *ac multo vitam cum ſanguine fudit.* CIOFANUS.

615. *Nec non arcumque manumque.*] *Nervumque arcumque* Urbinas, & pro diverſâ lectione Cantabrigienſis. ſed nihil neceſſe. HEINS.

619. *Rogumque parari Vidit.*] *Senſit* Scholiaſtes Statii lib. VI. Theb. 384. & mox pro, *Ora licet lacrymis*; *Ora decet* idem Scholiaſtes: quod Baſileenſis unus confirmat. in Faſtis lib. IV.

—— *Neque enim lacrimare deorum eſt.*

IDEM. *Licet* defendit Broukhuſ. ad Propert. II. XIII. 54.

620. *Supremis.*] Codex Neapolit. *ſuppoſtis.* ita Avien. Fab. 37.

Voverat attritus quondam per proelia miles
Omnia ſuppoſitis ignibus arma dare. HEINSIUS. Nihil opus. lib. XIII. 583.

At non impoſitos ſupremis ignibus artus
Suſtinuit ſpectare parens.

& ita paſſim.

622. *Ora decet.*] De fletu & etiam riſu Dearum abunde egerunt Broukhuſius ad Propert. II. Eleg. XIII. 54. & Barth. ad Statium ſaepe. vid. V Theb. 270. VI. 384. IX. 713. & 820. & Spanh. ad Callim. Hym. Dian. 149.

624. *Dextra libratus ab aure.*] Duo Vat. *Vibratus ab aure.* CIOFANUS. Vid. ſupr. 311.

627. *Injuſtaque buſta.*] Forte per *buſta injuſta* exſequias parvas, quales exemporales ſolent eſſe, & quas tunc ſors ipſa dabat, potes accipere. *injuſtus* enim parvum interdum ſignificat, ſicut contra Cicero *juſtas inimicitias* magnas appellavit. Aſconio auctore. Virgilius III. Georg. 347. X. *Injuſto ſub faſce viam dum carpit.* JACOBUS A CRUCE. *Inviſaque juſta* aliqui codices; male. ſic *innuptas nuptias* dixit apud Ciceronem vetus Poëta lib. I. De Orator. & prima Philippica. c. II. *inſepultam ſepulturam.* quo loco illum Euripidem imitatum fuiſſe notant viri docti, qui in Phoeniſſis dixit, Ταφος ἄταφος. ſic Eleg. in Druſum. ỳs. 54.

Saevit, & injuſtum jus ſibi ubique facit.

& V. Triſt. X. 43.

Adde quod injuſtum rigido jus dicitur enſe.

Sidon. II. Ep. VIII. *injuſte tibi juſta perſoluta.* ſic *ſecura cura* inf. lib. XIV. 490. ex MSS. HEINSIUS.

632. *Conſiſtere corvum.*] *Conſidere* Neapolitanus & Mediceus ſecundus. ut jam libro. I. 307. diximus. & ſic forte legendum libro XI.

Nec tamen hac profugum conſidere Pelea terra

Fata

Edidit. haud aliter, quam cum, ſpectante juvencâ,
Lactentis vituli, dextrâ libratus ab aure,
Tempora diſcuſſit claro cava malleus ictu.
Ut tamen ingratos in pectora fudit odores:
Et dedit amplexus, injuſtaque juſta peregit,
Non tulit in cineres labi ſua Phoebus eosdem
Semina: ſed natum flammis uteroque parentis
Eripuit; geminique tulit Chironis in antrum.
Sperantemque ſibi non falſae praemia linguae
Inter aves albas vetuit conſidere corvum.

Fab. X. [a] Argumentum.

Ocyroë in Equam.

Ocyroë Chironis & [b] Chariclus filia, [c] contemptis patris artibus, veſana futura praecinuit: infanti [d] Aſclepio praedixit, quod medicinâ mortuos ad ſuperos [e] reducturus eſſet, [f] quodque eſſet ab avo fulminis ictum experturus. Patrem quoque Chirona [g] ſerpentibus cruciandum, cupidumque mortis ex deo [h] in mortalium numerum venturum. Quae cum eſſet [i] elocuta, [k] in equae ceſſit figuram, ne adverſantibus fatis plura ederet, quam praedicta Apollinis ſinerent.

Semi-

Fata ſinunt. ut apud Virgil. I. Aen. 572.

Vultis & his mecum pariter conſidere regnis. & IV. 39.

Non venit in mentem, quorum conſederis arvis? Propertius, I. Eleg. VIII. 25.

—— *Licet Atraciis conſederis oris.* Heinsius. recte: ſed hic a *ſido*, non *ſedeo* debet deduci. vid. ad lib. I. 307.

[a] *Argum.*] *Ocyroe Chironis filia Centauri in equam.* Parm.

[b] *Cariſtae.*] Ita C. At in V. eſt *Carectae*, vel, *Careſtae*: nam quinta littera extrita eſt. Raener. *Charictae*, Hervag. *Charicles*, ſcribunt. Qua varietate territus is, qui Birckm. Editionem adornavit, maculoſiſſimam caſtigationem, quam alii in Poëtae verbis moliti ſunt, etiam Luctatio accommodavit. ait enim: *Ocyroë Chironis ex nympha quadam Cayci fluminis filia, &c.* Quidquid Luctatius ſcripſerit; ſi ipſius argumentum Poëtae verbis conformare volumus, ſcribendum *Charicles*, ut recte Aldus cenſuit, & nos in noſtra editione de eadem re plura. Giselin. *Chariclus* repoſui pro *Charictae*, quod Veneta, Raeneriana, & MS. exhibebant. *Cariſtae* Giſelini mirificiſſimum eſt. Propius accedit *Charicles* Micylli. Pariter peccatum apud Iſidor. Orig. lib. IX. cap. 2. *Ab Arcade Jovis & Caliſtae filio dicti.* pro *Calliſtus.* Plura hujus generis invenies in notis ad Hyg. Mythol. cap. 224. Munck. *Chironis ex Nympha quadam Caici fluvii filia.* Colon.

[c] *Contemptis.*] *Patris artibus non contenta, etiam futura veſana praecinuit.* Raener. mallem, *patris, artibus* ut ſaepe ipſe Naſo. *veſana* omittit Colon. qui &, *praecinit. infantique Aeſculapio p. ipſius medicamina m. a. ſ. eſſe reductura, ipſumque ab avo Jove fulmine ictum iri: Patremque Chironem veneno ſerpentis cruciandum.*

[d] *Aſclepio.*] *Aeſculapio* Micyll. Heinſ.

[e] *Reducturus.*] Hoc à Giſelino eſt. MS. & edd. reliquae, *educturus.* Munck. Ita & Parm. Lugd.

[f] *Quodque eſſet ab avo* &c.] Haec Giſelini & Raeneri eſt lectio. MS. & Veneta, *educturus eſſet, ab avo fulminis ictum experturum.* Scripſerim, ut Micyllus edidit, *& ab avo fulminis ictum experturus.* Munck. Ut Veneta, ita & Parm. & Lugd.

[g] *Serpentibus cruciandum.*] *Sagittis* Veneta, Micyll. & Raener. Sed perperam. Vaticinantis eſt vera obſcuris involvere. Serpentibus tortus fuit Chiron, quia Hydrae Lernaeae ſanguine tinctae erant ſagittae, quarum una pedem ejus vulneravit. Munckerus. *Sagittis* etiam Lugd. *Patrem q. Ch. praedicit, ſerpentibus cruciatum.* Heinſ. *praedicit ſagittis cruciandum.* Raener.

[h] *In mortalium.*] *Mortalium numerum inventurum.* Parm. Lugd. *ex Deo mortalem futurum.* Raener. *in m. numerum futurum.* Colon.

[i] *Elocuta.*] *Locuta.* Colon.

[k] *In equae.*] *Equi* MS. Hygin. Aſtron. II. 18. *Nonnulli eam vatem dixerunt eſſe: ſed quod deorum conſilia hominibus ſit enunciare ſolita, in equam eſſe converſam.* Munkerus. *In Equae figuram ne ad. f. p. diceret. q. p. A. ſ. converſa eſt,* Colon.

632. *Nym-*

SEmifer interea divinae ſtirpis alumno
Laetus erat; mixtoque oneri gaudebat honore.
Ecce venit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri: quam quondam Nympha Chariclo,
Fluminis in rapidi ripis enixa, vocavit
Ocyroën. non haec artes contenta paternas
Addidiciſſe fuit: fatorum arcana canebat.
Ergo ubi fatidicos concepit mente furores,
Incaluitque Deo, quem clauſum pectore habebat,
Adſpicit infantem; Totique ſalutifer orbi
Creſce puer, dixit: tibi ſe mortalia ſaepe
Corpora debebunt: animas tibi reddere ademtas
Fas erit. idque ſemel Dis indignantibus auſus,
Poſſe dare hoc iterum flammâ prohiberis avitâ:

Eque

636. *Nympha Chariclo.*] In veteribus *Charicto.* & profecto, Chariclo Chironis uxor fuit, auctore Pindaro atque aliis: ideo nos, *Chariclo* caſtigavimus. NAUGER. *Chariclo* legi placet eruditis viris. In quorum ſententiam libenter eo. In uno Maffei una littera depravatè legitur *Caricto.* T pro L temere à librario ſcriptum. In aliis vero eſt *Caici.* CIOFANUS. Ita Politianus & Naugerius ex Pindaro & Scholiaſte Apollonii. Antea legebatur *Cayci*, quod in pleriſque ſcriptis extat, idque miror Viviano arriſiſſe. *Charicto* decem noſtri ex melioribus. quod & alii ante nos in ſuis exemplaribus invenerant, unde exigua mutatione, *Chariclo* nata. ſecundus Palat *Charipto.* quinque, *Cariſto. Cariſta* Cantabrig. Alia Chariclo Callimachi & Apollodori, quae Tireſiam ex Evere peperit. HEINSIUS. *Chariclo* etiam vocat Schol. Apollon. lib. I. 554.

937. *Fluminis in rapidi ripas enixa.*] Cenſeo ſcribendum, *Fluminis in patrii ripis*, ut fluminis filiam fuiſſe deſignet. ſic lib. IX. 449.

Hic tibi, dum ſequitur patriae curvamina ripae,
Cognita Cyanee.

Epiſtola Hypermneſtrae de Ione XIV. 89.

Conſtitit in ripa liquidi nova vacca parentis,
Cornuaque in patriis non ſua vidit aquis

& de eadem Valer. Flacc. libr. IV. 373.

Ultima tum patriae cedens dedit oſcula ripae.

Propertius lib. I. Eleg. 11.

Eveni patriis filia littoribus.

Horatius Od. XX. lib. I. *paterni fluminis ripas* Tybrin vocat. Noſter Met. I. 639.

Venerat & patrias, ubi ludere ſaepe ſolebat,
Inachis ad ripas:

Adi notas lib. I. Ys. 702. HEINSIUS. Ego nihil muto: fluminis enim rapiditas nomine ipſo Ocyroës oſtenditur. ut recte obſervavit Schepper. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. Alia Ocyroë fuit Imbraſi & Cheſiadis Nymphae filia, de qua ex Athenaeo Ill. Spanh. ad Callim. Hym. in Dian. 228. *Caici* autem nomen, quod hic in multis codicibus eſt, forte a gloſſatore eſt, qui Ocyroën Caici matrem eſſe adſcripſerat: nam Plutarch. de Fluviis in *Caico* dicit eum Mercurii & Ocyroës filium. Idem vero in Phaſide ſcribit Solis & Ocyroës Oceani filiae Phaſida fuiſſe filium. Ocyroën inter filias Oceani & Tethyos numerat Heſiod. in Theogon. vers. 360. BURM.

939. *Edidiciſſe.*] Amplector Voſſiani codicis ſcripturam, *Addidiciſſe.* ſic lib. III. 593.

Addidici regimen

ſic & lib. VII. 99. mallem:

Addidicitque uſum.

in tribus codicibus eraſa erat vetus lectio. ſic & lib. II. Art. Am. 223.

Cura ſit & linguas addidiciſſe duas.

ita Aproſii liber; vulgo *edidiciſſe.* apud Claudian. quoque I. in Rufin. 98. mallem

Meque etiam tradente dolos artemque nocendi
Addidicit.

ubi multi codices *& didicit*, vulgo, *edidicit*, & ita mihi ratio videtur exigere. *addiſcimus* enim proprie nova, quae antea ignorabamus; *ediſcimus*, quae memoriae mandamus. ſic Noſter lib. II. Amor. V. 56.

Et quiddam viſa eſt addidiciſſe novi.

& lib. II. Faſt. 546.

Hinc populi ritus addidicêre novos.

ita Putaneus codex & alii. Heinſius edidit, *edidicêre pios.* in Epiſtola tamen VII. 180.

Fortiter ediſco triſtia poſſe pati.

Nihil variant codices, niſi quod *ediſcam* in quibuſdam eſt. lib. I. Amor. XV.

Non me verboſas leges ediſcere.

ſed ubi poteſt defendi, pro memoriter diſcere, ut leges XII. Tabularum ſolebant Romani pueri.

Eque Deo corpus fies exſangue: Deusque,
Qui modo corpus eras: & bis tua fata novabis.
Tu quoque, care pater, non jam mortalis, & aevis
Omnibus ut maneas, naſcendi lege creatus,
Poſſe mori cupies tum, cum cruciabere dirae
Sanguine ſerpentis, per ſaucia membra recepto.
Teque ex aeterno patientem numina mortis
Efficient; tripliceſque Deae tua fila reſolvent.
Reſtabat fatis aliquid: ſuſpirat ab imis
Pectoribus, lacrimaeque genis labuntur obortae:
Atque ita, Praevertunt, inquit, me fata; vetorque
Plura loqui; vocisque meae praecluditur uſus.
Non fuerant artes tanti, quae numinis iram
Contraxere mihi. mallem neſciſſe futura.

Jam

ſi tamen *ediſcere* hic placet, non repugnabo nimis, ſed Ovidio peculiarem tunc hujus verbi uſum fuiſſe, adfirmandum eſt. BURMANNUS.

939. *Canebat.*] *Movebat* ſec. Pal. unus Mediceus, *monebat.* quod placet. nam *monere* eſt verbum vatum. HEINSIUS. Offendit certe repetitio ſoni fere ejuſdem *arcana canebat.* Quare nec mihi *monebat* diſpliceret. ſic Tibul. I. Eleg. VII. 56. *Eventus quos dea magna monet.* ubi v. Broukh. & Barth. ad Stat. II. Theb. 696. Gronov. Diatr. Stat. 26. ſic apud Horat. III. Od. VI. *Hiſtorias monere* plurimi codices. Gebhardo lib. II. Crep. v. *movebat* placuit. BURM.

640. *Vaticinos furores.*] *Faticinos* in nonnullis. niſi quod Τὸ *fatidicos* Urbinatis libri magis arridet. quia *canebat* praeceſſit. Alioqui *vaticinos* non eſt ſollicitandum, a verbo *vaticinor.* hinc *vaticinatores* & *vaticinia*, qua voce uſi Apulejus & Marcianus Capella. *Vaticinationes* dixit Cicero. vid. infr. XV. 436. IX. 418. HEINSIUS.

641. *Clauſum pectore.*] Vid. Gronov. ad lib. VIII. Statii Theb. 226.

642. *Totique ſalutifer orbi.*] *Urbi* Gebh. II. Crep. 5. & de Roma capit, quo translatus poſtea Epidauro fuit Aeſculapius.

646. *Prohibebere avitâ.*] Sic eſt in meo antiquiore. Aſt in aliis, *Prohiberis.* CIOFAN. Recepimus *prohiberis*, quod omnes fere codices habent. & ita decet: vates enim futura, ut praeſentia, ſibi fingunt & vident. ſic in Ibide 125. ex optimis codicibus:

Eveniunt. dedit ipſe mihi modo ſigna futuri
Phoebus.

vulgo, *Evenient.* Virgil. VII. 98.

Externi veniunt generi.

ut editio Heinſii. vulgo *venient.* vid. & lib. XII. 20. BURMANNUS.

647. *Eque Deo corpus fies exſangue.*] Id eſt, morieris. *Exſangue corpus* cadaver notat. Virg. lib. ſuperius citato:

—— *Corpuſque exſangue ſepulcro*
Reddidit Hectoreum. Interdum pallidum, & Italicè dicitur *ſmorto.* Attius Erigona: *Quamquam exſangue eſt corpus mihi, atque annis putret.* CIOFAN.

649. *Nunc immortalis.*] *Non jam mortalis* caſtigatiores. HEINSIUS. Vid. ad lib. II Art. 93.

654. *Tripliceſque Deae tua fila reſolvent.*] Alter Regius, *revolvent.* εἰς τοὺνάντον τρέφειν τὸν ἄτρακτον, Luciani Ζεὺς ἐλεγχόμενος. Propertius lib. IV. Eleg. VII.

Juro ego fatorum nulli revolubile ſtamen,
Tergeminumque canem; ſic mihi molle ſonet.

ita ſcribendi iſti verſus. nam vulgati, *revocabile carmen*, & *Tergeminuſque canis.* vetuſti codices, *revolubile carmen.* quod pro carminatione poſuiſſe potuit. Silius lib. II. 181. de Penelope:

Fallacis toties revoluto ſtamine telae.

Statius Theb. VII. 774.

— *Immites ſcis nulla revolvere Parcas*
Stamina. lib. VIII. 59. *iterata ſororum penſa.* Seneca Hercule Furenti:

Durae peragunt penſa ſorores,
Nec ſua retro fila revolvunt.

retexere dixit Noſter Met. X. 30.

Eurydices, oro, properata retexite fila.

non ut in vulgatis legitur, *fata. renere* in Faſtis. de quo verbo vide quae notamus Epicedio Druſi ỹſ. 444. Lucano lib. VI. 705. *repetita ſororum fila.* Hoc tamen Naſonis loco à vulgata lectione non eſt temere recedendum. ut *fila reſolvent*, pro ſecabunt, dixerit. HEINSIUS. Vide Broukh. ad Propert. IV. 7. 51. & ad Sil. I. 115. Cl. Drakenb.

657. *Praevertunt, inquit, mea fata.*] *Me, inquit, mea fata*, plerique veteres. ſex, *praevertunt, inquit, me fata.* recte. HEINS.

658. *Vociſque meae praecluditur uſus.*] Idem di-

Jam mihi ſubduci facies humana videtur:
Jam cibus herba placet: jam latis currere campis
Impetus eſt: in equam, cognataque corpora, vertor.
Tota tamen quare? pater eſt mihi nempe biformis.
Talia dicenti pars eſt extrema querelae
Intellecta parum; confuſaque verba fuere:
Mox nec verba quidem, nec equae ſonus ille videtur;
Sed ſimulantis equam: parvoque in tempore certos
Edidit hinnitus, & brachia movit in herbas.
Tum digiti coëunt, & quinos adligat ungues
Perpetuo cornu levis ungula: creſcit & oris,
Et colli ſpatium: longae pars ultima pallae
Cauda fit. utque vagi crines per colla jacebant,
In dextras abiere jubas: pariterque novata eſt
Et vox & facies: nomen quoque monſtra dedere.

FAB.

cit lib. VI. 354.

—— *Caret os humore loquentis,*
Et fauces arent, vixque eſt via vocis in illis.

Non dubito, quin Seneca in Theb. ad aures transferens ad alterum horum locorum reſpexerit. Cujus haec ſunt:

Adituſque verbis tramite anguſto patet.

Alio modo Livius lib. XL. *Dicenti haec, lacrimae ſimul ſpiritum & vocem intercluſerunt.* CIOFANUS. *Vocique meae praecl. uſus* unus Mediceus. *Vociſque mihi* Thyſianus. vid. ad Phaedr. fab. II. & 23.

662. *Jam latis.*] *Jam planis* unus Moreti & Gronov. pro diverſa lectione.

663. *Cognata pectora vertor.*] Caeleſt. *Cognata corpora.* CIOFAN. *Corpora* ex melioribus, mox pro *confuſaque verba fuerunt*, primus Palat. & ſex aut ſeptem alii, *fuere.* Placebat aliquando, *feruntur.* ut ſupra hoc libro 483.

—— *vox iracunda, minaxque,*
Plenaque terroris rauco de gutture fertur. HEINS.

667. *Nec equae.*] Gebh. II. Crep. I. *nec enim ſonus ille videtur Jam ſimulantis equam*, ex MS. Palatino.

668. *Certos.*] *Cunctos* Vaticanus. *veros* Mediceus unus. *tritos* unus Baſileenſis. ſed nihil movendum, *certi* enim hinnitus ſunt, quales verus equus edit; non quos aliquis imitans equi ſonum effingeret. Martial. XIV. 76.

Pica loquax certa dominum te voce ſaluto,
Si me non videas, eſſe negabis avem,

Id eſt voce humanae ſimillima, ut veram hominis credas, ſi me non videas: ſimiliter Noſter infra de Picis lib. V. 296.

Linguae tam certa loquentes.

ſic & *incertus* uſurpatur. Quinct. I. Inſt. I. *futurus eloquentiſſimus edidit aliquando vagitum, & loqui primum incerta voce tentavit.* ut notavimus ad Epiſt. VIII. 92. BURMANNUS.

672. *Pars maxima.*] *Ultima* tres ſcripti; quod placet.

675. *Monſtra dederunt.*] *Dedere* denuo meliores. Praecedenti verſu poſt *novata*, *Τὸ eſt* multi codices non agnoſcunt. Lege, *novatae.* HEINS.

[a] *Battus.*] *Battus Nelei filius ruricula in ſaxum.* Parmens.

[b] *Pheretis.*] *Pheritis* Lugd. *regis Phaeretis* Colon. & marg. Giſelin.

[c] *Protegens.*] Margo Micylli, *relevans. repetens.* Colon.

[d] *In agros.*] *In agro* Parmenſ. Lugd. *in agrum Peliae regis* Colon.

[e] *Battus Nelei filius.*] V. C. & Birck. *Quos cum Battus Nelei filius paſcentes vidiſſet.* valde vereor, ne poſteriores iſtiusmodi multa, quae putarunt a Luctatio totidem verbis & planius dici potuiſſe, ea de ſuo ſupplevérint. GISELIN. *Nerei paſcentes* Colon. puto vocem *filius* eſſe abjiciendam, & forte legendum, *quas cum Battus Nelei ſilvis paſcentes vidiſſet.* BURM.

[f] *Ut indicium premeret.*] *Ne indicium promeret* Lugd. Micyll. Colon. qui *vero* omiſerunt, ut & reliquae.

[g] *Lapidem proximum quem.*] *Lapidem, qui aderat c. q. ſ. quae vidiſſet, indicaturum* Colon.

[h] *Mutata figura.*] *Mutat figuram & ad* Colon.

[i] *Amiſſas boves.*] *Amiſſas boves* Parm. *ſe* omiſit Colon.

[k] *Et praemium.*] *Et* deeſt Lugd. *& praemium promittens* Giſel. Heinſ. *Praemium pollicens* Colon.

[l] *Praemium promiſit.*] Dediſſe ait Antoninus Liberalis cap. 23. *μισθὸν γλαῖναν*, quam paullo poſt *χλαμύδα* appellat. Sed *χλαῖναν* pro eo ſubſtituit Vir Clariſſimus. Atqui propius accedebat *χλανίδα*, quod ego volui. Nunc valde dubito, an quicquam ſit mutandum. Χλαῖνας enim *χλαμύδας* inter-

Fab. XI. Argumentum.

[a] Battus in ſaxum.

Apollo Jovis & Latonae filius, cum pecus Admeti [b] *Pheretis filii paſceret, fiſtulae cantu ſolitudinem* [c] *protegens, boves ejus* [d] *in agros Pyliae regionis pro reſſae ſunt: quas Mercurius avertit, & in ſilva occuluit. Quod cum* [e] *Battus Nelei filius equas paſcens vidiſſet, Mercurius vero* [f] *ut indicium premeret, ex armentis formoſiſſimam vaccam ei conceſſit. At ille diſcedenti adfirmavit* [g] *lapidem proximum, quem vidiſſet, celerius, quam ſe, quidquam indicaturum. Deus vero, ut mortalis fidem experiretur, paullo poſt* [h] *mutata figura ad eumdem reverſus eſt, ſimulavitque ſe* [i] *amiſſas boves quaerere,* [k] *&* [l] *praemium promiſit, ſi demonſtraſſet.* [m] *At ille, cum ſub quo monte paſcerentur oſtendiſſet, Mercurius, perfidia ejus offenſus, in lapidem eum mutavit; qui ab eventu index circa* [n] *Pylum vocatur.*

FLebat, opemque tuam fruſtra Philyreïus heros,
Delphice, poſcebat. ſed nec reſcindere magni
Juſſa Jovis poteras: nec, ſi reſcindere poſſes,
Tunc aderas. Elin Meſſaniaque arva colebas.
Illud erat tempus, quo te paſtoria pellis

Texit;

interpretatur Hom. Schol. ad Odyſſ. ξ. 513. cui accedit Apollonianus, χλαμύδα appellans id indumentum ad lib. I. ὑs. 763. quod ad ὑs. 721. dixerat χλανίδα. Nec refragatur Heſychius: Χλαῖνα, inquit, χλαμὺς, ἢ ἱμάτιον χειμερινὸν &c. Χλαμὺς, χλαῖνα Ita enim recte emendant docti homines. Reſtituenda eadem vox in fragmento pereleganti Hipponactis apud Tzetzen in Lycophronem: Ἐμοὶ γὰρ, inquit, οὔτε χωλαίναν δασεῖαν ἐν χειμῶνι φάρμακον ῥίγες, οὔτ' ἀσκέρασι τοὺς πόδας δασείῃσιν ἔκρυψας, ὡς μίμοι χίμετλα γίγνηται. Multipliciter corruptum hoc λείψανον. Corrige, & diſtingue, ut Iambos eſſe Scazontes appareat: Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔδωκας οὐδέπω χλαῖναν Δασεῖαν ἐν χειμῶνι Φάρμακον ῥίγους, Οὔτ' ἀσκέραισι τοὺς πόδας δασείῃσιν Ἔκρυψας, ὡς μήμοι χίμετλα γίγνηται. Ceterum in hac Batti fabula apud Antoninum dicitur Mercurius egiſſe furtivum armentum διάτε Πελάσγων, καὶ δὶ Ἀχαίας τῆς Φθιώτιδος, καὶ διὰ Λοκρίδος, καὶ Βοιωτίας, καὶ Μεγαρίδος. Vertit Xylander: *Per Pelaſgos, Achaïam, Phthiotidem* &c. Quaerit heic vir doctiſſimus, quem ſenſum conficere iſta poſſint, καὶ δὶ Ἀχαΐας τῆς Φθιώτιδος. *An Achaïa fuerit urbs vel locus Phthiotidis? Malle ſe conjunctionem* καὶ *inſerere*, ut ſit καὶ δὶ Ἀχαΐας, καὶ τῆς Φθιώτιδος. At locus non emendatione indiget, ſed explanatione. Ut duplices fuere Achaei, Phthiotici & Peloponnenſes, ita duplex etiam Achaïa, Phthiotidis alia, alia Peloponneſi. Achaeos fuiſſe in Theſſalia, cujus Phthiotis pars, operoſe oſtendit Salmaſ. in de linguâ Helleniſticâ pag. 288. & ſeq. Achaïa Phthiotidis eſt illa, de quâ Apollon. Scholiaſtes ad Argon. lib. I. vers. 178. Ἀχαΐας δὲ μέρος τῆς Θεσσαλίας, ἧς ἡ Πελλήνη. Munk.

[m] *At ille.*] *At ille pretio audito, cum ſecundum montem quo paſcerent, oſtendiſſet* Colon.

[n] *Pylum.*] Sic repoſui, cum *Pylium* in MS. Venetâ, & Micyllianâ invenirem. Perperam etiam *Pylion* Giſelinus. Terminatione Latina uſus eſt, ut fab. 7. lib. I. ubi *Pelium montem* habes, qui Πήλιον Graecis eſt. Heſych. Πήλιον ὄρος, ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ Πήλιον. Diſtinguo & reſcribo: Πήλιον, ὄρος ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ πόλις. Vide Stephanum. Munck. *Pylium* omnes editi editi praeter Raener. qui *Pylon. Quis a. e. index dicitur.* Colon.

676. *Phyllirius heros.*] In uno Vat. *Phullurius.* Quod natum eſt, quia υ Graecam litteram nonnulli Latinè reddiderunt *u.* ut *Sulla, Purrhus,* & *Phruges.* Poſtea vero pronunciatum & exaratum eſt *Sylla, Pyrrhus* & *Phryges.* Noſtra tamen hac tempeſtate homines eruditi proferunt ac ſcribunt *Sulla.* De hoc M. Tullius in Oratore. In uno meo legitur, *Philireius.* Conſtantius Fanenſis, vir ſanè doctus & induſtrius, corrigendum putabat, *Philyreius.* Ciof. Recte Conſtantius. & ita v. Faſt. 391. ubi vid.

677. *Nam nec reſcindere magni.*] Alii, *jam nec,* vel, *nec jam.* quatuor, *ſed nec.* quod arridet. Heins.

679. *Meſſeniaque arva colebas.*] In uno Vatic. & Caeleſt. *Meſſanâque rura.* Ciofanus. Francof. quoque, Regius, & optimus quiſque codex, *Meſſanaque*, vel *Meſſaniaque arva colebas.* & ita puto recte ubique legi. ita & lib. VI. 417. ex MSS. *Meſſaneque ferax.* & lib. XIV. 17.

Litore in Italico, Meſſania moenia contra.

Manil. III. 13. ex optimis libris:

Non annoſa canam Meſſanae bella nocentis.

& ita ſcribi debere docet nomen alterius urbis in Sicilia, *Meſſanae*, quae hujus fuit colonia, cujus

Texit; onuſque fuit baculum ſilveſtre ſiniſtrae;
Alterius, diſpar ſeptenis fiſtula cannis.
Dumque amor eſt curae, dum te tua fiſtula mulcet,
Incuſtoditae Pylios memorantur in agros

685 Pro-

ſemper in nummis ita ſcribitur ΜΕΣΣΑΝΩΝ vel ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ. ut ex Goltzio & aliis maniſeſtum eſt. v. Cluver Sicil. Antiq. 1. cap. 6. ſed ſupereſt nodus in hoc loco, qua ratione hic Apollo dicatur in Elide & agro Meſſanio paviſſe boves, cum alii Mythographi fere uno ore dicant, in Theſſalia ad urbem Pheras cum Admeti boves vel equos paviſſe. Farnabius hic haerens, legit, *Magneſiaque arva.* quod & conjunctiſſimo mihi olim collegae, viro Doctiſſimo, Relando placebat, qui ideo pro *Elin* legebat quoque, *Othryn Magneſiaque arva*, quia *Otri* in codice ſuo reperierat, quem eundem credo eſſe, quem Heinſius Menardi dono olim habuit, ex quo illam lectionem notaverat. ſed *Elin* conſtanter omnes retinent reliqui codices, & ſolet illa cum *Meſſana* fere conjungi. ita Noſt. lib. XII. 549.

Ille tuus Genitor Meſſania moenia quondam
Stravit, & immeritas urbes, Elinque Pylonque.

Livius lib. XXXVI. 31. *etenim duae civitates Meſſane & Elis extra concilium Achaicum erant.* & cum Pylo, cujus & hic mox mentio fit, Statius 1. Achil. 422. jungit,

Murorum tormenta Pylos, Meſſanaque tradunt.

Praeterea ſi *Othryn* & *Magneſia arva* legas, non video qui abfuiſſe Apollo tunc dici queat, cum Chiron in Theſſalia, ubi haec loca ſunt, habitaverit, neque mox cum Pyliis agris quidquam Othrys & Magneſia confinii habeant. quare puto hic Ovidium diſcedere, ut ſaepe ſolet, ab aliis Mythologis, qui hoc in Theſſalia accidiſſe referunt. quae confuſio forte inde nata, quia plurima urbium & fluminum nomina eadem fuere in Peloponneſo & Theſſalia, quia Pelaſgi ex Theſſalia Peloponneſum concedentes, ibi nomina patriae ſuae quoque celebrarunt, ut multis hoc probavit Salmaſius de Helleniſt. pag. 307. 316. & ſeq. ſic prope urbem Meſſanam erat fluvius Pamiſus, ut notum, cujus nomen corruptum apud Schol. Statii lib. IV. Theb. Theb. 179, ad haec verba:

Planaque Meſſane, montanaque nutrit Ithone.

ita enim MSS. Behotii, non *Meſſena. Meſſena civitas prope Pylum, quam admiſſus amnis interfluit.* ubi recte Barthius, *Pamiſus.* Heinſius notaverat ſibi *Amphryſus* legendum videri, unde *Paſtor ab Amphryſo* Virgilio Apollo. & ita Regius ad hunc locum legiſſe videtur, & ex illo Scholiaſte ſua hauſiſſe. ſed an Amphryſus quoque in Meſſanio agro fuerit dubito. de Pamiſo certum eſt. jam vero Pamiſus alter erat in Theſſalia: nam Herodotus lib. VII. 129. inter Theſſaliae fluvios eum quoque recenſet, ut & Plinius lib. VIII. 8. ſic & *Enipeus* inter Theſſaliae & Peloponneſi fluvios numeratur, de quo ad lib. 1. Met. 579. *Meſſiis* quoque fons a Plinio & Strabone lib. VIII. p. 432. in Theſſalia ponitur, ejus vero nominis alium fuiſſe in Peloponneſo videtur Valer. Flac. lib. IV. 374. ſtatuere, qui cum Amymone conjungit:

Flevit Amymone, flerunt Meſſeides undae.

ut ibi legunt optimi codices, ubi alii *Meſſenides.* ſed legendum eſſe *Meſſeides* oſtendit alter fons *Hyperia*, quae a Strabone Meſſeidi jungitur. ſed de his omnibus amplius cogitandum arbitror. in codice quoque Juniano hic erat, *Elin Melaniaque arva.* quod Heinſius notaverat & ferri poſſe, ſi de Mela Peloponneſi fluvio, a Callimacho & Dionyſio Periegete memorato, caperetur. ſed puto *Melania* corruptum eſſe pro *Meſſania.* Melas enim ille a Callimacho Hym. Jov. 23. memoratus in Arcadia fuit. vide Dionyſ. Πϵ. 416. ſic & *Ithome* in Theſſalia & ibidem in Meſſeniaca regione Strabo lib. IX. pag. 437. *Lariſſa* in Peloponneſo arx Argivorum, idem pag. 440. *Oechalia* in Theſſalia & Arcadia, eidem pag. 438. & ita forte ſolvi poſſet ille nodus de *Phocaico Erymantho* ſupra verſ. 244. ut fuerit & in Peloponneſo, & in Phocide Theſſaliae vicina fluvius geminus. Praeterea Batti, qui in *illo rure* notus mox dicitur, ſedes oſtendit hic non agi de Theſſalia. ille enim prope Maenalum, quo abegit boves Mercurius, habitabat. ut Anton. Liberalis cap. 23. narrat. licet ille boves ex Theſſalia abductas, & per immenſa ſpatia a Mercurio actas dicat, minus veroſimiliter. Nelei etiam mentio poſtea facta oſtendit hic rem in Peloponneſo agi. BURMANN.

680. *Illud erat &c.*] Nam Apollo cum Cyclopes, ſive illorum filios, ut quidam volunt, interfeciſſet, eo quod Jovi fulmen contra Aeſculapium ſuppeditaſſent, à Jove damnatus, & in terram relegatus fuit; ubi per annum Admeti regis Theſſaliae armenta pavit. Cujus rei & Callimachus meminit his verſibus in Apoll. 47.

Φοῖβον καὶ Νόμιον κικλήσκομεν, ἐξ ἔτι κείνου
Ἐξότ' ἐπ Ἀμφρύσῳ ζευγνυτίδας ἔτρεφεν ἵππους
Ἠϐέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο.

De qua re plura in Commentar. Euripidis in Alceſtim. CIOFAN.

681. *Onuſque fuit baculus ſilveſtris olivae.*] Sic in pluribus antiquis exemplaribus, ac ſi hoc modo legatur; ob id, quod alterius dixit, intelligendum, unius manus onus fuiſſe baculum, alterius fiſtulam. ſed & in veteribus quibuſdam, *onus dextrae baculus ſilveſtris olivae.* quae ſi probetur lectio, verbum *fuit* ſubintelligendum eſt: quod ſae-

pius

685 Proceſſiſſe boves. videt has Atlantide Majà
Natus; & arte ſuà ſilvis occultat abactas.
Senſerat hoc furtum nemo, niſi notus in illo
Rure ſenex. Battum vicinia tota vocabant.

Divi-

pius a Poëtis praetermittitur. nonnulli malunt legere, *alterius diſpar e ſeptem fiſtula cannis.* ut id dicat Ovidius: nunc baculum ſolitum ferre Apollinem, nunc fiſtulam. Naugerius. Ita uſque huc lectum eſt. lib. v. o. quibus uſus ſum, habent, *Onuſque fuit baculus ſilveſtris olivae.* Quo fit, ut illud *dextrae* gloſſema putem, quod poſtea irrepſit in verſum. Ciof. *Baculum ſilveſtre ſiniſtrae* Florentinus S. Marci, & ſecundus Palatinus, quod & Politianus in ora codicis ſui ex veteri libro notatat, teſte Carolo Viviano. & ego in excerptis optimi codicis Leodicenſis inveni. neque aliam lectionem ſenſus admittit. hinc fit, ut in nonnullis exemplaribus minus caſtigatis ab interpolatrici manu ſcriptum occurrat, *onuſque fuit dextrae ſilveſtris oliva.* vel, *onus dextrae baculus ſilveſtris olivae.* in nonnullis codicibus eraſa vetus eſt ſcriptura. Vulgatam certe lectionem ſi tuemur, non eſt cui reſpondeat Τὸ *alterius.* quod de dextrâ intelligendum. quamquam & Apollonius Rhodius Amyco Bebrycio baculum ſilveſtris olivae aſſignat Argonaut. ſecundo:

Κάλαυροπατε τὲ ἀχΐαν
Καββάλε τὴν φορέεσκεν ὀριτρέφεος κοτίνοιο.

Tam *baculum* quam *baculus* dicebatur vetuſtis ſcriptoribus. ſed *baculum* genere neutro malebant efferre. Feſtus: *Agolum, paſtorale baculum, quo, pecudes aguntur.* infra hoc ipſo libro 790. idem optimus Florentinus S. Marci, quo vetuſtiorem non vidi:

—— *Baculumque capit, quod ſpinea totum*
Vincula cingebant.

ubi *quem* in vulgatis. lib. xv. 655. de Aeſculapio:

—— *Baculumque tenens agreſte ſiniſtrâ.*

quod mire confirmat noſtram lectionem. Silius lib. xiii. 334.

Paſtorale Deo baculum, pelliſque ſiniſtrum
Velat grata latus tenerae de corpore damae.

Nec dubito, quin libro primo Faſt. 177. pari modo ſit ſcribendum:

Tum deus incumbens baculo, quod dextra gerebat.

etſi manu exarati codices pro vulgata ſtant. hinc *bacillum* quoque neutro genere apud Ciceronem frequenter occurrit, quomodo Lucilius, *majus bacillum quam malus navis corbitae maximus. ulvae bacillum,* etiam Afranio. Heinsius. Ita & Florus iv. ii. *aureum in manu baculum.*

682. *Diſpar ſeptenis fiſtula cannis.*] Virg. Eclog a ii.

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula.

Ciofanus. Vetuſtiores, *e ſeptem fiſtula cannis.* opinor tamen ab ipſa Naſonis manu eſſe, *Septenâ fiſtula cannâ.* hoc eſt fiſtula ſeptem cannarum. Calpurnius Eclog. v.

Irrita ſeptenâ modularer ſibila canna.

& Lucanus viii. 445. *ſepteno gurgite Nilus.* Priſcianus Periegeſi ex vetuſto codice,

Hic ſunt ſeptenae mediis in finibus urbes.

vulgati. *hic ſunt & ſeptem.* Heinsius.

668. *Amor eſt curae.*] Amaſſe Hymenaeum filium Argi & Perimeles, Admeti filiae, narrat ex Nicandro & aliis Anton. Liberalis cap. xxiii. ubi hanc fabulam late narrat, in quibuſdam a noſtro diſſentiens. alii vero, quas longo ordine recenſet Broukh. ad Tibul. ii. Eleg. iii. 11. ipſius Admeti amore caluiſſe tradunt. Farnabius hic, & ad Senecae Hippol. 298. Admeti filiam amaſſe tradit: quo auctore neſcio. certe Seneca id non dicit. Burmannus.

685. *Proceſſiſſe.*] *Deceſſiſſe* Urbinas.

685. *Atlantide Maja Natus.*] *Atlantide matre* prior Regius, opt. Thuan. Bernegger. Cantabrig. & primus Gronovii. ut Τὸ *Maja* ex Gloſſemate irrepſerit. Heinsius.

687. *Hoc furtum.*] Hujus furti meminit & Homerus in Hymno Mercurii, qui ab infante adhuc admiſſum canit, ut & Lucianus in Dialogis Deorum. quare apud Horatium lib. i. od. 10. *puerum* proprie poſſemus capere, non pro ſervo, ut Crucquius & alii fecerunt. Hymnum vero illum ex Alcaeo expreſſiſſe docet Porphyrio. Alcaei vero hymnum memorat Pauſanias lib. vii. cap. 20. Burm.

687. *Niſi natus in illo Rure ſenex.*] Tum in lib. Vatic. tum in aliis o. eſt non *Natus*, ſed *Notus* per o. Omnino rectius. Ciofanus. Libri veteres, *notus.* recte. nam *natus* praeceſſerat. Heins.

688. *Battum.*] In Ibide, 586.

Et laeſus lingua Battus ab ipſa ſua. Ciofan. Battum ſuum ſine dubio Poëtae veteres ab Hebraeorum בַּטָּא, unde בָּטָא, fecerunt. Quod aliquoties in libris Hebraeorum Sacris. ita apud Euangeliſtam βαττολογεῖν habes. Dan. Heinsius.

688. *Vicinia tota vocabat.*] Alii, *vicina hunc rura vocabant*, vel, *vicinia rura vocabant.* Florentinus S. Marci, *vicinaque tota vocabant.* Codex Urbinas, quartus Palat. & decem alii, *vicinia tota vocabant.* optime. Vide omnino Notas lib. iii. Faſt. vers. 189. & quae Remed. Amor. obſervamus vers. 164. Virgil. Georg. lib. ii. 89.

Non eadem arboribus pendent vindemia noſtris.

Ita longe vetuſtiſſimus Mediceus liber. ſic apud Phaedrum iii. 10. *concurſant familia.* quod perperam mutavit Rigaltius. Auſonius Periocha Iliad. iii.

Divitis hic ſaltus herboſaque paſcua Nelei,
Nobiliumque greges cuſtos ſervabat equarum.
Hunc timuit, blandâque manu ſeduxit: &, Eia,
Quisquis es, hoſpes, ait, ſi forte armenta requiret
Haec aliquis, vidiſſe nega. neu gratia facto
Nulla rependatur; nitidam cape praemia vaccam.
Et dedit. acceptà voces has reddidit hoſpes:
Tutus eas. lapis iſte prius tua furta loquatur.
Et lapidem oſtendit. ſimulat Jove natus abire.
Mox redit: &, verſâ pariter cum voce figurâ,
Ruſtice, vidiſti ſi quas hoc limite, dixit,
Ire boves, fer opem, furtoque ſilentia deme.
Juncta ſuo pretium dabitur tibi femina tauro.
At ſenior, poſtquam merces geminata, Sub illis
Montibus, inquit, erunt. & erant ſub montibus illis.

Riſit

Argivos ſua quemque acies in bella ſequuntur. Conſule doctiſſimum Gronovium de Pecunia veteri lib. II. cap. 4. HEINSIUS.

691. *Hunc timuit; blandaque manu ſeduxit, & illi, Quiſquis es, hoſpes ait.*] *Hunc* & *illi* male cohaerent, cum de eodem Batto agatur. Quare cenſeo reponendam vocem ſaepe alibi corruptam, *& eia, Quiſquis es, hoſpes, ait.* quam conjecturam confirmat, quod praeceſſerat, *blandâque manu ſeduxit.* certe unus Mediceus, *ſe ducit & ait.* Adi Notas lib. I. vers. 591. Horat. Sat. I. lib. I.

——— *Eia*
Quid ſtatis? nolunt. atqui licet eſſe beatis.

& lib. II. Sat. VI.

——— *Eia.*
Ne prior officio quiſquam reſpondeat, urge. HEINS. Ita & Heinſius *eia* repoſuit libr. VI. 640. ſed ex veſtigiis Medicei melius legeretur forte, *& At tu.* lib. I. 678.

At tu
Quiſquis es, hoc poteras mecum conſidere ſaxo
Argus ait. Ubi vide. in Leidenſi erat, *at illi.* BURMANNUS.

692. *Requiret.*] *Requirat* Leid. & Voſſ. ut paſſim *forte* & *fortaſſe* ſubjunctivo jungit Noſter.

696. *Loquetur.*] *Loquatur* rectius nonnulli codices. HEINSIUS.

701. *Juncta ſuo pariter dabitur tibi foemina tauro.*] *Pretium dabitur tibi foemina* optimus Thuaneus. recte. ſupra dixerat ſimili locutione, *nitidam cape praemia vaccam.* Plenus eſt horum Noſter. Ep. XVI. 261.

Di facerent, pretium magni certaminis eſſes. XVII. 122.

Judicii pretium qua data dicar ego. Adi, quae notamus Epiſt. VI. vers. 146. HEINS. Gruter. ad Liv. V. 21. ex codice melioris notae legit, *juncta ſuo pariter dabitur ſua foemina tauro.* & dictum vult, ut Horatio Ep. XII.

Ne foret aequales inter conviva, magis quem
Deligeret mulier ſua, quam te.

703. *Montibus, inquit, eunt, & eunt ſub montibus illis.*] Hac repetitione, & in verbis Batti & Mercurii reſponſione *βαττολογίᾳ* ſignificatur. GLAREAN. *Erant* utroque loco libri veteres. niſi quod Florentinus S. Marci, Neapolitanus, primus Vatic. ſecundus Palat. & quatuor alii, *Montibus, inquit, erunt, & erant.* veriſſime. quomodo in Obſervationibus lib. IV. cap. 4. jam vidit reſtituendum ſagaciſſimus Gronovius Noſter. Qui opinantur hic alludere Naſonem ad nomen *Batti*, quomodo Ariſtoteles ille Cyrenarum conditor cognomento *Battus* dicebatur, quod *τραυλὸς*, & *Βατταρίζων*, & *Βαττόλογος* eſſet, non perſuadent; & eunt in contraria omnia membranae. HEINSIUS.

704. *Me mihi.*] Repetitio ejuſdem dicti irato conveniens. REGIUS. Imo eam, quam *battologiam* vocant, exprimere voluit, qua eadem ſubinde iterantur inani loquacitate, unde & verbum *Βαττολογεῖν*, cujus & Eraſmus meminit in proverbiis. MICYLL. Non puto. ſed eâdem hic argutiâ luxuriat Ovidius, qua & lib. VI. 365.

Quid me mihi detrahis? inquit. BURM.

706. *In durum ſilicem.*] Hunc Graeci *βάσανον* vocant, Plinius *coticulam.* Alii etiam *Lydium lapidem*, & *Heracleum*, à loco, ubi plurimus reperitur. Ut & Eraſmus docet in proverbiis, qui ipſe quoque eandem cum Regio ſententiam tenet, vi-

de-

Risit Atlantiades: &, Me mihi, perfide, prodis?
Me mihi prodis? ait. perjuraque pectora vertit
In durum silicem; qui nunc quoque dicitur Index:
Inque nihil merito vetus est infamia saxo.

Fab. XII. Argumentum.

[a] Aglaurus in Lapidem.

Athenis virgines per sollemne [b] *sacrificium canistris Minervae ferunt* [c] *pigmenta: inter quas à Mercurio* [d] *eminens specie conspecta est Herse Cecropis filia. Itaque* [e] *aggressus est sororem ejus Aglauron,* [f] *precatusque, ut se Herſae sorori suae jungeret. At illa cum pro ministerio aurum eum* [g] *popoſciſſet, Minerva graviter offensa est avaritia ejus,* [h] *ob quam ciſtulam etiam traditam ſororibus ejus custodiendam adversus suum praedictum* [i] *aperuiſſet: Invidiae noviſſime imperavit,* [k] *eam ſororis Herſes exacerbare* [l] *fortunio, diuque* [m] *excruciatam* [n] *in ſaxum mutavit.*

Hinc se sustulerat paribus caducifer alis;
Munychioſque volans agros, gratamque Minervae
Despectabat humum, cultique arbusta Lycei.

Illà

delicet ut Battum pastorem in hunc lapidem transformatum dicat. Sed tamen Lactantius in Argumento fabulae, videtur de alio, quam de Lydio aut Heracleo intelligere. Et ipse Ovidius, saxum *immeritum* vocat, quod haud puto facturus erat, si de coticula intelligi voluisset. Nam quomodo immerita dici debet, quae suo indicio etiam hodie prodit auri discrimina? Sed hoc viderint alii. Micyllus. *Index*, lapis est, quo utimur ad aurum, atque ad alia metalla probanda, quem lingua Itala appellamus *Paragone*. Hujus lapidis mentionem facit Bachyllides, qui *Lydium lapidem* eum vocat. Ejus verba sunt: Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει χρυσόν. Ciofan.

[a] *Aglaurus.*] *Aglaurus Cecropis filia in lapidem.* Parmens.

[b] *Sacrificium.*] *Sacrificium Minervae in caniſtris. ſ. p.* Colon.

[c] *Pigmenta.*] Vide quae de hac voce congessi ad Fulgent. lib. III. cap. 8. Munck.

[d] *Eminens ſpecie.*] Omissa haec a Raenerio.

[e] *Aggreſſus est.*] *Est* deest Parmensi.

[f] *Precatuſque.*] *Precatuſque eam* Colon.

[g] *Popoſciſſet.*] *Sibi popoſciſſet* Colon.

[h] *Ob quam ciſtulam etiam* &c.] Sic cum Giselino & Veneta. Nec variat MS. Micyllus tamen, *& quod ciſtula* &c. Raenerius heic solitâ suâ usus audaciâ est. Muncker. *Ob quam quod ciſtulam* Lugd. *Minerva graviter offenſa eſt, cum ob ciſtulam, quam ei, ſororibuſque ejus cuſtodiendam tradiderat, quam adv. ſ. pr. aperuerat, tum ob avaritiam.* Raener. *& ob id quod ciſtellam, quam tradidit ſ. e. cuſtodiendam, aperuiſſet* Colon.

[i] *Aperuiſſet.*] *Aperuiſſe* Lugd. *cum aperuiſſet.* Heinsius.

[k] *Eam ſororis Herſes.*] Haec Giselini est lectio. Micyllus dedit, *& eam ſororis Herſae ſucceſſibus exacerbavit.* Veneta, *& eam ſorori Herſae exacerbavit.* MS. *eam ſorori Herſae exacerbavit.* Putes scripsisse, *Imperavit, eam ſorori Herſae exacerbaret.* Sulpic. Sever. Hist. Sac. lib. I. *Imperavit, uxorem quaereret.* Lactantius ipse infra lib. VII. fab. 4. *Impulit eas, parentem interficerent.* Verum sententia flagitat, *Imperavit eam, ſororis Herſae ſucceſſibus exacerbaret.* Muncker. Ut Veneta, ita & Parmens. & Lugd. *Ei igitur invidiam immiſit, qua diu cruciata eſt, Mercurioque repugnavit, ne amata potiretur, in ſaxum tandem ab eo mutata eſt.* Raener. *imperavit, & eam ſororum ſuarum ſucceſſibus maceratam diuque cruciatam mutavit in ſaxum.* Colon. unde legi posset, *invidiae imperavit, ut eam ſororis ſuae ſucceſſibus maceratam, diu cruciaret. Mercurius in ſaxum mutavit.*

[l] *Fortunio.*] Ne quis librarii erratum esse existimet, adsero ita esse in C. V. pro quo alii substituunt, *ſucceſſibus.* alii haec omnia omittunt. videtur efformasse hoc ad modum τοῦ *infortunium.* Giselinus.

[m] *Excruciatam.*] *Cruciatam* Parmens. Lugd. Micyll. Giselin. Heins.

[n] *In ſaxum.*] *Saxo mutavit* Parmens. Lugd. Micyll.

709. *Munychioſque volans agros gratamque Minervae Deſpectabat humum, cultique arbuſta Lycaei.*] De Lyceo Arcadiae celeberrimo hoc in loco sentire bene non potes: loquitur enim Poëta de locis Attico solo accumbentibus. de Gymnasio igitur prope Athenas malumus intelligere, cujus Cicero, Gellius & Diogenes mentionem faciunt. jucundissimus enim secessus fuit, ubi ambulans

Ari-

Illâ forte die caſtae de more puellae
Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces
Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.
Inde revertentes Deus adſpicit ales: iterque
Non agit in rectum, ſed in orbem curvat eumdem.
Ut volucris viſis rapidiſſima milüus extis,
Dum timet, & denſi circumſtant ſacra miniſtri,
Flectitur in gyrum; nec longius audet abire:
Spemque ſuam motis avidus circumvolat alis.
Sic ſuper Actaeas agilis Cyllenius arces
Inclinat curſus: & eaſdem circinat auras.
Quanto ſplendidior, quam cetera ſidera, fulget
Lucifer; & quanto te, Lucifer, aurea Phoebe;
Tanto virginibus praeſtantior omnibus Herſe
Ibat: eratque decus pompae, comitumque ſuarum.
Obſtupuit formâ Jove natus: & aethere pendens

Non

Ariſtoteles diſputabat. Strabo etiam prope Athenas Lyceum ponit, Academiam & Philoſophorum hortos, appellatumque autumat a Lyco, Pandionis filio, a quo Lycii quoque in Aſia denominati fuere. Jacobus a Cruce. *Monychioſque*, vel *Monochioſque*, vel *Monichioſque* quidam codices, ita apud Stat. II. Theb. 252. in codice Anglicano veterrimo:

Pallada Monichiis cui non Argiva per urbes
Poſthabita eſt Lariſſa jugis.

ubi & Scholiaſtes, *Monichiam.* & ex quo loco apud Propertium lib. II. Eleg. II. 59. legendum:

Aut cum Munichias Pallas ſpatiatur ad aras.

male, *Dulichias* editur: apud eundem Statium lib. XII. 616. ex eodem codice:

Monichia & trepidis ſtabilem Pyraeea nautis.

& lib. V. Silv. III. 107.

Quo non Monichiae quidquam praeſtantius arces. Heinsius.

709. *Volans.*] *Legens* excerpta Langermanni.

710. *Deſpiciebat humum.*] In ambob. Caeleſt. Statii & Maffei, *Deſpectabat.* quod non diſplicet. Ciofanus. Vid. Parrhaſ. ad Claudian. II. de Rapt. 18.

711. *Illâ fortè die caſtae de more puellae Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.*] Sic prope lib. III. Amor. Eleg. 12. De Junonis feſto:

More patrum ſanctae velatae veſtibus albis
Tradita ſuppoſito vertice ſacra ferunt. Idem.

713. *Pura coronatis &c.*] Ita aperte legitur in utroque meo, & in quibuſdam aliis: — *Coronatis caniſtris:* hoc eſt, ad marginem uſque plenis. Idem. Alii, *Thura*, perperam. ut &, *Plura* nonnulli &, *Pulchra. Tecta* Conſtantius Fanenſis ex vetere codice. alter codicum Rogerii Twiſdenii, *Septa.* eleganter. ſic lib. IV. 773. ex veteri codice:

Eſſe locum ſolidae ſeptum munimine molis.

hinc *ſepes portarum* pro ſepto. Triſt. I. Eleg. I. vſ. 81. Adi illic notas. ſic *claſſem aggeribus ſeptam*, & *feram venantum corona ſeptam*, & *ſeptam armis Didonem*, & *feram pennae formidine ſeptam* Virgilius dixit. eidem Aeneas *nube ſeptus*, & *aëre ſeptus* Jaſon Valerio Flacco, & *ſeptus in arcto leo* eidem Flacco. Heinsius.

716. *Ut volucris viſis rapidiſſima milvius extis.*] In uno Cael. & Urſ. *Ut volucris viſis extis rapidiſſima milvus.* Fortaſſe rectius. In lib. Briantii emendatum, *milüus extis.* quam lectionem agnoſcit Gifanius. *Milüus* etiam legendum lib. II. Amorum, Eleg. 6. *Vivit edax vultur, ducitque per aëra gyros Milüus.* In Ernaldi perſpicuè eſt, *Milüus extis.* — *Extis:* Species pro genere. Exta autem, ut ait Feſtus Pompejus, dicta, quod ea diis proſecentur, quae maximè exſtant, atque eminent. Hanc Feſti etymologiam veriſſimam eſſe docet ipſe Ovidius lib. XII. 152. ubi exta proſecta vocat: *Cujus ut impoſuit proſecta calentibus aris.* & Suetonius in Octavio cap. I. *Semicruda exta rapta foco proſecuit.* Ciofanus. *Milüus* meliores. jam dictum Amor. II. Eleg. VI. 34. Heins.

717. *Circumſtant.*] *Circumdant* Neapolitanus. mox *circumſonat* Sixi codex.

723. *Quanto, quam Lucifer, aurea Phoebe.*] *Quanto te, Lucifer*, Bernegger. prior Regius, & duo Medicei. placet. Heins.

726. *Obſtupuit formâ.*] *Formae* Baſileenſis.

737. *Balearica funda.*] *Balearia* primus Vatic. Urbin. Neapol. aliique plurimi. quomodo & codices variant lib. IV. vers. 709. Apud Statium Achil-

Non ſecus exarſit, quam cum balearica plumbum
Funda jacit. volat illud, & incandeſcit eundo,
Et quos non habuit, ſub nubibus invenit, ignes.
Vertit iter; coeloque petit diverſa relicto:
Nec ſe diſſimulat: tanta eſt fiducia formae.
Quae quamquam juſta eſt; curâ tamen adjuvat illam:
Permulcetque comas, chlamydemque, ut pendeat apte,
Collocat: ut limbus, totumque adpareat aurum:
Ut teres in dextrâ, quâ ſomnos ducit & arcet,
Virga ſit: ut terſis niteant talaria plantis.
Pars ſecreta domûs ebore & teſtudine cultos
Tres habuit thalamos, quorum tu, Pandroſo, dextrum,
Aglauros laevum, medium poſſederat Herſe.
Quae tenuit laevum venientem prima notavit
Mercurium: nomenque Dei ſcitarier auſa eſt,
Et cauſſam adventûs. cui ſic reſpondit Atlantis

Pleïo-

chilleïdos II. 420. in vetuſtis codicibus:

—— Flexae Balearius actor habenae.
Quo ſuſpenſa trahens vibraret vulnera tortu.

Paulo ante apud eundem Statium ſcribendum,

—— Didici quo Paeones arma rotatu,
Quo Celtae ſua gaeſa citent.

ſcripti plerique, *Magetae*, unde *Macetae* factum. ſed *gaeſa* telum Gallicum. Heins.

729. *Sub nubibus.*] Imitatus hunc locum Statius XII. Theb. 660.

Et mediis ardent in nubibus haſtae.

& lib. X. 528.

Arſuras coeli per inania glandes.

Noſter lib. XIV. 821.

Ceu lata plumbea funda
Miſſa ſolet medio glans intabeſcere coelo.

730. *Vertit iter.*] *Flectit* Palatinus unus, & unus Gronovii. parum referre puto. Livius lib. XXVI. 25. *In Pelagoniam eadem celeritate vertit iter.* vide ſupr. ad Ys. 21. & IV. ex Pont. VI. 46. pro *diverſa, terrena* unus Palatinus & ſex alii. quod non ſatis Latinum credebat Heinſius. unus vero Moreti, *devexa*, ut lib. VIII. 330. *devexaque proſpicit arva.* vid. & VI. 697. ſed vulgatam confirmat ſimilis locus lib. III. 649. Burmannus.

732. *Juſta eſt.*] In uno Vaticano, *pulchra eſt.* Ciofanus. Nihil muta, ſic *juſta ſtatura* Suet. Neron. 51. Galb. 21. & ſimilia paſſim.

732. *Curâ tamen.*] *Cultus tamen adjuvat* ſec. Palat. eadem diverſitas lib. III. ex Pont. I. 142. vid. ad I. Amor. VIII. 32.

733. *Permulcetque.*] Urbinas, *promulcetque. Comam* etiam Gronovianus. vid. lib. IV. 7. & alibi.

734. *Totumque.*] *Textumque* Regius.

735. *Et arcet.*] In uno Caeleſt. *aufert.* Ciofan. *Somnos mulcet & arcet* Bononienſ. & Mediceus. *ſomnum indicat* Baſil. *& aufert* etiam unus Mediceus.

737. *Ebore & teſtudine cultos.*] Ex praeſtantioribus nonnulli, *comtos.* ſic *comti ebore ac vitro bibliothecae parietes* Boëtio lib. I. Conſol. Philoſ. Vulgata tamen lectio non eſt temere ſollicitanda. Statius Theb. VI. 497.

Innumera formidine cultum
Tollit in aſtra nefas.

ubi agit de Gorgoneo capite. de thalamis autem ebore cultis referendum ad laquearia. Apulej. Met. V. *ſumma laquearia citro & ebore curioſe cavata ſubeunt aureae columnae*, ubi ebori citrum addidit, quomodo Noſter teſtudinem. ebur quoque & citrum idem Apulejus conjunxit libro II. *opipares citro & ebore nitentes lecti, aureis reſtibus intexti.* ita enim membranae Florentinae, & Bertin. & prima editio, quod perperam in *opipares cibi* mutarunt, cum de ferculis copioſis mox agatur. lib. XI. *carina citro limpido perpolita.* Martial. lib. IX. Epiſt. 60.

Et teſtudineum menſus quater hexaclinon
Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo.

Reddenda ea vox quoque Sidonio Apollinari Narbone:

Non te foſſa patens, nec hiſpidarum
Objectu ſudium coronat agger,
Non te marmora Bracteam citrumque,
Non teſtudinis Indicae nitorem,
Non ſi quas eboris trabes, refractis
Roſtris Marmarici dedere Barri,
Figis moenibus, aureaſque portas
Exornas Aſaroticis lapillis.

Male *vitrum* illic circumfertur. etiam in loco Boëthii, *comti ebore ac citro bibliothecae parietes*,

Pleïoneſque nepos: Ego ſum, qui juſſa per auras
Verba patris porto. pater eſt mihi Juppiter ipſe:
Nec fingam cauſſas. tu tantum fida ſorori
Eſſe velis, proliſque meae matertera dici.
Herſe cauſſa viae. faveas oramus amanti.
Adſpicit hunc oculis isdem, quibus abdita nuper
Viderat Aglauros flavae ſecreta Minervae:
Proque miniſterio magni ſibi ponderis aurum
Poſtulat. interea tectis excedere cogit.
Vertit ad hanc torvi Dea bellica luminis orbem,
Et tanto penitus traxit ſuſpiria motu,
Ut pariter pectus, poſitamque in pectore forti
Aegida concuteret. ſubit, hanc arcana profanâ
Detexiſſe manu tum, cum ſine matre creatam
Lemnicolae ſtirpem contra data foedera vidit:
Et gratamque Deo fore jam, gratamque ſorori:

Et

quamquam minime me latet Plinium Nat. Hiſt. xxxvi. teſtari *obſidianum vitrum* parietibus adhiberi ſolitum fuiſſe. Heinsius. *Cultos* non eſſe mutandum facile videbit, qui legerit ex, quae ad Petron. cap. xxii. ipſe Heinſius notavit.

744. *Pleïoneſque nepos.*] *Genus* unus Gronov. duo Medicei, Genevenſes, Moreti et Palatinus unus. eleganter, & *nepos* Gloſſatoris eſt admiſſum. ſic lib. iii. Amor. Eleg. vi. 54.

Ilia, ab Idaeo Laomedonte genus

Catul. lxii. *Uraniae genus* Hymenaeus dicitur pro filio, ubi vid. Ach. Stat. Juſtin. xvii. 3. *Beroë, quae & ipſa genus Aeacidarum erat.* vide Muncker. ad Anton. Liber. cap. xxii. qui & Graecos ita loqui docet. forte ſuppoſuere *nepos*, qui metuebant metro. ſed & ita ultimam ſyllabam in *negabamus* producit xiv. 250. in *ferar.* vii. 61. vide ad Epiſt. xvii. 228. & 258. Burm.

751. *Excedere.*] *Diſcedere* quidam: *ſecedere* Voſſii, quod video non diſplicuiſſe Heinſio propter lib. xi. 185. & huic contrarium mox 766. *ſuccedere tectis. juſſit* etiam ſex ſcripti.

752. *Luminis orbes.*] *Orbem* meliores. Heins. Ego *orbes* malo, quia pro oculis Poëtas *orbem* ponere nondum notavi. vide Barth. ad Stat. i. Theb. 53. ita apud Claud. iii. Rapt. Prof. 87. pro, ut nunc vulgo legitur,

Et nox oculorum injecerat ignes.

codices aliqui *orbes* habent. Burmannus.

755. *Subit hanc.*] *Subitque* Baſileenſis unus. forte, *ſubiit arcana* &c. vid. lib. i. 114. Heinsius.

757. *Lemniacam ſtirpem.*] *Lemnicolae* Florentinus S. Marci, Thuan. Cantabrig. Neapol. & prior Erfurtanus. Heinsius.

757. *Contra data foedera.*] Lege, *rata foedera.* ut lib. xv. 683.

Motiſque deus, rata pignora, criſtis,
Ter repetita dedit vibrata ſibila lingua. Heins.

Sed *data* vindicavit recte ad Sil. v. 204. Doctiſſimus Drakenborchius, & nos hanc, *data* in *rata* ſemper convertendi, libidinem in Heinſio notavimus ad Epiſt. xvi. 279.

758. *Ingratamque Deo fore jam ingratamque ſorori.*] Cantabrigienſis, aliique duodecim, ut hiatus relinquatur, Τὸ *jam* tollunt. Florent. S. Marci, primus Palat. excerpta Theat. tertius Mediceus, Arond. & prior Hamburg.

Et gratamque deo fore jam, gratamque ſorori. quod ſequor, ſenſu poſtulante, niſi mavis,

Jam gratamque Deo fore, jam gratamque ſorori, cujus lectionis veſtigia extant in Urbinati, Bernegger. ſecundo Palat. & uno Caroli Strozzae. ſed ſincerior altera ſcriptura. Heins.

759. *Popoſcerat.*] *Popoſcerit* cum uno Baſileenſi. Heins.

760. *Protinus Invidiae.*] Quod hoc loco Regius de *Invidia*, & *Invidentia* dicit, totum à M. Tullio accepit; cujus haec ſunt lib. iii. Tuſc. diſput. *Etenim, ſi ſapiens in aegritudinem incidere poſſet, poſſet etiam in miſericordiam, poſſet in invidentiam. non dixi, in invidiam, quae tum eſt, cum invidetur: ab invidendo autem invidentia recte dici poteſt, ut effugiamus ambiguum nomen invidiae: quod verbum ductum eſt à nimis videndo fortunam alterius, ut eſt in Menalippo:*

Florem quiſnam liberum invidit meum?

Malè Latinè videtur: ſed praeclarè Attius. Ut enim, Videre, ſic Invidere florem, rectius, quam flori, dicitur, nos conſuetudine prohibemur. Poëta jus ſuum tenuit, & dixit audacius. Et iv. *Sed in ſingulis*

vers

Et ditem ſumto, quod avara popoſcerit, auro.
Protinus Invidiae, nigro ſqualentia tabo,
Tecta petit. domus eſt imis in vallibus antri
Abdita, ſole carens, non ulli pervia vento;
Triſtis, & ignavi pleniſſima frigoris; & quae
Igne vacet ſemper, caligine ſemper abundet.
Huc ubi pervenit belli metuenda virago;
Conſtitit ante domum, (neque enim ſuccedere tectis
Fas habet) & poſtes extremâ cuſpide pulſat.
Concuſſae patuere fores. videt intus edentem
Vipereas carnes, vitiorum alimenta ſuorum,
Invidiam: viſàque oculos avertit. at illa
Surgit humo pigrâ: ſemeſarumque relinquit
Corpora ſerpentum: paſſuque incedit inerti.
Utque Deam vidit formâque armiſque decoram,
Ingemuit: vultumque ima ad ſuſpiria duxit.

Pal-

perturbationibus partes ejuſdem generis plures ſubjiciuntur, ut aegritudini invidentia, (utendum eſt enim, docendi cauſſa, verbo minus uſitato; quoniam invidiam non in eo, qui invidet, ſolum dicitur, ſed etiam in eo, cui invidetur) aemulatio, obtrectatio &c. Ciofanus.

761. *Imis in vallibus hujus.*] *Vallibus antri* praeſtantiores. Heinsius. Libri vulgati pro *antri* habent, *hujus*. & recte id quidem. niſi tamen mihi probet aliquis dictum aliquando fuiſſe, *valles cavernae, valles antri, valles ſpecus*. revocanda itaque vulgata lectio, neque MSS. fides ſequenda. deinde vers. 763. legendum, ita poſtulante ſententia, *ut quae igne vacet ſemper:* rationem enim affert, cur Invidiae ſedes frigida ſit. Tan. Faber. Lib. II. Epiſt. 69. unus Baſileenſis & Heinſii unus, *ſub vallibus*. eleganter, ut late docuimus ad lib. I. 689.

765. *Bello metuenda virago.*] *Belli* optimus Thuan. Urbin. Bernegger. ſecundus Palatin. primus Bononienſis, alter Rogerii Twiſden, Zulichemianus & alter Hamburgenſis. recte. tres alii, *bellis*. Claudianus VI. Conſ. Honorii 176. ex antiquo codice:

—— *Gladiique tremendum*
Gurgite ſidereo ſubterluit Oriona.

Martialis lib. VI. Ep. 64.

—— *Naſique timendum*
Omnia crudelis lanius per compita portat.

ſic veterrimum exemplar Thuaneae bibliothecae. nam vulgata, *naſiſque. mens interrita leti* Met. X. 616. Heins.

767. *Fas habet.*] Sic Plaut. Trinum. II. 2. *fas habent quo manum abſtineant.*

770. *Viſàque oculos avertit.*] Sic Livius lib. IX. *Ut ſuae quiſque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantae majeſtatis velut ab nefando averteret oculos.* Ciofan.

771. *Pigre.*] *Pigrâ* meliores. quod & in tribus ſuorum Giphanius invenerat. Heinsius. Gifanius Ind. Lucret. in *A* videtur hic *pigra* nominativi caſus capere, nam contra canonas Grammaticos *a* produci ait. ſed *pigra humus* eſt ſterilis, inculta: ita Horat. I. od. 22.

Pone me pigris ubi nulla campis
Arbor aeſtiva recreatur aura

ita *inertes* terrae etiam aliis dictae. Burmann.

774. *Vultumque Deae ad ſuſpiria duxit.*] *Vultumque ima*, primus Medic. primus Vatic. Bernegger. Florent. Cantabr. aliique multi ex praeſtantioribus. quae lectio Viviano quoque arridebat. *Imus gemitus* apud Apuleïum lib. II. Met. *ſuſpicit ille de lectulo, & imo cum gemitu populum ſic adorat: imus metus* Claudianus in Eutrop. lib. II. ỳſ. 282. pro intimo. ſupr. ỳſ. 655. *ſuſpirat ab imis pectoribus*, imitatus Virgilium I. Aen. 374. *ſuſpirans imoque trahens a pectore vocem.* & II. 288. *gemitus imo de pectore ducens.* Silius IX. 151. *at miſer imo pectore ſuſpirans.* ſic *alta ſuſpiria* Claudian. II. in Eutrop. 530. ex V. C. *altaque vix lacrimans inter ſuſpiria fatur.* Heins. *Ima ad ſuſpiria duxit* ſibi placere innuit Ovidii Aeſculapius (ſic enim N. Heinſium vocare debemus) miror tamen, neque enim Latinum eſſe me arbitrarer, ſi ſcriberem, *vultum duxi ad ſuſpiria ima.* Itaque nihil dicam amplius. In aliis editionibus pro *ima* legitur, *Deae*, quod corruptum eſſe affirmare poſſum. ſed quid ſi in illa voce priſcae ſcripturae veſtigia ſuperſunt. uno verbo rem abſolvam, ſi potero. notum omnibus eſt eclepſin, ſeu epanodum, in primis placuiſſe Ovidio, & id ducenta

Pallor in ore ſedet: macies in corpore toto:
Nuſquam recta acies: livent rubigine dentes:
Pectora felle virent: lingua eſt ſuffuſa veneno.
Riſus abeſt; niſi quem viſi movêre dolores.
Nec fruitur ſomno, vigilacibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo,
Succeſſus hominum: carpitque & carpitur unâ.
Suppliciumque ſuum eſt. quamvis tamen oderat illam,

Tali-

exempla probaverint. ſic itaque legendum putem:

Utque Deam videt formaque armiſque decoram,
Ingemuit, viſuſque decor ſuſpiria duxit.

Id eſt, armorum formaeque decor, qui aliis jucundus fuiſſet, Invidiae oculos urebat, tanta illius ſiniſteritas & praepoſteritas eſt. TAN. FABER. Lib. II. Ep. 69. neſcio quo modo non placet illa lectio, quam amplexus eſt Heinſius; neque enim recte dici, aut Latine cum Fabro puto, *duxit vultum ad ima ſuſpiria.* Francof. *viſaque Dea ſuſpiria dixit*, pro *duxit*, quae tolerabilior eſſet ſcriptura pro varia lectione idem, *Vultumque Deae ad ſuſpiria traxit.* latet aliquid quia vero de decore & forma Deae praeceſſit, hinc puto Invidiae cauſſam ingemiſcendi natam. quare forte legendum:

Ingemit, ad cultumque Deae ſuſpiria ducit.

ſimul ac cultum Deae vidit. ut ita particula illa *ad* ſolet poni a Noſtro & aliis. *ducere* vero *ſuſpiria* obvium. vid. ad lib. I. 656. vel:

Ingemuit, cultuſque Deae ſuſpiria movit;

vel *traxit*, quod eſt in Leidenſi, vel ſimile quid. poſſet &, *cultuque Deae ſuſpiria duxit.* vel, *vultuſque Deae ſuſpiria movit*, quod firmat, Leidenſi Gloſſa adſcripta: *Vultus Deae pulcherrimus fuit cauſſa cur ſuſpiraret. Hypallage.* Quidquid ſit, locum corruptum puto. BURM.

775. *Pallor in ore ſedet.*] Citat hos verſus Scholiaſtes Statii ad lib. III. Theb. principio. & Johannes Sarisberienſis lib. VII. de Nugis Curial. 24.

776. *Livent rubigine dentes.*] In illo Abb. *Sordent.* Art. I. 515. alio modo:

Linguaque nec rigeat, careant rubigine dentes.

& rurſus alio modo, lib. III. 197. — *ne fuſcet inertia dentes.* CIOFANUS.

777. *Virent.*] *Tument* Gronovianus. vid. lib. I. 460. & II. Art. 520.

778. *Riſus abeſt, niſi quem viſi movere dolores.*] Emenda ex ſcriptis omnibus lib. *Fecere dolores.* Nam *Fecere* magis ſignificat. Ad hujus loci ſenſum vide ea, quae diſputat in comm. primae Orat. in Catilinam, cui & Graecae & Latinae litterae debent plurimum, M. Antonius Muretus. CIOFAN. *Fecere* etiam Sarisberienſis. Noſter lib. IV. 419.

Expers
Una doloris erat, niſi quem fecere ſorores.

ita *fletum facere* Columel. lib. X

Seque laceſſenti fletum factura ſinapis.

poſt hunc verſum Sarisberienſis interſerit *Vſ.* 796.

Vixque tenet lacrimas, quia nil lacrimabile cernit.

BURMANNUS.

779. *Vigilantibus excita curis.*] *Vigilacibus* Florentinus S. Marci, Thuan. Bernegger. Cantabrigienſis, prior Erfurt. & prior Hamburgenſis. quomodo & Politianus in ſuo codice notarat, Viviano teſte. ſic apud Propertium lib. IV. Eleg. VII.

Jamne tibi exciderant vigilacis furta ſuburrae.

ut libri veteres. *vigilaces canes* Columellae lib. VII. cap. XII. Rurſus apud eundem libro eodem cap. 10. de ſubulco, *ſit autem vigilax, impiger, induſtrius, navus omnium, quas paſcit, & matricum & minorum meminiſſe debet, ut uniuscujuſque partum conſideret:* ſic membranae; vulgo & illic *vigilans*, & *juniorum meminiſſe.* Idem de Gallinaceis lib. VIII. cap. 2. *ſint elati, alacres, vigilaces.* Sidonius libro VIII. Ep. II. *in Bucolica vigilax, parcus, carminabundus*, & lib. V. Ep. 2. *namque in paginis ejus vigilax lector inveniet.* Auſonio in Ephemeridibus, *vigilax hirundo.* Cajus leg. XVIII. D. de aedil. edict. *Si conſtantem, aut laborioſum, aut curacem, aut vigilacem eſſe affirmaverit.* Vide Notas Amor. lib. II. Eleg. VI. verſ. 23. HEINS. *Vigilantes* tamen *curas* dixit Claudian. lib. I. in Eutrop. 362.

780. *Sed videt ingratos.*] Locum iſtum omnes intelligunt, & facile quidem. nam ita rem accipiunt, ut *ingratos* ſignificet laetos, ἀνακοφρᾷ ad Invidiam ſcilicet, qua quae improſpera, peſtilentia, exitialia hominibus ſunt, ea voluptatem Invidiae afferant. Ideoque nihil hac interpretatione commodius putant. ſed ponamus ita ſumi vocem illam oportere, quod tamen minus verum eſt, at certe tandem, ſi quid uſpiam judicium eſt, cum verbo illo *videt* debuit eſſe adverbium aliquod, unde intelligi poſſet, quaenam animi vel oculorum διάθεσις in invidia eſſet, ut, *torva acie vidit*, &c. Itaque legendum omnino eſt:

Sed videt ingratis, intabeſcitque videndo &c.

Ingratis autem, ſeu *ingratiis* vidit, eſt invita, nec ſine dolore vidit ſucceſſus rerum. TAN. FABER. Lib. II. Epiſt. 69. *tuendo* etiam Gronov. unus & Pala-

Talibus adfata eſt breviter Tritonia dictis:
Infice tabe tuâ natarum Cecropis unam.
Sic opus eſt. Aglauros ea eſt. haud plura locuta
Fugit; & impreſſâ tellurem repulit haſtâ.
Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens;
Murmura parva dedit; ſucceſſurumque Minervae
Indoluit: baculumque capit; quod ſpinea totum
Vincula cingebant: adopertaque nubibus atris,

Quâ-

Palatin. vid. lib. I. 85. *contabeſcitque* Regius.

782. *Suppliciumque ſuum eſt.*] Malebat *ſui* Heinſius. ego, ſi quid mutarem, mallem, *ſibi eſt*: ut in Catalectis Pithoei pag. 28. de livore:

Ut debet, ſibi poena ſemper ipſe eſt. BURM.

782. *Oderat illam.*] *Oderit* fere omnes ſcripti. Heinſius diſtinguebat, *oderit, illam talibus* &c.

783 *Breviter.*] *Brevibus* Neap. & unus Leid. *verbis* etiam quidam.

788. *Murmura parva dedit.*] Malim, *rauca*: nam tertius Thuani, *pauca*. tres aut quatuor alii, *prava*. forte pro *rava*. Adi Feſtum in ea voce. Noſter lib. XIV. 280. *pro verbis edere raucum murmur*. lib. XIII. 567.

—— *Miſſum rauco cum murmure ſaxum*
Morſibus inſequitur.

Triſt. III. Eleg. X.

Et raucum Getico murmur in ore fuit.

Silius libro IV. 172.

Et clauſit raucum lethali vulnere murmur.

& lib. II. 221. de Apibus,

Raucum connexae glomerant ad limina murmur. HEINS. Epiſt. XVII. 85 *ſaepe vel exiguo vel nullo murmure dixi.* v. Faſt. 458.

Atque haec exiguo murmure verba loqui.

788. *Succeſſurumque.*] Hinc & Virgilius dixit *Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.* Nam verbum βασκαίνειν, quod Latini *faſcinare* dicunt, & *invidere* Graecis ſignificat, & oculis aſpectuque nocere. MICYLLUS. Pro, *ſucceſſurumque Minervae Indoluit*, Vivianus ex ſuis, *ſucceſſu namque* quomodo primus Mediceus & alii nonnulli ex noſtris quidam ex praeſtantioribus, *ſucceſſibus atque*, vel, *ſucceſſibus uſque*. prior Regius, *ſucceſſus namque*. Florentinus S. Marci, *ſucceſſum utique*, vel *utrique*. Videlicet, *ſucceſſumque* pro *ſucceſſurumque* erat exaratum facili obviaque errore. hinc tot diverſarum lectionum monſtra propagata ſunt. Argute doluit ſucceſſurum Minervae mandatum de Pandroſo invidiae tabo inficiendâ. Neque aliter pro diverſa lectione veterrimus primae notae Palat. verius tamen eſt, *ſucceſſorumque*, ut Vivianus etiam emendabat. ſic *eventa* pro eventibus, ita *ſucceſſa* Cicero lib. XVI. Famil. 21. *ſucceſſorum indoluit*, ut *vereri alicujus* & ſimilia, vide apud Voſſium de Conſtructione cap. 27. lib. VII. dixit *doluit ſucceſſu flava virago.* HEINSIUS.

789. *Quem ſpinea tortum Vincula cingebant.*] Jam ſupra verſ. 682. monuimus ex Florentino S. Marci, *quod* eſſe ſcribendum. *totum* etiam, non *tortum* praeſtantiores conſtanter. Tò *vincula* ſemper habui ſuſpectum. in ſecundo Mediceo pro diverſa lectione, *cingula*. Forte,

—— *Quod ſpinea totum*
Ungula cingebat.

ut ipſas ſpinas vocet ungulas ſpineas à ſimilitudine. *hamatas* videlicet *ſentes*, quas mox dicet. & ſane *ungulae* erant inſtrumenti ferrei in tortura genus, quo carnifices utebantur, *ſulcantes ungulae* dictae in Cod. de Malefic. L. Etſi. *biſulca* Prudentio περὶ στεφ. Hymno primo:

Ille virgas & ſecures & biſulcas ungulas
Ultro fortis expetebat.

& alibi non ſemel. hinc & Tertulliano *ungulis fodere*, & *ungulis deradere latera* in Apologetico. horum paſſim mentio in Martyrologiis. *hamos* Noſter dixit Elegia de nuce, *nec aduncis vindicor hamis.* infra *hamatis praecordia ſentibus implet.* verſ. 779. Similis diverſitas eſt apud eundem Prudentium Paſſione Romani verſ. 110. ubi alii codices *ungulis*, alii *vinculis*. Minimae mutationis ſit, ſi corrigatur, *quod ſpinea totum ungula cingebant*, pro *ſpineae ungulae cingebant*. ſic apud Maronem Aeneidos VI. 209. ex *optimis* membranis *crepitabant bractea*, ubi etiam de hoc Naſonis loco egimus, & elegantem loquendi modum exemplis compluribus illuſtravimus. adeantur & quae Remediis Amoris congeſſimus vſ. 164. & ad Silium Italic. XIV. 210. cogitabam aliquando, *ſpinea falcula* in hoc Naſonis loco, a *falculis* ſive *unguibus ferreis* petita locutione, de quibus Columell. XII. cap. 18. hinc ungues leonum, & Pardorum *Falculae* dicuntur Plinio & Solino. HEINSIUS. Haec nimis longe petita mihi videntur; ſi vero *vincula* diſpliceant (quamvis ſatis illa defendi poſſe puto) refingi poſſet:

Quod ſpinea totum
Vimina cingebant.

Sic hae voces confunduntur lib. XI. 75. ſic *fruticoſa vimina*. VI. 345. *vimen quernum* XII. 436. ita *vimen junci* Tibull. II. III. 15. ubi vid. Broukh. quod Noſter IV. Faſt. 870. *juncea vincla* vocat. BURM.

Quâcumque ingreditur, florentia proterit arva,
Exuritque herbas, & ſumma cacumina carpit:
Adflatuque ſuo populos, urbesque, domosque
Polluit: & tandem Tritonida conſpicit arcem,
Ingeniis, opibusque, & feſtâ pace virentem:
Vixque tenet lacrimas; quia nil lacrimabile cernit.
Sed poſtquam thalamos intravit Cecrope natae,
Juſſa facit: pectusque manu ferrugine tinctâ
Tangit: & hamatis praecordia ſentibus implet;
Inſpiratque nocens virus: piceumque per oſſa
Diffipat, & medio ſpargit pulmone venenum.
Neve mali ſpatium cauſſae per latius errent,

Ger-

792. *Exuritque herbas & ſumma papavera carpit.*] Non modo hic alluditur ad Tarquinii Superbi hiſtoriam notiſſimam, quem conſtat papaverum cacumina decutiendo, ſaevum illum & ſanguinarium nuntium remiſiſſe ex horto; cujus rei Livius, Dionyſius, Valerius, & alii complures meminerunt: ſed & ad illud Periandri, quem ferunt nihil reſpondiſſe ei, qui conſilii petendi cauſa ad ipſum miſſus fuerat, ſed ſupereminentes ſpicas demendo, ſegetem aequaſſe, cujus cauſam cum non intelligeret nuntius; ac factum ab ea narraret, intellexiſſe Thraſibulum, quod oportebat ſupereminentes cives auferre; quod ſcribit Ariſtoteles in tertio Politicorum, nec non Laërtius Diogenes. JACOBUS A CRUCE. Eodem pertinet quo modo ſuperiora. niſi quod epitheto, *ſumma*, uſus videtur, ut alluderet ad id, quod idem dixit Remed. 369. *Summa petit livor, perflant altiſſima venti* &c. Eſt enim ea Invidiae natura, ut ſumma & excellentia maximè petat. MICYLL. Praeclarior liber meus, *Et ſumma cacumina carpit.* Sicque impreſſi quidam. Haec lectio appoſitè referri poteſt ad illud:

Summa petit livor.

In altero meo antea legebatur, *Et ſumma cacumina rumpit*, à quo deletum eſt verbum, *Cacumina*, & aliena manu, *Papavera* repoſitum. Itaque nunc legitur, *Et ſumma papavera rumpit.* Ille, qui hoc tetigit, alios vet. libros ſecutus ſit, nec ne, non facilè poſſum pronunciare. Et tamen haec quoque lectio ſatis mihi arridet. Virg. autem vulgatam videtur confirmare, Eclog. II. — *Tibi candida Nais. Pallentes violas & ſumma papavera carpens, Narciſſum*, &c. Judicent eruditi. CIOFANUS. *Papavera* vetuſtiores. alii *cacumina.* recte. *cacumina* de herbis Faſt. IV. 127. & 912. Triſt. III. XII. 12. Virg. II. Georg. 29. Laberius in Catalectis Pithoei pag. 2.

Floris cacumen noſtrae famae frangere. HEINSIUS. *Cacumina* recte. Stat. X. Theb. 138.

Demittunt extrema cacumina ſilvae.

Quinctil. VIII. Inſt. Orat. 3. *Surgentia in altum cacumina oleae ferro coërcebo.* & paſſim alii. BURM.

792. *Summa papavera carpit.*] Alluſio eſt ad Invidiae naturam, quae ſumma petere ſolet. GLAREAN.

793. *Populos.*] *Populoſque* Junian. & Gronovianus unus.

795. *Ingeniisque opibuſque.*] Alii *ingenuis opibus* ut Prudentius Cathem. Hym. II. *Fundit opes ager ingenuas.* meliores *ingeniis opibuſque.* HEINSIUS. & ita laudat Schol. Statii ad lib. XII. 503. *Ingentemque opibus* Leid. deinde, *valentem* Sprotii. *beatum.* unus Leid. alterque pro varia lectione.

795. *Et feſta pace virentem.*] Ita libri excuſi, itaque legit Lutatius in Statium: ſed non ſatis emendatè. In utroque meo, Abb. Briantii, Capranic. ambobus Maffei, & tribus Vatic. longè rectius; atque emendatius legitur, *Pace nitentem.* CIOFAN. nihil muta, Stat. I. Theb. 392.

Sed prole virebat

Feminea.

Idem lib. V. 53. *Florere* dicit, *florebat dives alumnis Terra.* Et ita Claudianus & alii. HEINSIUS. Quem vide ad Claudian. Rapt. I. 236.

801. *Spargit.*] Gebhard. II. Crepund. II. *invergit* ductu MS. legit. quod in nullo noſtrorum exſtat.

804. *Pulchraque.*] Unus Baſileenſis, *plenaque:* venuſte: cui nihil deerat. Propert. II. XIX. 77.

Vidiſtis pleno teneram candore puellam.

ita *plenum votum* I. Art. 671. BURM.

805. *Magna facit.*] *Magnificat* unus Heinſii. *mirificat* Neapolitanus.

809. *Aliter non uritur Herſes.*] In quibuſdam vet. *Non laevius.* Rectè utroque modo. CIOFAN. *Non lenius* plerique veteres. quidam, *non levius.* quatuor, *non aliter.* primus Baſil. *non lentius.* Omnino ſcribendum, *non ſecius.* ut apud Virgilium III. Georg. 367.

Interea toto non ſecius aëre ningit.

&

Germanam ante oculos, fortunatumque ſororis
Conjugium, pulchrâque Deum ſub imagine ponit.
Cunctaque magna facit, quibus irritata, dolore
Cecropis occulto mordetur: & anxia nocte,
Anxia luce gemit; lentâque miſerrima tabe
Liquitur, ut glacies incerto ſaucia ſole:
Felicisque bonis non ſecius uritur Herſes,
Quam cum ſpinoſis ignis ſupponitur herbis;
Quae neque dant flammas, lenique tepore cremantur.
Saepe mori voluit; ne quidquam tale videret:
Saepe velut crimen rigido narrare parenti.
Denique in adverſo venientem limine ſedit

Exclu-

& libro VII. Aeneid. 781.

Filius ardentes haud ſecius aequore campi
Exercebat equos.

ubi *ſegnius* plurimi veteres. & lib. IX. 440. ex optimis membranis,

—— *Inſtat non ſecius, ac rorat enſem*
Fulmineum.

Silius libro VI. 461.

At circumfuſi non ſecius undique dextram
Prenſare.

Noſter lib. VII. 769. ex veſtigiis veterum librorum:

Copula detrahitur canibus, quos illa ſequentes
Effugit, & volucri non ſecius alite ludit.

lib. X. 588. ex antiquis libris:

Quae quanquam Scythicâ non ſecius ire ſagitta
Aonio viſa eſt juveni.

utroque loco *ſegnius* nunc legitur. ut & lib. VIII. 356.

Ira feri mota eſt: nec fulmine ſecius arſit.

libro XI. 534.

—— *Trepidant haud ſecius omnes,*
Quam ſolet urbs, aliis murum fodientibus extra.

ita enim corrigo. Uſitatus Aemilio Probo loquendi modus, niſi quod in vita Datamae male etiamnum, *nihilo ſegnius* pro *ſecius* legitur. apud Apulejum quoque in Mileſiis frequenter occurrit. etiam apud Val. Flaccum lib. III. 86.

—— *Non ſecius ille*
Occupat *arva furens.*

ſegius ſcribebant librarii pro *ſecius*. hinc promanavit error: quamquam *ſetius* haud raro in veterrimis membranis exaratum occurrat. Prudentius lib. II. contra Symmachum:

—— *Nec fluctus ſecius hoſti*
Obſequitur, quam cum licitae fert tranſtra carinae.

& Hamartig.

—— *Nec ſecius aurea dona*
Juſtorum dirimente chao.

Columella lib. III. cap. IV. *Id enim quaſi caput & columen eſt impenſarum, quoniam in eo conſiſtit, melius an ſequius terrae mandaverit paterfamilias pecuniam.* ita veterrimus liber, non *ſegnius*. plura obſervamus ad Virgil. IX. Aeneid. v. 441. Heins. ſic lib. IX. 763. *nec lenius altera virgo Aeſtuat.* ubi itidem Heinſius *non ſecius*. in Ciofani notis peccaſſe librarios puto, *laevius* pro *lenius*, excudendo, *ſecius* praetulimus, quia mox *leni* ſequitur.

810. *Spinoſis.*] *Fumoſis* unus Heinſii.

811. *Lenique tepore cremantur.*] Id eſt, igne leniter ardente comburuntur. Ciofanus. *Vapore* duo veteres. lege, *lentoque vapore* cum uno Mediolanenſi. ut apud Maronem Aeneid. v. 682.

—— *Lentuſque carinas*
Eſt vapor.

Sidonius Apollinaris Carm. XII.

Strepit hic bona flamma
Appoſitas depaſta trabes: ſinuata camino
Spargit lentatum per culmina tota vaporem.

Verſu primo opinor a manu Sidonii eſſe, *ſtrepit improba flamma*, & verſu tertio *per culmina tuta.* Heinsius. Illud *vapore* facile ferimus. ita I. Amor. II. 46.

Fervida vicino flamma vapore nocet.

ubi etiam *tepore* nonnulli codices. vide ad Claudian. Conſ. Olybr. ỳſ. 131. ſed *leni* movere non auderem. ita enim paſſim *lenem ignem* dicunt optimi auctores. Cato de Re Ruſtica cap. XCV. *poſtea leni igne coquito.* ubi male *levi* quaedam editiones. Idem cap. CXIII. *eo prunam lenem indito.* Columell. XII. 19. *lenique primum igne, & tenuibus admodum lignis fornacem incendemus.* ita vetus codex S. Germani. male *levi* editur. & ita legit Popma ad Catonis cap. LXIX. qui plura habet. Apicius quoque, ut vulgo dicitur, paſſim hac locutione utitur. *lento* defendi poſſet ex III. Amor. 573. ubi vide. ita in Moreto verſ. 91.

Haec ubi collegit, lentum conſedit ad ignem.

ut Heinſius in ora codicis ſui emendabat, vulgo *laetum.* Burmannus.

817. *Me*

Excluſura Deum. cui blandimenta, precesque,
Verbaque jactanti mitiſſima, Deſine, dixit:
Hinc ego me non ſum niſi te motura repulſo.
Stemus, ait, pacto, velox Cyllenius, iſto;
Caelatasque fores virgâ patefecit. at illi
Surgere conanti partes, quascumque ſedendo
Flectimur, ignavâ nequeunt gravitate moveri.
Illa quidem recto pugnat ſe attollere trunco:
Sed genuum junctura riget, frigusque per ungues
Labitur; & pallent amiſſo ſanguine venae.
Utque malum latè ſolet immedicabile cancer
Serpere, & illaeſas vitiatis addere partes;
Sic letalis hiems paullatim in pectora venit:
Vitalesque vias, & reſpiramina clauſit.
Nec conata loqui eſt; nec, ſi conata fuiſſet,
Vocis haberet iter. ſaxum jam colla tenebat;

Ora-

817. *Me motura.*] Sic Plautus & Comici ſaepe, *move te ocius.* Douza.

819. *Caelataſque fores.*] Ita omnes prope veteres. Ciofanus. Quidam codices, *Caeleſtique. Aeratas* putabam olim ſcribendum, quamquam haud ignarus aereas virorum principum fores opere caelato inſignes fuiſſe. Noſter libro II. Faſtorum, 785.

Excipit aerata juvenem Collatia porta.

Claudianus tamen, VI. Conſ. Hon. 46.

Caelataeque fores mediiſque volantia ſigna Nubibus.

Et Noſter lib. VIII. 702.

Caelataeque fores, auraraque tecta videntur.

Vetus Poëta apud Ciceronem Tuſc. Quaeſt. I.

Adſtante ope barbarica
Tectis caelatis, laqueatis. Heinsius.

820. *Surgere conanti partes quacunque ſedendo.*] Raphael ſupplendam putat praepoſitionem *in*, ut, in quaſcunque flectitur, intelligamus. ſed videat lector, ſi non, *quaſcunque*, legi poſſit. Glarean.

820. *Sedendo Flectimus.*] *Flectitur* plerique veteres. Sed *Flectimur* verè primus Vaticanus, familiari poëtis Graeciſmo. Pruden. Pſychomach.

Nequicquam loris auriga comamque madentem
Pulvere foedatur.

ex vetuſtiſſimo codice Puteano. *foedat humi* eſt in vulgatis. Mox ex iiſdem membranis,

Jam loculos ditata fidem ſpectabat inanes.

non *fide* cum libris editis. lib. V. 547. *longoſque reflectitur ungues.* Feſtus Avienus Phaenom. pag. 95. Ed. Grot.

Hinc ſi vicino flectaris lumina viſu,
Inque Notum ſenſim Boreali a cardine ductos
Inclinere oculos. Ita lege non *doctus.* ubi duos Graeciſmos habes. Heinsius.

822. *Pugnat ſe tollere.*] *Se attollere* meliores. Heinsius.

823. *Frigusque per ungues Labitur.*] Optimè legitur in uno meo: *Frigusque per artus Labitur.* Eodem prope modo Epiſt. IX. 135.

Frigusque perambulat artus.

Et V. Met. 632.

Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus.

Et III. Amor. XIV. 38.

Perque meos artus frigida gutta fluit.

Virg. lib. VII. 446.

At juveni oranti ſubitus tremor occupat artus.

Et quos hoc loco *Artus* dixit, *Oſſa* V. Epiſt. 37.

—— *Geliduſque cucurrit,*
Ut mihi narraſti, dura per oſſa tremor.

Et: *Me miſeram extimui friguſque per oſſa cucurit.*

Et III. Met. 40.

— *Et attonitos ſubitus tremor occupat artus.*

Et III. Ep. 82.

Hic mihi vae miſerae concutit oſſa metus.

Et lib. XI. Met. 416.

— *Cui protinus intima frigus*
Oſſa receperunt.

Et XIV. Ep. 17.

Cor pavet admonitu temeratae ſanguine noctis,
Et ſubitus dextrae praepedit oſſa tremor.

Haec, atque alia hujuſmodi in his Obſervationibus ad copiam comparandam collegi. Ciofanus.

Non-

Oraque duruerant: ſignumque exſangue ſedebat.
Nec lapis albus erat. ſua mens infecerat illam.

Fab. XIII. Argumentum.

[a] Juppiter in taurum.

Cum Mercurius juſſu patris [b] *in Phoenicen transgreſſus eſſet, ut armenta illius regionis ad litus compelleret; Juppiter in Taurum* [c] *converſus:* [d] *cum ſe juvencis Agenoris regis immiſcuiſſet, & in amorem ſui* [e] *ſpatiantes in arena virgines* [f] *conſiſtere coëgiſſet;* [g] *paullatim* [h] *ſingulas alludens, noviſſime Europam Agenoris filiam, cujus amore compulſus* [i] *averterat figuram, inſidentem* [k] *ſibi tergo* [l] *per mare in inſulam Cretam detulit, ibique concubitu ejus* [m] *fruitus eſt.*

HAs ubi verborum poenas mentisque profanae
Cepit Atlantiades; dictas à Pallade terras
Linquit, & ingreditur jactatis aethera pennis.
Sevocat hunc genitor; nec cauſſam faſſus amoris,

Fide

Nonnulli *artus.* ut Epiſtola XX. 135.

— *Frigusque perambulat artus.*

ſed nil muta. Lucretius, lib. III. 527.

In pedibus primum digitos liveſcere & ungues,
Inde pedes & crura mori: poſt inde per artus
Ire alios tractim gelidi veſtigia lethi. Heins.

827. *In pectora venit.*] Unus Strozzae, *ſerpit.* Heinſius malebat, *repit.* ut lib. VII. 155. *ſomnus in ignotos oculos ſubrepit.* ubi legebatur, *ubi venit.*

830. *Vocis iter.*] Sic Martial. XI. 92.

Sed mors vocis iter properavit claudere blandae.

Douza. Vide Gronov. III. Obſ. 19. ſic *via vocis* lib. VI. 355. vid. IV. 69. *habebat* antiquitus editi, ſed Heinſius *haberet* ex optimis.

832. *Sua mens infecerat illam.*] In duobus Vatican. meis, & Cael. *Infecerat illum.* Ciofanus. *Fera mens infecerat illum* Sprotianus. vid. ad II. Amor. VI. 27.

[a] *Jupiter.*] *Jupiter Saturni & Opis filius ad Europam in Taurum* Parm.

[b] *In Phoenicen.*] *In* deeſt Colon. in *Phæniciam* Raener. ſed recte in *Phoenicen* Munckerus. vide Arg. I. libr. ſequentis.

[c] *Converſus.*] *Converſus eſt* Parmenſ. Lugd. Raener. Giſelin.

[d] *Cumque.*] *Cum ſe* Parm. Lugd. *qui cum ſe* Raener. *cumque ſe armentis* Colon.

[e] *Spatiantes.*] *Spatiantis* V. G. Giſelin.

[f] *Conſiſtere.*] Deeſt Colon.

[g] *Paullatim.*] *Ac paullatim* Parm. Lugd.

[h] *Singulas alludens.*] Ita cum MS. Veneta quoque & Micyllus. Giſelinus praetulit, *ſingulis.* Raenerius, *ad ſingulas.* ſed *alludere aliquem* cum ſermonis caſtitas non reſpuat, cauſa non erat, cur vetus lectio ſperneretur. Fulgent. Myth. lib. II. cap. 13. *Poëtae alluſerunt argutiam.* Regitur accuſativus vi praepoſitionis, quae eſt in verbo, ut fab. I. lib. XIV. *Amorem incidit*, pro *in amorem.* Tralatè Seneca Oedipode: *Per te pater Neptune, qui fluctu brevi Utrinque noſtro geminus alludis ſolo.* Huic ſimile eſſe volunt illud Minucii in Octavio: *Cum in ipſo aequoris limine plantas tingueremus, quod viciſſim nunc adpulſum noſtris pedibus alluderet fluctus, nunc relabens ae veſtigia retrahens in ſeſe reſorbet.* Proba lectio ajunt interpretes, Wouwerius, Elmenhorſtius, Heraldus. At à fluctu aequor non alluditur, ſed alliditur pedibus noſtris. Omnino reponendum ex MS. *allideret*, vel ex Vett. edd. *illideret.* Muncker. *Et paullatim ſingulis partibus alludens.* Colon.

[i] *Averterat.*] *Converterat* Heinſ.

[k] *Suo tergo.*] *Sibi tergo* Parm. Lugd. Micyll. Raen. Giſel. Colon.

[l] *Per mare.*] Adde aſteriſcum * *per mare.* nam abeſt à V. C. Giselin.

[m] *Fruitus eſt.*] *Fraetuus* Parm. *functus eſt* Lugd. *potitus eſt* Micyll. Colon. *fruitus eſt* Raener.

833. *Has ubi.*] Malebat Heinſius, *Quas.*

833. *Mentiſque profanae.*] Videtur ad ἔτυμον nominis alludere. γλαυρὸν enim σεμνὸν Graecis ſignificat, ut ſupra quoque monuimus. Micyll. ſed ſic ſup. 755. *profana manu.*

835. *Aethera pennis.*] Lib. Vatic. Urſini & alii quidam meliorem habent lectionem, *aëra.* Ciof. *Aëra* fere omnes libri.

836. *Sevocat.*] Multi, *advocat.* Gronovianus, *avocat. Evocat* duo: malebat etiam Francius, *cauſam faſſus amorem.*

Fide miniſter, ait, juſſorum nate meorum,
Pelle moram, ſolitoque celer delabere curſu:
Quaeque tuam matrem tellus à parte ſiniſtrâ
Suſpicit, (indigenae Sidonida nomine dicunt)
Hanc pete: quodque procul montano gramine paſci
Armentum regale vides, ad litora verte.
Dixit: & expulſi jamdudum monte juvenci
Litora juſſa petunt, ubi magni filia regis
Ludere, virginibus Tyriis comitata, ſolebat.
Non bene conveniunt, nec in una ſede morantur,

Ma-

838. *Subitoque.*] Lib. vet. *ſolitoque.* CIOFANUS. *Solitoque* meliores. HEINS.

839. *Quaeque tuam matrem tellus a parte ſiniſtra.*] *Periphraſis*, inquit Raphaël, *eſt Phoeniciae, quae a parte ſiniſtra Septentrionem verſus ſubjicitur Pleïadibus, quarum una eſt Maïa Mercurii mater.* Haec ille. Ingens hic difficultas eſt, & quam neſcio quis ſatis luculenter cordato lectori explicet. Primo quidem in verbo *ſiniſtra*, quod planè relativum eſt, nec ad quid referatur, ſatis ſciri poteſt. deinde tota Phoenice extra Zodiacum eſt, ut Pleïades eam non contingant, quippe quae Tauro adſcribuntur, ſi fortaſſis de eo aſpectu quis intelligere velit. ſed fuit apud veteres duodecim ſignorum ad terrae habitabilis partes, non ſecundum ſubjectionem, ut ita dicam, perpendicularem comparatio, qua ſola torrida Zona reſpondet, at ſecundum omnes trium partium terrae habitabilis regiones, ut videre eſt apud M. Manilium lib. IV. cap. 3. Ceterum ea conſideratio quo fundamento nitatur, ingenue fateor me non intelligere, & perinde mihi arridere, atque Julii Firmici mille illa millia praeceptionum, e quibus eſt & illa (verbi gratia) lib. VIII. cap. 3. ubi ita ait, *In Arietis parte decima oritur navis, ſiquis ergo oriente hac parte natus fuerit, hoc eſt, ſi in ejus ortu partum eruperit, erit gubernator, nauclerus, vel navicularius.* Haec ille. Quod ſi cui ea ſtellarum forma videbitur pecten, hic continuo ſimili ratione finget in eo horoſcopo natum, textorem futurum. quemadmodum, quas duas faciunt urſas, antiquitas, & noſtra item aetas plauſtra vocat. Qui in his ſignis natos venatores propter urſas dicat futuros, expectabit ab adverſariis, qui aurigam fore contendant. Quod ſiquis fortè naſutior inepta haec urſarum exempla contendat, quod ea numquam occidant, atque proinde neque oriantur: accipiat anguſtiora aſtra, ut Orionem, Perſea, &c. nam in idem redit argumentum. Verum non eſt hujus loci, quid de eo auctore, ac de ea item diſciplina ſentiam pronuntiare, praeſertim cum eam tam ſanctam videri velit, ut Mavortium Lollianum jurejurando, Orphei, Platonifque exilio, convenerit, ne haec veneranda (ut illius verbis loquar) communicentur profanis, vel imritis auribus intimentur. Nae ille diu expectabit, donec hac conditione ejus ſacris initiari cupiam. Non eſt mihi dubium, quin Ovidius veteres in hoc ſecutus ſit, quod Manilium loco allegato docuiſſe oſtendimus. ſed lectori ſuum ſit judicium. Longum etiam fuerit, quid aetas noſtra de hac (ut cum vulgo dicam) reſpondentia praecipiat, enarrare, quaeque negotium nihil adjuvent, conſulto omittimus. GLAREN. Locus hic inter obſcuriores unus eſt. Nam cum tota Phoenicia extra Zodiacum ſita ſit, hoc eſt, citra Tropicum cancri, Tauri autem ſignum intra Aequinoctialem & Tropicum eundem claudatur, à ſiniſtra, hoc eſt, à Septentrione, ut Raphaëli placet, Pleïades aſpicere, ſive habere illa non potuit. Quare quidam, longius paulo petita expoſitione, maluerunt locum hunc de ea terrarum ſubjectione intelligere, qua aliae aliis ſideribus ac ſignis ſubjectae dicuntur, aſtrologica ratione, non geometrica. Sic Phoenicia à ſiniſtra, hoc eſt à ſeptentrione Cyprum habet, quae inſula Pleïadibus ſecundum Ptolomaeum ſubjicitur. Sed mihi haec argutiora videntur. Alii autem, quorum opinioni & ipſe magis accedo, ſiniſtram hîc pro meridie accipiunt, idque vel ſimpliciter: nam & hoc apud Poëtas alicubi inveniri tradunt; vel etiam ut accipiamus Phoenices vultu ac ore in occidentem verſos in ſiniſtra parte caeli Pleïades habere, ſive ſuſpicere. quamquam rurſus non negem, hunc locum etiam ſecundum ſtatum & aſpectum Jovis exponi poſſe. Nam ſi demus Jovem è ſummo ac medio caeli, hoc eſt, ab ea parte, quam circulus aequator deſcribit, Mercurium demittere, ſecundum ipſius ſtatum & vultum, qui quando Graecia & Athenae, unde modo advenerat Mercurius, citeriores ſunt quam Phoenicia, in orientem verſus erit, à ſiniſtra Phoeniciam & Aegyptum habebit, à dextra autem eas terras ſive inſulas, quae ultra aequinoctialem ſitae ſunt. Sed tamen totum hunc locum aliis conſiderandum relinquo. MYCILLUS. Laevam coeli partem Aſtronomi Orientem vocant, dextram Occidentem, Meridiem anticam, Septentrionem poſticam. Plin. lib. II. cap. 54. de

ful-

Majeſtas & amor. ſceptri gravitate relictâ,
Ille pater rectorque Deûm; cui dextra triſulcis
Ignibus armata eſt, qui nutu concutit orbem;
Induitur faciem tauri: mixtusque juvencis
Mugit, & in teneris formoſus obambulat herbis.
Quippe color nivis eſt, quam nec veſtigia duri
Calcavere pedis, nec ſolvit aquaticus Auſter.
Colla toris exſtant: armis palearia pendent:
Cornua parva quidem; ſed quae contendere poſſis
Facta manu, purâque magis perlucida gemmâ.

Nul-

fulminibus loquens: *Laeva*, inquit, *proſpera exiſtimantur, quia laeva parte mundi ortus eſt.* Ergo ab Athenis verſus Auſtrum volanti, à laeva Phoenicia erat. Neque multum etiam illa diviſio veterum repugnat, qua eam coeli partem, quae ab ortu in Septentrionem vergit, *dexteram* vocarunt: illam autem quae ab Ortu in Meridiem, *ſiniſtram*. Secundum quam & illud ſupra 138. dictum volunt:

Non te dexterior tortum declinet ad anguem,
Neve ſiniſterior preſſam rota ducat ad aram.

Et apud Lucanum libro III. 247.

Ignotum vobis Arabes veniſtis in orbem,
Umbras mirati nemorum non ire ſiniſtras &c.

Nam & juxta hanc rationem, ex Attica verſus Auſtrum proficiſcenti, a ſiniſtra Phoenicia eſt. Tametſi contra Homerus Iliad. M. 239. Orientis plagam dexteram, Occidentis autem ſiniſtram vocet, cum inquit:

Εἴτ' ἐπὶ δέξι' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε,
Εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τόιγε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

De qua re & Euſtathius meminit in I. Iliados. Sed videtur Ovidius priorem diviſionem ſecutus eſſe. Idem *in retractationibus*. Haeret hic interpretibus aqua, quibus ſummae dividuae ortae, Quî fieri poſſit, ut Phoenices ſuſpiciant Pleïades ſiniſtras? Quas credo ita componi poſſe. Primum non hoc diſertim dicit Poëta, Phoeniciam ſuſpicere Pleïades à ſiniſtra. Verum Amphibolia eſt. Namque & tellus Sidonis à ſiniſtra ſita poterat etiam ſuſpicere Pleïadas. Deinde pro imaginaria & relativa coeli ſitus ratione, varie à variis gentibus conſiderata. Graecis quippe antica pars Septentrio, Romanis Meridies, ita tamen ut, licet anteriori corporis parte ad Auſtrum verſi eſſent, faciem tamen verſus Orientem flecterent; uti demonſtrat Ant. Delrius in curis ſecundis ad Thyeſten Senecae v. 697. Sic poſitis Phoenicia ſiniſtra erit conſtellationi Pleïadum; Contra converſis, Pleïades ſiniſtrae erunt ratione ſitus Phoeniciae. Farnabius.

841. *Montano gramine.*] *In gramine* Leidenſis unus.

843. *Expulſi.*] Sic Tibull.

Ipſe Deus ſolitus ſtabulis expellere vaccas. Douza. Non repperi in Tibullo. *excuſſi* Thyſianus. *excluſi*, fragmentum Cantab. & Leidenſis.

846. *Non bene conveniunt nec in una ſede morantur Majeſtas & amor.*] Hanc ſententiam in XIX. Epiſt. 173. complexus eſt:

Nunc malè res junctae calor & reverentia pugnant:
Quid ſequar in dubio eſt, haec decet, illa juvat.

Ciofanus.

848. *Ille pater.*] *Ipſe* Gebhard. lib. I. Crep. 9. male. ſic *ille Jupiter* paſſim. vid. ad III. Art. 654.

852. *Quippe color.*] Malo, *ipſe color*. Heinsius.

852. *Quam nec veſtigia duri Calcavere pedis.*] Lib. II. De Ponto V. 18.

Et non calcatâ candidiora nive.

Mart. lib. VII. Ep. 37.

Sordidior coeno cum ſit toga, calceus autem
Candidior prima ſit tibi, Cinna, nive. Ciof.

Idem Martialis XII. Epig. 84.

Lintea ſi ſumas, nive candidiora loquetur,
Sint licet infantis ſordidiora ſinu.

855. *Cornua parva quidem.*] Atqui alta cornua & ſpatioſa laudantur in tauro. vide quae ad verſ. 20. libri proximi mox dicemus. Quare reſigno, *Cornua vara*, ut monui Amor. I. Eleg. II. hoc eſt, quod Palladius lib. IV. cap. XI. de bobus. *Cornibus robuſtis, ac ſine curvaturae pravitate lunatis.* Heinsius. Verum particulae *quidem*, & *ſed* excludunt *vara cornua*, & oſtendunt, etſi non ſpatioſa eſſent, tamen fuiſſe pulcherrima. & parva ſumſiſſe Jovem credibile eſt, ne terribilis puellae videretur. unde addit *proelia nulla minari. facta* vero *manu* ſunt quaſi ab artifice, pictore, vel ſtatuario, qui perfectiſſima fingunt, & opponuntur naturalibus. vid. ad Quinctil. Decl. IX. 18. & V. Inſt. 14. Burm.

855. *Contendere poſſes.*] *Poſſis* meliores. ut lib. III. 6. IV. 400. VI. 390. VIII. 323. XIII. 620. ex MSS. Heinsius. *Comprendere* etiam Leidenſis unus.

856. *Puraque.*] *Pulchraque* Gronovian. ita haec verba confundi docuit Cl. Bentl ad Horat. Art. 99. ubi egregie videtur mihi Horatium emendaſſe. ſic & apud Quinct. XI. Inſt. 3. *vox dulcis, durabilis, clara, pura*, ubi Voſſiani duo codices, *pulchra*. hic vero *pura* retinendum, quia ſequitur *perlucida*, pro quo *praelucida* eſt in quinque libris. ita *lucida gemma* Epiſt. XV. 74. Burm.

Nullae in fronte minae, nec formidabile lumen;
Pacem vultus habet. miratur Agenore nata,
Quod tam formoſus, quod proelia nulla minetur.
Sed, quamvis mitem, metuit contingere primo:
Mox adit: & flores ad candida porrigit ora.
Gaudet amans: &, dum veniat ſperata voluptas,
Oſcula dat manibus. vix ah, vix cetera differt.
Et nunc adludit, viridique exſultat in herbâ:
Nunc latus in fulvis niveum deponit arenis;
Paullatimque metu demto, modo pectora praebet

Vir-

858. *Pacem vultus habet.*] Cicero ad Atticum: *Spero etiam in praeſentia pacem nos habituros.* Livius lib. XXXVIII. *Curae veſtrae cenſetis eſſe, ut pacem terra marique habeant.* Sed hi duo loci diverſam ab illo noſtri Poëtae habent ſenſum. CIOF.

858. *Vultus.*] Metaphorice. IDEM.

859. *Miratur Agenore nata.*] Europa Agenoris filia: de qua a Jove ſurrepta exſtat Oda haec Anacreontis XXXV.

Ὁ ταῦρος οὗτος, ὦ παῖ,
Ζεύς μοι δοκεῖ τις εἶναι.
Φέρει γὰρ ἀμφὶ νώτοις
Σιδωνίην γυναῖκα,
Περᾷ δὲ πόντον εὐρὺν,
Τέμνει δὲ κῦμα χηλαῖς.
Οὐκ ἂν δὲ ταῦρος ἄλλος
Ἐξ ἀγέλης ἐλασθεὶς
Ἔπλευσε τὴν θάλασσαν,
Εἰ μὴ μόνος γ' ἐκεῖνος.
Hic, ô puer, juvencus,
Mihi quidem ut videtur,
Eſt Juppiter ſupremus.
Nam feminam inſidentem
Sidoniam vehitque
Tergo, ſecatque latum
Mare ungulis. nec ullus
Taurus gregem relinquat,
Tranaveritque pontum,
Ni Juppiter ſit ipſe. IDEM.

De Europa legendus eſt Palaephatus, qui fabulam ad hiſtoriam refert. Et Theocritus in Europa, à quo hic Noſter nonnulla videtur ſumſiſſe. Europae raptum quis non deſcripſit? ſed operae pretium erit conferre cum hac Naſonis deſcriptione Achillem Tatium initio Leucippes ſuae; & Moſchi Idyll. ſecundum; & ipſum Ovidium lib. V. Faſt. 605. de ejus Patre non convenit inter veteres. Euſebius in Chronico a°. DLXX. *Phoenicis* filiam facit, *cui mixtus eſt Jupiter, quam poſtea Aſterius Cretenſium Rex uxorem accipiens, Minervam ex ea & Rhadamanthum & Sarpedonem procreavit.* Idem tamen non conſtans ſibi A°. DCCXXX. Agenoris filiam facit. ubi Scaliger Euſebium diverſorum ſcriptorum ſententias prodere notat. Scholiaſtes quoque Homeri ad Iliad. M. 397. ex Heſiodo & Bacchylide Phoenicis filiam facit, qui dicit Taurum, in quem Jupiter converſus, crocum ex ore ſpiraviſſe, & ita decepiſſe Europam. vide Muncker. ad Hygin. fab. 178. de matre Europae etiam lis eſt; quam Argiopen facit Hyginus Ibid. & fab. 6. ubi v. Muncker. qui & Telephaſſam ab aliis dictam notat, quibus adde Stephanum de Urbibus in *Thaſſus*, ubi Berkelius notat in MS. *Telephen* perperam legi. Tzetzes Chiliad. VII. verſ. 372. Europam Nili filiam, ex qua Danaus quinquaginta filias ſuſcepit, nominat. Aliam Europam, Tityi filiam, matrem Euphemi Argonautae habet Schol. Apollon. I. 179. ceterum Europam cultam fuiſſe a Sidoniis pro Venere & Aſtarte docet erudite Triſtanus tom. I. Comment. pag. 226. BURM.

863. *Vix ah, vix cetera differt.*] In uno Vatican. *Vix jam vix.* In aliis vero omnibus: *Vix ha vix.* CIOFANUS. *Vix ah* plerique praeſtantiores. prim. Vatic. & duo alii, *vix & vix.* ſecundus Mediceus, *vix vix & cetera.* Lege, *vix vixque & caetera differt.* Faſt. lib. I.

Vix eſt Evandri vixque retenta manu. HEINS.

Unus etiam Heinſii, *vix cetera gaudia differt.* ego praeferrem Vaticani libri ſcripturam, *vix jam, vix cetera differt.* illud *gaudia* ex verſu 514. lib. VI. videtur huc intruſum, quem tamen Heinſius ἀβελίζει, & qui natus ex lib. IV. 350. *Vixque moram patitur, vix jam ſua gaudia differt. cetera* vero obſcoene ſumi vidimus ad lib. III. Amor. II. ult. BURM.

865. *Deponit.*] *Demiſit* Florentinus. nil mutat. III. Amor. V. 20.

Cornigerum terrae depoſuiſſe caput. BURM.

866. *Nunc pectora praebet.*] In duobus Caeleſt. uno meo, & Abb. *Modo pectora.* Probo. nam in ſequenti verſu eſt: *Modo cornua ſertis.* Hiſce repetitionibus ſolet eſſe plenus Poëta Noſter. CIOFAN. *Modo pectora* iidem praeſtantiores. HEINSIUS.

867. *Vir-*

Virgineâ plaudenda manu; modo cornua ſertis
Impedienda novis. auſa eſt quoque regia virgo,
Neſcia quem premeret, tergo conſidere tauri.
Cum Deus à terrâ, ſiccoque à litore, ſenſim
Falſa pedum primis veſtigia ponit in undis.
Inde abit ulterius, mediique per aequora ponti
Fert praedam. pavet haec: litusque ablata relictum
Reſpicit: & dextrâ cornum tenet; altera dorſo
Impoſita eſt: tremulae ſinuantur flamine veſtes.

867. *Virginea plaudenda manu.*] Ita meliores. Ceteri maxima ex parte, *palpanda.* quomodo apud Prudentium περὶ στεφάν. Hymno Hippolyti:

Non ſtabulis blandive manu palpata magiſtri,
Ignara inſueto ſubdere colla jugo.

Et Manil. lib. v. 702. *palpare lupos.* quod Viviano tamen & Gebhardo nollem arriſiſſet. ſic *plaudere equos*, manibus mulcere paſſim apud ſcriptores. Sed & *plaudere caput* Apulej. i. Mileſ. *Imo de pectore cruciabile ſuſpirium ducens, dextra ſaeviente frontem replaudens.* ubi neſcio quid in mentem venerit Andreae Schotto, optimo & doctiſſimo viro, ut libro i. Obſervat. C. V. reponeret, *feriente dextra*, cum alterum ſit elegans & appoſitum. Noſter hoc ipſo libro 399. *ſtimuloque dolens & verbere ſaevit.* Marcianus Capella libro viii. *depile rubellumque calvitium ſenex baculo acclinatus afflixerat palmae verbere percrepitantis applauſo.* apud Statium lib. i. Silv. iii. 73.

Vitreaſque natatu
Plaudit aquas.

i. Silv. ii. 146.

Claraque gaudentes plauſerunt limina Cygni.

ubi *caraque* mallem. *Cygni* enim aves Phoebi, a quo Stella & Violantilla amantur, Apulejus Met. ix. *Jamque & plauſus manuum & aurium flexus, & ductum capiſtri, & quidvis aliud periclitantium placide patiebar.* Statius Theb. iv. 10. *dat euntibus enſes, plaudit equos,* Noſter lib. i. De Art. Amat. 629.

Quadrupedes, inter rapidi certamina curſus,
Depexaeque jubae plauſaque colla juvant.

Virgil. xii. Aeneid. v. 85.

Circumſtant propere aurigae manibusque laceſſunt
Pectora plauſa cavis, & colla comantia nectunt.

Ita enim veriſſime ibi legendum docuit Pierius e MSS. vulgo, *pectora pulſa.* ſic & Georgic. iii. 186.

— *Et plauſae ſonitum cervicis amare.*

Nemeſianus in Cynegetico 294.

Pulvere quin etiam puras ſecernere fruges
Cura ſit, atque toros manibus percurrere equorum;
Gaudeat ut plauſu ſonipes.

Ecloga tertia 33. de Baccho cum Sileno ludente:

Applauditve manu mutilum caput, aut leve mentum
Et ſummas tenero collidit pollice nares.

Ubi *mutilum* caput eſt calvum, Ovid. iii. Art. 249.

Turpe pecus mutilum.

Silius iv. 285.

Tum ſtimulans grato plauſae cervicis honore
Cornipedem alloquitur.

Lib. xvi. 356.

— *Nec qui cervicis amaret*
Applauſae blandos ſonitus.

Valer. Flac. iv. 358.

— *Plauſu fovet hanc & pectora mulcet.*

Noſter iv. 352.

— *Cavis velox applauſo corpore palmis.* Heins.

870. *Tum Deus.*] Meliores, *Cum Deus.* & mox, *primis in undis*, non *primo.* Heinsius.

873. *Lituſque ablata relictum Reſpicit.*] Ita lib. vi. 165. de Europa ipſa loquens:

Ipſa videbatur terras ſpectare relictas. Ciofan.

874. *Et dextra cornum tenet.*] Archaiſmos eſt. Nam *cornum* poſuit pro *cornu* metri cauſa, priſcorum imitatione. Item in quinto 383. *Oppoſitoque genu curvavit flexile cornum.* Lucanus autem etiam in maſculino genere uſurpat in ſeptimo, 217. cum ait. *Cornus tibi cura ſiniſtri.* Regius. Archaiſmos eſt, inquit Regius. Nam *Cornum* poſuit pro *cornu*, metri cauſſa: priſcorum imitatione. Quotquot ego manuſcriptos libros vidi, in iis omnibus eſt *Cornu*, non *Cornum*: & ſane non video, quare Raphaël, homo alioqui doctiſſimus, dixerit id feciſſe metri cauſſa. Nam, ut pueri vel ſciunt, *u* in fine producitur. Verum, ſi recte recolo, magis me movet Priſcianus, qui annotat *Cornum* dixiſſe Ovidium noſtrum. Sed Priſciano opponi poteſt tum veterum librorum auctoritas, ac conſenſus, tum illud, quod majus eſt, iii. Faſtorum 869. ubi eodem fere modo, quo hic loquitur:

Dicitur infirmâ cornu tenuiſſe ſiniſtrâ
Femina, cum de ſe nomina fecit aquae.

CIOFANUS. *Cornum tenet* cum Priſciano lib. VI. pag. 685. primus Mediceus, pro *cornu*, ut & Calandrae excerpta. & libro V. 383. ut idem Priſcianus, *Oppoſitoque genu curvavit flexile cornum.* Columella lib. VI. cap. 2. ex optimis membranis, *vini ſingulos ſextarios per cornum faucibus infundito.* idem codex denuo lib. VII. c. 10. *per cornum ſingulis ternos cyathos gari demittunt.* ita Plinius in naturali hiſtoria frequenter, & in membranis vetuſtis Solinus. HEINSIUS.

874. *Et dextra cornu tenet, altera dorſo Impoſita eſt.*] Hac de re aliter lib. V. eorund. Faſt. 607.

Illa jubam dextra, laeva retinebat amictus.

Rurſus lib. I. Eleg. III. 23. fere illo priore modo:

Quaeque ſuper pontum ſimulato vecta juvenco
Virginea tenuit cornua falſa manu. CIOFANUS.

Europae tauro inſidentis habitum nummi apud Triſtan. tom. I. 226. & II. 276. egregie oſtendunt.

875. *Tenues ſinuantur flamine veſtes.*] Omnes propè manuſcripti habent, *Tremulae ſinuantur flamine veſtes.* Quod abſque ulla dubitatione melius eſt. Ut ſit verborum ſenſus: Veſtes tremulae flamine. *Flamine* etiam exponi poteſt, flante vento. Si qui tamen erunt, quibus altera illa magis placeat, non pugnabo. CIOFAN.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER TERTIUS.

Fab. I. Argumentum.

Dentes draconis in homines.

[a] *Agenor, rapta Europa, fratres ejus ad requirendam ſororem dimiſit, ita ut, niſi eam reperiſſent, ad ſe ne reverterentur,* [b] *imperaret. Cilix diverſas petit terras,* [c] *noviſſimeque conſtituit Ciliciam;* [d] *nec minus Phoenix* [e] *à ſuo nomine Phoenicen. Cadmus vero,* [f] *deſperata ſpe* [g] *viſendi parentis, Apollinis* [h] *oraculum ingreditur, ſciſcitans, in quibus partibus orbis conſiſteret. Accepta itaque ſorte, ut vaccam à grege* [i] *ſecretam, quae lunae ſignum in latere haberet,* [k] *ageret; & ubi feſſa* [l] *procubuiſſet, ibi ſtatueret urbem; parens* [m] *praecepto, in eam terram devenit, quae poſtea à bove Boeotia eſt dicta. Hic cum ad fontem Martis ſocios aquatum miſiſſet,* [n] *atque ille illuc veniſſet, ut vidit*

[a] *Agenor.*] *Cum rapta Europa Agenor Rex fratris puellas, ad quaerendam eam mitteret, juſſit eis, ne ad ſe redirent niſi illam reperiſſent. Cilix itaque diverſas petens regiones, nec ſororem inveniens, noviſſime conſtat Ciliciam habitaſſe.* Colon. vitioſe, pro *fratres puellae.*

[b] *Imperaret.*] Ita ex conjectura ſcripſi, cum in C. & Raener. eſſet *imperat.* in V. *imperante.* Hervag. id verbum omiſit, forte non male, utpote additum ab ineptis, propter nimium longe dejunctas particulas, *ut, ne.* Giselin. Sed Veneta, Raeneriana, & MS. *imperat.* Quod ſi cui magis arriſerit, neceſſe eſt ut pro *ita ut* in praecedentibus ſcribat, *ac ut.* Micyllus verbum illud omiſit. Muncker. *Imperat* Parm. Lugd.

[c] *Noviſſimeque conſtituit Ciliciam.*] Τὸ *que* à Venet. Raen. Micyll. & MS. abeſt. Ceterum *conſtituere Phoenicen* & *Ciliciam* dixit, ut *condere Phoenicen, condere Achaiam* Hieronymus in Chronico Euſebiano; *condere Gades* Paterculus lib. 1. Vide Salmaſ. ad Tertull. Pall. pag. 170. Ad eundem modum *aedificare ſolitudines* dixit Vetus Interpres Job. cap. 111. verſ. 14. Immo & κτίζειν uſurpant Graeci. Lycophr. pag. 186. ed. Steph. Κτίσει δὲ χώραν ἐν τόποις Βορειγόναν. Quod tamen Tzetzae placere non potuit. Κτίσει δὲ, inquit, εἰς τὴν χώραν. οὐ γὰρ ἡ χώρα κτίζεται, ἀλλ' ἡ πόλις. Sed ego pluris facio unum Lycophronem, quam trecentos Tzetzas. Joſephi Antiq. lib. 1. cap. 7. Ἔκτισε καὶ Φούτης τὴν Λιβύην. Euſtath. in Dionyſ. pag. 109. Οὗ καὶ Εὐριπίδης κτίσορα ἰσορεῖ Ἀσιάτιδος χθονὸς. Hinc κτίσεις dicta ſcripta illa, in quibus de originibus & primis civitatum conditoribus agebatur. Vide Mauſſac. ad Plutarch. de Fluminibus pag. 240. Muncker. Vide ad Vellej. Paterc. lib. 1. cap. 2.

[d] *Nec minus.*] *Phoenix quoque de ſuo* Raener.

[e] *A ſuo nomine.*] *A nomine* Parm. Lugd. Micyl. *a ſe conditam nomine ſuo vocavit Phoeniciam* Colon. *Phoeniciam* etiam Raener.

[f] *Deſperatâ ſpe.*] Hygin. Aſtron. 11. 4. *Deſperatâ ſpe, ſolitudine ac pauperie oppreſſa* &c. Contra apud Plaut. Merc. 111. 4. 13. *Spem ſperatam cum obtuliſti hanc mihi.* Muncker.

[g] *Viſendi.*] *Reviſendi* Raener. rectius ut puto, illud *re* haeſit in *ſpe* praecedenti: *deſperatus viſendi patris* Colon. quod ſi ex veteri codice habeat, poſſet deffendi, ſi *reviſendi* legas.

[h] *Oraculum.*] H. e. templum. Hyg. 11. Aſtron. 23. *Jovis Dodonaei oraculum* Vide ibi annotata à nobis. Muncker.

[i] *Secretam.*] *Segregatam* Marg. Micylli. Colon. *ſeparatam* C. Marg. Giſel.

[k] *Ageret.*] *Sequeretur* Raener.

[l] *Procubuiſſet.*] *Procumberet* Colon.

[m] *Praecepto.*] *P. praecepto Cadmus in eam devenerat terram, q. p. a. b. B. d. eſt. Vacca itaque fatigata longo itinere in terram procubuit. Hic igitur cum* &c. Colon.

[n] *Atque ille illuc veniſſet.*] Sic edidit Giſelinus. Veneta, *Et cum etiam ipſe illuc viſiſſet.* Micyll.

vidit à dracone ſocios conſumptos, ſerpentem interfecit: denteſque ejus, Minervae monitu, [o] *humo ſparſit. Ex quibus armatorum multitudo* [p] *progignitur, quae inter ſe domeſtico bello confligit. Ita ut ex ea quinque relinquerentur, qui Minervae voluntate creandi populi, qui Thebis conſiderent,* [q] *principes eſſent, quorum nomina haec produntur fuiſſe,* [r] *Echion,* [s] *Udaeus, Chthonius, Pelorus,* [t] *Hyperenor.* [v] *Hi Cadmo ſocii condendae urbis additi ſunt.*

JAmque Deus poſitâ fallacis imagine tauri,
Se confeſſus erat; Dictaeaque rura tenebat.
Cum pater ignarus Cadmo perquirere raptam
Imperat: & poenam, ſi non invenerit, addit
Exſilium, facto pius & ſceleratus eodem.
Orbe pererrato (quis enim deprendere poſſit
Furta Jovis?) profugus patriamque, iramque parentis
Vitat Agenorides; Phoebique oracula ſupplex

Con-

& poſtea etiam ipſe illuc iviſſet. Raener. *Cum ipſe quoque illuc iviſſet.* MS. *& ille ibi iviſſet.* Quam lectionem videntur mutaſſe, qui nimium tribuunt regulis Grammaticorum. infr. lib. XIV. fab. 5. *Ac noviſſime Ulyſſes remedio Mercurii ibi venit.* Auctor vitae Apollinaris: *Ibi currebant ad eum omnes Chriſtiani.* Gajus Digeſt. lib. I. Tit. II. *cum ibi venerimus.* Cyprian. de Revel. capit. Joan. Baptiſt. *Pergens illico, ubi juſſus fuerat,* Gregor. Dialog. lib. I. *ubi vis ire,* Vulcat. Avid. Caſſ. cap. 9. *liberam evagandi, ubi vellet, poteſtatem dedit.* Haimo Homil. pag. 37. *cum ibi Jacob veniſſet.* Victor Epiſcop. lib. II. de Perſec. Vand. *ſi animali ſedere non poteſt, jungantur boves indomiti, qui eum collizatis funibus trahendo perducant, ubi ego praecepi.* pro *animali*, legere poſſis, *animal.* Vid. Annotata ad Hygin. Myth. cap. 61. ſed alterum bene habet Naſo Met. lib. XI. 237. *frenato Delphine ſedens.* Haimo Hiſt. Eccleſ. *cap.* 20. *Aſino ſedens ad tribunal ducitur.* MUNKERUS. *Et cum etiam ipſe illuc viſiſſet* Parm. *iviſſet* Lugd. *& illic cum poſtmodum eos infecimus, a dracone pene conſumptus, ſerpentem int.* Colon.

[o] *Humo ſparſit.*] Ita V. C. Birckm. Hervag. quod etſi alii non meminerint uſquam legiſſe, nos tamen teſtabimur, in veteribus libris eſſe non infrequens, nominatim verſu hujus libri 127. *Is ſua jecit humo.* GISELIN. *humi* Raener. vid. ad Ovid. lib. IV. Met. 121.

[p] *Progignitur.*] *Gignitur* & mox, *quinque tantum rel.* Colon.

[q] *Principes eſſent.*] Ita Giſelinus & Veneta. Etiam Raen. & Micyllus, niſi quod pro *conſiderent* exhibent, *conſideret.* MS. *principeſque eſſent.* quaſi *Tò populi* nominativus eſſet pluralis: ſed rectius dicas genitivum eſſe ſingularem, tametſi *conſiderent* ſequitur. nota eſt ſyneſis. Vetus interpres Siracidae cap. 19. *omnis populus properaverunt.* Luc. cap. XXIII. verſ. 1. *& ſurgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum.* Marc. IX. 15. *populus ſtupefactus eſt & expaverunt.* Pſalm. LXXXV. verſ. 13. *Synagoga potentium quaeſierunt animam meam.* MUNCKER. *Conſiderent, principeſque eſſent. quorum nomina haec fuerunt.* Colon.

[r] *Echion.*] *Ethion* Parm. Lugd.

[s] *Udaeus.*] Ita recte Raenerius. perperam *Udeus* Micylliana. perperam etiam *Idaeus* Giſelinus & Veneta. in qua, ut & in MS. male pro *Chthonius* legitur *Chromius.* vid. notas ad Hygin. Mythol. cap. 178. MUNCKERUS. *Idaeus* Parm. Lugd. *Cromius* Lug. *Chromius* Parm.

[t] *Hyperenor.*] *Hyperenon* Parm. Lugd. *Hypenon* Colon. *Pelor.* etiam Raener.

[v] *Hi Cadmo &c.*] Adjiciunt vulgo & C. *hi Cadmo ſocii condendae urbis additi ſunt.* puto falſum: eſt enim mera repetitio. & abeſt ab V & Raener. GISELIN. *Hi* non habent Parm. & Lugd. ſed reliqua omiſit etiam Raener.

2. *Se confeſſus erat.*] Sic Virg. lib. II. Aeneid. 591. *Alma Venus confeſſa Deam, qualiſque videri Caelicolis, &c.* Claudianus: Rapt. II. 230. *Confeſſus ſocerum*, & ipſe lib. XI. 26. *Confeſſam amplectitur heros.* CIOFANUS.

2. *Dictaeaque rura tenebat.*] Cicero lib. IV. ad ad Attic. *Milo campum jam tenebat.* IDEM. Vid. ad III. Faſtor. 219. *Colebat* in uno Leidenſi, duo etiam Medicei *Dicteiaque arva*, unde Heinſius *Dicteiaque* faciebat. *dictaeaque regna* nonnulli.

3. *Cum pater ignarus raptam perquirere Cadmo.*] *Pater ignarus raptam*: ignorans Agenor Europam, filiam ſuam, à Jove ſurreptam eſſe. Quidam hoc loco, ubi eſt *Raptam*, parum conſiderate poſuerunt *Natam.* abeſt enim ab omnibus ſcriptis. CIOFANUS. *Natam* eſt in uno Menardi, & in tertio Regio a manu prima & multis aliis ſcriptis & editis. in aliis, *Cadmo perquirere natam*, vel *raptam.*

6. *Orbe*

Consulit: &, quae sit tellus habitanda, requirit.
Bos tibi, Phoebus ait, solis occurret in arvis,
Nullum passa jugum, curvique immunis aratri.
Hac duce carpe vias, &, quà requieverit herbâ,
Moenia fac condas; Boeotiaque illa vocato.
Vix bene Castalio Cadmus descenderat antro:
Incustoditam lentè videt ire juvencam,
Nullum servitii signum cervice gerentem.
Subsequitur, prensoque legit vestigia gressu;
Auctoremque viae Phoebum taciturnus adorat.
Jam vada Cephisi, Panopesque evaserat arva;
Bos stetit; &, tollens spatiosam cornibus altis
Ad coelum frontem, mugitibus impulit auras.
Atque ita, respiciens comites sua terga sequentes,

Pro-

6. *Orbe pererrato.*] Sic Virg. lib. II. Aen. dixit: 295. *Pererrato ponto:*

Magna pererrato statues quae denique ponto.

Sueton. in Tiberio c. 40. *Peragrata Campania, cum Capuae Capitolium, Nolae templum Augusti, quam &c.* Est *peragratus* participium sine verbo: ut *regnatus*, & alia. Ciofan. Vid. ad Vellej. II. 97.

6. *Posset.*] *Possit* plurimi scripti. vid. lib. II. 855.

10. *Solis.*] *Mediis* Junianus: *in agris* plurimi.

11. *Curvique immunis.*] *Ignarus* thuani codex, quod stare nequit, quia *passa* praecessit. latentis tamen vitii suspicionem movet. sic *nescia aratri conjux tauri*, & *nullo collum signata jugo*, apud Senec. Agam. 354. *nondum passa* Cantab. *nusquam* Medic. unus.

13. *Moenia fac condas.*] *Ponas* secundus Palat. Nostet in Fastis IV. 871.

—— *Ambigitur moenia ponat uter.*

atque ita alibi passim. Statius lib. I. Silv. II. 191.

Quis septem geminae posuisset moenia Romae.

Manilius lib. I. 782.

—— *Romamque Camillus*
Servando posuit.

Plura Fast. II. vers. 63. Silius Italicus initio lib. I.

Tum pretio mercata locos nova moenia ponit.

Heins. Ita IV. Fast. 72.

Argolicae quod posuere manus.

III. Trist. IX. 5.

Sed vetus huic nomen positaque antiquius urbe.

Horat. II. od. 6.

Tibur Argeo positum colono.

Vide Cerdam ad Virgil. VIII. 52. Burmannus.

15. *Lente.*] *Longe* Florent. Neapol. & Mediceus.

16. *Nullum servitii.*] Pausanias lib. IX. 112. ut & Lactantius supra, addit etiam lunae signo in latere fuisse notabilem hanc vaccam. Micyllus. Vid. Statium lib. VII. 664.

17. *Presso gressu.*] Liv. XXVIII. 14. *Hispanos presso gradu incedere jubet.*

18. *Auctoremque viae.*] Gebh. lib. I. Crep. 12. legit hic & alibi, *actoremque.* inepte, licet semper fere MSS. has voces confundant.

19 *Panopesque.*] *Panopes evaserat* Mediceus Basil. & Gron. Heinsius olim *Panopea* conjiciebat, ut esset appositio, qualis lib. XIV. 48. *Rhegion, undas.* vid. ad lib. IV. 668. & forte rectius *Panopea* scribitur. oppidum enim *Panopeus* a Strabone lib. IX. pag. 416. dicitur, ubi vide Casaub. & a Pausania lib. X. cap. 4. licet a Stephano πανόπη dicatur, & defendant Salmasius & Berckelius. eandem quoque *Phanoten* vel *Phanotea* dictam volunt Strabo & alii. dubitat Camerarius ad Sophocl. Elect. 45. vid. Eustath. ad Hom. Iliad. B. 520. *reliquerat* unus Leid. unde posset, *Panopeaque liquerat arva* legi. Burmannus.

20 *Speciosam cornibus altis Frontem.*] *Spatiosam* libri veteres magno numero. sic εὐρύκερως βοῦς Moscho in Europa, ὑψίκερως Ζεὺς Nonno, ubi agit de Jove in taurum mutato. *Cornua procera & robusta* Columella quoque in bubus commendat. lib. VI. cap. 1. quamquam cap. 20. breviora tauris, quam bubus cornua adsignat. *Spatiosum* pro magno & procero:

—— *Andromache spatiosior aequo.*

Apud Nostrum II. Arte Amatoria 645. *spatiosus taurus* Remedio Amorum. 421. *spatiosa planta* auctori Moreti. apud Lucanum IX. 732.

Nec tutus spatio est elephas.

id est mole. *spatium admirabile Rhombi.* apud Juven. IV. 39. Heins. Gebhardus etiam lib. II. Crep. 7. *spatiosam* praetulit. vide mox vers. 56. & ita hic legendum esse, apparet ex lib. II. 855. *Cornua parva quidem* &c.

22. *Sua terga.*] *Vaga terga* fragmentum Cantabr. *sequaces* etiam Basil.

Procubuit, teneràque latus ſubmiſit in herbâ.
Cadmus agit grates, peregrinaeque oſcula terrae
Figit: & ignotos montes, agrosque ſalutat.
Sacra Jovi facturus erat: jubet ire miniſtros,
Et petere è vivis libandas fontibus undas.
Silva vetus ſtabat, nullâ violata ſecuri;

Eſt

23. *Tenera ſubmiſit in herba.*] Quidam editi & ſcripti, *teneraque l. ſ. in herbas.* eadem varietas infra 502.

24. *Cadmus agit grates, peregrinaeque oſcula terrae Figit, &c.*] Mos erat, ut, qui primum ingrederentur regionem aliquam, ad eamve ex intervallo reverterentur, religioſe eam ſalutarent: idque, quoniam cuique loco ſuum quendam genium praeeſſe arbitrabantur. Itaque Pythagorici ob id aliis alios locis fortunatiores eſſe rebantur: prout videlicet cum cujuſque loci genio cujuſque hominis genius conveniret. Catullus Carm. xxxi.

Salve o venuſta Sirmio.

Virgilius v. 95.

Ignarus, geniumne loci, famulumve parentis
Eſſe putet.

Idem vii. 175.

Sic deinde affatus, frondenti tempora ramo
Implicat, & geniumque loci, primamque Deorum
Tellurem, Nymphaſque, & adhuc ignota precatur
Flumina.

Et quidam apud Menandrum:

Χαῖρ' ὦ φίλη γῆ, διὰ χρόνου πολλοῦ σ' ἰδὼν
Ἀσπάζομαι.

Et ſervus quidam Plautinus Bacchidibus ii. i. i.

Herilis patria ſalve, quam ego biennio
Poſtquam in Epheſum abii, conſpicio lubens.

Et alter in Sticho iv. ii. i.

Salvete, Athenae, quae nutrices Graeciae.
O terra, herilis patria, te video lubens.

Haec omnia accepi à commentario optimi atque eloquentiſſimi viri M. A. Mureti in Catul. Hunc quoque morem indicavit Seneca, apud quem loquitur Agamemnon 782.

Tandem revertor ſoſpes ad patrios lares,
O cara ſalve terra. tibi tot barbarae
Gentes dedere ſpolia. Ciofan.

In ſecundo Palatino eſt, *Gaudet Agenorides.*

24. *Oſcula terrae Figit.*] Sic Virg. lib. i. Aen. 687.

Cum dabit amplexus, atque oſcula dulcia figet.

Ciofan.

25. *Montes agroſque.*] *Monteſque agroſque* editiones quaedam; ſed aliter ſcripti. *agros monteſque* duo codices.

26. *Jubet ire miniſtros.*] *Miniſtris* ſecundus Mediceus & Neapolitanus. perperam. vide inf. ad lib. viii. 752.

28. *Silva vetus & ſeq.*] Haec cum ſcriberet Ovidius, videtur mihi reſpexiſſe ad ſerpentem illum mirae magnitudinis, de quo Oroſius lib. iv. cap. iix. Atque, ut hoc quiſque facilè poſſit dignoſcere, ejus verba hic ponere non me piget: licet hic Noſter rem ipſam more ſuo, & ingenio, quo ceteros ſuperavit, mirandum in modum exornet, & paullo ſecus deſcribat: hunc tamen locum mirificè illuſtrant. Oroſii autem haec verba ſunt: *Regulus bellum Carthaginienſe ſortitus, iter cum exercitu faciens, haud procul à flumine Bagrada caſtra conſtituit. Ubi cum plurimos militum aquandi neceſſitate ad flumen deſcendentes ſerpens mirae magnitudinis devoraret, Regulus ad expugnandam beſtiam cum exercitu profectus eſt: ſed nihil in tergo ejus proficientibus jaculis, atque omni telorum ictu irrito, quae per horrendam ſquamarum cratem quaſi per obliquam ſcutorum teſtudinem labebantur, mirumque in modum ne corpus laederent ipſo corpore pellebantur, cum inſuper magnam multitudinem morſu comminui, impetu proteri, halitu etiam peſtifero exanimari videret, balliſtas deferri imperavit, per quas ſaxum murale ſpinae ejus incuſſum, compagem totius corporis ſolvit. Talis ſiquidem eſt natura ſerpentis, ut cum pedibus carere videatur, coſtis tamen & ſquamis, quas à ſummo gutture uſque ad imam alvum parili modo diſpoſitas habet, ita inſtruitur, ut ſquamis quaſi unguibus, coſtis quaſi cruribus innitatur. Non enim ut vermis, cui ſpinae rigor non eſt, & indirectum corpuſculi ſui partes gradatim porrigendo contractas, contrahendo porrectas motum explicat, ſed alternis intenta conatibus latera ſinuoſa circumfert. ut per exteriorem ſpinae curvaturam rigentem coſtarum aciem tendat; coſtis autem natura ad ſummum rectis ſquamarum ungulas figat: quod viciſſim & celeriter agendo non ſolum plana perlabitur, ſed etiam convexa conſcendit, tot veſtigiis inſtructa, quot coſtis. Hujus itaque rei cauſſa eſt, ut, ſi in qualibet corporis parte ab alvo uſque ad caput ictu aliquo collidatur, debilis reddita, curſum habere non poſſit: quia ubicumque illi ictus inciderit, ſpinam ſolvit, per quam coſtarum pedes & motus corporis agebantur: unde etiam hic ſerpens, qui tamdiu tot jaculis invulnerabilis obſtitit, ad unius ſaxi ictum debilis ceſſit, ac mox circumventus telis facilè oppreſſus eſt. corium autem ejus Romam devectum (quod fuiſſe centum viginti pedum ſpatio ferunt) aliquamdiu cunctis miraculo fuit.* Hujus quoque ſerpentis ſic meminit Val. Maximus extremo lib. i. *Quae quia, inquit, ſupra uſitatam rationem excedentia attigimus, ſerpentis quoque à T. Livio curioſe pariter ac jucundè relata fiat mentio. Is enim ait in Africa apud Bagradam flumen tan-*

tae

Eſt ſpecus in medio, virgis ac vimine denſus,
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum;
Uberibus fecundus aquis. (hoc conditus antro
Martius anguis erat, criſtis praefignis & auro;
Igne micant oculi; corpus tumet omne veneno;
Tresque vibrant linguae; triplici ſtant ordine dentes.)
Quem

tae magnitudinis anguem fuiſſe, ut Atilii Reguli exercitum uſu amnis prohiberet: multiſque militibus ingenti ore correptis, compluribus caudae voluminibus eliſis, cum telorum jactu perforari nequiret, ad ultimum balliſtarum tormentis undique petitam, ſilicum crebris & ponderoſis verberibus procubuiſſe, omnibuſque & cohortibus & legionibus ipſa Carthagine viſam terribiliorem. Atque etiam cruore ſuo gurgitibus imbutis, corporiſque jacentis peſtifero afflatu vicina regione polluta, Romana inde ſummoviſſe caſtra. Dicit belluae etiam corium CXX. *pedes longum, in urbem miſſum.* Librum, quo apud Livium hujus ſerpentis mentio erat, aetas noſtra cum multis aliis deſiderat. Julius Obſequens: *Serpens in Africa portentoſae magnitudinis apparuit, quem Atilius Regulus, cum maxima militum clade difficulter catapultis & balliſtis, veluti molem quandam expugnavit: qui cum aliquoties jam adverſus Carthaginienſes pugnaſſet, eo anno ab hoſtibus captus eſt. Hujus autem ſerpentis exuviae centum viginti pedum longitudine fuiſſe feruntur, & ejus maxillae uſque ad Numantinum bellum in publico pependiſſe dicuntur.* Refert & hoc breviter ex Tuberone Agellius cap. 3. lib. VI. & Plinius lib. IIX. cap. 14. Silius quoque lib. VI. longo carmine perſequitur: qui quidquid Poëticae exornationis ad hiſtoriam addidit, totum fere, vel certè multa, ſi quid ego video, ex hoc noſtro, quamquam non ſatis feliciter, mutuaſſe videtur. Alii, quibus majus otium eſt, quam mihi, loca cum locis, ſi volent, conferant. Ciofanus. Gerardus Voſſius J. G. Filius, ſuo Ciofani codici, qui ſervatur in Bibliotheca Leidenſi, adſcripſerat, *Quam fatua!* & indignabatur, Oroſii verba hic adduci ante Tuberonis, Livii, & Gellii, quaſi ille alios vinceret. notaverat etiam recte Julii Obſequentis non eſſe, ſed Lycoſthenis verba, quae hic pròferuntur, quod pluribus viris eruditis accidit. Farnabius etiam potius reſpexiſſe ad Euripidem in Phoeniſſis putat, ubi Cadmi & ſerpentis certamen habetur, & legendum etiam Nonnum fine lib. IV. monet.

29. *Et ſpecus in medio.*] Alii rectius, *Eſt.* mox pro, *ubi conditus antro*, malim, *hoc* cum Neapolitano. niſi ſcribas, *cui creditus antro.* Heins.

29. *Denſus.*] Editiones quaedam & ſcripti aliquot, *denſis.* male. Faſt. VI. 9.

Eſt nemus arboribus denſum.

Ibid. v. 411.

Hic quoque lucus erat juncis & arundine denſus.

Inf. hoc libro v. 155.

Vallis erat piceis & acutâ denſa cupreſſu.

Praeterea unus Mediceus, *denſa*, alter Palatinus, *denſum.* quae variae lectiones inde natae, quia veteres triplici genere voce *ſpecus* uſi fuere. vide Priſcian. lib. VI. pag. 713. qui in hoc lòco *denſus* agnoſcit. & Voſſ de Analog. 16. *virgis a culmine denſus* ſecund. Medic. & Urbinas Burm.

32. *Martius anguis*] Anguis a Marte ejus loci cuſtos appoſitus. nam Suidas, ubi proverbium illud explicat Καδμεῖα νικὴ. i. *Cadmea victoria*, Cadmum ait octo annos coactum ſervire Marti: quoniam ſerpentem, qui ſacrum ei deo fontem cuſtodiebat, interemit. Constant. Fanensis. Hujus ſerpentis, item fontis, etiam Pauſanias meminit in Boeoticis. Ipſe autem ſerpens, quem hic *Martium* appellat Ovidius, ab aliis proprio nomine *Dercyllus* dicitur. ut eſt videre in comment. Euripidis in Phoeniſſis. Fontem vero Euripides *Dircen* vocat, quod tamen tempori non reſpondet, cum Dirce, à qua fonti nomen factum, poſterior Cadmo fuerit. Sed haec nihil ad rem praeſentem. Micyllus. Sic Stat. x. 800.

—— *Nimirum Martius anguis,*
Quaeque novis proavum tellus efloruit armis.

Ciofanus. Micyllum deceptum verbis Scholiaſtae Euripidis ad Phoen. v. 7. credidiſſe *Dercyllum* eſſe nomen ſerpentis, cum ſit ſcriptoris nomen, notavit jam Muncker. ad Anton. Liberal. cap. 2. de hoc Dercyllo vide Mauſſaci notas ad Plutarch. de Flumin in Hydaſpe in fin. Burm.

32. *Criſtis praefignis, & auro.*] Eadem figura utitur Virg. II. Georg 92. *pateris libamus & auro.* Ciofanus.

33. *Igne micant oculi.*] Hunc fortè locum imitatus eſt idem Statius XI. 534.

Strictiſque erexit pectora ſetis:
Igne tremunt oculi: lunataque dentibus uncis
Ora ſonant. Igne micant oculi: Sic locutus eſt infra lib. IIX. 284. de Apro:

Sanguine, & igne micant oculi.

Virgilius II. 210.

Ardentes oculos ſuffecti ſanguine & igni.

Plautus in Menaechmis: *Ut oculi ſcintillant.* Idem in Captivis: *Ardent oculi.* M. Tull. in Verrem extremo II. ut puto. act. *Nam cum ſpumas ageret in ore, arderent oculi.* Homerus lib. XIII. Iliad.

Ὀφθαλμῷ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον.

Heſiodus in Aſpide:

Ἐμπαλιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δεδορκώς Ciof.

Quem poſtquam Tyriâ lucum de gente profecti
Infauſto tetigere gradu; demiſſaque in undas
Urna dedit ſonitum; longum caput extulit antro
Caeruleus ſerpens; horrendaque ſibila miſit.
Effluxere urnae manibus; ſanguisque relinquit
Corpus, & attonitos ſubitus tremor occupat artus.
Ille volubilibus ſquamoſos nexibus orbes
Torquet, & immenſos ſaltu ſinuatur in arcus:
Ac mediâ plus parte leves erectus in auras
Deſpicit omne nemus: tantoque eſt corpore, quanto,

Si

34. *Treſque micant linguae.*] Otioſa & ingrata repetitio eſt Τοῦ *micant*, quare amplector quod marginem Gryphianae, Mycillianae, ac Berſmannianae editionum occupavit, haud dubie ex veteri libro depromtum, *Treſque vibrant linguae. vibrant linguae*, proprius de ſerpentibus loquendi modus. Statius lib. v. Thcb. de ſerpente Archemori 507.

Livida fax oculis: tumidi ſtat in ore veneni
Spuma virens: ter lingua vibrat.

Virgil. Aeneid. II. 211.

Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

ubi Servius: *vibrantibus, mobilibus. Quia nullum animal tantâ celeritate linguam movet. adeo ut triplicem habere videatur, cum una ſit.* Lucanus lib. IX. 629.

Illis e faucibus angues
Stridula ſuderunt vibratis ſibila linguis.

Silius libro VI. 222.

Trifidò vibrata per auras
Lingua micat motu, atque adſultans aethera lambit.

Et lib. II. 586. de ſerpente quoque:

Ignea ſanguineâ radiabant lumina flammâ.
Oraque vibranti ſtridebant ſibila.

Val. Flaccus lib. I. 61.

—— *Tantoque ſilet poſſeſſa draconi*
Vellera, multifidas Regis quem filia linguas
Vibrantem ex adytis cantu dapibuſque vocabat.

Lingua vibrante minantem ſerpentem Lucretius dixit lib. III. 657. neque aliter paſſim Poëtae, quod pluribus exemplis adſtrui poſſet, & confirmari, ſi in re protrita juvaret nunc moras nectere, aut exſpatiari. *Triſulca vibramina ſerpentum* Apulejo Metam. VI. Primam in *vibrare* ſyllabam Catullus quoque corripit. In priori verſu unus Mediolan. *igne vacant*, pro quo forte legendum, *natant*, & tunc hic nihil mutandum. Heinsius.

34. *Triplici ordine.*] *Agmine* unus Mediceus, ut Statius lib. v. 509. *Terna agmina adunci Dentis.*

35. *Tyria de gente.*] E Tyro, urbe Phoeniciae, unde Cadmus *Tyrius* dictus eſt. Cinna in Propemptico Pollionis:

Nec tam donorum ingentes mirabere acervos,
Innumerabilibus congeſtos undique ſaeclis;
Jam inde à Belidis, natalique urbis ab anno,
Cecropis, atque alta Tyrii ab origine Cadmi.

Ciofanus.

37. *Longo caput extulit antro.*] In nonnullis *longum.* Naugerius. Ita quoque Regius & Leidenſis codex. quod mihi placet. nec revocat locus Virgilii lib. III. 634. a Pontano adductus, de Polyphemo, *jacuitque per antrum immenſum*, nam ibi legendum eſſe, *immenſus*, jam diu inter doctos conſtat. ſimiliter Noſter lib. II. Amor. IV. 34.

Et potes in toto multa jacere toro.

Edidit antro Regius unus, nec hoc caret ſua elegantia. Burmannus.

39. *Effluxere undae manibus.*] *Urnae* longe elegantius pro diverſa lectione Neapolitanus, unus Mediceus, & unus Gronovianus. ſic lib. III. Amor. II. 14.

Deque meis manibus lora remiſſa fluent. Heins.

Eadem confuſio vocum *undas* & *urnas* eſt in Ibide 177. & infr. 172. & apud Claudian. II. in Eutrop. 171.

40. *Et attonitos ſubitus tremor.*] In uno meo eſt, *Subitus metus.* Ciof. *Timor* Regius unus & Heinſii. ſic contra mox 47. *ipſe tremor* Vaticanus, pro timor.

41. *Ille volubilibus ſquamoſos nexibus orbes Torquet.*] Serpens in aliquem impetum facturus ſe in ſpiras colligit. Ita mox:

Ipſe modo immenſum ſpiris facientibus orbem
Cingitur.

Sic lib. IX. ỹſ. 64. de Acheloo in ſerpentem:

Qui poſtquam flexos ſinuavi corpus in orbes.

Virg. lib. II. Georg. 153.

Nec rapit immenſos orbes per humum, neque tanto
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

Hanc eandem comparationem, ſerpentiſque naturam ponit & Plato lib. I. De Republica. Ciof.

42. *Sinuatur in arcus.*] Unus Vatic. unus Maff. & Abb. *In orbes.* Ciofanus. Rectius, *immenſos in arcus* primus Vatic. Florent. aliique nonnulli. at Zulichemianus, *immenſos altus ſinuatur in arcus.* unus Medic: *immenſos corpus ſinuatur in arcus*, non inconcinno Graeciſmo. *Torquet* etiam Germanicus Phaenom. pag. 2.

Immanis ſerpens ſinuoſa volumina torquet.

Male

Si totum ſpectes, geminas qui ſeparat Arctos.
Nec mora: Phoenicas (ſive illi tela parabant,
Sive fugam; ſive ipſe timor prohibebat utrumque)
Occupat; hos morſu, longis complexibus illos;
Hos necat adflatos funeſti tabe veneni.
Fecerat exiguas jam Sol altiſſimus umbras:
Quae mora ſit ſociis miratur Agenore natus;
Veſtigatque viros. tegimen derepta leoni
Pellis erat: telum ſplendenti lancea ferro,
Et jaculum; teloque animus praeſtantior omni.

Ut

Male Grotius, *verſat.* Cicer. Arat. pag. 2.
Torvus draco ſerpit, ſubterque ſuperque retorquens
Seſe.
Sic MSS. vulgo, *revolvens.* Stat. v. Theb. 520.
Saevior anfractu laterum ſinuoſa retorquens
Terga ſolo. Heinsius.
In *orbes* repetitum ex lib. IX. 64. eadem varietas mox. 160.

43. *At media.*] Lego *ac.* Const. Fan. *In media* Gron. unde Heinſius, *hinc*; alii *&*, vel *at. Ac media de parte* Urbinas.

44. *Deſpicit.*] Sic legendum ex veteribus libris & ratione. Ciofan.

44. *Tantoque eſt corpore, quanto, Si totum ſpectes, geminas qui ſeparat Arctos.*] Locus hic non facilè intelligetur, niſi quae Higinus de utraque Urſa ſcribit, huc afferantur. Itaque ego, qui quantum potui, Poëtam hunc noſtrum illuſtrandum ſuſceperim, ejus verba operae pretium me facturum exiſtimavi, ſi recitarem, atque utriuſque Urſae, Draconiſque imaginem apponerem. *Igitur incipiens à polo Boreo protinus dicere, quo utraeque arcti nixae vehuntur arctico circulo clauſae, & ita collocatae, ut alterius unaquaeque earum reſupinata caput alterius regere videatur: ita tamen ut caput ejus, quae ſuperior fuerit, ad caudam inferioris contendat. Harum major in extremo circulo pedes habet fixos. Praeterea habet in capite ſtellas ſeptem, omnes obſcuras. in utriſque auribus binas: in humero claram unam: in pede de poſterioribus noviſſimo duas: in ſummo interſcapilio unam: in crure de poſterioribus primo unam: in pede priore duas: in cauda ipſa tres. Ita totius ſideris ſtellae ſunt omnino* XXI. *Minor autem habet in ſtationis unoquoque loco ſtellas ſingulas clarè lucentes, & ſuper caudam tres: omnino ſeptem: Sed in prioribus caudae ſtellis una, à quo Polus appellatur, ut Eratoſthenes dicit: per quem locum ipſe mundus exiſtimatur verſari. Reliquae autem duae κόρευται dicuntur, quod circum polum verſantur. Draco inter duas arctos collocatus videtur corporis ſinu facto arctον minorem ita concludere, ut paenè pedes ejus tangere videatur. Cauda autem flexa caput majoris attingere, ſuo capite tanquam reducto, circulum arcticum attingens, corpus ut in ſphaeram complicari, & ſi quis diligentius attenderit, videre poterit caput Draconis ad majoris Urſae regionem caudae collocari. Hic habet in utroque tempore ſtellas ſingulas: in oculis ſingulas: in mento unam, & toto corpore reliquo claras decem; ita ut omnino ſit ſtellarum* XV. Scio me à quibuſdam reprehenſum iri, quod totum hunc Higini locum huc tranſtulerim, qui locum ipſum indicare contentus eſſe poteram: verum hoc eorum gratia concedendum fuit, qui (quod ſaepè mihi contingit) multis carent auctoribus, multiſque libris, quique propter pauperiem eos ſibi comparare non poſſunt. conſului tamen perſaepe illorum opinioni, qui loca tantum ſibi annui volunt. Ciofanus. *Geminam Arcton* Arondelianus. Heins.

48. *Complexibus.*] *Amplexibus* major pars ſcriptorum.

49. *Hos necat afflatu funeſta, hos tabe veneni.*] Sic lege ex opt. libro. ter *hos* repetit more ſuo. Ciofanus. Alii, *hos funeſta.* multi Τὸ *hos* non agnoſcunt. Bernegg. ſecundus Palat. & tres alii, *afflati funeſta tabe veneni.* recte. niſi quod, *afflatos*, vel *efflati veneni* malim. *afflatos* certe unus Mediceus. alius, *afflatus funeſti veneni.* Silius libro VI. 240. in ſimili deſcriptione:

—— *Tractae foeda gravitate per auras*
Ac tabe afflatûs volucres. Heinsius.

Efflati eſt in Francofurtenſi. ut dictum eſſet, quomodo de equis Solis lib. II. 85. *ignes efflant*, & VII. 104.

50. *Fecerat exiguas jam ſol altiſſimis umbras.*] Deſcriptio meridiei. Ita mox:

Jamque dies medius rerum contraxerat umbras,
Et ſol ex aequo meta diſtabat utraque.

Et lib. XIV.

Sol erat, & minimas à vertice fecerat umbras.

Et III. De Arte:

Jamque dies medius tenues contraxerat umbras,
Inque pari ſpatio veſper & ortus erant. Ciof.

52. *Tegimen derepta leoni Pellis erat.*] Nec admonendum quidem hoc erat, niſi in codice etiam Aldino depravatum reperiſſemus. legendum enim eſt, *leoni* in dandi caſu, non in gignendi *Leonis*, ut recte hoc Raphaëlis exhibuit codex. Glaream. Hunc morem oſtendit & Virgil. lib. V. *tergum Gaetu-*

Ut nemus intravit, letataque corpora vidit,
Victoremque ſupra ſpatioſi corporis hoſtem
Triſtia ſanguinea lambentem vulnera lingua;
Aut ultor veſtrae, fidiſſima corpora, mortis,
Aut comes, inquit, ero. dixit: dextràque molarem
Suſtulit; & magnum magno conamine miſit.
Illius impulſu cum turribus ardua celſis
Moenia mota forent; ſerpens ſine vulnere manſit.

Lo-

tuli immane leonis Dat Salio villis oneroſum atque unguibus aureis. CIOFANUS. *Derepta leoni* praeſtantiores. ſimiliter lib. xv. 304. ex antiquis codicibus ſcribendum:

——— *Derepta bicorni*
Terga capro.

Virgilius Aen. xi. 193. ex veterrimo Mediceo.

— *Spolia occiſis derepta Latinis*
Conjiciunt igni.

Erepta dixit eodem libro 679.

Cui pellis latos humeros erepta juvenco
Pugnatori operit.

Et Statius Theb. iv. 166.

Quatuor indomitis Capaneus erepta juvencis
Terga, ſuperque rigens injectum molis ahenae
Verſat onus.

Idem Virgilius libro primo 211.

Tergora deripiunt coſtis.

Quae illic vera eſt ſcriptura. ut & l. iii.

——— *Littore funem*
Deripere.

Statius lib. iii. 411.

Frenaque & auratae textum ſublime coronae
Deripiunt.

Ita MSS. Barthii: & ibid. 566.

Ergo manu vittas damnataque vertice ſerta
Deripit.

Ubi etiam *diripit* vitioſe editur. Silius lib. ix. 29.

Tradant immo hoſti revocatos ilicet enſes,
Tradant arma jube, aut pugnantum deripe dextris.

Ita ſcribendum, non *diripe dextras*, ut nunc circumfertur. Silius libro x. 318. ex optimis membranis,

Fractaque conflictu parmarum tegmina, & ore
Cornipedum derepta fero ſpumantia frena.

Libro eodem 599.

——— *Ite ocyus arma*
Deripite, ô pubes, templis.

Non *Diripite.* libro xi. 376.

——— *Praeda & captiva lequntur*
Corpora, dereptaeque viris ſub Marte cruento
Exuviae.

Ex optimis membranis. ut & lib. xii. 309.

Antiquum decus & derepta monilia collo.

Sic ſcribe & apud Val. Flaccum lib. vi. 668.

Interdum blandae derepta monilia divae
Contrectat.

Et apud Lucanum libro i. 239.

Excita juventus
Deripiunt ſacris affixa penatibus arma.

Et apud Senecam Agamemnone 693. ex optimis membranis:

Sed cur ſacratas deripis capiti infulas

Et apud Horatium libro iii. Od. v.

——— *Arma militibus ſine caede derepta.*

Et *amphoram deripere horreo* lib. iii. Od. xxviii. & lib. iv. Od. xv. *ſigna derepta Parthorum poſtibus.* & *coelo deripere ſidera* Epod. v. quod *devocare* dixit Epod. xvii. ibidem, *polo Lunam deripere.* Noſter lib. vi. de Marſya 387.

Clamanti cutis eſt ſummos derepta per artus.

Et in Ibide 551.

Nudaque dereptâ pateant tua viſcera pelle,
Ut Phrygium cujus nomina flumen habet.

Vide Notas Amor. lib. v. Eleg. v. 13. & Met. vi. 567. xv. 304. ſic *pignus dereptum lacertis* apud Horatium lib. i. Od. ix. ex antiquis codicibus. Noſter lib. vi. 566. ex membranis:

——— *Velamina Procne*
Deripit ex humeris.

Sic *rapere.* Silius xiii. 334.

Paſtorale Deo baculum, pelliſque ſiniſtrum
Velat rapta latus tenerae de corpore damae.

Ubi nunc editum exſtat, *velat grata latus.* HEINS.

53. *Splendenti lancea ferro.*] *Splendentis lancea ferri* Leidenſis. ſed nihil opus. ſic Ep. iv. 83. *lato venabula ferro.* vid. ſupr. lib. ii. 107. licet etiam genitivo in his utantur veteres. ut lib. v. 9. *aeratae cuſpidis haſta.* vi. 78. & vii. 131. *acutae cuſpidis haſta.* & Silius vi. 215. *immenſae cuſpidis haſta.* de ſimilibus locutionibus vid. ad lib. iii. Met. 607. BURMANNUS.

55. *Letataque corpora vidit.*] Eutychus citat hunc locum lib. ii. & illum ex Ibide:

Quique Lycurgiden letavit & arbore natam. CIOF.

56. *Spatioſi corporis hoſtem.*] Aut *tergoris* hic legendum, aut paullo poſt, *fidiſſima pectora*, pro *corpora.* quod malim. ne delicatas aures merito offendat inconcinna iteratio ejuſdem vocis. Virg. ii. 348.

Ju-

Loricaeque modo ſquamis defenſus, & atrae
Duritiâ pellis, validos cute repulit ictus.
At non duritiâ jaculum quoque vincit eàdem;
Quod medio lentae fixum curvamine ſpinae
Conſtitit; & toto deſcendit in ilia ferro.
Ille, dolore ferox, caput in ſua terga retorſit:
Vulneraque adſpexit, fixumque haſtile momordit.
Idque, ubi vi multâ partem labefecit in omnem,

Vix

Juvenes fortiſſima fruſtra
Pectora. Heinsius.

De voce *ſpatioſus* & *ſpatium*, pro magno, & magnitudine multis egit Salmaſius Exerc. Plin. p. 714. & Gronov. ad Senec. Hippol. v. 805. vide ad I. Amor. XIV. 3. & ſupr. h. l. vſ. 20. & lib. II. 197. *victoremque ſuper* decem codices. ut Val. Flac. IV. 312. *Ac ſuper inſiſtens.* Burm.

60. *Magnum magno conamine miſit.*] Non male duodecim ſcripti, *& magno conamine miſit in hoſtem*, niſi quod Τὸ *hoſtem* paullo ante praeceſſerat. Heinsius. Vir clariſſimus ex MSS. codicibus legit, *& magno conamine miſit in hoſtem.* ſed Τὸ *hoſtem* jam praeceſſerat. unde haec ex alterius, quam Ovidii, manu huc influxiſſe putem, qui cum Τὸ *& magnum*, paulo confuſius exaratum inveniſſet, hac ratione ſenſum Poëtae conciliare voluit. Ego autem, more meo principis ſcripturae veſtigiis inſiſtens, crediderim Naſonem ſcripſiſſe, *dextraque molarem Suſtulit, inque anguem magno conamine miſit.* qua lectione nihil ſimplicius. Cum angue enim Marti ſacro res Cadmo erat, cujus *progeniem*, *anguigenas* paullo poſt appellat Poëta, ut alibi *ſerpentigenas.* Schepper. apud Fabr. lib. II. Ep. 71.

64. *Atrae duritia pellis.*] Forte, *hirtae.* ut *hirta dumis ſaxa* apud Statium I. Silv. III. 1. & *hirtae ſepes* apud Columellam lib. X. Heins. *Hirta pellis* non placet, neque umquam ita de ſerpente loqui aliquem animadverti. *Hirta* enim hirſuta dicuntur, qualia terga ſerpentis nemo dixit. ſed Auctores paſſim membra ſerpentum, a veneno quod habent, *atra* appellare ſolent. ut hîc pellis etiam, a colore & ſquamis nigris, quibus tegebatur ejus tergum: ita mox *halitus ore niger ſtygio.* & ita *atros* angues lib. IV. 453. & XIV. 410. *tela atra venenis* Ep. IX. 115. & paſſim. *Hirta ſetis terga* rectius ſui tribuit Stat. II. Theb. 541. ubi *atra* vulgo etiam legitur. vide quae notavimus ad Quinctil. lib. XII. Inſt. Orat. 10. *Duritie* etiam Moreti & unus Mediceus. Burmannus.

65. *Vincit.*] *Vincit* meliores, niſi quod ſecundus Palatinus *vitat.* ſuperiori libro 605.
Indevitato trajecit pectora telo.
Et lib. IV. 68.
Vitatumque tamen ſinuoſa veſte pependit. Heins.

66. *Quod medio lentae ſpinae.*] In illo Abb. *Longae ſpinae.* In uno meo: *Quod medio fixum lentae curvamine ſpinae Conſtitit.* Ciofanus. Vulgatam defendit Zinzerl. Diatrib. priore.

67. *Totum deſcendit in ilia ferrum.*] *Toto ferro* ex bonis exemplaribus emendato. Const. Fan. Repone, *toto ferro* ex Langermanniano & Urbinati, quod in ſuis quoque invenerat Conſtantius Fanenſis. Lucanus lib. I. 30.
Non tu Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus auctor
Poenus eras. nulli penitus deſcendere ferro
Contigit. alta ſedent civilis vulnera dextrae.
Ita ſcribendum. perperam *diſcindere* nunc circumfertur. idem Lucanus, lib. VI. 312.
Dictaea procul ecce manu, Gortynis arundo
Tenditur in Scaevam. quae voto certior omni
In caput, atque oculi laevum deſcendit in orbem.
Noſter Epiſtola XVI. 275.
Non mea ſunt ſumma leviter deſtricta ſagittae
Pectora. deſcendit vulnus ad oſſa meum.
Claudian. Bell. Getic. 601.
Altius haud unquam toto deſcendimus enſe
In jugulum Scythiae.
Florus lib. III. cap. 10. *Super ipſa Romani ſcuta ſalierunt, & inde in jugulos gladiis deſcendebant.* Statius Theb. XII.
Hei mihi ſed quanto deſcendit vulnus hiatu.
Silius libro XVI.
— *Nec pectora adactus Intima deſcendit mucro.* Heins. Ita & Quinctil. Decl. VIII. 19. *ſed quod* (vulnus) *leviter paullatimque deſcendens* &c. ubi & *deſcindens* codices. Senec. Conſ. ad Helv. III. *Graviſſimum eſt ex omnibus, quae unquam in corpus tuum deſcenderunt, recens vulnus.* V. Barth. ad Claud. Bell. Get. 68. Burmann.

68. *Caput in ſua terga retorſit.*] Virg. de alio ſerpente lib. V. 279.
— *Seque in ſua membra plicantem.* Ciofan. *In ſua colla* Leidenſis alter. *refixit* etiam duo. *revolvit* Mediceus. *remiſit* prior Vaticanus. *retorquet* alius Mediceus. *reflexit* duo; vulgata ſana eſt. ita Maeandros *aquas in ſe retorquet* Epiſt. IX. 56. Burm.

69. *Aſpexit.*] *Inſpexit* Balliolenſis. eadem diverſitas notata lib. II. 92.

70. *Vi multa.*] *Vi magna* Gronovianus & Lovanienſis. *partes in omnes* Thuan.

71. *Hae-*

Vix tergo eripuit. ferrum tamen oſſibus haeret.
Tum vero, poſtquam ſolitas acceſſit ad iras
Plaga recens, plenis tumuerunt guttura venis:
Spumaque peſtiferos circumfluit albida rictus:
Terraque raſa ſonat ſquamis; quique halitus exit
Ore niger Stygio, vitiatas inficit auras.
Ipſe modo immenſum ſpiris facientibus orbem
Cingitur: interdum longâ trabe rectior exit.
Impete nunc vaſto, ceu concitus imbribus amnis,
Fertur, & obſtantes proturbat pectore ſilvas.
Cedit Agenorides paullum: ſpolioque leonis
Suſtinet incurſus; inſtantiaque ora retardat
Cuſpide praetentâ. furit ille, & inania duro
Vulnera dat ferro: frangitque in acumine dentes.

Jam-

71. *Haeſit.*] Praeſtantiores, *haeret.* Heinsius.

73. *Cauſſa recens.*] Ita editi fere omnes. ſed *plaga* unus Heinſii & Leidenſis unus. *cauſſa* huc migravit ex verſ. 260.

76. *Inficit auras.*] *Herbas* plurimi codices, & Vivianus in textum recepit. ut lib. VII. 105. *Taẽtaeque vaporibus herbae.* Stat. Theb. v. 527.

Percuſſae calidis afflatibus herbae.

Nihil tamen temere mutem. nam libro VII. 548. Noſter dixit, *vitiantur odoribus aurae.* & ita in loco Statii poſtrema editio Pariſienſis, *Percuſſae calidis afflatibus aurae* habet. Avienus Ora Maritima:

Peſtifer adflatu ſerpens vagus inquinat aethram.

Heinsius. Inepte, mea ſententia, Gebh. II. Crepund. 7. *Viſcatas inficit herbas:* quaſi viſco illitas, fallituras, atque capturas homines pecudeſque. *halitus* vero rectius *auras*, quam *herbas* inficere mihi videtur, quae *ſanie* melius infici dicerentur. ut mox verſ. 86.

78. *Rectior exſtat.*] In uno meo & Abb. lib. longe rectius legitur, *rectior aſtat.* Ciofanus. *Aſtat* lib. & MS. quaſi pedem collaturus cum hoſte. Bersman. *Exſtat* plerique. Urbinas & Thyſianus, *exit.* eleganter. hoc eſt, quod ſupra dixerat:

——— *Immenſos ſaltu ſinuatur in arcus,*
Ac media plus parte leves erectus in auras
Deſpicit omne nemus.

Statius Theb. VI. 834.

——— *Sic grandibus altè*
Inſurgens humeris hominem ſuper improbus exit.

Heins. Vid. inf. IV. 731. & II. Faſt. 712. ſed praeceſſerat modo *exit*, quare nec hic *exſtat* temere repudiandum, quo verbo pro eminere ſaepe utitur Noſter. vulgata defendi poſſet ex Statio lib. II. 678. *mediis in caedibus adſtat.* Burmann.

79. *Impete nunc vaſto.*] Sic & Plautus in Amphitruone:

Quis tam vaſto impete has fores toto convolſit cardine?

Et Silius lib. II.

——— *Sed contortum prior impete vaſto*
Daunius huic robur juvenis jacet.

Lucret. lib. II.

Tranſmittunt valido quatientes impete campos.

Ciofanus. Vid. lib. VIII. 359.

80. *Perturbat.*] Omnia, quotquot nos vidimus, exemplaria, *perturbat* legunt; ſed *proturbat* legendum. Glarean. *Proturbat* cum optimis. ſic inf. 526.

Talia dicentem proturbat Echione natus.

Ubi etiam male mutant codices quidam: Statius III. 18. *Manuque proturbare parant.* & ibi male codices quidam, *perturbare.* lib. V. 662.

Impiger objecta proturbat pectora parma.

Cornel. Severus Aetna v. 63. *Jacto proturbat fulmine montes.* ſic & *proterrere.* Stat. II. Theb. 645. Heinsius. Vid. Heinſ. & Drakenb. ad Silii lib. IX. 447.

84. *Figitque in acumine dentes.*] *Frangitque* in ſecundo Palatino, quod omnino nervoſius. ſic apud Perſium, *genuinum fregit in illis.* ubi agit de mordacibus ſcriptis Lucilii. *retundere* Solinus dixit de Leonibus: *Gradientes mucronem unguium vaginis corporum claudunt, ne acumina attritu retundantur. frangere* pro atterere, vel infringere. nec aliter Lucanus de fera caveae incluſa, lib. X.

Et frangit validum praemorſo carcere dentem.

Statius Thebaidos II. 513.

Nec mora, quin acuens exſertos protinus ungues,
Liventeſque manus, fractoſque in vulnere dentes,
Terribili applauſu circum hoſpita ſurgeret ora.

Minuere dentem idem Thebaidos X. 47. de lupis:

Quod ſupereſt, duris adfringunt poſtibus ungues,
Pectoraque, & ſiccos minuunt in limine dentes.

Ne-

Jamque venenifero ſanguis manare palato
Coeperat; & virides adſpergine tinxerat herbas:
Sed leve vulnus erat: quia ſe retrahebat ab ictu;
Laeſaque colla dabat retro; plagamque ſedere
Cedendo arcebat, nec longius ire ſinebat:
Donec Agenorides conjectum in gutture ferrum
Uſque ſequens preſſit, dum retro quercus eunti
Obſtitit; & fixa eſt pariter cum robore cervix.
Pondere ſerpentis curvata eſt arbor, & imae
Parte flagellari gemuit ſua robora caudae.
Dum ſpatium victor victi conſiderat hoſtis:
Vox ſubito audita eſt: (neque erat cognoſcere promtum
Unde; ſed audita eſt) Quid, Agenore nate, peremtum
Serpentem ſpectas? & tu ſpectabere ſerpens.

Ille

Nemeſianus Cynegetico 176.

Catulis nam ſaepe remotis
Aut vexare trabes, laceras aut mandere valvas
Mens erit; & teneros torquent conatibus artus:
Obtunduntve novos adroſo robore dentes:
Aut teneros duris inpingunt poſtibus ungues.

Verſu penultimo Lucanum manifeſte imitatus *obtundere dentem* dixit, quod ille *frangere. mandere valvas* reſcripſi, hoc eſt arrodere. cum *pandere* perperam nunc circumferatur. verſu poſtremo *infringunt ungues* malim. quod *adfringere ungues* in Statio jam habuerimus. Guntherus Ligurini libro IV. de militibus montium praerupta adſcenſuris, ℣ſ. 547. *Cautibus infringunt ungues.* quod nollem homines eruditi ſollicitaſſent. nam *infringere & frangere* ſunt eadem. Met. XI. *rigidum fera dextera cornu, Dum tenet, infregit.* Triſt. IV. Eleg. II. ℣. 41. *Cornibus infractis.* ex vetuſtis libris ubi plura. *infringere lumbos & latus limini* Horatio Epod. XI. apud Statium Achilleide, *digitos infringere citharae. infracta pectori tela* Valerio Flacco libro III. 287. de quo loquendi modo agemus infra Met. V. 83. Solinus cap. XXV. ubi agit de elephantibus, *confringere dentes. Cum venatu premuntur, pariter confringunt utroſque; ut ebore damnato non requirantur.* ita ante legebatur. nunc *adfligunt* circumfertur. ſed id ex rei veritate. illud Poëticum, quod *frangere ſubſellia* pro atterere, vehementer percutere Juvenalis dixit. ſic & *rumpere ſubſellia verſu* apud eundem Satyra VII. *congeſtis frugibus rumpere horrea* pro diſtendere apud Sidonium Apollinarem Epiſtola VIII. libri primi, & ſimilia, quibus diutius non inhaerebimus, illud tantum monituri, perperam Salmaſium in loco Solini jam producto adverſus auctoritatem membranarum veterum pro *ebore damnato* reponere velle, *ebore donato*, cum alterum ſit elegantiſſimum. *Damnare aciem* pro deſerere Silio Italico dictum libro XVII. Naſo Metamor. XI. 178.

Cetera ſunt hominis: partem damnatur in unam;
Induiturque aures lente gradientis aſelli. Heins.

Vid. v. 83. X. 715. XIV. 392.

86. *Tinxerat.*] *Texerat* Gebhard. II. Crepund. 7. non melius, quam modo *viſcatas herbas* conjecerat.

89. *Cedendo arcebat.*] In eodem Vatic. Caeleſtino & Abb. legitur, *Cedendo ardebat.* Ciofan.

90. *In guttura.*] *Gutture* veteres fere omnes. Heinsius. *In inguine* Mediceus quartus. *in vulnere* Baſil. qui & *collectum:* alius, *conceptum*, duo, *congeſtum*, unus Heinſii, *directum.* Gifanius Indic. Lucret. in praepoſitione *in* dicit vulgo legi, *conjectum in viſcera*, ipſe ex V. C. *in viſcere*, ſed memoria lapſum credebat Heinſius. Burm.

91. *Dum retro.*] *Cui retro* pr. Baſil. unus Leidenſ. & quatuor alii.

93. *Pondere ſerpentis curvata eſt arbor.*] Videtur locus hic ita conſiderandus, ut Quinctilianus lib. IIX. cap. III. conſiderat illum ſummi Poëtarum lib. II. Aeneid. ubi de equi loquitur magnitudine, *Demiſſum lapſi per funem.* Ciofan.

93. *Pondere ſerpentis curvata eſt.*] In eod. Vat. *Sinuata eſt.* Ciof.

93. *Arbor.*] Quercus. Idem.

93. *Et imae.*] *Et una* Junianus. mox, *viſcera caudae* fragm. Cantabr.

95. *Victor victi.*] Annominatio. Sic & Epiſt. IX. 70.

Huic victor victo nempe pudendus eras. Ciofan.

Unus Patavinus, *victor vaſti.* vid. ad Epiſt. XX. 70.

96. *Neque erat cognoſcere promptum.*] Neque facile poterat audiri. ſic III. Faſt.

Vacca ſit, an taurus, non eſt cognoſcere promptum.

Verum hoc aliud ſignificat. Ciofanus. *Nec enim* Mediolan.

Ille diu pavidus, pariter cum mente colorem
Perdiderat; gelidoque comae terrore rigebant.
Ecce viri fautrix, ſuperas delapſa per auras,
Pallas adeſt: motaeque jubet ſupponere terrae
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Paret: &, ut preſſo ſulcum patefecit aratro,
Spargit humi juſſos, mortalia ſemina, dentes.
Inde (fide majus) glebae coepere moveri;
Primaque de ſulcis acies adparuit haſtae.
Tegmina mox capitum picto nutantia cono:
Mox humeri pectusque, onerataque brachia telis
Exiſtunt: creſcitque ſeges clypeata virorum.
Sic, ubi tolluntur feſtis aulaea theatris,
Surgere ſigna ſolent; primumque oſtendere vultum,

Ce-

99. *Ille diu pavidus pariter cum voce colorem Perdiderat.*] In trib. vet. & alio Io. Dei, *Cum mente colorem.* Quod mihi non prorſus diſplicet. CIOFANUS. *Cum mente* potiores. minimum refert. HEINSIUS. Vide ad II. Art. 450. *inde diu pavidus* Cantabrig.

101. *Ecce viri fautrix.*] Repentinum Palladis adventum illa particula *ecce* ſignificat. Ac Ovidius quidem Palladis juſſu dentes ſerpentis à Cadmo ait fuiſſe ſeminatos: Lyſimachus vero, Marte jubente, narrat ſeminatos fuiſſe. Pherecydes autem ſcribit Martem ac Palladem ſerpentis illius dentes in duas partes aequales diviſiſſe, alteramque Cadmo, alteram Aeëtae tradidiſſe, Cadmumque illos ſeminaſſe, ex quibus homines armati ſint nati. REGIUS. *Fautor* MS. Berſmanni. ut ita *auctor*, *ſponſor* & ſimilia de feminis dicuntur. *ſubitas* tres libri.

101. *Superas delapſa per auras.*] *Tenues* unus.

102. *Motaeque jubet ſupponere terrae Vipereos dentes.*] Hoc, opinor, ſumpſit ex Euripide in Phoeniſſis, ubi & de Cadmo, & de ſerpente, quem ille interfecit, ſcribit. Tangit & hanc rem Apollonius Rhodius lib. III. Argon. ubi fontem, apud quem ſerpens commorabatur, *Aretiadam* vocat. Cujus haec ſunt:

—— Πέρσε δὲ σφῖν ἴουσιν
Κρείων Λιήτης χαλεποὺς ἐς ἄεθλον ἐδόντας
Αἰονίοιο δράκοντος, ἐν ὠγυγίῃ ἐνὶ Θήβῃ
Κάδμος ὅτ' Εὐρώπην διζήμενος εἰσαφίκανε
Πέφνεν, Ἀρητιάδῃ, &c. id eſt:

Dedit enim ipſis venientibus
Rex Aeëtas periculoſos ad certamen dentes
Boeotici Draconis, quem Ogygiam ad Theben
Cadmus, quando Europen inquirens venit,
Confecit, Aretiadae fonti cuſtodem exiſtentem.
Ubi & habitavit, conducta bovis, quam ei Apollo
Tribuit ex vaticinio ducem viae.
Illos autem Dea Tritonia maxillis eximens,
Aeëtae tradidit dono, ſimulque ipſi interfectori.
Sed iſte Boeoticis arans campis
Cadmus Agenorides, terrigenam concitavit populum,
Martis metentis qui ſub haſta occumberent.

At Euripides loco citato *Dircen.* Ubi ſapientiſſimus Poëta, quem Apollonius & Ovidius ſequuntur, docet Cadmum Palladis conſilio ſerpentis dentes, ex quibus armati homines nati ſunt, ſeminaſſe. CIOFANUS. Neapolit. *miti.* ſed pr. Mediceus, *matrique jubet ſupponere terrae.* venuſte. ſic ſupra lib. I. *Pythonem* ſerpentem terra genitum fingit & Silius lib. VI. Africanum illum ſerpentem *terrigenam* vocat. & ſic *mater terra* II. Faſt. 719. & III. 799.

Matre ſatus terra monſtrum mirabile taurus
Parte ſui ſerpens poſteriore fuit. HEINSIUS.

Sed *motae* rectum eſt. *Matri* nimis argutum mihi videtur. vide ad XV. Met. 554. pro *ſupponere* Cantabrigienſis, *deponere.* ut ſaepeſemina *depoſitum telluris* vocantur. & ita plantae etiam a Rei Ruſticae ſcriptoribus paſſim *deponi* dicuntur, & a Noſtro Remed. Amor. 193. *ſubmittere* erat in uno Heinſii. BURM.

103. *Vipereos dentes.*] Serpentinos. Sic & Epiſt. VI. 33.

Vipereos dentes in humum pro ſemine jactos. CIOF.

103. *Populi incrementa futuri.*] Mart. VI. 2.

Populiſque futuris
Succurris, naſci quos ſine fraude jubes. DOUZA.

104. *Paret, & impreſſo.*] Scribe, *& ut preſſo.* quod caſtigatiores agnoſcunt. habes tamen apud Silium libro III. *impreſſo tellurem vertere aratro.* quomodo ille alibi quoque. HEINS. Horat. I. Od. 16.

Imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

105. *Spargit humi juſſos dentes.*] Propriè uſus eſt *ſpargendi* verbo. *Humi* in terras. Vide quae notavi in Epiſtola Hypſipylae. CIOFANUS. *Humo* videtur auctor argumentorum legiſſe. ubi vide.

107. *Primaque.*] *Parvaque* margo Berſmanni.

170. *A-*

Cetera paullatim: placidoque ducta tenore
Tota patent; imoque pedes in margine ponunt.
Territus hoſte novo Cadmus capere arma parabat:
Ne cape, de populo, quem terra creaverat, unus
Exclamat; nec te civilibus inſere bellis.
Atque ita terrigenis rigido de fratribus unum
Cominus enſe ferit: jaculo cadit eminus ipſe.
Hic quoque, qui leto dederat, non longius illo
Vivit, & exſpirat, modo quas acceperat, auras.
Exemploque pari furit omnis turba: ſuoque
Marte cadunt ſubiti per mutua vulnera fratres.
Jamque brevis ſpatium vitae ſortita juventus
Sanguineam trepido plangebant pectore matrem,
Quinque ſuperſtitibus: quorum fuit unus Echion.

Is

107. *Acies apparuit.*] Sic o. vett. libri. Impreſſi vero, *comparuit.* Illam ſequendam puto. Ciofan.

108. *Nutantia cono.*] Unus, *luctantia.* Thuani unus, *pictoque micantia.* ſed nihil muto. ſic Ammian. Marcel. lib. xx. cap. 11. *coniſque galearum minacius nutans.* Silius lib. 1. 501.

Innumerae nutant in caſſide criſtae.

Et iv. 355.

Nutantes caſſide criſtae
Hoſtilem tremulo pulſant conamine frontem.

Apud quem lib. iv. 460. recte Modius & Heinſius repoſuerat, *nutant* pro *micant* & egregie illuſtrarunt. *nutantia collo* Berſmanni margo. Burm.

110. *Exiſtunt.*] Unus Mediceus *exitunt.* quod pro *exiliunt* ſcriptum forte eſt. ſed vide ad lib. 11. 264. Heins.

110. *Creſcitque ſeges clypeata virorum.*] Libri ſ. o. *Clipeata,* per *i* noſtrum. Sicque *Ocius:* ſed hoc è Romana conſuetudine. quod mihi, Gifanio aſſentiente, magis placet. Ciofan.

111. *Sic ubi tolluntur.*] Explicat hunc locum Nicolaus Loënſis Miſcel. Epiph. lib. 11. cap. 21.

112. *Oſtendere vultus.*] *Vultum* Neapolitanus, & ſecundus Mediceus. Heins.

113. *Placidoque ducta.*] *Placido deducta* prior Moreti. *placidoque adducta* Gronov.

115. *Capere arma.*] *Contra arma parabat* Cantabrig.

119. *Jaculo cadit eminus ipſe.*] Unus Vatic. *Eminus ille.* Ciofan.

122. *Exemploque pari furit.*] *Extemploque perit* unus Mediceus. unde Heinſ. *exemploque pari perit omnis turba.*

123. *Suoque Marte cadunt ſubiti per mutua vulnera fratres.*] Eodem propè modo infra:

Terrigenae pereunt per mutua vulnera fratres,
Civilique cadunt acie. Ciof.

125. *Tepido.*] *Trepido pectore* Urbinas & decem alii, hoc eſt trepidanti. quod Tῷ *plangebant* convenientius. lib. viii. 606.

Pectora tangebam trepido ſalientia motu.

Lib. xi. 75. ut ſcribendum cenſeo,

Plangitur & trepido conſtringit vincula motu.

Lib. iv. 133.

—— *Tremebunda videt pulſare cruentum*
Membra ſolum.

Et lib. 1. 554.

Sentit adhuc trepidare novo ſub cortice pectus.

Sic *trepidae venae* libro vii. de quibus videndae notae noſtrae ad Ꝟſ. 557. apud Maronem Aneid. iii. 617. optimae membranae:

—— *Vidi atro cum membra fluentia tabo*
Manderet, & trepidi tremerent ſub dentibus artus.

Heins. Vide ad Epiſt. x. 106.

125. *Tepido plangebant pectore terram.*] Apud hunc Poëtam *plangere* pro percutere frequens eſt, ut apud Lucilium, *plangunt litora fluctus.* Glarean.

125. *Matrem.*] Sic optimi quique libri ſcripti. Alii quidam malè habent, *Pectore terram.* Ovidius enim & in primo & ſecundo libro *Terram matrem* vocavit. *Terram*, ſine ulla dubitatione eſt gloſſema alicujus, qui verbum *Matrem* voluit interpretari: poſteaque ab imperitis, qui, quid ſibi *matrem* vellet, non intelligebant, receptum eſt. T. Livius lib. 1. cap. 56. *Imperium ſummum Romae habebit, qui veſtrum primus, ô Juvenes, oſculum matri tulerit. Tarquinii, ut Sextus, qui Romae relictus fuerat, ignarus reſponſi, experſque imperii eſſet, rem ſumma ope taceri jubent. Ipſi inter ſe, uter prior, cum Romam rediiſſet, matri oſculum daret, ſorti permittunt. Brutus alio ratus ſpectare Pythicam vocem, velut ſi prolapſus cecidiſſet, terram oſculo contigit: ſcilicet quod ea communis mater omnium mortalium eſſet.* Et ipſe lib. 11 Faſtor. 713.

Conſulitur Phoebus, ſors eſt ita reddita: Matri
Qui dederit primus oſcula, victor erit. Ciof.

126. *Quinque ſuperſtitibus, quorum fuit unus Echion.*] Horum omnium nomina ex Lyſimacho

Is ſua jecit humi, monitu Tritonidis, arma;
Fraternaeque fidem pacis petiitque, deditque.
Hos operis comites habuit Sidonius hoſpes;
Cum poſuit juſſam Phoebeïs ſortibus urbem.

Fab. II. Argumentum.

[a] Actaeon in Cervum.

Diana cum in valle Gargaphiae aeſtivo tempore [b] *fatigata ex aſſidua venatione ſe ad fontem*

& Hellanico ita collegit Parrhaſius lib. II. in Claud. *Udaeum, Chthonium, Pelorem, Hyperenorem, & Echionem, cujus & Ovidius meminit. Hippias autem Delius & Atrometus hiſtoriae fidem ſecuti tradunt Spartos (quod apud nos ſatos ſignificat) gentem fuiſſe, quae ſic appellaretur: unde accenſa poëtarum licentia ad mendacium fabulae conſpirarit. Palaephatus ait hos è proximis finibus excitos, arma tumultuaria ſumpſiſſe in Cadmum: quoniam vero repente conſtiterant, ac ſi de terra contracti undique convenisſent, Spartos, id eſt Satos, aut terrigenas appellatos.* Ciofan. De his vide Munker. ad Hygin. fab. 178. & ad Lactantii argumentum hujus fabulae. Eoſdem recenſet Schol. Apollon. lib. III. 1178. ſed Schol. Euripid. ad Phoeniſ. 674. etiam Timagoran addere ſextum *Creonta* dicit. Echion vero princeps comitum Cadmi, ejus filiam Agaven duxit, unde Pentheus natus: Lutat. ad Stat. IV. Theb. 569. & Schol. Horat. IV. Od. V. 64. comes vero Cadmi etiam fuit *Thaſus*, quem ejus fratrem faciunt, & a quo inſula Thaſius juxta Thraciam dicta, Apollodor. lib. III. princ. & Stephanus de Urbibus in Θάσος. ſed ille non perveniſſe cum Cadmo in Boeotiam videtur, ſed in Thraciam cum Telephaſſa Europam quaeſitum veniſſe, & ibi ſubſtitiſſe. nam Cadmus ibi Telephaſſam ſepeliit. Apollod. lib. III. cap. 4. de Thaſo & aliis Cadmi fratribus, qui expulſi a patre diverſis terris conſedere. vid. Nonni Dionyſ. lib. II. pag. 82. Cecropem quoque inter Spartos quidam repoſuerunt, ut Meurſius ex Tzetze & Scholiaſte Ariſtophanis oſtendit lib. I. de Reg. Attic. cap. 6. qui & lib. II. cap. 15. Aegeum quoque e dentibus draconis natum, quoſdam tradidiſſe ait. Burm.

128. *Fraternaeque fidem pacis.*] Gebh. II. Crep. 7. ductu optimi codicis Palatini legit, *Fraternaeque fide pacem, fide* antique pro *fidei*; ſed rectius dici puto *fidem pacis*, quam *pacem fidei* petere, quod ſine exemplo credo. praeterea unus Mediceus *Aeternaeque fidem pacis.* unus Strozzae, *paci*, aliis, *pacti.* Gronov. unus *parti.* Burm.

[a] *Actaeon.*] *Actaeon Ariſtaei & Autonoës filius in cervum.* Parm.

[b] *Fatigata ex aſſidua venatione.*] Uſitatius abeſſet illud *ex.* pariter Πλεονασικῶς; Florus lib. I. 9. *Ex ſummo ſtudio annixus eſt.* ſed non carere veterum exemplo eam phraſin diſces ex Animadv. Herald. in lib. I. Arnob. Confer quae infra annoto ad illa fab. 6. *ex aſſidua venatione fatigatus.* Muncker. *Ex* hic, ut centies, notat poſt; vel propter, ut dicimus, *ex vulnere mori*, & ſimilia obvia.

[c] *Perlueret.*] *Perluit* Colon.

[d] *Ariſtaei.*] *Ariſtaei regis filius & Autonoës* Colon.

[e] *Et canes.*] Sc. refrigerandos. quod non intelligens V. de ſuo addidit, *perſequens apud ſe habuit: ſicque &c. fera canibus.* lege, *fera a canibus.* Giselin.

[f] *Quos exercuerat.*] *Quis* Lugd.

[g] *Cervos perſequens.*] *Feras* Veneta Micyll. & Raeneriana, atque ita quoque Hygin. Mythol. c. 181. quem velim conferas. Commendat Τὸ *feras* etiam Naſo ipſe: *Lina madent, comites, ferrumque cruore ferarum &c.* Muncker. *Feras* Parm. Lugd. *cervos perſequendo* Colon.

[h] *Qui ne eloqui poſſet.*] Pro *qui* mallet, *quod* Giſelinus. Veneta legit & diſtinguit, *Qui ne eloqui poſſet habitus ejus, in cervum ab eâ converſus eſt.* Micyll. *Qui ne eam rem eloqui poſſet, habitus ejus in cervum ab eâ converſus eſt.* Sed iſta ſapiunt manum interpolatricem. Raener. *Qui ne eloqui poſſet, in cervum converſus eſt.* Quo prope accedit Hyginus: *Qui ne loqui poſſet, in cervam converſus eſt.* Fort. *Quae ne eloqui* &c. Munckerus. *Quem, ne aliis Actaeon eloqui poſſet, ejus habitum in cervum convertit.* Colon.

[i] *Converſus eſt.*] *Ab ea converſus eſt.* Parm. Lugd.

[k] *Pro ferâ.*] *Pro cervo* Hyginus.

[l] *A ſuis canibus.*] Praepoſitio *a* deeſt Heinſianae. *ſuis* non habet Colon.

132. *Exilii felix.*] Sic in veteribus nonnullis; & rectè. ſed &, *exilio felix* non minus recte. Nauger. *Exilii* ex ſuis Naugerius. quod & mihi arrideret, niſi noſtri omnes miro conſenſu vulgatam ſcripturam tuerentur. lib. V. 268.

Feliceſque vocat pariter ſtudiique locique
Mnemonidas.

Ita & Virgilius non ſemel. apud Symmachum: *Felix operum Hortenſius.* Silius lib. IV. 359.

Barth

fontem [c] *perlueret; Actaeon* [d] *Aristaei & Autonoës filius, eumdem locum petens ad refrigerandum se,* [e] *& canes,* [f] *quos exercuerat,* [g] *cervos persequens; in conspectum Deae incidit.* [h] *qui ne eloqui posset, habitus ejus in cervum* [i] *conversus est, ita ut* [k] *pro fera* [l] *a suis canibus laceratus sit.*

JAm stabant Thebae: poteras jam, Cadme, videri
Exsilio felix: soceri tibi Marsque Venusque
Contigerant. huc adde genus de conjuge tantâ,
Tot natos, natasque, &, pignora cara, nepotes.

135 Hos

Barce felix uteri.

132. *Soceri tibi Marsque Venusque Contigerant.*] Euripides sub principium Phoenissarum ait, Cadmum uxorem duxisse Harmoniam, Veneris filiam, atque ex ea Polydorum suscepisse. Vide etiam Hesiodum in Theogonia. Theognis ait, Musas & Gratias Cadmi nuptiis affuisse, quae pulchrum carmen cecinerunt. Refert etiam Pindarus in Pythiis Oda III. cum Cadmus Harmoniam in uxorem duxit, Musas cecinisse: atque apud ipsum Cadmum Deos epulatos esse: à quibus & dona nuptialia accepisse. Hic XVII. Graecas litteras à Phoenice in Graeciam primus attulit, α, β, γ, δ, ε, ζ, ι, κ, λ, μ, ν, π, ο, ρ, σ, τ, φ. His Palamedes in bello Trojano tres adjecit η, χ, ω. Post quem Simonides similiter tres alias, ξ, θ, ψ. υ vero litteram Pythagoras Samius ad exemplum vitae humanae prius formavit. Haec ex Isidoro lib. I. cap. III. qui lib. V. refert etiam Cadmum in tertia aetate has, quas recensuit, litteras reperisse: anno autem mundi CIↃ CIↃ CIↃ DCC XCVI. Apud Tacitum lib. XI. legi etiam Cadmum in Graeciam litteras attulisse: quo loco varias hujus rei refert opiniones. Hac de re Athaeneus quoque. CIOFAN.

133. *De conjuge tanta.*] Quanta est Hermione Martis & Veneris filia, de qua Statius multa in Thebaidos libro secundo. *Hermione* quidem etiam Menelai & Helenae filia nominatur. quod vero quidam Martis & Veneris filiam non *Hermionem*, sed *Harmoniam* putant esse vocitatam, Martiani Capellae affectatis leporibus decepti sunt. REGIUS. Mirum est apud auctores cum Latinos, tum Graecos hujus uxoris nomen tam varie legi. alii, *Hermionem* appellatam volunt, ut Menelai filiam, de qua Odyss. IV. alii, *Harmoniam*, quos Raphaël irridet, ego plane & hoc apud veteres variatum puto, idemque ab Ovidio omissum nomen, nusquam enim nominat. GLAREAN. Atqui non Capella tantum, sed & Hellanicus, ut quidem citatur in Commentariis Apollonii, *Harmoniam* vocat, eamque Electrae & Jovis filiam facit, quem sequitur Diodorus libro sexto. Praeterea & Pausanias & Hesiodus, cujus interpres etiam rationem nominis hujus affert, ὅτι τὰ ἐκ πολέμου καταπεπτωκότα μέρη τῶν πόλεων, συναρμολογοῦσι, καὶ εὖ πάλιν διατιθέασιν οἱ αὐτῶν ὑμειρόμενοι ἄνθροποι, καὶ οἱ τυύτας πόλεις κατοικεῖν ἐθέλοντες; hoc est, Martis filiam *Harmoniam* propterea dici, quod partes urbium disjectas ac dirutas, rursum componant, & restituant homines, qui illas habitare cupiunt. Est enim ἁρμόττειν componere & coaptare. Quare non decepti, sed autoritate & nomine adducti *Harmoniam* legimus. Porro in hujus nuptiis ceciniisse Musas Graeci Poëtae tradunt, singulosque deos sua munera contribuisse. Inter quae & monile fuit à Vulcano factum, quod postea ad Eriphylen Amphiarai uxorem pervenit. Ultimo autem etiam Apollini Delphis consecratum fuit, ut Pausanias autor est. Fuit autem hoc nomine etiam nympha quaedam, quae ex Marte genuit Amazonas, ut Apollonius tradit libro secundo Argonaut. MICYLLUS. *Harmoniam* vocandam esse hodie satis constat, & alteram appellationem a corruptis libris profluxisse. vide ad lib. III. Art. Am. 86. & ita Euripides Phoenis. ὑ. 7. ubi Scholiastes addit, quosdam tradere Cadmum non Harmoniam, sed Electram duxisse. quod inde venisse credo, quia Harmonia a quibusdam Electrae & Jovis filia dicitur; unde illa *Electris* Ἠλεκτρις, id est *Electrae filia* dicebatur. vide Schol. Apollon. lib. I. 916. *Harmoniam* quoque Scholiastes Aeschyl. Sept. contra Theb. vers. 106. vocat: aliam Harmoniam, Nympham, ex qua Mars suscepit Amazonas, memorat Apollon. Rhod. lib. II. ὑ. 992. ubi vide Schol. corruptum hoc nomen apud Statium in quibusdam editionibus, lib. II. 260.

Dirumque monile
Harmiones.

Cum legendum sit, *Harmonies.* nam & *Harmonie* aeque dicitur atque *Harmonia.* ut Scholiastes mox ὑ. 272. recte vocat. BURMANNUS.

134. *Tot natos.*] Ex Hermiona quidem filias quatuor, Semelen, Agaven, Autonoën, Ino, & Polydorum sustulisse Cadmus memoratur. Quos vero filios alios susceperit, nusquam memini me legisse. REGIUS. Alios forte auctores Noster, ut saepe, secutus, nam & Polydorum produnt filium: Diodor. Siculus lib. IV. pag. 147. Hyginus fab. 76. & 176. & Apollodor. lib. III. ubi interpres Latinus addidit de suo, *unicum.* imperite vero Pontanus hic *Podonum*, nescio quo auctore deceptus, vocat. BURMANNUS.

Hos quoque jam juvenes. ſed, ſcilicet, ultima ſemper
Exſpectanda dies homini: dicique beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.
Prima nepos inter tot res tibi, Cadme, ſecundas
Cauſſa fuit luctûs, alienaque cornua fronti
Addita, vosque canes ſatiatae ſanguine herili.
At bene ſi quaeras; Fortunae crimen in illo,
Non ſcelus invenies. quod enim ſcelus error habebat?
Mons erat, infectus variarum caede ferarum:
Jamque dies rerum medias contraxerat umbras;

Et

136. *Dicique beatus Ante obitum nemo.*] Hoc idem dicebat Antiochus, quintus rex Syriae. Auctor Joſephus lib. VI. De bel. Jud. Hoc etiam ſignificat illud Euripideum:

Μήπω μέγ' εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ' ἰδῇς.

Id eſt: *Neminem magnum, beatumque dixeris prius, quam obiiſſe videris.* Et illa Sophoclis in fine Oedipi Tyranni:

Ὥ'ςε, ὑνητὸν ὄντ', ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν
Ἡ'μέραν ἐπισκοποῦντα, μηδὲν ὀλβίζειν, πρὶν ἂν
Τέρμα τοῦ βίου περάσῃ, μηδὲν ἄλγεινον παθών.

Quorum haec ſententia eſt. *Proinde tu, quicumque mortalis genitus, ſemper diem ultimum conſidera, ac neminem, antequam ultimum non dolore ullo fatigatus, nec aerumnis feris vitae terminum egreſſus eſt, umquam beatum praedica.* CIOFAN.

137. *Supremaque funera debet.*] *Supremaque munera* corrigebat Frider. Lindenbrogius notis ad Statium lib. XII. Theb. 54. & Barth. ibid. fruſtra. ipſe Statius lib. I. Silv. I. 166.

Qualem te funere ſummo
Atque rogum juxta, Melior placidiſſime vidi.

Ubi *munere* ſi quis reponat, non poſſit ferri, cum proxime praeceſſiſſet, *deſunt in munera flammae.* & libro VIII. *nec enim mihi cura ſupremi Funeris.* Valer. Flacc. VI. 227.

Illius extremo ſub funere, mira repente
Flamma poli, magnoque aries apparuit aſtro.

Et Catalecta Pithoei p. 123.

Hic erepta jacet ſupremo funere conjux.

Apud Lucanum quoque lib. VIII. 741.

Extremo ſed abeſt a funere buſti.

Alii codices habent *munere.* HEINS. Silius V. VI. 416. *ſuprema mors.* ubi vide notas eruditiſſimi Drakenborchii. ita *ſuprema* ſimpliciter dici vidimus ad Quinctil. Decl. VIII. 8.

138. *Prima nepos inter res tot tibi, Cadme, ſecundas Cauſſa fuit luctus, alienaque cornua fronti Addita, &c.*] Seneca ad ſuperiorem Cadmi fabulam, & ad hanc Actaeonis abſque dubio reſpexit. Cujus haec ſunt in Oedipo: VI. 712. ubi eodem, quo hic Poëta noſter, ordine eas deſcribit:

Caſtalium nemus
Umbram Sidonio praebuit hoſpiti,
Lavitque Dirce Tyrios colonos,
Ut primum magni natus Agenoris
Feſſus per orbem, furta ſequi Jovis
Sub noſtrae ramis conſtitit arboris &c.

Seneca, Euripidem ſequens, his carminibus fontem, apud quem, ut dixi, erat ſerpens, *Dircen* vocat. CIOFANUS.

140. *Canes ſatiati ſanguine herili.*] *Satiatae* Neapol. primus, Vatic. ſecundus, Pal. ſecund. Medic. prior, Erfurtanus & tres alii. ſic apud Horatium ſemper, idque ad exemplum Graecorum, apud quos κύων ſaepe foeminino genere ponitur, maxime cum de venatu agitur. ita Homerus Οδυσσ. N.

Ὡ'ς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα
Ἀνδρ' ἀγνοιήσασ' ὑλάει.

Neque aliter Pollux, ubi varios canes recenſet. & κύων Κρῆσσα Aeliano Hiſt. Anim. lib. III. cap. II. Sophocles Ajace, Oppianus κυνηγετικῶν libris, atque alii paſſim. Ennio *venatica velox.*

—— *Animuſque in pectore latrat,*
Ut ſolita eſt, quando vinclis venatica velox
Apta ſilet.

Ita ſcribendum. ſic *canis Gortynia* Vario. Lucretio *canes montivagae. canis taciturna* Gratio. Noſtro lib. IV. Faſt. 9 6. *Obſcoena exta canis.* quomodo & apud Virgilium lib. I. Georg. 469. veterrimus Mediceus:

Obſcoenaeque canes importunaeque volucres.

Et lib. VI. Aen. 493.

—— *Rabidae venantis Iuli*
Commovere canes.

Seneca Hippol. 1108.

Moeſtaeque domini membra veſtigant canes.

Rutilius Itinerario:

Atque olidum doctas noſſe cubile canes.

Noſter Met. VII. ex optimo codice Ambroſiano, 769.

Copula detrahitur canibus, quas illa ſequentes
Effugit.

Pont. lib. II. El. II. 40. ex ſcriptis probioris notae:

Quae fugit infeſtas territa cerva canes.

Prudentius lib. II. contra Symmachum:

Sors

Et Sol ex aequo metâ diſtabat utrâque;
Cum juvenis placido per devia luſtra vagantes
Participes operum compellat Hyantius ore:
Lina madent, comites, ferrumque cruore ferarum,
Fortunamque dies habuit ſatis. altera lucem
Cum croceis evecta rotis Aurora reducet,
Propoſitum repetamus opus. nunc Phoebus utrâque
Diſtat idem terrâ; finditque vaporibus arva.
Siſtite opus praeſens, nodoſaque tollite lina.
Juſſa viri faciunt, intermittuntque laborem.

Val-

Sordida ſus noſtro amne natat, noſtra intrat & ipſas
Aura canes.

Sic veterrimus codex. Noſter denuo in Ibide ex antiquis libris,

Et ſcindant avidae perfida corda canes.

Lib. VII. Met. 409. *Echidnaeam canem* vocat Cerberum. lib. XI. ex antiquis itidem libris *Sollicitas canes.* & lib. XIV. 599. ex veteri codice:

—— *Timetque*
Ora proterva canum: ſed quas fugit, attrahit una.

Apulejus Met. VIII. *Canes generoſae partitae totos praecingunt aditus, & latratibus furibundis diſſoniſque miſcent omnia.* ſic videtur ſcribendum, vel *fremebundis*, cum in optimis membranis & prima editione ſit, *latratibus ferundis.* in aliis *ſecundis.* vulgati *fervidis.* mox idem, *canum procaciores, quae cominus contulerant veſtigium, confectas interfecit.* ſic in membranis Schoppius invenit. Heins. Ita Epiſt. v. 20. *citas canes* pro *citos* Francius reſcribebat. vide Giph. Indic. Lucret. in *canes montivagae.* Serv. ad Virgil. VII. Aeneid. 493. Torr. ad Horat. Epod. II. 31. & alios.

141. *Fortunae crimen.*] Imitatus hac videtur Phaedr. Epilog. lib. II.

Donec Fortunam criminis pudeat ſui.

Quinctil. lib. VI. Inſt. Orat. prooem. *Fruſtra mala omnia ad Fortunae crimen relegamus.*

144. *Dies medius.*] *Medias* ſecundus Palatinus. Heinsius. Vid. ad lib. I. Amor. v. 1.

146. *Cum juvenis.*] *Cum juvenes* unus Baſil. *blando* etiam Gronovianus, *per devia rura* tres libri & Berſmanni cod.

149. *Fortunamque dies habuit.*] *Proſperam* ſubaudiamus. quamvis *fortunam* in omnibus legatur exemplaribus,& recte quidem legatur,ſciolis tamen quibuſdam probabilior videtur lectio, *fortunaeque dies habuit ſatis.* Regius. *Fortunam* Dei lib. alii vero manuſcripti *Fortunaeque ſatis.* eritque *Fortunae* gignendi caſus. Ciofanus. *Fortunam* jam Regius legit, & omnes fere ſcripti habent. amplexus quoque hanc lectionem Gruterus ad Plauti Menaechm. prolog. 16. & exemplis illuſtravit. vide & Boſium ad Nepot. Epamin. cap. 4. ita & II. Faſt. 766. MSS.

Quoque minus ſpes eſt, hoc magis ille capit.

Ita & *ſaevitiam paullum* Epiſt. XIX. 23. & ſic apud Callimachum Hymn. in Jovem 84. ἄλις ὄλβου ex antiquo codice, pro ὄλβου viri docti proferunt, vid. Ezech. Spanhemii notas. Burm.

149. *Altera lucem Cum croceis invecta rotis Aurora reducet.*] Placet magis, quomodo legitur in uno meo: *altera lucem Cum croceis evecta rotis.* Sed priore illo modo loquitur Virg. XII. Aeneid. 77. *Cum primum craſtina caelo Puniceis invecta rotis Aurora rubebit.* Ciofanus. Leidenſis quoque unus cum duobus aliis, *evecta*, quod non diſplicet. Valer. Flacc. II. 36.

Jamque Hyperionius metas maris urguet Iberi
Currus, & evectae prono laxantur habenae
Aethere.

Senec. Herc. Fur. 132.

Jam caeruleis evectus equis
Titan ſumma proſpicit Oeta.

Avien. Deſcr. Orb. 63.

Vix hebes has oras ardor Titanius adflat
Vix evecta dies illuminat.

Noſter lib. II. 73.

Rapido contrarius evehor orbi.

Et lib. v. 360. *curruque atrocum evectus equorum*, ut quidam codices. lib. XIV. 127. *aërias evectus ad auras.* mox Palatinus unus, Voſſianus & duo alii *diſtat idem meta*, ut ſup. I. 145. & ita ſaepe Poëtae *metas ſolis* vocant Virg. v. Aeneid. 835. Stat. Achil. III. 60. Noſter II. 142. ſed quia praeceſſit minus placet.

151. *Repetemus.*] *Repetamus* nonnulli. lib. III. Art. 747. *Sed repetamus opus.* Heinsius.

152. *Finditque vaporibus arva.*] II. Amor. XVI. 2. *Sol licet admoto tellurem ſidere findat.* Ciofan.

153. *Nodoſaque tollite lina.*] Id eſt retia. Ita lib. VII. 812. *Nec lina ſequi nodoſa ſinebam.* Ciof. Unus Mediceus, *ſolvite.*

154. *Intermittuntque.*] *Praetermittuntque* MSS. Berſmanni.

155. *Cu-*

Vallis erat piceis & acutâ denſa cupreſſu;
Nomine Gargaphie, ſuccinctae ſacra Dianae:
Cujus in extremo eſt antrum nemorale receſſu,
Arte laboratum nullâ: ſimulaverat artem
Ingenio Natura ſuo: nam pumice vivo,
Et levibus tophis nativum duxerat arcum.
Fons ſonat à dextrâ, tenui perlucidus undâ,
Margine gramineo patulos incinctus hiatus.
Hic Dea ſilvarum, venatu feſſa, ſolebat
Virgineos artus liquido perfundere rore.

Quo

155. *Cupreſſu.*] *Cupreſſo* Cantabrigienſis, Argentoratenſis & duo alii. de quo vide Piërium ad Virgil. III. Aeneid. 64. Ita Varroni lib. I. de R. R. 20. & 40. *Cupreſſi* dicuntur, & paſſim Rei ruſticae ſcriptoribus. BURM.

156. *Nomine Gargaphie.*] Pauſanias fontem vocat *Gargaphiam*, qui bello Perſico a Mardonio obrutus fuit, mox a Plataeenſibus reſtitutus. MICYLLUS. Sic emendandus eſt locus Vibii Sequeſtri, ubi loquitur de fonte, in quo Actaeon Dianam nudam vidit. CIOFAN. Barth. ad Statii lib. VII. Theb. 273. legit, *Gargaphiae*, a nympha ſcilicet una comitum Dianae. *Gargaphiam* vocat *vallem* Hyginus fab. CLXXXI. κρυνὸν τὴν Γαργαφίην vocant Graeci v. Herodot. lib. IX. cap. 25. & 48. unde apparet prope Plataeas fuiſſe *Gargaphiam*. MS. Berſmanni. BURM.

156. *Cura Dianae.*] Lib. ſcripti omnes, *Sacra Dianae. Sacra*, autem opinor, valet conſecrata. CIOFANUS. *Cura* ediderunt Aldus, Gryphius, Berſmannus, & alii, idque probat Barthius dicto loco; & quidam ſcripti habent. forte tamen ſcribendum, *cara* vel *grata*, quae voces paſſim inter ſe commutantur. ita apud Senec. Troad. 227.

Et ſacra Phoebo Cilla.

Ubi *cara* in ſcriptis eſt, notante Delrio & Gronovio. apud Noſtrum lib. V. Faſt. 563.

Hinc videt Aenean oneratum pondere ſacro.

In nonnullis eſt *caro.* pro *ſacra* ſaepe etiam *grata* repoſitum v. Epiſt. XXI. vſ. 91. I. Pont. III. 80. BURMANNUS.

158. *Simulaverat artem.*] *Similaverat* duo Medicei & unus Leidenſis. pro quo verbo & ejus compoſito *aſſimilare* pugnat acriter Barthius ad Claudian. II. Rufin. 81. & ad Stat. IV. 261. & lib. VIII. Adv. 5. ſed Latinum eſſe negat, melior ſermonis elegantis arbiter, Magnus Gronovius, Diatribes Statianae capit. VI. & ſemper ſcribendum *ſimulare* & *aſſimulare*. & ita jam olim recte docuerat Raphaël Regius ad Quinct. lib. VII. cap. 10. vide Inſ. 275. & X. 253. BURMANN.

160. *Duxerat arcum.*] *Struxerat* excerpt. Langermanni, *texerat*, alii. *duxerat orbem* Gronovianus. *texerat arcum deduxerat* MS. Berſmanni. ut & *antrum*, quod recte damnat.

161. *A dextrâ.*] *Ad dextram* Cantabr. & duo alii. vid. ad lib. II. 25. III. Triſt. XI. 45. *Aſpicis a dextra. a dextris* hic Lovanienſis.

162. *Succinctus hiatus.*] In omnibus vett. lib. *Incinctus hiatus.* idque rectius. CIOFAN. *Incinctus* meliores. recte. nam *ſuccinctae Dianae* praeceſſerat. lib. VII. 242.

Silvaque incinxit agreſti.

Faſt. II. 634. ex MSS.

Nutriat incinctas miſſa patella lares. HEINS.

Sic lib. III. Amor. VIII. 47. *incingere moenibus urbes.*

163. *Venatu feſſa.*] Gronovianus & unus Thuani, *venatus.* ita apud Lucan. III. 729. *Feſſus ſenectae* in duobus codicibus reperi. vulgo *ſenecta.* Stat. III. Theb. 395.

Feſſum bellique viaeque.

Et ita ſaepe Silius. ſed quia *ſilvarum* praeceſſit, *venatu* retinendum puto. BURM.

165. *Quo poſtquam ſubiit.*] *Quem* Voſſianus.

168. *Vincla duae pedibus demunt.*] Plautus in Epidico:

Di immortales ſoccos juſſi adimere pedibus.

Et in Captivis:

— *Iſtas compedes tibi adimam.*

Terent. Heautontimor Act. I. Sc. I. *ſoccos detrahunt.* CIOFANUS. *Manibus demunt* ſecund. Palat. quod de armillis capi deberet. ſed vulgata praeſtat.

169. *Crocale.*] Παρὰ τοῦ κροτεῖν ut videtur, dicta: hinc enim & κρόκαλοι calculi, qui in amnibus volvuntur, nomen habent. MICYLL. Nomina Nympharum haec ab Ovidio efficta ſunt, & interpretes ex vocibus, quae ad rem praeſentem faciunt, tentarunt jam deducere. Farnabius κροκάλας lapillos litorales, vel in imo fontis notare, adnotat. Quod ab Heinſio in Ariſtarcho Sacro cap. VII. ex Heſychio eſt animadverſum, qui tantum litorales lapillos eſſe docet. Etymol. M. auctor κροκάλη ὁ αἰγιαλὸς ἀπὸ τοῦ κρέκειν, τὸ ἠχεῖν. & κροκάλαι ψηφοὶ τῶν ποταμῶν ἀπὸ τοῦ κροτεῖν καὶ ψοφεῖν. & ita Suidas, κροκάλη ὁ αἰγίαλος. ſed neſcio, quia ornatrix haec nympha inducitur, an non a κρόκη, unde κροκύφαντος ornamentum capitis,

Quo poſtquam ſubiit; Nympharum tradidit uni
Armigerae jaculum, pharetramque, arcusque retentos.
Altera depoſitae ſubjecit brachia pallae.
Vincla duae pedibus demunt. nam doctior illis
Iſmenis Crocale, ſparſos per colla capillos
Colligit in nodum; quamvis erat ipſa ſolutis.
Excipiunt laticem Nepheleque, Hyaleque, Rhaniſque,
Et Pſecas, & Phiale; funduntque capacibus urnis.
Dumque ibi perluitur ſolità Titania lymphà;
Ecce nepos Cadmi, dilatà parte laborum,

Per

pitis, ut idem Suidas docet. quod antiquae Gloſſae per *reticulum* explicant. ſed hoc a κρόκη trama deducitur a Grammaticis. reticulo autem crines cohibitos docet Juven. II. Sat. 96. & Varr. IV. de L. L. *quod retinet capillos a rete dictum.* dictum hoc olim κεκροφάλον, poſtea κροκύφαντον docet Schol. ad Homer. Iliad. X. 469. & hinc JCtus l. 25. §. 10. ff. de aur. & arg. leg. *reticula, Crocuſantia.* ubi legerem conjunctim *reticula Crocuſanta.* hoc nomine occurrit liberta in lapide apud Gruter. MCXLVI. ſed qui ibi corrupte exhibetur, & quem Petrus de Marca lib. II. Marc. Hiſp. cap. 26. ita nobis meliori fide dat,

AFRANIA L. L. CHROCALE.

ubi ridet Pujadeſium, qui vel a crocitatione corvorum, vel a litore ita Graece dicto, ducendam putat. ſed ultimam Etymologiam non ita puerilem eſſe jam vidimus. *Iſmenida* vero hanc Nympham vocat, ab Iſmeno fluvio, qui tamen hoc nomen demum accepit ab Iſmeno Amphionis & Niobes filio (quem Apollodor. lib. III. §. 6. memorat) cum antea vocaretur, Κάδμου πους. teſte Plutarcho. de Flum. in Iſmeno. ſed ita ſolent Poëtae. nam & Statium lib. III. 440. Adraſtum *Perſeïum heroa* vocare notavit Lutatius. vid. inf. VI. 416. niſi ab alio Iſmeno, filio Aſopi & Metopae filio, teſte Apollod. lib. III. §. 6. ſit dictus ille fluvius. *Crocalum* inter procos Hippodamiae numerat Scholiaſtes Pindari ad Od. I. Olymp. vſ. 126. Burm.

169. *Sparſos per colla capillos Colligit in nodum.*] Ita infra:

Crinis erat ſimplex nodum collectus in unum.

Sic Virg. lib. XI.

Tum croceam chlamydemque ſinuſque crepantes
Carbaſeos fulvo in nodum collegerat auro.

Lucanus item in accuſativo protulit. cujus ſunt lib. III.

—— *Tum vulnere multo*
Effugientem animam laſſos collegit in artus.

Horatius autem in ablativo: *Myrteum nodo cohibere crinem.* Sic & Q. Curtius: *Nec tamen ſinus veſtis, quem nodo colligunt, infra genua deſcendit.* Aliter Seneca in Hippol. & *nodo comas coëgit.* Ciof.

170. *Quamvis erat.*] In ſoluta oratione, *quamvis eſſet*, diceretur. Regius. Nihili eſt haec obſervatio. vid. ad Epiſt. VII. 29. & in ſoluta oratione ita conſtrui apparet ex Quinctil. III. Inſtit. 8. Declam. V. 1. & paſſim. vid. mox. 186. Criſpinus hoc hemiſtichium a ſciolo Monacho adjectum cenſet. Burm.

171. *Excipiunt laticem Nipheque.*] *Niphe* lotrix interpretari poteſt, ἀπὸ τοῦ νίπτειν id eſt lavando. Regius. Quidam non invenientes quid carpant, quae recta ſunt, impudentiſſimè depravant. Cum enim mihi *Niphe* & ſcriptum ſit & expoſitum, iſti non *nymphe*, ſed *Nephele* ajunt eſſe legendum, cum *Niphe* in exemplaribus noſtris emendate legatur. Idem. In antiquis libris, *Nipte* ſcribitur. quod magis placet, quam *Niphe:* quae primam literam natura corripit. νίπτω lavo ſignificat. *Hyalen* autem à vitreo aquarum colore dictam cenſuerim. ὑαλὸς enim vitrum appellatur. *Rhanis* vero & *Pſecas*, cum maſculini generis ſunt, eum ſignificant, qui prae imbecilitate non niſi ſummiſſa voce loqui poteſt. auctor Julius Pollux, lib. 6. cap. 30. Constant. Fanens. *Nipteque* Berſmannus ἀπὸ τοῦ νίπτειν. Sed recte vetuſtiores magno numero, *Nepheleque.* Heins. Notius id nomen ex Nephele, quae Ixioni pro Junone ſuppoſita fuit. v. Senec. Herc. Oet. 492. & ibi Gronov. & Nephele uxore Athamantis. *Aponia Nephele* eſt in lapide Gruteriano. pag. CCCLIX. 2. Burm.

171. *Hyaleque.*] Ἀπὸ τῆς ὑο ς, hoc eſt, à pluvia videtur *Hyale* derivari. Regius. Vel potius ἀπὸ τοῦ ὑάλου, hoc eſt, vitro, quod aqua vitreae perſpicuitatis ſit. Micyllus.

171. *Rhaniſque.*] *Rhanis* aſperſio, & gutta vocatur ἀπὸ τοῦ ῥαίνειν, hoc eſt, ab aſpergendo. Regius.

172. *Et Pſecas.*] ſtilla minor *Pſecas* transfertur. *Pſecades* enim minutae dicuntur cujuſque rei partes. *Et Phiale* vas eſt quidem hauriendis infundendiſque aquis accommodatum, παρὰ τὸ πιεῖν, hoc eſt, à bibendo deductum, mutatione tenuis conſonantis in craſſam, ſed hoc loco pro nympha ponitur, quae Dianae corpus aqua perfundebat. Regius. *Pſecadis* mentio fit ornatricis apud Juven.

Per nemus ignotum non certis paſſibus errans,
Pervenit in lucum: ſic illum fata ferebant.
Qui ſimul intravit rorantia fontibus antra;
Sicut erant, viſo nudae ſua pectora Nymphae
Percuſſere viro: ſubitisque ululatibus omne
Implevere nemus: circumfuſaeque Dianam
Corporibus texere ſuis. tamen altior illis
Ipſa Dea eſt, colloque tenus ſupereminet omnes.
Qui color infectis adverſi Solis ab ictu
Nubibus eſſe ſolet, aut purpureae Aurorae;
Is fuit in vultu viſae ſine veſte Dianae.
Quae quamquam comitum turbâ ſtipata ſuarum;
In latus obliquum tamen adſtitit: oraque retro
Flexit: & ut vellet promptas habuiſſe ſagittas,

Quas

Sat. VI. 491. ubi Schol. ψεκάζειν *Graece dicunt, quando minutum ſive rarum pluit. Ornatrices igitur componentes* (lege *crinem componentes*) *rarum ac parvum aquae ſolent mittere, ac velut* ψεκάζειν. Ergo nominis Etymologiam ab arte ſumſit. & apud Reineſ. I. Inſcr. 89.

CASSIA L L. PSECHAS.

Quod an ſervitii muliebris, an cognomen ſit dubitat Reineſius ex illo Juvenalis loco. ſed cognomen eſſe oſtendit ex ipſo lapide Fabrettus cap. X. pag. 358. nam & viri nomen eſſe dicit, ARCELAUS PSECAS DE PORTICU. BURM.

175. *Per nemus ignotum non certis paſſibus errans.*] In uno meo: *Non aequis paſſibus.* Ita Virg. lib. II. Aeneid. 724.

—— *Sequiturque patrem non paſſibus aequis.*

CIOFAN. Hic verſus in Florentino primae notae, Neapolitano, ac Mediceo ſecundo manu recentiori margini erat adſcriptus. qui proinde ſuſpectus eſt habendus. HEINSIUS. Ego nihil in hoc verſu reperio, cur mereatur ejici, cum ſit Latiniſſimus, nec ſenſum ullo modo turbet: neque enim movere debet, quod per *nemus* errans in *lucum* venerit: Poëtas enim diverſa facere *nemus*, *lucum* & *ſilvam* jam ſupra vidimus ad lib. II. 478. & ita Lucan. I. 453.

Nemora alta remotis
Incolitis lucis.

Ut *lucus* ſit pars ſanctior nemoris. Virg. III. Aen. 681. *Silva alta Jovis, lucuſve Dianae.* Si quis autem offendatur voce *lucus*, ille ex altero Regio codice poterit legere, *pervenit ad fontem.* praeterea Ciofanus perperam praeferre videtur, *non aequis paſſibus*, quod etiam eſt in uno Leidenſi pro varia lectione, ſed ſine dubio a librario ex illo Virgilii loco repetitum. ſed apud Maronem agitur de duobus, qui non aequis paſſibus incedebant, hic de uno, qui ſine certo conſilio & propoſito errabat huc & illuc. quod *vago pede errare* dixit Epiſt. 21. 96. & eleganter de Fortuna V. Triſt. VIII. 15.

Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxque loco.

Sic non *certae manus* dormientium, Propertio I. III. 8. BURM.

176. *Ferebant.*] *Trahebant* ſex libri, ſollemni permutatione. vid. VII. 817. & Ep. VI. 51. XII. 35.

177. *Qui ſimul intravit.*] Id eſt poſtquam ingreſſus eſt, exponit Raphaël. efficacius eſſet, ſi *ſimul* expoſuiſſet, *ſtatim ut*, quemadmodum apud Horatium ſaepiſſime & Livium. quod ſemel admonuiſſe ſatis puto, etiamſi non ſemel Raphaël ita exponat. GLAREAN.

178. *Pectora Nymphae.*] In nonnullis vet. *Corpora Nymphae.* CIOFANUS.

179. *Percuſſere.*] *Deplanxere* Lovanienſis. lib. IV. 544.

Cadmeida palmis
Deplanxere domum.

179. *Omne implevere nemus.*] *Altum nemus* Leidenſis. non male. lib. I. 591. *umbras altorum nemorum* Epiſt. IV. 170.

Silvaque perdendas praebeat alta feras.

Lucan. I. 453.

Nemora alta remotis
Incolitis lucis.

Virgil. III. Aen. 681.

Silva alta Jovis Lucuſve Dianae.

Et paſſim. ſed quia ſequitur *altior* nihil mutavimus. vid. lib. II. 371. BURM.

181. *Corporibus texere ſuis.*] Metaphora. Idem numerus apud Lucanum lib. ſupra citato:

Vulneribus texere ſuis. CIOFANUS.

183. *Adverſi Solis.*] Periphraſis eſt Iridis, ut puto, quamquam ſimpliciter intelligi poteſt. GLAREAN. *Adverſo* Leidenſis. ita Lucan. VII. 214.

Miles ut adverſo Phoebi radiatur ab ictu.

Ad-

Quas habuit, ſic hauſit aquas: vultumque virilem
Perfudit: ſpargensque comas ultricibus undis,
Addidit haec cladis praenuntia verba futurae:
Nunc tibi me poſito viſam velamine narres,
Si poteris narrare, licet. nec plura minata,
Dat ſparſo capiti vivacis cornua cervi:
Dat ſpatium collo: ſummasque cacuminat aures:
Cum pedibusque manus, cum longis brachia mutat
Cruribus: & velat maculoſo vellere corpus.
Additus & pavor eſt. fugit Autonoëius heros:
Et ſe tam celerem curſu miratur in ipſo.
Ut vero ſolitis ſua cornua vidit in undis,
Me miſerum! dicturus erat: vox nulla ſecuta eſt.
Ingemuit; vox illa fuit; lacrimaeque per ora

Non

Adverſus eſt oppoſitus, vid. ad I. Amor. IX. 11.

185. *In vultu.*] Quidam *in vultu* exponunt pro in corpore, quod vultus ſemper ſit ſine veſte, corpus cum veſte. ſed mihi videtur ita dictum, ut intelligamus vultum Dianae rubore perfuſum, quod viſa nuda eſſet. id enim maxime virgineo pudori convenit; quod & ſequentia carmina comprobant, quae diligenter ab Raphaële ſunt expoſita. Glarean.

186. *Quae, quamquam comitum &c.*] In eodem meo: *Quae, quamvis.* Ciofanus. Ita & Leidenſis. vid. modo ad verſ. 170. *coetu ſtipata* unus Heinſii, non inepte.

187. *In latus obliquum.*] *Obliquum*, ſiniſtrum, laevum. Ciofanus.

188. *Promptas.*] *Poſitas* Marg. Berſm.

193. *Si poteris narrare licet.*] Unus Moreti, *narra.* forte, *ſi poteris narra. licet o. nec.* &c.

193. *Nec plura minata.*] In uno Vaticano, *nec plura locuta.* Ciofan. Alii, *locuta.* unus Moreti & Leidenſis, *morata.* venuſte. Virg. Aen. v. 381.

—— *Nec plura moratus.*
Tum laeva taurum tenet.

Lucretius libro VI. 244.

—— *Neque te promiſſis plura morabor.*

Val. Flaccus l. IV. 243.

—— *Nec plura moratus,*
Ingentes humeros ſpatioſaque protulit oſſa.

Statius lib. III. Silv. III. 164.

Nec plura moratus
Romuleum referens iterum Germanice limen.

Theb. II. 197. *Nec plura morati*
Conſurgunt.

Corippus Africanus libro III.

—— *Non plura moratus*
Auguſtus nutu tolli ſublime feretrum
Imperat.

Lucanus libro II.

Sed quid plura moror?

Virgil. Aen. III. 610.

— *Dextramque haud multa moratus*
Dat juveni. Heinsius.

Eadem diverſitas lib. XII. 322.

194. *Vivacis cervi.*] Ita quoque dixit Seneca, ut ſuperius in ejus verſibus potes videre, & Virg. Ecl. VII. *Et ramoſa Mycon vivacis cornua cervi.* Et hic Noſter in Eleg. de med. faciei: *Et quae prima cadent vivaci cornua cervo.* Quod autem ad Cervi aetatem pertinet, ſic Auſonius, de hominum aetate loquens:

Hos novies ſuperat vivendo garrula Cornix,
Et quater egreditur Cornicis ſaecula Cervus.

Ciofanus. Adſcripſerat Ger. Voſſius his Ciofani verbis, mentitur Auſonius cornicem tantum per ſpatium hominibus longius vivere, Ariſtoph. in Avibus 610. ὀυκ οἶσθ ὅτι πέντε γενεὰς ἀνδρῶν ζώει λακέρυζα κορώνη. *non ſcis quod quinque generationes virorum vivat garrula cornix.* ſit autem Auſonius Heſiodum imitatus, qui ita canit, ἔννεα γὰρ ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη. *per aetates novem vivit garrula cornix.*

195. *Summaſque.*] *Longaſque* Sixii codex. ſed *ſummas* citat Eutyches de diſcernendis conjugationibus pag. 2160. Edit. Putſch.

200. *Ut vero vultus & cornua vidit in unda.*] Verſum hunc frigidum & inſulſum meo tolle periculo, quanquam ſcriptis, quotquot vidi, membranis tenaciter inhaerentem. niſi quod in uno Leidenſi,

Ut vero ſolitis ſua cornua vidit in undis.

aliquanto rectius legebatur. Heinsius. nobis tantum non licere putamus. ita *ſolitam ſpectantis in undam* infr. 498. Gronovium legiſſe,

Utque feros vultus & cornua vidit in undis,

notavit Francius. Burm.

202. *Vox illa fuit.*] *Nulla* Berſmanni MS. & duo Heinſii.

Non ſua fluxerunt. mens tantum priſtina manſit.
Quid faciat? repetatne domum, regalia tecta?
An lateat ſilvis? timor hoc, pudor impedit illud.
Dum dubitat; videre canes: primusque Melampus,
Ichnobatesque ſagax latratu ſigna dedere,
Gnoſius Ichnobates, Spartanâ gente Melampus.
Inde ruunt alii rapidâ velocius aurâ,
Pamphagus, & Dorceus, & Oribaſus; Arcades omnes:
Nebrophonosque valens, & trux cum Laelape Theron,
Et pedibus Pterelas, & naribus utilis Agre,
Hylaeusque fero nuper percuſſus ab apro,
Deque lupo concepta Nape, pecudesque ſecuta
Poemenis, & natis comitata Harpyja duobus,
Et ſubſtricta gerens Sicyonius ilia Ladon:
Et Dromas, & Canace, Stictequeque, & Tigris, & Alce,
Et niveis Leucon, & villis Aſbolus atris,

Prae-

204. *Domum & regalia tecta.*] Aufer Τὸ & ex auctoritate Arondeliani, primi Moreti, & aliorum quatuor. nihil familiarius his locutionibus apud Noſtrum. Heins. *Domos & regia tecta* codex Menardi. vid. ad lib. VIII. 158. Farnabius edidit *repetatmne*. nec moſtet unde habeat. *redeatne* prior Mediceus.

205. *Pudor hoc.*] Ne domum redeat. Abuſus autem eſt Poëta horum pronominum elegantia. *Hoc* namque ad propinquius, *illud* ad longinquius referri ſolet. Regius. Aldinus codex rectius, *hoc* legit. *Timor hoc, pudor impedit illud.* quare Poëta elegantiam obſervavit, etiamſi aliquando apud Auctores ea confundatur. Glarean. Regius non ſatis in bonum & fidelem incidit librum, qui annotat Poëtam abuſum eſſe horum pronominum elegantia. In uno Vatic. uno Maffei, itemque duobus meis apertè legitur, *Timor hoc, pudor impedit illud.* Atque huc reſpexit Seneca in Hippolyto:

Haud illum timor, pudorque tenuit. Ciof.

Sed etſi vulgata maneat, facile exemplis aliorum ſe tutari poterit; quae magno numero collecta vide apud Schottum II. Obſ. 44. Vorſt. ad Valer. Max. VI. cap. 19. ex. externo. ult. & Perizon. ad Sanctii Miner. lib. II. cap. 9. & ita Noſter ipſe lib. I. Triſt. II.

Quocumque adſpicias nihil eſt niſi pontus & aër,
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.

Epiſt. I. 39.

Rettulit & ferro Rheſumque Dolonaque caeſos,
Utque ſit hic ſomno proditus, ille dolo.

Juſtinus lib. II. cap. I. *Aegyptus tot ſtructa molibus, tot foſſis conciſa, ut cum his arceantur, illis recipiantur aquae.* ubi *his* ad *moles*, *illis* ad *foſſas* referendum. & millia talia adferre liceret. *impulit* MSS. Berſmanni. Burmannus.

206. *Melampus.*] Aeſchylus quatuor tantum memorat fuiſſe canes Actaeonis, Coracem, Harpyam, Charonta & Lycitam. Auctor Pollux lib. VII. cap. 75. Constant. Fanens. Canum aliis nomina Graeca indidit à forma; aliis a natura, aut colore; aliis à ſexu & genere; laudat etiam à patria. peccavit tamen aliquantulum contra praecepta ὑηρευτικά. Neque enim longis nominibus appellandi ſunt, inquit Columella c. 12. lib. VIII. de Re Ruſtica, quo celerius quiſque vocatus audiat. quod à Xenophonte habuit lib. de venatione. τὰ δ' ὀνόματ' αὐταῖς τίθεσθαι βραχέα, ἵνα εὐανάκλητα ᾖ, &c. Farnabius. De his nominibus canum vide Hygin. fab. 181. & ibi Munkerum. mirae autem codicum in illis varietates, quas commemorare taedio & mihi & lectori foret; Raphaëlem Regium videre poteſt, qui omnium nominum rationes expendere velit. Burm.

210. *Arcades omnes.*] Julius Pollux canes Arcades tanquam generoſos laudat. Ciofanus.

211 *Nebrophonoſque valens, & trux cum Laelape Theron.*] Recipiunt haec ipſa canum genera Graecam interpretationem, fere quoquo verſentur modo. Verum cum in omnibus, quos hactenus videre datum fuerit MS. codicibus, aut *Cheron*, aut *Chiron* invenerim, vix eſt ut aliter, quam *Cheron*, Ovidium ſcripſiſſe autumem ex Aeſchylo, qui canum Actaeonis nomina haec tradit, *Charon*, *Coran*, *Harpyia*, *Lycitas*, ut ſcribit Pollux. Cum praecipue Harpyiae nomen nec Ovidius praeterierit, velut duo quoque illa, Hylaeus atque Alce ab Xenophonte mutuatur, ex non paucis aliis, quae ut incorrupta ſingulaque habeantur, de Graecis exemplaribus petenda arbitror. ſunt autem XLVII. omnia biſyllaba. Nam praeſtantiſſimus venationis Auctor brevia (quo facilius enuntientur) oportere eſſe canum nomina putavit. Quamquam hodie noſtri venatores (inter cetera,

Praevalidusque Lacon, & curſu fortis Aëllo,
Et Thous, & Cyprio velox cum fratre Lyciſce:
Et nigram medio frontem diſtinctus ab albo
Harpalos & Melaneus, hirſutaque corpore Lachne:
Et patre Dictaeo, ſed matre Laconide nati,
Labros, & Agriodos, & acutae vocis Hylactor:
Quasque referre mora eſt. ea turba cupidine praedae
Per rupes, ſcopulosque, adituque carentia ſaxa,
Quà via difficilis, quàque eſt via nulla, feruntur.
Ille fugit, per quae fuerat loca ſaepe ſecutus.
Heu famulos fugit ipſe ſuos! clamare libebat,
Actaeon ego ſum: dominum cognoſcite veſtrum.
Verba animo deſunt: reſonat latratibus aether.
Prima Melanchaetes in tergo vulnera fecit:
Proxima Theridamas; Oreſitrophos haeſit in armo.
Tardius exierant, ſed per compendia montis

Anti-

cetera, quae quis ridenda putet) fluviorum nominibus vocandos vulgo perhibent, quos fieri ſagaciores ſolertioreſque velint. Pollucis autem ex libro v. haec ſunt, τὰ μὲν δὴ τῶν Ακταίωνος κυνῶν ὀνόματα, κατὰ τὴν Αἰσχύλου δόξαν, Κόραξ, Αρπύια, Χάρων, Λυκίτας. Illud etiam non ignorandum, quod Claudianus III. Laud. Stil. inter Nympharum duces ſeptem, duas iiſdem, quibus canes hic Ovidius, nominibus vocat. Uſque adeo non unquam contemnenda imitatio, quam non illegitima varietas commendat:

Sequitur nutrita Licaeo
Nephrobone, teliſque domat quae Maenala Thero.
Mariang. Accurs. In diatribis.

213. *Hylaeuſque ferox.*] Scribe, *fero apro*, quicquid ſcripti codices pro vulgata lectione certant. lib. III. Amor. 40.

Et ferus in ſylvis farra metebat aper.
Feroces apros etiam alibi vocat. Ceterum videtur alluſiſſe ad Hylaeum illum, qui cum Anceo ab apro Calydonio eſt interfectus, teſte Apollodoro. Sidonius Carm. XIII. de Hercule:

Captivumque ferens ſilva ex Erymantide monſtrum,
Exarmata feri riſerat ora ſuis. Heinsius.

215. *Et natis comitata Harpyja duobus.*] Inter eos canes, qui Actaeonem diſcerpſerunt, Harpyjam quoque enumerat Aeſchylus. Auctor idem Pollux. Ciofan.

216. *Subſtricta.*] *Succincta* Regius. Gronov. & Baſil. & Berſmanni. vid. lib. XI. 752.

219. *Ladon.*] *Lagon* in nonnullis, quod & *Planudes*. Nauger. In nonnullis codicibus *Lagon* invenitur, quod nec diſplicet: erit enim nomen ab ilibus ductum; quoniam λάγων *ile* ſignificat. quod primam tamen corripit. ſed nihil refert. Const. Fan.

224. *Labros & Agriodos, & acutae vocis Hylactor.*] Pleraque exemplaria *Aglaodos*, nonnulla etiam *Agliodos*. Ideoque ambiguum pleriſque fit, quonam modo legendum potius cenſeatur. Nos vero de Agriodo ambigendum non putamus, quod ſumtum ex Homero eſſe nomen potuerit, qui Iliad. Λ. eo epitheto canis vocet:

Ὡς δ' ὅτε ποῦ τις θηρητὴρ κύνας ἀγριοδόντας.

Eodemque Apollonius aprum nuncupat in ſecundo Argon. κάπριος ἀγριοδόντων, *aper dentium ferocium*. neque etiam Planudes aliter interpretatur. Mariang. Accurs. In Diatribis.

225. *Quoſque referre mora eſt.*] Sic alibi: *Et quos praeterea longa referre mora eſt.* Alio modo dicitur: *Longum eſt recenſere: Longum eſt perſequi: Longum eſt enumerare: Longum eſt dicere: Dicere infinitum eſt: Longum eſt commemorare.* Aliter praeterea Plautus in Capt. *Nam ſi alia memorem, quae ad ventris juſtum conducunt, moraſt.* Ciof. Et hic unus codex Heinſii *quaſque*. vid. ſupr. vſ. 140.

227. *Quaque eſt difficilis.*] Sec. Palat. *Qua via difficilis.* malo etiam, *feruntur* cum duobus, pro *ſequuntur*. quod *ſecutus* verſu proximo mox occurrat. Heins.

229. *Heu famulos fugit ille ſuos.*] In lib. Abb. *Heu fugit ille ſuos comites.* Sic & mox: *At comites rapidum, &c.* Ciof. *Ipſe* cum melioribus. Heins.

230. *Actaeon ego ſum.*] Actaeon duas ob cauſas, ut refert Diodorus lib. 6. cap. ult. in belluam mutatus dicitur, atque à ſuis canibus diſcerptus. Altera, quod Dianae concubitum, cum in montibus juxta templum ſitis venaretur, appetierit: altera, quod in venatione illi ſe praetulerit. Multo aliter Palaephatus, & Tyrius Maximus. Rurſus aliter Fulgentius in Mythologicis. Ciofan. Hic verſus, *Actaeon ego ſum*, non magis Naſonis eſt, quam meus. Agnoſcunt tamen libri veteres. Eo

Anticipata via eſt. dominum retinentibus illis
Cetera turba coit, confertque in corpore dentes.
Jam loca vulneribus deſunt. gemit ille, ſonumque,
Et, ſi non hominis, quem non tamen edere poſſit
Cervus, habet: moeſtisque replet juga nota querelis:
Et genibus ſupplex pronis, ſimilisque roganti,
Circumfert tacitos, tamquam ſua brachia, vultus.
At comites rapidum ſolitis hortatibus agmen
Ignari inſtigant, oculisque Actaeona quaerunt;
Et velut abſentem certatim Actaeona clamant.

Ad

ſublato omnia erunt concinniora. HEINSIUS. Neque hic aliquid minus Ovidianum reperio. de voce *cognoſcere* vide ad Epiſt. VI. 123.

234. *Tardius exierant.*] De famulis hoc intelligo; nam paullo ante dixerat, *heu famulos fugit ille ſuos*, tametſi ſuperius ait, *intermittuntque laborem.* Id enim propoſitum erat, ſed caſus aliud attulit. illud autem, *cetera turba coit* intelligo de canibus a famulis allatis. nam qui praecurrerant retinebant dominum. GLAREAN. *Exierat* tres, Mediceus, Baſil. & unus Heinſii, qui de Oreſitropho intelligebat. *tardius accelerant* MS. Berſmanni, qui de famulis capiebat, qui adducebant alios canes. *oneſitrophos* eſt in uno Palatino.

235. *Praecipitata via eſt.*] In Statii libro multo melior eſt lectio, *Anticipata via eſt.* Itaque legit Eutychus lib. II in verbo *Anticipo.* Statius etiam, qui hunc locum imitatus videtur, *anticipare viam*, dixit lib. VI. Thebaid.

Speravit flexae circum compendia metae,
Interius ductis Phoebeius augur habenis
Anticipare viam.

In hac ſecunda editione, ſi nihil aliud attuliſſem, quam hujus loci reſtitutionem; praeclarum ſanè quoddam me praeſtitiſſe videor. Quo nomine Ovidii amatores, ut ſpero, mihi ſe plurimum debere fatebuntur. CIOFAN. *Anticipata* veterrimus Florentinus S. Marci, ſecundus Mediceus, & quatuor alii. Notat ex ſuis etiam Vivianus. neque aliter Eutyches Grammaticus agnoſcit. Statius Theb. VI. 442. qui hunc locum haud dubie reſpexit:

Speravit flexae circum compendia metae
Interius ductis Phoebeius augur habenis
Anticipaſſe viam.

Uſus eſt verbo etiam praeter alios Lucretius lib. V. 658. Spartianus Anton. Pio cap. 7. *ut undique nuntios citius poſſet anticipare*, ſic enim codex Regius & Politiani Mediceus, quod non intellexit Caſaubonus. vide Salmaſ. vulgo *accipere.* in Elegia de Roſa, quam Auſonio vulgo adſcribunt, & quam ego in codice Juniano, reliquis Ovidii operibus annexam offendi:

Strictior Eoos praeceſſerat aura jugales,
Aeſtiferum ſuadens anticipare diem.

Ubi *ſuadens* forte legendum. Sidon. Apoll. de Narbone vſ. 405

Sperans anticipaſſe jam priorem.

Auſonius de Equo:

Promptum & velox erat anticipare quadrigas.

Videtur hunc quoque locum reſpexiſſe Guntherus Ligurini libr. IV. 225.

Triſtia ſigna movens, thuſci compendia montis
Aſcenſu ſuperans, meliori ſubdita coelo
Caſtra locat.

Ita enim ſcribendum, valde Rittershuſium is locus exercuit vulgo legitur:

Thuſcique crepundia montis.

Paulo poſt ſequitur apud eundem, *compendia montis. & ardua corripiunt trepidi compendia pontis.* habes apud eundem libro VII. verſu praecedente *tardius exierant* eſt metaphora a circo ſumpta; equi enim proprie *exire* carceribus dicuntur. Seneca Natur. Quaeſt. lib. III. prologo, *qui tardius exierant moram velocitate penſant.* HEINS.

236. *Confertque in corpore dentes.*] *Conduntque* Junii. ſed tunc legendum eſſet, *in corpora*: Noſter enim fere ſemper huic verbo accuſativum addere ſolet. vid. V. 421. VIII. 419. vide tamen ad XIV. 176. mox 449. *merſiſque in corpore roſtris.* BURM.

239. *Juga nota.*] Clivos, vel montium vertices, per quos antea ſaepiſſimè ierat. CIOFAN.

240. *Et genibus ſupplex pronis.*] *Poſitis* unus Bononienſis pro diverſa lectione. quod placet. *ponere genu* elegans & Latinum, de quo ad Claudianum VI. Conſ. Honor. 71. Noſter lib. I. 729.

Poſitiſque in margine ripae
Procubuit genibus.

Et lib. VI. 346.

Acceſſit poſitoque genu Titania terram
Preſſit, ut hauriret gelidos potura liquores.

Uſus eſt & Lactantius eodem loquendi modo lib. II. Inſtit. Div. cap. II. *Illis ſupplicant genu poſito.* HEINS. Ita vero Latinum hoc dicendi genus, ut

in

Ad nomen caput ille refert: ut abeſſe queruntur,
Nec capere oblatae ſegnem ſpectacula praedae.
Vellet abeſſe quidem; ſed adeſt: velletque videre,
Non etiam ſentire, canum fera facta ſuorum.
Undique circumſtant: merſisque in corpore roſtris
Dilacerant falſi dominum ſub imagine cervi.
[Nec niſi finitâ per plurima vulnera vitâ
Ira pharetratae fertur ſatiata Dianae.]

FAB.

in Divo Luca locutionem hanc Latiniſmi nomine notaverint interpretes, quia ſaepe eo utitur. vid. Euang. cap. XXII. 41. Act. VII. 60. IX. 40. XXI. 5. Uſus & Euſebius lib. V. Hiſt. Eccleſ. cap. V. γόνυ θέντας ἐπὶ τὴν γῆν. *ſupplex flexis* unus Mediceus & Sixi. *genibus fuſis pronus* tres libri. verſu praecedenti unus Strozzae *replens* habebat. BURM.

242. *Solitis hortatibus.*] In Dominic. *clamoribus.* In duobus meis, uno Vatic. *latratibus.* Quod non videtur improbandum. poteſt enim ad canes, de quibus loquitur, referri. CIOFAN. *Latratibus* vetuſtiores maxima ex parte. clamore & hortatu latratum caninum aemulante. Virgil. Georg. III. 411.

Saepe volutabris pulſos ſilveſtribus apros
Latratu turbabis agens.

Quidam, *clamoribus.* alioquin, *hortatibus* ferri poſſet. quomodo Epiſt. IV. 42.

Hortari celeres per juga ſumma canes.

Et Met. X. 536.

Hortaturque canes ritu ſuccincta Dianae.

Apulejus Met. IV. *Canes, ut ad me laniandum rabie perciti ferrent impetum, paſſim cohortantur.* & poſtea, *Canes etiam venaticos auritos illos & horricomes ad comprimendam beſtiam cohortatur.* libro VIII. *Canes rabidos & immanes jubilationibus ſolitis nobis inhortantur.* ubi, *ſibilationibus* malo. Homero in Odyſſea σευεῖν κύνας eſt. *monere canes* dixit Propertius libro II. Eleg. XIX. ſed in Virgilii loco de ipſis canibus poteſt intelligi latratus, de quibus illic agitur. HEINSIUS.

245. *Ad nomen caput ille refert.*] Tot verba in parentheſi poſita ſunt, alioqui ſenſus non procedet: quae enim ſequitur conjunctio &, duo verba connectit *clamant*, & *queruntur.* GLAREAN. Scribe, *ut queruntur*, vel membranis invitis. Saepiſſime ita peccatum. HEINS.

246. *Oblatae.*] *Optatae* excerpta Cantabrigienſia & unus Mediceus. etiam non male. ſic apud Valer. Flacc. III. 605. pro,

Strata vel oblatis ductor videt aequora ventis.

Heinſius malebat, *optatis.* ſed ego nihil muto: ſic & apud Silium lib. VIII. 230. *numen, ait, nobis, felix oblata ſecundes*, ubi malim tamen, *optata.* ſed hic *oblatae* proprie, quia inſperatus caſus offerrebat praedam. ita Noſter X. Met. 591.

Aura refert oblata citis talaria plantis.

Sed de his plura ad ipſum Flaccum. BURM.

250. *Falſi.*] *Falſa* nonnulli codices.

251. *Nec niſi finitâ.*] Hunc quoque verſum cum ſequenti ab inſcitâ manu profectos eſſe ſum certus. Tu foediſſimum centonem abige ab hac purpura. Certe in uno codice, quem vir doctiſſimus Carolus Sprotius Aquiſgranenſis dono mihi dedit, à manu recentiori adſcriptos margini deprehendi. HEINSIUS.

251. *Finitâ vitâ.*] Actaeonem à veris canibus laceratum apud Corinthios, hujuſque fuiſſe facinoris authores Bacchides refert Max. Tyrius. Steſichorus prodit, eum à Diana pelle cervinâ circumdatum, incitatoſque ab eâ in herilem necem canes, ne Actaeon Semelen in uxorem duceret. vide Pauſan. in Boeot. Pier. Hierogl. 7. l. quod & ſuo tempore multis venatoribus Corſis accidiſſe, ut à canibus ſuis, furore quodam actis, dilaniarentur, refert Jul. Scaliger, Comment. in Ariſtotelem l. 1. de plantis. rabie ſc. in canibus per dies Caniculares graſſante. Natal. Com. 6. l. 24. Sunt qui Actaeonem, neglecta rei domeſticae curâ propter venationis ſtudium, decoxiſſe tradunt, dum nimiam canum vim & numerum aleret. Alii ad prodigos referunt, qui promi magis quam condi impuros paraſitos, praedatorios, ganeones & ollares amicos alunt; à quibus exhauſti pereunt à re & ſpe bonâ. Barpt. Anulus, & Alciatus. Alii ad aleatores perditos alluſum volunt, quibus Damnoſi ſemper ſubſiluere Canes, jactus ſc. aleae infauſti damnoſique. Ad principes ſpectare epimythion volunt nonnulli, apud quos gratioſorum purpuratorum gratia valet ad odium & ruinam principum. Curioſos alienorum conſiliorum rimatores ſignificari hinc videtur Arnobius 2. l. Et ſpolietur Apollinis germana, quam quondam puris in fontibus abluentem membrorum ſordes corniger ille venator inſpexit, & poenam curioſitatis invenit. Certè curioſus ille uxoris ſuae, per amicum, pudicitiae explorator, in fictâ Hiſpani Doxippotae hiſtoriâ, meritas dedit veri Actaeonis poenas. Fabulam hanc denique ad ſecreta Principum accommodat Cl. Fr. Baconus c. 10. de ſapientia veterum. Qui, inquit, Principibus non ad-

Fab. III. Argumentum.

Juno in anum.

Juno ſuſpectam [a] *Semelen Cadmi &* [b] *Harmoniae filiam cum haberet, quod cum Jove concubuiſſet,* [c] *in anum* [d] *converſa, ut ſe fallacia ſine invidia* [e] *cujuſquam* [f] *ulciſceretur,* [g] *ad eam venit, perſuadetque ei, ne alio Jovem apparatu recipiat ad cubile,* [h] *quam quo ſolitus ſit apparere Junoni;* [i] *quo, ut illius auctoritas gravis,* [k] *proinde ipſius concubitus inſignis eſſet. Quod cum* [l] *impetraſſet à cupiente, deus inſtructus* [m] *tonitribus ac fulminibus, domum Semeles ingreſſus eſt: tecta ejus* [n] *deceptae optatis flammis adurit, Liberumque conceptum utero gravidae* [o] *incendio eripit, ac* [p] *femore inſuit ſuo.* [q] *Poſtea completis menſibus, Nymphis, quae Nyſam montem Indiae* [r] *perfrequentarent, clam tradidit nutriendum.*

RUmor in ambiguo eſt: aliis violentior aequo
Viſa Dea eſt: alii laudant, dignamque ſeverâ
Virginitate vocant. pars invenit utraque cauſſas.
Sola Jovis conjux non tam culpetne probetne

Elo-

admiſſi, & praeter eorum voluntatem ſecretorum conſcii ſunt, odium certiſſimum apud eos conſequuntur. Itaque gnari ſe peti, & occaſiones captari, vitam degunt cervorum more, timidam & ſuſpicionibus plenam. Quin & illud accidit, ut à ſervis & domeſticis, in gratiam principum, accuſentur & evertantur. Ubi enim principis offenſio manifeſta eſt, quot ſervi, tot ferè proditores eſſe ſolent. Infeliciter ſanè ceſſit Poëtae noſtro, quod aliquid vidit, quod noxia lumina fecit. &c. Triſt. II. lib. Farnab.

[a] *Semelen.*] *Semelem* Colon. qui &, *habens.*

[b] *Harmoniae.*] Ita reſcripſi, cum *Armoniae* haberet MS. Vide Hyg. Mythol. cap. 5. Perperam *Hermionae* vel *Hermiones* editi. Muncker.

[c] *In anum.*] *In vetulam* Colon.

[d] *Converſa.*] *Converſa eſt* Parmenſ. Lugd. Raener. Heinſ. Colon.

[e] *Cujuſquam.*] Deeſt Colon. *fallaciae ſine in.cuj.* Gif.

[f] *Ulciſceretur.*] Sequentia omiſſa ſunt in C. uſque ad, *quo ut illius*, &c. In V. vero haec ſequuntur. *hortatur eam, ut tale pignus amoris à Jove peteret, ut proinde auctoritas ipſius concubitus gravis & inſignis eſſet.* & paullo poſt: *deceptam optatis, altumque flamma exurit.* pro, *fallaciae*, legendum *fallacia.* Giselin.

[g] *Ad eam.*] *Ad eamque pervenit, perſuadet autem ei* Raener. Giſelin. *eam adiit* Colon.

[h] *Quam quo ſolitus ſit.*] Tò *quo* abeſt à Venetâ, Micyll & MS. Muncker. Deeſt & Colon.

[i] *Quo ut illius*] *Quo illius auct. gravis & inſignis manifeſto Dei concubitu eſſet. Quae cum impetraſſet, Deus inſtr.* Colon. omittunt etiam *a cupiente* Raener. Giſel.

[k] *Proinde.*] *Perinde* Raener.

[l] *Impetraſſet.*] Adjicit C. *à cupiente.* fortaſſe voluit dicere, ab ea, quae promittebat ſe id cupituram & petituram à Jove. Giselin.

[m] *Tonitribus.*] *Tonitruis* Giſelin. Marg.

[n] *Deceptae.*] *Deceptae optatis flamma adurit* Giſelin. Heinſ. *aduſſit* Colon.

[o] *Incendio.*] *Ab incendio* Colon.

[p] *Femore inſuit ſuo.*] Ita & Veneta ac Micyll. Raenerius *femori.* Naſo ipſe: *Inſuitur femori, maternaque tempora complet.* Fulgent. Myth. II. 15. *In femore ſuo inſuit.* Vide ibi notas noſtras. Munk. *Femore* Parm. & Lugd. Heinſ. Micyll. *femori* Colon. & Marg. Giſel.

[q] *Poſtea completis.*] *Poſtea eum comp. &c. perfrequentabant, tradidit nutriendum.* Raener. *eum* etiam Heinſiana habet. pro *clam* Micyll. *eum* habet. *poſtea cum compl.* Giſelin.

[r] *Perfrequentarent.*] Ita cum MS. etiam Veneta ac Micylliana. *Frequentabant* Raenerius, *perfrequentabant* Giſelinus. Ita *permittere* pro *mittere* Senec. de Conſtant. cap. 3. *Eo loco ponere, quo nulla permittitur injuria.* Ad quem locum videndus Lipſius. Muncker. *Frequentabant* Colon.

255. *Dignamque ſevera Virginitate vocant.*] *Dignum* 1. rem dignam corrigimus. Const. Fan. *Probant* Voſſianus. *dignumque* MS. Berſmanni, qui factum, ſive ſupplicium ſubintelligi vult.

256. *Culpetne probetne.*] *Culpetve probetve* quidam ſcripti & Berſmanni.

261. *Tum linguam ad jurgia ſolvit.*] *Jurgia*, id eſt, convicia. Sic Salluſtius in Conjuratione Catil. *Poſtremo diſſimulandi cauſſa, aut ſui expurgandi, ſicuti jurgio laceſſitus foret, venit in ſenatum.* Livius lib. XXXIX. *Et primo laceſſere jurgiis: deinde altercatione orta cum accenderentur irae, ferociſſimi exſu-*

Eloquitur, quam clade domus ab Agenore ductae
Gaudet: & à Tyriâ collectum pellice transfert
In generis socios odium. subit ecce priori
Causſa recens; gravidamque dolet de semine magni
Esſe Jovis Semelen. tum linguam ad jurgia solvit.
Effeci quid enim toties per jurgia? dixit.
Ipsa petenda mihi est: ipsam, si maxima Juno
Rite vocor, perdam; si me gemmantia dextrâ
Sceptra tenere decet; si sum regina, Jovisque
Et soror & conjux. certe soror. at puto, furto est
Contenta: & thalami brevis est injuria nostri.
Concipit; id deerat: manifestaque crimina pleno
Fert utero: & mater, quod vix mihi contigit uni,
De Jove vult fieri. tanta est fiducia formae.
Fallat eam faxo: nec sum Saturnia; si non
Ab Jove mersa suo Stygias penetrarit in undas.

Sur-

exsulum impetum in Lacedaemonios fecerunt. Et lib. XLII. *Ibi cum laceratus jurgiis multorum esset.* Ciof. Heinsius hoc hemistichium olim suspectum habebat, & conjecerat, *Quid linguam ad jurgii solvi?* vel, *solvo?* deleto sequenti versu, quem Latinum non putabat, nisi legatur, *profeci quid enim tot iö per jurgia.*

262. *Profeci.*] Francof. *effeci*, venustius meo judicio.

264. *Rite vocor.*] *Jure vocor* alter Regius.

265. *Si sum regina, Jovisque & soror & conjux.*] *Et soror & conjux.* Declarat hoc M. Tullius lib. II. De nat. Deor. *Aër autem, ut Stoici disputant, interjectus inter mare, & caelum, Junonis nomine consecratur, quae est soror & conjux Jovis; quod & similitudo est aetheris, & cum eo summa conjunctio. Effeminarunt autem eum, Junonique tribuerunt, quod nihil est eo mollius.* Et Macrobius lib. I. Saturn. cap. XVII. *Hinc Juno & soror Jovis & conjux vocatur. Est autem Juno aër, & dicitur soror, quia iisdem feminibus, quibus caelum, etiam aër est procreatus. conjux, quia aër subjectus est caelo.* Lege etiam Servium in primo Aeneid. Ciofanus.

267. *At puto furto est Contenta.*] *Tò est* à multis praestantiorum abest. Scribe, *at puto furto Contentam.* Heins. Heinsii conjecturam firmat Francofurtensis codex, qui a manu prima habebat, *contentam.* sed tunc mallem, *at thalami.*

269. *Quod vix mihi contigit uni.*] Ut de Jove conceperim. Vulcanum enim ex Jove susceptit Juno: tametsi Hesiodus dicat Vulcanum ex sola Junone fuisse natum. Regius. Et hic locus obscuritatis nonnihil habet. Nam & aliae multae ex Jove conceperunt, non Juno tantum. Quare quidam, *uni*, accipiunt dictum, pro *semel.* quod tamen nec ipsum satis defendi posse videtur. cum & Vulcanus, & Hebe, item Mars & Ilithya, sive Lucina, Junone nati ab Hesiodo traduntur. Vide igitur, num *uno* legendum sit, & ad sequentem casum referendum. Micyllus. Vide ratiocinantis aestum: nam ita objicit, ut statim confutet negative: non enim contenta est furto, sed concipit; nam id ad malitiam deerat:

—— *Manifestaque crimina pleno*
Fert utero, & mater, quod vix mihi contigit uni,
De Jove vult fieri.

Illud *uni* etiam me moratur, nisi quis pro *semel* positum putet: Raphaël de Vulcano intelligit. Ego etiam de Hebe intelligi posse existimo. Glarean. Ego praeferrem, *uno*, quod in Florentino codice est, & ita distinguerem:

Et mater, quod vix mihi contigit, uno
De Jove vult fieri.

Cum tot alii sint, ex quibus possit mater fieri; illa non nisi de solo Jove vult fieri, quod mihi vix contigit, paucos quae ex Jove partus edidi, ut Vulcanum & Heben. Gratiarum quoque parentem Junonem quosdam facere observavit Barth. adv. XXXIII. 11. sed an ex Jove, non patet. & diversos alii parentes adscribunt; sed quae hic discutiendi locus non est. Burm.

271. *Nec sim Saturnia.*] Emenda ex ambobus meis, uno Maffei, Io. Dei, Capranic. & Caelestinis, *Nec sum.* Ciofan. Simplicius & gravius videtur, quod in Palatino:

Fallat eam faxo. nec sum Saturnia, si non
De Jove mersa suo Stygias penetrabit ad undas.

Dan. Heinsius.

272. *De Jove.*] *Ab Jove*, ut habent libri veteres. Ciofanus. *Ab Jove* cum melioribus, & *pe-*

Surgit ab his ſolio; fulvâque recondita nube
Limen adit Semeles. nec nubes ante removit,
Quam ſimulavit anum: poſuitque ad tempora canos:
Sulcavitque cutem rugis: & curva trementi
Membra tulit paſſu: vocem quoque fecit anilem.
Ipſaque fit Beroë, Semeles Epidauria nutrix.

Ergo

netrarit pro *penetrabit* cum Berneggeriano, Cantabr. & tribus aliis. *in undas* etiam praeſtantiores plerique, non *ad undas*. nec etiam male *umbras* Voſſianus. ut lib. I. 139. Silius v. 597. & alii. ſed quia *merſa* praecedit, quod cum *undis* melius convenit, vulgata magis placet. praecedenti verſu, *nec ſum Saturnia*, veteres plerique agnoſcunt, non *nec ſim*. Silius libro IX. vſ. 111.

Non ſum equidem Sulmone ſatus, tua, Satrice, proles,
Nec frater, Mancine, tuus, fateorque nepotem
Pergameo indignum Solimo, ſi evadere detur
Huic noſtras impune manus.

Ita ſcripti. Petronius cap. LXXXI. *aut ego vir liberque non ſum, aut noxio ſanguine parentabo injuriae meae.* Apulejus Metam. lib. V. *Nec ſum mulier, nec omnino ſpiro, niſi eam peſſum de tantis opibus dejecero.* ſed cum in optimis membranis Florentinis legatur illic *ſpirem*, rectius legetur, *nec ſim mulier, nec omnino ſpirem*. & ita quoque hic, *nec ſim Saturnia*, & apud Silium, *non ſim Salmone ſatus*, & *fatear* nunc praeferrem. nam Plautus Menaechmis, *Non hercule is ſim, qui ſum, niſi hanc injuriam, meque ultus pulchre fuero.* Homer. Iliad. B. Μηδ' ἔτι Τηλεμάχοιο πατὴρ κεκλήμενος εἴην. HEINS.

273. *Fulvâque recondita nube.*] Emendabam olim conjecturâ, ut mihi videbar, non dubiâ, *furvâ nube*: nunc haereo. nam & apud Virgilium lib. XII. 792. *Fulva pugnas de nube videntem* habes. & apud Lucretium lib. VI. 460. *fulvae nubis caligine craſſa* in vulgatis & ſcriptis exemplaribus conſtanter. & ſane *fulvam caliginem* dixit quoque Valerius Cato in Diris. Et Statius Theb. IX. 727.

—— *Venit in medios caligine fulvâ*
Septa globos.

Cum *furvam* dixerit *caliginem* Auſonius Cupidine crucifixo. in Statii tamen loco nonnulli codices, *furva*. ξανθὴν quidem νεφέλαν appellat Pindarus Olymp. Od. VII. ſed ibi de aureo Rhodiorum imbre agitur. ſane Val. Flaccus I. II. vſ. 115. *piceum nimbum* dixit:

Cum dea ſe piceo per ſudum turbida nimbo
Praecipitat.

Verum haec pro dubiis venditamus: nam Agroetius de Orthographia *fulvum* colorem a nigro non multum differre contendit, & hinc *fulvam Aquilam* Poëtis dici. at illud certum, lib. V. Met. 541.

Ex Acheronte ſuo furvis peperiſſe ſub antris.

Veram eſſe lectionem. ut & apud Silium Italicum libro VI. ∀ſ. 119.

Intus dira domus, ſurvoque immanis in antro
Sub terra ſpecus, & triſtes ſine luce tenebrae.

Ubi *curvo antro* & *ſub terras* nunc legitur. mox *nigrum antrum* eandem ſpecum appellabit Silius. idem libro VII. 680.

Jamque in palantes ac verſos terga feroces
Pugnabant Itali, ſubitus cum mole pavenda
Terrificis Maurus prorumpit Tunger in armis.
Nigra viro membra, & furvi juga celſa trahebant
Cornipedes, totuſque novae formidinis arte
Concolor aequabat liventia currus equorum
Terga, nec erectis ſimiles imponere criſtis
Ceſſarat pennas, aterque tegebat amictus.
Ceu quondam aeternae regnator noctis, ad imos
Cum fugeret thalamos Ennaeâ virgine raptâ,
Egit nigrantem Stygiâ caligine currum.

Ita locus ex optimo codice conſtituendus, niſi quod *furvi cornipedes* pro *fulvis* ex conjectura noſtra ſunt repoſiti, quomodo reſtituendum eſſe ut certius liqueret, verſus plures adſcripſi. Terentius Scaurus de Ortographia, *Furvos dicimus, quos antiqui fuſcos.* ſic *furva Proſerpina* Horatio lib. II. Od. XIII. & Statio Theb. VIII. 10.

Nondum illum furvo Proſerpina poſte notarat.

Et *furvae lethi plagae* apud eundem Pietate Abaſcantii. Seneca Hercule OEtaeo:

Cui furva nigri ſceptra geſtantur poli.

Idem ibidem ſub finem:

Non puppis umbras furva tranſvexit meas.

Ita ſcribendum. nam vetus codex, *fulva*. vulgati, *curva*. Unde & furva Dis inferis pecora immolata. de quibus Silius libro VIII. 119.

—— *Furvaſque trahebam*
Ipſa manu properans ad viſa pianda bidentes.

Cenſorinus de die natali ex Varrone, *uti Diti Patri & Proſerpinae ludi Terentini in Campo Martio fierent, & hoſtiae furvae immolarentur. furvam noctis* dat *pallam* Juvencus Hiſtor. Euangel. lib. II. Prudentius Cathemerin. hymno IX.

Sed deus dum luce furvae mortis antra illuminat.

Furva mortis antra, hoc eſt, inferos. ita ſcribo. *Luce fulva* nunc legitur etiam in ſcriptis. *furvam noctem* etiam dixit Marcianus Capella lib. VI. & initio libri II. ubi *purum* perperam nunc legitur:

Sed furvum aſtriferis caelum ſcandebat habenis
Nox revocans merſo fulgentia ſidera caelo.

Eſt & vox ea non ſemel mendoſa apud Valerium Flaccum. ut I. IV. 409.

Contra Nilus adeſt, & toto gurgite torrens
Tiſiphonen agit, atque imis illidit arenis,

Ditis

Ergo ubi, captato ſermone, diuque loquendo,
Ad nomen venere Jovis; ſuſpirat: &, Optem
Juppiter ut ſit, ait: metuo tamen omnia. multi
Nomine Divorum thalamos ſubiere pudicos.
Nec tamen eſſe Jovis ſatis eſt: det pignus amoris;
Si modo verus is eſt: quantusque, & qualis ab altâ

55 Ju-

Ditis opem, ac furvi clamantem numina regni.
Saevi regni perperam legitur. eodem libro, 594.
—— *Subter juga concava torquet*
Ater aquas Acheron, vaſtoque exundat hiatu
Spumeus, & furvâ ſequitur caligine campus.
Vides hic denuo *furvam caliginem.* at vulgati:
Fumeus & ſaevâ caligine.
Minus bene. Putabam eidem Valerio hanc vocem quoque reddendam lib. v. 413.
At medii per terga ſenis rapit ipſe nitentes
Altus equos, curvoque diem ſubtexit Olympo.
Nunc vero tutius opinor *fulvo* reponi, quo modo idem libro VII. 157.
—— *Sublimis in auras*
Tollitur, & fulvo Venerem veſtigat Olympo.
Flammiferum Olympum dixerat initio operis. *furvam* quoque *ſaepiam* habes apud Auſonium Epiſt. v. & VII. & *furvam culpam* apud Prudentium Cathemerin. Hymno I.
Jam furva culpa obdormiat.
Propertius libro IV. Eleg. VII.
Denique quis noſtro furvum te funere vidit?
Atram quis lacrymis immaduiſſe togam?
Ita ſcribendum. Vulgati *curvum.* minus concinne, quod & Paſſeratio videbatur. apud eundem libro IV. Eleg. ult. legendum quoque putem:
Te licet orantem furvae deus audiat aulae.
Non *fuſcae aulae.* cum de inferis fere ſemper Poëtae, ut jam vidimus, *furvi* voce utantur. ſic & Prudentius Hamartig. *furvum Avernum* dixit. Marcianus Capell. lib. I. *ſertum tartareae noctis obſcuritate furveſcens.* & lib. IV. *foemina habitus furvi.* & apud Arnobium. *Aethiopicis ſolibus Iſis furva.* Tibullus lib. II. Eleg. I.
Poſtque venit tacitus furvis circumdatus alis
Somnus, & incerto ſomnia pigra pede.
Non *fulvis alis*; cum *fulva ſidera* proximo verſu praeceſſerint. *pigra* etiam *ſomnia*, non *nigra.* ne bis idem dicat. Silius Italic. lib. III. 681.
At quae Carpathium ſuper aequor vecta per auras
In Libyen furvis tranavit concolor alis.
Ubi *niveis alis* perperam & contra fidem hiſtoriae nunc legitur. *furvam gentem* Indos vocavit Juvenalis Satyra XII. contra apud Prudentium Hamartig. v. 635. *fulvo* pro *furvo* ſcribendum:
—— *Fulvo ſe munere vilem*
Vendat noctivolae ſpurcis complexibus Indi.
Ita vetuſtiſſimus codex Puteaneus. aurum intellige. ſed revertamur ad Naſonem. Heins. *Furva* nube eſt in Francof. *Flava* unus Leid. *fuſca* alter; quae omnes lectiones defendi poſſent.

275. *Simulavit anum.*] Et hic *ſimilavit* quidam. vid. ſupr. 158. ſic apud Hygin. fab. 22. de Junone, *anum ſe ſimulavit.* ex quo loco corrigendus Scholiaſtes Statii lib. IV. 446. ubi legitur, *cum ſe in anum illa ſimilaret.* ubi alii codices, teſte Tiliobroga, *ſimularet*, ſed & abjicienda praepoſitio *in.* ſic Noſter ſaepe lib. XI. 311. IV. Faſt. 517. ſic *ſimulare virum.* Propert. IV. v. 29. Burmannus.

275. *Ad tempora canos.*] *In vertice* MSS. minus bene: ἀπὸ γὰρ κροτάφων πελόμεσθα πάντες γηράλεοι, ſecundum Theocr. Bersman.

276. *Sulcavitque cutem rugis.*] II. Art. 218.
Jam venient rugae, quae tibi corpus arent.
Et I. Pont. IV. 2.
Jamque meos vultus ruga ſenilis arat.
Virgilius VII. 417.
Et frontem obſcenam rugis arat.
Horat. Epod. VIII. 2.
Cum ſit tibi dens ater, & rugis vetus
Frontem ſenectus exaret.
Plaut. in Bacch. *Conſulcant frontem.* Ciofanus.

276. *Et curva trementi Membra tulit greſſu.*] Ita omnes vet. Alii ineptiſſimè legunt, *& curva rigenti, &c.* Verum in ſ. libris eſt *paſſu*, non *greſſu.* Ciof. *Paſſu* rectius veterum plerique. lib. XIII. 533.
—— *Ad littus paſſu procedit anili.* ſup. VI. 175. Heinsius.

278. *Ipſaque erat.*] *Fit* Mediceus unus ex melioribus. Idem mox, *ſuſpirat & Optem*, non *Opto.* Heinsius.

282. *Iniere pudicos.*] Non commodum ſatis verbum videtur *inire.* Francofurtenſis & quinque alii, *ſubiere*, quod aptius furtivis amoribus, & fallacibus adulteris melius convenit. ſimilis diverſitas inf. lib. IV. 328.
Thalamumque ineamus eumdem,
Ubi alii, *thalamum ſubeamus.* Auctor Argumentorum lib. II. fab. 5. *Jupiter cum fruſtratas ſuas voces intellexiſſet, aſtu eam ſubiit. intrare* hic Cantabrig. Burm.

283. *Nec tamen eſſe Jovem ſatis eſt.*] Hoc ita dicit. fac ut non ſatis ſit, quod dicit ſe eſſe Jovem, multi enim ſic nos decipiunt, ſed omnino cura, ut det Amoris donum Jove dignum; continuoque docet quale ſignum poſtulet. *Quantuſque & qualis ab alta &c.* & nota diligenter obſervatam quantitatem ac qualitatem, cum dicit, *quantuſque ac qualis.* Glareanus. Primus Medi-

Junone excipitur; tantus, talisque rogato
Det tibi complexus: ſuaque ante inſignia ſumat.
Talibus ignaram Juno Cadmeïda dictis
Formârat. rogat illa Jovem ſine nomine munus.
Cui Deus, Elige, ait: nullam patiere repulſam.
Quoque magis credas; Stygii quoque conſcia ſunto
Numina torrentis. timor & Deus ille Deorum.
Laeta malo, nimiumque potens, perituraque amantis
Obſequio Semele, Qualem Saturnia, dixit,
Te ſolet amplecti, Veneris cum foedus initis,
Da mihi te talem. voluit Deus ora loquentis
Opprimere. exierat jam vox properata ſub auras.
Ingemuit: neque enim non haec optaſſe, neque ille
Non juraſſe poteſt. ergo moeſtiſſimus altum
Aethera conſcendit; nutuque ſequentia traxit
Nubila: quîs nimbos, immixtaque fulgura ventis

Ad-

ceus, & alius ejuſdem bibliothecae cum Ambroſiano notae melioris, *eſſe Jovis.* te nimirum. ſic Epiſtola Didûs, *Eliſa Sichaei*, & apud Lucanum, *Cornelia Magni*, & in veteri inſcriptione, *Caecilia Craſſi.* Heins. Barthius ad Statii lib. viii. 161. ex MSS. membranis legit, *ſpe tamen eſſe Jovem ſatis eſt.* & ita Berſmannus in ſuis eſſe teſtatur. Grutero idem placuiſſe notavit Heinſius, ut cum interrogatione legatur, ut ſperes tamen eſſe Jovem, anne id ſatis eſt? ſed minime illud placet, & ſi Barthius vidiſſet Heinſii notas, facile, credo, abſtinuiſſet a tragica inclamatione. Adde & ejuſdem Heinſii notas ad Vellej. ii. 88. Burm.

290. *Conſcia ſunto.*] *Conſcia ſint o*, ſecundus Mediceus.

291. *Timor & Deus ille.*] *Tremor* unus Bonon. ceterum mirari hic licet inſcitiam Criſpini, qui diſtinguens poſt *timor* explicat haec verba, quaſi Styx eſſet Timor, & Deus Deorum, & hinc ex Etymologicis lexicis deſcribens originem vocis *Deus*, quam aliqui a Graeco δέος *timor* deducunt, eo refert illa, *primus in orbe deos fecit Timor.* cum vel puer videat, conſtruenda haec verba ita eſſe, *& ille Deus eſt timor Deorum*, per appoſitionem, id eſt hunc etiam Dii timere ſolent. Tanti ſcilicet eſt ex lexicis ſapere, & Commentarios in uſum elegantis juventutis concinnare. Burm.

292. *Laeta malo.*] Bononienſis & alius codex, *mali.* unus etiam *malis.* recte, *mali.* ita Virgilius xi. 73.

Quas illi, laeta laborum,
Ipſa ſuis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat.

Plura vide apud Heinſium infr. ad libr. vii. 435. & Val. Flacc. vi. 266. & ad Sil. Ital. viii. 548. Burmannus.

293. *Obſequio.*] Vide quae de hac voce, male accepta, adnotavimus ad Quinctil. viii. Inſt. Orat. 3.

296. *Sub auras.*] *Per auras* plurimi codices. eadem varietas lib. v. 294. & ii. Art. 59. *deprimere* etiam Voſſian.

299. *Vultumque ſequentia traxit Nubila.*] *Vultuque* ex melioribus multi. quidam, *vultuſque.* Fragmentum Theatinorum Romanum antiquae notae, *nutuque.* Heinsius.

300. *Immixtaque.*] *Permixtaque* Lovan.

302. *Qua tamen uſque poteſt.*] Rectius fortaſſe in veteribus, *quo tamen uſque poteſt.* Naugerius. *Quam tamen uſque* Gebh. i. Crepund. 12. & gloſſa, *in quantum. quam* quatuor codices. *quantumcunque* MS. Berſm. & pr. Gronov. vid. ad Epiſt. xiii. 41. & alibi ſaepe. Burm.

305. *Levius fulmen.*] Aemulatur haec Senec. Thyeſt. 1081.

Non qua tecta & immeritas domos
Telo petis minore &c.

Citat haec Senec. ii. Quaeſt. Nat. 44.

309. *Doniſque jugalibus arſit.*] *Dona jugalia* vocat, quae cum conjugis eſſent, ipſa ſibi petiit, ut periret ad vota Junonis conjugis. Raphaël exponit, quae pro conjunctione. & coitu petierat. Glar.

310. *Imperfectus.*] Lucian. Dial. Deor. Neptuni & Mercurii pag. 75. ἀτελὲς ἔμβρυον ἐπταμηνιαῖον. & de Sacrificiis Dionyſum vocat ἡμιτελῆ. Quo referri poſſet dictum Antoniae de Claudio, *non abſolutum a natura, ſed inchoatum.* Sueton. cap. iii. Burm.

311. *Eripitur.*] *Exuitur* Thyſianus.

311. *Patrioque tener inſuitur femori.*] Quo modo fictum ſit, Jovem, exſtincta Semele, Bacchum po-

Addidit, & tonitrus, & inevitabile fulmen.
Quà tamen usque poteſt, vires ſibi demere tentat.
Nec, quo centimanum dejecerat igne Typhoea,
Nunc armatur eo: nimium feritatis in illo.
Eſt aliud levius fulmen; cui dextra Cyclopum
Saevitiae, flammaeque minus, minus addidit irae:
Tela ſecunda vocant Superi. capit illa; domumque
Intrat Agenoream. corpus mortale tumultus
Non tulit aetherios; donisque jugalibus arſit.
Imperfectus adhuc inſans genetricis ab alvo
Eripitur, patrioque tener (ſi credere dignum)
Inſuitur femori; maternaque tempora complet.
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat. inde datum Nymphae Niſeïdes antris
Occuluere ſuis; lactisque alimenta dedere.

Fab.

poſuiſſe in femore, docet Q. Curtius lib. IIX. 10. A *Libero patre*, loquitur autem de incolis Nyſae, *ſe eſſe conditos dicebant, & vera haec origo erat: ſita eſt ſub radicibus montis, quem Meron incolae appellant. Inde Graeci mentiendi traxere licentiam, Jovis femine Liberum patrem eſſe celatum.* Ciofan.

314. *Nymphae Niſeïdes.*] De Nymphis Bacchi nutricibus, Pherecydes, ut in Comm. Homeri citatur, in hunc ferè modum tradit. Poſtquam Juppiter, inquit, ex femore Dionyſium procreaſſet, nymphis Dodonaeis illum dedit clam Junone educandum. quarum nomina haec ſunt. Ambroſia, Coronis, Eudora, Dione, Feſula, & Polyxo. Hae Dionyſium nutrientes, ſimul cum eo circumibant, & rationem vitis plantandae, ut ab illo inventa erat, mortales docebant. Donec rex Thracum Lycurgus & has & illum ad mare uſque perſecutus eſt. Tum enim Jovis auxilio implorato, inter ſydera receptae ſunt, Hyadeſque vocatae, ut addit Hyginus. Hae eaedem etiam ab Heſiodo recenſentur, ſed quinque duntaxat, & paullo aliis nominibus, his verſibus:

Φαισύλη, ϗδὲ Κορωνὶς, ἐϋτέφανός τε Κλέεια,
Φαιὼ θ' ἱμερόεσσα, καὶ Οὐδώρη ἐνύπεπλος,
Νύμφαι, ἃς ὑάδας καλέουσιν φυλ' ἀνθρώπων.

Micyllus. De his nutricibus Bacchi agit Hyginus. fab. CLXXXII. ſed corruptis admodum verbis. & fab. CXCII. ubi vide Munkeri notas. diverſas vero Nymphas, ut Bacchi nutrices, a variis tradi docet Caſaubonus de Satyrica Poëſi. pag. 35. & ſeqq. de Ino ſive Leucothee. vid. lib. VI. Faſt. 485. & in Ibid. 497. de Macride mox videbimus. quae & nutrix Bacchi dicitur. a Nymphis nutritum Diodorus lib. IV. & Homer. Hymno in Bacchum tradunt. Aeſchylus tragoediam ſcripſerat, cujus titulus Διονύσου τροφὸς, quam citat Schol. Euripid. Argument. Medeae. Servius ad Virgil. Ecl. VI. 15. Bacchen nympham cum Brome ſorore eum nutriviſſe notat. Burm.

314. *Antris ſuis.*] Propriis ſpeluncis. *Antra* nanque montium, praecipueque Heliconis, nymphis ſunt dicata. Antrum autem illud, in quo Bacchus fertur educatus, *Dithyrites* vocatur. Unde & Bacchus *Dythyrambus* fuit appellatus, eo quod δύο θύρας, hoc eſt, duas januas antrum habuerit, ut quidam è Graecis narrant. Regius. Quae Regius hic habet, exſtant apud Proclum in Chreſtomathia apud Photium Canon. CCXXXIX. Qui tamen addit non tantum a bifori antro, ſed etiam quia bis genitus, ſemel ex Semele, iterum ex femore, dictum *Dithyrambum*; quod idem tradit Tzetzes in prolegomenis ad Lycophronem. quia Bacchus per duas januas ivit, unam ventris Semeles, alteram femoris Jovis. & ita Suidas in voce διθύραμβος. Scholiaſtes Apollon. ad lib. IV. 1131. dicit *Dithyriten* vocari ab antro, in quo Bacchum Macris educavit, quod habebat duas fores. Quae Macris in Corcyra inſula, quae inde *Macris* dicta fuit, habitavit. vid. ad vſ. 990. Etymol. M. Auctor eadem fere tradit de Dithyrambo, niſi quod antrum Nyſae eſſe dicat. ut & Apoſtol. Centur. VII. Proverb. 16. De *Nyſa* illa, vel *Nyſſa*, ubi antrum fuerit, etiam non convenit. in India vulgo ponitur, ut ex Juſtino, Curtio, & aliis conſtat: alii in Thracia, alii ad Parnaſum, alii alibi ſtatuunt. Nemeſ. Ecl. III.

Hunc Nymphae Faunique ſenes, Satyrique procaces,
Vos etiam Nyſae viridi nutriſtis in antro.

Pauſanias lib. III. cap. 24. Antrum, in quo Bacchus nutritus fuit, in agro Braſiatarum oſtendi narrat, & agrum vocari Διονύσου κῆπον. Theocritus Idyll. XXVI. 33. Jovem edidiſſe Bacchum ἐν Δρακάνῳ νιφόεντι dicit. quem locum ignoro. *Dracanum* urbem & promontorium Icariae Inſulae me-

Fab. IV. Argumentum.

[a] Tireſias in feminam.

Jupiter cum Junone [b] *jocoſius*, [c] *omiſſis omnibus jurgiis*, *referens* [d] *in conjunctione majorem capere feminas*, *quam viros*, *voluptatem*; *Tireſiam judicem* [e] *adeundum cenſuit*, *qui utramque naturam maris & feminae fucrat expertus. Nam quodam tempore cum ſerpentes* [f] *concubitu haerentes baculo percuſſiſſet*, *in mulierem* [g] *verſus fuerat*, *ac rurſus* [h] *proximo vere*, *eadem uſus ratione* [i] *ac tactu*, *in virum* [k] *ceſſerat. Qui cum Jovis ſententiam* [l] *tutatus eſſet*, *damnata Juno luſum in iracundiam vertit: ac Tireſiam luminibus orbavit. Pro qua injuriâ*, [m] *quod majus eſſet*, *Jupiter futurorum ſcientiam ei tribuit.*

DUmque ea per terras fatali lege geruntur;
Tutaque bis geniti ſunt incunabula Bacchi;
Forte Jovem memorant, diffuſum nectare, curas
Sepoſuiſſe graves, vacuâque agitaſſe remiſſos
Cum Junone jocos: &, Major veſtra profecto eſt,

Quam

morat Strab. lib. XIV. pag. 639. In Naxo editum & nutritum a Nymphis Philia, Coronide & Cleïde narrat Diodorus Sic. lib. V. pag. 225. qui & de Nyſa late agit lib. III. pag. 141. ex ſcriptoribus antiquis repetens ſua. addit vero Etymologici auctor Pindarum dicere, λυθίραμβον, quia Jupiter, dum pareret, clamavit, λῦθι ῥάμμα, λῦθι ῥάμμα. quod Metricae rationi convenientius: nam particula *Di*, ſi in compoſitione bis notat, corripi ſolet. Graeci vero primam in *Dithyrambis* producunt; ut & Horatius lib. IV. Od. 2. ut recte obſervat Smidius in diatribe de *Dithyrambis*, poſt Pindari editionem, ab eo procuratam, adjectam. Plutarchus de fluminibus, in Nilo, dicit Jovem ex Arge nympha, quam ex Lycto Cretae urbe raputt, ſuſtuliſſe filium, in monte Argillo, ita a matre Dionyſi dicto, unde ille poſtea, coacto Panum & Satyrorum exercitu, progreſſus Indiam ſubegit. Burm.

[a] *Tireſias.*] *Tireſias Severi filius in feminam* Parmenſ. lege, *Everi filius.*

[b] *Jocoſius.*] *Jocando* Micyllus. Muncker. *Jocoſis* Lugd. *joco*, *ſuis omnibus omiſſis jurgiis* Colon.

[c] *Omiſſis omnibus jurgiis*] *Omiſſis gravioribus curis* Plantin.

[d] *In conjunctione.*] *in coitu* Colon.

[e] *Adeundum cenſuit*] *Adeunt*, *qui recenſeat*, *qui* Colon.

[f] *Concubitu haerentes.*] *Concubitum habentes* Colon.

[g] *Verſus.*] *Cum verſus* MS. lege, *converſus*. Munkerus. *Converſus* Colon.

[h] *Proximo vere.*] Ita cum MS. Veneta quoque ac Micylliana. ſed Giſelinus, *poſt ſeptem annos*; quod convenit cum narratione Poëtae. Muncker. Omiſit haec verba Raener. *ac rurſus alio tempore, e. u. r. eodem tactu in virum ſucceſſit* Colon.

[i] *Ac tactu.*] *Attactu* Valteriani codices: ut notat Giſelinus. Muncker.

[k] *Ceſſerat.*] *Redierat* Raener.

[l] *Tutatus eſſet.*] *Laudaret*, *& Junonis vituperaret. Juno damnata* &c. Colon.

[m] *Quod majus eſſet.*] Ita libri editi. At in C. V. *pro qua injuria cum damnatus eſſet Jupiter*, fortaſſe delendum, *pro*, ut ſit: Quae injuria cum in Jovem recideret, iſque ea damnaretur. vel: Qua injuria cum Tireſias damnatus eſſet: id eſt, non ſuo merito affectus; Jupiter cum &c. Quid agas? In hujuſmodi ſcriptis ſaepe ineptiendum eſt, quo ipſa intelligamus. Giselin. *Jupiter quod majus erat*, *ei f. ſ. tr.* Colon.

316. *Dumque ea per terras.*] Unus Mediceus, *per Thebas.* ut Statius ſit imitatus lib. VIII. Theb. 655.

Dumque ea per Thebas; aliis ſerpentibus ardens,
Et face mutata, bellum integrabat Enyo.

Heins. Sed quia ſequitur Jovis & Junonis in caelo controverſia jocularis, vulgata retinenda.

316. *Geruntur.*] *Feruntur* Thuaneus & decem alii. Heinſius maluerat olim, *reguntur.*

319. *Sepoſuiſſe graves.*] In uno meo, Dominic. & Abb. *Depoſuiſſe.* Ciofan.

320. *Et*, *major veſtra profecto eſt*, *&c.*] Qui hoc plenius avet cognoſcere, legat Apollodorum lib. III. qui hujus rei varias refert opiniones. Idem.

321. *Contingit.*] Novem, *contigerit.* quinque alii, *contingat*, quod praeferendum. eſt enim idem, quod contingere poſſit.

322. *Docti Tireſiae.*] Tireſiam Chariclus Thebanae filium fuiſſe Callimachus in Palladis lavacris enarrat. ſed patris nomen hactenus non comperio.

Quam quae contingat maribus, dixiſſe, voluptas.
Illa negat. placuit, quae ſit ſententia docti,
Quaerere, Tireſiae. Venus huic erat utraque nota.
Nam duo magnorum viridi coëuntia ſilvâ
Corpora ſerpentum baculi violaverat ictu:
Deque viro factus (mirabile) femina, ſeptem
Egerat autumnos. octavo rurſus eosdem
Vidit: &, Eſt veſtrae ſi tanta potentia plagae,
Dixit, ut auctoris ſortem in contraria mutet:
Nunc quoque vos feriam. percuſſis anguibus îsdem
Forma prior rediit, genitivaque rurſus imago.
Arbiter hic igitur ſumtus de lite jocoſâ,
Dicta Jovis firmat. gravius Saturnia juſto,
Nec pro materiâ fertur doluiſſe: ſuique
Judicis aeternâ damnavit lumina nocte.
At pater omnipotens (neque enim licet irrita cuiquam

Fa-

perio. vereor tamen, ne Chironis filius fuerit. quoniam Apollonii interpres in quartum Argon. Chariclo Chironis uxorem facit. niſi duas ejus nominis mulieres fuiſſe quis velit. Constant. Fanens. De Tireſia fabulam a vulgi doctrina remotam, ex Callimacho & Propertio illuſtrat Politianus Miſcell. cap. lxxx. ubi aliam caecitatis cauſſam fuiſſe tradit, quam pleniori luce perfundit Vir Illuſtris Spanhemius ad Callimachi Hym. in Pallad. vſ. 82. matrem Tireſiae *Chariclo* tradit idem Poëta vſ. 67. patrem *Everum* vſ. 81. & 106. vide ibid Spanh. & Meurſium ad Phlegont. c. iv. ubi Hyginus in hoc patris nomine corrigitur, ut & Barth. fecit ad Stat. ii. Theb. 94. plura de Tireſiae ſapientia & ſollertia in auguriis & vaticinationibus collegit diligentiſſimus Barthius ad Stat. iv. Theb. 443. & 542. unde apparebit, cur Noſter *docti* titulo eum honoret. Libros etiam ſcripſiſſe, idem Barthius docet ad lib. vii. Theb. 166. hinc ὀρθόμαντις vocatur a Pindaro Ode Nem. i. 92. & διὸς ὑψίζυγι προσφάτης. quia ibi futura praedicit Amphitryoni de Hercule. ut & apud Theocr. Idyl. xxiv. 63. facit. Ptolem. Hephaeſt. lib. i. Tireſiam ſepties formam ſuam mutaſſe, & apud Cretenſes dictum Phorbantis filium narrat. Lucianus de Aſtrologia pag. 541. eum ſtellas erraticas dixiſſe utriuſque eſſe ſexus, unde eum ancipiti ſexu fuiſſe finxerunt. De ejus longa aetate Meurſius quoque agit ad Phlegonta. ſed eum ſenem mortuum eſſe ex potu fontis Tilphoſſae in Boeotia, cujus frigiditatem ferre non poterat, ex Ariſtophane tradit Athenaeus lib. iii. cap. 4. & Pauſanias lib. ix. cap. 33. qui ſepulchrum ejus ad ipſum fontem exſtare ait. Plinius etiam lib. xxxvii. cap. 10. monumenti Tireſiae in Macedonia meminit. Burm.

324. *Viridi coëuntia ſilvâ.*] In Cyllenio monte hoc accidiſſe narrat Hyginus fab. lxxv. & Schol. Statii ii. Theb. 95. Burmannus.

328. *Vidit & eſt.*] Unus meus, *vidit & eſto veſtrae ſi t. p. p. eſt.* lege, *vidit, & o veſtrae ſi tanta potentia plagae &c.* Heins.

329. *Ut auctoris ſortem.*] *Auctori* Bernegger. Heinsius.

330. *Nunc quoque vos feriam.*] Baſileenſis, *nunc quoque percutiam, percuſſit &c.* eleganti & Ovidiana repetitione. ut inf. 481.

Nudaque marmoreis percuſſit pectora palmis:
Pectora traxerunt tenuem percuſſa ruborem.

Vid. inf. 416. percuſſit vero monitu Apollinis; ut Phlegon ait. Burm.

331. *Genitivaque venit imago.*] Genitivam imaginem maſculam interpretamur. Constant. Fanensis. Tres, *rurſus imago.* rectius. ſed cum in multis *redit* invenerim contra legem carminis, cenſeo ſcribendum, *genitivaque reddita imago. genitivi Apollinis* mentio apud Catonem de educandis liberis, qui in inſula Delo coleretur. ita ille vertit vocem γενήτορος. De ara Deliaca Apollinis γενήτορος copioſe Macrobius Saturn. iii. c. 6. *Apollinis genitoris ara* eſt Valerio Flacco v. 403. meminit ejus & Diogenes Laërtius lib. viii. Heins. Nihil huc illa de Apolline genitivo faciunt. nec Val. Flaccus eum ita vocat, niſi quia pater Aetae erat. ſed *genitiva imago* eſt prima, quam haberat cum naſceretur. ita *genitiva nomina* iii. ex Pont. ii. 107. in Gronov. erat a m. pr. *genuaque*, unde Heinſius conjiciebat ſcriptum fuiſſe, *genuinaque.* Burmann.

333. *Dicta Jovis firmat.*] Non ſimpliciter, ſed

ut

Facta Dei feciſſe Deo) pro lumine ademto
Scire futura dedit: poenamque levavit honore.

Fab. V. Argumentum.

Echo [a] in liquorem.

Liriope Nympha ex amne Cephiſo procreavit Narciſſum, [b] *cui Tireſias Everi filius omnia proſpera* [c] *reſponſo pollicitus eſt, ſi pulchritudinis ſuae nullam habuiſſet notitiam. Hunc igitur Echo cum diligeret,* [d] *neque ullam viam potiundi inveniret; cura & ſolicitudine juvenis, quem extremis vocibus* [e] *perſequebatur fugientem, extabuit, ejuſque reliquiae corporis in lapidem converſae ſunt.* [f] *quod ei incidit Junonis ira: quia garrulitate ſua eam ſaepe eſſet morata, ne Jupiter in montibus* [g] *perſequens Nymphas manifeſto deprehendi poſſet.* [h] *Fertur Echo, filia Junonis,* [i] *ob deformitatem montibus recondita,* [k] *nequid ejus praeter vocem inſpici poſſet: quae tamen poſt obitum auditur.*

Ille

ut Scholiaſtes Statii dixit, novem partibus libidinis feminam potiorem, & una virum, unde non modo excaecatum, ſed manus quoque ei praecisas addit a Junone. ridet vero falſe hanc metamorphoſin ſaepe Lucianus. praecipue in dialogis mortuorum, Menippi & Tireſiae. Burm.

335. *Aeterna nocte.*] De hoc Tireſia Soph. Oedip. Tyr. 381. Μιᾷς τρεφῆ πρὸς νυκτός. vid. ad Quinctil. Declam. I. 6.

336. *Irrita facta feciſſe.*] Cic. Act. II. lib. II. in Ver. *Fecerat haec primo adventu Metellus, ut omnes iſtius injurias, quas modo poſſet, reſcinderet, & irritas faceret.* Ciofan. Sumtum ex Euripidis Hippol. 1328.

[a] *In liquorem.*] *In vocem* Veneta. forte, *in lapidem.* pro lectione Venetae Ed. ſtat ipſum Echus vocabulum. Auſon. Epig. XI.

Auribus in veſtris habito penetrabilis Echo,
Et ſi vis ſimilem pingere, pinge ſonum.

Lege, *At ſi* ex Aldina anni 1517. Muncker. *Echo Junonis filia in vocem* Parm.

[b] *Cui Tireſias.*] *Cui Tireſia ſeveri.* Parm. Lugd. nempe *s* ex *Tireſia* tranſiit *in ſeveri*, pro *Tireſias Everi. Cui Tireſias vates ſibi o. p. reſponſa.* Colon.

[c] *Reſponſo pollicitus eſt.*] Ita MS. Venet. Micyll. & Raener. male τὸ *reſponſo* omiſerat Giſelinus. infr. VI. 3. *Manto Tireſiae filia reſponſo monuiſſet Thebanos:* Naſo ipſe in hac fabula:

Irreprehenſa dabat populo reſponſa petenti.

Reſpondere, reſponſum, propria in hoc re vocabula ſunt. Lactant. de Opif. Dei cap. 18. *reſponſa vatum noſtrorum ex parte ſomniis conſtiterunt.* Juſtin. lib. I. cap. 4. *hoc reſponſo exterritus.* & cap. 5. *in memoriam ſomnii reſponſique revocatur.* Schol. Horat. III. Od. 19 *Oraculo reſponſum fuit.* Nepos Paulan. cap. 5. *Inde poſterius Dei Delphici reſponſo erutus.* Victor Illuſtr. cap. 22. *Romani ob peſtilentiam reſponſo monente ad Aeſculapium Epidauro arceſſend.* &c. Muncker.

[d] *Neque illam viam.*] *Neque illa viam* Lugd. *neque viam* Micyll. *potiendi* omiſit Giſelin.

[e] *Perſequebatur.*] *Sequebatur* Colon.

[f] *Quod ei.*] *Sicque & inc. ob Junonis iram* Colon.

[g] *Perſequens.*] Ita C. eſtque haec vera phraſis Luctatii: ne deprehendi poſſet perſequi. In V. eſt, *dum perſequeretur.* in editis, *perſequens, opprimens.* Giselin. *Opprimens nymphas manifeſte d. p.* Colon.

[h] *Fertur.*] Haec reliqua non habet Colon. ſed ſequentis fabulae argumentum huic connectit.

[i] *Ob deformitatem.*] *Et ob def. m. erat recondita.* Giſelin.

[k] *Nequid ejus.*] *Neque ejus* Parm. Raener.

341. *Prima fidem vociſque datae tentamina ſumſit.*] Ita paſſim legitur. Tu vero ex Priſciano legito, *fide* pro *fidei*, juxta illud Virgilii I. Georg. 208.

Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas.

Aut eſt genitivus antiquus, propter quod in ſexto legendum ſic adſeveramus:

Utque fide pignus dextras utriuſque popoſcit.

Lucretius:

Multaque praeterea tibi poſſum commemorando,
Argumenta fide dictis contendere noſtris.

Flaccus etiam ſcripſit, *praeſtantis juvenem fide*, pro *fidei.* Jacobus a Cruce. *Fide* hoc loco, pro *fidei*, ut infra, & apud Horatium: *Conſtantis juvenem fide.* Ciofan. Ita recte MSS. pro *fidei*, male alii, *fidem.* & ita citat Priſcian. lib. VIII. pag. 780. pro *fidei.* Horat. III. Od. VII. ex V. C. Petav. *Conſtantis juvenem fide.* infr. VI. 506. VII. 728. & 737. & XII. 365. mox etiam *vociſque ratae* non *datae*, quod defendit Ciofanus. Faſt. III. 77.

Vox rata fit, patrioque vocat de nomine menſem. Heins. *Fide* etiam propugnat Waſſe ad Sall. pag. 19. qui Criſpini inſcitiam hic perſtringit. & Farnabius probat ex duobus ſuis codicibus & exemplis ab aliis adductis. remittit vero ad Gell. IX. 14. vide Voſſ lib. II. De Analog. cap. 19. Burmannus.

341. *Vocis ratae.*] Lege, *datae*, auctorib. manuſcriptis lib. Ciofan.

342. *Caerula Liriope.*] In uno meo, *Candida Liriope.* Ciofanus. *Candida* quoque eſt in Argen-

ILle per Aönias, famâ celeberrimus, urbes
Irreprehenſa dabat populo reſponſa petenti.
Prima fide vocisque ratae tentamina ſumſit
Caerula Liriope: quam quondam flumine curvo
Implicuit; clauſaeque ſuis Cephiſos in undis
Vim tulit. enixa eſt utero pulcherrima pleno
Infantem, Nymphis jam nunc qui poſſet amari;
Narciſſumque vocat. de quo conſultus, an eſſet
Tempora maturae viſurus longa ſenectae:
Fatidicus vates, Si ſe non viderit, inquit.
Vana diu viſa eſt vox auguris. exitus illam,
Resque probat, letique genus, novitasque furoris.

Jam-

gentoratenſi, uno Moreti & uno Heinſii. quod epitheton cum commune omnibus formoſis puellis ſit (vid. Broukh. ad Tibul. IV. 19.) ſaepe alterius locum occupavit. vid. & II. Am. XVIII. 29. *Liriopen* autem fontem memorat Vibius Sequeſter, ubi Narciſſus ſe conſpexit. ut Viri docti correxerunt, pro *Lynope*. ceterum de ejus patre non una ſententia. Probus ad Virgil. Eclog. II. dicit, *Amaranthi, qui fuit Erechteis, ex inſula Euboea, filium, & interemptum ab Europe.* quae genealogia obſcura, & forte corrupta; legendumque *Erechtei*, ut Amaranthus ille Erechtei filius fuerit, quamvis tali nomine inter ejus filios nemo reperiatur. vide Meurſ. lib. II. de Reg. Att. c. 13. qui ibi uxorem Erechtei Praxitheam Cephiſſi filiam fuiſſe docet, ita ut ſoror Narciſſi fuerit. unde hoc forte confuſio nata. certe latet aliquid. nam Amaranthum illum nuſquam reperio. Scholiaſtes Statii ad Achil. I. 239. Sperchii filium facit; ſed idem cum noſtro Cephiſſi filium ſtatuit Poëtam ſuum ſecutus ad lib. VII. Theb. 340. ubi vid. Barthium. Theſpium etiam plerique faciunt, ut Conon narrat. XXIV. ubi totam fabulam habes. & Lucianus lib. II. Verar. Hiſtor. qui tamen in Charidemo circa finem, eum Lacedaemonium facit, niſi locus ille tranſpoſitione ſanandus ſit, hoc modo, ἐανὸ Τ᾽ακινθον τὸν Λάκεδαιμόνιον, ἢ Νᾳρκίσσον τὸν καλὸν κάλλει νικῶμεν. ut Heinſius in ſchedis ſuis notaverat. quo loco forte deceptus Tzetzes in Chiliad. I. fab. 9. & Chil. IV. fab. 119. Laconem Venatorem facit. qui fab. II. recte Hyacinthum Laconem eſſe dicit. Fabulam hanc quoque habes in excerptis Rhetorum ab Allatio editis pag. 168. & Epigrammata de eo habes apud Auſon. 96. & ſeq. & in Catalectis Pith. p. 64. & 98. quibus quaedam inedita ex ſchedis Heinſianis adjici poſſent, ſi notarum harum ratio id ferret. Burm.

343. *Cephiſus.*] *Cephiſos* caſtigatiores. quomodo & apud Vibium Sequeſtrum, & Priſcianum Periegeſi. quidam etiam, *Cepheſos*, tam hic, quam alibi. nonnulli, *Cephiſſos. Cephiſſos* ſcribitur apud Feſtum Avienum v. 599. ſimiliter variant Graeci in hoc nomine. Κηφίσσος eorum quibuſdam eſt. Homero Iliad. E. Λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισσίδι. quomodo & Rufus Feſtus, *celeri Cephiſſus volvitur unda.* Pindaro Καφίσος Pyth. Od. IV. at eidem Olymp. Od. XIII. Καφήσια ὕδατα Heins. Apud Aelianum quoque lib. II. Var. 33. Κηφίσσος dicitur. ubi varios hoc nomine Fluvios fuiſſe notat Cl. Perizonius. *Cephiſon* infra lib. VIII. 388. habent ſcripti & ſupra vſ. 19. *vada Cephiſi* habuimus. Burmannus.

344. *Enixa eſt utero.*] *Ex utero miſit* unus Heinſii.

345. *Infantem Nymphe.*] *Nymphis jam tum qui poſſet amari*, Florentinus S. Marci, & duo Medicei. quod & in ſuis Vivianus invenerat. probe. Heinsius. Ita infr. 456.

Et amarunt me quoque Nymphae.

Auſonius Epig. XCVI.

Furitis procaces Naiades
Amore ſaevo, & irrito,
Ephebus iſte flos erit.

345. *Jam tunc qui.*] In Dominic. *qui tunc quoque poſſit amari.* Ciof. Legendum, vero *jam nunc* cum Gronoviano. de quo vid. ad I. Met. 321. Nymphas vero & hic, ut libidinoſas, perſtringit oblique Naſo. vid. ad lib. II. 452. Burm.

346. *Narciſſumque vocat.*] Hunc patria Theſpieum fuiſſe Lucianus in ſecundo veridicarum narrationum teſtatur. ſunt autem Theſpiae in Boeotia oppidum, ut Stephanus ſcribit. Constant. Fanensis.

348. *Si ſe non noverit.*] *Viderit* Berneg. Cantabr. aliique multi. Heinsius. Multo acutius, & ex more oraculorum, *viderit* mihi videtur: ex eo enim, quod ſe viderit in fonte, amor ille ſui & pernicies nata; non quod ſe noverit. ſi enim ſe noviſſet, ſalvus fuiſſet, ſed credens alium formoſum puerum in fonte latere contabuit. ita Epigrammate in Catal. Pithoei pag. 64.

Se puer ille videt, patrem dum quaerit in amne,

Jamque ter ad quinos unum Cephiſius annum
Addiderat: poteratque puer, juvenisque videri.
Multi illum juvenes, multae cupiere puellae.
Sed fuit in tenerâ tam dira ſuperbia formâ;
Nulli illum juvenes, nullae tetigere puellae.
Adſpicit hunc, trepidos agitantem in retia cervos,
Vocalis Nymphe; quae nec reticere loquenti,
Nec prior ipſa loqui didicit, reſonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo, non vox erat: & tamen uſum
Garrula non alium, quam nunc habet, oris habebat;
Reddere de multis ut verba noviſſima poſſet.
Fecerat hoc Juno. quia, cum deprendere poſſet
Sub Jove ſaepe ſuo Nymphas in monte jacentes,
Illa Deam longo prudens ſermone tenebat,

Dum

Perſpicuoque lacu ſe puer ille videt.
Nonnus Dionyſ. XLVII. pag. 1282.
Ὃς ταρὸς ἠπεροπῆος ἐΰχροος ἔιδεϊ κώφῳ,
Εἰς τύπον αὐτοτέλεστον ἰδὼν μορφούμενον ὕδωρ,
Κάτθανε παπτάινων σκιοείδεα φάσματα μορφῆς.
BURMANNUS.

349. *Exitus illam Reſque probat.*] In Epiſtola II. *Exitus acta probat.* CIOFANUS.

351. *Nam quater ad quinos &c.*] Ita legendum contendit quidam λήρων ἐφέτης. Peſſimè. Melior omnino, & veriſimilior eſt lectio Urſini, Vaticani, vetuſtioris mei, Aldini & unius Caeleſt.
Namque ter ad quinos.
Infra:
—— *Quid me puer unice fallis?* CIOFAN.
Alter Rogerii Twiſden, *Jamque:* rectius. *Cepheſius* hic etiam plerique veteres. primus Mediceus & duo alii, *Cepheſios.* Multi, *Nam quater ad quinos.* ſed perperam. HEINS.

353. *Multi illum juvenes, multae petiere puellae.*] Sic lib. I. *Multi illam petiere.* Sed in lib. meo antiquiore, utroque Maffeiano, Vaticano, Briantii, Ern. Io. Dei, Aldini, Abb. & Caeleſtinis legitur, *Cupiere puellae.* Quod quodam modo mihi lepidius videtur. Libet autem hoc loco narrare, Achillem Statium, virum doctiſſimum, qui poſtremo Commentarios ſcripſit in Catullum, valde ab hac, quam retuli, lectione receſſiſſe. Legit enim hoc modo haec tria carmina:
Multi illum juvenes, multae optavere puellae,
Sed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma:
Nulli illum juvenes, nullae optavere puellae.
Hoc ait, cum voluit oſtendere, eodem paene modo locutum eſſe hunc Noſtrum, quo Catullus in carmine nuptiali:
Multi illum pueri, multae optavere puellae,
Idem cum tenui captus defloruit ungui,
Nulli illum pueri, nullae optavere puellae.
Miror eum ita imprimendum curaſſe. Eſt enim contra omnes libros tum impreſſos, tum ſcriptos. Illud autem non infitias iverim, Ovidium ad illa, quae modo protuli, carmina reſpexiſſe. CIOFANUS. *Cupiere* meliores omnes. eadem diverſitas lib. XII. 404. HEINS.

354. *Tam dura.*] Libri veteres, *tam dira.* CIOFANUS. *Dira* multi veterum. recte HEINS. Neſcio an non *dura* praeſtet, quia *tetigere* ſequitur, pro quo & in quibuſdam eſt *flexere*, quod magis τὸ *dura* confirmat. ita *dura ſupercilia* Ep. XVII. 16. quod eſt idem quod ſuperbia. & *pectora dura* lib. XIV. 693. ubi etiam *dira* codices nonnulli. & Tibull. III. IV. 76. *vincuntur molli pectora dura prece* ut vero rotundior ſenſus exiret, poſſent ita haec diſtingui:
Sed (fuit in tenera tam dira ſuperbia forma)
Nulli &c.
Ut olim Heinſius notaverat. BURM.

359. *Corpus adhuc Echo, non vox erat.*] Fabulam interponit de Echo nympha compoſitam, cui primum hoc irâ Junonis evenit, ut ultimas tantum de vocibus auditis referret. Deinde cum à Narciſſo, cujus amore ardebat, ſpreta eſſet, in lapidem ita fuit converſa, ut vox ſine corpore remanſerit in montibus, ultima verborum auditorum repetens. REGIUS. Duas Echus metamorphoſeis commemorat. alteram vocis tantum, quam Juno fecit. alteram etiam corporis, quae contigit ei ob Narciſſi deſpectum. manſit tamen poſt alteram quoque metamorphoſin vocis uſus, quam Juno primum fecerat. Haec ideo annotare placet, quod in his mire quoſdam hallucinatos videmus. GLAREANUS. De Echo exſtat epigramma hoc Auſonii Galli XI.
Vane quid affectas faciem mihi ponere pictor,
Ignotamque oculis ſollicitare Deam?
Aëris & linguae ſum filia, mater inanis,

Ju-

Dum fugerent Nymphae. poſtquam Saturnia ſenſit;
Hujus, ait, linguae, quà ſum deluſa, poteſtas
Parva tibi dabitur, vocisque breviſſimus uſus.
Reque minas firmat. tamen haec in fine loquendi
Ingeminat voces: auditaque verba reportat.
Ergo ubi Narciſſum, per devia luſtra vagantem,
Vidit, & incaluit, ſequitur veſtigia furtim.
Quoque magis ſequitur; flammà propiore caleſcit.
Non aliter; quam cum ſummis circumlita taedis
Admotam rapiunt vivacia ſulfura flammam.
O quoties voluit blandis accedere dictis,
Et molles adhibere preces! natura repugnat;
Nec ſinit incipiat. ſed, quod ſinit, illa parata eſt
Exſpectare ſonos, ad quos ſua verba remittat.

For-

Judicii, vocem quae ſine mente gero.
Extremo pereunte modos à fine reducens,
Ludificata ſequor verba aliena meis.
Auribus in veſtris habito penetralibus Echo,
Et, ſi vis ſimilem pingere, pinge ſonum.

Ciofanus. Pana rem cum Echo habere ſe jactantem inducit Lucian. in Dial. Deor. Panis & Mercurii. ſed etiam male ab ea habitum Pana, indicio eſt, quod apud eumdem in bis Accuſato dicat ſe fiſtula carmen canere, quo proſcindat Echo. & ita Nonnus Dionyſ. lib. VI. pag. 192. Echo fugientem Pana inducit. qui alibi tamen Panis amicam facit. ut lib. XXXII. circa finem. Marinam etiam Echo facit, tum priori loco, tum lib. XXXIX. pag. 999. & alibi. & ita Anonymus de Incredibilibus ab Allatio editus pag. 36. Antonin Liberal. cap. 26. narrat Nymphas Hylam mutaſſe in Echo, quae Herculi clamanti redderet vocem. porro Lucianus de domo, Idiotas ait credere, Echo eſſe virginem habitantem in rupibus, & inde canentibus reſpondere. aliud, praeter a Ciofano laudatum, eſt illud Epigramma Auſonii XCIX. ex Ovidio, ut videtur, expreſſum:

Commoritur, Narciſſe, tibi reſonabilis Echo,
Vocis ad extremos exanimata modos.
Et pereuntis adhuc gemitum reſecuta querelis,
Ultima nunc etiam verba loquentis amat.

Senec. Troad. 100. Naſonem, ut ſolet, imitans:

Habitans cavis
Montibus Echo Extrema brevis verba remittat.

Burmann.

362. *Quia cum deprendere poſſet.*] *Quae cum* multi ſcriptorum. Puto:

Quae ne deprendere poſſet. Heinsius. *Cum deprendere vellet* excerpta Langerm

363. *Sub Jove.*] *Cum Jove* ſcripti quinque. ut Juvenal. IV. 9.

Cum quo nuper vittata jacebat,
Sanguine adhuc vivo terras ſubitura ſacerdos.

Heinsius. Supr. II. 599.

Dominoque jacentem
Cum juvene Haemonio vidiſſe Coronida narrat.

Et valde ſuſpicor illud *ſub* à nequam aliquo & ſciolo librario eſſe profectum. nam & ſic paſſim occurrit, *cubare, dormire cum aliquo.* vid. ad I. Art. 621. Burmannus.

365. *Poſtquam haec Saturnia ſenſit.*] Tolle τὸ *haec* ex auctoritate meliorum codicum. Heins.

366. *Quà ſum deluſa.*] In meo vetuſtiore, Vaticano, uno Caeleſt. & Dominicano, *Qua ſum decepta.* Ciofanus. *Decepta* etiam multi codices. *detenta* Genevenſis.

369. *Reportat.*] *Reponit* Mediolanenſis. *retentat* duo alii.

370. *Per devia rura vagantem.*] *Luſtra* primus Moreti, & unus Mediceus. Heinsius. Ego repetitam hanc lectionem puto ex hujus libri ℣ſ. 146. nam ibi eadem varietas in ſcriptis.

373. *Circumlita.*] *Circumdata* pr. Mediceus. *Circumdita* Leidenſ. a manu prima.

374. *Admotas flammas.*] *Admotam flammam* meliores. Heinsius. Recte: neque *capiunt*, quod Leidenſis habet, admittendum. vid. lib. III. Amor. X. 27. pro *vivacia* etiam alter Leidenſis, *per inania.*

375. *O quoties voluit.*] In eodem meo, *Ha quotiens.* Sed *quotiens* eſt etiam in omnibus ſcriptis. Ciofanus. Vide ſupr. ad lib. II. 491. ego nihil muto. parum enim refert. vide lib. X. 661. Epiſt. XVI. 185. *Ah quoties* dixit Epiſt. XVII. 81. & alibi, ubi variant etiam codices.

376. *Molles adhibere preces.*] Ridiculus Gebh. lib. II. Crep. II. cum ſuo, *adjunxe.* procul ſit a Naſoniana venere iſta ſtribligo. *adhibere preces* publicà formâ dictum. ſic Cicer. I. de Nat. Deor. 2. *Quid eſt, quod ullos diis immortalibus cultus, honores,*

Forte puer, comitum ſeductus ab agmine fido,
Dixerat, Ecquis adeſt? &, Adeſt, reſponderat Echo.
Hic ſtupet: utque aciem partes dimiſit in omnes;
Voce, Veni, clamat magnà. vocat illa vocantem.
Reſpicit: & nullo rurſus veniente, Quid, inquit,
Me fugis? & totidem, quot dixit, verba recepit.
Perſtat: & alternae deceptus imagine vocis;
Huc coëamus, ait: nullique libentius umquam
Reſponſura ſono, Coëamus, retulit Echo:
Et verbis favet ipſa ſuis; egreſſaque ſilvis
Ibat, ut injiceret ſperato brachia collo.
Ille fugit: fugiensque, Manus complexibus aufer:
Ante, ait, emoriar, quam ſit tibi copia noſtri.
Retulit illa nihil, niſi, Sit tibi copia noſtri.
Spreta latet ſilvis: pudibundaque frondibus ora
Protegit: & ſolis ex illo vivit in antris.

Sed

nores, preces adhibeamus? apud Curtium lib. VI. cap. 10. *ſolent rei capitis adhibere vobis parentes.* nimirum ad deprecandum. quod male mutant viri docti. ſic idem lib. VIII. 3. *adhibere blanditias* dixit. Tibul. III. IV. 75. appoſite admodum:

Ergo ne dubita blandas adhibere querelas,
Vincuntur molli pectora dura prece.

Sic *adjicere* inf. VI. 214. & *admovere:* de quo ad Phaedr. I. 19. unus tamen Florentinus, *tentare* non invenuſte. ut *retentare* dixit lib. XIV. 382. BURMANNUS.

376. *Natura repugnat.*] Sic veteres libri. CIOF. In quibuſdam eſt, *recuſat.* vid. ad Epiſt. XVII. 137.

377. *Quod ſinit.*] *Quos* Leidenſ. Thuaneus & alius.

379. *Seductus.*] *Diviſus* ex MSS. legit Gebh. lib. II. Crep. 9.

380. *Hic quis adeſt?*] In Vaticano, uno Maffei. & uno meo: *Et quis adeſt?* Quod magis probo. CIOFANUS.

381. *Aciem partes admiſit in omnes.*] *Dimiſit* vel *dimittit* ſcripti. niſi quod in uno Mediceo ex praeſtantioribus, *diviſit.* eleganter: ut apud Catullum LXII. 14.

Nos alio mentes, alio diviſimus aures.

Statius Theb. II. 589.

—— *Partes pariter diviſus in omnes*
Hos obit, atque illos.

Idem Achilleide. I. 199.

Quae nato ſecreta velit, quibus abdere terris
Deſtinet, huc illuc diviſa mente volutat.

Sic ſcribo. *diverſa mente* in vulgatis eſt. atque ita in Claudiano quoque videtur caſtigandum lib. I. Raptus Proſerpinae 119.

Diviſos ducens animos.

Cladem dividere in urbes eidem lib. II. in Ruf. vſ. 25. ex membranis, ubi plura; ut & verſu 362. ejuſdem libri: Virgil. Aen. IV. 285. & VIII. 20.

Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In parteſque rapit varias, perque omnia luſtrat.

Seneca Troaſin 959.

Laſſabar in tot oſcula, & in totum gregem
Dividere matrem.

Dividere diem ibidem 197.

Sic fatus altâ nocte diviſit diem.

Ita optimus codex. HEINS. Hinc firmare licet, quod nuper adnotabamus ad Vellej. Paterculum illam Phraſin *in omnes partes dimittere*, militari verbo dici, lib. II. cap. 62. & hinc uſum ejus tranſiiſſe ad alias res. Ita ut ex formula ita locutus & Noſter videri poſſet; ſicut etiam Julius Caeſar. lib. VI. Bel. Gall. cap. 43. *Caeſar magno coacto numero ex finitimis civitatibus in omnes partes dimiſit.* Paullo poſt tamen. *ac ſaepe in eum locum ventum eſt, tanto in omnes partes diviſo equitatu, ut non modo viſum abs ſe Ambiorigem in fuga captivi, ſed nec plane etiam abiiſſe ex conſpectu contenderent.* niſi & ibi *dimiſſo* legendum quis contendat. ſed maneat *diviſo:* nam quis non variaſſe hanc formulam veteres ſuſpicari poſſit. ſic *in omnes partes diſperſam multitudinem* dixit Caeſar eodem libro cap. 34. hoc autem loco mihi rectius videtur, *aciem dimittere in partes omnes*, quam *dividere*: ſimiliter *partes ſpeculatur in omnes* I. Met. 667. BURM.

387. *Retulit Echo.*] Quia mox iterum ſequitur, *retulit illa nihil*, hic cum Cantabrigienſi mallem, *reddidit.* ita lib. VII. 795.

Jaculi ſic crimina reddidit ille.

Ubi

Sed tamen haeret amor; crescitque dolore repulsae.
Attenuant vigiles corpus miserabile curae:
Adducitque cutem macies; & in aëra succus
Corporis omnis abit. vox tantum, atque ossa supersunt.
Vox manet. ossa ferunt lapidis traxisse figuram.
[Inde latet silvis: nulloque in monte videtur;
Omnibus auditur. sonus est, qui vivit in illâ.]

Fab. VI. Argumentum.

[a] Narcissus in florem sui nominis.

[b] *Narcissum autem supradictum ob nimiam crudelitatem, quam in Echo* [c] *exhibuerat, Nemesis ultrix fastidientium in amorem sui impulit, ut* [d] *non minore flamma, atque illa, ureretur. Qui cum* [e] *ex assidua venatione fatigatus* [f] *secundum fontem in opaco procubuisset, &* [g] *hauriens aquam imaginem sui* [h] *conspexisset, & diutius ibi* [i] *remoraretur,*

Ubi etiam *rettulit* quidam. Lucretius lib. IV. 578.
Saxa pares formas verborum ex ordine reddant.
Qui & mox in hac eadem re *referre* utitur. eadem harum vocum confusio inf. VI. 330. & VII. 795. & alibi. Burm.

388. *Egressaque silva.*] *Silvis* Neapol. secundus Medic. aliique nonnulli. initio Aeneidos Virgilius *egressus silvis vicina coëgi.* posset & *silvas*, ut sup. lib. II. 517. lib. IV. 488. ex codice Mediceo *tectumque exire parabat.* & X. 712. *silvasque exire parantem*, ex MS. Heinsius.

389. *Sperato.*] Unus Moreti, *captato.* venuste. nihil tamen muto. vid. lib. XIV. 653. Heins. Blanditur tamen illud *captato*, quod elegantius est, quam ut a librario proficisceretur. ita Ep. VIII. 93.
Non ego captavi brevibus tua colla lacertis.
Mox 428.
Visum captantia collum brachia.
Epist. XXI. 200.
Captantem tactus rejicioque manum.
IX. Met. 33.
Et modo cervicem, modo crura micantia captat.
Burmannus.

390. *Fugiensque manus complexibus aufert.*] Refcribe meo periculo invitis membranis, & redde suas elegantias Nasoni:
Ille fugit, fugiensque, Manus complexibus auser.
Ut fugientis & complexum aversantis Narcissi verba sint. Heinsius.

395. *Haeret amor.*] Dubitat. Plautus in Mercatore: *Nimium negotii repperi, enim vero haereo.* M. Tullius lib. IV. De Finibus: *Itaque eadem ratione, qua sum paullo ante usus, haerebitis* Cioc. Rectius Regius *remanet* interpretatur, ut in sermone. Declam. CCCLVI. Quinctil. & in seq. *haesisse juvenem culpa meretricis.* & proprium est verbum in re amatoria. vid. ad lib. I. Amor. VIII. 21. deinde etiam. *Pudore repulsae.* Margo Gryphii & Berssmanni. qualis varietas & apud Virgil. X. 871. & Claud. I. Ruf. 55. Burm.

396. *Et tenuant.*] Multi, *attenuant.* ut inf. 489. Heins. Quidam etiam, *& minuunt.* vid. ad lib. V. 374. I. Art. 735.
Attenuent juvenum vigilatae corpora noctes.
Unus, *extenuant.* Burm.

400. *Inde latet silvis.*] In meo vetustiore, *Illa latet.* Ciofanus.

401. *Qui vivit in illâ.*] Malim, *vivat.* nisi hunc & praecedentem versum tollendos censes. Nam quid opus erat repeti, *Inde latet silvis*, cum paullo ante dixisset, *Spreta latet silvis?* Heins.

[a] *Narcissus.*] *Narcissus Ephesii & Liriopes filius in florem sui nominis.* Parmens.

[b] *Narcissum autem.*] *Narcissum tunc* Parm. Lugd. *autem* omisit Micyll. *autem supradictum* Raener. omisit. *praedictum* Colon.

[c] *Exhibuerat.*] *Exercuerat* in margine Gisselinus. Nihil muto. Infr. lib. IV. fab. 5. *Admissi misericordiam exhibens. Exhibere* est ostendere & praestare. Tertull. de Patient. cap. 1. *Uti pudor non exhibendi, quod aliis suggestum imus, exhibendi sit magisterium.* Senec. de Provid. cap. 3. *Magnus es vir: sed unde scio, si tibi fortuna non dat facultatem exhibendae virtutis?* Plin. lib. V. Epist. 19. *Cui tanto major humanitas exhibenda est.* Sed interpres Abdiae Babyl. lib. II. *Qui nos suspiciens triduo benigne exhibuit*, pro *tractavit.* Muncker.

[d] *Non minore flamma, atque illa, ureretur.*] Gisselino ista lectio debetur. MS. cum Venet. Raen. & Micyll. *Non minore flamma ille exurcretur.*

retur, noviſſimè [k] *extabuit, ita ut vitâ privaretur. Ex cujus reliquiis flos exſtitit, quem Naiades Nymphae, flentes* [l] *caſum fratris Narciſſi,* [m] *nomine ejus adnotarunt.*

Sic hanc, ſic alias, undis aut montibus ortas,
Luſerat hic Nymphas; ſic coetus ante viriles.
Inde manus aliquis deſpectus ad aethera tollens,
Sic amet iſte, licet, ſic non potiatur amato,
Dixerat. adſenſit precibus Rhamnuſia juſtis.
Fons erat illimis, nitidis argenteus undis,
Quem neque paſtores, neque paſtae monte capellae

Con-

Muncker. Ita & Parm. & Lugd. Micyll. ſed Plant. & Frel. *ipſe* habent. *ac illa* Colon.

[e] *Ex aſſiduâ venatione fatigatus.*] Sic & MSS. & editi, quos quidem viderim, omnes, non heic tantum, ſed & ſupr. fab. 2. *Fatigata ex aſſiduâ venatione.* Et lib. IV. fab. 18. *Fatigato ex aſſiduo curſu.* Quamobrem miror, quem codicem conſuluerit Cl. Schefferus, cum in Diſſertatione de ſtylo & aevo Hygini inde adduceret, *in aſſiduo venationis labore defatigata.* quanquam non ignoro potuiſſe ita ſcribere non vitioſe Lactantium. Petronius: *Donec in curſu fatigatus, & ſudore jam madens, accedo aniculam* &c. Adde quae Scioppius congeſſit Veriſim. lib. I. cap. 4. Sed in Petronii illo loco rectius putem legi, *& curſu fatigatus*, ex Fragm. Tragur. Muncker. us. *Die quodam cum aſſidua venatione fat. juxta f.* Colon.

[f] *Secundum fontem.*] Vibius Sequeſter cap. de Fontibus: *Lycope, ubi Narciſſus ſe conſpexit. Liriope* corrigit Simlerus. Muncker.

[g] *Hauriens aquam.*] *Imminens aquae* Colon. rectius.

[h] *Conſpexiſſet.*] *Conſpexiſſet, ejus amore exarſit, diutiuſque ibi moratus, noviſſime tabuit.* Raener.

[i] *Remoraretur.*] *Moraretur* Giſelin. Colon. qui *ibi* omiſit.

[k] *Extabuit.*] *Tabuit* Parm. Lugd. Micyl. *intabuit* Colon.

[l] *Caſum fratris.*] *Caſum fratris ſui, nomine Narciſſi aſſignaverunt* Colon. forte, *nomine Narciſſi inſignaverunt.*

[m] *Nomine ejus.*] *Nomen ejus adnotaverunt* Parm. Lugd. *nomine notarunt.* Micyll.

402. *Sic alias undis.*] Id eſt, Najades, vel Nereides. Ciofan. *Silvis aut montibus* cod. Menard.

402. *Aut montibus ortas.*] Oreades. Vide Servium ad illud Virg. lib. I. Aeneid.

Hinc atque hinc glomerantur Oreades. Ciof.

405. *Sic amet ipſe.*] *Iſte* cum melioribus; contemtim. Heinsius.

406. *Aſſenſit precibus Rhamnuſia juſtis.*] Rhamnuſia putabatur ſceleratorum, arrogantiumve hominum ultrix. Ovidius v. Triſt. VIII. 9.

Exiget at dignas ultrix Rhamnuſia poenas.

Rhamnuſia, hoc loco ſignificat fortunam. Qua de re vide quae diſputat, in prima orat. in Catilinam, doctiſſimus diſertiſſimuſque vir M. A. Muretus. Ciofanus. Tres libri *aſſenſit*, ſed *acceſſit* unus Heinſii, cui venuſtum videbatur. & *accedere* pro aſſentiri ſumi docui ad Quinctil. Inſt. VI. 4. & Decl. CCLXX. Burmannus.

497. *Fons erat illimis, nitidis argenteus undis.*] Malim, *nitidiſque argenteus;* ſumſit enim ex Homero, apud quem ὕδωρ ἀργύρεον non ſemel occurrit. Theocr. Idyl. XXIII. cryſtallo & argento ſimilem fontem vocat. vide Callim. Hym. in Cerer. 13. & 28. & ibi Friſchlin. Heinsius. Duo Heinſii habent, *niveis.* ſed unde Torrentius ad Horat. lib. I. Od. 17. hauſerit ſuam lectionem, ignoro: ille vero ita profert.

Fons erat illimis, vitrea pulcherrimus unda.

Fallax, puto, memoria hoc perperam ſuggeſſit: meminerat forte illius ex Epiſt. XV. 157.

Eſt nitidus, vitreoque magis perlucidus amne,
Fons ſacer.

Ego vero nihil muto, etſi *vitreas undas* recte dici ſciam. ita enim laudat etiam Senec. III. Nat. Quaeſt. I. videtur huc reſpicere Baſilius ille, quiſquis eſt, qui inter duodecim Poëtas certavit de imagine in unda apud Pithoeum in Catalectis. pag. 163.

Apparet mendax illimi fonte figura,
Qualem rejectat ſpeculi nitidiſſimus orbis.

Ubi duo haec epitheta *illimis* & *nitidus* occurrunt. eleganter Auſonius de Claris Urb. CXIV. patriae ſuae fontem celebrat:

Salve fons, ignote ortu, ſacer, alme, perennis,
Vitree, glauce, profunde, ſonore, illimis, opace.

Burm.

408. *Paſtae in monte.*] *Paſtae monte capellae*, ablato τῷ *in.* Heins. *Paſtae nec monte capellae* Moreti, Ambroſ. Medic. & Baſileenſ. ita ſupr. lib. II. 841.

Quodque procul montano gramine paſci
Armentum regale vides.

Ubi etiam quidam codices, *in gramine.* ſed facilius ferrem, *paſci gramine montano* boves, quam *monte*, dici; niſi ſubintelligatur *in.* aut dictum putemus, ut apud Tibull. II. VI. 24.

Ut multa innumerâ jugera paſcat ove.

Ut

Contigerant, aliudve pecus: quem nulla volucris,
Nec fera turbarat, nec lapſus ab arbore ramus.
Gramen erat circa, quod proximus humor alebat:
Silvaque, ſole lacum paſſura tepeſcere nullo.
Hic puer, & ſtudio venandi laſſus & aeſtu,
Procubuit; faciemque loci, fontemque ſecutus.
Dumque ſitim ſedare cupit; ſitis altera crevit.
Dumque bibit, viſae correptus imagine formae,
Spem ſine corpore amat: corpus putat eſſe, quod umbra eſt.
Adſtupet ipſe ſibi, vultuque immotus eodem

Hae-

Ut ſcripti libri habent. quamvis ibi Broukh. ex aliis malit:

Ut multo innumeram jugere paſcat ovem.

Quod ad noſtrum propoſitum eodem redit, modo *jugerum*, hic pro gramine in jugere ſumatur. ut idem lib. II. Eleg. v. 25.

Sed tunc paſcebant herboſa palatia vaccae.

Pro herbas in Palatino monte. & Propert. III. VII. 49.

Celſaque Romanis decerpta palatia tauris. Burm.

410. *Lapſus ab arbore.*] *Raptus* unus Leidenſis & tertius Mediceus. quod Heinſio non diſplicebat.

411. *Gramen.*] Herba. Elegantius Palat. *Gramen erat circum.* Dan. Heinsius.

412. *Sole locum.*] *Lacum* recte unus Baſileenſis. nam *facies loci* mox ſequitur. ſic infra vſ. 500. *totidemque remiſit Verba lacus* cum Arondeliano. Heins.

415. *Dumque ſitim ſedare cupit.*] Sic Lucretius IV. 848.

Et ſedare ſitim prius eſt, quam pocula, natum.

Idem v. 943.

At ſedare ſitim fluvii fonteſque vocabant.

Auctor ad Herennium: *Neque habeat, qui ſitim ſuam ſedat.* Aliter IV. Triſt. Eleg. IIX. *Nec ſiccam Getico fonte levare ſitim.* Ciofanus.

416. *Dumque bibit.*] *Que* pro *quia* accipienda videtur, ut exponatur, *Quia dum bibit.* Regius. Praecedenti jam verſu potantem Narciſſum deſcripſit, dum cupit ſedare ſitim, ſcilicet bibendo, ſitis altera crevit. nunc vero inter bibendum dicit, illum vidiſſe in fonte imaginem, cujus amore corripitur. quare legerem:

Dumque videt, viſae correptus imagine formae.

Sollemni illa & Ovidio frequentiſſima repetitione. ita lib. IV. 316.

Cum puerum vidit, viſumque optavit habere.

II. 443.

Adſpicit hanc, viſamque vocat.

VI. Faſt. 119.

Viderat hanc Janus, viſaeque cupidine captus.

Et ita ſaepe Noſter, VI. 234.

Frena dabat, dantem non evitabile telum
Conſequitur.

VII. 260.

Tingit, & intinctas geminis accendit in aris.

VIII. 460. *Poni*
Imperat, & poſitis inimicos admovet ignes.

XIII. 342.

Mittere conatur. conantem ſtipite querno
Occupat Aegides.

Et plura ejus notae paſſim in his libris obſervare licet. vid. ſupr. 330. *videre* vero & *bibere* quam facile a librariis confundatur patet ex Ciceronis loco lib. I. de Div. 50. ubi de Pherecyde: *Qui potius divinus habebitur quam Phyſicus, qui cum vidiſſet hauſtam aquam de jugi puteo, terrae motus dixit inſtare.* ita vulgo editur. ſed *bibiſſet* legendum eſſe ex Laërtio recte oſtendit Aldobrand. ad Laërt. lib. I. Sect. 116. Burm.

417. *Spem ſine corpore amat.*] Hoc minus rectè dictum eſſe videtur. Omnis enim ſpes eſt ſine corpore. *Spes* autem pro ſpecie & umbra poſita eſſe videtur, ſed forſitan hunc locum Poëta, ſi licuiſſet, erat emendaturus. Verum ſic quoque defendi poteſt. Sperabat enim ſe eo potiturum, quod tangi non poteſt. Regius. Ego nihil video, cur ſe tantopere torqueat hoc loco Regius. Amat enim ſpem ſine corpore Narciſſus, hoc eſt, illud quod re ipſa nihil erat, amat, umbram videlicet, & ſpem corporis, quod nuſquam extabat. Micyllus. Jure hoc loco reprehenſus eſt Regius ab aliis viris doctis. Ciofan. Thyſii codex, unus Mediceus, & unus Argentinus, *Rem.* probe. lib. VII. 835.

Quod nihil eſt metuit, metuit ſine corpore nomen.

Heins. Dubito, cum *res* fere ſemper opponatur *nomini*, *umbrae*, & ſimilibus, ut III. Am. III. 23.

Aut ſine re nomen deus eſt.

Quare non video quî *res* ſine corpore poſſit dici, quae non eſt *res*, ſed *ſpes*. ſperabat eſſe corpus, ſed non erat, niſi umbra. *rem* etiam & *ſpem* ſibi opponi vidimus ad Epiſt. XVIII. 178. & ad Quinct. IX. Inſt. 3. ſic & Livius XXXIV. 12. *Sociis ſpem pro re oſtendendam cenſet.* Adde quae habet Waſſ. ad Salluſt. Catil. 32. & ita recte apud Vellej. II. 30. *imaginem ſine re* puto legi. ubi plura viri docti. Burm.

420. *Spe-*

Haeret, ut è Pario formatum marmore ſignum.
Spectat humi poſitus geminum, ſua lumina, ſidus,
Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines,
Impubesque genas, & eburnea colla, decusque
Oris, & in niveo mixtum candore ruborem;
Cunctaque miratur, quibus eſt mirabilis; ipſe
Se cupit imprudens; &, qui probat, ille probatur.
Dumque petit, petitur: pariterque incendit, & ardet.
Irrita fallaci quoties dedit oſcula fonti!
In medias quoties, viſum captantia collum,
Brachia merſit aquas; nec ſe deprendit in illis!
Quid videat, neſcit; ſed, quod videt, uritur illo:

Atque

420. *Spectat.*] Ordo eſt autem. *Spectat lumina*, id eſt, oculos, *ceu geminum ſydus:* qua ſimilitudine pulcherrimos Narciſſo oculos fuiſſe Poëta demonſtrat. Regius. Raphaël ordinem ait, *ſpectat lumina ceu geminum ſidus*; quod utique intelligibilius eſt; ſed videtur coactum. poterat enim eſſe hypallage, huic Poëtae ſupra modum familiaris: ſed idem caſus quibuſdam impedimento videtur. Glarean. *Ceu lumina ſidus* majori ex parte veteres. Behotius in Apophoretis legit, *geminum ſua ſidera lumen.* ut excerpta Langermanni. Ego, ſi quid mutandum ſit, reſcribam, *geminum duo lumina ſidus.* Heinsius. Vide ad II. Amor. XVI. 44. ego mallem cum Zinzerlingio, in diatribe poſteriore, legere, *geminum*, *ceu ſidera*, *lumen.* nam in uno Leidenſi erat, *ceu ſidera*, *ſidus.* ita III. Amor. III. 9.

Radiant, ut ſidus, ocelli.

Et paſſim ſideribus oculi formoſorum & puellarum conferuntur. ut multis ibi Zinzerlingius. Burm.

421. *Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines.*] Depravatus eſt omnino hic verſus, qui ita reſtituendus, *Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines.* Hoc enim modo legitur in utroque meo & Caeleſtino. In uno Maffei eſt litura in verbo, *Digitos*, ut facilè appareat in eo prius legi, *dignos.* Retinet & verae lectionis veſtigia liber Farneſianus, in quo eſt, *Et digitos Baccho, dignos & Apolline crines.* Capran. etiam, *Et digitos Baccho, dignos &c.* Io. Dei, *Et digitos Baccho dignos &c.* Confirmat eam ipſam, quam in vett. illis lib. repperi, lectionem Ovidius ipſe lib. I. Amor. Eleg. XIV. ubi Apollinem & Bacchum ob pulchrum capillum his verbis laudat:

Formoſae periere comae, quas vellet Apollo,
Quas vellet capiti Bacchus ineſſe ſuo.

Idem lib. II. De Ponto:

Nec dabit intonſo jugulum caper hoſtia Baccho.

Tibullus lib. I. Eleg. IV.

Solis aeterna eſt Phoebo, Bacchoque juventas:
Nam decet intonſus crinis utrumque Deum.

Et Heſiodus Bacchum ob capillum commendat in Theogonia, cujus verba poſui lib. IIX. Seneca in Hippol. 753. de Baccho ipſo:

Intonſa juvenis perpetuum coma.

Et in Oedipo:

Spargere effuſos ſine lege crines. Ciofanus.

Fortaſſe praeferendum, quod Ciofani & alii codices ſuggerunt. *Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines.* Notum illud, *Solis aeterna eſt Phoebo Bacchoque juventas: Nam decet intonſus crinis utrumque Deum.* Sed & paullo poſt, melius, *in medias quoties viſum captantia collum Brachia merſit aquas.* Dan. Heinsius. Nota eſt Poëtis ῥοδοδάκτυλος ἠώς. De Bacchi digitis mera nugantis librarii ſomnia. Repone igitur ex fide Florentini optimi, Thuanei, Neap. primi Palat. primi Vatican. utriuſque Erfurtani, Arond. & trium aliorum, ut parenti meo reponendum videbatur, quodque ex ſuis codicibus Vivianus & Ciofanus jam monuerunt:

Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines.

De Bacchi comis paſſim Poëtae. hinc, ἀκερσεκόμης dictus & ἀβροκόμης Graecis. Heins. Merito recepta lectio. Martial. IV. Ep. 45.

Perpetuo ſic flore mices; ſic denique non ſint
Tam longae Bromio, quam tibi, Phoebe, comae.

Catal. Scaligeri pag. 204. de puero formoſo:

O ſacros vultus Baccho, vel Apolline dignos,
Quos vir, quos tuto femina nulla videt.

Vide hymnos duos in Bacchum & Apollinem in Anthol. lib. I. cap. 38. in fine. ubi uterque a capillis & forma laudatur. & in carmine illo Floridi de Qualitate Vitae, quod Weitzius notis illuſtravit:

Sic Apollo, deinde Liber ſic videtur ignifer,

Ambo

Atque oculos idem, qui decipit, incitat error.
Credule, quid fruſtra ſimulacra fugacia captas?
Quod petis, eſt nusquam: quod amas, avertere, perdes.
Iſta repercuſſae, quam cernis, imaginis umbra eſt.
Nil habet iſta ſui. tecumque venitque, manetque:
Tecum diſcedat; ſi tu diſcedere poſſis.
Non illum Cereris, non illum cura quietis
Abſtrahere inde poteſt. ſed opacâ fuſus in herbâ
Spectat inexpleto mendacem lumine formam:
Perque oculos perit ipſe ſuos; paullumque levatus,
Ad circumſtantes tendens ſua brachia ſilvas,
Ecquis, ïo ſilvae, crudelius, inquit, amavit?

Sci-

Ambo ſunt flammis creati, proſatique ex ignibus,
Ambo de comis calorem & radios conſerunt.

Ubi vid. Weitzium. Statius quoque lib. III. Silv. IV. comam Earini laudans ait:

Accipe laudatos, juvenis Phoebeïe, crines,
Quos tibi Caeſareus donat puer, accipe laetus,
Intonſoque oſtende patri, ſine dulce nitentes
Comparet, atque diu fratris putet eſſe Lyaei.

Quae Morellus hoc Ovidii loco illuſtravit. eodem vero modo Lucian. in Dialogis deorum Jovis & Cupidinis, Apollinem demiſſo crine & mitra ornatum deſcribit. nihil jam dicam Apollinem & Bacchum habitum pro eodem numine, de quo Caſaub. de Satyr. Poëſ. pag. 74. Barth. ad Claud. I. Rap. 16. & Triſtan. tom. II. Comment. pag. 646. & alii. Sed licet Graeci & Latini Baccho intonſam darent comam, Arabes tamen circumtonſam dediſſe docet Salmaſius de Coma pag. 52. Formoſiſſimum vero fuiſſe Bacchum, & inepte ventrioſum & obeſum fingi, egregie docuit Janus Broukh. ad Tibul. II. III. 35. Burm.

424. *Quibus eſt mirabilis ipſe.*] Diſtinguendum puto:

Cunctaque miratur, quibus eſt mirabilis; ipſe
Se cupit imprudens, & qui probat ille probatur.

Ille eſt ex regio codice. poſſet & legi, *miratus* continua oratione:

Cunctaque miratus, quibus eſt mirabilis, ipſe
Se cupit.

Et id Grutero placuiſſe notavit Heinſius. Burm.

426. *Pariterque accendit.*] In iiſdem meis, *Incendit, & ardet.* Quod magis probo. Ciof. *Incendit* plerique veteres. & mox, *in medias aquas*, non *mediis aquis.* Heinsius.

427. *Irrita fallaci quoties dedit oſcula fonti, In medias quoties viſum &c.*] Emenda ex utroque meo, & aliis, *Irrita fallaci quotiens dedit oſcula fonti, In medias toties viſum &c.* Ciofan.

430. *Sed quod videt, uritur illo.*] Io. Dei liber, *exſtat illo.* poſtea *in* praep. addita, factumque *in illo:* legendum fort. *exaeſtuat.* Ciof. *Videatur in illo eſt* multi codices: *quod ſpectatur in illo eſt* Palat. ſecund.

433. *Avertere.*] *Jam vertere*, hoc eſt verte te, MSS. Bersm.

435. *Tecum venitque.*] *Tecumque venitque* Gronovianus.

436. *Diſcedet.*] *Diſcedat* unus meus. Heinsius.

437. *Cura quietis.*] *Salutis* Cantabrig. & Lovan. conjecerat olim Heinſius, *cura Lyaei.*

438. *Abſtrahere.*] *Extrahere* plurimi codices.

438. *Opacâ fuſus in herbâ.*] Forte, *opaca fuſus in umbra.* Heins. Plurimi codices. *opacas fuſus in herbas.* ſed alterum praeſtat. Valer. Flacc. I. 252.

Molli funduntur in alga.

Et Sil. III. 57.

Et fuſi in tranſtris exſpectant aequora nautae.

Ut Heinſius & Drakenborchius conſtituerunt locum illum. mox verſ. 502. ex MSS.

Ille caput viridi fuſum ſubmiſit in herba.

opaca vero herba, hic eſt, quam opacat ſilva. ita *opacas terras* dicit lib. XI. 607. & *opacum mundum* lib. V. 507. *opaca Tartara.* X. 20. *opaca antra* XIII. 777. vulgatius eſt arbores & ſilvas opacas vocare, ut ſaepe Noſter. Burm.

440. *Levatus.*] *Levata* Neapolitanus; ſcilicet brachia; quod non diſplicet. Heinsius. Sed & vulgata poteſt retineri. ſic lib. XI. 621.

Cubitoque levatus.

Ut tamen rotundior ſit ſenſus, puto legendum:

Paullumque levatus
Ad circumſtantes tendit ſua brachia ſilvas,
Et quis, ïö ſilvae, crudelius, inquit, amavit.

Tendit eſt in uno Heinſii & tertio Leidenſi. *Et quis* in eodem Leidenſi & duobus regiis. & hoc probat Gifan. Ind. Lucret. in *Et quantis.* vid. lib. I. Met. 498. *en quis* in duobus aliis. *heu quis* in totidem. Burm.

Scitis enim, & multis latebra opportuna fuiſtis.
Ecquem, cum veſtrae tot agantur ſecula vitae,
Qui ſic tabuerit, longo meminiſtis in aevo?
Et placet, & video: ſed quod videoque, placetque,
Non tamen invenio. tantus tenet error amantem.
Quoque magis doleam; nec nos mare ſeparat ingens,
Nec via, nec montes, nec clauſis moenia portis.
Exiguâ prohibemur aquâ. cupit ipſe teneri:
Nam quoties liquidis porreximus oſcula lymphis;
Hic toties ad me reſupino nititur ore.
Poſſe putes tangi. minimum eſt, quod amantibus obſtat.
Quisquis es, huc exi. quid me, puer unice, fallis?

Quo-

443. *Latebra opportuna fuiſtis.*] Procacitatem nympharum tangit. vid. ad lib. II. 452.

445. *Longo in aevo.*] *Longum in aevum* Neapol. Medic. ſec. & Lovan. *longos in annos* Moreti unus.

446. *Et placet & video.*] Gebh. lib. II. Crep. II. *En placet, en video.* pro *tantus, multus* citat Vincent. Bellov. Specul. Hiſt. lib. VI. cap. 116.

449. *Nec via, nec montes, nec clauſis moenia portis.*] Lege, ut aliquot vett. habent, inter quos mei: *Non via, non montes, non clauſis moenia portis.* Ita enim ſuavius eſt. CIOFAN.

451. *Nam quoties, &c.*] Et hic & ubique lib. ſcript. *quotiens*, & *totiens* habent. CIOF.

452. *Nititur.*] *Vertitur* Thuan.

453. *Minimum eſt quod amantibus obſtat.*] Tò *eſt* multi veteres non agnoſcunt. Forte:

—— *Minimum quid amantibus obſtat.* HEINS.

454. *Quid me, puer unice, fallis.*] Eleganter in aliis codicibus, *Quid me, puer invide, fallis?* DAN. HEINSIUS. *Invide* unus Palat. unus Argent. Thyſii cod. quod elegans ſane, uti & parenti meo videbatur. unus Moreti, *quid me pulcherrime fallis.* ſed vulgata lectio ipſius Naſonis eſt, & longe elegantiſſima. *unicus*, qui parem non habet, ſive ad formam & pulchritudinem, ut hoc loco, ſive ad alias dotes referatur. aut quem quis prae ceteris amat. Juvenalis Sat. IX. 63.

Improbus es, cum poſcis, ait. ſed puſio clamat,
Poſce: ſed appellat puer unicus, ut Polyphemi
Lata acies, per quam ſollers evaſit Ulyſſes.

Sed illic ſumi poteſt, de puero, qui domino ſuo unicus eſt & ſolus. Plautus Aſinar. Act. IV. Sc. I.

Nam tu Poëta es ad eam rem unicus.

Captivis Act. I. Sc. II.

Alienus cum ejus incommodum tam aegre feras,
Quid me patrem par facere, cui ille eſt unicus?

Verba Hegionis ſunt, qui tamen duos filios habebat. Bacchid. Act. III. Sc. III.

Phi. *Quo ducis nunc me?* Ly. *Ad illam, quae tuum Perdidit, peſſundedit tibi filium uni unicum.*

Catullus ad Caeſarem Carm. XXVIII.

Eone nomine, Imperator unice,
Socer generque perdidiſtis omnia?

Afranius, *Quis tam ingenio eſt unico & corde ſagaci.* Paterculus lib. II. 7. in malam partem poſuit. *Huic atrocitati adjectum ſcelus unicum.* & Feſtus, *Sardanapalus, Rex Aſſyriorum unicae luxuriae.* Catullus, Carm. LXI. 228.

Qualis unica ab optima
Matre Telemacho manet
Fama Penelopeo.

Propertius ad Cynthiam libro I. El. 2.

Cum tibi praeſertim Phoebus ſua carmina donet,
Aoniamque libens Calliopea lyram;
Unica nec deſit jucundis gratia dictis.

Ita enim ſcripti quidam, non *verbis.* & lib. II. El. 19.

Unica nata meo pulcherrima cura dolori.

Hinc emendandus Apulejus Florid. libro I. loco vexatiſſimo. *Alexandro illi, longe olim excellentiſſimo Regi, cui ex rebus actis & auctis cognomentum Magno* (pri. ed. *Magnum.* puto, *Magni*) *inditum eſt, ne niſi unicam gloriam adeptus ſine laude unquam nominaretur.* Elmenhorſtius edidit, *inditum eſt, placuit, ne iſte unus eam gloriam a. ſ. l. unq.* partim ex Colvii, partim ex Wouwerii conjectura, malo me hercules exemplo. optime prima editio, *ne vir unicam gloriam adeptus, ſine laude unquam nominaretur.* ſcribe, *Alexandri illius longe olim excellentiſſimi Regis, cui ex rebus actis & auctis cognomentum Magni inditum eſt, ne vir unicam gloriam adeptus ſine laude unquam nominaretur.* quae omnia jam plana ſunt & perſpicua. ex illo enim *cui ex rebus actis* &c. uſque ea verba, *ejus igitur Alexandri*, quae inſeruntur parentheſi ſunt includenda. initio Metamorph. *Theſſaliam* (*nam illic originis maternae noſtrae fundamenta a Plutarcho illo inclyto, ac mox Sexto Philoſopho nepote ejus, prodita gloriam nobis faciunt*) *eam Theſſaliam ex voto petebam.* & ſic ſaepe idem Apulejus. ſed quando non ſoli Naſoni caſtigando hae lucubra-

Quove petitus abis? certe nec forma, nec aetas
Eſt mea, quam fugias; & amarunt me quoque Nymphae.
Spem mihi neſcio quam vultu promittis amico:
Cumque ego porrexi tibi brachia, porrigis ultro:
Cum riſi, adrides. lacrimas quoque ſaepe notavi
Me lacrimante, tuas. nictu quoque ſigna remittis:
Et, quantum motu formoſi ſuſpicor oris,
Verba refers, aures non pervenientia noſtras.
In te ego ſum, ſenſi: nec me mea fallit imago.
Uror amore mei. flammas moveoque feroque.
Quid faciam? roger, anne rogem? quid deinde rogabo?
Quod cupio mecum eſt, inopem me copia fecit.

O

cubrationes a nobis dantur, ejusdem Apuleji pulcherrimum fragmentum, quod Alexandri Magni laudibus datum eſt, tribus quatuorve naevis liberemus. quod ſequitur metuo ut ſit ſanum: *Nam ſolus a condito aevo, quantum hominum memoria exſtat, inexſuperabilis imperio orbis auctus.* quonam modo enim *inexſuperabili imperio auctus?* quod ſtatim ab exceſſu ejus dirutum ac profligatum ſit? Forte ſcribendum, *ſolus a condito aevo, quantum hominum memoriae reſtat, inexaequiparabili imperio orbis auctus.* Imperio auctus, cui nemo alius ſimile aut par obtinuit. ſed ut hoc pro certo non affirmem, ita certum eſt ex veteri libro mox reponi debere, *ne qui effigiem regis temere aſſimilaret.* pro eo, *quin ſaepe ſolus eum Polycletus aere duceret*, quod mendoſum eſt, opinor ſcribendum eſſe, *quippe ſolus eam.* nam in veteri codice eſt, *quin ipſe.* De Polycleto autem lapſus memoriae eſt, cum Lycippo alii ſcriptores uno conſenſu id tribuant. *Praeter hos tres, ſi quis uſpiam reperiretur imagini regis manum admolitus, haud ſecus in eum, quam in ſacrilegum vindicaturus.* parum Latine ſi quid video. prima editio, *vindicaturum.* Lego, *vindicatum iri. Eo igitur omni metu factum, ſolus Alexander ut ubique imaginum ſummus eſſet. ubique ſimillimus eſſet* codex Florentinus. Puto, *ut ubique imaginum ſui ſimillimus.* niſi mavis, *ſuus eſſet*, hoc eſt ſibi conſtaret, ſe referret. pro eo quod ſequitur, *idem ingenium maximi honoris*, reponendum, *maximi herois.* Nunc ad Naſonem revertamur. Heinsius.

456. *Et amarunt me quoque Nymphae.*] Argumentum à minori ſecundum Ariſtotelem: at ſecundum Ciceronem, à majori. Ciofanus.

461. *Et quantum motu.*] Et hic *nutu* quidam codices repetunt. ſed codex Junianus habebat, *nictu*, quod elegans & amantium nutibus convenientius puto. ita Plautus ſaepe in amantium tacitis colloquiis, quae per ſigna fiunt, *nutare* & *nictare* conjungit. ut *nutare* ad caput totum, *nictare* ad motum oculorum, ſive oris (ut hic: nam & ſubridendo ſit) referatur. Aſinar. iv. 1. 39. *Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat.* Menaech. iv. iii. 49. *Non hercle ego quidem uſquam quicquam nuto neque nicto tibi.* Merc. ii. iii. 72. *contemplent, conſpiciant omnes, nutent, nictent, ſibilent.* Feſtus, *nictare & oculorum & aliorum membrorum niſu ſaepe aliquid conari dictum eſt ab antiquis.* ſic & lib. i. Art. Am. 138. in MSS. *nec tibi per nictus accipienda nota eſt.* lib. i. Faſt. 418. ex MSS.

Signaque dat nictu, ſollicitatque notis.

Et ita hunc Ovidii locum Heinſius jam correxerat ad Claudiani Conſ. Mall. 312. ubi idem verbum iſti Poëtae reſtituit. Burm.

462. *Non pervenientia noſtras.*] Codex Sixi, *non pervenientia contra.* quod ex lib. iv. 80. repetitum: credebat enim librarius non recte dici, *pervenire aures*, pro *ad aures.* ſic Virg. ii. Aeneid. 781. *Et terram Heſperiam venies.* vid. Sanctii Minerv. lib. iv. cap. 6. & ibi Cl. Perizon. *non pertingentia* unus Mediceus, & hoc ex eodem vitio fluxit. Burm.

463. *Ille ego ſum.*] In veteribus, *ipſe ego ſum.* Ciofanus. Alii, *ipſe.* ſed primus Mediceus argute, *in te ego ſum.* Heinsius.

465. *Quid deinde negabo.*] Quidam poſt *deinde*, diſtinguunt, ut ſit ſenſus, quid deinde faciam? negabone. Sed alii pro *negabo*, *rogabo*, legunt, quod verbum rectius eſt, & ſententiam planiorem facit. Dubitat enim utrum roget, an non. Deinde ſi roget, quidnam roget. Regius. Finis hujus carminis oppido obſcurus eſt. quidam etiam poſt *deinde* interrogationis punctum ponunt; ſed non multum adjuvant ſenſum. Glarean. Corrige, auctoribus vetuſtis exemplaribus, *quid deinde rogabo?* Ciofan.

466. *Quod cupio mecum eſt.*] De Narciſſo, qui ſui amore captus erat, ita Auſonius: Epigr. 97.

Si cuperes alium, poſſes Narciſſe potiri,
Nunc tibi amoris adeſt copia, fructus abeſt.

Idem de eodem 98.

Quid non ex hujus forma pateretur amator,
Ipſe ſuam qui ſic deperit effigiem? Ciofanus.

O utinam noſtro ſecedere corpore poſſem!
Votum in amante novum; vellem, quod amamus, abeſſet.
Jamque dolor vires adimit: nec tempora vitae
Longa meae ſuperant: primoque extinguor in aevo.
Nec mihi mors gravis eſt, poſituro morte dolores.
Hic, qui diligitur, vellem diuturnior eſſet.
Nunc duo concordes animâ moriemur in unâ.
Dixit, & ad faciem rediit male ſanus eamdem;
Et lacrimis turbavit aquas: obſcuraque moto
Reddita forma lacu eſt. quam cum vidiſſet abire,
Quo fugis? o remane; nec me, crudelis, amantem
Deſere, clamavit. liceat, quod tangere non eſt,
Adſpicere: & miſero praebere alimenta furori.
Dumque dolet, ſummâ veſtem deduxit ab orâ,

Nu-

467. *O utinam à noſtro.*] Tolle τὸ *à*, & verſu proximo τὸ *eſt* ex fide optimorum codicum. Heinsius. *Recedere* etiam in tertio Leidenſi. nam *re* in compoſitis produci Heinſius ſaepe oſtendit, vid. ad Epiſt. XIV. 46. & I. Amor. VII. 62. & ita dictum eſſet, ut Epiſt. XVI. 153.

Ante receſſiſſet caput hoc cervice cruenta.

Sed *ſecedere* retinendum putamus. Burm.

477. *Quo refugis? remane.*] Primus Palat. *Quove fugis.* unus Voſſian. *Quo fugis? ô remane.* quatuor, *Quo fugis? remane.* Scribe, *Quo fugis? oro mane.* Deinde. *Nec me crudelis amantem Deſine.* ut primus Baſil. tertius Mediceus, prior Regius, aliique multi. Vide Notas Art. Am. lib. II. ℣. 725. Heins. Ego Voſſiani codicis ſcripturam recepi, quia ultimam in *oro* ab Ovidio produci ſolere video. quamquam corripi poſſe non negem, ut apud Statium Theb. VIII. 93.

Oro, minas ſtimulataque corda remulce.

Sed Ovidianum morem nos conſiderare decet. & apud Statium quoque *ora* reſtituit Gevartius. & ita MSS. fere habent. Burm.

480. *Summa veſtemque reduxit ab ora.*] Cum *ſummo ab ore* in omnibus, nos ita legendum credidimus. Naugerius. *Ab ore ſummo* quidem legitur; ſed *ab ora ſumma* forſitan ab Ovidio fuit ſcriptum, ut in ſuperiore extremitate veſtem fuiſſe diductam intelligamus. Nam *ora* uniuſcujuſque rei (non ſolum terrarum) extremitas appellatur. Regius. Raphaël putat pro *ſummo ore*, legi poſſe, *ſumma ora.* quod ora cujuſque rei, non ſolum terrarum, extremitas vocetur. ſed & *os* non ſolum de facie dicitur, quin etiam de tota, quae cernitur, ſpecie. judicet lector, quod exiſtimet. Glarean. Non ſane video, quare Regius à lectione, quam repererat, receſſerit. Tu hoc modo lege, adjuvantibus optimis libris ſcriptis: *Summo veſtem deduxit ab ore.* In duobus Caeleſt. Abb. & Briantii, & Io. Dei, *ſummo veſtemque reduxit ab ore. Ab ore*, hoc loco, valet à pectore, unde veſtis incipit: vel, quoniam loquitur de mare, ab ore, hoc eſt à mento vel collo. *Os* enim apud Latinos pro tota facie ponitur. Quin etiam pro tota illa, quae cernitur, parte. *Deduxit*, hîc ſignificat, laceravit. Ut apud hunc ipſum Poëtam. Alibi:

Aut tunicam ſumma deducere turpiter ora?

Et inf. lib. V.

Summa veſtem laniaret ab ora.

Quod fortaſſe Regium, ut ita legeret, decepit. Periculoſum, & temerarium ſaepe eſt, ab antiquis libris diſcedere. Ciofanus. Simplicius alii codices, *Dumque dolet, ſummo veſtem*, vel, *veſtem ſummo deduxit ab ore*, *Nudaque marmoreis percuſſit pectora palmis.* Dan. Heinsius. *Veſtem deduxit* multi veteres. primus Gronovianus, & cum Barberiniano quatuor aut quinque alii, *ſumma veſtem deduxit ab ora.* recte. lib. V. 399. *ut ſumma veſtem laniarat ab ora.* ſic contra, *tunicas ora ſubducere ab ima* in re obſcoena lib. II. Faſtor. 347. erat enim duplex in toga ora, ſumma & ima. unde *duplex ora* Quinctiliano lib. XI. Inſtit. Orat. 3. *ſiniſtrum brachium eo uſque allevandum eſt, ut quaſi normalem illum angulum efficiat, ſuper quod ora ex toga duplex aequaliter ſedeat.* nudaturis pectus deducenda erat veſtis. lib. XIII. Met. 204.

—— *Veſtemque manu deduxit, & , haec ſunt*
Pectora ſemper, ait, veſtris exercita rebus.

Ubi *diduxit* male nunc legitur. Seneca Hercule OEtaeo 1068.

—— *Mater in luctum furens*
Deduxit avidum pectus, atque utero tenus
Exerta vaſtos ubera in planctus ferit.

Sic probe veterrimus codex. Plura notavimus Amor. l. I. Eleg. VII. ℣. 48. Heinsius.

481. *Marmoreis palmis.*] Id eſt, candidis. Ut alibi:

Nudaque marmoreis percuſſit pectora palmis.
Pectora traxerunt tenuem percuſſa ruborem;
Non aliter, quam poma ſolent; quae candida parte,
Parte rubent: aut ut variis ſolet uva racemis
Ducere purpureum, nondum matura, colorem.
Quae ſimul adſpexit liquefactà rurſus in undà;
Non tulit ulterius; ſed, ut intabeſcere flavae
Igne levi cerae, matutinaeve pruinae
Sole tepente ſolent, ſic attenuatus amore
Liquitur; & caeco paullatim carpitur igni.
Et neque jam color eſt mixto candore rubori;
Nec vigor, & vires, & quae modo viſa placebant,
Nec corpus remanet, quondam quod amaverat Echo.
Quae tamen ut vidit, quamvis irata memorque,

Indo-

alibi: *Aurea marmoreo redimicula demite collo.* Lucilius, citat Nonius:

Hic corpus ſolidum invenies, hic ſtare papillas,
Pectus marmoreum.

Naevius Iliad. I.

Collum marmoreum torquis gemmata coronat.

Ciofan. Vid. II. Amoor. XI. 15.

482. *Tenuem percuſſa ruborem.*] *Roſeum ruborem* Florentinus S. Marci, primus Vaticanus & duo alii. Heinsius.

486. *Liquefactà rurſus in undà.*] Cera liquefacta dici poteſt, de unda non opinor. Nec libri tamen veteres opitulantur. Cenſeo nihilominus ſcribendum, *liquenti unda.* eſt enim prima ſyllaba communis, quod ignoratum inſcitis librariis ſcripturae genuinae mutandae cauſam dedit. ſic *liquentia flumina* apud Virgilium prima ſyllaba producta. Vide notas Pont. lib. I. Eleg. II. ỷ. 57. Proprius tamen accedit ad vulgatam ſcripturam ſi *liquaci undâ* reponas. de qua diximus Remed. Amor. ỷ. 177. Heins. Non tantum mihi ſumere audeo contra libros ſcriptos: cum enim Ovidius in his libris multis vocabulis aliter uſus ſit, atque alii ſcriptores, & nova etiam, praeſertim compoſita, finxerit ſibi, inter ſingularia Ovidii & hanc vocis hujus ſignificationem reponerem, ut *liquefactà* rurſus unda, ſit pro liquida, pura facta, quam antea lacrimis ſuis turbaverat Narciſſus; ſup. 475. & ita ſentit Ampliſſ. Cuperus Apotheoſ. Homer. pag. 163. Burm.

488. *Matutinaeque pruinae.*] Pontanus hoc epitheton uſurpavit: *Unde cadunt imbres, & matutina pruina.* Quare matutinam pruinam vocet, dixi infra lib. VIII. Eſt autem pruina gelidus & concretior ros, à perurendo dictus. Auctor Verrius. Ciofan.

490. *Et tecto paullatim carpitur igni.*] Longe rectius, *caeco igni* tertius Mediceus & quinque alii. ſex pro diverſa lectione id ipſum quoque exhibent. Notum hoc Maronis IV. Aeneid.

Vulnus alit venis, & caeco carpitur igni.

Noſter libro VIII. 516. de Meleagro:

—— *Caecis torreri viſcera ſentit*
Ignibus.

Lucretius lib. IV. 926.

Poſſit ut ex igni caeco conſurgere flamma.

Faſt. II. 760. *caeco captus amore.* Triſt. II. 383. *caecae flamma novercae.* inf. lib. IX. 174. *caeca tabes.* & Faſt. II. 822. *caecus metus.* Senec. Agamem. 118. *caecus amor. caecum pectus* Faſt. VI. 135. ex MSS. *caeca vulnera* inf. VII. 342. Epiſt. Phaedrae, *caecum vulnera pectus habent.* ſic Silius VI. 7. *dextraeque in vulnere caeco haeſere.* ut ad eum locum legendum oſtendimus. Heins.

492. *Nec vigor & vires.*] *Non* adverbium ſubaudiatur, ut intelligamus, & vires non remanent: eſt enim Hypozeugma. Regius. Raphael hoc in loco Hypozeugma eſſe ait, intelligitque adverbium *non.* Verum hic locus exemplum eſſe poterat negationem in priore quoque nonnunquam referri. id fortaſſe plus lectorem torſerit, quo pacto Echo in lapidem mutata Narciſſum videre potuerit. nam quod cum eo locuta, id minus mirum, quando vox manſerat, ſed in fabulis rationem dare fortaſſis nimium curioſum videri poterit. Glareanus. Codices hic nihil variant, ſed omnes *& vires* habent, quare puto Glareanum recte ſentire, ſaepe poſt *nec* ſequi *&*, neque ſemper opus eſſe *aut*, ſive *vel* ſequi, licet ita velint Grammatici, & nuper celeberrimus Bentlejus, ad Horatium Epod. XVI. 6. & Serm. I. VI. 80. magno opere contenderit, etiam in locis, ubi ipſe fatetur omnes codices, *ac*, *&* vel *que* habere, & fatemur quidem plerumque ita ſolere, praeſertim ubi duae negativae praecedunt; ut Bentlejus multis exemplis probat. ſed tamen contrarium ſae-

Indoluit: quotiesque puer miſerabilis, Eheu,
Dixerat; haec reſonis iterabat vocibus, Eheu.
Cumque ſuos manibus percuſſerat ille lacertos,
Haec quoque reddebat ſonitum plangoris eumdem.
Ultima vox ſolitam fuit haec ſpectantis in undam:
Heu fruſtra dilecte puer! totidemque remiſit
Verba lacus: dictoque Vale, Vale inquit & Echo.
Ille caput viridi feſſum ſubmiſit in herbâ.
Lumina nox claudit, domini mirantia formam.
Tum quoque ſe, poſtquam eſt infernâ ſede receptus,
In Stygiâ ſpectabat aquâ. planxere ſorores
Naïdes: & ſectos fratri poſuere capillos.

Planxe-

pe in Ovidio obſervamus, quamquam etiam, ubi codices addicunt, Grammaticorum ſententiam ſaepe ſecuti, repoſuimus disjunctivas particulas. infiniti laboris eſſet omnia loca adducere, ſed expreſſiora quaedam eligemus. lib. I. Art. 621.

Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos,
Et teretes digitos, exiguumque pedem.

Ubi ratio etiam conjunctivas exigit, & codices omnes exhibent. lib. I. Faſt. 205.

Nec pudor in ſtipula placidam cepiſſe quietem,
Et foenum capiti ſuppoſuiſſe, fuit.

Ubi *nec* Heinſius malebat, IV. Triſt. I. 65. ut in omnibus codicibus:

Utque nec inſidias, capitiſque pericula narrem.

Lib. II. Met. 379.

Nec ſe coeloque Jovique
Credit.

Ita omnes etiam libri. & ita apud Horatium lib. III. Od. I. 44. poſt ter poſitum *nec*, ſequitur *Achaemeniumque coſtum.* quod pro auctoritate mutat Bentlejus in *Achaemeniumve.* ita lib. I. Od. 35. 20.

Nec ſeverus
Uncus abeſt, liquidumque plumbum.

Lambinum, ita in Cicerone ſaepe graſſantem, & conjunctivas particulas in disjunctivas mutantem, ſine codicum auctoritate egregie refutavit Petrus Faber in commentario ad Ciceronis Academic. Quaeſt. pag. 30. & Virgilii exemplis adſtruxit. ut lib. IV. 236.

Nec prolem Auſoniam, & Lavinia reſpicis arva.

Sed de his ſatis: ſunt enim leviora. ad alterum, quod Glareanus monet, Echo mutatam in lapidem, non recte vidiſſe Narciſſi dolores dici; in promtu eſt quod reſpondeam; nec hoc incogitantiae Poëtae, & properanti calamo facile adtribuendum: excuſari enim poſſet hoc modo: quod metamorphoſin Echus, licet, antea narraverit, ſimul accidiſſe ſtatuamus, & eodem tempore, quo Narciſſi. Quod Auſonius videtur ſenſiſſe, cum dixerit:

Commoritur Narciſſe tibi reſonabilis Eccho.

Sed neque illud valde placet. quare rectius Ovidium mentione facta Echus, ejus metamorphoſin quidem ante Narciſſi narraſſe, quia non apte eam poterat ſubjungere Narciſſi fabulae, & ſimul continuare Tireſiae hiſtoriam. quare ipſe, ne in culpam, quam ipſi affingit Glareanus, incideret ſibi praecavit, illis verbis, ℣. 359. *corpus adhuc Echo non vox erat.* quae ſi uſque ad ℣. 370. quaſi in parentheſi poſita capiantur, cohaerent omnia aptiſſime inter ſe. BURM.

501. *Locus.*] Et hic *lacus* legebat Heinſius. ut vſ. 412. & 476.

502. *Ille caput viridi feſſum ſubmiſit in herbâ.*] Aliquot vett. lib.

Viridem feſſum ſubmiſit in herbam.

Ut idem ſit cum illo, quod ſuperius dixit. vſ. 23.

Teneraſque latus ſubmiſit in herbas. CIOFANUS.

Nihil mutandum eſſe ſupra monuimus ad vſ. 438. & hic unus Heinſii habebat, *caput fuſum*, venuſte ſane. apud Virgilium eadem in codicibus eſt diſcrepantia; lib. VI. 504.

Mihi fama ſuprema
Nocte tulit, feſſum vaſta te caede Pelaſgum
Procubuiſſe ſuper confuſae ſtragis acervum.

Ubi codex Zulichemianus, *fuſum* habet: forte recte, ſi cum aliis codicibus, ut Servius & Donatus agnoſcunt, *vaſta de caede* legas; & ſequenti verſu *confoſſae* cum alio codice. quem contulit Heinſius. hoc modo,

Fuſum, vaſta de caede Pelaſgûm,
Procubuiſſe ſuper confoſſae ſtragis acervum.

Sed haec alias accuratius expendenda. BURM.

503. *Lumina mors clauſit.*] *Mox* Cantabrig. & tres alii. *claudit* etiam meliores. Scribe, *nox claudit.* quod pro diverſa lectione in uno Thuaneo & uno Baſileenſi extabat. *nox* pro morte. ſic & apud Propertium videtur legendum lib. II. El. XIII.

Quandocunque igitur noſtros nox claudet ocellos.
In aeternam clauduntur lumina noctem Virgilio. X.

746. Lu-

Planxere & Dryades. plangentibus adſonat Echo.
Jamque rogum, quaſſasque faces, feretrumque parabant:
Nusquam corpus erat. croceum pro corpore florem
Inveniunt, foliis medium cingentibus albis.

Fab. VII. Argumentum.

Liber pater Semelae & Jovis filius in Acoeten.

Pentheus Echionis & Agaves filius in contemptum [a] *trahens* [b] *praedicata Tireſiae auguris, ut in adventu Liberi* [c] *Thebani hederâ redimiti procederent, ac ſacra ſuſciperent,* [d] *prohibet ſuos parere monitis; quod negaret ex Semele* [e] *deum proditum. Confeſtim*

746. Lucanus lib. III. 735. de Argi patre moribundo:

Nox ſubit, atque oculos vaſtae obduxere tenebrae.

Heinsius. Vid. inf. 695.

504. *Poſtquam eſt inferna ſede receptus.*] De Echo, dolente propter Narciſſi mortem, legitur Auſonii Tetraſtichon:

Commoritur Narciſſe tibi reſonabilis Echo,
Vocis ad extremos exanimata modos.
Et pereuntis adhuc gemitum, reſecuta querellis,
Ultima nunc etiam verba loquentis amat.

Ciofanus.

505. *Spectabat.*] *Speculabat* Bononienſis. pro quo Heinſius olim *ſpeculatur* reponebat. unus Mediceus, *miratur.* quod fortaſſe a librario poſterioris aevi profectum, quo *mirari*, pro in ſpeculo ſe intueri dixerunt, unde Galli ſuum *mirer*, & *miroir* traxerunt. vide Salmaſ. ad Treb. Poll. Gallien. cap. 9. & Du Cange Gloſſ. Latin. in *mirari.* praeterea *in ſtygias ſpectabat aquas* unus Moreti. *ſtygiam aquam* Thyſii. ut vſ. 499. Burm.

507. *Planxerunt Dryades.*] *Planxere* primus Moreti, prior. Hamburg. & quinque alii. Repone, *Planxere & Dryades.* praecedenti verſu pro, *fratri impoſuere* primus Gronovianus, prior Erfurtenſis, & duo alii, *poſuere*, quod arridet. nam quomodo fratri imponerent capillos, qui nuſquam erat? Statius Theb. VI. 515.

—— *Te plangeret Argos,*
Te Nemea, tibi Lerna comas, Lariſſaque ſupplex
Poneret.

Lib. V. Silv. III. 106.

Pone ſuper tumulos & magni funus alumni.

Heins. Similis error infr. VI. 240.

Finem poſuere labori.

Ubi *impoſuere* vulgati. in codice Gronoviano erat *fronti poſuere.* quid ſi, *fonti poſuere?* per quem nempe Narciſſus perierat, & quaſi ejus buſtum fuerat. ſolebant enim tumulis imponi capilli, ut notum eſt. vid. Barth. ad Stat. VI. Theb. 194. & quos ibi plurimos laudat. *ponere* vero ideo praeferendum, quia hoc verbo in conſecrationibus fere utuntur; & genus erat conſecrationis, capillos ponere. ſic licet alia occaſione, Silius lib. IV. 200.

Occumbit Sarmens, flavam qui ponere victor
Caeſariem crinemque tibi, Gradive, vovebat. Burm.

508. *Quaſſaſque faces.*] *Caſſas* quatuor Medicei, & duo Cantabrigienſes, & unus Heinſii. eadem varietas v. Faſt. 508.

Et profert quaſſas comminuitque faces.

Et inf. XV. 399.

Quaſſaque cum fulva ſubſtravit cinnama myrrha.

Ubi vide. *caſſas faces* interpretari liceret, quae reſectae ab arbore, ſucco ſuo carent, & aridae ſunt. vid. & ad Quinct. Inſt. XI. 3. & Gronov. ad Senec. de Brevit. vitae cap. X. ex cujus interpretatione *quaſſas faces* fragiles poſſemus capere. eligat lector: nobis parum intereſſe videtur. Burm.

509. *Croceum pro corpore florem.*] Intelligendum de calice ſive interiore parte floris. unde κροκῶδες Dioſcoridi dicitur. & Plinius lib. XXI. 19. *Narciſſi duo genera. unum purpureo flore, & alterum herbaceum.* Ubi Salm. Exerc. Plin. pag. 72. *helvaceum*, reſcribi jubet, quod repudiat Harduinus. ut & lib. XXI. cap. 5. *calix helvaceus.* ubi & diſtinguit, *Narciſſum calice purpureo.* qualis ab Virgilio Eclog. V. 38. *purpureus Narciſſus* dicitur. ubi Servius pro ſpecioſo ſive pulchro capit. Urbinas codex hic *niveum florem* habet. ſed foliis eſt candidis, calice croceo. ut Salmaſius docet. Burm.

[a] *Trahens.*] *Ducens* Mar. Giſelin.

[b] *Praedicata Tireſiae.*] Venet. Micyll. & Raener. *Praedicta Tireſiae auguris, cum in* &c. Muncker. Ita & Parm. Lugd. Raener. *in contemptum praedicantis Tireſiae.* Colon.

[b] *Praedicata Tireſiae auguris, ut in &c.*] Sic ſcripſi ex V. C. Mirum quos in modos haec mutent alii, τὸ *ut* pendet à, *praedicata*, ut ſit, contemnens ea verba, quibus praedicatum erat à Tireſia, obviam eundum eſſe Libero &c. Giſel.

[c] *Thebani.*] *Thebas hedera redimitus procederet a. ſ. ſuſciperet p. ſuis p. m. eo quod.* Colon.

[d] *Prohibet ſuos.*] Auctius cum MS. Veneta & Micyll. *Prohibet ſuos Pentheus* &c. Muncker. Et Parm.

feſtim itaque famulis [f] *imperat, ut in conſpectum ſuum Liberum vinctum* [g] *attraherent. At ille, ut* [h] *veſanientem eluderet,* [i] *verſus in Acoeten,* [k] *ducitur vinctus, & cuſtodiâ clauditur.*

Cognita res meritam vati per Achaïdas urbes
Attulerat famam: nomenque erat auguris ingens.
Spernit Echionides tamen hunc, ex omnibus unus
Contemtor Superûm, Pentheus: praeſagaque ridet
Verba ſenis; tenebrasque & cladem lucis ademtae
Objicit. ille movens albentia tempora canis,
Quam felix eſſes, ſi tu quoque luminis hujus
Orbus, ait, fieres, ne Bacchia ſacra videres!
Jamque dies aderit, jamque haud procul auguror eſſe;
Quâ novus huc veniat, proles Semeleïa, Liber.

Quem

Parm. Lugd. *ſuos ire prohibet, quod.* Raener.

[c] *Deum proditum.*] *Bacchum Deum pr.* Parm. Lugd. Micyl. *Bacchum Deum prodiiſſe* Raener. *editum* Colon. quae verba confuſa vidimus jam I. Amor. I. 2. & alibi.

[f] *Imperat.*] *Imperavit ut in conſpectu ſuo l. v. attrahant.* Colon. vid. ad Phaedr. v. I.

[g] *Attraherent.*] *Attrahant* Parm. Lugd. Micyll. Raener.

[h] *Veſanientem.*] *Inſanientem* Colon.

[i] *Verſus in Acoetem.*] Id ex Poëtae verbis non conſtat. ubique enim famulum ſacrorum Bacchi, & Tyrrhenum eum nominat. Quod autem illi carceribus incluſo fores ſponte patuerint, id numine abſentis Bacchi confieri potuit, neque ob id neceſſe fuit Bacchum in Acoetem transformari. GISELIN.

[k] *Ducitur.*] *Dicitur vinctus, ut in cuſtodia clauderetur.* Colon. quae continuat ſeq. Arg. *Acoetes itaque.*

511. *Vatis.*] *Vati* ex ſcriptis. HEINS.

511. *Achaïdas.*] *Achaeïdas* legendum, non *Achaeides.* & patronymicum pro poſſeſſivo, & pro Graeco manifeſte poſitum, ut ſaepe in his fieri ſolet. GLAREAN. *Achaïdas* praeſtantiſſimi codices.

512. *Contulerat.*] Libri ſcripti, *attulerat.* CIOF. *Detulerat* unus Mediceus. *Pertulerat* editio Janſſonii contra ſcriptos.

515. *Tenebras & cladem.*] Ex iiſdem, *tenebraſque.* HEINS.

516. *Tempora canis.*] Zinzerling. Prom. I. c. 51. ex MSS. legit, *vittis.* Stat. III. Theb. 467.

Niveis ornati tempora vittis.

Infr. v. vſ. 110.

Albenti velatus tempora vitta.

Et XIII. 643.

Hinc Anius niveis circumdata tempora vittis
Contutiens.

XV. 676.

Evinctus vitta crines albente ſacerdos.

vid. ad Faſt. III. 861. HEINS.

517. *Bacchica ſacra.*] *Bacchia* pri. Vatic. pri. Erfurt. pri. & ſec. Medic. ſec. Palat. Cantabrig. aliique plurimi. ſic Triſt. lib. I. Eleg. VI.

Bacchia ſerta, in ſcriptis. HEINS. Ita apud Statium lib. IX. Theb. 479. MSS. habent:

—— *Cum Bacchia mugit*
Buxus.

Et II. Achil. 4.

A tergo decreſcit Bacchia naxos. BURM.

519. *Namque dies aderit, quam non procul auguror eſſe.*] Scripti vetuſtiores, *quam jam haud procul*, vel, *quam jam procul.* & *Jamque dies.* alii, *quam haud*, vel, *jam haud.* Scribe:

Jamque dies aderit, jamque haud procul auguror eſſe.

Statius Theb. VIII. 206.

Jamque erit ille dies, quo te quoque conſcia fati
Templa colant.

Sedulius lib. V.

Jamque dies aderat nocturna moeſtior umbra.

Horat. I. Sat. V.

Jamque dies aderat.

Deinde repone, *veniat* pro *veniet* ex melioribus. HEINS. Val. Flacc. II. 189.

Jamque dies aderat.

Vid. ad I. Art. 213. Similis augurantis Hannonis oratio apud Sil. XI. 572.

520. *Qua novus huc veniat proles Semeleïa, Liber.*] Innuit Poëta alium quoque Bacchum veterem, & antiquum fuiſſe. nam, ut ſcribit Diodorus, quidam unum duntaxat, alii tres Dionyſos, & Bacchos fuiſſe putarunt, ſua cuique geſta attribuentes, ac primum Indum fuiſſe ajunt, qui cum exercitu orbem peragrans, & vitem plantare,

Quem niſi templorum fueris dignatus honore;
Mille lacer ſpargêre locis: & ſanguine ſilvas
Foedabis, matremque tuam, matrisque ſorores.
Evenient. neque enim dignabere numen honore:
Meque ſub his tenebris nimium vidiſſe quereris.
Talia dicentem proturbat Echione natus.
Dicta fides ſequitur; reſponſaque vatis aguntur.
Liber adeſt: feſtisque fremunt ululatibus agri:
Turba ruunt: mixtaeque viris matresque nurusque,
Vulgusque, proceresque, ignota ad ſacra feruntur.
Quis furor, anguigenae, proles Mavortia, veſtras
Attonuit mentes? Pentheus ait. aerane tantum
Aere repulſa valent? & adunco tibia cornu?
Et magicae fraudes? ut quos non belliger enſis,

Non

tare, & ex uva vinum torculari exprimere omnium primus mortales docuit, pluraque alia ad uſum hominum excogitata effecerunt, ut pro deo coleretur. ſecundum ex Jove, & Proſerpina, vel, ut alii ſentiunt, ex Cerere genitum ferunt, qui primus boves ad arandum junxiſſe narratur, quamobrem illius ſtatuis cornua apponebantur. tertium ex Jove, & Semele Cadmi filia natum ajunt, qui ſpecie decorus inter mulierum choreas ſumma cum voluptate nutritus fuit, atque educatus. Foeminarum deinde, quas Thyrſis armavit, exercitu congregato, orbem terrarum peragravit, eos qui pie, juſteque viverent, ſacra, myſteriaque docens. Feſtos praeterea ubique dies publice celebrari, choreaſque agi, & muſicam exerceri artem inſtituit. Poſtremo ſedatis inter omnes nationes urbeſque diſcordiis, belliſque ubique ſublatis, pacem omnibus largitus eſt. Quoſdam vero ob ſuperbiam, impietatemque ipſum contemnentes, jactanteſque Bacchas propter incontinentiam, & libidinem ab ipſo circumduci: caerimonias vero, ac myſteria ad corruptelam externarum mulierum adinventa, merita poena affecit. quorum in primis fuit Pentheus. Haec & multo plura Diodorus de Baccho. Ovidius vero, quae ab aliis duobus quoque geſta fuere, Baccho ſoli, Jovis, & Semeles filio, attribuere videtur. Regius. Tres, quatuor fuiſſe Bacchos, ſex ſeptem Hercules fuiſſe vel pueri norunt. ſed Ovidius Bacchum unum agnoſcit, neque praeterea alium. Quamobrem legendum:

Qua novus huc veniat, proles Semeleïa, Divus.

Ad illam autem vocem *Divus* additum fuit Gloſſema *Liber*, quod deinde in textum ipſum admiſſum eſt, non ſine riſu. Nam apud Ovidium nec *Bacchus novus* eſt, nec *priſcus*. Dein cum vates loquatur, non debuit Liberum appellare, ſed Semeles filium, qui *novus Divus* eſſet, ita in lib. IV. *Magnaſque novi matertera vires Narrat ubique Dei.* Itaque *novus Deus*, *unus Divus*. Tan. Faber. Lib. II. Ep. 69. vid. ad Heroid. Epiſt. XVI. 322. Francius explicat *novus*, nobis incognitus, ita ut emendatione Fabri non opus eſſet.

522. *Mille lacer ſpargêre locis.*] Citat haec verba Flavius Soſipater Cariſius, pag. 109. Ciofan.

522. *Et ſanguine ſilvas Foedabis.*] Id eſt, tuo ſanguine foedas reddes. Ita Virg. II. Aeneid. 539.

—— *Patrios foedaſti ſanguine vultus.* Ciofan.

424. *Eveniet.*] Vetuſta exemplaria, *Et veniet.* Rectius; quo diſcerpſere Bacchum non veneratum. Ciofanus. Multi veterum, *Et veniet.* Lego, *Evenient.* In Ibide 126.

Evenient. dedit ipſe mihi modo ſigna futuri
Phoebus.

Vide Notas Faſt. IV. vſ. 775. & Triſt. I. El. VIII. Heins. Tibul. I. VI. 21.

Evenient: Dat ſigna Deus.

525. *Sub his tenebris.*] In uno meo, *ſub his latebris.* Heinsius.

529. *Turba ruit.*] *Ruunt* rectius nonnulli. Heins.

530. *Et vulgus procereſque.*] In meo antiquiore, & uno Caeleſtino, *Vulguſque, Procereſque.* Quod magis mihi probatur. Vide, quae dixi lib. I. ad illum locum: *Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina, Nymphae, Faunique, Satyrique & monticolae Silvani. Proceres*, ut ex Varronis ſententia refert Servius, principes civitatis dicuntur, quia eminent in ea, ſicut in aedificiis mutuli quidam, hoc eſt capita trabium, quae proceres nominantur. Ciof.

532. *Attollit mentes.*] Lege *Attonuit*, ex Statiano interprete ad VII. Th. unde *attonitus*. Const. Fan. *Attonuit* Naugeriani codices. optime. quam lectionem Neapolitanus & Urbinas ex noſtris agnoſcunt, & ſec. Mediceus, & excerpta Calandrae. agnoſcit & Scholiaſtes Statii ad lib. VII. Theb. 164. Noſter ſaepe hoc verbo utitur. Phaedrae Epiſt. IV. 49.

Non tuba terruerint, non ſtrictis agmina telis;
Femineae voces, & mota inſania vino,
Obſcaenique greges, & inania tympana vincant?
Vosne, ſenes, mirer? qui longa per aequora vecti
Hac Tyron, hac profugos poſuiſtis ſede Penates;
Nunc ſinitis ſine Marte capi? vosne, acrior aetas,
O juvenes, propiorque meae; quos arma tenere,
Non thyrſos; geleàque tegi, non fronde decebat?
Eſte, precor, memores, quà ſitis ſtirpe creati:
Illiusque animos, qui multos perdidit unus,
Sumite ſerpentis. pro fontibus ille lacuque
Interiit: at vos pro famâ vincite veſtrâ.
Ille dedit leto fortes: vos pellite molles,
Et patrium revocate decus. ſi fata vetabant
Stare diu Thebas; utinam tormenta virique
Moenia diruerent: ferrumque ignisque ſonarent!

Eſ-

Ut quas ſemideae Dryades Faunique bicornes
Numine contactas attonuere ſuo.
Maecenas apud Senec. Ep. XIX.
Ipſa altitudo attonat ſumma. HEINSIUS.

532. *Aerane tantum Aere repulſa valent.*] Non intellexit haec Regius, qui aerea vaſa baculis ferreis ſaepius percuſſa explicat. rectius puto capi de cymbalis, quae inter ſe concutiebantur, & quae *concava aera* vocat lib. IV. 30. recte autem addit *adunco tibia cornu*; ut Phrygiam intelligat, cum aliae eſſent rectae. unde Tibul. II. I. 86.

Phrygio tibia curva ſono.

Qua utebantur & in ſacris Deûm Matris. I. Pont. I.

Ante Deûm Matrem cornu tibicen adunco
Cum canit.

Et inde *Berecynthia.* lib. IV. Faſt. 181.

Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu
Flatur, & Idaeae feſta parentis erunt.

Hac etiam in ſacris Bacchi uſos docet Virgilius XI. 737.

Ubi curva choros indixit tibia Bacchi.

Ubi Servius πλαγίαυλον & Latinis *vaſcam Tibiam* dictam ait: de qua vide Bartholinum de Tibiis, lib. I. cap. 6. & Gronov. I. Obſerv. 17. BURM.

534. *Bellicus enſis.*] Magis placet, quod primus Gronovianus pro diverſa lectione exhibebat, *belliger enſis.* Barber. *bellifer.* ſic apud Martialem lib. V. Epigr. 25. *Hermes belligerâ ſuperbus haſta.* pro *fraudes magicae* optimus Cantabrig. *frondes.* argute. ut ad thyrſos alludatur. Pro *terruerit* etiam *terruerint* multi ex melioribus. HEINS. Illud *frondes* blanditur. ut mox 542.

Galeaque tegi non fronde decebat.

538. *Voſne ſenes miſeri.*] Non *mirer*, & Statiani interpretis auctoritate, ac ſyllabae ratione ita poſcente, & codicis mei teſtimonio. CONSTANT. FANENS. Intelligit ſocios Cadmi Regius, qui e Phoenicia cum eo venerunt. ſed hos initio libri a ſerpente interfectos Noſter narravit, ut & omnes ex dentibus ſerpentis natos, praeter quinque, qui, ſi hoc tempore ſuperfuerint, forte quidem *ſenes* dici poſſe video, ſed illos *profugos* nominari poſſe non puto. an incogitantiae Poëtam luxuriantem accuſabimus? videant acutiores & doctiores; an ſuperfuerunt aliqui, non occiſi a ſerpente. ceterum Scholiaſtes Statii legit, *voſne ſenes miſeri.* cum quo faciunt Mediceus, Gronov. & excerpta Calandrae. BURMANNUS.

539. *Hac Tyron ac profugos.*] Sic legendum ex vetuſtiſſimis exemplaribus, cum prior lectio, *Ac Tyro hac profugos*, repugnante ſyllaba claudicet. imitatus eſt autem Virgilii carmen ex primo Aeneid. 68.

Ilium in Italiam portans victoſque penates.

Quin Ovidius Epiſt. VII. 751.

Ilion in Tyriam transfer felicius urbem. NAUGER. *Hac profugos poſuiſtis ſede penates.* eſt enim ſic dictum, ut illud Maronis,

Ilium in Italiam portans, victoſque penates.

CONST. FANENS. *A Tyro hac* habent manuſcript. lib. itaque legendum pro comperto arbitror. Quidquid Fanenſis ſomniet, aliorum ſit judicium. A ſcriptis lib. mihi non placet tranſverſum, ut ajunt, digitum diſcedere. Intelligo autem, cum locus non eſt corruptus, & ſenſus rectè percipi poteſt. De Tyro ſic Q. Curtius lib. IV. *Tyrus ſeptimo menſe, quam oppugnari coepta eſt, capta eſt: Urbs & vetuſtate originis, & crebra Fortunae varietate ad memoriam poſteritatis inſignis, condita eſt ab Agenore, diu mare non vicinum modo, ſed quodcumque claſſes*

ejus

Eſſemus miſeri ſine crimine: ſorsque querenda,
Non celanda foret: lacrimaeque pudore carerent.
At nunc à puero Thebae capientur inermi:
Quem neque bella juvant, nec tela, nec uſus equorum;
Sed madidus myrrhâ crinis, mollesque coronae,
Purpuraque, & pictis intextum veſtibus aurum.
Quem quidem ego actutum (modo vos abſiſtite) cogam
Adſumtumque patrem, commentaque ſacra fateri.
An ſatis Acriſio eſt animi, contemnere vanum
Numen, & Argolicas venienti claudere portas;
Penthea terrebit cum totis advena Thebis?
Ite citi, (famulis hoc imperat) ite, ducemque
Attrahite huc vinctum. juſſis mora ſegnis abeſto.
Hunc Avus, hunc Athamas, hunc cetera turba ſuorum
Corripiunt dictis: fruſtraque inhibere laborant.
Acrior admonitu eſt; irritaturque retenta,

Et

ejus adierunt, ditionis ſuae fecit: Et, ſi famae libet credere, haec gens litteras prima aut docuit aut didicit. De hac etiam Marcellinus lib. XIV. *Poſt hanc acclivis Libano monti Phoenice regio plena gratiarum & venuſtatis, urbibus decorata magnis & pulchris: in quibus amoenitate celebritateque nominum Tyrus excellit, Sidon & Berytus, iiſdem pares Emiſſa & Damaſcus, ſaeculis conditae priſcis.* Et Oroſius lib. III. cap. XVI. loquens de Alexandro: *Tyrum urbem antiquiſſimam & florentiſſimam, fiducia Carthaginienſium cognatorum ſibi obſiſtentem oppreſſit & cepit.* Juſtinus lib. XVIII. *Piſcem Phoenices Sidon vocant: poſt multos deinde annos à Rege Aſcaloniorum expugnati, navibus appulſi, Tyron urbem ante annum Trojanae cladis condiderunt.* Diodorus lib. XVII. ait captam fuiſſe Olympiade CXII. Ciofanus. Multi veterum, *A Tyro hac profugos*, quod Vivianum, Ciofanum, ac Giphanium Indice Lucretiano, in *o non extritum*, approbatores invenit. alii aliter codices. Ego illos ſequor, qui *Hac Tyron, hac profugos* exhibent, quod eam quoque lectionem à Scholiaſte Statii Theb. VII. videam agnoſci. dictum ut illud Virgilii:

Ilium in Italiam transfer victoſque penates.

Silius libro IV.

Lydius huic genitor Tmoli decus, aequore longo
Maeoniam quondam in Latias advexerit oras.

Et libro I. 42.

Intulerit Latio ſpreta me, Troius, inquit,
Exſul Dardaniam, & bis numina victa penates!

Noſter lib. IV. Faſt. 251.

Cum Trojam Aeneas Italos portaret in agros. Heins.

540. *Voſne acrior aetas.*] Supple quod ſupra dictum eſt, *eſtis miſeri.* Const. Fanens.

543. *Qua ſitis ſtirpe.*] *Qua ſimus* Strozzae & Leidenſ. *qua ſitis origine nati* Baſileenſis, quod repetitum ex lib. I. 415.

545. *Pro fontibus ille.*] Secundus Palatinus, *pro fonte ſuo ille lacuque.* quod placebat Heinſio.

547. *Vincite molles.*] *Pellite* ex optimis ſcriptis: nam *vincite* verſu primo praeceſſerat. Heinsius: *Perdite* unus Palatinus. quod melius convenit τῷ *dedit leto.*

548. *Et patrium retinete decus.*] *Revocate* pro diverſa lectione prim. Gronov. & unus Palatinus, ut apud Silium XI. 82.

—— *Revocate in pectora Cannas.* Heins.

548. *Si fata vetabunt.*] Meus codex, *vetabant.* Const. Fanens. Primus Gronovianus pro diverſa lectione, *negabant.* forte, *ſi fata negabunt ſtare diu Thebis.* Heinsius.

550. *Ferrumque igniſque ſonarent.*] Conjecerat Heinſius in ora codicis ſui, *domarent.*

552. *Pudore carerent.*] *Furore* duo libri. malebat Heinſius, *rubore.*

555. *Sed madidi myrrha crines, molleſque coronae.*] In meo vetuſtiore, Joannis Capran. Urſ. Brian. Abb. Farneſ. & Ald. *Sed madidus myrrha crinis, &c.* In uno Caeleſt. Dominic. & aliis quibuſdam. *Sed madidus myrrha crinis, molliſque corona.* Ciof. *Madidus crinis* ſcripti. Heins.

557. *Modo vos abſiſtite.*] Plurimi *aſſiſtite*, quod eſſet, *juvate.* ſed nihil muto. Silius lib. VIII. 394.

Amnibus aut rapidis (modo pugna abſiſtite) tradam. Heins.

558. *Aſſumtumque.*] Mediceus & alii quidam, *aſſutumque.* forte, *adſcitumque.* nam *abſumptumque* erat in Moreti. Heins. Nihil multa. vid. ad lib. XII. V. I.

564. *Suorum.*] Languet hoc aliquantum. in

Et creſcit rabies: remoraminaque ipſa nocebant.
Sic ego torrentem, quâ nil obſtabat eunti,
Lenius, & modico ſtrepitu decurrere vidi.
At, quâcumque trabes obſtructaque ſaxa tenebant,
Spumeus, & fervens, & ab objice ſaevior ibat.
Ecce cruentati redeunt; &, Bacchus ubi eſſet,
Quaerenti domino, Bacchum vidiſſe negarunt.
Hunc, dixere, tamen comitem, famulumque ſacrorum
Cepimus: & tradunt manibus poſt terga ligatis,
Sacra Dei quondam Tyrrhenâ gente ſecutum.

FAB.

Cantabrigienſi erat, *ſequentes.* venuſte ſatis. niſi quis malit *frequentes.*

566. *Acrior admonitu.*] Berneggeri codex, *acrior a monitu:* eleganter. ſic ſtatim 571. *& ab objice ſaevior ibat. a monitu.* poſtquam monuiſſent. ſic ſupra 273. *ſurgit ab his.* & IV. 329. *Nais ab his tacuit.* Livius III. 61. *ferox ab re bene geſta.* vid. inf. vſ. 631. & ad Epiſt. II. 86. & II. Amor. XII. 20. BURM.

566. *Retenta.*] *Retentu* Leidenſis & Junianus.

567. *Moderaminaque ipſa nocebant.*] *Remoramina* Mediceus chartaceus ex optimo codice deſcriptus, prim. Baſil. prim. Regius, aliique nonnulli. atque ita veterrimus S. Marci Florentinus ac priores Hamburgenſis & Erfurtanus pro diverſa lectione. prim. Palat. *remominaque* mendoſe. tres *retinaculaque.* duo *hortaminaque.* unus Baron. *revocaminaque.* non male. vide Notas Epiſt. XIII. vſ. 135. HEINS.

569. *Decurrere.*] *Diſcurrere* excerpta Cantabrigienſia, *concurrere* Thuani unus & Leidenſis. male. proprium de fluviis verbum *decurrere.* vide ad Phaedr. I. fab. I.

570. *Obſtructaque ſaxa jacebant.*] Omnes lib. *ſ. tenebant.* In lib. tamen Capr. antea erat, *ruebant.* poſtea neſcio quid ſit ſubſtitutum. CIOFANUS. *Tenebant* ſcripti poene omnes, & recte. deinde *obſtruſaque ſaxa* malit Gebhardus Crepund. libro I. cap. XVI. e membranis Palatinis, quod & a me repertum eſt in duobus ſcriptis exemplaribus, & a Freinshemio ad Curtium V. I. 30. videtur approbari. tres alii codices, *objectaque ſaxa*, unus Mediceus, *abſtruſaque*, alius, *abſtructaque*, alius item, *obſtractaque.* hoc eſt *obſtrataque.* quo alludit unus Moreti, in quo, *obſtrutaque.* primus Gronovianus, *abruptaque. obſtantia ſaxa.* Quinctilianus dixit ſimili comparatione libro IX. Inſtit. Orat. cap. 4. *Obſtrataque ſaxa*, verbo parum uſitato, ſed convenienti tamen. Apulejus Apologia, *mulierem multo natu majorem miſero puero objicit & obſternit.* Ubi nihil neceſſe contra libros veteres reponi, *ſubſternit*, etſi Suetoniana eo invitant, *pudicitiam ſuam alteri ſubſternere. diſternere* verbum inſolentius habes apud eumdem Apulejum Met. II. *pueris, ut ab arbitrio nocturnae garritionis ablegarentur, humi quam procul diſtratum eſt. ſubſtrati lapilli* Auſonio, *virideſque per ulvas Lubrica ſubſtratis veſtigia libro lapillis.* Sed, nequid temere mutemus in Naſone, habes & apud Curtium *obſtructa ſaxa.* libro IV. cap. 3. *Undique tormentis & arietum pulſu muros quatit, quos Tyrii raptim obſtructis ſaxis refecerunt.* HEINS. Ita apud Ammian. Marc. XIX. 2. *Pars confixi tragulis humum corporibus obſtruebant.* ubi alii *obſternebant* non male:

574. *Hunc, dixere, tamen famulum comitemque ſacrorum, Cepimus.*] Quemadmodum Servius omneſque eruditi animadverterunt, ſub involucro Poëtico frequenter ad ritus antiquos Romanaſque hiſtorias alludere, ita audacter crediderim Ovidium in gratiam Auguſti ſubinde Romanas peregrinaſque hiſtorias ſignare. Hic ergo ſacerdotis Vejentani caſum innuere videtur, de quo in hanc ſententiam legitur: quod cum Albanus lacus plus ſolito intumuiſſet, iſque ſacerdos quaedam in modum vaticinii ceciniſſet, ad colloquium blande a Romano excitus inermis & imbecillis ab armato & praevalenti eodem Romano juvene raptus, in caſtra Romanorum translatus, remedium tanti tumoris Romanis patefacere coactus eſt. quae hiſtoria colligitur inprimis ex T. Livio lib. V. 15. & Valerio Maximo lib. I. VI. §. 3. JACOBUS A CRUCE.

575. *Et tradunt manibus poſt terga ligatis.*] In quibuſdam vet. *poſt terga revinctis.* Utrumque rectè. Aliter infra: *flexis poſt terga lacertis.* & Prudentius:

—— *Manibuſque in terga retortis.*

Horatius lib. III. Oda V.

—— *Vidi ego civium*
Retorta tergo brachia libero.

Livius lib. V. *Denudatum deinde eum, manibus poſt tergum illigatis, reducendum Falerios pueris tradidit.* & lib. III. Triſt.

Pars agitur vinctis poſt tergum capta lacertis,
Reſpiciens fruſtra rura laremque ſuum.

Aliter Virgilius lib. XI.

Vinxe-

Fab. VIII. IX. et X. Argumenta.

Idem Liber Pater in Puerum. Tyrrheni nautae [a] in naves & [b] Delphines. Pentheus Echionis filius [c] dilaceratur.

[d] *Acoetes ſupradictus Liberi comes, cujus ſub imagine Deus latuerat,* [e] *eludens Penthea,* [f] *indicat regi, quia ita* [g] *exigeret, nomen genuſque artis ſuae: & quanta vis adparuerit in Libero, quo tempore petens Naxum in Tyrrhenos* [h] *inciderat: ab his enim* [i] *propter eximiam pulchritudinem* [k] *captus pro praeda,* [l] *impoſitus navigio. qui ut vidit*

Vinxerat & poſt terga manus.
Sic & Livius lib. IV.
Manus poſt tergum vinciri jubent.
Ciofan. *Ligatis* plerique. Opinor autem proxime ſequentem verſum eſſe adulterinum. Heins. Conflatus videtur ex vſ. 696. Ger. Voſſius adſcripſerat Ciofani notis, malle ſe *revinctis*, quia eo modo Maro I. Aeneid.
Paſtores aderant manibus poſt terga revinctis.
Credo reſpexiſſe ad Virgilii lib. II. 57.
Ecce manus juvenem interea poſt terga revinctum
Paſtores magno ad regem clamore trahebant.
Sed *parum* refert an *ligatis*, vel *revinctis* legatur, cum utriuſque verbi exempla ad manum ſint. vid. I. Amor. II. 31. Burmann.

576. *Tyrrhenâ gente.*] Raphaël exponit Tuſca: ego malim Lydia, vel Lyda exponere, ſequitur enim *Patria Maeonia eſt*, id eſt Lydia, quod idem Thuſcia exponit. Tyrrhenorum enim nomen etiam in Aſia fuiſſe puto ἀπὸ τοῦ τυρσῶ, id eſt *denſus a caedibus* ut Dionyſ. Halicar. lib. I. exponit, atque inde ab Homero hymno quinto, unde Ovidius aliqua ex parte hanc accepiſſe fabulam videtur, Τυρσηνοὺς vocatos. Ipſe Dionyſius negat Tyrrhenos a Lydis colonos eſſe, quamquam hoc nihil ad hunc locum attinet. nominum tamen confuſio manſit, quippe de Lycaba poſtea dicet, *qui Tuſca pulſus ab urbe Exilium dira poenam pro caede luebat*, niſi quis hoc de exule in aliena regione etiam merito dictum exiſtimet. Glarean. Alii de Lydia gente intelligere malunt, quoniam ſequitur, *Patria Maeonia eſt*, & infra libro quarto *Maeonii* vocantur nautae, quos hîc Tyrrhenos dicit. Deinde & aliâs Lydi notantur, ut molles & mulieroſi, quales Bacchi comites & miniſtri finguntur. Sed Regium moviſſe videtur, quod Tyrrheni, Italici videlicet, non Lydii, re nautica celebres fuerunt. Deinde quod ipſe Acoetes infra Tyrrhenus ab eodem Poëta appellatur. Et Homerus in hymno, ubi eandem hanc fabulam tractat, ſimpliciter *Tyrrhenos* vocat hos nautas, à quibus Bacchus captus ſit. Quare quod patria Maeonium ſe dicit Acoetes, vel ſimpliciter intelligendum, hoc eſt, ut in Lydia natus, atque inde ad Tyrrhenos profectus accipiatur. Vel eo referendum, quod Tyrrheni à Lydis originem traxere, duce Tyrrheno in Italiam inde profecti, ut Herodotus ſcribit. Quemadmodum & Virgilius Lydium amnem Tibrim dixit, non quia in Lydia eſſet, ſed quod à Lydis oriundi Tyrrheni, ſive Hetruſci, juxta eum habitarent. Micyllus. De Tyrrhenis fabula haec accipienda eſt. Nam & Myrtilus Lesbius, Tyrrhenos peculiariter Delphinos appellatos fuiſſe ſcribit, ob piraticam ſcilicet, & dominium maris. Atque hinc Graecos fabulatos, quod in delphinas verſi fuerint, qui navibus alludant, & his ſocii fiant. Idem *in retractationibus.*

[a] *In naves.*] Ita cum MS. & Veneta. ſed legendum *in aves*, vide adnotata noſtra ad fabulam iſtam. Muncker.

[b] *Delphines.*] *Delphinos* Parm.

[c] *Dilaceratur.*] *Dilaceratus* Parm.

[d] *Acoetes.*] *Bacchus ſub Acoetae* (*qui unus ex ſuis comitibus erat,*) *imagine latens, Penthea regem eludens, ei exigenti, indicat nomen genuſque &c.* Raener.

[e] *Eludens.*] *Ludens* Giſelin.

[f] *Indicat regi, quia.*] Ita C. at in V. *indicat regi nomen genuſque artis ſuae, qua vitam exegerat.* putarim verius, etſi longius recedat à vulg. libris. Gisel. *Quid interrogaſſet indicat regi nomenque & genus.* Colon.

[g] *Exigeret.*] *Exigebat* Giſelin.

[h] *Inciderat.*] Ita cum Giſelino etiam Micyllus. ſed MS. & Veneta, *incideret.* Muncker. *Incideret* Parm. Lugd. *incidit* Raener.

[i] *Propter eximiam.*] *Prae nimia pulchritudine, pro praeda impoſitus navigio* Colon.

[k] *Captum & impoſitum.*] Ita rurſus C. at in V. *captus & impoſitus.* Giselin.

[l] *Impoſitus navigio, qui ut &c.*] Haec eſt lectio MS. Veneta & Raeneriana. *Impoſitus navigio eſt, qui ut &c.* Micyll. *Impoſituſque navigio, ut vidit &c.* Quod prae ceteris arridet. Munk. cum Veneta facit Parmenſ. Lugd. Raener. *Captum pro praeda & impoſitum navigio ut vidit.* Heinſ.

vidit [m] *in aliam se duci regionem; armamenta navis in feras ac serpentes convertit. Quo prodigio* [n] *exterriti Tyrrheni,* [o] *in pelagus se praecipitavere, ac in* [p] *Delphinos* [q] *& aves se mutavere. Post haec iterum custodia clauditur: quae cum* [r] *sponte Deo patuisset, ac vincla* [s] *manibus defluxissent, montem* [t] *Cithaerona* [v] *digreditur, ibique Agaven* [x] *matrem ejus alienatam furore, adjuvantibus sororibus Ino & Autonoë, impellit,* [y] *ut sacra proterentem sua* [z] *interimat manu.*

ADspicit hunc oculis Pentheus, quos ira tremendos
Fecerat: &, quamquam poenae vix tempora differt,
O periture, tuàque aliis documenta datura
Morte, ait, ede tuum nomen, nomenque parentum,
Et patriam; morisque novi cur sacra frequentes.
Ille metu vacuus, Nomen mihi, dixit, Acoetes:

Pa-

[m] *In aliam.*] *Se non in Naxum, uti volebat, sed in aliam duci.* Raener.

[n] *Exterriti.*] *Exterritos Tyrrhenos. i. p. se praecipitasse & Delphinos ac naves narrat esse factos.* Colon.

[o] *In Pelagus.*] *In Pelagum* Parm.

[p] *Delphini & aves facti sunt.*] Ita V. at C. *praecipitasse ac Delphinos & aves esse factos addidit.* Hervag. *praecipitavere ac in Delphinos & aves se mutavere.* Birkm. *praecipitasse, ac Delfinos ac naves narrat esse factos.* Raenerius videns eam salebram consueta sibi arte, eam explevit, scribens. *praecipitavere ac in Delphinos mutati sunt.* Quid hac varietate facere debeam non video. neque enim vero simile ex illis versibus 676.

At Libys obstantes &c.

Luctatium nobis iterum ex veris Delfinis falsas aves creasse: & tamen singulare aliquid latere manifestum est. fortasse scriptum fuit, *Delphines immanes facti sunt.* sed haec conjectura est. GISELINUS.

[q] *Et aves.*] Quis veterum, praeter hunc scriptorem, hoc dixit? nemo, opinor. mirum ni huic commento ansam praebuere illa Nasonis verba:

In spatium resilire manus breve vidit, & illas
Jam non esse manus, jam pinnas posse vocari.

Immemor *pinnas* etiam esse piscibus, alias esse istic pinnas putavit. Glos. Cyril. πτερὸν *pinna, ala,* Philox. *pinna* πτερὺξ, πτερὸν. *Pinnae* ἔπαλξις πτερὰ. sane *pinna* semper, non *penna* est apud Donatum. Vide Servium ad Aeneid. XII. 898. Gloss. Isid. *Pindae pinnae dictae sunt a pendendo, sed usus obtinuit, ut pinnae dicantur.* nugae grammaticorum, ut & istae, quae leguntur in fragmento veteri, quod Barthius publicavit Adversar. lib. XXXVII. 3. *pinae murorum, pinnae avium.* Immo *pinnae* sunt πτερύγια Graecorum, quae tam muris, quam avibus, etiam in ipsorum lingua tribuuntur. Plin. lib. X. cap. 61. *Volucrum animal parit vespertilio tantum, cui & membranaceae pinnae uni.* MUNCKER. Giselinus *pennas* non *pinnas* esse in veteri libro, ut postea docebit, adfirmat.

[r] *Sponte Dei.*] Ita cum MS. Veneta & Micyl. al. *Deo.* Lucan. IX. 574. *Nil facimus non sponte Dei.* hoc est voluntate. Sex. Rufus brev. cap. 20. *sponte propria deductis exercitibus.* MUNCKER. Ego mallem *sponte Deo* ut Colon. intelligo enim Januam, sua sponte apertam, patuisse Deo. ita Petron. cap. XVI. *fera sua sponte delapsa cecidit.* ubi vid. Comment.

[s] *Manibus defluxissent.*] *A manibus def.* Parm. Lugd. Micyll. *navibus defl.* Colon.

[t] *Cithaerona.*] *Cithaeron* Heins.

[v] *Digreditur.*] *Aggreditur* Gisel. Colon. *digressus est* Raener.

[x] *Matrem ejus.*] *Matrem Penthei* Gisel.

[y] *Ut sacra.*] *Ut eum sacra* Raener. *ut ipsum s.* Gisel. *ut sacra protrahentem.* Colon.

[z] *Interimat.*] *Interimerent.* Raener.

577. *Tremendos.*] *Trementes* Berneggerianus pro varia lectione. Virgil. IV. Aeneid. 643.

Maculisque trementes
Interfusa genas.

581. *Et patriam.*] *Patriae* unus Basileensis. ut lib. IV. 697.

Pande requirenti nomen terraeque tuumque.

HEINSIUS.

581. *Morisque novi.*] *Morisque tui* Urbinas.

582. *Acoetes.*] Emendandi sunt illi codices, in quibus *Acestes*; nam *Acoetes* convenientissimum nomen est navis gubernatori, quem continue vigilem esse oportet. Ἀκοίτης insomnis interpretatur, quia κοῖτος somnus dicitur, & apud Graecos Ἀκοίτης vir, & Ἀκοίτις uxor nominatur, quod utrumque vigilem esse conveniat ad sobolem procreandam, vel, ut aliis placet, ad familiare officium recte gerendum. CONST. FANENS. *Acoetes* habet antiquior meus, Io. Dei, & uterque Maffejanus. CIOF. Alii explicant tam pauperem, ut cubili careat. *Acoetem* etiam vocat Hygin. fab. CXXXIII. vid.

Patria, Maeonia eſt: humili de plebe parentes.
Non mihi, quae duri colerent, pater, arva juvenci,
Lanigerosve greges, non ulla armenta reliquit.
Pauper & ipſe fuit: linoque ſolebat & hamo
Decipere, & calamo ſalientes ducere piſces.
Ars illi ſua cenſus erat. cum traderet artem;
Accipe, quas habeo, ſtudii ſucceſſor & heres,
Dixit, opes: moriensque mihi nihil ille reliquit,
Praeter aquas. unum hoc poſſum adpellare paternum.
Mox ego, ne ſcopulis haererem ſemper in isdem,
Addidici regimen, dextrâ moderante, carinae
Flectere: & Oleniae ſidus pluviale capellae,

Tay-

vid. & hanc fabulam apud Servium ad lib. I. Aeneid. 66. ubi ſchedae Fuldenſes auctiores vulgatis conſulantur. & ad lib. IV. 468.

585. *Lanigeroſve greges.*] *Lanigeraſve* unus Bononienſis, ut eſſet ἀρχαισμὸς. ſic Lucret. II. 661. *Buceriaeque greges.* ita apud Calpurnium Eclog. V. 7. Barth. in antiqua editione invenit:

Quas ecce greges a monte reductas
Cernis.

Et V. 24.

Sed non ante greges in paſcua mittito clauſas.

Et apud Virgil. III. Georg. 287. in codice Menagii Heinſius invenit:

Lanigeras agitare greges.

Sic apud Gruter. pag. CCCXXXVIII. 5.

COND. GR. RUSSATAE.

Conditor gregis Ruſſatae a viris doctis exponitur. pro, *non ulla armenta*, in Baſileenſi, *armentaque nulla.* ſed in Gronoviano, *non ille armenta*, quod venuſtius videtur. egregia autem haec deſcriptio pauperis, qui nihil proprii habuit, quo arva coleret. ut contra beatus dicitur, qui *rura paterna bobus exercet ſuis.* Horat. Epod. II. at contra pauperatis indicium erat *conductis bobus* arare, vel *agrum conductum colere.* Juſtin. lib. XI. 7. *Gordius cum in his regionibus conductis bubus araret.* ſed haec alibi. nihil vero miſerius habitum piſcatore, & expreſſit hic Noſter Virgilium lib. XII. 517.

Piſcoſae cui circum flumina Lernae
Ars fuerat pauperque domus, nec nota parentum
Munera; conductaque pater tellure ſerebat.

Et Statius etiam imitatus lib. VII. 720.

Vixerat ille diu pauper, ſcrutator aquarum.

Silius V. 581.

Aſſuetum praedantibus hamis
Exhaurire lacus, patriaeque alimenta ſenectae
Ducere ſuſpenſo per ſtagna jacentia lino.

Etiam olim apud Plautum Rudent. Act. II. Sc. I. Piſcatores ſe ut pauperes & miſeros exhibent, quibus

Hami atque harundines ſunt quaeſtu & cultu.

Et Lucianus Dial. Mort. Diogenis, Antiſthenis & Cratetis: Βίον δὲ ἄπορον ἀπὸ καλάμου καὶ ὁρμίας εἶχον ἐς ὑπερβολὴν πτωχὸς. *vitam difficilem egi, arundine & lino victum quaeritans, ultra modum pauper.* vide & Theocriti Idyll. XXI. ubi paupertate etiam Piſcatores notantur. Burm.

586. *Linoque ſolebat & hamis Decipere, & calamo ſalientes ducere piſces.*] Hunc locum imitatus eſt Seneca in Octav. 410. *Fluctibus tectos graves extrahere piſces rete, vel calamo levi:*

Salientes ducere piſces. Sic Martialis I. Epig. 56.

Et piſcem tremula ſalientem ducere ſeta.

Vide Obſervat. in Halieuticon Ovidii. Ciof. Septem libri, *& hamo.*

589. *Quas habeo.*] *Habea* Sixi codex. forte, *habeas.* Heins.

590. *Morienſque mihi nihil ipſe reliquit.*] Secundus Palat.

Moriens mihi nullas ille reliquit.

Forte:

Dixit opes moriens: nullaſque mihi ille reliquit.

Vel *relinquit.* ut in Lovanienſi. Heins. *Morienſque aliud nil ille reliquit*, Regius.

592. *Scopulis.*] Vide ad Petron. cap. III.

593. *Addidici.*] *Addiſcere* propriè eſt arti, ſcientiaeve, quam quis tenet, aliquid addere: ut hoc loco, & apud Ciceronem libro primo Offic. Ciof. Imo *addiſcere* eſt nova diſcere. unde & pueri proprie *addiſcunt.* Cicer. III. de Orat. 23. & ita *Solon dicebat ſe ſeneſcere multa in dies addiſcentem;* Cicer. de Senect. cap. 8. & 14. ipſe verſus Solonis ibi adductus ab Urſino & aliis id docet:

Γηράσκω δ' ἀεὶ καινὰ διδασκόμενος.

Plura vide ſupra ad lib. II. 639. *Adverti regimen* Thyſii & Argentor. Burm.

597. *Chiae*

Taygetenque, Hyadasque oculis Arctonque notavi,
Ventorumque domos, & portus puppibus aptos.
Forte petens Delon, Diae telluris ad oras
Adplicor, & dextris adducor litora remis:
Doque leves saltus: udaeque innitor arenae.
Nox ubi consumta est; Aurora rubescere primum
Coeperat: exsurgo, laticesque inferre recentes
Admoneo; monstroque viam, quae ducat ad undas.
Ipse, quid aura mihi tumulo promittat ab alto,
Prospicio: comitesque voco, repetoque carinam.
Adsumus en, inquit, sociorum primus Opheltes:
Utque putat, praedam deserto nactus in agro,
Virgineâ puerum ducit per litora formâ.
Ille, mero somnoque gravis, titubare videtur;

Vix-

597. *Chiae telluris ad oras.*] Ad littus Chii insulae. Est enim Chios clarissima Ionum insula, cum ejusdem nominis urbe à Chio Oceani filio cognominata. Vel à nive, quae Χίων Graecè dicitur, vel à Chione nympha. Est etiam urbs Cariae Chios, & Cheronesi, & Euboeae. Sanè sciendum primam syllabam in primitivo corripi, in derivativo vero produci. Regius.. Sunt qui putent legendum, *Ceae* sive *Ciae telluris*, propterea quod infra sequitur, *Dextera Naxos erat.* Nam ex Ceo Delum versus navigantibus, Naxus à dextra jacet. Sed de hoc geographi viderint. Micyllus. Lego, *Diae* ex Abstemii codice: & infra, *Diamque tene*, non autem *Chiam.* est enim Dia insula Baccho sacra, quae antea *Naxos* fuit appellata, teste Apollonii interprete in quartum Argon. cujus meminere Theocritus, Callimachus, Diodorus, & ceteri. Ovidius alibi:

Qua brevis aequoreis Dia feritur aquis.

Et in Octavo hujus operis:

Protinus Aegides rapta Minoide Diam
Vela dabat.

Quin etiam versus ille in hac fabula,

Naxon, ait Liber, cursus advertite vestros;

hoc modo, quem diximus, corrigendum utrumque versum apertissime monet. Stephanus novem civitates, & quatuor insulas *Diae* appellatione fuisse vocatas monumentis mandavit. Const. Fanensis. Non parva difficultas est. neque enim certum est, unde primum Acoetes moverit. sed neque Homerus, neque Ovidius meminit. Quando autem Lydii erant, ex Lydia Delum petentes, Chium venire poterant. ceterum quod postea ait, *Dextera Naxos erat*, de longe posita dextra nimirum intelligitur. si quidem a Chio navigabant. Ideoque quidam non omnino temere dubitant sitne legendum, *Ceae telluris.* sic enim Delum petentibus Naxos erat dextera. At non facile quidquam mutarim. hoc obiter notandum, quam Herodotus lib. viii. *Ceon*, & item Strabo lib. ii. eam a Ptolemaeo *Chiam*, a Latinis *Ceam*, ut Plin. lib. iv. cap. 12. asserit, dici. Tetrapolin quondam dictam a quatuor urbibus, quae postea duae fuere. quae vero inter Chiam & Siphnum, non Chion, ut perperam quidam Ptolemaei codices habent, sed Ion esse insulam Homeri sepulchro nobilem. Glarean. Recte Langermannianus, *Diae.* Naxos enim Baccho sacra. Non dissimili modo infra bis peccatum est. Heinsius. Omnis illa difficultas, quam hic movet Glareanus, facile tolleretur, si Ovidius locum, unde solvisset Acoetes, indicasset. sed si jam a Lydia movit, potuit prius oram Asiae legisse, ut solebant veteres, & inde recta, cum venisset ad oppositam Naxo oram, cursum direxisse, unde brevis erat ad Delon navigatio. nam compendia illa navigationis per medium mare veteres non audebant semper sequi. & ideo non temere ex hodiernis nautarum itineribus, veterum cursus sunt componendi. Burm.

598. *Et ducor dextris ad litora remis.*] Temere quidam ita legunt, & corrigunt omnes libri scripti. *Et dextris adducor litora remis.* Solent enim saepissimè Poëtae praepositionem verbo addere, & nomini detrahere. Hujus rei, praeter alios, plenus est Horatius. Ciofanus. *Adducor.* ita ex omnibus suis MSS. Ciofanus, & probat Gruterus, & plurimi nostri. alii male, *& ducor dextris ad litora remis.* alter Gronovianus non male, *advertor litora remis.* sic inf. 636.

Naxon, ait Liber, cursus advertite vestros.

vs. 649. *Scythicas advertitur oras.* sed nolim temere mutare τὸ *adducor.* Apulej. lib. iii. Met. *Circumductus angulatim forum ejusque tribunal adstituor.* ubi forte legendum, *forum reus atque tribunal adstituor.* lib. v. *confecta vox ejus aures adse-*

tur.

Vixque ſequi. ſpecto cultum, faciemque, gradumque:
Nil ibi, quod poſſet credi mortale, videbam.
Et ſenſi, & dixi ſociis, Quod numen in iſto
Corpore ſit dubito: ſed corpore numen in iſto eſt.
Quisque es, ô faveas, noſtrisque laboribus adſis.
His quoque des veniam. Pro nobis mitte precari
Dictys ait: quo non alius conſcendere ſummas
Ocior antennas, prenſoque rudente relabi.
Hoc Libys, hoc flavus, prorae tutela, Melanthus,
Hoc probat Alcimedon: &, qui requiemque modumque
Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus:
Hoc omnes alii. praedae tam caeca cupido eſt.
Non tamen hanc ſacro violari pondere pinum
Perpetiar, dixi: pars hic mihi maxima juris.

In-

fertur. lib. VI. *Pſyche pedes ejus advoluta.* ſic Giphanius indice Lucretii, in *adhaeret.* Heins.

599. *Udaeque immittor arenae.*] *Innitor* unus Voſſianus. & pro diverſa lectione Zulichemius. vere, ut opinor. Heins. Francof. *Judaeque innitor arenae*; litera ſcilicet *s* ex praecedenti voce *ſaltus* adhaeſerat. illud *innitor* vero non diſplicet. *mitti* etiam & *niti* confundi in MSS. patet ex Epiſt. IV. 37. Burm

601. *Exſurgo.*] *Inſurgo* ex MS. Palat. Gebh. II. Crep. 5. *laticeſque referre* Leidenſis unus. *adferre* Lovan.

602. *Monſtroque viam.*] Sic loquitur M. T. pro Balbo: *Qui erranti comiter monſtrant viam.* Et apud eundem Ennius libro primo Offic.

Homo, qui erranti comiter monſtrat viam,
Quaſi de ſuo lumine accendat, facit.
Nihilominus ipſi ut luceat, cum illi accenderit.

Et apud eundem alius Poëta:

Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam.

Seneca in Medea:

Spes nulla monſtrat rebus afflictis viam.

Plautus in Rudente: *Saltem aliquem velim, qui ex his locis mihi viam aut ſemitam monſtret.* Ciof.

602. *Ducit.*] *Ducat* meliores. Heins.

607. *Virginea forma.*] *Virgineae formae*, unus Mediceus & Argentinenſis. utrumque dicebant veteres. ita *forma praeſtante puellae.* Ep. III. 35. vid. & lib. III. 53. Burm.

608. *Ille mero, ſomnoque gravis.*] Alibi:

Jamque cibo, vinoque graves, ſomnoque jacebant.

Virgilius lib. II. Aeneid.

Invadunt urbem, ſomno vinoque ſepultam.

Infra:

Et corpora victa ſopore Invadunt.

Ennius:

Hunc hoſtes vino domiti, ſomnoque ſepulti.

Livius lib. IV. *Deinde feſto die graves ſomno, etu-*

liſque incolas veteres novi coloni nocturna caede adorti. Ciof.

609. *Cultum.*] *Vultum* quidam. ſed nihil opus: Baccho purpuream ſericamque veſtem tribui docet Salmaſ. ad Tertul. de Pallio pag. 329. vid. lib. II. 425.

611. *Et ſenſi & dixi.*] Barberinus, *ut ſenſi dixi*, forte, *ut ſenſi, ut dixi.* Virgil. *ut vidi, ut perii.* Heins. Vid. ad Epiſt. XII. 33.

614. *Mitte precari.*] In uno meo, *pro nobis ſiſte precari.* Ciofan.

615. *Dictys ait.*] *Proctis* codex S. Marci, fragmentum Theatinorum, & tres alii. pro *Protis* vel *Prothis.* quod nomen etiam exſtat apud Val. Flaccum lib. III. 157.

Hinc Halyn, hinc rigido tranſcurrens demetit enſe
Prothin, & inſignem cithara cantuque fluenti
Dorcea.

Quomodo illic probe Carionis liber. Heins. *Dictys* tamen & Piſcatori illi nomen, qui Perſea arae incluſum ſervavit. Stat. II. Silv. I. 95.

Fluctivagus volucrem comebat Perſea Dictys.

Vid. Scholiaſt. Apollon. Rh. IV. 109. qui filium Periſthenis facit. *Dictys* etiam Centaurus Noſtro XII. 334.

616. *Prenſoque.*] *Preſſoque* fere omnes ſcripti. Heinſius conjecerat, *tenſo*; ego nihil muto. hanc nautarum agilitatem tangit quoque Lucianus in Navigio. p. 932. Παρὰ τὸν ἱστὸν ἐπιπολὺ ἔσημην ἀναβλέποντες, ἀριθμοῦντες τῶν βύρσων τὰς ἐπιβολὰς, καὶ θαυμάζοντες ἀνιόντα τὸν νάυτην διὰ τῶν κάλων, εἶτα ἐπὶ τῆς κεραίας ἄνω ἀσφαλῶς διαβέοντα τῶν κερατίνων ἐπειλημμένον. Burm.

617. *Melanthus.*] *Melampus* plurimi ſcripti. *Melas* eſt Hygino fab. CXXXIV.

619. *Voce dabat remis.*] Qui celeuſma caneret. de quo nos forte pluribus ad Valer. Flacc. I. 471. agemus. ſed multa jam occuparunt viri docti ad Silii lib. VI. 360. Burm.

621. *Pon-*

Inque aditu obſiſto. furit audaciſſimus omni
De numero Lycabus: qui Thuſcâ pulſus ab urbe
Exſilium, dirâ poenam pro caede, luebat.
Is mihi, dum reſto, juvenili guttura pugno
Rupit: & excuſſum miſiſſet in aequora; ſi non
Haeſiſſem, quamvis amens, in fune retentus.
Impia turba probant factum. tum denique Bacchus,
(Bacchus enim fuerat) veluti clamore ſolutus
Sit ſopor, aque mero redeant in pectora ſenſus,
Quid facitis? quis clamor, ait? quâ, dicite, nautae,
Huc ope perveni? quo me deferre paratis?
Pone metum, Proreus, & quos contingere portus
Ede velis, dixit. terrâ ſiſtêre petitâ.
Naxon, ait Liber, curſus advertite veſtros.
Illa mihi domus eſt; vobis erit hoſpita tellus.
Per mare fallaces, perque omnia numina jurant
Sic fore: meque jubent pictae dare vela carinae.
Dextera Naxos erat. dextrâ mihi lintea danti,

Quid

621. *Pondere pinum.*] *Corpore* Leidenſis unus & quatuor alii; ut ita *coeleſtia corpora* Epiſt. XVII. 119. ſed ſenſus hujus verſus intricatior. Regius hypallagen ſtatuit. pro non patiar pondus ſacrum, ſive numen, in hac navi violari. forte poſſet legi:

Non tamen in ſacro violari pondere pinum
Perpetiar.

Ut ſaepe Noſter illa praepoſitione *in* utitur. ut lib. II. 362.

Noſtrum laniatur in arbore corpus.

Senſus eſt, non patiar navem hanc violari, dum violatur ſacrum hoc pondus, ſive numen. BURM.

625. *Exilium.*] *Exilii* Voſſianus, Mediceus & ſex alii. male lib. III. 4.

Et poenam, ſi non invenerit, addit
Exilium.

Vid. ad lib. II. 529. HEINSIUS. *Exilio* Viviani codices.

626. *Dum reſto.*] Legendum puto, *perſto: obſiſto* enim, quod idem ac *reſto* ſignificat, jam praeceſſit. ſic lib. VI. *Perſtat in incepto.* & *Perſtat Echionides* &c. SCHEPPERUS apud Fabr. lib. II. Ep. 71.

627. *Rupit.*] *Fregit* Sixi & unus Leidenſis. Heinſius maluerat, *raptat. rumpit* Mediceus. inf. V. 36.

Teloque ferox inimica remiſſo
Pectora rupiſſet.

XII. 117.

Subjecta que pectora rupit.

XIV. 464.

Vituli qui guttura cultro
Rumpit.

Et paſſim alibi. BURMANN.

629. *Probat.*] *Probant* Baſileenſis. vide ſupr. vſ. 529.

631. *Atque mero.*] Lege, *aque mero*: id eſt poſt digeſtum merum. nam ſupra dixerat, *ille mero ſomnoque gravis.* CONST. FANENSIS. Plerique libri pro *aque* legunt *atque*, ſed Raphaëli placuit *aque* legi, quod probo. GLAREANUS. Gruterus emendabat, *eque mero redeant in priſtina ſenſus.* DAN. HEINSIUS. *Pectora* meliores plerique. ut Virgil. II. Aeneid. 367.

Quondam etiam victis redit in praecordia virtus.

Nonnulli etiam, *aque mero.* recte. nec male unus Baſileenſis & duo alii. *eque mero.* HEINS. Vid. ſup. vſ. 566. & ad Ep. X. 9. illud *Aque* & *Atque* ſaepe confuſa vidimus ad Epiſt. XVI. 156. & XXI. 180.

633. *Perveni.*] *Deveni* unus Heinſii, eleganter: proprie enim de illis qui in mala incidunt. Suet. Caeſ. 37. *devenire in poteſtatem.* & ita ſaepe Cicero & alii. BURMANNUS.

640. *Dextera Naxos erat.*] In nonnullis fortaſſe rectius, *Dextra Naxos erat.* NAUGERIUS. Vivianus quoque utramque lectionem agnoſcit. inſulſe. inf. VIII. 222. *Dextra Lebynthos erat.* HEINSIUS.

641. *Inquit Opheltes.*] Ita eſt in antiquis. CIOF. *Inquit Acete* prim. Vatic. prim. & tert. Med. & multi praeterea. quidam *Aceſte* vel *Acetes.* prim. Palat. *Acetae.* Lege, *Acaeta.* pro *timet* unus Moreti & Sixi codex, *tenet.* Scribendum:

—— *Quis te furor, inquit, Acaeta,*

Pro

Quid facis, ô demens? quis te furor, inquit, Acoete,
Pro ſe quisque, tenet? laevam pete. maxima nutu
Pars mihi ſignificat; pars, quid velit, aure ſuſurrat.
Obſtupui: Capiatque alius moderamina, dixi:
Meque miniſterio ſcelerisque artisque removi.
Increpor à cunctis; totumque immurmurat agmen.
E quibus Aethalion, Te ſcilicet omnis in uno
Noſtra ſalus poſita eſt? ait. & ſubit ipſe: meumque
Explet opus: Naxoque petit diverſa relictà.
Tum Deus illudens, tamquam modo denique fraudem
Senſerit, è puppi pontum proſpectat aduncâ.
Et flenti ſimilis, Non haec mihi litora, nautae,
Promiſiſtis, ait: non haec mihi terra rogata eſt.
Quo merui poenam facto? quae gloria veſtra eſt;
Si puerum juvenes, ſi multi fallitis unum?
Jamdudum flebam. lacrimas manus impia noſtras
Ridet: & impellit properantibus aequora remis.
Per tibi nunc ipſum (nec enim praeſentior illo

Eſt

Pro ſe quiſque, tenet?
Pro ſe quiſque ut apud Maronem Aeneidos XII. 552.
Pro ſe quiſque viri ſumma nituntur opum vi.
Apud Silium lib. XI.
Pro ſe quiſque alacres rapite hoc decus.
Tenet furor, ut ſupra, *tantus tenet error amantem.* deinde diſtingue, *laevam pete.* (nempe, inquit quiſque pro ſe.)

—— *Maxima nutu*
Pars mihi ſignificat, pars quid velit aure ſuſurrat.
Maxima pars nutu mihi ſignificat, quid velit: pars, quid velit, ſuſurrat aure. in Boſchiano, quo uſus Gruterus, poſt *Acoete*, additur:
Sic agit, aut dextram tendes attingere partem.
Pro *quid velit* unus meus, *quam:* optime, ſcilicet *partem.* Heinsius. Sed illud *pro ſe* adhuc redundare nemo non videt. Adde, quod haec verba ad unum potius, quam ad omnes referri debere adſtruant ſequentia, ubi & reliquis partes ſuas attribuit Poëta. Quare ſecutus antiquae lectionis filum legendum ſuſpicabar:
Quis te furor, inquit Opheltes,
Perſequiturve timor.
Senſu non inepto. conjecturas tamen ſcribimus, non oracula. Schepperus apud Tan. Faber. lib. II. Ep. 71. intempeſtiva corrigendi libido; cum *pro ſe quiſque* ex formula quaſi ſit dictum; qualia corrigere anceps & temerarium.

642. *Nutu.*] Unus Leidenſis, *limo.* quod non eſt a librario profectum. ut ſubintelligatur *oculo.* ita infr. VI. 34. *Aſpicit hanc torvis.* ſic & *limis* Terent. Eun. III. v. 53. vid. Salmaſ. ad Tertul. Pall. pag. 347. & III. Art. 675. Burmannus.

644. *Capiatque.*] *Capiaſque aliquis* Lovanienſis.

647. *Ethalion.*] *Aethalion* vetuſtiores. Heins. *Ethalides* Hygino.

651. *E puppi pontum proſpectat &c.*] Nihil ineptius quam *pontum* appellare, *terram & litora.* Fons totius erroris in unius literulae mutatione poſitus eſt: Rem multis deducerem, niſi illam ex noſtra lectione tam claram fore putarem, ut nulla hic explanatione ſit opus. recordare modo vſ. 640. *Dextera Naxos erat.* & quod ejus *terras*, *litora*, ac *portus* jam intuerentur, quando perfidi nautae curſum alio avertunt, & altum petunt, quod ut Bacchus videt, cum ipſis expoſtulat:
Tum Deus illudens, tanquam modo denique fraudem
Senſerat, e terra portum proſpectat aduncа, &c.
Vides quid poſſit parvi elementi mutatio. Facit pro nobis interrogatio ſequens, quaeque non ſine gratia quadam hic continuatur. Schepper. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. operarum vitio credo editum *è terra*, pro *è puppi.* nam aliter inepta eſſet emendatio, quae enim *terra aduncа?* & ſi jam illa eſſet recipienda, per portum & litora, non Naxi, ſed diverſae inſulae, quam intuebatur, intelligenda, ut ſequentia, *non haec mihi litora &c.* indicant. ſed retinenda vulgata, & illudentem Deum, dum mare proſpicit, dixiſſe fingendum eſt; non haec mihi litora promiſiſtis, quae non ſunt litora, ſed mare: non haec terra, quae non eſt terra, ſed aqua, mihi rogata eſt. alias *portus* & *pontus* facile confunduntur. vide ad Epiſt. XIX. 123. Burm.

Eſt Deus) adjuro, tam me tibi vera referre,
Quam veri majora fide. ſtetit aequore puppis
Haud aliter, quam ſi ſiccum navale teneret.
Illi admirantes remorum in verbere perſtant:
Velaque deducunt; geminâque ope currere tentant.
Impediunt hederae remos, nexuque recurvo
Serpunt; & gravidis diſtringunt vela corymbis.
Ipſe, racemiferis frontem circumdatus uvis,
Pampineis agitat velatam frondibus haſtam.
Quem circa tigres, ſimulacraque inania lyncum,
Pictarumque jacent fera corpora pantherarum.
Exſiluere viri; ſive hoc inſania fecit,

Sive

660. *Veri majora fide.*] *Vera* olim volebat Heinſius. vid. ad Epiſt. XVI. 60.

662. *Perſtant.*] *Reſtant* Gebh. ex MS. Palat. lib. II. Crepund. II.

663. *Velaque deducunt.*] Regius, *deducunt*, diſſolvunt, exponit: nimis frigidè, & otioſè. Tu vero explana: tollunt, extendunt, &, ut loquitur Plautus in Milite glorioſo, *explicant*. Infra VI. 233.

Carbaſa deducit, ne qua levis effluat aura.
Lucanus lib. I.

Strictaque pendentes deducunt carbaſa nautae.
Hujus antitheton eſt *Contrahere vela*. Cicero ad Att. *Quid quaeris ex me, quid acciderit de judicio*, multis interpoſitis verbis, *contraxi vela*. Alibi hic Noſter:

Propoſitique precor contrahe vela tui.
Horat. lib. II. Odar.

Sapienter idem
Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

Alibi alter:

Aura levis rigido pendentia malo Suſcitat. CIOF. Imo Regius rectè exponit; ligata enim ad antennas erant vela, inde ſolvunt & deducunt nautae. Val. Flacc. II. 403.

Jamne placet primo deducere vela ſereno.
Hoc *pandere* idem vocat II. 580. & VII. 474. ſcilicet numquam mare ingreſſus forte fuit bonus Ciofanus, & ex minoribus & fluviatilibus naviculis vela tolli didicit. ſed *deducere* eſt ex alto in inferiora trahere. BURMANNUS.

663. *Geminaque ope currere tentant.*] Mediceus unus & Mediolanenſis, *certant*. quae eadem varietas lib. I. 684. Virgilius IX. 519.

Sed pellere vallo
Miſſilibus certant.

Et ibi quidam codices, *tentant*. ſic apud Martial. lib. XI. Epig. I.

Numquid Parthenium videre tentas.

Codex unus Voſſianus & quidam Scriverii, *certas*, duo itidem Voſſiani, *certe*. ſed legendum, *certas*, vel *certes*: nam odioſe *tentas*, poſt ſimile verbum *tendis* primo verſu, legitur. ceterum imitatus hunc Ovidii locum Hildebertus, cujus carmen de exilio ſuo edidit Homey in Supplement. Patrum pag. 453.

Duplici cymba juvatur ope. BURM.

665. *Diſtinguunt vela corymbis.*] *Diſtringunt* prior Regius & multi alii. lib. IV. 562.

Aequora diſtringunt ſumtis Iſmenides alis.
Utroque loco *deſtringunt* legendum. Proximo verſu, pro *racemiferis uvis*, Scholiaſtes Statii Theb. IV. 656. *circumdatus umbris.* Statius V. Theb. 269.

Non ille quidem turgentia ſertis
Tempora, nec flava crinem deſtrinxerat uva.

Ita praeſtantiores ſcripti, non *diſtinxerat. conſtringunt* hic unus Moreti. *ſtringuntur* Junii. vid. ad III. Pont. III. 52. HEINS. Illud vero *umbris* admodum blanditur. ita Virgil. VI. 772.

Atque umbrata gerunt civili tempora quercu.
Et Val. Flacc. IV. 137.

Umbrataque vidit
Tempora Parrhaſio patris de more galero.
Ita apud Statium lib. VIII. 572.

Sic Hircana leo Caſpius umbra
Nudus adhuc, nulloque jubae flaventis honore
Terribilis.

Ubi rectè Barthius *umbram* de Leonis juba explicat. ita enim & Martialis lib. VIII. 55. fere in eundem morem:

O quantum per colla decus, quem ſparſit honorem,
Aurea lunatae cum ſtetit umbra jubae.

Ita enim Thuani codex & alius, quem vidit Heinſius, & Voſſiani quinque. nam quod vulgo *unda* legatur, huic loco minus conveniens, quia *ſtetit* comis undantibus non tam bene congruit. ſicut contra *undam* apud Valer. Flaccum III. 525. pro *umbra* vindicabimus contra Gronov. lib. IV. Obſ. 18. ubi multa egregia hanc in rem habet. idem de barba lib. IV. 336.

Dum roſeis venit umbra genis.
Ubi vide eumdem Barthium, & ad III. Silv. IV. 79. Claudian. Conſ. Olyb. 69.

An-

Sive timor: primusque Medon nigrescere pinnis
Corpore depresso, & spinae curvamina flecti
Incipit. huic Lycabas, In quae miracula, dixit,
Verteris? & lati rictus, & panda loquenti
Naris erat, squammamque cutis durata trahebat.
At Libys, obstantes dum vult obvertere remos,
In spatium resilire manus breve vidit; & illas
Jam non esse manus; jam pinnas posse vocari.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit; truncoque repandus in undas
Corpore desiluit. falcata novissima cauda est,
Qualia dividuae sinuantur cornua Lunae.

Un-

Ante genas dulces quam flos juvenilis inumbret. Ut & Euripides Phoen. 63.

Ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἐμῶν σκιάζεται.

Vide plura ad Sil. Ital. I. 404. BURM.

668. *Simulacraque inania.*] *Simulacra immania* Gronov. & Arg. quod ex MSS. probat Bersman. & Giphanius. Heinsius malebat, *simulacraque inania, Lynces*, per appositionem.

671. *Nigrescere pinnis.*] Ita Menagianus. ceteri omnes, quos inspexi, *nigrescere coepit.* male. quia *Incipit* mox sequitur. HEINS.

672. *Corporeque: & presso spinae curvamine flecti Incipit.*] Duo Vatic. alter Maffei, Ursini & Brian. *Corpore depresso &c.* In meo vetustiore & uno Caelest. antea legebatur, *Corporeque presso.* Sed frustra. forte immutatum est. *Que* saepissimè producitur. CIOFANUS. *Corpore & presso* Florentinus Sancti Marci. *Corpore & presso* primus Mediceus aliique duo. *Corpore & expresso* Urbinas. *Corpore sed presso* prim. Palat. prim. Vatic. prim. Moreti, aliique multi. nec pauciores, *depresso.* cum Neapolitano. sec. Medic. *deprenso.* duo, *Corpore & impresso.* Gifanius ex veteri codice ad Lucretium, *Corporeque presso.* quod & Vossius Art. Gramm. lib. II. cap. 15. est amplexus. Haeret mendum. Scribe:

Corpore depresso, & spinae curvamina flecti Incipit.

Certe unus Mediceus, *curvamina.* Posset etiam legi,

—— *Medon increscere pinnas*
Corpore depresso, & spinae curvamina flecti Incipit.

Ut lib. IV. 477. de Cadmo in anguem verso:

Durataeque cuti squamas increscere sentit.

Lib. VIII. 610. *increvit mutatis insula membris.* lib. XIV. 565. *saxumque increscere ligno.* similem Graecismum habes supra lib. II. 820. *partes quascumque sedendo Flectimur.* Deinde lege, *at lati rictus*, non *&*: vel, *at patuli rictus.* malo etiam *Naris erant.* citat Priscianus lib. VI. & XII. p. 1272. HEINSIUS. Praeterea in Gronoviano erat pro *panda, ligna*, vel *sina.* forte pro *sima.* vid. infr. ad lib. XIV. 95. & III. Fast. 754. in Epigrammate Sulpicii Luperci in Catal. Pithoei pag. 28.

Simataeque jacent pando sinuamine nares.

Simatae nares a *simare*, quod Nonius deprimere explicat, & hunc de Delphino Lucilii versum ex lib. VII. adducit:

Simavit taxim ad naves, Delphinus ut olim.

BURMANNUS.

675. *Squammamque.*] Culpat in Ovidio Scaliger ad Manil. lib. IV. 412. quod *squammam* dederit Delphino.

679. *Intortos.*] *Intentos* Lovanienses.

682. *Qualia dimidiae sinuantur cornua Lunae.*] Ita scripti constanter nostri. Sed Latine & concinne parum: est enim haud dubie scribendum, *dividuae Lunae.* quomodo eruditissimus noster Gronovius conjiciebat. quod ab excerptis Matthaei Herculani Vaticanis confirmatur. Apulejus de Deo Socratis: *Luna Solis aemula, noctis decus, seu corniculata, seu dividua, seu protumida, seu plena sit.* Plinius libro II. cap. 18. de eadem, *in quadrato Solis dividua est.* Servius ad vs. 255. libri II. Aeneidos: *amica silentia lunae: cujus simulacrum apud Argos relata victoria constitutum est, ab imagine ejus, quae tunc erat dividuo orbis modo.* ita castigamus ex vestigiis veterum librorum. *junctae cornua lunae dividuis cornibus* opponuntur. de quibus dicetur a nobis inferius libro VII. vs. 531. *dimidiam Lunam* non recte efferri operose disputat ex sententia M. Varronis & aliorum Agellius Noctium Atticarum libro III. cap. 14. *dividuae comae* apud Nostrum in Amoribus I. 5. *dividua Tiberis aqua* eidem in Fastis & Rutilio in Itinerario. *unda dividua* Prisciano in Periegesi. *sinuari* etiam *lunae cornua* eleganter hoc loco dicta, hoc est curvari. sic & Plinio libro II. cap. 10. *Crescens semper & senescens, & modo curvata in cornua, modo aequa portione divisa, modo sinuata in orbem, maculosa, eademque praenitens, immensa orbe pleno, ac repente nulla.* perperam ibi corrigunt, *sinuata, in orbe maculosa.* HEINS. Vide ad lib. I. Amor. V. 10. & II. X. 10. & II. Art. 488.

Undique dant ſaltus: multâque adſpergine rorant:
Emerguntque iterum: redeuntque ſub aequora rurſus:
Inque chori ludunt ſpeciem: laſcivaque jactant
Corpora; & acceptum patulis mare naribus efflant.
De modo viginti (tot enim ratis illa ferebat)
Reſtabam ſolus. pavidum, gelidumque trementi
Corpore, vixque meum firmat Deus, Excute, dicens,
Corde metum, Diamque tene. delatus in illam,
Accenſis aris, Baccheïa ſacra frequento.
Praebuimus longis Pentheus ambagibus aures,

In-

683. *Undique dant ſaltus.*] Sic paullo ſupra: *Doque leves ſaltus.* CIOFAN.

686. *Acceptum mare.*] Id eſt, aquam ex mare acceptam: Continens pro contento. IDEM. Haec fabula apud Hyginum narratur fab. CXXXIV. & Servium ad Virg. I. Aeneid. 71. Lucianus vero in Marinorum Dialogis, Neptuni & Delphinum, dicit praelio navali a Baccho ſuperatos, ita mutatos. &, de Saltatione, Indos quoque, Tyrrhenos & Lydos eum ſubegiſſe, dicit.

689. *Vixque meum firmat Deus.*] Cum difficultate inquit meum corpus confirmat Bacchus, ut tremere ceſſaret. REGIUS. Ordo eſt: Deus firmat me, vix meum, id eſt ita attonitum, ut a me ipſo eſſem alienus. vulgo dicitur exiiſſe a ſe ipſo, qui, ut Graeci dicunt, ἐν ἐκςάσει ἐςὶ. id eſt *in ecſtaſi eſt.* CONST. FANENS. At alii, pro *meum*, *Animum*, legunt, quae lectio planior eſt, ac verior videtur. MICYLLUS. Variant hoc loco libri praelo ſubjecti, variant item ſcripti. In uno Maffei, & Briantii, *Vixque meum &c.* In altero priore illo modo emendatum eſt. In uno meo apertè legitur, *Corque meum firmat Deus, &c.* Ad cujus marginem aliena manu appoſita eſt gloſſa, *Vixque motum.* Quo modo eſt in meo vetuſtiore, Io. Dei, Ernaldi, duobus Vatic. & uno Caeleſt. In altero ejuſdem Coenobii, *Vixque metum firmans Deus, excute dixit.* Doctiſſimus vir, acerrimoque judicio, & ingenio praeditus M. A. Muretus legendum putabat, *Corde metum firmat Deus, &c.* Ego ſollerti & ingenioſo Lectori judicandum relinquo. Interim poſtulo mihi judicium ampliari. CIOF. Plerique veteres, *vixque metum.* quod ferri non poteſt, quia mox ſequitur, *Excute dicens Corde metum.* vetuſtiores tamen, *vixque meum.* At vere optimus Berneggerianus, unus Mediceus, & unus Moreti:

Reſtabam ſolus. pavidum, gelidumque trementi
Corpore, vixque meum firmat Deus.

Quomodo jam ante ex conjectura in prima editione curaveram reponi. ſic paſſim apud Comicos; *vix ſum meus.* apud Priſcianum lib. XVII. ter quaterve ex Euripide profertur: Ἐγὼ δ' ἐμὸς εἰμὶ. apud Perſium, *vindicta poſtquam meus a praetore receſſi.* ſed *meus* ibi pro libero ponitur, quomodo & Scaliger illa Planti Menaech. corrigebat, *id ſi attulerit, dicam ut a me liber abeat quo volet. ne tum, quando tuus factus ſit, argentum a me petat.* lib. VIII. 35.

Vix ſua, vix ſanae virgo Niſeïa compos
Mentis erat.

lib. XI. 724. de Alcyone corpus mariti mortui aſpiciente:

—— *Quod quo magis illa tuetur,*
Hoc minus & minus eſt amens ſua.

Ita enim ſcribendum ſuo loco monebimus. non *jam mens ſua.* apud Stat. II. Sylv. II. 71.

—— *Animum virtute quieta*
Compoſitus, ſemperque tuus.

Et Silv. VI. 52.

—— *Tecum triſtiſque hilariſque, nec unquam*
Ille ſuus, vultumque tuo ſumebat ab ore.

Theb. IV. 836.

Sed tuus & nulli ruis expugnabilis aſtro. HEINS.

689. *Firmat Deus.*] Bacchus. CIOFANUS.

689. *Excute dicens.*] Sunt, qui hoc loco Acoetem intelligant, quem alloquitur Bacchus. Aliqui Opheltem. Probabilior ſuperior videtur opinio. IDEM.

690. *Chiam.*] Inſulam ſubaudiamus. Eſt enim adjectivum. REGIUS. At melius, qui *Diam* legunt, nam Naxos, ad quam ſupra quoque juſſerat ſe devehi Bacchus, alio nomine *Dia* vocatur, ut Plinius libro quarto capite duodecimo indicat. & Servius item in III. Aeneid. MICYLLUS. Raphaël, *Chiamque tene* legit. at alii, *Diamque* legunt. ceterum Plinius lib. IV. cap. 12. ait Naxon olim etiam *Diam* dictam. Idem Servius in III. Aeneid. aſſerit. Ptolemeus autem *Diam* prope Cretam ponit a latere Septentrionali, aliam a Naxo, ad quam Theſeus veniſſe videtur, poſtquam occiſo in Labyrintho Minotauro, cum Ariadne e Creta aufugiſſet, ut in octavo poſtea:

Protinus Aegides rapta Minoïde Diam
Vela dedit.

Meminit & ejus inſulae, ut videtur, Homerus Odiſſea Λ. vſ. 324.

Δίῃ ἐν ἀμφιρύτῃ, Διονύσου μαρτυρήσιν. GLAREAN.

Diam-

Inquit: ut ira morâ vires abſumere poſſet.
Praecipitem famuli rapite hunc: cruciataque diris
Corpora tormentis Stygiae demittite nocti.
Protinus abſtractus ſolidis Tyrrhenus Acoetes
Clauditur in tectis: & dum crudelia juſſae
Inſtrumenta necis, ferrumque ignisque parantur;
Sponte ſuâ patuiſſe fores, lapſasque lacertis
Sponte ſuâ, fama eſt, nullo ſolvente, catenas.
Perſtat Echionides: nec jam jubet ire, ſed ipſe
Vadit, ubi, electus facienda ad ſacra, Cithaeron

Can-

Diamque tene ex Mediceo uno & Herculani excerptis eſt reponendum, pro *Chiamque*, quod jam alii viderunt. Heinsius. Vid. I. Art. 528.

691. *Acceſſi ſacris Baccheaque ſacra frequento.*] Duo veteres, *Accedo.* ſed ne bis idem dicat, lego cum primo Palat. Cantabrig. & quinque aliis,

Accenſis aris Baccheïa ſacra frequento.

Niſi mavis, *Accenſuſque Deo Baccheïa ſacra frequento.* quod impenſe placeret, niſi longius abiret à ſcripta lectione. ſic Hippolytus lib. XIV. 546. ex antiquis libris,

Numine ſub dominae lateo, atque accenſeor illi.

quomodo illic ex antiquis libris caſtigavi. poſſet etiam, *Adſcituſque ſacris Baccheïa feſta frequento*, reſcribi. de quo verbo vide Notas Met. XV. 625. ſed alterum magis arridet. nam τὸ *deo* facile abſorberi potuit à voce *que*, quae proxime praecedit. Certe nec vulgata lectio poteſt ferri, & *Accenſae* illae *arae* valde frigent. Heinsius. Putabam primo legendum, *Exceſſi patriis*, quia libr. VI. 649. Poëta de patrii moris ſacro mentionem facit. ſed poſt ingenioſam Cl. Heinſii reſtitutionem, cannas noſtras tanti viri citharae ſubmittimus. Scheppe-rus apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. *acceſſi terris Baccheaque feſta frequento* MSS. Berſmanni.

692. *Longis ambagibus.*] Sic Horatius in Epiſt.

—— *Ne te longis ambagibus, ultra*
Quam ſatis eſt, morer.

Virgilius libro primo:

—— *Longa eſt injuria, longae*
Ambages: ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.

Lucretius lib. VI.

Et nimium longis ambagibus eſt adeundum.

Et hic Noſter:

—— *Non longis opus eſt ambagibus, inquit.*

Utitur & hoc verbo Plautus in Cistell. & in Pſeudolo: Terentius in Heautontimor. Act. II. Scena II. Alibi *Circuitionem* dixit. M. Tullius item *Circuitionem & anfractum. Ambages* autem verbum Poëticum eſſe arbitror: Licet eo utantur Livius, & Tacitus: ſed, hiſtoriam eſſe carmen ſolutum, conſtat. Ciofanus.

693. *Ut ira morâ vires abſumere poſſet.*] Contra Palatinus, *ut ira mora vires aſſumere poſſet.* Quod magis cum ſequentibus faciat. Dan. Heinsius.

694. *Praecipitem famuli rapite hunc.*] *Rapite hinc*, ſcribendum olim videbatur. quod ſupra dixerat, *Attrahite huc vinctum.* ſed vetuſti codices pro vulgato ſtant. Plautus Mil. v. I. I.

Rapite hunc ſublimem.

Et,

Arripiam hunc obtorto collo.

Propertius lib. II. Eleg. XXIX.

Arripite hunc, dixit.

Prudentius Hymno Hippolyti,

Hos rape praecipites & vinctos conjice in ignem.

Et Paſſione Eulaliae,

Praetor ait, Rape praecipitem,
Lictor, & obrue ſuppliciis.

Et Paſſione Romani,

Praeceps jubetur inde Romanus rapi. Heins.

694. *Cruciataque duris Corpora tormentis Stygiae demittite morti.*] *Diris tormentis*, & *Stygiae nocti* praeſtantiores. ita lib. IV. 499. *diros ictus.* quod recte defendit Ciofanus. IX. 179. *diri cruciatus.* & *dira poena* apud Val. Fl. IV. 486. legendum *Nocti*, ut Silius Italicus lib. VI. 33. de Bruttio milite, qui ex inflictis vulneribus deliquium animi paſſus fuerat:

Verum ubi lux nocte è Stygia miſeroque ſopore
Reddita.

Et idem lib. V. 241.

Niſi quem Deus ima colentem Damnaſſet Stygiae nocti.

Ita ſupr. 272. *Stygias penetravit in umbras.* ut MS. & lib. I. 139. *Stygiis admoverat umbris.* & *Tartariae umbrae.* V. 676. *Stygiam* tamen *necem* dixit in Ibin. 634. Heins.

698. *Ferrumque igneſque parantur.*] *Igniſque* idem. ſupra 550.

—— *Ferrumque igniſque ſonarent.* Heins.

Ex quo loco librarius codicis Thuanei & hic *ſonarent* repetivit:

702. *Electus facienda ad ſacra Cithaeron.*] *Cithaeron* eſt mons Boeotiae, ubi Liberi patris ſacra celebrantes matres Pentheum diſcerpſerunt. Haec Lutatius. Ciof. *Ubi feſtus* plerique veteres. *natus* Bernegger. & duo alii. ut lib. II. 223. *natuſque ad ſacra Cithaeron.* duo Erfurtani, *flexus.* Heins. *Ubi laetus* Gronov.

704. *Ut*

Cantibus & clarâ bacchantum voce ſonabat.
Ut fremit acer equus, cum bellicus aere canoro
Signa dedit tubicen, pugnaeque adſumit amorem:
Penthea ſic ictus longis ululatibus aether
Movit: & audito clangore recanduit ira.
Monte fere medio eſt, cingentibus ultima ſilvis,
Purus ab arboribus, ſpectabilis undique campus.
Hic oculis illum cernentem ſacra profanis
Prima videt, prima eſt inſano concita motu,
Prima ſuum miſſo violavit Penthea thyrſo
Mater: Iö, geminae, clamavit, adeſte ſorores.
Ille aper, in noſtris errat qui maximus agris,
Ille mihi feriendus aper. ruit omnis in unum
Turba furens. cunctae coëunt, cunctaeque ſequuntur

Jam

704. *Ut fremit acer equus.*] Comparationem huic ſimilem habet Val. Flacc. II. 385. loco admodum corrupto.

704. *Cum bellicus aere canoro Signa dedit tubicen.*] Cicero Act. II. in Verr. *Signum, quod erat notum vicinitati, buccina datur.* Caeſar lib. III. De bello Civil. *Tuba ſignum dedit.* Curtius lib. III. *Signum è tabernaculo regis buccina dabatur.* CIOF.

707. *Audito clamore.*] *Clangore* prim. Palat. & Bernegger. HEINSIUS.

711. *Concita curſu.*] *Motu* ſec. Vatic. & quinque alii. lib. VI. 157.

—— *Venturi praeſcia Manto,*
Per medias fuerat divino concita motu
Vaticinata vias. HEINSIUS.

712. *Prima ſuum miſſo violavit Penthea thyrſo Mater.*] Pentheus ſibi ipſi & ſuis luctum ſignificat. De furore autem Penthei à matre & ſororibus diſcerpti Euripides in Bacchis, & Aeſchylus in Pentheo. CIOFANUS.

713. *Mater, & ô geminae.*] *Iô geminae* multi praeſtantiorum. nonnulli, *& iô. io* Bacchanti convenientius eſt quam *o.* ita Statius IV. 677.

Illum, illum tendite campum
Tendite, io comites.

Lib. X. 844.

Fulmen io, fulmen.

Et XI. 391.

Mater iö patria.

Ut recte Gronovius apud Virgilium VII. 400. Amata Bacchi furiis agitata,

Clamat, iö Matres, audite ubi quaeque Latinae.

Ubi & MSS. variant. Silius IV. 781.

Clamat, iö conjux. Inf. 728. & IV. 513.

Unus Mediceus *& Ogeone.* Forte *& Ogygiae.* hoc eſt Thebanae. HEINS. In Mediceo, qui habebat *Ogeone*, addita erat gloſſa, *a loco dictae*, quae docet, *Et Ogygiae* hic, ut Heinſius conjecit, forte legendum. Thebae enim *Ogygiae* ab Ogyge vel Ogygo conditae, teſte Pauſania lib. IX. cap. 5. qui notat inde Poëtas *Ogygias Thebas* vocare: & inde *Ogygia* porta erat Thebis, eodem teſte cap. 8. vid. Bart. ad Stat. VIII. 353. & has portas Auctor Etymol. M. ab *Ogygo* antiquo rege Athenienſium dictas eſſe vult. Feſtus; *Ogygia moenia Attius in Dionide appellans, ſignificat Thebas, quia eam urbem Ogygus condidiſſe traditur.* & hinc Bacchus *Ogygius* Deus Noſtro Epiſt. X. 48.

Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo.

Et Lucan. lib. I. 675.

Edonis Ogygio decurrit plena Lyaeo.

Senec. Oedip. 435.

Nunc Cadmeas
Inter matres impia Maenas
Comes Ogygio venit Iaccho.

Et Statius I. 328.

Ogygiis ululata furoribus antra,

qui paſſim hoc vocabulo utitur. & ipſe Cadmus, quem Noſter Thebarum conditorem facit, Ogygis filius a nonnullis habitus, ut Suidas in Ὠγύγια κάκα tradit. poſtet & ex veſtigiis Medicei codicis legi, *Ogeniae.* nam & ſuſpicio eſt *Ogenios & Ogygios* eoſdem eſſe. Suidas enim: Ὠγ; ἕνος ἀρχαῖος Θεὸς, ἔθεν Ὠγενίδαι, καὶ Ὠγένιοι, ἀρχαῖοι. unde appareret *Ogenum & Ogygum* eumdem eſſe, nam ut *Ogenios*, pro antiquis dicebant, ita & *Ogygios.* Idem, Ὠγύγιον, ἀρχαῖον, πάλαιον. καὶ ὑπερμεγέθες. ἢ διὰ τὸ Ὠγυγον πρῶτον ἄρξαι τῶν Θηβῶν. Lutatius ad Stat. I. Theb. 173. *Ogyges, ut Varro docuit in libris de gente Populi Romani, Rex fuit Thebanorum, ſub quo primum diluvium factum eſt, aut certe ab Ogygio uno terrigena, Thebanorum primo rege, a quo Thebani antiquas res Ogygias nominabant, quia* (ita lege, non *qui*) *primus eis imperavit.* ſic quoque Heſychius Ὠγύγιον, ἀρχαῖον, πάλαιον. Suidae etiam concinit Steph. in Ὠγενος. ubi eadem fere verba habet, & ex Parthenio Pho-

Jam trepidum, jam verba minus violenta loquentem,
Jam se damnantem, jam se peccasse fatentem.
Saucius ille tamen, Per opem, matertera, dixit,
Autonoë: moveant animos Actaeonis umbrae.
Illa quid Actaeon nescit; dextramque precanti
Abstulit: Inoö lacerata est altera raptu.
Non habet infelix quae matri brachia tendat:
Trunca sed ostendens disjectis corpora membris;
Adspice, mater ait. visis ululavit Agave;
Collaque jactavit, movitque per aëra crinem:
Avulsumque caput digitis complexa cruentis
Clamat, Iö comites, opus haec victoria nostrum est.
Non citius frondes autumno frigore tactas,
Jamque male haerentes altâ rapit arbore ventus,

Quam

Phocaeo locum adducit, ubi Styx *Ogenia* ducitur. hunc autem veterem deum *Ogenem* esse Oceanum docet Hesychius, Ὠγενίδαι, ὠκεανίδαι, ὠγὴν γὰρ ὠκεανός. quare in illo versu Parthenii qui corruptus est, & ubi mentio Tethyos fit, Oceanum latere credimus. & ita Pherecydis Fragmentum, quod habet Clem. Alex. lib. VI. Strom. pag. 621. Ζὰς πτιεῖ φαεὶς μέγα τε καὶ καλὸν. καὶ ἐν αὐτῶ ποικίλλει γῆν καὶ Ὠγηνὸν, καὶ τὰ Ὠγήνου δώματα. ubi terra, mare & coelum intelligi videtur, ex comparatione cum Homeri praecedentibus versibus. sed de his amplius cogitandum; neque angustiae harum notarum patiuntur haec accuratius excuti. Burm.

714. *Ille aper.*] Unus meus,

Ille aper in nostris qui maximus errat in agris.

Forte,

Ille aper, en, nostris qui maximus errat in agris. Heinsius.

716. *Trepidumque sequuntur, Jam trepidum.*] Non placet repetitio. unus Moreti, *trepideque sequuntur.* unus Patav. *turbideque. rapidumque* Rottendorph. alter Patavin. *cunctaeque sequuntur.* quod placet. nisi mavis. *rabidaeque sequuntur.* Heinsius. Cl. Heinsius legit, *cunctae coëunt cunctaeque sequuntur.* sed haec a priori scriptura paullo remotiora, & illa repetitio satis frigida videtur, Ovidioque parum digna: quare legere malebam:

— *Cunctae coëunt, fremituque sequuntur.*

Fremitu, hoc est *Baccheo ululatu*; sine quo haec sacra non constabant, & in quo totus hic est Poëta. sic,

Fremitu regalia Turbae
Atria complentur. Scheppers apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

721. *Quid Actaeon.*] *Quis* editiones priscae. sed Gron. Lovan. Cantab. *quid.* vid. ad Epist. XII. 31.

721. *Dextramque precantis.*] *Precanti* rectius Neapolit. & unus meus. posset & refingi, *dextramque precantem.* Senec. Herc. Fur. 1005. ex optimo codice:

Dextra precante rapuit, & circa furens
Bis ter rotatum misit. Heins.

723. *Ille etiam matri cum brachia tendere vellet.*] Hunc versum nos quoque ex vetusto exemplari adscripsimus. Regius.

723. *Non habet infelix quae matri brachia tendat.*] Neque in veteribus libris invenitur id carmen, quod ante hoc interponunt nonnulli, & si maxime inveniretur, expungendum esset, ita subsultat. ita nullius est sensus. Nauger. Urbin. Langerm. & unus Mediceus ex optimis ante haec inserunt versum,

Ille etiam vellet cum brachia tendere matri.

Quem & editiones nonnullae agnoscunt, & pro genuino commendat Vivianus. ego temere admittendum non puto. Heinsius. Fictus videtur ex lib. I. 635. & supr. 679. & IV. 358.

724. *Trunca vulnera.*] Sic quidem corruptè legitur. nam *vulnere* scripsit Ovidius, ut *trunca* ad *brachia* referamus. Regius. *Vulnera* omnes habent libri, sed ego in ablativo singulari *vulnere* malim. Glarean. *Disjectis* nonnulli. unus Mediceus bonae notae, *directis*: puto *direptis*, vel *discerptis.* ut apud Gunther. Ligur. lib. VII.

Saevaque discerptis perpessus vulnera membris.

Sed vulgatam non moveo. lib. XII. 252.

Disjectisque ossibus oris.

Et 366.

Hunc procul ut foedo disjectum vulnere Peleus
Vidit.

Val. Flacc. IV. 167.

Fulminea frontem dextra, disjectaque fudit
Lumina.

Corpora Junianus codex hic habebat. Heins.

728. *Opus hoc victoria nostra est.*] Imo, *opus haec victo-*

Quam ſunt membra viri manibus direpta nefandis.
Talibus exemplis monitae nova ſacra frequentant,
Turaque dant, ſanctasque colunt Iſmenides aras.

victoria noſtrum eſt, cum melioribus. Heinsius. Recte. vide Gronov. ad Senec. Phoeniſ. 108.

729. *Autumni frigore.*] Prior Erfurtanus & novem alii cum uno Palatino, *autumno frigore*, pro autumnali: eleganter. quod in ſuis quoque Berſmannus invenerat non intellectum. atque ita fortaſſis lib. XIV. 660. quoque ſcribendum:

Reſpiciens pandos autumno pondere ramos.

Manilius lib. II. 425.

In totum quia ver autumno tempore differt.

Ita Gemblacenſis codex. Auſonius precatione in conſulatum ſuum,.

Mordeat autumnas frigus ſubtile pruinas.

In Catalectis Poëtarum Palladius de quatuor anni temporibus,.

Spicea ſerta ligat, calidiſſima ſolibus aeſtas,

Temporaque autumni cingunt tua, Bacche, racemi.

In Codice Juſtiniani L. omnes I. titulo de feriis, *autumnos dies* codices antiqui exhibent. Plinio quoque Hiſt. Nat. lib. XIX. cap. 6. *tempus autumnum.* lib. XXI. cap. 5. *aequinoctium autumnum.* & cap. 9. lib. XVII. lib. XIX. cap. 15. & lib. XIV. 11. *aeſtum fert ſpionia autumniſque imbribus pingueſcit.* non, *& imbribus.* apud Marcianum Capellam lib. VI. forte ſcribendum, *nam cum hic ver pubeſcit floribus, illic edomita aeſtas teporibus autumnis ſeneſcit.* at nunc legitur, *temporibus autumneſcit. autumnaſcit* duo ſcripti, quod forte dictum ſit, *ut autumnare* apud Plinium in Naturali Hiſtoria. quidquid ſit *teporibus* omnino reſcribi placet in Capella. A Gell. XIX cap. 7. *molli quodam tempeſtatis autumnae die,* in codice Theodoſiano lege XI. de Feriis: *Ad requiem laboris indulgentior annus excepit aeſtivis ferboribus mitigandis, & autumnis foetibus decerpendis. verna & autumna* opponit Tertullianus libro de carnis Reſurrectione. Columella lib. IV. cap. 29. *Ne vento ſurculus motus* (abeſt τὸ *motus* a veteri codice, & bene) *labefactetur, aut explantetur tener pampinus, qui cum excrevit, nepotibus orbandus* (V. C. *ordinandus*) *eſt, niſi ſi propter penuriam & calvitium loci ſumitur in propagines autumnus.* ultima haec frigent. in optimo codice membranaceo, *ſummittuntur in propagines autumnus.* ſcribe. *ſummittuntur in propagines autumnas. ſummittendi* verbo quam appoſite & eleganter uſus ſit Columella, ignorare non poteſt, qui recordetur Poëtarum principis:

Tu modo quos in ſpem ſtatuis ſummittere gentis.

Non diſſimiliter idem lib. VII. cap. 3. *meſſem vindemiam* dixit, teſtibus optimis membranis. quae proxime ſubſequuntur apud Columellam c. XXIX. ſic conſtituenda ſunt: *Deinde falcem maturis palmitibus admove, ſed putationis inſitis cuſtodiatur ea ratio &c.* Hoc conjecturae noſtrae eſt, nunc circumfertur, *admovet*, & *cuſtoditur.* idem Columella. lib. VII. c. 7. *nec tamen antequam peſtilens anni tempus, ſive id fuit hiemis, vertatur aeſtate, ſive autumnum verno mutetur.* ſic corrigendum, cum in membranis exſtet, *ſive autumnum verum utetur.* idem rurſus lib. XI. cap. 3. *Rutam autumno ſemine menſe Martio differre oportet in apricum*, pro ſemine autumnali ſatam. Varro Ephemeride apud Nonium cum dicit, *autumnum ventoſum fuerat*, ſubintelligere *tempus* videtur. ſimiliter *tempora* apud Cyprianum libro ad Demetrianum, *nec adeo arboreis fetibus autumna fecunda ſunt.* Heinsius. Vid. Gronov. III. Obſ. 24. Gebh. II. Crep. II.

729. *Frigore tactas.*] *Raptas* MSS. Berſmann.

732. *Talibus exemplis monitae.*] Male, *matres* vel *mites* in nonnullis. at placet, *motae.* quod in uno Moreti & Norico extabat. Heinsius. Niſi legendum ſit, *talibus extemplo motae.* ut lib. VI. 401. ſimilis error corrigendus ex vet. codice:

Talibus extemplo redit ad praeſentia dictis
Vulgus.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER QUARTUS.

Fab. I. II. III. Argumentum.

Dercetis Nini Regis filia in piſcem. Semiramis Dercetis filia in columbam. Naïs in Piſcem.

Thebis cum Tireſias [a] *Everi filius diem feſtum ſacrorum Liberi patris* [b] *edixiſſet, Alcithoë,* [c] *Minei filia ejuſdem civitatis* [d] *in eodem permanſit judicio, quo Pentheus: cum* [e] *ſororibus ſuis, quae* [f] *lanae potius operandae ſtudio, quam ſacrorum, adeſſe* [g] *volunt. Itaque* [h] *rogata, ut inter opus lanificii* [i] *referret fabulas, quibus oblectarent adſuetum* [k] *laborem, dubitat, an* [l] *de Babylonia Derceti dicat, quae in piſcem* [m] *converſa ſit;*

[a] *Everi.*] *Tireſia Severi* iterum Parm. & Lugd. *Tireſias Everis.* Micyll.

[b] *Edixiſſet.*] Ita cum MS. etiam Veneta. *Edidiſſet* Raen. & Micyllus; ſed perperam, quanquam explicare nititur Barthius Adverſ. lib. xxiii. cap. 3. Muncker. *Edidiſſet.* Parm. Lugd. vid. & Barth. xii. ad 3. qui & *edidiſſet* propugnat. & neſcio utrum rectius. *edicere* enim melius magiſtratibus convenire videtur, *edere* vati, ut erat Tireſias. & de religioſis *editum* amare Livium, apud quem hoc ſaepe in *edictum* tranſiit, docuit Gronovius ad Livii lib. xxv. 12. & xliii. 14. peſſime vero Colonienſis Editio, *induxiſſet.* Burm.

[c] *Minei filia.*] MS. *Minalae.* Veneta, *Minae.* unde *Minyae* procul dubio faciendum. vide Heinſ. ad Ovid. Metam. lib. iv. 1. Eſt haec fabula apud Antoninum quoque cap. 20. & Aelian. ποίκιλ. ἱστορ lib. iii. pag. 40. ubi miror acutiſſimum Fabrum non vidiſſe perperam legi, ἐπὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς ἦξαν Μινύαδας. ſcribendum enim Μαινάδας, id eſt *Bacchas.* Muncker. *Mineae* Parm.

[d] *In eodem permanſit.*] *Eodem permanens ſacrorum contemtu, quo Pentheus cum ſororibus lanae potius, quam ſacrorum operata ſtudio dicitur dilituiſſe. item rogat ut.* Colon.

[e] *Sororibus ſuis.*] *Suis* deeſt Parm. Lugd. Micyll.

[f] *Lanae operandae.*] Ita *operare linum* dixit vetus interpres Eſaj. cap. xix. vſ. 9. *operari terram* Geneſ. iii. 23. & iv. 12. Siracid. cap. xx. 28. uſitatius eſt, *lanam facere.* in tumulo antiquo Catal. Pith. lib. iii. *domum ſervavit, lanam fecit. dixi, abei.* & Naſo lib. vi. Met. vſ. 30. *Tibi fama petatur inter mortales faciendae maxima lanae.* Ceterum ut *operari terram* Latini, ita γῆν ἐργάζεσθαι, οἱ ὁ apud Moſen. Schol. Heſiod. pag. 309. Ed. Heinſ. Macar. Homil. 28. & Antonin. Liber. cap. 15. nec diſſimiliter, ἐργάζεσθαι θαλάσσαν Artemidor. lib. ii. 42. ſed an etiam Δήμητρα ἐργάζεσθαι Graeci dixere? hoc mihi negatum affirmare non dubitat Vir Cl. ad Antoninum. Sed attende quomodo hoc probet. Strabo, inquit, lib. vii. in Excerptis, ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ μάντεις καὶ μουσικὴν εἰργάζοντο. Egregia, ſi diis placet, conſequentia. Muncker. Vid. Barth. xxiii. adv. ii.

[g] *Volunt.*] *Voluerunt* Raener. Heinſ.

[h] *Rogata.*] *Rogata eſt* Parm. Lugd. *rogata fuit Leuconoë a ſororibus ut* Raener. Heinſ.

[i] *Referret.*] *Referrent* Lugd. *referant f. q. delectarent a. l. dubitavit an.* Colon.

[k] *Laborem.*] *Laborem. Quibus obſequi volens ſecum dubitat de multis fabulis, nam plurimas norat, quam potiſſimum narret, an de &c.* Raener. Heinſ.

[l] *De Babyloniâ Derceti.*] Τὸ *Derceti* addidi ex Micyllianâ, quanquam à MS. ut & Venetâ ignoratur. Sed tam ſtultus ſcriptor hic non erat, ut Babyloniam κύριον eſſe nomen faeminae putaret. Muncker. Non habent *Derceti* Parm. Lugd. Colon.

ſit; an de [n] *ejus filia, quae ceſſit in columbam; an de Naïde Nympha, quae ſimiliter ceſſit in piſcem: an etiam de eâ arbore, cujus poma albi coloris* [o] *in ſanguineum ceſſerunt:* [p] *de qua, quoniam trita non erat, his incipit.*

AT non Alcithoë Minyeïas orgia cenſet
Accipienda Dei: ſed adhuc temeraria Bacchum
Progeniem negat eſſe Jovis: ſociasque ſorores
Impietatis habet. feſtum celebrare ſacerdos,
Immunes operum dominas, famulasque ſuorum,
Pectora pelle tegi, crinales ſolvere vittas,

Serta

lon. *Derceti Nini filia in piſcem verſa. an de Semiramide ejus filia in columbam mutata. an de Naïde Nympha, quae juvenes propter libidinem ſuam ſolita erat in piſces immutare, utque in eundem caſum reciderit (reciderit* Heinſ.) *an de ea arbore* &c. Raener. Heinſ. in Parmenſi fabulae III. & IV. argumentum ante illas repetitum exſtat fere iiſdem verbis ut Raen. niſi quod, *docet an de Babylonia Dirceti filia, quae in piſcem converſa erat. & An etiam de Naïade, quae juvenes* &c. *ſic incipit.* Colonienſ. ſic, *An de Najade Nympha, quae ſimiliter ceſſit in piſcem, an de Najade Nympha, quae juvenes propter libidinem ſolita erat in piſces mutare, & qualiter ipſa in eundem reciderit, an de ea arbore.*

[m] *Converſa ſit.*] *Eſt* Colon.

[n] *Ejus filia.*] *Ejus* abeſt Parm.

[o] *In ſanguineum.*] Ita repoſui pro *in ſanguinem.* MUNCKER. *In ſanguinem* Parm. Lugd. Micyll. Raener. Colon. Heinſ.

[p] *De qua &c.*] Haec non ſunt in Parmenſi Lugd. Micyll. *quae quoniam* Raener. Heinſ. *de qua, quoniam trita non erat fabula, incipit de Pyramo & Thysbe* Colon.

1. *At non Alcithoë.*] *Arſinoë* apud Planudem, non *Alcithoë* legitur. NAUGER.

1. *Mineïas.*] Scaliger ſcribebat, *Minyeïas.* & ita infra, *ſolae Minyeides intus. Intempeſtiva turbantes ſacra Minerva.* Et ita deinceps. DAN. HEINSIUS. Florentinus S. Marci, *Mineleïas.* Neapolitanus & Spirenſis, *Minyias.* primus Mediceus, *Minieias.* ut & duo alii melioris notae in eadem bibliotheca. Scribe, *Minyeïas* tam hoc loco, quam infra vſ. 32. *Minyeides.* & vſ. 389. *Minyeia proles.* & vſ. 425. *Minyeidas.* quibus locis verae lectionis veſtigia in vetuſtioribus membranis apparent. Hanc fabulam Nicander & Corinna in ἑτεροιουμένοις apud Graecos decantarunt, teſte Antonino Liberali, etſi longe aliter illic narretur. Ovidius enim numerum ſororum non expreſſit, duabus tantum nominatis, *Alcithoë* videlicet & *Leuconoë.* nam ſic ſcribendum, ut mox dicemus. Antoninus tres facit, Leucippam nempe, Arſippam, & Alcathoën, ex Minya Orchomeni filio prognatas. Hinc jam apparet, quare *Minyeides* Naſoni dicantur. ſic & Orchomenus *Minyeius* Heſiodo apud Pauſaniam:

Ἦξεν δ' Ὀρχόμενον Μινυήιον·

Et Plinius lib IV. 8. *Orchomenus Minyeius antea dictus.* ubi etiam turbant libri veteres. Suidas, Μινύα ὄνομα πόλεως, καὶ Μινύας ὄνομα κύριον. καὶ τὸ πληθυντικὸν Μινύαι. ſic ſcribo. Antonini verba ſunt: Μινύου τοῦ Ὀρχομενοῦ ἐγένοντο θυγατέρες Λευκίππη, Ἀρσίππη, Ἀλκαθόη. ſed primo Ἀλκιθόη ſcribendum illic ex Ovidio ſatis apparet. deinde pro Ἀρσίππη, Ἀριςίππην agnoſcit Aelianus lib. III. Var. Hiſtor. cap. 42. μόνας δὲ ἀφηνιάσαι τῆς χορείας ταύτης λέγουσι τοῦ Διονύσου τὰς Μινύου θυγατέρας Λευκίππην, Ἀριςίππην, καὶ Ἀλκιθόην. Sic lego, non τὰς Μινύων θυγατέρας, ut eſt in vulgatis. Certe Plutarchus in Quaeſtionibus Graecis, ubi fabulam hanc tangit, τὰς Μινύου θυγατέρας quoque dicit. unde Μινυάδες tam Aeliano quam Antonino appellatae, quae *Minyeides* Ovidio. In argumento hujus fabulae, *Alcithoë Minei filia*, pro *Minyae* perperam appellatur. Ἀρσινόην vocat, vel Ἀρσιόνην, ut eſt in aliis exemplaribus, Plutarchus, Ἀρσινόην quoque Planudes hoc loco, quanquam ſcripti omnes pro vulgata ſcriptura ſtant praeter Herculiani excerpta, in quibus eſt, *Arſinoë*: quam *Ariſtippen* Aelianus, Liberalis *Arſippen. Alcathoë* etiam pro *Alcithoë* perperam apud Plutarchum ſcribitur. HEINSIUS. Hoc nomen reddendum Juvenali Satyra VII. 11. cenſuit Rutgerſius II. Var. Lect. 17.

Et vendas potius commiſſa quod auctio vendit
Stantibus, Oenophorum, tripodes, armaria, ciſtas,
Alcithoën Pacci, Thebas & Terea Fauſti.

Cum nullo ſenſu *Alcitheon Bacchi*, vel *Alcyonem* legatur. a quo Voſſium hoc habere arbitror, qui cap. IV. de Poëtis Latinis Paccium Poëtam Alcithoën edidiſſe notat. BURM.

1. *Or-*

Serta comâ, manibus frondentes ſumere thyrſos,
Juſſerat: & ſaevam laeſi fore numinis iram
Vaticinatus erat. parent matresque nurusque;
Telasque, calathosque, infectaque penſa reponunt:
Turaque dant: Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyaeumque,
Ignigenamque, ſatumque iterum, ſolumque bimatrem.
Additur his Nyſeus, indetonſusque Thyoneus,
Et cum Lenaeo genialis conſitor uvae,
Nycteliusque, Eleleusque parens, & Iacchus, & Evan:
Et quae praeterea per Grajas plurima gentes

No-

1. *Orgia cenſet.*] Orgia celebrabant olim Phryges Peſſinunte ad fluvium Gallum. Herodianus lib. I. Ciofanus. Vide de his Heinſ. ad Claud. Laud Stil. III. 169.

5. *Immuneſque operum famulas.*] Tolle, *Que*, auctoribus optimis libris ſcriptis. Ciofan. Sic Horat. II. Od. 17.

Cum famulis operum ſolutis. Douza.

Tollunt *que* magno numero codices etiam Berſmanni.

7. *Serta comis.*] *Coma* meliores. ut & ſupr. lib. II. 733. ex MSS. *permulcetque comam.* Heinsius. Vide & lib. II. 412. ita lib. X. 648. ex MS. *Fulva comam.* XI. 47. *tonſa comam.* I. Amor. X. 6. *cum premeret ſummi verticis urna comam.* Burm.

8. *Et ſaevam.*] *Aut ſaevam* Gruterum legere Heinſius notaverat.

10. *Telaſque, & calathos.*] Liber Maffeian. optimè habet, *Telaſque, calathoſque.* Crof.

10. *Infectaque.*] Vivianus *infeſtaque* legit, & explicat non feſta. & ita erat in Gronoviano uno à m. pr. Regius etiam *infecta* tincta interpretatur purpurâ, vel aliis coloribus. ſed *infecta* eſt imperfecta ut *rudis infectaque materies* Petronio cap. 114. ſic lib. VI. 34. ubi *infeſta* codices, alii *inceptaque.* ibid. 202. *infectaque ſacra relinquunt.* Terent. Eun. I. 1. *infecta pace.* & Phorm. V. 5. *accuſando fieri infectum non poteſt.* Burm.

12. *Ignigenamque.*] Probe. hinc Graecis πυριγενὴς & πυρισπόρος. at primus Mediceus, *Indigenamque*, etiam probe: Bacchus enim Thebanus. hinc ϛῆλαι Θηβαιγενέος Διονύσου apud Periegetem. mox *Nyſeus* caſtigatiores, non *Nyſeuſque.* Heinsius. πυριγενὴς dictus, quia vites optime proveniunt in regione κατακεκαυμένῃ, ut dicit Strabo lib. XIII. p. 628. ubi vide Caſaub.

12. *Solumque bimatrem.*] Irriſerat Martialis Poëtam quendam mordacius, quod is Jovem non *patrem* modo, ſed & *matrem* Bacchi vocarit. Irriſori erudite occurrit Muret. XIX. Var. I. ubi & praeſentem Ovidii locum refert, oſtenditque Martialem fruſtra ſallum, immo potius inſulſum fuiſſe. Pontanus.

13. *Nyſeus indetonſusque Thyoneus.*] *Nyſeus* diſſyllabon legendum quidam praecipiunt, alii *Nyſeus* triſyllabon eſſe putant, praeceptionem ſequentes Servianam, quae innuit denominativa in *aeus* eſſe a nominibus femininis ſecundae declinationis, ἀπὸ τῆς Τιμῆς, *Timaeus.* ita a Muſa, *Muſaeus*, & a Nyſa *Nyſaeus*, quare illi carmen ita legunt,

Additur his Nyſeus, indetonſuſque Thyoneus.

Glarean. De *Thyone*, & quod hoc cognomine Semele vocata fuerit, meminit etiam interpres Apollonii lib. I. Argon. 636. afferens hanc ejus nominis rationem, ὅτι Αἴσχυλος ἔγκυον αὐτὴν παρεισήγαγεν οὖσαν καὶ ἐνθεαζομένην. ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἐφαπτομένας τῆς γαστρὸς αὐτῆς ἐνθεαζομένας. Inde enim & Thyadas appellatas παρὰ τὸ θύειν videlicet, τῷ ὁρμᾶν καὶ μαίνειν, &c. Ceterum diſputant de hoc verſu grammatici. Alii enim legunt, *Additur his Nyſeus, intonſuſque Thyoneus*, ut *Nyſeus* ſit diſſyllabum, Graeca gentilium forma: Alii *Nyſaeus* malunt, ut ſit triſyllabum à *Nyſa*, perinde ut *Muſaeus* à *Muſa*, *Timaeus* à Τιμὴ &c. Leguntque, *Additur his Nyſaeuſque*, *intonſuſque Thyoneus.* Ego vero nihil video cur prior lectio immutari debeat. Nam & Stephanus autor eſt; à *Nyſa Nyſeus*, gentile diſyllabum fieri, & *Nyſeus* triſyllabum, in diſyllabum contrahi eodem modo, ut *Gryneus* in *Gryneus*, & id genus alia. Micyll.

16. *Et quae praeterea per Grajas plurima gentes Nomina Liber habes.*] Aelianus lib. III. De Var. Hiſt. refert Bacchum vocatum eſſe Phleona, Protygen, Omphaciten & aliis diverſis nominibus. Huc pertinent Enniana illa, quae citat Cariſius:

His erat in ore Bromius, his Bacchus pater,
Illis Lyaeus, vitis inventor ſacrae,
Tum pariter Evan, euhoë, euhoë Evius,
Ignotus juvenum coetus, alterna vice
Inibat alacris, Bacchico inſultans modo.

Ciofanus.

Nomina, Liber, habes. tibi enim inconſumta juventas.
Tu puer aeternus, tu formoſiſſimus alto
Conſpiceris coelo: tibi, cum ſine cornibus adſtas,
Virgineum caput eſt: Oriens tibi victus, ad usque
Decolor extremo quà tinguitur India Gange.
Penthea tu, venerande, bipenniferumque Lycurgum
Sacrilegos mactas: Tyrrhenaque mittis in aequor
Corpora. tu bijugum pictis inſignia frenis

Colla

17. *Inconſumta juventa eſt.*] Alii, *juventus.* unus Baſileenſis & unus meus cum Spirenſi, Voſſiano uno & Jureti excerptis, *juventas.* probe. Lucretius lib. v. 884.

——— *Aevo florente juventas*
Occipit, & molli veſtit lanugine malas.

Prudentius l. II. contra Symmachum 1081. ex vetuſtis codicibus:

Nubit anus veterana, ſacro perfuncta labore,
Deſertiſque focis, quibus eſt famulata juventas,
Transfert emeritas ad fulcra jugalia rugas.

Tibullus l. I. Eleg. VIII.

Heu ſero revocatur amor, ſeroque juventas.

Ita duo codices Bodleiani. *ſi nunc foret illa juventas* apud Virgilium l. v. Aeneid. vſ. 398. in longe vetuſtiſſimo Mediceo codice, ubi nos plura. *Juventas* enim juventutis Dea, quae Graecis *Hebe.* eam pro ipſa juventute ponunt Poëtae. reſtituit eam vocem Livio non ſemel doctiſſimus Gronovius, qui adeundus ad librum XXXVI. cap. 36. Nemeſianus Cynegetico:

Dum ſuperant vires, dum laeto flore juventas.

Plura notis ad Claudianum Epithal. Honor. 84. *comis Juventas* Horatio lib. I. Od. XXX. Heins.

20. *Virgineum caput eſt.*] Imitatus hoc Senec. Oedip. 408.

Huc adverte favens, virgineum caput,
Vultu ſidereo diſcute nubila.

Ubi plura in hanc rem ſequuntur. ceterum in plurimis codicibus erat:

Conſpiceris coelo; tibi cum confinibus aſtris
Virgineum caput eſt.

In Langermanni excerptis etiam:

Alto
Conſpiceris ſolio, tibi cum confinibus aſtris.

Sed *coelo* rectum. ſolem enim & Bacchum eumdum eſſe plurimi tradebant. vide Macrob. lib. I. cap. 8. ut notavit jam Raph. Regius. *aſpiceris* etiam Voſſian. *proſpiceris* Gronov. *exſtas* quoque Lovan. in Urbinati & Cantabrig. erat etiam *tibi cum confinibus aſtris, virgineum caput eſt.* Burm.

20. *Oriens tibi victus, ad uſque Decolor extremo qua cingitur India Gange.*] Bacchum de Indis triumphaſſe, alibi etiam docet: lib. III. Faſt. vſ. 465.

Interea Liber depexos crinibus Indos
Vicit, & Eöo dives ab orbe redit.

Et IV. Pont. VIII. 61.

Sic victor laudem ſuperatis Liber ab Indis,
Alcides capta traxit ab Oechalia. Ciof.

21. *Decolor India.*] Sic Seneca in Hippolyto:

Tunc virgatas India tigres decolor horret. Ciofan.

21. *Qua cingitur India Gange.*] Ganges ſeptem amnibus fluit, ut Nilus. Virg. lib. IX. 30.

Ceu ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges.

Vide ibi Servium. Fallitur autem Lutatius, exponens illud Statii IV. Thebaidos 383.

Aut tumidum Gangem.

Ubi ait Ovidius de Gange:

Per ſeptem portus in maris exit aquas.

Ovidius enim non de Gange, ſed de Nilo loquitur. Verſus, quem ille adducit, legitur hoc modo lib. II. Elegiarum XIII. 9.

Quaque celer lato Nilus delapſus ab alveo
Per ſeptem portus in maris exit aquas.

De Gange ſic Q. Curtius lib. IIX. cap. 9. *Ganges amnis ab ortu eximius, ad meridianam regionem currit, & magnorum montium juga recto alveo ſtringit.* Et mox: *Ceterum non Crocodilos modo, ut Nilus, ſed etiam Delphines, ignotaſque aliis gentibus belluas alit.* De quo etiam quaedam ſcitu digna ſcribit Aelianus de Nat. animalium lib. XII. cap. XXIIX. Ciofanus. *Diſcolor* alii. male. Triſt. v. III.

Et quaſcumque bibit decolor Indus aquas.

III. Art. Am. 130.

Quas legit in viridi decolor Indus aqua.

Vide ad Epiſt. IX. 4. ſic *nigra India* Catalect. Pith. pag. 33. Senec. Hippolyt. 344.

India tigres decolor horret.

Mox pro *Penthea tu*, primus Mediceus & Graevianus, *Penthea qui.* Puto, *Pentheaque.* Heins.

21. *Cingitur.*] Non *cingitur*, ſi proprie loquimur, India Gange: quare amplexi ſumus quinque optimorum codicum lectionem, *tinguitur.* eadem diverſitas lib. I. Pont. v. 80.

Aut ubi Taprobanen Indica cingit aqua.

Ubi recte *cingit:* agitur enim de inſula. ſic *rigare* Claud. in Ruſin. 113.

Quaſque rigat retro pernicior unda Garumnae.

Avienus Orb. Deſc. 1103.

Et latera ab gemino ſale tingitur.

Ubi etiam in codice MS. *cingitur.* contra ibidem vſ.

Colla premis Lyncum: Bacchae Satyrique ſequuntur:
Quique ſenex ferulà titubantes ebrius artus
Suſtinet; & pando non fortiter haeret aſello.
Quacumque ingrederis; clamor juvenilis, & una
Femineae voces, impulſaque tympana palmis,
Concavaque aera ſonant, longoque foramine buxus.
Pacatus mitisque, rogant Iſmenides, adſis:
Juſſaque ſacra colunt. ſolae Minyeïdes intus,

In-

vſ. 392. ex eodem codice legendum,

Et quae Tritonidis alta paludis
Ut circumfuſo populorum examine cingunt.

Vulgo, *tingunt. jungitur* hic etiam Gronovianus. forte pro *finditur*, quia India a Gange in duas partes dividitur: India enim eſt intra, & extra Gangem. ſed *tinguitur* magis placet. ita confundunt codices haec verba etiam infr. 301. Burm.

22. *Bipenniferumque Lycurgum.*] Lycurgus Bacchum devinciens in Bardinem Syriae fluvium dejecit, is autem a Mercurio liberatus ipſum viribus victum projecit in mare, Auctore Suida. lege alia quaedam, quae in primae conlectaneorum Hecatoſtyos cap. 14. enarravimus. hoc loco Ovidius Lycurgum a Baccho interfectum ferro innuere videtur. Const. Fanensis. Videtur Ovidius ad Homeri locum reſpexiſſe, qui eſt Iliad. VI. 130. Ibi enim Lycurgus dicitur Bacchi τιθήνας, hoc eſt, *nutrices* bipenni, ſive ſecuri perſecutus eſſe, eoque poſtea à Jove oculis privatus. Verſus Homeri ſunt:

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος ὑὸς κρατερὸς Λυκόοργος
Δὴν ἦν, ὅς ῥα θεοῖσιν ἐπουρανίοισιν ἔριζεν.
Ὅς πότε μαινομένοιο Διωνύσοιο τιθήνας
Σεῦε κατ' ἠγάθεον Νυσσήϊον. αἱ δ' ἅμα πᾶσαι
Θύσθλα χαμαὶ κατέχευαν ὑπ' ἀνδροφόνοιο Λυκούργου
Θεινόμεναὶ βουπλῆγι, Διώνυσος δὲ φοβηθεὶς
Δυσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα. Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ
Δειδιότα· κρατερὸς γὰρ ἔχε τρόμος ἀνδρὸς ὁμοκλῇ·
Τῷ μὲν ἔπειτ' ἐδύσαντο Θεοὶ ῥεῖα ζώοντες,
Καί μιν τυφλὸν ἔθηκε Κρόνου παῖς &c.

Alii autem fabulae addunt etiam in furorem verſum poſtea, & dum vites incidere parat, ſibi ipſi crura amputaſſe. Micyllus. Vid. ad Petron. cap. LXXIII. & LXXXIII.

25. *Bacchae Satyrique ſequuntur.*] *Thyrſique* primus Mediceus. Noricus, *tirſique*. Opinor, *thiaſique*. quanquam vulgatam lectionem non damno. *thiaſi* chori proprie, qui Baccho inſtituebantur. hinc *thiaſos inducere Baccho* apud Virgilium, & *thiaſi Satyrorum* Catullo. uſus ea voce & Statius frequenter. Suidas, Θίασος, ἱερὸς χορός. καὶ διασύτης, ὁ χορευτής. ſic & infra in fabula Inus forte ſcribendum,

Evoë Bacche ſonat. Bacchi ſub nomine Juno
Riſit, & hos thiaſos praeſtet tibi, dixit, alumnus.

Non *hos uſus*. Heinsius. Sed nihil mutandum puto: quis enim neſcit Satyros comites Bacchi. Noſter lib. XI. 89.

Hunc adſueta cohors Satyri Bacchaeque frequentant.

v. Triſt. III. 37.

Sic tibi cum Bacchis Satyrorum gnava juventus
Adſit.

Vide Caſaub. de Satyrica Poëſi lib. I. pag. 38. & ſeqq. & Anonymum de incredibilibus ab Allatio editum cap XVI. Burm.

27. *Et pando non fortiter haeret aſello.*] M. Tullius pro Deiotaro, cum *In* praepoſitione dixit, *Vix haerere in equo ſenex poterat.* Alio modo loquitur ipſe I. Art. 543.

Ebrius ecce ſenex pando Silenus aſello
Vix ſedet, & preſſas continet arte jubas.

Ciofan. *Aut pando* prim. & ſec. Pal. tert. & quart. Medic. Urbin. aliique nonnulli caſtigatioris notae. ut Silenum tam peditem quam equitem deſcribat. Heinsius. Unus Baſileenſis, & Langermanni, *pavido. turpem* dixit Senec. Oedipo 429.

Te ſenior turpi ſequitur Silenus aſello.

Sed *pando* rectum eſt. III. Faſt. 749.

Utque piger pandi tergo reſidebat aſelli.

Haerere equo etiam dixit Horat. III. Od. 24. & Noſter v. Faſt. 614.

Haereat ut collo fortius illa ſuo.

Eſſe autem *equo* ablativi caſus patet ex lib. XII. 95.

Haeſurum clypei curvamine telum.

Et ex Lucan. I. 507.

—— *Nec limine quiſquam*
Haeſit.

Ita & *adhaerere* cum ablativo lib. V. 38.

Fronte tamen Rhaeti non irrita cuſpis adhaeſit.

In quibus eſſe ellipſim praepoſitionis *in* apparet ex verſ. 693. infr.

Vinctoque in corpore adhaerent. Burm.

30. *Longoque foramine.*] Non placebat Heinſio hoc epitheton, qui conjiciebat, *uncoque*. ut inf. 393. *& aduncо tibia cornu*. Barberini codex, *largoque*. ſed *longum foramen* eſt pro longa ſerie foraminum, vel pro longa tibia, foraminibus multis diſtincta. ut lib. XII. 158.

Longave multiſori delectat tibia buxi.

Sic *longa catena* lib. I. Amor. VI. 25. ubi vide. Burm.

31. *Placatus mitiſque.*] *Pacatus* in uno Mediceo. Statius III. Silv. I. 39.

Pacatus

Intempeſtivâ turbantes feſta Minervâ,
Aut ducunt lanas, aut ſtamina pollice verſant,
Aut haerent telae, famulasque laboribus urguent.
E quibus una levi deducens pollice filum,
Dum ceſſant aliae, commentaque ſacra frequentant,
Nos quoque, quas Pallas, melior Dea, detinet, inquit,
Utile opus manuum vario ſermone levemus:
Perque vices aliquid, quod tempora longa videri

Non

Pacatus mitiſque veni, nec turbidus ira.
Ita noſter de Baccho lib. III. Faſt. 789.
Mite caput, pater, huc pacataque cornua vertas.
Ita enim legendum. HEINSIUS. Vide Heinſium ad Claud. Rapt. II. 147.

33. *Turbantes feſta Minervâ.*] Ita lib. vet. Quidam non *feſta*, ſed *ſacra* legunt: quibus ut aſſentiar, nullo modo adduci poſſum. Libro ſequenti ait: *feſtumque canendo.* CIOF.

34. *Aut ducant lanas.*] Juvenalis Satyra II. 54.
Vos lanam trahitis.
Plaut. alio modo in Men. v. II. 46.
Inter ancillas ſedere jubeas, lanam carpere.
Sed alii viri docti caſtigant, *carere.* CIOF.

34. *Aut ſtamina pollice verſant.*] Ipſe Epiſt. IX. 79. *Digitis dum torques ſtamina duris.* IDEM.

36. *E quibus una levi deducens pollice filum.*] Qui *Fuſum* hoc loco legunt, fundunt ipſi quidem ſtultitiam ſuam. Priore illo modo ſcripti omnes libri. Epiſt. IX. 77.
Craſſaque robuſto deducis pollice fila. IDEM.
Fuſum duodecim veteres. HEINSIUS. Nihil muta. vid. ad lib. I. Am. XIV. 7.

37. *Dum ceſſant.*] Alcithoës verba: male vulgo diſtinguunt. HEINS.

39. *Sermone levemus.*] *Levemur* ſcribendum ſolenni Graeciſmo, quomodo unus Medic. & unus Baſileenſis. IDEM.

40. *Videri.*] *Vereri* unus Leidenſis. *perque vices operum* etiam Sixianus.

41. *Ad aures.*] *Auras* Cantabr. & quidam alii. vid. ad lib. III. Amor. I. 62.

45. *Derceti.*] De Derceta Dea, quae juxta Aſcalonis ſtagnum colebatur, facie hominis, reliqua parte piſcis, deque ejus fabula meminit copioſe Diodorus Siculus in tertio. verum, quoniam idem tradit pudore doloreque in lacum abiiſſe, atque ibi in piſcem converſam, unde & Syri uſque ad haec tempora his piſcibus abſtinentes, eos pro Diis colunt, hoc addimus ex Hyginio. Poët. Aſtron. II. 30. *Diogenites Eritbrachus ait, quodam tempore Venerem cum Cupidine filio in Syriam ad flumen Euphratem veniſſe, & eodem loco repente Typhona Gigantem apparuiſſe, Venerem autem cum filio in flumen ſe projeciſſe, & ibi figuram piſcium forma mutaſſe, quo facto periculo eſſe liberatos. itaque poſtea Syros, qui in his locis ſunt proximi, deſtitiſſe piſces eſitare, quod vereantur eos capere, ne ſimili cauſſa Deorum praeſidia impugnare videantur, aut eos ipſos captare.* JACOBUS A CRUCE. *Dirce* quidem fere in exemplaribus legitur, egoque hactenus ſic putavi eſſe legendum. Nunc vero & annotatione Hermolai Barbari, viri in primis docti, cujus morte maximam jacturam nuper diſciplinae omnes fecere, & quod ita in vetuſtis codicibus ſcriptum eſt, *Derceti* exiſtimo eſſe legendum. Nam *Dercetis* quae & Δερκετὼ a Cteſia vocatur, & a barbaris *Atergatis*, dea eſt eadem cum Rhea, quam Syri piſcium abſtinentia colunt, unde & nomen, ut Athenaeus auctor, quaſi ἀτὲρ γάτιδος, hoc eſt Syrorum lingua, ſine piſcibus. Cornutus vero ſcribit, & columbas vetari menſis, quaſi duobus elementis naturae maximis parci jubente numine, aeri & aquae. Diodorus autem libro III. juxta Aſcalonem, inquit, lacus eſt, ubi templum inſignis deae, quam Syri vocant *Dercetum*, hoc eſt Δερκετοῦν, muliebri facie, reliquum vero corpus figura piſcis, cujus filia Semiramis a columbis educata ſit, & ob id ſacras genti aves eas eſſe. verum Dercetis & Athar a Strabone vocatur, cui quondam Venus obvia facta, amorem cujuſdam adoleſcentis ſibi ſacrificantis injecit, ex quo quidem cum filiam Dea ſuſcepiſſet, ſui erroris pudore doloreque compulſa, cum ſe in ſtagnum abjeciſſet, in piſcem fuit converſa. Unde & Syri, & piſcibus illius ſtagni abſtinent, & templum juxta lacum ipſum illi Deae, quam *Dercetum* vocant, facie hominis, reliquis corporis partibus piſcis, aedificarunt. REGIUS. Apud Athenaeum libro VIII. c. 8. ita legitur: Αντιπατρὸς ὁ Ταρσεὺς λέγεσθαί φησι πρὸς τινῶν, ὅτι Γάτις ἡ Σύρων βασίλισσα σῦτως ἦν ὀψιφάγος, ὥς τε κρυβῆναι ἄτερ Γάτιδος μηδένα ἰχθῦν ἐσθίειν. ὑπ' ἀγνοίας δὲ τοῦς πολλοὺς αὐτὴν μὲν Ἀ'τεργάτιν ὀνομάζειν, ἰχθύων δὲ ἀπέχεσθαι. Et rurſum, ἡ δὲ Ἀ'τεργάτις, ὥσπερ Ξάνθος λέγει ὁ Λυδὸς, ὑπὸ Μόψου τοῦ Λιδεῦ ἁλοῦσα κατεστοντίσθη μετὰ ἰχθύος τοῦ υἱοῦ ἐν τῇ π ρὶ Ἀσκάλωνα λίμνῃ, διὰ τὴν ὕβριν, καὶ ὑπὸ τῶν ἰχθύων κατεβρώθη. Ex quibus verbis clarius aliquanto ea patent, quae hic à Regio obſcure traduntur. Meminit autem hujus deae etiam Plinius lib. v. cap. 25. & Strab. lib. 16. cujus haec ſunt verba, ὑπέρκειται δὲ τοῦ ποταμοῦ (Euphratem intellige) ἡ Βαμβύκη, ἣν καὶ Ἑιεράπολιν καλοῦσι, ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν

Non ſinat, in medium vacuas referamus ad aures.
Dicta probant, primamque jubent narrare ſorores.
Illa, quid è multis referat (nam plurima norat)
Cogitat; & dubia eſt, de te, Babylonia, narret,
Derceti, quam verſâ ſquamis velantibus artus
Stagna Palaeſtini credunt celebraſſe figurâ:
An magis ut ſumtis illius Filia pennis
Extremos albis in turribus egerit annos.

Naïs

τὴν Συρίαν θεὸν τὴν Ἀτεργάτιν. Apud Lucianum tamen diſputatur, utrum dea haec Juno, an Rhea magis accipienda ſit. Sed plura qui volet, ex ſermone illius petat, qui περὶ τῆς Συρίας θεοῦ inſcribitur. Micyllus. Veneris filia, vel ipſa Venus, cujus in Phoenicia imaginem ſe vidiſſe teſtatur Lucianus. in lib. de Syria Dea. Θέημα, inquit, ξένον. ἡμισέη μὲν γυνή. τὸ δὲ ὀκόσον ἐκ μηρῶν ες ἄκρους πόδας, ἰχθύος οὐρὴ ἀποτείνεται. vel quia in aquas lapſa ſervata fuiſſet à piſcibus; vel quod Typhonem fugiens in piſcem ſeſe Cytherea novavit, &c. ut habet Manilius lib. IV. Aſtr. Ad quem vide Joſ. Salig. & quae adjecit Jo. Seldenus II. Syntagm. de Diis Syris cap. 3. Deam hanc *Syriam*, *Palaeſtinam*, & *Hierapolitanam* vocant, *Dirceto*, *Atergatin*, *Dagon*, Diodorus Sic. III. lib. Hyginus. Athenaeus lib. VIII. cap. 8. Strab. XVI. lib. Macrob. I. Saturn. cap. 23. Ramireſ. Pentecont. c. 21. Lil. Gyrald. I. Syntagm. Farnabius. Male in multis veterum, *Derce* & *Dirce*. Hermolaus Barbarus in Plinium & Scaliger in ora codicis ſui, *Derceti*. quod Florentinus S. Marci confirmat. occurrit & id nomen apud Statium Theb. VII. vſ. 298. *Nympha Dircetis*, vel *Dercetis*, ut eſt in vetuſtis exemplaribus nonnullis. Haec tamen Syrorum Dea *Derceto* eſt veterum pleriſque. ut Diodoro Siculo, Luciano, Tzetzae in Chiliadibus. nam in Plinianis codicibus libro V. cap. 32. pro *Derceto* exaratum offendas *Ceto*. qua de re ad Valerium Flaccum. Derceto haec & *Atergatis* dicta. Diodorus Siculus caput illi muliebre, cetera piſcis aſſignat. Lucianus de Dea Syria dimidia parte faeminam, dimidia parte piſcem fuiſſe vult: ἡμισέη μὲν γυνὴ, τὸ δὲ ὀκόσον ἐκ μηρῶν εἰς ἄκρους πόδας, ἰχθύος οὐρὴ ἀποτείνεται. ut dubium non ſit mihi, quin hanc ipſam Derceto cogitaverit Horatius in Arte Poëtica, & illis verſibus eam, ac ſimul Syrorum tam monſtroſa numina colentium exagitarit ſtultam ſuperſtitionem:

— *Ne turpiter atrum*
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne.

Per ſtagna a Dercetone celebrata Tzetzes Myridis lacum vult intelligi, quem Herodotus & Aelianus Varia Hiſtoria in Aegypto conſtituunt. Vide Grotium ad Germanici imagines pag. 52. Heinsius. Pontanus verum nomen *Derceto* ut Sappho, Dido eſſe dicit, ſed Poëtam jure ſuo *Dercetida* πατριωνυμικῶς feciſſe, metri neceſſitate coactum: ſed nulla neceſſitas urguebat, ut mutaret *Derceto*; nec ſcio an *Derceti* rectius ſcribatur.

46. *Stagna Palaeſtini credunt mutaſſe figurâ.*] Ut in emendato codice legitur, *coluiſſe* correximus. Regius. *Coluiſſe* in duobus Vatic. & uno Maff. Urſ. meo & Briant. In alio autem antiquiore, alio Vaticano, Statii, Capranic. Ernaldi, & Joann. *Celebraſſe figura*. Haec lectio magis mihi ridet: quam germanam & veram planè puto. Sic utitur hoc verbo infra 444. *Parsque forum celebrant.* Et lib. VII. 371.

— *Cygnia Tempe, Quae ſubitus celebravit olor.*

Et lib. X.

Iſque metu vacuus, naturalique pavore
Depoſito celebrare domos, mulcendaque colla
Quamlibet ignotis manibus praebere ſolebat.

Et lib. XIV. 557.

Naïades aequoreae: ſummiſque in montibus ortae
Molle fretum celebrant. Et aliis in locis, quos parcam ſcribere. M. Tullius ad Atticum lib. II. Epiſt. 22. *Domus celebratur: occurritur: renovatur memoria conſulatus: ſtudia ſignificantur: in eam ſpem adducimur, ut nobis ea contentio, quae impendet, interdum non fugienda videatur. Celebraſſe* etiam repperit vir doctiſſimus, & ſummo peracrique ingenio & judicio praeditus, Ob. Gifanius in libris quibuſdam antiquis, ut in Notis in Lucretium ſuis teſtatur. In quibus nonnullos Ovidii locos ex veteribus libris ipſe quoque feliciſſimè reſtituit. Unum doleo vehementer, quod praeclari illi ſui labores ſero admodum in manus meas pervenerint: ita ut eos cum his, qui à me reſtituti ſunt, conferre non potuerim. In illo Abb. & quibuſdam aliis legitur, *mutaſſe*: malè omnino. quod ex *Celebraſſe* vocis ſimilitudine natum eſſe crediderim. Ciofanus. Alii *mutaſſe* vel *habitaſſe*, ſed meliores, *celebraſſe*. quod verum eſt. ſic paſſim Naſo. ut Triſt. V. El. VI. 37.

Quam multa madidae celebrantur arundine foſſae.

Ex vetuſtis membranis, & *pomis celeberrima morus* hoc ipſo libro. ſic locus *celebris* pro frequentato Apulej. Met. I. *nam & celebritas ipſa commeantum metum mihi cumulabat.* ita lego, non *crebritas*. lib. IV. *Advenae copioſi, quos eximii ſpectaculi rumor ſtudioſa celebritate congregabat.* lib. VIII. *quo annonae copioſae beata celebritas invitabat.* male &

Naïs an ut cantu, nimiumque potentibus herbis,
Verterit in tacitos juvenilia corpora piſces:
Donec idem paſſa eſt. an, quae poma alba ferebat,
Ut nunc nigra ferat contactu ſanguinis arbor.
Haec placet: hanc, quoniam vulgaris fabula non eſt,
Talibus orſa modis, lanâ ſua fila ſequente.

Fab. IV. Argumentum.

Pyrami & Thisbes cruor in arborem morum.

Pyramus & Thisbe urbis Babyloniae, quam Semiramis regina muro cinxerat, [a] *& aetate & formâ pares, cum in propinquo habitarent, rimâ parietis & colloquii & amoris initia* [b] *inter ſe pignerati ſunt.* [c] *Conſtituerunt itaque* [d] *ut matutino ad monumentum Nini regis* [e] *ſub arborem morum convenirent ad amorem. Et cum celerius ſub*

illic contra veteres libros *crebritas* reponit Wouwerius. apud Juvenal. Satyra IX. 22.

Nuper enim, ut repeto, fanum Iſidis & Ganimeden
Pacis, & advectae ſecreta palatia matris,
Notior Auſidio moechus celebrare ſolebas.

Ita ſcripti complures, quos inſpexi. Pithoeus ex ſuo codice minus bene repoſuit, *ſcelerare.* Symmachus:

Hanc celebravit opum celebris Hortenſius aulam.

Auſonius:

Solus eram, quamvis coetu celebratus amico.

Vid. plura apud Zinzerl. Prom. Crit. c. XI. & apud Ciofan. h. l. Heins. Ita apud Vellej. Pater. lib. II. cap. 29. *celebraverat*, emendandum conjecimus, pro *coluerat*, quod viri docti reponebant. vid. Gifan. Ind. Lucret. in *concelebrare.* & ſupra ad III. Amor. v. 3. Burmannus.

47. *Illius filia.*] Duae Semiramides fuere. altera Nini uxor, poſterior, quae ſub columbae ſpecie a Syris adorabatur. hanc Atoſſam quoque dictam Canon in bibliotheca Photii teſtatur, & Euſebius in Chronico, qui Bolochi decimi octavi Aſſyriorum regis filiam facit, & cum patre annos duodecim regnaſſe eam teſtatur. Heinsius.

48. *Extremos altis in turribus egerit annos.*] In uno Vatic. *Egerit extremos altis in turribus annos.* Qui numerus non eſt deſpiciendus. Ciof. *Albis* Florentinus S. Marci. & pro diverſa lectione Rottendorphianus. argute. Nam Semiramis, de quâ hic agitur, Dercetus filia in columbam eſt mutata. notum illud, I. Triſt. VIII. 7.

Aſpicis, ut veniant ad candida tecta columbae,
Accipiat nullas ſordida turris aves.

Et illud Martialis XII. Epigr. 31.

Quaeque gerit ſimiles candida turris aves.

Hinc apparet cur *candida Thisbe* Statio dicatur Theb. IX. quam alibi, *Dionaeis avibus circumſonam* appellarat, Homerum imitatus, qui Τίρβην πολυτρήρωνα in catalogo dixit. ſic Noſter I. XV. *niveiſque frequens Sinueſſa columbis.* ubi perperam *colubris* hactenus eſt lectum. ſed & Suſis locus fuit, qui *turris alba* dicebatur, cujus meminit Plinius lib. II. cap. 106. Heinsius. *In montibus* unus Ambroſii & Marg. Gryphii & Berſmanni.

48. *Egerit annos.*] Exprimere tentavit Graecam vocem ἐπιπολάζειν, qua de columbis utitur Aelianus lib. I. Var. 15. & de Milüis Apollon. Dyſcolus cap. X. quia in verticibus tectorum, aut faſtigiis templorum verſantur. Burm.

49. *Naïs an ut cantu.*] Quaenam haec fuerit Naïs mihi parum eſt compertum. Nympha quaedam, quae carminibus & herbis juvenes quoſdam ſe clamoribus infeſtantes in mutos piſces tranſmutavit, ac tandem ipſa quoque facta eſt piſcis. Regius. Nereïdem quandam dixit, cujus nomen non proditur, Noſolam ſeu Noſoram inſulam Erythraei maris incolentem, quae omnes ad eum locum navim appellentes, ſibi miſceri cogebat, ac poſtea mutabat in piſces, auctore Arriano, quam fabulam in eadem hecatoſty narratam invenies cap. 93. Const. Fanens. Fuit autem multarum nomen hoc proprium. Nam & Amphionis filia, ex Aëdone Naïs fuit. & Naïdis nymphae meminit Pauſanias in Arcadicis. Naïdis meretricis Athenaeus lib. XIII. Micyllus. Arriani locus, quem Fanenſis indicavit, eſt in Hiſtoria Indica cap. 31. ſed dubito an hanc reſpiciat fabulam; non enim ipſam Nereïda verſam in piſcem ait Arrianus, ſed homines in piſces mutatos a Sole, ad preces nymphae iterum in homines rediiſſe. ut ipſe Conſtantius in Hecatoſty recte ex Arriano narrat. Burm.

50. *In tacitos piſces.*] Sic Naevius dixit, *Mutos quadrupedes.* cujus haec ſunt in Lycurgo: *Ducite eo argutis mutos quadrupedes.* Cicero in verſibus

Ara-

ſub lucem Thisbe, nacta occaſionem, ad deſtinatum locum veniſſet, [f] *conſpectu leaenae* [g] *exterrita, abjecto amictu,* [h] *in ſylvam refugit. At fera à recenti* [i] *praeda, cum ad fontem vicinum tumulo ſitiens* [k] *decurreret, relictam veſtem cruento ore laceravit.* [l] *Poſt cujus diſceſſum Pyramus cum* [m] *ad eumdem locum veniſſet, & amictum ſanguine adſperſum inveniſſet, exiſtimans* [n] *à fera conſumptam, ferro ſe ſub arbore interfecit. Deinde Thisbe depoſito* [o] *metu, cum ad eumdem fuiſſet reverſa locum, & comperiſſet ſe cauſſam mortis* [p] *adolenſcentis exitiſſe,* [q] *ne diutius dolori ſupereſſet, eodem ferro ſe trajecit, quorum cruore morus arbor, quae* [r] *foediſſimi ſpectaculi fuerat inſpectrix, poma, quae gerebat alba,* [s] *in conſcium vertit colorem.*

55 PYramus & Thisbe, juvenum pulcherrimus alter,
Altera, quas Oriens habuit, praelata puellis,
Contiguas tenuere domos: ubi dicitur altam
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem.

No-

Arataeis *Mutos piſces:*

Ipſe autem labens mutis equus ille tuetur
Piſcibus.

Ita praeclarè emendavit Muretus. In vulgatis peſſimè legitur *multis.* Agit enim ibi Cicero de duobus piſcibus, hoc eſt ſigno caeleſti. Idem Epiſt. 1. lib. 1. ad Q. fratrem: *Mutae pecudes.* & Ovid. lib. III. De Arte 325.

Quamvis mutus erat, voci faviſſe putatur
Piſcis, Arioniae fabula nota lyrae. Ciof.

Epitheton, ſi quod aliud piſcibus convenientiſſimum, unde & Horat. IV. Od. 3. *o mutis quoque, piſcibus.* Douza. *In patulos* unus Leidenſis pro varia lectione. vid. ſupr. lib. 1. 74.

52. *Arbor.*] *Arbos* Cantabr. & excerpt. Langerm.

73. *Haec placet.*] In nonnullis, *hoc placet.* Naugerius. Libri veteres magna ex parte, *Hoc placet, haec.* vel *Hoc placet, hoc.* unus Voſſianus, *Haec placet hinc.* Lege cum altero Erfurtano & Berſmanni codice:

Haec placet; hanc, quoniam vulgaris fabula non eſt,
Talibus orſa modis.

In Spirenſi, *Hoc placet, hanc.* Heins.

[a] *Et aetate.*] *Qui & aetate e. ſ. p. in proximo habitabant.* Colon.

[b] *Inter ſe pignerati ſunt.*] Sic & Veneta cum MS. Micyll. *pignerati pacti ſunt.* Sed poſterius à gloſſâ eſt. Raenerius, ut ſolet, ſua pro Lactantianis obtrudit lectori, cum ſcribit, *fundamenta jecerunt.* Naſo VIII. Met. *Quod das mihi pigneror omen.* Vide ibi Heinſium. Muncker. *Intra ſe pacti ſunt* Colon.

[c] *Conſtituerunt itaque.*] *con. tandem* Raener. Heinſ. *conſtituunt itaque* Colon.

[d] *Ut matutino.*] *A matutino* MS. & Veneta. *Matutino tempore* Micyll. Quod gloſſam reſipit. Sanè *matutino* pro *mane* inter adverbia numeratur à Diomede lib. 1. ut *quotidiano, heſterno, ſempiterno* lib. II. Legas & *à mane* apud eundem, ut ἀπὸ πρωΐ apud Graecos. Muncker. Vid. ad lib. III. Amor. III. 11.

[e] *Sub arborem.*] *Sub arbore convenirent ad amorem ſuum complendum. At cum Thisbe ſub luce nacta occaſionem a. d. l. deveniſſet.* Colon.

[f] *Conſpectu.*] *Aſpectu* Colon.

[g] *Exterrita.*] *Territa* Colon.

[h] *In ſilvam.*] *In ſpeluncam propinquam* Colon.

[i] *Praeda.*] *Praeda diſcedens* Colon.

[k] *Decurreret.*] *Decurriſſet* Colon.

[l] *Poſt cujus.*] *Poſt ejus* Colon.

[m] *Ad eundem locum.*] *Eodem* Colon.

[n] *A fera.*] *Amicam a fera con.* Micyll. *amicam a feris eſſe conſ. ſemet ſub.* Colon.

[o] *Metu.*] *Nondum metu. d. c. a. e. l. r. virum comperiſſet exſtinctum & ſe cauſſam* Colon.

[p] *Adoleſcentis.*] *Adoleſcenti* Micyll. & Colon. rectius.

[q] *Ne diutius.*] *Itaque ne diutius* MS. vid. lib. 1. fab. 7. Muncker

[r] *Foediſſima ſpectaculi.*] Ita MS. ſed legendum utique *foediſſimi.* Muncker. *Arbor aſperſa, quia ſpectaculi fuerat inſp.* Parm. Lugd. *aſperſa, quae ſpectaculi* Raener. Heinſ. *quia ſpectaculi fuerat inſpectrix teſtis.* Micyll. & haec vox a gloſſatore. *arbor aſperſa, quia fidiſſimus ſpectaculi fuerat teſtis poma albi coloris in ruborem vertit* Colon.

[s] *In conſcium.*] Sic cum MS. & Veneta. Raener. *in ſanguineum* &c. Micyll. *in conſcium ſanguineum* &c. ſed poſterius procul dubio gloſſatoris eſt. exiſtimo ſcripſiſſe Lactantium, *in puniceum vertit colorem.* Naſo verſ. 127. in hoc fabula, *puniceo tingit pendentia mora cruore.* Muncker. *In ſanguineum* Heinſ.

57. *Contiguas habuere domos.*] *Continentes* dixit Cicero pro Caecina. Ciof. Florent. S. Marci, Neapol.

Notitiam, primosque gradus vicinia fecit;
Tempore crevit amor, taedae quoque jure coïssent;
Sed vetuere patres, quod non potuere vetare.
Ex aequo captis ardebant mentibus ambo.
Conscius omnis abest. nutu signisque loquuntur.
Quoque magis tegitur, tectus magis aestuat ignis.

Fis-

Neapol. Bernegger. prim. Vatic. prim. Medic. prim. Hamburgensis, & sex alii ex melioribus cum Spirensi, & Norico, *tenuere*. & recte. nam *Oriens habuit* praecesserat. HEINSIUS. Plurimi libri *continuas* habent, id est, quae parietem communem habebant, ut ex sequentibus apparet. vid. vers. 99. *contiguae* enim possunt esse aedes, quae tamen murum non habent communem. ita *continentia aedificia* in jure l. 2. ff. de V. S. *continui montes* Horat. Ep. XVI. 5. *continui agri* Suetonio Caesar. c. 38. *continua humus* Nostro lib. VIII. 588. & similia ὅσα κόνις. in codicibus vero scriptis, *contiguas* & *continuus* permutantur passim. vid. IV. Fast. 378. lib. V. ultimo versu & apud Curtium lib. V. cap. I. de ipsa Babylone, *tecta nec omnia continua sunt*. ubi & alii codices, *contigua*. si quis tamen *contiguas* malit, non contendam. ita *attiguas aedes* Apulej. lib. IV. qui ea voce saepius uti solet. sed si *continuas* legendum, etiam *Habuere* praeferendum. vid. ad lib. V. 497. BURM.

57. *Ubi dicitur altam Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.*] Propertius III. IX. 21.

Persarum stravit Babylona Semiramis Urbem,
Ut solidum cocto tolleret aggere opus:
Et duo in adversum missi per moenia currus,
Ne possent tacto stringere ab axe latus.

Martialis lib. IX. 77.

Non silice duro, structilive cemento,
Nec latere cocto, quo Semiramis longam
Babylona cinxit.

Hyginus cap. CCXXXIII. *Murus in Babylonia, quem fecit Semiramis Dercetis filia, latere cocto & sulfure, ferro vinctum, latum pedes* XXV. *altum pedes* IX. *in circuitu stadiorum* CCC. De Babylone, ejusque murorum aedificiis ita scribit Q. Curtius lib. V. *Semiramis eam condiderat, vel* (*ut plerique credidere*) *Belus: cujus regia ostenditur. Murus instructus laterculo coctili, bitumine interlitus, spatium triginta & duorum pedum latitudine amplectitur. Quadrigae inter se occurrentes sine periculo commeare dicuntur. Altitudo muri centum cubitorum eminet. Turres denis pedibus, quam murus, altiores sunt. Totius operis ambitus* CCC. LXVIII. *stadia complectitur. Singulorum stadiorum structuram singulis diebus perfectam esse memoriae proditum est. Aedificia non sunt admota muris, sed fere spatium unius jugeri absunt, & reliq.* Ammianus autem in hunc modum lib. XXIII. *In Assyria splendidissima urbs est Babylon, cujus moenia bitumine Semiramis struxit, arcem enim antiquissimus rex condidit Belus. Semiramis prima omnium teneros mares castravit.* Idem lib. XIV. Atque ex hoc loco illustratur ille è lib. II. Amor. Eleg. III.

Qui primus pueris genitalia membra recidit,
Vulnera, quae fecit, debuit ipse pati.

Haec eadem, post Nini, ejus viri, mortem; quoad ejus filius adolesceret, virum mentita est. Claudianus in Eutropium lib. I. 399.

—— *Seu prima Semiramis astu*
Assyriis mentita virum, ne vocis acutae
Mollities, mollesque genae se prodere possent
Hos sibi conjunxit similes &c.

Qui plura cupit, legat Justinum lib. I. & Hyginum. Observavit haec optimus frater meus, M. Antonius. Si quis praeterea scire avet, quo modo, quove astu Semiramis ad regnum pervenerit, legat Muretum lib. VI. cap. XVII. Variarum lectionum. Ubi multa, quae sunt cognitu dignissima, ex Graecis auctoribus accuratè & diligenter, ut solet omnia, collegit. Qui nunc maximo omnium cum applausu in Jure civili publicè illustrando ita versatur, ut excellat. De quo meritissimo illud dici potest, quod olim de Isocrate proditum est litteris: *Cujus è ludo, tamquam ex equo Trojano, meri principes exierunt.* CIOFANUS. Aristophanes Ορν. πᾶν τουτὶ τὸ μεταξὺ Περιτειχίζειν μεγάλαις πλίνθοις ὀπταῖς, ὥσπερ Βαβυλῶνα. DAN. HEINS. Huc respexit etiam Juvenalis Sat. X. vs. 171. ubi de Alexandro:

Cum tamen a figulis munitam intraverit urbem
Sarcophago contentus erit.

Ubi videndus Scholiastes. quem locum Ludovicus d'Orleans ad Tacit. III. Ann. pag. 329. corrupit legendo, *intraverit urnam*. sed temerario passim ille conatu loca sana sollicitat: quis enim, quaeso, *munitam urnam* umquam fando audivit? denique si *urnam* intraverit, quid opus tunc addere *sarcophago contentus erit*. apage tales ineptias. dicitur a figulis munita urbs Babylon, cujus muri ex cocto latere. vide & Vitruvii lib. I. cap. V. & infinitos alios. pro *cinxisse* unus Mediceus hic, *posuisse*. quod firmari posset loco Prisciani in Perieg. 930.

Babylon, quam moenibus olim
Mirandis posuit firmisque Semiramis urbem.

multi vero alii, *struxisse*. sed ego nihil muto. *cingere* enim *muris urbem* usitata & recta locutio est, Senec. Octav. 401.

Cingere assuerant suas
Muris nec urbes.

Ev

Fiſſus erat tenui rimâ, quam duxerat olim,
Cum fieret paries domui communis utrique.
Id vitium nulli per ſecula longa notatum,
(Quid non ſentit amor?) primi ſenſiſtis amantes,
Et voci feciſtis iter: tutaeque per illud
Murmure blanditiae minimo tranſire ſolebant.

Saepe

Et alii paſſim. *Vallare muris* de hac ipſa Semiramide dixit Avien. Deſc. Orb. 1196. Scholiaſtes ineditus Voſſianus ad Juven. II. 108. citat Poëtae ignoti hos verſus, ad imitationem Ovidii factos.

Sennahar in campis Babylon, quam dicitur olim
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem.

Ubi *Sennahar* campi ſunt, qui Geneſ. XI. *Sinhar* vel *Senaar* dicuntur, ubi Babylon fuit. ita & Mar. Victor. in Geneſi:

In campum (*Senaar veteres dixere*) *patentem*
Perveniunt. Burm.

60. *Taedae quoque jure coiſſent.*] Mediceus & Argent. *jura*, forte recte, ut ita *coire ſocietatem* Cicero & Nepos dixerunt. & ſic *thalami foedera jungere*, ubi alii codices *foedere*. de quo vid. ad lib. VII. 403. Burm.

61. *Sed vetuere patres.*] *Pares* Urbinas. ſed recte *patres* poſuit, pro utroque parente. ita Claudianus Bell. Gild. 389.

Eſt illi patribus, ſed non & moribus iſdem
Maſcezel.

Ubi etiam *paribus* inepte vulgo legebatur. Auſon. Parental. Carm. III.

Me tibi, me patribus clarum decus eſſe profeſſus.

In lapide antiquo verſibus inſcripto, apud Gruter. pag. DCCCCXXXI. 9. & Pithoe. Catal. pag. 142.

At patrum miſeranda aetas anima cruciatur.

Et pag. DCXCII. 1.

M. JUSTINI. MARCELLI.
INFANTIS. DULCISSIMI.
QUI. VIXIT. ANNUM.
UNUM. DIES. XXXXVII.
M. JUSTINUS. SECUNDINUS. ET PRIMANIA
MARCELLINA. PATRES.
AMISSIONE. EJUS.
ORBATI.
P. C. ET. S. ASC. DDC.

Et ita DCCIV. & I. DCCVII. 5. ſic quoque *Fratres*, pro fratribus & ſororibus, (vid. ad Calpurn. Decl. XII. & XLIII.) *Natos* pro filiis & filiabus VI. Met. 339. & 342. *Reges* pro Rege & Regina, & ſimilia poſuiſſe veteres egregie docet Eruditiſſimus Bentlejus ad Horat. lib. I. Satyr. V. 100. ubi ſtuporem Clericanum, locum Horatii elumbi & inepta conjectura depravantem, omnibus ridendum exponit. vide ad Quinctil. IX. Inſtit. 3. & ad Lactant. argum. lib. XIII. fab. 4. Mediceus quoque unus habet, *quos non potuere vetare*. Burm.

62. *Ex aequo captis.*] *Ex aequo ardebant hi capti* cod. Menardi.

64. *Tanto magis aeſtuat ignis.*] Vett. libri, *tectus magis*. At Servius illo priore modo legit, proferens hunc locum ad illud Virg. lib. IV. Aeneid. 2. — *Et caeco carpitur igni. tanto* legitur etiam in lib. Statii & Capr. quod ſequendum videtur. — *Tanto magis aeſtuat ignis.* occultus enim ignis major ac validior eſt. Cior. Veteres libri, *tectus magis aeſtuat ignis*, & unus MS. meus. Farnabius. Recepimus veterum librorum ſcripturam, cum quia illa repetitio *tegitur*, *tectus*, eſt Ovidio familiaris, tum quia ſaepe veteres praemiſſis *quo*, *quanto*, non ſubjungunt *eo*, *tanto* & ſimilia: ſed ſimpliciter *magis* inſerunt. Remed. 218.

Sed quanto magis ire voles, magis ire memento.

Vellej. Paterc. II. 72. *Fuit dux Caſſius melior, quanto vir Brutus.* Aliquando omittunt τὸ *magis*. Juſtin. XXXIX. 3. *Quanto Grypus abnuit, tanto ſoror muliebri pertinacia accenditur.* Et *tanto* vel *tantum*, & *magis* omittit Quinctilian. lib. XII. cap. 10. in fine: *Quantum proceſſeris mollietur dives & laetius ſolum.* Saepiſſime Tacitus his particulis diverſo modo utitur. vide Gronov. ad Liv. I. 25. Burm.

65. *Fiſſus erat tenui rima, quam duxerat olim.*] Supra lib. II.

Fiſſaque agit rimas.

Et infra:

Arbor agit rimas.

Et Eleg. de Nuce:

At cum maturas fiſſo nova cortice rimas
Nux agit, ad partes pertica ſaeva venit.

M. Tullius ad Attic. *Tabernae mihi duae corruerunt: reliquae rimas agunt.* Et neſcio quis Poëta:

Agente terra per caniculam rimas.

Seneca etiam priore illo modo locutus eſt in Oedipo: *Duxere rimas robora.* Ex quo apparet & *ducere* & *agere rimas* idem eſſe. Cior.

66. *Communis.*] Tertius Mediceus, *confinis*. ita lib. XIII. 924. *litora confinia. confinia templa.* I. Art. 87. eadem varietas lib. II. Pont. X. 17.

Sunt tamen inter ſe communia ſacra Poëtis.

Ubi *confinia* quidam codices, nihil tamen moveo, quia in jure, *communis paries* ſaepe occurrit. & ita Priſcianus laudat lib. VI. pag. 719. Burm.

67. *Id vitium, nulli per ſaecula longa notatum.*] Solent enim amantes quae ab aliis non videntur, perſpicere. Unde I. Ep. 12.

Saepe, ut conſtiterant, hinc Thisbe, Pyramus illinc;
Inque vicem fuerat captatus anhelitus oris;
Invide, dicebant, paries, quid amantibus obſtas?
Quantum erat, ut ſineres nos toto corpore jungi!
Aut hoc ſi nimium, vel ad oſcula danda pateres!
Nec ſimus ingrati. tibi nos debere fatemur,
Quod datus eſt verbis ad amicas tranſitus aures.
Talia diversâ nequicquam ſede locuti;
Sub noctem dixere Vale: partique dedere
Oſcula quisque ſuae, non pervenientia contra.
Poſtera nocturnos Aurora removerat ignes,
Solque pruinoſas radiis ſiccaverat herbas:

Ad

Res eſt ſolliciti plena timoris amor.
Virgilius libro IV. Aeneid. 296.

— — *Quis fallere poſſet amantem?*

Rurſus hic Noſter in Epiſtola Oenonis 130.

Unde haec compererim tam bene, quaeris; amo.
CIOFANUS.

68. *Quid non ſentit amor? primi vidiſtis amantes.*] Solent enim amantes, licet amor caecus ſit, vel fingatur, diligentiſſimè omnia detegere, ac praeſentire. Idque expreſſit & Virg lib. IV. de Didone, quae Aeneam deperibat, abitionem clam ſe parantem. ejus verba ſunt:

At regina dolos (quis fallere poſſit amantem?)
Praeſenſit, motuſque excepit prima futuros.

Hujus autem rei cauſam affert ingenioſiſſimus Poëta noſter hoc verſu: *Res eſt ſolliciti plena timoris amor.* IDEM.

68. *Sentit amor.*] *Sentit amans* Francof.

68 *Vidiſtis.*] *Senſiſtis* veterrimum fragmentum Theatinorum Romae, & quinque alii ex noſtris, quae repetitio mihi arridet. Stat. II. Theb. 335.

Nil tranſit amantes;
Sentio.

Mox pro *vocis iter*, *voci* Urbin. fragm. Theat. & tres alii. *votis* alter Hamburg. & Lovanienſis. & *Inque vicem* meliores. Epiſt. XVII. 180.

Inque vicem tua me, me tua forma capit.

Et inf. IX. 30.

Inque vicem fulvae jactu flaveſcit arenae.

Et 524.

Inque vicem ſumtas ponit, poſitaſque reſumit.

Et VIII. 474.

Inque vicem ponit, poſitamque reſuſcitat iram.

Ut ibi meliores codices. HEINS. Vid. ad Petron. cap. 12. & 67. ſed & *in vices* dixerant, ut inf. 191.

69. *Et vocis feciſtis iter.*] Ita infra:

Ora praeſtant vocis iter. CIOFAN.

Stat. VII. Theb. 360.

Vociſque repens ſingultus apertum
Intercepit iter.

Ita *via vocis* inf. lib. VI. 355. & II. 830.

Vocis haberet iter. Ubi vide. BURM.

71. *Saepe ubi conſtiterant.*] Urbin. & prim. Erfurt. prim. Gronov. prim. Baſil. & ſex alii, *ut conſtiterant.* pro *oſcula danda*, quidam ex melioribus, *oſcula ſola. oſcula blanda* unus Moreti. *longa* alius. HEINS.

75. *Pateres.*] Repete, *quantum erat?* nam verborum ſtructus ſic procedit. CONST. FANENS.

77. *Datus eſt verbis.*] Cantabr. ſec. Medic. & duo alii, *datus es.* verſu proximo, *diverſa ſede*, non *parte* meliores. nam *partique dedere* ſequitur. HEINS. *Datus es nobis* ſex. *datus eſt vobis* quinque. Lovan. pro diverſa lectione *vocis.* ut ſupr. vſ. 69. duo, *vobis.*

78. *Sede locuti.*] Abb. liber *parte* locuti. CIOF.

78. *Sub noctem.*] Paullo ante noctem. ſic lib. XI. 480.

Cum mare ſub noctem tumidis albeſcere coepit
Fluctibus. CIOFAN. Vide ad Ep. XIX. vſ. 195.

80. *Pervenientia contra.*] Non placet haec locutio Criſpino: ſed bene, quod Ovidio placuerit. qui & lib. VII. 587. *Templa vides contra.* & etiam aliis, ut oſtendi ad Vellej. Paterc. II. 76. BURM.

81. *Poſtera nocturnos Aurora removerat ignes.*] Lib. VII. 100. *Poſtera depulerat ſtellas Aurora micantes.* CIOFANUS.

82. *Pruinoſas herbas.*] Pruina aſperſas, vel madidas. IDEM.

82. *Siccaverat.*] *Perflaverat* codex Junii. ſed Scholiaſtes Statii ad lib. III. 469. vulgatam agnoſcit.

83. *Ad ſolitum coiere locum.*] In utroque meo, duobus Vatican. *Ad ſolitum rediere locum.* Utrumque rectè. Hic Noſter alibi: *Medium coëamus in aequor.* Livius lib. XXV. *Quo minus in unum coïrent.* Urſini: *Ad ſolitum venere locum.* CIOFAN.

83. *Tum murmure parvo.*] Cantabr. ſec. Med. & duo alii, *cum murmure.* cum ſtatuunt. & *ſub nocte* multi veteres. HEINSIUS.

84. *Ut nocte ſilenti Fallere cuſtodes.*] In uno meo & uno Vaticano legitur, *nocte ſequenti.* CIOFAN.

Sta-

Ad ſolitum coïere locum. tum murmure parvo
Multa prius queſti, ſtatuunt, ut nocte ſilenti
Fallere cuſtodes, foribusque excedere tentent;
Cumque domo exierint, urbis quoque clauſtra relinquant:
Neve ſit errandum lato ſpatiantibus arvo,
Conveniant ad buſta Nini: lateantque ſub umbrâ
Arboris. arbor ibi, niveis uberrima pomis,
Ardua morus, erat, gelido contermina fonti.
Pacta placent: & lux, tardè decedere viſa,
Praecipitatur aquis, & aquis nox ſurgit ab îsdem.
Callida per tenebras, verſato cardine, Thisbe
Egreditur, fallitque ſuos: adopertaque vultum

Per-

Statuerunt nocte ſequenti etiam unus Gronovii & tres alii. *ſub nocte ſilenti* etiam dixit Stat. x. Theb. 197. *in nocte* quidam ſcripti & edit. in uno Thuani erat, *exire retentent.* ut ſit Ovidiana mox repetitio in *exierint.* vel forte legendum, *foribuſque exire paternis. tentant, exierant, relinquunt* etiam multi codices. Burmann.

86. *Urbis quoque tecta relinquant.*] *Clauſtra* unus Bononienſis. hoc eſt portas. Met. viii. 70.

Clauſtraque portarum genitor tenet.

Sic Lucretio lib. i. 72. *naturae portarum clauſtra*, & verſ. 416. *vitai clauſtra.* Statius. Theb. x. 649.

—— *Nondum illi Thebarum clauſtra ſubibant.*

Juvenalis Sat. viii. 261.

Prodita laxarant portarum clauſtra tyrannis.

Val. Flaccus lib. iii. 52.

—— *Nocturnaque muris*
Clauſtra cadunt.

Prudentius Paſſione Eulaliae:

Nocte fores ſine teſte movet,
Septaque clauſtra fugax aperit.

Nec vero abſimile Naſonem ſcripſiſſe *urbis ſepta.* quomodo *portarum ſepe* Triſt. iv. Eleg. i. vſ. 81. ex antiquis codicibus. *ſepta domorum* Lucretio bis terve, & Virgilio. *conſeptum domus ampliſſimae* Apulej. Met. viii. & *conſeptum templi* lib. xi. & *conſeptum caveae* lib. x. Heins. Nos *clauſtra* recepimus: manifeſte enim de portis urbis agitur. ita Quinctil. Decl. x. 8. *ut ſolent bellicae robur accipere portae, ipſam umbram jam catenis adligare, jam clauſtris.* Burm.

89. *Uberrima pomis.*] *Celeberrima* liber ſcriptus Berſmanni, ex noſtris tertius Gronovianus, & Zulichemianus. tertius Mediceus, *creberrima.* ſic in Amoribus *celeberrimus ilice lucus. uberrimus* tamen ad fertilitatem refertur. hinc *hominem uberrimum* nitidi corporis & habitioris dixit Gellius lib. iv. c. ult. Heins. Vide ſupr. ad ii. 218. & h. l. vſ. 46.

91. *Diſcedere.*] Cantabrigienſis & tertius Mediceus, *decedere*, quod verum putamus: decedit enim coelo. ita Virg. Ecl. ii. 67.

Et ſol creſcentes decedens duplicat umbras,

Ecl. viii. 14.

Frigida vix coelo noctis deceſſerat umbra.

i. Georg. 222.

Gnoſſiaque ardentis decedet ſtella coronae.

iv. 466.

Te veniente die, te decedente canebat.

In quibus omnibus eodem modo variant codices, ut fere ſemper in his verbis, *diſcedere* & *decedere.* & ita apud Quinct. Decl. cccLxxxviii. conjiciebamus, *horridus vero, decedente die, undarum fragor.* vide egregie Broukh. ad Propert. ii. Eleg. xiv. 11. ubi deſumptam locutionem a praefidibus provinciarum docet. quamquam & de militibus in ſtatione poſitis poſſet ſumi, quia decedente die ſurgit nox, in lucis vicem ſtationi ſuccedens, quo Noſter adludit eleganter lib. ii. 115. de Lucifero agens, *Coeli ſtatione noviſſimus exit.* Burmannus.

92. *Et aquis nox ſurgit ab iiſdem.*] In duobus meis, & aliquot aliis, *exit.* lib. Joannis, Statii, Urſini, Abbatis & alter Caeleſt. ſuperiorem habent lectionem. Omnino probabilius. *Praecipitatur & ſurgit*, antitheta. Ciofan. *Nox ſurgit* multi veteres. ita inf. 197. *Modo ſurgis Eoo*
Temperius coelo.

Et ii. Faſt. 500. ex MS.

Lunaque ſurgebat. Heins.

Sed utrumque rectum. Faſt. vi. 474.

Et vigil Eois Lucifer exit aquis.

Et ii. Pont. v. 50.

Qualis ab Eois Lucifer exit aquis. Burm.

93. *Callida.*] Et hic *candida* erat in uno Leidenſi. vid. ad. ii. Amor. xviii. 29.

93. *Cardine verſato.*] Infra:

Janua ne verſo ſtridorem cardine reddat.

Sic & Tibullus Eleg. ii. lib. i.

Nec furtim verſo cardine aperta ſonet. Ciofan.

94. *Vultum.*] *Vultus* unus Leidenſis.

95. *Di-*

Pervenit ad tumulum; dictàque ſub arbore ſedit.
Audacem faciebat amor. venit ecce recenti
Caede leaena boum ſpumantes oblita rictus,
Depoſitura ſitim vicini fontis in undâ.
Quam procul ad Lunae radios Babylonia Thisbe
Vidit: & obſcurum trepido pede fugit in antrum.
Dumque fugit, tergo velamina lapſa relinquit.
Ut lea ſaeva ſitim multâ compeſcuit undâ,
Dum redit in ſilvas, inventos forte ſine ipſâ
Ore cruentato tenues laniavit amictus.
Serius egreſſus veſtigia vidit in alto
Pulvere certa ferae, totoque expalluit ore
Pyramus. ut vero veſtem quoque ſanguine tinctam
Reperit; Una duos nox, inquit, perdet amantes:
E quibus illa fuit longâ digniſſima vitâ;
Noſtra nocens anima eſt. ego te, miſeranda, peremi,
In loca plena metûs qui juſſi nocte venires;
Nec prior huc veni. noſtrum divellite corpus,

Et

95. *Dicta ſub arbore.*] *Dicta* hoc loco valet, ut apud Terentium in Andria: *Hic dies dictus eſt nuptiis.* Et apud Caeſarem lib. I. De bell. Gall. *Dies colloquio dictus eſt ex eo quintus.* CIOFANUS. *Pactaque* MSS. Berſmanni, quod petitum ex verſu ſeq. 116. ſimilis diverſitas infr. XI. 214. vide ad Epiſt. XII. 194. III. Faſt. 205.

Conveniunt nuptae dictam Junonis ad aedem. BURM.

97. *Spumantes oblita rictus.*] In Urbinati erat, *Spumanti fervida rictu.* Ego nihil muto. *vultu* vel *vultus* alii quidam codices.

98. *In undâ.*] Plurimi, *ad undam*, vel *undas.* alii, *in undam.*

99. *Babylonia Thisbe.*] Unus Mediceus, *temeraria*; quod τῷ *audaci* reponderet, & eſſet quae ſe temere periculo huic expoſuerat. ita & lib. IX. 584.

Quid enim temeraria vulneris hujus
Indicium feci.

II. AM. XIII. I.

Dum labefactat onus gravidi temeraria ventris.

Sed nihil muto. BURM.

100. *Timido pede.*] *Trepido* Cantabrigienſis. forte melius. Heinſius etiam olim malebat, *ut videt, obſcurum* &c.

101. *Velamina lapſa.*] *Fuſa* unus Mediceus.

101. *Relinquit.*] Meliores, *reliquit.* HEINSIUS. *relinquit* Mediceus & alii: pro *tergo* etiam *retro* excerpta Langerm.

102. *Ut lea ſaeva ſitim multa compeſcuit unda.*] Hunc verſum citat Sergius Grammaticus in verbo *Lea.*

102. *Compeſcuit.*] Exſtinxit, ſedavit. CIOFANUS.

103. *In ſilvas.*] *In ſilvam* Gronov. eadem varietas lib. III. 80. & 520. & alibi.

105. *Serius.*] *Tardius* Cantabr. ut lib. III. 234, *tardius exierant.*

106. *Certa.*] *Tuta* Baſil. quod pro *trita* poſitum credebat Heinſius. vid. I. Art. 585. ſed hic *certa* praeſtat, unde ſine dubio colligeret feram fuiſſe, & deinde Thisben laniatam.

108. *Perdet.*] *Perdit* Cantab. & Thyſii. Heinſius volebat, *perdis.*

111. *Plena metus.*] *Metu* Junianus Voſſii & quatuor alii. vid. ad V. Triſt. III. 36. & I. Am. XV. 36. deinde *ſola venires* Gronov. pro diverſa lectione.

112. *Divellite.*] Dilacerate, diſcerpite. Seneca in Thebaide: *Mea membra paſſim ſpargite, ac divellite.* Ariadne ad Theſeum: *Jam jam venturos, aut hac aut ſuſpicor illac, Qui lanient, avidos viſcera dente lupos.* CIOFAN.

113. *Conſumite viſcera morſu.*] Liber Dominic. *Viſcera dente.* Et cave, ne hoc loco legas, *Corpora morſu*, ut quidam. Reclamant manuſcripti libri. IDEM. *dente* unus Gronov.

114. *O quicumque.*] Exclamatio, qua Pyramus ſibi mortem exoptat: ſed in ſequenti carmine ſe corrigit. CIOFANUS.

114. *Habitatis rupe.*] *Pelle* tert. Medic. Heinſius conjiciebat, *valle.* nihil muta Senec. Herc. Oet. 241.

Foeta ut Armenia jacens
Sub rupe tigris, hoſte conſpecto exſilit.

115. *Sed*

Et ſcelerata fero conſumite viſcera morſu,
O quicumque ſub hac habitatis rupe, leones.
Sed timidi eſt optare necem. velamina Thisbes
Tollit, & ad pactae ſecum fert arboris umbram.
Utque dedit notae lacrimas, dedit oſcula veſti:
Accipe nunc, inquit, noſtri quoque ſanguinis hauſtus,
Quoque erat accinctus, demittit in ilia ferrum.
Nec mora; ferventi moriens è vulnere traxit.
Ut jacuit reſupinus humi; cruor emicat alte;
Non aliter, quam cum vitiato fiſtula plumbo
Scinditur, & tenues ſtridente foramine longè
Ejaculatur aquas; atque ictibus aëra rumpit.
Arborei foetus adſpergine caedis in atram
Vertuntur faciem: madefactaque ſanguine radix
Poeniceo tinguit pendentia mora colore.
Ecce, metu nondum poſito, ne fallat amantem,
Illa redit: juvenemque oculis, animoque requirit:
Quantaque vitarit narrare pericula geſtit.

Ut-

115. *Sed timidi eſt optare necem.*] Ad hunc locum reſpexit Seneca in eadem, quam proximè nominavi, Tragoedia. Ubi eſt paullo plenior, & abundantior, quam hic Poëta noſter. Ejus verba ſunt:

Quare ipſe mortem cupiat, aut quare petat:
Utrumque timidi eſt velle.

Conſciſcere ſibi mortem ignavi fuiſſe hominis, non autem fortis, ut vulgo putatum eſt, ex Ariſtotelis ſententia, & D. Aurelii Auguſtini, jam pridem docuit Muretus in libris Variarum lect. CIOF.

116. *Et ad pactae ſecum fert arboris umbram.*] Paullo ſuperius *dictam* dixit. M. Tullius in prima Orat. in Catal. more ſuo conjunxit *Pactam, & conſtitutam.* Cujus haec ibi leguntur: *Sciam pactam & conſtitutam eſſe cum Manlio diem?* IDEM.

116. *Secum fert.*] Quidam legunt: *Et ad pactae ſe confert.* Peſſimè. IDEM. Recte Ciofanus repudiat, *ſe confert.* quod & in uno Baſileenſi eſt. Francius volebat, *fert ſeſe.* ego nihil muto. infra vſ. 692.

Nec ſecum auxilium, ſed dignos tempore fletus,
Plangoremque ferunt.

Lib. VIII. 87.

Fert ſecum ſpolium ſceleris.

Sic *afferre ſecum* infra vſ. 499.

Attulerat ſecum liquidi quoque monſtra veneni.

BURMANN.

119. *Demiſit.*] *Dimiſit* veteres. niſi quod in primo Moreti, *dimittit.* HEINSIUS. Vide ad Epiſt. XIV. 5.

121. *Et jacuit reſupinus humo.*] *Humi* rectius quatuor melioris notae. prior Erfurt. *Ut jacuit.* HEINSIUS. *humi* recte. vid. Epiſt. XXI. 242. I. Met. 376. X. 210. III. Faſt. 15. alia res eſt ubi additur adjectivum. tunc enim amant ablativum caſum. ut IX. Met. 84.

Deprenſaque durâ
Cornua figit humo.

X. 550.

Libet hac requieſcere tecum,
Et requievit, humo.

Infra hoc libro 261.

Sedit humo nuda.

Vid. & ad III. 23. BURMANNUS.

123. *Tenui ſtridente foramine longas.*] Nonnulli, *& tenuis ſtridente foramine longe.* ſed & prior recta. NAUGERIUS. In uno meo, Abbatis, uno Caeleſt. uno Maffei & Dominic. legitur, *Et tenui ſtridente foramine longas, &c.* In altero Caeleſt. & altero Maffei, non *longas*, ſed *latas.* In altero meo, *Et tenuis ſtridente foramine longas.* Quae lectio ſi viris doctis recipienda videtur, *longas* expono, longè emiſſas, vel jactas. *Tenues ſtridente foramine longe* nonnulli. rectius. unus Moreti pro diverſa lectione, *ſtringente.* mox *aëra pulſat* unus Bononienſis. ut in Arte I. 82.

Appias expreſſis aëra pulſat aquis.

Eandem comparationem habes apud Senec. I. Natur. Quaeſt. cap. 3. HEINSIUS. Unus Heinſii, *frendente*; *rumpitur* Ambroſ. *laeditur* Lovan. *pulſat* placet. ſic Epiſt. 136.

Scopulo, quem vaga pulſat aqua. & alibi.

Utque locum, & verſam cognovit in arbore formam;
(Sic facit incertam pomi color) haeret, an haec ſit.
Dum dubitat, tremebunda videt pulſare cruentum
Membra ſolum, retroque pedem tulit: oraque buxo
Pallidiora gerens, exhorruit, aequoris inſtar,
Quod tremit, exiguâ cum ſummum ſtringitur aurâ.
Sed poſtquam remorata ſuos cognovit amores;
Percutit indignos claro plangore lacertos:
Et laniata comas, amplexaque corpus amatum,
Vulnera ſupplevit lacrimis, fletumque cruori

Miſ-

127. *Purpureo.*] In eodem meo, *Puniceo.* Ciofanus. *Puniceo* unus Ciofani cum Mureti excerptis. placet. infr. 728.

Puniceo miſtos cum ſanguine fluctus.

dixit. libro II. 667.

Candida puniceo perfundit membra cruore.

Lib. XIII. 888.

Puniceus de mole cruor manabat.

Libro V. 536.

Puniceum pomum. Heins.

Recte; ſed *Poeniceo* reſcripſimus. vid. lib. IV. 728. & XII. 104. Statius I. Achil. 308.

Lactea Maſſagetae veluti cum pocula fuſcant
Sanguine poeniceo.

Deinde primus Vaticanus & unus Mediceus, *pendentia poma.* ut ſup. 51. & mox 132. & 165. ſic in Catal. Pithoei. pag. 30.

Sanguine poma rubent triſti nece tincta repente,
Candida quae fuerant, ſanguine poma rubent.

Rubore etiam nonnulli. Burmannus.

131. *Utque locum.*] *Atque locum* Gebh. I. Crepund. 9.

131. *Et viſam cognoſcit in arbore formam.*] Idem liber, Urſini & Briantii *cognovit*, non *cognoſcit.* Alter Caeleſt. *& verſam cognoſcit in arbore formam.* Quod mihi probatur maximè. Arbor enim colorem rubrum contraxerat, ut ſequens indicat carmen. Ciofan. *Verſam formam* Arondel. & octo alii, cum uno Palatino & uno Berſmanni. recte. inf. 604. *verſae ſolatia formae* & ſup. 45. *verſa figura.* Heinsius.

134. *Oraque buxo Pallidiora.*] Sic & ille alter:

Uvis aridior puella paſſis,
Buxo pallidior, novaque cera.

Catullus LXXXI. hoc idem ſignificavit hiſce verbis:

Hoſpes inaurata pallidior ſtatua.

Et ipſe I. Pont. X. 28.

Membraque ſunt cera pallidiora nova. Ciofan.

Nemeſianus Eclog. II.

Pallidior buxo violaeque ſimillimus erro.

Et hinc *Pallentem Cytoron* dixit Valer. Fl. V. 106.

135. *Pallidiora gerens.*] Hic verſus in codice Florentino, prorſus abraſa veteri ſcriptura, erat a manu ſecunda. puto legendum, *pallidiora rigens.* Graeciſmo ut inf. 326. *ſumma riget.* vel ſaltem legendum, *pallidiora ferens*, ut apud Virgil. III. 490. *ſic oculos, ſic ora ferebat.* Noſter lib. VI. 27. *patriumque nitorem ore ferens Ceyx.* & XIII. 733. ex MSS. *virginis ora ferens.* vid. XIV. 645. Heins.

136. *Quod tremit.*] Exiguae aurae non convenire videtur hoc verbum, quare repoſuimus, *tremit* ex Cantabrigienſi & novem aliis. ita Epiſt. XI. 75.

Ut mare ſit tremulum, tenui cum ſtringitur aura.

Et hoc τῷ *horret* reſpondet egregie. I. Art. 553.

Horruit, ut ſteriles, agitat quas ventus, ariſtae,
Ut levis in madida canna palude tremit.

Vento etiam melius *Tremit* convenit. ita Valer. Flacc. VI. 526.

Vento tremefacta chlamys.

Noſter lib. II. 855.

Tremulae ſinuantur flamine veſtes.

Sic eleganter Val. Flacc. V. 109.

Magnae pelago tremit umbra Sinopes.

Quae tremebunda quaſi in pelago ventis leniter agitato conſpicitur. Voces vero hae ſaepe confuſae. vid. inf. IV. 359. & IX. 207. Burm.

137. *Sed poſtquam remorata.*] Lego, *revocata*, intelligens ſcilicet revocatam illam fuiſſe ex illa conſternatione, quae paullo ante ipſam invaſerat, & quam Naſo tam pulcra hic comparatione illuſtrat, idque τὸ *cognovit*, per ſe ſatis probare videtur. Scheppervs apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. *memorata* Voſſii & ſeptem alii, quod & in duobus Palatinis repperit Gebhardus lib. II. Crep. II. & temere probavit. & explicat pro poſtquam ſecum memoraſſet & meditata eſſet. *revocata* vero ſimpliciter poni, pro poſtquam ad ſe rediit, non puto. nec ullius codicis auctoritate nititur. rectius reponeretur *revocata* libro X. 671. ubi vulgo *remorata.* Burm.

138. *Percutit.*] *Perculit* Cantabr. duo Regii, & ſex alii. lib. V. 98.

Protenora perculit Hypſeus.

Lib. XI. 680.

Perculit ora manu.

Ita codices antiqui. apud Lucretium initio libri primi, *perculſae corda tua vi.* ut tres vetuſtiſſimi co-

Miſcuit: & gelidis in vultibus oſcula figens,
Pyrame, clamavit, quis te mihi caſus ademit?
Pyrame, reſponde. tua te, cariſſime, Thisbe
Nominat. exaudi, vultusque attolle jacentes.
Ad nomen Thisbes oculos, jam morte gravatos,
Pyramus erexit, viſâque recondidit illâ.
Quae poſtquam veſtemque ſuam cognovit, & enſe
Vidit ebur vacuum; Tua te manus, inquit, amorque
Perdidit, infelix. eſt & mihi fortis in unum
Hoc manus: eſt & amor, dabit hic in vulnera vires.

Per-

codices, quos inſpexi. vulgati *percuſſae*. & poſtea iidem codices de ove, *lacte mero mentes perculſa novellas*. quamquam *percuſſa* illis locis praeſtiterit, ſi auctoritate membranarum nitatur. nam ut *perculſus* pro *percuſſus*, ita *percuſſus* pro *perculſus* apud Poëtas nonnunquam ponitur. ut ad Maronem Aeneid. I. 513. & aliis locis demonſtramus. Cicero apud Gellium lib. XV. cap. 6.

Qui quondam Hectoreo perculſus concidit enſe.

Rutilius Itinerar. de Nerone & Stilichone parricidis:

Hic immortalem, mortalem perculit ille,
Hic mundi matrem perculit, ille ſuam.

Heinsius. Mihi neutiquam hoc, & ſimilibus locis *perculit* probari poteſt, licet librarii ſemper fere apud Poëtas has duas voces confuderint. perpetua enim haec vocis *percellere* eſt ſignificatio, ut notet in terram dare, evertere, ſternere, quod in luctu, ubi planguntur pectora, locum habere nequit. ſic Cicero cum *adfligere* conjungit pro Caelio 32. & pro domo cap. XI. *Iiſdem machinis ſperant me reſtitutum poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerint*. Virgil. V. 374.

Perculit & fulva moribundum extendit arena.

Ubi etiam *percutit* alii codices. ſic quod Sueton. Tiber. LV. & Neron. XXXV. vocat *percellere*, idem in Tiber. LI. dixit *adfligere*. & ita ubicumque fere in pugna res geritur, & aliquis proſternitur, mallem *perculit*. ut lib. V. 18. 58. & 98. XIII. 312. & hoc mille exemplis adſtrui poterat. *percutere* vero eſt verberare, plangere. vide ſup. III. 330. & infinitis apud noſtrum locis. quia vero Heinſius ſe ad Virgilium haec pluribus demonſtraturum promiſerat, eaeque viri illuſtriſſimi notae perierint, & hic in curis ſecundis a priore ſententia diſceſſiſſe videatur, nos uno aut altero exemplo oſtendemus perperam etiam ſaepe *perculſus* pro *percuſſus* exhiberi. ſic in vehementioribus animi adfectionibus ego malim uti verbo *percuſſus*, quam *perculſus*, ut recte Pierius ad illum Virgilii locum I. 513. & lib. VI. 475.

Nec minus Aeneas caſu percuſſus acerbo.

Ubi addit idem, mortales tot aetatibus neglexiſſe differentiam inter *perculſum* & *percuſſum*. lib. VIII. 122. *Obſtupuit tanto percuſſus nomine Pallas.* Lucan. V. 595.

Mens dubiis percuſſa pavet.

I. 487.

Nec ſolum vulgus inani
Percuſſum ferrore pavet.

V. 737.

Percuſſaque vulnere caeco.

Et ita paſſim. ratio autem cur in his omnibus *percuſſus* proferri debeat, eſt quia translatio aperta eſt a vulnere corporis ad mentem, quam manifeſte Cicero oſtendit III. ad Att. 12. *Percuſſiſti autem me etiam de oratione prolata, cui vulneri ut ſcribis, medere, ſi quid potes*. non patitur notarum ratio haec pluribus hic agere, & oſtendere, quam male Barth. ad Stat. II. 260. *percutere* ruſticum magis verbum cenſeat. vide plura apud Praeſtantiſſimum Drakenborch. ad Silii lib. II. 213. Burmannus.

139. *Corpus amatum.*] *Amantis* multae editiones & Lovanienſis. *complexaque* etiam tres ſcripti.

141. *Oſcula figens.*] Prim. & ſec. Thuan. aliique multi, *fingens*. ſimilis diverſitas veterum librorum apud Lucanum libro VI. vſ. 565.

Theſſalis incubuit membris, atque oſcula fingens,
Truncavitque caput, compreſſaque dentibus ora
Laxavit.

De *fingendi* verbo vide quae ad Acontii Epiſtolam notamus. Temere tamen nihil hoc loco mutandum. Epicedio Druſi 95.

At miſeranda parens ſuprema neque oſcula fixit.

Virgil. Ceiri:

Dulcia deinde genis rorantibus oſcula figens.

Heinsius. Vide ad Epiſt. XI: 117.

143. *Cariſſima.*] *Cariſſime* Balliolenſis & Regius ſecundus, quod merito Heinſius amplexus eſt.

145. *Oculos in morte gravatos.*] In utroque meo, *Jam morte gravatos*. Quod magis videtur quadrare. Ciofanus. *Jam gravatos* rectius veterum nonnulli. viderunt Vivianus & Ciofanus. ita Statius Silv. III. ad Uxorem,

Oculos jam morte cadentes. Heins.

148. *Inquit amorque.*] *Et error* Baſileenſis, ſed tunc repetitionis venuſtas perit. Idem.

Perſequar exſtinctum: letique miſerrima dicar
Cauſſa, comesque tui: quique à me morte revelli
Heu ſolà poteras, poteris nec morte revelli.
Hoc tamen amborum verbis eſtote rogati,
O multum miſeri, meus illiusque, parentes,
Ut, quos certus amor, quos hora noviſſima junxit,
Componi tumulo non invideatis eodem.
At tu, quae ramis arbor miſerabile corpus
Nunc tegis unius, mox es tectura duorum;
Signa tene caedis: pullosque, & luctibus aptos
Semper habe foetus, gemini monumenta cruoris.
Dixit: & aptato pectus mucrone ſub imum
Incubuit ferro, quod adhuc à caede tepebat.
Vota tamen tetigere Deos, tetigere parentes:
Nam color in pomo eſt, ubi permaturuit, ater:
Quodque rogis ſupereſt, unà requieſcit in urnà.

Fab. V. Argumentum.

[a] Leucothoë in virgam turam.

Sol praelatam Leucothoën ex [b] *Eurynome & Orchamo* [c] *Achaemeniae principe*, [d] *origine*

149. *Eſt & mihi fortis in uſum Haec manus.*] *In unum* ſcripti omnes. niſi quod Jureti excerpta, *in ictum*. Lege, *in unum Hoc manus*. atque ita primus Vaticanus, & quinque aut ſex alii. poſſet etiam legi, *fortis in unam Me manus*. Heinsius. Ego tamen praeferrem,

Eſt & mihi fortis in uſus Hos manus.

Sic verſ. 524.

Hos uſus praeſtet tibi, dixit, alumnus.

Schepperus apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. Francius *in uſum hunc* volebat.

150. *In vulnera.*] *In vulnere* Lovanienſis & unus Heinſii. vid. ad lib. I. Amor. I. 5.

151. *Perſequar.*] *Proſequar* Sixii codex. forte melius. id eſt, comitabor, ut Epiſt. XI. 119.

Ipſa quoque infantes cum vulnere proſequar umbras.

Et infr. 550. ubi eadem varietas, & ſaepe alibi apud Noſtrum. *Te ſequar* margo Berſmanni. Burm.

154. *His tamen amborum verbis.*] In meo antiquiore, Joannis, & uno Caeleſt. *Hoc tamen*. Hoc loquendi genere utitur etiam Eleg. III. lib. I. Triſt.

Eſte ſalutati tempus in omne mihi. Ciof.

Hoc tamen ex ſcriptis. vel *Haec*. quomodo nonnulli. nec male Graevianus, *Vos tamen*. Heinsius. *amborum precibus* Voſſian. *lacrimis* unus Heinſii. non male.

155. *Miſerique mei illiuſque parentes.*] *Miſeri meus illiuſque parentes* vetuſtiores plerique. Idem.

156. *Hora noviſſima.*] *Hora breviſſima* unus Mediceus. *ut quos ferus amor* etiam Moreti unus.

157. *Eodem.*] *In uno* MS. Berſmann.

160. *Pulloſque.*] *Nigroſque* Balliol. & Bernecc. *nigros &* Leidenſ. & Gronov. *pullos* Voſſian.

162. *Dixit &.*] *Dixerat*; *aptato* codex Menardi & Heinſii, ut millies alibi.

162. *Sub imum.*] *Sub ipſum* Medic. & Baſil. quod placuit olim Heinſio.

163. *Incubuit ferro.*] Ita Seneca in Hippolyto:

Laqueo ne vitam finiam, an ferro incubem?

Et ipſe lib. XIV.

Incubuit ferro.

Lucilius lib. XXVI.

Suſpendatne ſe, an in gladium incumbat, ne caelum videat. Ciofanus.

164. *Vota tamen tetigere Deos.*] Heinſius olim corrigebat, *ſuos tetigere Deos*, ut inf. 373. *vota ſuos habuere Deos.*

[a] *Leucothoë.*] *Leucotoë Orcanis regis filia in virgam tuream* Parm.

[b] *Eurynome.*] *Erymene* Colon.

[c] *Achaemeniae principe.*] MS. *Achaemenido*. Unde levi mutatione fieri poſſet *Achaemenida*, vel *Achaemenide*, ut Veneta exhibet. ſed praeferam vulgatam. Muncker. *Achaemenido* Parm. *Achaemenide* Lugd.

[d] *Origine.*] *Ab origine* Raener. Heinſ. *origine belli genitam*. Colon.

[e] *Clymenae ac Rhodo.*] Ita non dubitavi reſcribere, cum *Archodo* exhiberet MS. certe rectius eſt,

gine Beli genitam, [e] *Clymenae ac Rhodo, Circes Matri, & Clytiae, quarum pulchritudine* [f] *ante ſollicitum animum egerat, dilexit.* [g] *Et cupiens, ut in antedictis,* [h] *cupiditatem ſedare in ſpeciem matris puellae Eurynomes converſus, virginem deceptam dolo vitiavit.* [i] *Cujus adulterio Clytie incenſa, qua nondum ſatiatus erat Sol,* [k] *parenti puellae indicavit. Quam ille cum* [l] *terrae defodiſſet,* [m] *vitiator admiſſi* [n] *miſericordiam exhibens,* [o] *diducto ſolo, cui ſubjecta fuerat, pro ea virgam* [p] *tinctam nectare, quae gratiſſima Diis hominibuſque eſſet, extulit: quae turea* [q] *appellatur.* [r] *Hoc Heſiodus indicat.*

Deſierat: mediumque fuit breve tempus; & orſa eſt
Dicere Leuconoë, vocem tenuere ſorores.
Hunc quoque, ſidereâ qui temperat omnia luce,
Cepit amor Solem. Solis referemus amores.
Primus adulterium Veneris cum Marte putatur
Hic vidiſſe Deus. videt hic Deus omnia primus.
Indoluit facto: Junonigenaeque marito
Furta tori, furtique locum monſtravit. at illi
Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat,
Excidit. extemplo graciles ex aere catenas,
Retiaque, & laqueos, quae lumina fallere poſſint,
Elimat. non illud opus tenuiſſima vincant

Sta-

eſt, quam *Arcadi*, quod Raenerius; vel *Archadi* quod Veneta repraeſentat. Micyllus dedit, *Clymenae Rhodoque, item Circes Matri ac Clytiae.* Muncker. *Archadi Circe Matri & Clytiae* Parm. *Arcadi Circes* Lugd. Raener. Heinſ. *Clymene Rhodoque ac Matri Circes & Clytie, pro quarum* Colon.

[f] *Ante ſollicitum animum.*] Sic cum MS. Veneta quoque & Micylliana. non potuit hoc concoquere Raenerius. itaque reſinxit, *ejus ſollicitus antea animus fuerat.* At homini pudenti ſuffeciſſet τὸ *egerat* mutare in *geſſerat.* Muncker. Neſcio an *egerat* damnandum temere. ita enim *ſpes agere mentem* dicitur Claudiano Conſul. Olybr. 66. & terror Val. Flacc. II. 361.

[g] *Et cupiens.*] *Et ita eum cupiens* Colon.

[h] *Cupiditatem ſedare.*] Hoc eſt amorem: inf. lib. v. fab. 4. *Ne cupiditatem ejus experirentur.* Muncker. *Sedaret* Parmenſ. *ſedat: Nam* &c. Raener. Heinſ.

[i] *Cujus adulterio.*] *Clytie autem, qua nondum ſol ſatiatus erat, eo adulterio incenſa parenti* &c. Heinſ. Raener. *Cui antea ſociatus fuerat ſol* Micyll. *cui ante Sol ſociatus erat* Colon. *incenſam* hic iratam notare docet Barth. XXIII. Adv. II. ut apud Terentium Hecyr. IV. I. 47. Phorm. I. IV. 9. & alios.

[k] *Parenti.*] *Patri* Colon.

[l] *Terrae defodiſſet.*] Vid. Not. ad Hyg. Myth. cap. 15. Ruffin. praefat. ad Chromat. *protulit panes Apoſtolicae reconditos terae.* Munk.

[m] *Vitiator admiſſi.*] Barth. d. l. *vitii auctor admiſſi* tentabat.

[n] *Miſericordiam.*] *Mirum* Colon.

[o] *Diducto ſolo.*] *Deducto* Parm. Lugd. Micyl. Raener. Colon.

[p] *Tinctam.*] *Illitam.* Colon.

[q] *Appellatur.*] *Vocatur.* Colon.

[r] *Hoc Heſiodus.*] *Et hoc H.* Parm. Lugd. *Haec* Micyll. Colon.

168. *Leucothoë.*] Sic eſt legendum ex vett. libris: Falſo eſt in quibuſdam impreſſis, *Leuconoë.* Ciof. Cantabr. Bernegg. Spirenſis, Thuan. prim. Reg. prim. Gronov. Arondel. aliique nonnulli, *Leuconoë.* recte. monui jam ſupra. de Leucothoë Leuconoën paullo poſt narrantem audiemus. ſic variant apud Horatium lib. I. Od. II. codices. mox *referemus*, pro *referamus* meliores. paullo ante unus Leidenſis pro diverſa lectione, *mediumque ſubit breve tempus*, non *fuit.* quod parum abeſt quin amplectar. Heins. Inf. 399. *tempuſque ſubibat:* ſic apud Martial. lib. X. 23.

Nulla (lux) fuit, cujus non meminiſſe velit.

Gruterus & Scriverius, *ſubit* legunt. Burm.

174. *Furtique locum.*] *Furtique torum* Francof.

177. *Et laqueos, quae lumina fallere poſſent, Elimat.*] De hoc ſecundo De Art. 577.

Mulciber obſcuros, lectum circaque, ſuperque
Diſponit laqueos, lumina fallit opus. Ciofan.

In multis codicibus, *qui lumina.* inſolentius ſcilicet videbatur librariis, pronomen hoc non reſpon-

Stamina, non ſummo quae pendet aranea tigno.
Utque leves tactus, momentaque parva ſequantur,
Efficit: & lecto circumdata collocat aptè.
Ut venere torum conjux & adulter in unum;
Arte viri, vinclisque novâ ratione paratis,
In mediis ambo deprenſi amplexibus haerent.
Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas:
Admiſitque Deos. illi jacuere ligati
Turpiter. atque aliquis de Dîs non triſtibus optet
Sic fieri turpis. Superi riſere: diuque
Haec fuit in toto notiſſima fabula coelo.
Exigit indicii memorem Cythereïa poenam:
Inque vices illum, tectos qui laeſit amores,
Laedit amore pari. quid nunc, Hyperione nate,

For-

dere proxime praecedenti verbo *laqueos*. ſed ſic ſaepe veteres. Cicero x. ad Fam. 24. *Amor tuus ac judicium de me, utrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie ſit allaturus non facile dixerim.* ubi Corradus dubitare non debuerat, an *allaturum* reponendum eſſet. Idem lib. 1. de Legibus cap. 1. *Lucus ille, & haec Arpinatium quercus, agnoſcitur ſaepe a me lectus in Mario.* Quinctilian. lib. VIII. 3. *Quoniam Orationis tam ornatus, quam perſpicuitas, aut in ſingulis verbis, aut in pluribus poſitus.* Hirtius Bell. Afric. 25. *noctes dieſque oculos mentemque ad mare diſpoſitos directoſque haberet.* in quibus omnibus maſculinum genus praevalet. ſed contra femininum apud Livium lib. XLIV. cap. 28. *Naves & praefectum inviolatas dimiſit.* & lib. IV. 42. *nec pietas quatuor tribunorum, quam Hortenſii placabile ingenium plebi Patribuſque gratior fuit.* Burm.

178. *Elimat.*] Ad lib. 1. Amor. XIV. 7. dubitabamus, an *eliquat* eſſet reſcribendum; ſed nec *elimat* facile movendum eſſe putamus, ut fabro ferrario convenientius.

179. *Non ſummo.*] *Nec* Douza.

181. *Et lecto circumdata collocat apte.*] *Arte* plerique vetuſtiores. Forte, *lecto alto.* quod verius puto. nam unus Voſſianus, *alte*, lib. X. 462.

——— *Et alto*
Admotam lecto cum traderet, accipe, dixit.

Sic & *altus torus* paſſim. Heins. Eadem diverſitas lib. II. Faſt. 647.

182. *Conjux.*] *Conjuxque* Patavinus.

184. *Amplexibus.*] *Nexibus* Strozzae liber.

287. *Aliquis de Dis non triſtibus optat.*] *Optet* unus Moreti, Puto,

——— *Atqui aliquis de Dîs non triſtibus optet.*

Heins. Ita certe Apollo hoc optat apud Lucian. Dial. Deor. Apollinis & Mercurii. *Optet* Gebhard. II. Crep. II. pro *turpis* etiam *triſtis* Ambroſ. & unus Moreti.

189. *Haec fuit in toto notiſſima fabula caelo.*] Eodem lib. 561.

Fabula narratur toto notiſſima caelo,
Mulciberis capti Marſque Venuſque dolis.

Ubi hanc ipſam rem longo carmine perſequitur. Ciofanus. Fabula haec celeberrima. ſed alii addunt, Gallum militem a Marte, quoties ad Venerem iret, poſitum ante thalami portas, ut quoties Solem Orientem videret, moneret Martem; illum autem aliquando ſomno correptum jacuiſſe, & ita Solem deprehendiſſe adulteros. vid. Lucian. in Gallo & Libanii Narrat. cap. 20. refertur etiam a Servio ad Virgil. VI. 14. & Hygin. 148. vide & Lutatium & Barth. ad Stat. III. Theb. 274. & VII. 62. & 1. Achil. 192. Allegoriam ex Aſtrologia tradit Lucianus in Aſtrologia, ut notavit Farnabius. Burmannus.

190. *Exigit indicii.*] Conjecerat olim, *indiciis*, vel, *indicio* Heinſius, quia *exigere alicui poenas* dici probaverat ad Claudiani VI. Conſ. Honor. 113. ſed nihil muto. ſi jam enim illa conſtructio erit admittenda, debet ſubintelligi, *ſoli*, cui exigit poenam indicii memorem. *meritam* etiam *poenam* Voſſianus. Burmannus.

192. *Hyperione nate.*] Hujus & Euryphaeſſae filium ſolem facit Homerus Hymno in Solem. alii ex Aethra vel Thia v. Barth. ad Stat. XII. Theb. 413. Hyperion vero fuit unus ex Titanibus, ut ipſe Sol, qui ſolus bello contra Jovem abſtinuit, Serv. ad Virg. Aeneid. IV. 119. & VI. 583. Arnobius vero lib. IV. pag. 135. & 141. recenſens quinque Soles, ſecundum Jovis & Hyperioniae filium ait. ad quem locum vide Stewech. Lutatius ad Stat. III. Theb. 35. refellit vanitatem hujus commenti, & Solem *Hyperiona* dictum, quia *ſuper omnia ſecula* eſt. aliam etymologiam habet Schol. Pindari Od. Olym. VII. verſ. 72. idem Lutatius vero ad lib. VIII. 47. *Hy-*

pe-

Forma, calorque tibi, radiataque lumina profunt?
Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris,
Ureris igne novo: quique omnia cernere debes;
Leucotheen ſpectas: & virgine figis in unâ,
Quos mundo debes, oculos. modo ſurgis Eöo
Temperius coelo: modo ſerius incidis undis;
Spectandique morâ brumales porrigis horas.
Deficis interdum: vitiumque in lumina mentis
Tranſit; & obſcurus mortalia pectora terres.
Nec, tibi quod Lunae terris propioris imago
Obſtiterit, palles. facit hunc amor iſte colorem.
Diligis hanc unam: nec te Clymeneve, Rhodosve,
Nec tenet Aeaëae genetrix pulcherrima Circes,
Quaeque tuos Clytie, quamvis deſpecta, petebat

Con-

periona ſolis equum eſſe dicit. ita vix conſtat inter fabularum ſcriptores. Burm.

193. *Forma colorque tibi?*] *Calorque* primus Mediceus & Noricus. quod ſequentia videntur confirmare. Heinsius.

196. *Leucothoën.*] Non variant in hoc nomine codices, quos Heinſius inſpexit. ſed *Leucothoën* vocandum eſſe poſt alios docuit Broukhuſius ad Prop. II. xx. 10 Munckerus tamen ad Anton. Liber. cap. 15. diverſas facit *Leucotheam*, quae mox. vers. 542. memoratur ab hac *Leucothoë*, a Sole amata. ſed diverſa quidem dea eſt, ejuſdem tamen nominis. & ubique apud Poëtas *Leucothea* vel *Leucothee* meliores codices exhibent. nam dictam volunt quaſi Λευκὴν θέαν, vel a Λευκῷ πεδίῳ τῆς Μεγάριδος, & a θεῦσαι, ὁ ἐστὶ δραμεῖν. Schol. Homer. Odyſ. E. 334. unde male apud Virgil. in Ceiri vers. 396. *Leucothoë* legitur. ceterum tertiam *Leucotheam* memorat Plutarch. de fluminibus in Pactolo, quem dicit eſſe Ἑλλίας (quod nomen corruptum puto) καὶ Λευκοθέης παῖδα. hujus vero *Leucotheës* & Solis filius Therſanon Argonauta Hygino dicitur cap. 14. qui a ſolo Hygino inter Argonautas cum memoretur, Munckerus ex cap. 161. illum eundem eſſe, qui Philammon dicitur, credidit, quem Noſter lib. XI. 315. Apollinis & Chiones filium facit. quae cum eſſet filia Daedalionis, Luciferi filii, puto in Hygino mendum eſſe, & hanc Philammona longe diverſum eſſe a Therſanone. ſed de illo ad lib. XI. agemus. hujus vero fabulae de Leucothea meminit & Valerius ad Rufinum, ne uxorem ducat, qui libellus Hieronymi ſcriptis ſubjungi ſolet, ut adnotaverat Heinſius. Burm.

198. *Modo ſurgis Eöo Temporius, &c.*] Seneca de Solis amore, multis omiſſis verſibus, ita loquitur:

Nec ſuum tempus tenuere noctes,
Et dies tardo remeavit ortu.

Quibus ſanè verbis videtur ad hunc noſtri Poëtae locum reſpexiſſe. Ciofanus. In pleriſque ſcriptis eſt, *temperius*. & ita olim locutos eſſe, poſtea *temporius*, docet Manutius ad Cicer. lib. IX. Epiſt. 16. & ex eo Taubm. ad Plaut. Perſ. V. I. 26. ſic quoque antiquiſſimus codex S. Germani, apud Columell. lib. II. cap. 18. *omnes lapides, & ſi qua objacent falcibus noxia, colligi ac longius exportari ſubmittique pro natura locorum, aut temperius, aut ſerius.* ita enim legendum, & ex eodem codice, *falcibus noxia*, pro vulgato *obnoxia* reſcripſimus. *obnoxia* enim falcibus ſunt, herbae eae, quae ſecari debent, *noxia*, quae aciem falcis retundunt. apud eumdem etiam lib. VIII. 84. *Temperius* idem codex habet. utitur & Apulej. Metam. lib. IX. & Palladius in Februar. tit. XXI. *ſi roſam temperius habere volueris.* Burm.

199. *Porrigis horas.*] *Umbras* ſec. Medic. & Neapolit.

203. *Palles: facit hunc amor ipſe colorem.*] *Pallere* propriè amantum eſt. I. Art. 729.

Palleat omnis amans, eſt hic color aptus amanti:
Hoc decet, hoc multi non valuiſſe putant. Ciof.

203. *Ipſe.*] *Amor iſte* cum melioribus. Heins.

204. *Rhodos.*] Inſula eſt Lyciae adjacens, Soli adeo grata, ut ſemper (quamvis nebuloſo aëre) aliqua diei hora ejus radii videantur, ut ſcribit Plinius. *Rhodos* autem ἀπὸ τοῦ Ῥόδου, hoc eſt, à roſa, propter pulchritudinem (ut quidam ſcribunt) fuit appellata. Nam prius & *Ophioſa*, & à ſerenitate *Aetherea* vocabatur. Diod. vero ait Rhodon inſulam à Rhodo puella Neptuni filia ex quadam Telchinum ſorore, qui primi inſulam tenuerunt, fuiſſe appellatam. Regius. Non de Rhodo inſula, ſed de Rhodo puella amata a Sole Poëta intelligit. Diodorus in ſexto ſcribit, Neptunum ex quadam Tel-

Concubitus; ipſoque illo grave vulnus habebat
Tempore. Leucothee multarum oblivia fecit.
Gentis odoriferae quam formoſiſſima partu
Edidit Eurynome; ſed poſtquam filia crevit,
Quam mater cunctas, tam matrem filia vincit.
Rexit Achaemenias urbes pater Orchamus: isque
Septimus à priſci numeratur origine Beli.
Axe ſub Heſperio ſunt paſcua Solis equorum:
Ambroſiam pro gramine habent. ea feſſa diurnis
Membra miniſteriis nutrit, reparatque labori.

Dum-

Telchinium ſorore, qui maris filii credebantur, ſex liberos mares, & foemellam unam, *Rhodon* nomine, genuiſſe, a pulchritudine, ut puto, ſic appellatam; Ῥόδον enim neutro genere roſam ſignificat, eamque a Sole dilectam ex ejus compreſſu ſeptem filios Heliades a patris nomine nuncupatos genuiſſe. Ἥλιος enim Sol dicitur. Euſtathius autem, & Pherecydes a Diodoro multum diſſentiunt. tradunt enim Rhodon, Aſopi fuiſſe filiam, & Phaëthontem, Aeglen, Lampetien, & Lampetuſam Apollini peperiſſe. ſed ut in ceteris diſſideant, in hoc tamen conveniunt, Rhodon puellam quandam fuiſſe amatam ab Apolline. de qua ut intelligendum ſit, ratio haec facit, quod mulieres a ſole dilectas, non autem loca Poëta enumerat. Const. Fanens. In Commentariis Pindari, Ode ſeptima Olympia, Herophylo autore legitur, Rhodon Neptuni & Veneris filiam fuiſſe. Solem autem amaſſe Rhodon, & ex ea ſeptem genuiſſe filios, Ochimum, Cercaphum, Actinem, Triopam, Macareum, Tenagem, & Phaëthontem, vel ut alii, Tenagen, Phaëthontem, qui natu minimus fuit, Actinem, Macareum, Triopam, Chryſippum & Candalum, & de hac Rhodo, puella videlicet, hoc loco intelligendum. Micyllus. Tzetzes Chil. iv. 137. enumerans Solis conjuges, inter eam ponit Rhodon quoque Neptuni filiam, ex qua Cercaphus & Triopes nati. vide Meurſ. de Rhod. lib. i. cap. iv. Heſiodus vero in Theogonia inter filias Tethyos & Oceani memorat *Clymenen*, & *Rhodiam*, & praeterea *Clytien*, cujus mox apud Noſtrum mentio. deinde etiam, *Perſeida*, quae forte Mater Circes. ita ut hae omnes amicae Solis fuerint, ſorores, & Nymphae Nereides. *Clymeneve Rhodoſve* vero eſt in codice Menardi. Burm.

205. *Deſpecta petebat Concubitus.*] Quidam malè legunt, *Deſpecta tenebat*. Ciof.

207. *Ipſoque illo grave vulnus habebat Tempore.*] *Habebas* Bernegger. prior Erfurt. prim. Regius, aliique nonnulli pro *ipſoque illo*. primus Palat. primus Medic. prim. Erfurt. & Noricus, *ipſoſque*. quatuor alii, *ipſaque*. in Berneggeriano vox ea erat eraſa. Τὸ *illo* abeſt a Rottendorphiano. *Ipſoque nimis* alter Rogerii Twiſdeni. *ipſoque loco* alter Erfurtanus. unus Mediceus pro diverſa lectione, *Yolieque*. Locus mendi omnino ſuſpectus. Heinsius. Puto de Clytie adhuc loqui, & legendum,

Quaeque illo grave vulnus habebat
Tempore.

210. *Eurynome.*] *Eurynome*, ut ſcribit in Theogonia Heſiodus, nympha fuit Oceani & Tethyos filia, uxorque Orchami, Achaemeniorum regis. altera fuit Apollinis filia, quae Ethalioni marito Adraſtum, Argivorum regem, atque Eriphylen peperit. Regius. Non admodum variant codices, quorum quidam, *Eurinome*, alii, *Eurimone*, unus, *Eminone*, alter, *Eurinone*. ſed vulgata recta, quamvis Graecum nomen uxori regis Achaemeniae tribuere non debuiſſe videri poſſit. ejuſdem nominis alia Dorycli filia apud Valer. Flacc. ii. 136. tertia Adraſti Mater, Iphiti filia Hygin. fab. 69. & 70. alia adhuc Nyſi filia, Agenoris & Bellerophontis ex Neptuno Mater. Hygin. 157. quae ab aliis *Eurymede*. alia praeterea Ponti & Maris filia, eidem in praefatione. quam noſtram eſſe volunt interpretes. & ab Heſiodo in Theogonia vſ. 368. Tethyos & Oceani filiam dici. & haec etiam videtur a Libanio in Diegematibus cap. i. memorari. Burm.

211. *Filia vicit.*] *Vincit* meliores, & mox, *priſci Beli* in quibuſdam, vel *priſca Beli*, pro *priſco Belo*. Heins. *Antiquum Belum* vocavit etiam Statius lib. vi. 61. ut recte Gronovii editio pro vulgato *Bello* reſtituit. Ita & Scaliger alium Claudiani eodem modo corruptum locum ſanavit lib. i. Laud. Stil. 62. & Silii lib. xv. 750. Heinſius, qui & in Avieni Deſc. Orbis 1198. legebat:

—— *Stat maxima Beli*
Aula quoque argento, domus Indo dente niteſcit.

Ubi vulgo, *Belli*. cum autem diverſi fuerint Beli, ut Eruditiſſimus Perizonius in Originibus Babyloniis oſtendit, an ſit ille, qui praecipue Βῆλος ὁ ἀρχαῖος dicitur Aeliano lib. xiii. 3. non dijudico. vid. Periz. cap. 7. Antiquitatem Beli ejus ante Trojana tempora etiam Lactantius lib. i. cap. 23. oſtendit. Epitheto autem illo *priſci*, vel *antiqui*, ſaepe

Dumque ibi quadrupedes coeleſtia pabula carpunt;
Noxque vicem peragit; thalamos Deus intrat amatos
Verſus in Lurynomes faciem genetricis: & inter
Bis ſex Leucothoën famulas ad lumina cernit
Levia verſato ducentem ſtamina fuſo.
Ergo ubi, ceu mater, caras dedit oſcula natae;
Res, ait, arcana eſt: famulae, diſcedite: neve
Adripite arbitrium matri, ſecreta loquenti.
Paruerunt: thalamoque, Deus, ſine teſte relicto,
Ille ego ſum, dixit, qui longum metior annum,

Omnia

ſaepe ſolent Poëtae ornare eos, qui primi auctores & conditores gentis vel regni habentur. ut ita *Priſcum Inachum* Horat. lib. II. Od. 3. vocavit. Burm.

217. *Caeleſtia pabula carpunt.*] Ita vett. libri, itaque legendum. Ciofan. *Gramina* MSS. Berſmanni. quae voces ſaepe in MSS. confuſae: ſed *pabula carpere* dixit & III. Amor. v. 28. & IV. Faſt. 750. Burm.

220. *Ad lumina.*] Caligant qui obtrudunt lectori, *ad limina.* Neque vident lumina nentibus ancillis convenire. quod noſtro ſolenne eſt. 2. Faſt. 743. *Lumen ad exiguum famulae (Lucretiae) data penſa trahebant.* Quod de *Famulis ad lumina* monet Dauſqueius ad Sil. Ital. I. vſ. 66. non huc facit. Farnabius. Recte Farnabius, *ad lumina* enim debet conjungi cum *ducentem ſtamina.* vide ad Petron. CIII.

221. *Stamina fuſo.*] Hic quoque ex *fuſo* fecerunt *filo.* Perperam. Annotarunt praeterea, hoc loco *fuſum* eſſe generis neutrius. Idque falſiſſimum eſt. Non enim liquido intelligi poteſt ex hoc loco, cujus ſit generis. Mox vero id, quidquid eſt, perſpicuè apparebit. Ciofanus.

221. *Laevia verſato ducentem ſtamina fuſo.*] Sic propè alibi:

Tortaque verſato ducentes ſtamina fuſo.

Ciofanus. Veteres plerique è caſtigatioribus, *Lenia.* unde ſuſpicio ſuboritur, *Tenuia* Naſonem ſcripſiſſe. certe unus meus, *Tenea.* Virgil. I. Georg. 397. *Tenuia nec lanae per coelum vellera ferri,* cujuſmodi proceleuſmaticos illi Statioque admodum familiares eſſe ſcimus. Claudianus lib. II. in Rufinum 108. ex veteribus membranis:

Illinc Armeniae vibratis crinibus alae
Tenuia collectae facili velamina nodo.

Vide Gron. ad Stat. IV. Theb. 697. Lucretius lib. I. 874. ex tribus veterrimis codicibus,

Linquitur hic quaedam latitandi copia tenuis.

Nunc legitur, *tenuis latitandi copia quaedam. laevia* tamen *fila* in re ſimili & Catullus in Argonauticis dixit, & auctor Elegiae in obitum Maecenatis vſ. 74. Heins. *Mollia* Gronovianus, ut τὰ Μαλακὰ intelligat, ut Heſychius & Poll. X. I. §. 12. vocant. ita v. Meta. 594.

Molliaque impono ſalici velamina curvae.

Apulej. Florid. III. *Veſtis tenuis textu, tactu mollis.* Virgil. IV. Georg. 348.

Dum fuſis mollia penſa
Devolvunt.

Lucian. de Saltat. principio, Ἄνθρωπον ὁρῶν ἐσθῆτι μαλακοῖς. Euang. Lucae VII. 25. & paſſim. ita *mollire lanam* III. Ep. 70. & alibi. hoc certe prae *tenuia* placeret, ſi quid eſſet mutandum. Burm.

224. *Eripite.*] Lege ex fide optimorum veterum, *abripite* Ciofan. Veteres maxima ex parte, *Arripite* vel *Abripite.* pro *matri ſecreta loquendi*, Florentinus, S. Marci, & Urbinas, *loquenti.* Scribendum fortaſſe:

Arripite arbitrium matre in ſecreta loquente.

Vel, *arripite arbitrium matri ſecreta volenti. Arripere arbitrium*, quo ſignificatu paſſim apud auctores, *remotus ab omni arbitrio locus.* & apud Noſtrum lib. II. 458.

—— *Procul eſt, ait, arbiter omnis.*

Nuda ſuperfuſis tingamus corpora lymphis.

Senec. Hippol. vſ. 598.

Commodes paulum, precor
Secretus aures: ſi quis eſt, abeat, comes.
En locus ab omni liber arbitrio vacat.

Hercule Oetaeo 484.

Hipp. *En locus ab omni tutus arbitrio vacat.*

Symmach. Ep. III. lib. I. *Bajis remotis arbitris otiabar. In ſecreta*, pro loco ſecreto. Met. XIII. 555. *In ſecreta venit*, de Polymneſtore Hecubam ad colloquium ſecretum admittente. Phaedrus lib. III. fab. 10. *Seductus in ſecretum a liberto ſuo.* Auctor Octaviae 690.

Quo trepida greſſum conjugis thalamis tuis
Effers alumna, quodve ſecretum petis?

Plinius Secundus lib. I. Ep. V. *Paucos poſt dies ipſe me Regulus convenit in officio praetoris, illuc perſecutus ſecretum petit.* Heinsius.

225. *Paruerant.*] *Paruerunt* probe primus Mediceus cum Norico. dictum alibi. mox, *thalamo relicto* veteres plerique. Heinsius. *Relicto* etiam Douza volebat.

226. *Metior.*] *Emetior* Medic. pr. & tres alii. ſed vulgata defenditur lib. VIII. 564.

Omnia qui video; per quem videt omnia tellus:
Mundi oculus. mihi, crede, places. pavet illa: metuque,
Et colus, & fusus digitis cecidere remissis.
Ipse timor decuit. nec longius ille moratus,
In veram rediit faciem solitumque nitorem.
At virgo, quamvis inopino territa visu,
Victa nitore Dei, posita vim passa querelâ est.
Invidit Clytie, (neque enim moderatus in illâ
Solis amor fuerat) stimulataque pellicis irâ
Vulgat adulterium: diffamatumque parenti
Indicat. ille ferox immansuetusque precantem,
Tendentemque manus ad lumina Solis, &, Ille
Vim tulit invitae, dicentem, defodit altâ
Crudus humo: tumulumque super gravis addit arenae.
Dissipat hunc radiis Hyperione natus: iterque
Dat tibi, quo possis defossos promere vultus.
Nec tu jam poteras enectum pondere terrae
Tollere, Nympha, caput: corpusque exsangue jacebas.
Nil illo fertur volucrum moderator equorum
Post Phaëthonteos vidisse dolentius ignes.

Ilie

228. *Mundi oculis.*] Conjecerat Heinsius. *mundi oculis, mihi crede, places.* id est meis oculis, qui sunt mundi oculi. eleganter vero hoc illustratur loco Macrobii lib. I. Satur. cap. 21. *Osirin Aegyptii ut Solem esse asserant, quoties hieroglyphicis literis suis exprimere volunt, insculpunt sceptrum, inque eo speciem oculi exprimunt, & hoc signo Osirin monstrant, significantes hunc Deum Solem esse, regalique potestate cuncta sublimem despicere; quia Solem Jovis oculum appellat antiquitas.* vid. Zinzerling. Diatrib. posterior. pag. 203. sic & Manilius stellas vocat, *mundi oculos* lib. I. 133. vid. ad lib. I. 769. BURM.

229. *Et colus, & fusus digitis cecidere remissis.*] Male est in quibusdam typis excusis, *Et colus & fusi.* Illo modo vet. omnes. Hunc quoque locum imitatus est Seneca in Hippolyto 103.

Palladis telae vacant:
Et inter ipsa pensa labuntur manus. CIOFAN.

Fusus, (vid. ad lib. VII. 348. ubi ex MSS. *cecidere illis animusque manusque*) & mox *faciem* pro *speciem* in vetustioribus. HEINS. Haec mihi nimis simplicia videntur, & quoties genium Poëtae intueor, vix ambigo quin legendum sit:

—— *Metuque*
Et color & fusi manibus cecidere remissis.

Sic lib. II. vs. 602.

Et pariter vultusque Deo, plectrumque colorque
Excidit.

Et vers. 175. hujus libri,

Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat
Excidit.

Solet enim Naso ejusmodi consternationibus ingenium suum aeque ad animi ac corporis partes extendere. sed quia colus & fusi in proximo erant, facile inde error natus est. SCHEPPERUS apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

231. *In veram speciem.*] In utroque Caelest. *In veram faciem.* CIOFAN. Et ita multi scripti. deinde *solitumque vigorem* MSS. Berlmanni.

234. *Moderatus in illam.*] *In illa* iidem meliores plerique. inf. VI. 490. *in illa aestuat.* VII. 21. 89. VIII. 50. *merito Deus arsit in illa.* IX. 724. *ardetque in virgine virgo.* XIV. 770. *inque figura Capta Dei Nymphe est.* vid. Ep. IV. 99. mox *diffamatamque* malim, quam *diffamatumque.* HEINS. *In illa* etiam Barth. XXXI. Adv. 3.

235. *Pellicis irâ.*] *Pellice saeva* Gronovii unus. sed male. ita & mox. vers. 277. *ira* vero pellicis hic est in pellicem concepta. sic *dolor pellicis* Quinct. Decl. X. 9. quem Ovid. III. Art. 677. *de pellice* dixit. sic *metus Pompeji*, quo metuitur, Sallustio *Injuria Legatorum* Liv. I. 13. & similia. de quibus vid. Voss. ad Pompon. Mel. II. 7. Barth. ad Stat. V. Th. 165. & XI. 310. Brouckh. ad Prop. IV. VII. 65. & alios plures, qui hoc monuerunt. BURM.

239. *Defodit altâ humo.*] Supplicium sollemne temeratae virginitatis, quo Romanos etiam in virgines Vestales animadvertisse est notissimum, & recte Farnabius notavit. vid. VI. Fast. 458. *dissodis*

Ille quidem gelidos radiorum viribus artus,
Si queat, in vivum tentet revocare calorem.
Sed, quoniam tantis fatum conatibus obſtat,
Nectare odorato ſpargit corpusque locumque,
Multaque praequeſtus, Tanges tamen aethera, dixit.
Protinus imbutum coeleſti nectare corpus
Delicuit, terramque ſuo madefecit odore:
Virgaque per glebas ſenſim radicibus actis
Turea ſurrexit; tumulumque cacumine rupit.

Fab. VI. Argumentum.

[a] Clytie Nympha conjux in herbam heliotropium.

[b] *Clytie Nympha ſupra dicta, ob injuriam ab amatore deſerta, ita tenuata viſceribus eſt, ut in herbam converteretur,* [c] *quae primum conſervans* [d] *amorem Dei, Heliotropium diceretur, curſumque ſervaret ejuſdem Dei.*

AT Clytien (quamvis amor excuſare dolorem,
Indiciumque dolor poterat) non amplius auctor
Lucis adit: Venerisque modum ſibi fecit in illâ.
Tabuit ex illo, dementer amoribus uſa,

Nym-

ſodit Junian. Leid. & duo alii.

240. *Tumulumque ſuper.*] *Cumulumque* duo ſcripti, *gravem ſuperaddit* Voſſian. & duo alii. *gravis ſuper* multi.

241. *Diſſipat.*] Gebh. II. Crep. 9. *dividit* ex MSS.

242. *Defoſſos promere vultus.*] *Depreſſos* Junianus. & alius. *foſſos poſſis depromere* Cantabr. & tres alii. *defeſſos* Vatic. & tres alii.

244. *Nec tu.*] Citat haec Priſcianus lib. IX. pag. 862. ut probet *enectum* dici. unde patet quoſdam codices male habere, *dejectum*, vel, *evexum*, *evectum* vel *innectum*, vel *attritum*, vel *depreſſum*.

246. *Phaëthonteos ignes.*] *Phaëthontiados* primus Mediceus. Lege, *Phaëtontiacos*. & ſic apud Lactantium Elegia de Phoenice, nonnulli codices vetuſti:

Cum Phaëtontiacis flagraret ab ignibus axis.

Non *Phaëtonteis*. Heinsius. *Phaëtontiades* Bononienſis unus.

248. *Tentat.*] *Tentet* cum Genevenſi. Heins.

249. *Tantis fatum conatibus obſtat.*] *Cautis* unus meus. Forte, *vanis conatibus*. mox, *ſpargit* pro *ſparſit* ſcripti. Idem.

250. *Odorato.*] *Odorifero* tres libri.

251. *Multaque conqueſtus.*] Libri ſcripti, *Multaque praequeſtus*. Rectius. Ciofanus. *Perqueſtus* Cantab. & decem alii. *poſt queſtus*. pr. Medic. ſed *praequeſtus* praeſtat. ut ſupr. vſ. 84. *multa prius queſti.*

253. *Delicuit.*] Laudat Priſcian. lib. IX. p. 865.

254. *Radicibus actis.*] Remed. 106.

Et mala radices altius arbor agit.

Hoc etiam leges apud Ciceronem. Ciof. *Auctis* Thuaneus. ſed rectum eſt, *actis*, ut lib. II. 583. & paſſim.

255. *Tumulumque.*] *Cumulumque* & hic nonnulli ſcripti, quae ſollemnis permutatio. ut & lib. XI. 4. XIV. 137. & alibi.

[a] *Clytie.*] *Clyne Orcami conjux in herbam heliotropium.* Parm.

[b] *Clytie Nympha.*] *Clytie Nympha ſupra dicta, ante dilecta ob injuriam* Parm. Lugd. Micyll. & Raener. niſi quod, *a ſole dilecta* habet. ſed Colon. *Clytie n. praedicta ob injuriam, ante dilecta ab amatore deſerta, ita viſceribus tenuata, ut.*

[c] *Quae primum.*] *Quae, quia primum conſervaret amorem, curſumque obſervaret ejuſdem Dei, Heliotropium dicta eſt.* Micyll.

[d] *Amorem Dei.*] *Ejuſdem Dei.* Parm. Lugd. Raener. Heinſ. *Dei* deeſt Colon.

259. *Dementer amoribus uſa.*] *Vehementer* prior Gronovianus & quatuor alii. ut Juſtinus lib. XI. 7. de Alexandro nodum Gordium ſecante, dixit, *violentius uſus oraculo*, quamvis ibi ſenſus paullum diverſus. *amoribus uſta* Junianus. ego nihil mutem. *dementer uſa*, eſt abuſa, male uſa. ſic contra *ſapienter uti muneribus Deorum* Horat. IV. Od. 9. Burm.

Nympharum impatiens; & ſub Jove, nocte dieque,
Sedit humo nudâ, nudis incomta capillis.
Perque novem luces, expers undaeque cibique,
Rore mero, lacrimisque ſuis jejunia pavit:
Nec ſe movit humo. tantum ſpectabat euntis
Ora Dei: vultusque ſuos flectebat ad illum.
Membra ferunt haeſiſſe ſolo: partemque coloris
Luridus exſangues pallor convertit in herbas.
Eſt in parte ruber: violaeque ſimillimus ora
Flos tegit. illa ſuum, quamvis radice tenetur,
Vertitur ad Solem: mutataque ſervat amorem.

FAB.

260. *Nympharum impatiens.*] *Patiens* prim. Palat. Spirenſis, & quinque aut ſex alii. at Zulichemianus, *Nimborum patiens*, ut Faſt. IV. 505.

Sub Jove duravit multis immota diebus,
Et Lunae patiens & pluvialis aquae.

Et libro II. 299.

Sub Jove durabant & corpora nuda gerebant,
Docta graves imbres & tolerare Notos.

Horatius lib. I. Od. VIII.

——— *Cur apricum*
Oderit campum, patiens pulveris atque ſolis.

Et libro IV. Od. X.

Non hoc ſemper erit liminis aut aquae
Coeleſtis patiens latus. HEINSIUS.

Lympharum unus Heinſii. *ſilvarum* Regius & Thuan. de verbo *pati* vid. ad I. Amor. IX. 13. *Nympharum impatiens* poteſt explicari, quia nolebat earum conſuetudine uti, nec comitari eas.

260. *Et ſub Jove.*] Sic & IV. Faſt. 505.

Sub Jove duravit multis immota diebus.

Et I. Art. 725.

Turpis & agricolae, qui vomere ſemper adunco,
Et gravibus raſtris ſub Jove verſat humum.

Horatius Oda I. lib. I.

—— *Manet ſub Jove frigido*
Venator tenerae conjugis immemor.

Dicebant &, *ſub dio.* Cicero Oeconomico, *foris & ſub dio eſſe.* CIOF.

261. *Sedit humo nudâ.*] *Humi nudae* fragmentum Moreti. quod arridet. Apulejus lib. I. Metam. ex veteri codice, *Comitem miſellum arenoſae humi in amnis vicinia contegi.* HEINSIUS. Mihi vulgata arridet propter ea, quae notavimus ſupr. 121. unus etiam Gronovianus, *ſedit humo gelida.* ut I. Triſt. III. 94. ſed vid. Epiſt. XIV. 100. deinde *ſparſis capillis* Leidenſis. *viridis* Gronov. ſed *nudos capillos* dixit etiam lib. VII. 183. BURM.

261. *Madidis incompta capillis.*] Lib. vet. *nudis incompta capillis.* Quam lectionem libentius ſequor. CIOFANUS.

261. *Perque novem luces.*] *Decem menſes* MSS. Berſmanni.

263. *Jejunia pavit.*] *Solvit* Strozzae liber, quod repetitum videtur ex lib. V. 534.

264. *Spectabat euntis.*] *Spectabat euntem ore Deum.* Cantabr. *ſpectabat euntem ire diem* Medic.

265. *Flectebat.*] *Referebat* duo ſcripti. ſic lib. III. 245. *ad nomen caput ille refert. vertebat* MSS. Berſmanni.

270. *Mutata.*] Fuit & Clytia quaedam Meropis filia, quae nupta Eurypylo, Coorum regi, Chaontem genuit, qui fontem Buream, ſive Burinem primus invenit. de quo Theocritus Idyllio ſeptimo. Haec Con habitaſſe fertur, tunc cum Hercules illam obſideret, Cereremque hoſpitio accepiſſe, quando illa filiam à Plutone raptam paſſim per terras omnes quaeſivit. MICYLLUS.

[a] *Daphnis Idaei filius.*] Immo Mercurii erat filius. vid. Serv. ad Eclog. V. 20. Philargyrius amatum dicit a Nympha *Lyca.* ſcribe, *Sicula.* nam Diodorus lib. V. Daphnin facit Siculum. Confer Theocr. Eid. I. verſ. 66. & ibi Scholia: nec non Parthen. Erotic. cap. 29. MUNCKER.

[b] *Poſtquam.*] Principium hoc varie exhibent editiones. Parmenſis & Lugdun. incipiunt, *Adjicit quoque de Daphnide Idaeo paſtore dictura, Qui, quia b. e. n. p. abierit in ſaxum.* deinde reliqua argumenta ſuis fabulis praemittunt ſeparata. Raener. *Rogant Alcithoën ſuae ſorores, ut aliquid quoque fabularum narret. Narratura deliberans, ait, ſe non dicturam* &c. quem ſequitur D. Heinſius, ſed Colon. *His narratis, praeterire ſe dicit vulgares amores Daphnidis Idaei paſtoris, q. q. b. e. n. praeſtitit, abierit in ſaxum.*

[c] *Ait ſe non dicturam.*] Quae ante haec verba habentur, cum à MS. abeſſent, ex Micylliana addidi. Sed pro *Leucothoë* ſcribendum, *Leuconoë.* vide Heinſ. ad verſ. 168. *Leucippen* appellat Ant. Liberalis

Fab. VII. VIII. IX. X. XI. Argumenta.

[a] Daphnis Idaei filius in saxum. *Scython ex viro in feminam. Ex imbribus procreati Celmus & Adamas. Crocus & Milax famuli in florem. Salmacis & Hermaphroditus in unum corpus.

[b] *Postquam Leuconoë narrare desit, poscitur Alcithoë; quae narrationem incipiens,* [c] *ait se non dicturam de Daphnide Idaeo pastore, qui, quod fidem conjugii non praestiterit, in saxum abiit.* [d] *Nec de Scythone, qui ex viro in feminam cesserat. Neque etiam casus relaturam* [e] *Celmi aut Adamantis, Curetumque, qui ex imbribus sint procreati;* [f] *vel aut de Croco aut* [g] *Milace, qui in florem versi sunt.* [h] *Refert quoque Salmacidem Cariae fontem, cujus liquore contacti* [i] *in mollitiem versi defigurentur.* [k] *Mercurius cum ex Venere,* [l] *qui duplici figura Hermaphroditus vocatur, genuisset, eumque Naïades Nymphae in Idâ monte educavissent, relictis sedibus, in Cariam venit. Hic* [m] *conspicato fonte* [n] *opacissimi soli ac perlucentis aquae, cursum continuit. Quo diutius eo loco morante,* [o] *Salmacis Naïadum dum flores legit,* [p] *conspicatis vestigiis, diligere eum coepit. Qui paullatim* [q] *circa montem Nonacrinum moratus, dum blanditiâ*

ralis cap. 10. Muncker. Micylliana habet, *praeterire se dicit vulgares fabulas, ut de Daphnide* &c. *in saxum abierit.*

[d] *Nec de Scythone.*] *Nunc* Lugd. *Et de Sithone* Micyll. *Scythionique ex viro in feminam mutationem, nec non & casus Celmi* &c. *creati.* Colon.

[e] *Celmi.*] Sic & Venet. & Micyll. cum MS. Ergo rectus ei casus *Celmus* fuit. Vide quae dicta sunt nobis ad Hyg. Mythol. cap. 139. Munker. *Nec de Celmo Jovis nutritio, qui in adamantem conversus est* Raener. Heinſ.

[f] *Vel aut de Croco.*] Ita rescripsi ex Venet. cum *sed aut de* &c. praeferret MS. Muncker. *Vel de Croco* Lugd. *reticere se etiam dicit de Croco & Smilace* Micyll. Colon. *nec de Smilace virgine, quae Crocum adolescentem amans, eo frui non potuit: suntque in flores ambo conversi.* Raener. Heinſ.

[g] *Milace.*] Sic in duobus codicibus antiquis, Florentino nempe & Neapolitano, invenit Nob. Heinſ. Sanè Μίλαξ pro Σμίλαξ usitatum etiam Graecis. Anton. Liber. cap. 10. Ἐνέμοντο κισσὸν καὶ Μίλακα. Ad eundem planè modum Μίλον vocat arborem tibiam Theophrastus, quae Σμίλος est Nicandro. Et μαρὶς dicitur Athenaeo piscis ille marinus, qui aliis σμαρὶς vocatur, praemisso Σ, quomodo dicitur μικρὸς & σμικρὸς, μαράσσω & σμαράσσω, μάραγδος & σμάραγδος. Muncker.

[h] *Refert quoque.*] Haec est lectio MS. & Venetae. Sed pro *quoque* putes scribendum *denique.* Micyllus dedit, *sed de Salmacide Cariae fonte velle referre* &c. Muncker. *Placuit demum Salmacidem C. fontem referre.* Raener. Heinſ. *refert autem de Salmace fonte Cariae, c. l. c. mollicis diffigurantur.* Colon.

[i] *In mollitiem.*] *Mollitie defigurantur* Micyll.

[k] *Mercurius cum.*] *Mercurius enim, cum ex V. puerum, qui d. forma & figura* Colon.

[l] *Qui duplici.*] *Eum qui a duplici* Lugd. *Hermaphroditum formosissimum adolescentem genuisset* Raener. *qui duplici forma & figura* Colon.

[m] *Conspicato.*] *Conspecto* Colon.

[n] *Opacissimi soli.*] Sic cum MS. & Veneta. Micyll. *solis.* Muncker. *Fonte perlucentis aquae usque ad imum solum* Raener. Heinſ. *ad solem perlucentis aquae continuit cursum. quem diutius eo loco morantem,* Colon.

[o] *Salmacis Naïadum.*] Ita cum MS. etiam Venet. & Micyll. Sic infr. lib. XIV. fab. 16. *Pomona Hamadryadum.* Graecismus est elegans, de quo diximus nonnihil ad Hyg. Myth. cap. 255. Non ceperunt elegantiam locutionis, qui supplerunt, *Salmacis una Naïadum.* Horat. lib. III. Od. III. *Fies nobilium tu quoque fontium.* Intellige *unus.* Aelian. Var. Hist. lib. VI. 7. Ὀκέται ἦταν τῶν εἰλωτῶν. Aristoph. Plut. Act. II. Sc. III. vers. II. Εἰ γὰρ τῶν φίλων. Sc. εἶς. Muncker. *Una Nympharum* Colon.

[p] *Conspicatis vestigiis diligere eum caepit.*] Ita Gisel. Sed à MS. Raener. & Venet. abest τὸ *eum.* Micyllus edidit, *conspectum illico diligere coepit.* Barth. Adversar. lib. XXII. cap. 11. emendat, *conspicata in vestigiis*, hoc est, inquit, illo ipso momento. Non accedo. Muncker. Cum Micylio facit Colon.

[q] *Circa montem Nonacrinum moratus.*] Hoc vero falsum est. Micyll. *Qui circa fontem paullulum moratus.* Ὑσῳ, *circa fontem cum Laricum.* Munckerus. *Dum igitur circa montem Nonacrinum moratur, tentaturque cum Nymphae precibus, tum liquoris blanditia, paullatim in fonte se mersit, confestimque.* Raener. Heinſ. *Ille autem circa fontem paullulum moratus d. blanditiis l. p. N. tentaretur.* Colon.

tiâ liquoris precibusque tenetur Nymphae, [r] *in fonte se mersit, ac confestim* [s] *complexu Naïadis inhaesit; nec ante ab ea dimissus est, quam à diis impetrasset, in unam ut* [t] *cederet speciem.* [v] *Data itaque venia, Hermaphroditus postquam se animadvertit nec virum nec feminam factum, à parentibus impetravit, ne infamis solus esset, ut,* [x] *quicumque ejus fontis aqua contactus esset,* [y] *perinde, ut ipse,* [z] *molleſceret.*

Dixerat: & factum mirabile ceperat aures.
Pars fieri potuisse negant: pars omnia veros
Posse Deos memorant: sed non & Bacchus in illis.
Poscitur Alcithoë, postquam siluere sorores:

275 Quae

[r] *In fonte.*] *Fonte se mersit; at* Parm. *fonte s. m. ac* Lugd. *fonti se mersit.* Colon.

[s] *Complexu Naïadis.*] Sic quidem cum Raenerio etiam Veneta. Praefero tamen Micyllianum, *complexibus Naïs inhaesit.* MUNCKER. Ita & Colon.

[t] *Cederet.*] *Cederent* Micyllus. quod magis arridet. MUNCKER. Ita & Colon.

[v] *Data itaque venia.*] Cum impetrasset, quod petierat. Nepos Them. 10. *Cupiensque talem virum sibi conciliari, veniam dedit.* Pausan. cap. ult. *si hanc veniam sibi dedisset.* Eumen. cap. 6. *Quam veniam si sibi daret.* Plaut. Rud. II. 2. *veniam jam dare gestio.* Hyg. Mythol. cap. 45. *Pandion ei veniam dedit.* ad quem locum plura invenies huc pertinentia; in quibus *venia* non est, χάρις, sed συγγνώμη. Adde quae Pricaeus scripsit ad Apulej. Apol. pag. 212. MUNCKER. *Est venia* Colon.

[x] *Quicumque.*] *Quisquis e. f. contactus sensisset p. sicut ipse.* Colon.

[y] *Perinde.*] *Proinde* Parmens. Raener.

[z] *Molleſceret.*] Vibius Sequester. *Salmacis Cariae, ex quo qui bibit molleſcit, idem & obscaenus fit.* MUNCKER.

271. *Factum mirabile ceperat aures.*] *Miserabile* unus Heinsii & tres alii. *fatum* Argentor. *moverat aures* prim. Basil. *ceperat omnes* tres.

273. *Sed non est Bacchus in illis.*] *Sed non &* ex melioribus. libro XV. 74.

—— *Talibus ora*
Docta quidem solvit, sed non & credita verbis.

Fast. IV. 305.

Casta quidem, sed non & credita.

Sic & ibi castigatiores. Pont. I. El. VIII.

Sunt ibi, si vivant, nostrâ quoque consita quondam,
Sed non & nostra poma legenda manu.

Virgil. Aeneid. VII. 736.

Patriis sed non & filius arvis
Contentus.

Lib. VI. 85.

Dardanidae venient in regna Latini,
Sed non & venisse volent.

Lib. X. 343.

Aeneam petiit, sed non & figere contra
Est licitum.

Ibidem 584.

Vaesano talia late
Dicta volant Ligeri: sed non & Troius Heros
Dicta parat contra.

Silius libro V. 523.

Sed non & Consul misso concredere telo
Fortunam optatae caedis parat.

Rursus libro XVI. 379.

At postremus Atlas, sed non & segnior ibat
Postremo Durio.

Idem libro XV. 492.

Talis in Ausonia, sed non & talis Iberis
Armorum eventus campis.

Quomodo & illic optimae membranae. ut & apud Claudianum IV. Cons. Honorii 590.

Munificus largi, sed non & prodigus auri.

Et de bello Gildonico 389.

Est illi patribus, sed non & moribus isdem
Mascezel.

Lucanus libro IX. 757.

Aequoreusque placet; sed non & sufficit humor.

Quae etiam genuina scriptura veterrimarum membranarum fide atque auctoritate confirmata. Valer. Flaccus lib. I. 503.

Sed non & Scythici genitor discrimine nati
Intrepidus. HEINS.

276. *Vulgatos taceo dixit pastoris amores Daphnidis Idaei.*] Quia fabella Daphnidis non multum protrita est nostris, eam ob hoc ita explicamus. Daphnis Mercurii filius fuit, quem Nympha Thalia nomine deperiit efflectimque arsit, ut ait Sositheus. Haec postea suspicione pellicis offensa, Daphnidis congressus amolita est, at ille amoris desiderio extabuit. Cujus mortem longo carmine deflet Theocritus. Ovidius I. Art. 732.

Pallidus in lenta Naïde Daphnis erat.

Cur autem hic Poëta dicat eam in saxum commutasse Daphnim, declarandum sic censeo: quemadmodum Niobe lapidea fingitur, auctore Cicerone, propter aeternum in luctu silentium, ita crediderim pastorem hunc dolore repulsae attonitum ac stupidum instar statuae jugiter siluisse; nec non ex illo stupore ac interno dolore consumtum. Quo intellecto haud quaquam Poëta Noster a Theocrito dissentire videbitur in morte Daphnidis,

Quae radio ſtantis percurrens ſtamina telae,
Vulgatos taceo, dixit, paſtoris amores
Daphnidis Idaei, quem Nymphe pellicis irâ
Contulit in ſaxum. tantus dolor urit amantes.
Nec loquor, ut quondam naturae jure novato
Ambiguus fuerit modo vir, modo femina, Scython.
Te quoque, nunc adamas, quondam fidiſſime parvo,
Celmi, Jovi: largoque ſatos Curetas ab imbri.
Et Crocon in parvos verſum cum Smilace flores,
Praetereo: dulcique animos novitate tenebo.

285 Un-

nidis, ut nonnulli male judicant. Jacobus a Cruce. Daphnis, cujus interitum Virgilius quoque poſt Theocritum deflet, Mercurii filius fuiſſe memoratur, is à Nympha, nomine Thalia (ut quidam ſcribunt) adamatus ita eſt, ut pellicem verita & rivalem, in ſaxum illum tranſmutarit, quamvis Theocritus illum amore tabuiſſe canat. id quod Ovidius quoque alibi innuere videtur, cum inquit, *Pallidus in lenta Naïde Daphnis erat.* *Idaei*, Phrygii vel Cretenſis nam & Ida mons eſt Phrygiae & Cretae. Regius. De Daphnide Mercurii filio paſtore meminit & Diodorus libro quinto. Sed hic Siculum illum facit, non Idaeum, & à Nympha, à qua amabatur, pellicis invidia, oculis privatum ait. Unde verſimile eſt, hunc alium ab eo eſſe, de quo hîc Ovidius mentionem facit, aut fabulam ſaltem à diverſis diverſè, id quod in aliis multis fieri videmus, traditam. Micyllus.

277. *Nymphae.*] *Nymphe.* malo etiam, *Idaeae pellicis* legi, quam, *Daphnidis Idaei.* Fabulam alii aliter narrant. ſed cum Naſone conſentit Servius ad vſ. 68. Eclog. viii. Heins. Parthenius in Eroticis cap. 29. ex Timaeo aliter narrans, Nympham Echenaïda vocat, & Daphnidem a regina quadam Siciliae inebriatum, cum ea coiiſſe, unde oculis privatus, ut Thamyras. ſimiliter fere Aelianus lib. x. Var. cap. 18. ubi vide Commentatores. quibus fere Servius ad Virgil. Ecl. v. 20. conſentit. & Philargyrius, qui Lycam Nympham vocat. Servius vero ad Eclog. viii. *Nomiam*, & Pellicem *Chimaeram*, vel *Pipleam.* in hunc Daphnida eſt & Epigramma in Antholog. lib. iii. cap. 7. pag. 317. ubi Pan mortem Daphnidis deflet,

Οὐκ ἐθ' ὁμοῦ χιμάροισιν ἔχειν βίον, οὐκ ἔτι ναίειν
Ὁ τραγόπους ἐθέλω Πὰν ὀρέων κορυφὰς,
Τὶ γλυκύμου, τὶ ποθεινὸν ἐν οὔρεσιν; ὤλετο Δάφνις,
Δάφνις, ὃς ἡμετέρῃ πῦρ ἔτεκε κραδίῃ.
Ἄςυ τοδ' οἴκησω. θήρων δὲ τὶς ἄλλος ἐπ' ἀγρὴν
Στελλέσθω. τὰ πάροιθ' οὐκ ἔτι Πανὶ φίλα.

Quod nos, dum haec ſcribimus, ita vertimus.

Non ego cum teneris poſthac errare capellis,
Vertice Maenalio non habitare volo.
Quid mihi dulce ferant, exſtincto Daphnide, montes,
Daphnide, qui noſtri pectoris ignis erat.
Tecta colam; praedas alium captare ferinas
Mittite; non Pani, quae placuere, placent.

Burm.

278. *Contulit in ſaxum.*] In uno meo & Dominic. *Tranſtulit.* Ciof. Et ita Junian. tert. Medic. & alius. & placet Farnabio.

279. *Nec loquar.*] In nonnullis, *nec loquor.* Naugerius. *Nec loquor*, pro *loquar* vetuſtiores. Heins.

280. *Ambiguus fuerit modo vir.*] In uno Caeleſt. *Ambiguus fuerat.* In meo vetuſtiore, Urſini, & altero Caeleſt. *fieret.* Utrum rectius, videant alii. Ciofanus.

280. *Scython.*] In aliis editionibus, *Sithon*, absque *c* ſcriptum legitur. utrum rectius, affirmare non poſſum, quando ipſa fabula aliàs, quod ſciam, nuſquam extat. Meminit autem & Parthenius de Sithone quodam, qui rex Odomentorum, qui Thraciae populus eſt, fuerit, filiamque Pallenem habuerit, cujus procos, ut ſecum dimicarent, cogere ſolitus ſit, tanquam ei daturus filiam, qui fortiſſimè ſe in pugna geſſiſſet. Poſtremo autem cum ipſe certamini, aetatis cauſſa, par amplius non eſſet, in gratiam filiae, duos procos, quorum nomina Clytus & Dymas, inter ſe commiſerit, ut uter viciſſet, filiam cum regno acciperet. Sed Pallene cum Clyto magis faveret, perſuaſo auriga Dymantis, ut fibulam rotae, ſive axi non inſereret, perfecit, ut inter praeliandum curru Dymantis disjecto, Clytus victoriam auferret. Qua fraude mox detecta, cum pater Dymanti funus & rogum, ubi corpus ejus cremaretur, extruxiſſet, velletque ibidem & Pallenem mactare, ſpectro quodam divino, & ſubitis imbribus effuſis, ab incepto deterritus eſt. Haec Parthenius cap. ſexto Eroticorum. Atque ab hoc Sithone monti nomen factum videtur, & item regioni. Micyllus. In veteribus omnibus, *Sithon.* Ciofan. De Sithone vide Berckel. ad Steph. de Urbib. in Παλλήνη.

281. *Te quoque nunc Adamas.*] *Celmus*, (qui &

285 Unde ſit infamis; quare male fortibus undis
Salmacis enervet, tactosque remolliat artus;

Diſ-

& *Celmes* vocatur) unus fuit ex Idaeis dactulis, nutritius Jovis, cui, dum parvus erat, fuit admodum gratus. Poſteaquam vero Juppiter deorum imperium eſt adeptus, ipſum in adamantem convertit, quia vulgaſſet Jovem fuiſſe mortalem, ut quidam ajunt. Ut vero Sophocles in Satyris ſcribit, illum Cybele indignata in duriſſimum ferri genus transmutavit. *Celme* in vetuſto exemplari caſtigate legitur: neque *Celmi*, ut quidam putant, eſt legendum. Regius. *Celmos*, vel ut a nonnullis ſcribitur, *Celmis*, unus ex Idaeis dactylis, cum Rheae matri vim intuliſſet, atque ob id Delphos petiiſſet, inde excluſus in Idam rediens prae moeſtitia in duriſſimum ferrum eſt mutatus: Auctor Zenobius in proverbiis, Sophoclis citans teſtimonium in Satyris. Ovidius in Adamanta converſum ſcribit, alios ſecutus auctores, dicitur autem *Celmus* & *Celmis*, ut *Anapus*, *Anapis*, qui tamen & *Celmes*, *Celmetis* a pleriſque inclinatur. Const. Fanensis. Hujus, ut & ſociorum quorundam nomen, ex Graeco quodam Poëta citatur in Commentariis Apollonii hoc modo:

Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας, καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων.
Εὐπάλαμοι θεράποντες ὀρείης Ἀδρασείης, &c.

Fuerunt autem γόητες, καὶ δημιουργοὶ οἱ δάκτυλοι Idaei, ut Pherecydes tradit. atque inde fortaſſis fabulae datus locus. Dactyli autem Idaei, ut & Regius infra ex Diomede annotat, ab impreſſu digitorum, qui Graecis δάκτυλοι dicuntur, nominati ſunt. De quibus & Apollonius lib. I. Argon. 1129. in hunc modum:

Δάκτυλοι Ἰδαῖοι Κρηταιέες, οὕς ποτε νύμφη
Ἀγχιάλη Δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρῃσι
Δραξαμένη χείρεσσι, ἐβλάστησε. &c.

Quae per omnia conſentiunt iis, quae ex Diomede citantur, niſi quod matris nomen hîc aliud ponitur. Ceterum plura de his qui volet, ex Commentariis Apollonii petat licet. Micyllus. *Celmi* videtur reponendum, quomodo & Scaliger in ora codicis ſui notarat. nam Graecis Κέλμις, τοῦ Κέλμιος, unus ex Idaeis Dactylis eſt. Vide Heſychium in Κέλμις, & Zenobium in Κέλμις ἐν σιδήρῳ. Κέλμις quoque Clementi Alexandrino, Nonno in Dionyſiacis, & Scholiaſtae Apollonii. apud Diomedem Grammaticum lib. III. perperam legitur de Curetibus. *Hos quidam tres putant, qui Lares eſſe creduntur, Damnameneus, Acmon, Celmon.* pro *Celmis*. Heins. De Celmi vide Parrhaſ. ad Claud. I. Rapt. 208. & Palmer. exercitat. in Auctores Graecos. pag. 688.

282. *Largoque ſatos Curetas ab imbri.*] Hanc Curetum metamorphoſin nuſquam me apud antiquiores legiſſe memini. Quidam vero ex Neotericis ajunt Curetas imbribus, propter religionis contemptum, fuiſſe deletos, & ex fungis, cum ipſa religio penitus deſereretur, fuiſſe repertos. ſed cum iſta nullius autoritate nitantur, ex commodo ſuo illa finxiſſe videntur. Strabo quidem, cum multa & varia de Curetibus ſcribat, nullam prorſus de hac illorum metamorphoſi facit mentionem, ſed ex ſententia quorundam eoſdem eſſe ait Curetes, & Corybantes, & Cabiros, & Idaeos Dactylos, & Telchines, qui ſacra & Jovis in Creta, & matris Deûm in Phrygia cum armorum tumultuoſa agitatione, cumque ſtrepitu ac cymbalorum tympanorumque ſonitu, nec non tibiis, ac vociferationibus celebrarent. Alii autem ex Creta, alii ex Euboea, nonnulli ex Aetolia originem duxiſſe ſcribunt. Diomedes quidem grammaticus longè aliam ab ea, quam obiter attingit Ovidius, Curetum originem refert, his quidem verbis: *Ajunt Opem in Idam Cretenſem delatam ex fuga, cum puerperii tempus inſtaret, primam montis partem manibus apprehendiſſe, atque ita partu ſolutam. Ex impreſſione vero palmarum Curetas prodiiſſe, quos ab effectu Graeci nominis Dactylos, id eſt, digitos, & Idaeos à monte nominaverunt, ut à pupulis oculorum, quas Graeci κόρας appellant, vel à galearum cono, Curetes.* Haec Diomedes. Sed aliae quoque Curetum afferuntur etymologiae. Nam ut Strabo ait, alii ἀπὸ τῆς κουρᾶς, id eſt, à tonſura Curetas appellatos ſcribunt, quod detonſi eſſent. Alii à Curio monte Pleuroni imminente. Alii ἀπὸ τῶν κορῶν, id eſt, à puellis, quod longas ſtolas ut puellae geſtarent. Curetes omnium primi armatam ſaltationem invexiſſe dicuntur, cum clypeis aeneis concurrentes, ludenteſque, & clamore & aeris tinnitu non permiſerunt Jovis infantis vagitum, quem educandum ſuſceperant, ad Saturnum pervenire. Haec tam multa de Curetibus nihil tamen oſtendunt quo modo ab imbre fuerint orti. Regius. *Largoque ſatos Curetas ab imbri*, cum in omnibus exemplaribus legatur, neſcio qua ratione quidam moti novam invexerint lectionem, *Tactaque ſatos Curetas ab Ida.* Nam etſi Steſimbrotus extaret, qui nimium ambitioſe citatur, non continuo tamen poëtae verſus fuerat mutandus, cum perquam variae priſcorum poëtarum de iſtiuſmodi fabulis fuerint opiniones. Idem.

282. *Imbri.*] *Imbre* plurimi ſcripti.

283. *Et Crocon.*] Crocos adoleſcens fuit, quem Smilax virgo cùm amaret, neque frui poſſet, ambo in flores converſi fuerunt. Unde ſmilaceae croceaeque coronae dicuntur. Sanè ſmilax (ut ſcribit Galenus) etiam ſine (s) litera interdum enuntiatur. Eſt autem ſmilax, ſimilis hederae, ut Plin. ait (lib. XVI. cap. 35.) infauſta omnibus ſacris & coronis, quoniam ſit lugubris: virgine hujus nominis, propter amorem juvenis Croci, mutata in hunc fru-

Discite. causſa latet: vis est notissima fontis.
Mercurio puerum divà Cythereïde natum

Naï-

fruticem. Crocon autem alii non ex amore in florem defeciſſe, ſed à Mercurio, à quo per luſum diſco incautus interceptus fuerat, converſum eſſe tradunt. Regius.

283. *Smilace.*] In multis codicibus legitur, *Milace*, ſed differre *Milacem*, & *Smilacem*, multis docet Salmaſius Exercit. Plin. pag. 733. & ſeq. Nonnus vero Dionyſ. lib. xxxii. bis Milacem cum Croco conjungit:

Καὶ Κρόκος ἐβλάψησε Κίλιξ, καὶ ἐφύετο Μίλαξ.

Et:

Ζῆνα Κρόκῳ πύκασας καὶ Μίλακι σύγγαμον Ἥρην.

Tangit Croci fabulam Servius ad Virgil. iv. Georg. 182. & Noſter lib. v. Faſt. 227. *verſos* hic Leidenſis & Gronov. vid. ad lib. i. 320. Burm.

285. *Unde ſit infamis.*] Salmacis fons eſt Cariae, quem qui ingrediuntur, effoeminati ac molles egrediuntur. Hujus autem rei cauſam poëta refert in Hermaphroditi preces, qui parentes rogavit, ut quemadmodum ipſe, ſic alii quoque fontem illum intrantes molleſcerent. Nam Hermaphroditus Mercurii ac Veneris filius fuit formoſiſſimus, qui cum in fontem Salmacidis Nymphae ingreſſus foret, ita à Nympha fuit colligatus, ut ex duobus corporibus unum fieret, utrumque habens ſexum. Unde etiam nunc Hermaphroditi utroque praediti ſunt ſexu. Salmacis vero Nympha, ut ſcribit Sex. Pompejus, Caeli & Terrae filia, molliſſima fertur fuiſſe cauſſa fontis Halicarnaſſi, aquae appellandae Salmacidis, quam qui bibiſſet, vitio impudicitiae molleſceret, ob eam cauſſam, quod ejus aditus anguſtatus parietibus occaſionem largitur juvenibus petulantibus puerorum, puellarumque violandarum, quia non patet effugium. unde Ennius, *Salmacida ſpolia*, ſine ſanguine, & ſudore. quod in molles, atque effoeminatos dictum corrupte legitur in primo de Officio Ciceronis, inepteque, ab iis, qui in illud opus commentaria ſcripſerunt, exponitur, ut in quadam diſputatione noſtra, quae circumfertur, copioſius diximus. Regius. Pro viribus ſcrutati ſumus, an cauſa hujuſce rei poſſit inveniri, ne a puella vinceremur, aut cum puella penitus ſentiremus. ſic ergo ſcriptum offendimus in ſecundo cap. 8. Vitruvii de fonte hoc differentis: *In cornu autem ſummo dextro Veneris & Mercurii fanum ad ipſum Salmacidis fontem. is autem falſa opinione putatur venereo morbo implicare eos, qui ex eo biberint. Sed haec opinio quare per orbem terrarum ſit pervagata, non pigebit exponere. Non enim quod dicitur molles & impudicos ex ea aqua fieri, id poteſt eſſe, ſed eſt ejus fontis poteſtas perlucida, ſaporque ejus egregius. Cum autem Melas & Arevanias ab Argis & Troezene coloniam communem eo loco deduxiſſent, barbaros Caras & Lelegas ejecerunt. Hi autem ad montes fugati diſcurrebant, & ibi latrocinia facientes crudeliter eos vaſtabant. Poſtea de Colonis unus ad eum fontem propter bonitatem aquae quaeſtus cauſſa tabernam omnibus copiis inſtruxit, eamque exercendo eos barbaros allectabat: ita ſingulatim decurrentes & ad coetus convenientes è duro feroque more commutati in Graecorum conſuetudinem, & ſuavitatem ſua voluntate reducebantur. Ergo ea aqua non impudico morbi vitio, ſed humanitatis dulcedine mollitis animis barbarorum eam famam eſt adepta.* Ex his verbis apparet hiſtoriam occultiorem ſub hac fabula deliteſcere. Jacobus a Cruce. Καὶ ἡ Σαλμακὶς κρήνη, διαβεβλημένη οὐκ ὀι δ' ὀπόθεν, ὡς μαλακίζουτα τοὺς πίοντας, &c. *Et Salmacis fons, neſcio qua de cauſa infamis, quaſi ex eo bibentes effoeminet molliatque. Enimvero luxuria hominum videtur in aëris & aquae temperiem culpam referre. Atqui non haec cauſam luxuriae praebent, ſed divitiae & victus intemperans.* Strabo 14. lib. Georg. videatur & Turneb. lib. 28. cap. 39. exponens *Salmacida ſpolia*, ſine ſudore & ſanguine. Farnabius. Hinc Philodemus in Anthol. lib. iii. cap. xii. pag. 329. Meretrices vocat Σαλμακίδας. ubi vid. commentatores. & lib. i. cap. lxv. pag. 130. Epigramma, quo a ſuo fonte Salmacis infamiam amolitur, auctore Poëta incerto:

Εἰ μὲν ἀνὴρ ἥκεις, ἀρύσαι ξένε τῆς δ' ἀπὸ πηγῆς·
Εἰ δὲ φύσει μαλακὸς, μή με πίῃς πρόφασιν.
Ἄρρεν ἐγὼ ποτόν εἰμι, καὶ ἀνδράσι μοῦνον ἀρέσκω·
Τοῖς δὲ φύσει μαλακοῖς ἡ φύσις ἐσὶν ὕδωρ.

Si vir es, intrepide noſtro bibe fonte, viator.
Ne bibe, ſi mollis; ne rea fingar aqua.
Maſcula ſum, ſolisque viris mea lympha probatur;
Mens mala, non fontis mollibus unda nocet.

Et vid. ibi Brodaeum & Obſopaeum. & de Salmace & Hermaphrodito etiam Auſon. Epig. 100. & 101. Burmannus.

285. *Unde ſit infamis, quare.*] Miror nil in hoc verſu ab interpretibus deſiderari, cum ipſum fontis objectum (id eſt *viri & mares*) quo de praecipue agendum, non minus hic deſit, quam redundet τὸ *quare*. Deinde neſcio an adeo infamis fuerit hic fons, quippe qui ex pulcherrima Nympha & Veneris filio coaluerit, quare unius atque alterius literulae mutatione commode legeris:

Unde ſit, ut famoſa mares male fortibus undis
Salmacis enervet.

Famoſum autem fuiſſe hunc fontem, cujus hic cauſſam & originem explicatum it Alcithoë, probat verſus ſequens; *vis eſt notiſſima fontis*, deinde τὸ *mares* neceſſario hic inſerendum eſſe monet ℣s. 385.

Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semivir.

Et hanc quidem lectionem veram putamus. Scheperus.

Naïdes Idaeis enutrivere ſub antris;
Cujus erat facies, in quâ materque paterque
Cognoſci poſſent: nomen quoque traxit ab illis.
Is tria cum primum fecit quinquennia; montes
Deſeruit patrios: Idâque altrice relictâ
Ignotis errare locis, ignota videre
Flumina gaudebat; ſtudio minuente laborem.
Ille etiam Lycias urbes, Lyciaeque propinquos
Caras adit. videt hîc ſtagnum lucentis ad imum
Usque ſolum lymphae. non illic canna paluſtris,
Nec ſteriles ulvae, nec acutâ cuſpide junci;
Perſpicuus liquor eſt. ſtagni tamen ultima vivo

Ceſ-

PERUS. apud Tan. Fabr. lib. II. Epiſt. 71. audacior conjectura, nec opus *mares* intrudere, cum *enervet artus & remolliat* ſatis explicet mentem Poëtae. *Duroſque* etiam Cantabrig *tactuque* Thuaneus. *emolliat* Leidenſis & ſex alii. BURM.

285. *Male fortibus undis.*] *Male*, id eſt, non. ſic lib. III. Amor. Eleg. VI.

Quis te male ſane jubebat,
Invitum noſtro ponere membra toro? Virg. lib. II.
——— *Et ſtatio male fida carinis.*

Horat. lib. I. Serm. Sat. III.

Cum tua pervideas oculis male lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?

Hunc autem Horatii locum, qui ita legitur in bonis exempl. ante decennium me docuit Muretus. Rurſus idem. Virg.

——— *Male numen amicum.*

Et infrà in hoc ipſo libro hic Noſter:

——— *Sparſiſque fugit male ſana capillis.*

Et in Epiſt. VII.

Ille quidem male gratus &c. CIOFANUS.

288. *Mercurio puerum divâ Cythereide natum.*] Quidam conjunctionem interponunt, legentes, *diva & Cythereide natum*, quod ſupervacaneum videtur. MICYLLUS. Quidam codices habebant conjunctionem & poſt *puerum*, ut ſit ordo, Naïades enutrivere ſub Idaeis antris puerum natum Mercurio & diva Cythereide. Alii volunt ordinem abſque ea conjunctione, Najades enutrivere ſub Idaeis antris Mercurio puerum natum diva Cythereide, ut *Mercurio* ſit dandi caſus, atque id placet. GLAREANUS. *Mercurio* recte quidem dandi caſu accipit Glarcanus, ſed male cum *enutrivere* conjungit: ordo enim eſt puerum diva Cythereide natum Mercurio. ſic patri dicitur naſci puer. vide ſupr. ad lib. I. 748. Lactantius lib. I. de Falſa. Relig. 17. *Venus ex famoſo Martis ſtupro genuit Harmoniam, ex Mercurio Hermaphroditum, ex Anchiſe Aeneam, ex Bute Erycen.* ex Mercurio vero & Venere etiam Amorem natum eſſe ſtatuit Stephanus in Lyricorum fragmentis pag. 278. ex Simonide apud Schol. Apoll. Rh. III. 21. ubi eadem locutio cum dandi caſu occurrit: Σχέτλιε παῖ δολόμηδες, Ἀφροδίτα τὸν Ἄρει Δολομαχάνῳ τήκεν. Ita enim recte quidem legendum vidit Stephanus in fragmentis pag. 279. non ut vulgo Ἀφροδίτας, ſed ille male *ex Mercurio* vertit, cum Ἄρης ſit Mars. & ita Servius ad Virgil. I. Aeneïd. 664. ubi alios ex Venere & Vulcano natum adfirmare addit, ut auctor Octaviae vers. 560. & Nonnus lib. V. pag. 149. Lucianus vero in Dialogis Deorum Bacchi & Apollinis, Cupidinem, Hermaphroditum & Priapum fratres facit, ſed diverſis patribus natos. & in Encomio Muſcae in fine meminit Hermaphroditi, & in Philopatride. Hyginus vero fab. 271. *Atlantium* puerum vocat, quod nomen nuſquam ſibi lectum Munkerus ait, niſi quod *Atlantiades* a Noſtro ℣s. 368. vocetur a proavo paterno, Atlante, avo Mercurii. BURM.

291. *Cognoſci.*] *Agnoſci* Gronovianus, quod Heinſio probabatur. vid. ſup. II. 183. Apulejus tamen lib. V. Miles. *ſic in hoc ſaltem parvulo cognoſcam faciem tuam.* ubi *recognoſcam* Pricaeus. BURMANNUS.

292. *Fecit quinquennia.*] *Duxit* Barberin. HEINS. Nihil muta, & vide ſummum Gronovium ad Senec. Epiſt. LXVI. *ducere* enim, cum de tempore dicitur, eſt idem, quod trahere, vide Broukh. ad Propert. I. Eleg. XI. 5. ſed *facere* minime repudiandum: ita enim in titulis ſepulchralibus ſaepe, *fecit cum marito annos tot*, ex quorumdam ſententia. de quo vid. ad Petron. cap. IX. BURMANNUS.

295. *Studio minuente labores.*] Abbatis liber, *Removente laborem.* CIOFAN. *Fallente* unus meus. eadem varietas infr. lib. VI. 60. Noſter lib. XIV. 121.

Cum duce Cumaea fallit ſermone laborem.

Stat. XII. 230.

Cum

Ceſpite cinguntur, ſemperque virentibus herbis.
Nympha colit: ſed nec venatibus apta, nec arcus
Flectere quae ſoleat, nec quae contendere curſu;
Solaque Naïadum celeri non nota Dianae.
Saepe ſuas illi fama eſt dixiſſe ſorores:
Salmaci, vel jaculum, vel pictas ſume pharetras;
Et tua cum duris venatibus otia miſce.
Nec jaculum ſumit, nec pictas illa pharetras;
Nec ſua cum duris venatibus otia miſcet.
Sed modo fonte ſuo formoſos perluit artus:
Saepe Cytoriaco deducit pectine crines;
Et quid ſe deceat, ſpectatas conſulit undas.

Nunc

Cum tamen illa gravem luctu fallente laborem
Neſcit abiiſſe diem. Heinsius.

298. *Uſque ſolum lymphae.*] *Nymphae* pri. Palat. pri. Erfurt. & tres alii. vide Notas Epiſt. v. vers. 31. Heinsius.

304. *Solaque Naïadum celeri non nota Dianae.*] Idem liber, *Celebri non nota Dianae.* Quam lectionem non improbo. Nam *celebris*, ut notavit Nonius Marcellus, ponitur pro veloci. apud quem ita eſt:

Celebri gradu greſſum accelerare decet. Ciofan.

Longius hoc petitur; & ſi jam *celebri gradu* liceat dixiſſe, non tamen *celebrem Dianam* pro veloci poſſe ſumi putem. Heinſius adſcripſerat ex Virgil. Ceiri 297.

Atque utinam celeri non tantum grata Dianae
Venatus eſſes virgo ſectata virorum.

Ut in margine Pithoeanae editionis. ſed vulgo legitur, *Cereri*, *nec tantum.* idem Heinſius in ora codicis catalectorum adſcripſerat, *celeri ne tantum.* neſcio vero an recte Grammatici veteres, *celebrem gradum* ex Actio pro veloci expoſuerint, licet & Servius idem notet ad Virgil. iv. Aen. 641. ubi quoſdam etiam legere notat:

Illa gradum ſtudio celebrabat anili.

& Gebhard. i. Ant. Lect. i. Antiquariis ipſis magis antiqua captans, in Actio legat:

Celebri gradu greſſum accelebraſſe decet.

Et in Plauti Pſeud. i. ii. 35. legit, *haec cito celebrate.* Scaliger quoque ad Catulli Atyn Carm. lxiv. legit:

Quo nos decet citatis celerare tripudiis.

In quibus omnibus locis *celebrare* puto legendum: & ſi *celebrem gradum* Actius ſcripſerit, pro frequenti, repetito, multiplicato caperem. ut ii. Art. Am. 705. & iii. Am. v. 3. Burmann.

304. *Nota.*] Dubitabat Heinſius, an paeſtaret, *vota.*

307. *Et tua.*] *Nec ſua* unus Heinſii. lege *& ſua*, & ita in uno Patavino videtur fuiſſe. Heins.

310. *Perluit.*] *Proluit* Pr. Medic. Berneg. & tres alii. vid. ad Petron. cap. cxx.

311. *Cytheriaco.*] Pulchro, qualis Venerem deceret: aut certe *Cytoriaco* legendum, a Cytoro monte, buxis abundante, ex quo ligno pulchri pectines conficiuntur. Regius. In omnibus, *Cytheriaco*, ſed profecto *Cytoriaco* legendum. Nauger. Cytori & Virgilius meminit in Georg. ii. 437.

Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum.

Micyllus. Admonet Raphael *Cytoriaco* pro *Cytheriaco* melius legi, ut ſit a Cytoro monte aut oppido, Sinopenſium emporio, ut Strabo aſſerit lib. xii. ubi maxima buxi copia, quod & mihi placet; nam libro vi. 133. Poëta rurſus utetur. Glareanus.

311. *Deducit pectine crines.*] Melius Scaliger, *diducit pectine crines.* Dan. Heinsius. *Diducit* Scaliger; fruſtra. *crinem dentata manu ducere* habes apud Petronium cap. xviii. Scholiaſtes Juvenalis Sat. xii. vers. 150. *pexi capilli*, *id eſt deducti pectine.* ſic & *lanam pectine deducere* Claudianus lib. ii. in Eutrop. Statius i. Sylv. ii. iii.

——— *Nec pingui crinem deducere amomo*
Ceſſavit mea, *nate*, *manus.*

Quo loco haec & plura jam obſervaſſe Gronovium Diatrib. Stat. cap. ix. ſero agnovi. nec aliter capiendum illud Columellae lib. vii. cap. iv. ubi agit de ovibus Tarentinis, *ſaepius ejus lana deducenda*, *vinoque & oleo inſuccanda*; ita enim optimus codex, quo ſum uſus, non *diducenda.* nam quod ſequitur apud eundem cap. v. *Quod ubi aliquam facientem videris*, *comprehendere oportebit*, *& lanam diducere.* vetuſtus codex exhibet, & *lana rudi dejicere.* Heinsius.

Nunc perlucenti circumdata corpus amictu,
Mollibus aut foliis, aut mollibus incubat herbis.
Saepe legit flores. & tunc quoque forte legebat,
Cum puerum vidit: viſumque optavit habere.
Nec tamen ante adiit, etſi properabat adire,
Quam ſe compoſuit, quam circumſpexit amictus,
Et finxit vultum; & meruit formoſa videri.
Tunc ſic orſa loqui: Puer ô digniſſime credi
Eſſe Deus; ſeu tu Deus es, potes eſſe Cupido:
Sive es mortalis, qui te genuere beati,

Et

313. *Corpus amictu.*] *Pectus* Gronov. & duo alii ſcripti. ut faſcia intelligatur, de qua Art. 274. & Remed. 338. *circumdat* etiam unus codex.

316. *Cum puerum vidit.*] Verſus haud dubie adulterinus, quem tamen libri veteres conſtanter agnoſcunt. HEINSIUS. Neſcio quid offenderit in hoc verſu Heinſium, cum apte cohaereat, nec aliquid non Ovidianum habeat. vide ſup. III. 416.

317. *Nec tamen antè adit, & ſi properabat adire.*] Emendo, *adiit*. CONST. FAN. *adiit* tr ſyllabum legendum. Ceterum producitur vel caeſura, vel quia ſyncopatum, ut poſtea de Perſe: *Arduus in nubes abiit, & in aequore ſummo Umbra viri viſa eſt.* GLAREAN. In uno meo, *Nec tamen hunc adiit, quamquam properabat adire.* Quae lectio ſine ulla dubitatione videtur probabilior. CIOFANUS. *Etſi properaret* Leidenſis. de *adiit* producta ultima ad Epiſt. VI. 31. & I. Met. 114.

318. *Quam ſe compoſuit, quam circumſpexit amictus.*] Nihil variant codices, niſi in verbo, *circumſpexit*, pro quo aliqui, *circumplexit*, *circumtexit*, *circumſpectet*. Cantabrig. *& quam conſpexit*. Heinſium tamen aliquid latere ſuſpicatum colligo ex notis ad oram libri conjectis, quia maluerat;

Quam ſibi compoſuit, quam circumſpexit amictus.
Vel,
Quam ſe compoſuit, quam circumſpexit amictu.

Pro *amictui*, & addiderat, *latet aliquid*. ſed ego ſanum locum & integrum exiſtimo. Locutio autem propria, & deſumpta ab Oratoriis inſtitutionibus, quibus Oratores praecipiuntur, antequam verba publice faciant, ſe decenter componere, & circumſpicere, num aliquid in amictu indecorum ſit. Plin. III. Ep. 11. *Poſtquam ſe compoſuit, & circumſpexit habitum ſuum; Latine, inquit, declamaturus ſum.* Quinct. XI. 3. *Leniter aſſurgendum, tum in componenda toga paulum eſt commorandum.* & hinc *compoſite & circumſpecte amiciri* Gellio I. cap. 5. *ad eumdem modum Hortenſius omnibus ferme Oratoribus aetatis ſuae niſi M. Tullio clarior, quod multa munditia & circumſpecte compoſiteque indutus & amictus eſſet, manuſque ejus inter agendum forent argutae admodum & geſtuoſae, maledictis compellationibuſque probroſis jactatus eſt.* & de eodem Hortenſio Macrob. lib. II. Satur. c. 9. *Sed forte ad notam ſeculi ſui non ſufficit Hortenſius, vir alioquin ex profeſſo mollis, & in praecinctu ponens omnem decorem: fuit enim veſtitu ad munditiem curioſo, & ut bene amictus iret, faciem in ſpeculo ponebat: ubi ſe intuens togam corpori ſic applicabat, ut rugas non forte ſed induſtria locatas artifex nodus conſtringeret, & ſinus ex compoſito defluens nodum lateris ambiret;* ubi nihili eſt illud, *faciem in ſpeculo ponebat*, vel *gerebat*, aut *quaerebat*, quod viri docti ſubſtituerunt. legendum enim puto, *faciem in ſpeculo componebat*. Ita enim Noſter etiam II. Amor. eleg. 17.

Scilicet a ſpeculi ſumuntur imagine faſtus
Nec niſi compoſitam ſe prius illa videt.

Et Quinct. XI. 3. *Demoſthenes grande quoddam intuens ſpeculum componere actionem ſolebat.* & hoc *adverſum ſpeculum ornari* vocat Gellius VII. 12. Sic Terent. Eunuch. Act. V. 4. *Quibus nihil eſt compoſitum magis & elegans.* ſic Horatius II. Sat. IV. 77.

Audire, atque togam jubeo componere.

Petron. 67. *illa proclamavit aberrante tunica ſupra genua compoſitâ.* Graeci Περιζέλλειν hoc dicunt. Palladas in Anthol. lib. II. c. 52. p. 275. de Nicoſtrato inepto nugatore, qui rogatus, num anima eſſet immortalis & incorporea, ſe parans ad respondendum:

Εἶτα περιζέλλων τὸ τριβώνιον, εἶτα γενείου
Ἄκρα καταψήχων, τὴν λύσιν ἐξέφερεν.

Et de qua cura circa amictum plura vide ad lib. II. Pont. V. 52. ita *componere* crines & alia paſſim apud Noſtrum & alios, de decenti ornatu. vid. ſup. lib. I. 32. & I art. 160. BURM.

319. *Videri.*] *Vocari* Balliolenſis vid. ad Nucem. 5. Vellej. I. 5. de Homero, qui *ſolus meruit appellari Poëta.*

320. *Puer o digniſſime.*] *Loqui puero. Digniſſime* Cantabr.

321. *Seu tu Deus es.*] *Si tu* Leidenſ. vid. ad IV. ex Pont. I. 3.

323. *Et mater felix.*] De parentibus jam egerat. Quare reſcribe, *frater* cum primo Mediceo, Neap. Norico: & uno Baſileenſi. HEINS.

324. *Et quae dedit oſcula nutrix.*] Ita legunt quidam,

Et frater felix, & fortunata profecto
Si qua tibi ſoror eſt, & quae dedit ubera nutrix.
Sed longè cunctis, longeque potentior illis,
Si qua tibi ſponſa eſt, ſi quam dignabere taedâ.
Haec tibi ſive aliqua eſt; mea ſit furtiva voluptas:
Seu nulla eſt; ego ſim: thalamumque ineamus eumdem.
Naïs ab his tacuit: pueri rubor ora notavit
Neſcia quid ſit amor: ſed & erubuiſſe decebat.
His color apricâ pendentibus arbore pomis,
Aut ebori tincto eſt, aut ſub candore rubenti,

Cum

quidam, ſed inſulſe. Tu emenda, ut eſt non ſolum in manuſcriptis, ſed etiam in impreſſis quibuſdam: *& quae dedit ubera nutrix.* &, ut ita legatur, ſenſus quoque poſtulat. Eodem modo Plaut. in Prologo Maen. dixit *mammam dare.* Integrum autem locum leges à me citatum lib. XIII. eodemque modo lib. I. dixit, *praebere mammas.* Ciofan. Terent. Adel. v. 9. *Tuo nepoti hodie primam mammam dedit haec.*

325. *Longeque beatior illa eſt.*] In uno meo & Dominic. *Longeque potentior.* Cioſ. Palatinus, *Sed longe cunctis, longeque potentior illa eſt.* Quemadmodum alias hic autor. Dan. Heinsius. *Potentior* pri. Erfurt. pri. Med. aliique multi. quod verum eſt. Vide quae noto Amor. lib. II. eleg. 2. Met. XIV. 657.

——— *tantoque potentior, inquit,*
Paucaque laudatae dedit oſcula.

ſic & illic ſcribendum. lib. x. 340.

——— *ipſaque damno*
Eſt mihi proximitas, aliena potentior eſſem.

Juvenalis Satyra x. 3.

Cuſtode & cura Natura potentior omni. Noſter lib. IX. 758.

At non vult Natura, potentior omnibus illis.

Unde liquet recte hic in Boſchiano legi, *cunctiſque potentior illis.* lib. XIV. 676.

——— *quae te plus omnibus illis,*
Plus, quam credis, amo. Heinsius.

De hac laudandi formula vide, quae nos & alii ad Petron. XCIV. quibus adde nunc Val. Flac. v. 384.

Felix prole parens, olimque beatior ille
Qui tulerit, longis & te ſibi junxerit annis.

Qui locus vulgatam hujus loci lectionem firmare videtur. nos tamen τὸ *potentior*, a librario indocto provenire poſſe vix credimus. vide ad Petron. CVII. de eleganti vero illa repetitione *longe, longeque* vide Bentlej. ad Horat. I. Sat. VI. 18. Burm.

326. *Dignabere taeda.*] *Taeda* pro nuptiis, continens pro contento. Sic ſuperius verſ. 60. *taedae quoque jure coiſſent.* Huc faciunt Varronis verba, quae citantur à Servio, illud Virgilii Ecl. VIII. 29. interpretante: *Mopſe, novas incide faces.* Ideo faces praeire nuptas, quod antea non niſi nocte ducebantur à ſponſis. Taeda autem eſt arbor, ex qua faces fiebant. Hinc factum eſt, ut faces, quae in nuptiis adhiberentur, pro nuptiis & conjugio ponantur. Ciofan.

327. *Hic tibi ſive aliqua eſt.*] Raphael *hîc* legit; nam exponit, hoc loco. alii *haec* legunt, res non magni momenti. Glarean. *Nunc tibi ſive aliqua eſt* Douza. *ſed tibi* Vivianus. mox *ſi nulla eſt* Francof. & plurimi alii. vide modo verſ. 321.

328. *Ineamus eumdem.*] *Subeamus* Junii & duo alii; eleganter: agit enim de furtivo coitu, vide ad lib. III. 282. unus etiam Heinſii, *thalamum coeamus in unum.* Burm.

329. *Pueri rubor ora notavit.*] Rubor in juvenum facie valde commendatur. ſupra: I. 484.

Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore.

Et I. Amor. III. 14.

Nudaque ſimplicitas, purpureuſve pudor.

Et II. Am. v. 34.

Conſcia purpureus venit in ora pudor.

Catullus LXI. 81.

Tardet ingenuus pudor.

Quod declarans diſertiſſimus vir, atque omni virtutum genere politiſſimus, M. Antonius Muretus, haec ſcitu digna ibi collegit: *Nihil eſt*, inquit, *quod magis juventutem deceat, quam honeſtus pudor. Itaque M. Cato dicebat placere ſibi juvenes, qui erubeſcerent, non qui palleſcerent. Et Diogenes, verecundum illum ruborem colorem virtutis eſſe indicabat. Et Pythias, Ariſtotelis filia, interrogata, qui ſibi color videretur pulcherrimus, eum reſpondit, qui in ingenuis ex pudore enaſceretur.* Haec Muretus noſter. Cioſ. *pudor* MSS. Berſmanni.

330. *Neſcit quid ſit amor.*] Emendo, *neſcia.* Const. Fan. *Neſcit enim quid amor* pri. Reg. Thuan. Florent. S. Marci, Neapol. ſec. Med. Cantabr. pri. Vatican. aliique multi. rectius. at optime Calandrae excerpta,

Neſcia quid ſit amor. Heinsius.

331. *Pendentibus arbore pomis.*] Ita vet. libri. Alii legunt, *malis*, non *pomis.* Prior lectio magis mihi probatur: eſt enim ſignificantior. Ciofan.

Cum fruſtra reſonant aera auxiliaria, Lunae.
Poſcenti Nymphae ſine fine ſororia ſaltem
Oſcula, jamque manus ad eburnea colla ferenti,
Deſinis? an fugio, tecumque, ait, iſta relinquo?
Salmacis extimuit? Locaque haec tibi libera trado,
Hoſpes, ait: ſimulatque gradu diſcedere verſo.
Tum quoque reſpiciens, fruticumque recondita ſilvâ
Delituit: flexumque genu ſubmiſit. at ille,
Ut puer, & vacuis ut inobſervatus in herbis,
Huc it; & hinc illuc: & in adludentibus undis
Summa pedum, taloque tenus veſtigia tinguit.
Nec mora, temperie blandarum captus aquarum,
Mollia de tenero velamina corpore ponit.
Tum vero obſtupuit; nudaeque cupidine formae

Sal-

333. *Auxiliaria.*] Sic & Tacit. I. Ann. 28. de eclipſi Lunae, quae tum in caſtris viſa, ſcribit: *Igitur aeris ſono tubarum cornuumque concentu ſtrepere prout ſplendidior, obſcuriorve laetari, aut moerere, &c.* Ut ex eo appareat veteribus in more fuiſſe, ut quoties deficientem Lunam animadverterent, aeris tinnitu quaſi ſuccurrere atque auxiliari illi voluiſſe. Micyllus. Cantabrigienſis & alii nonnulli, *auxiliantia*, quod imitatione ſua comprobare Statius poſſet videri, qui lib. VI. Theb. 686.

Procul auxiliantia gentes
Aera crepant.

Sed Noſtro altera vox familiarior. ita lib. I. 275. *auxiliares undae.* lib. VI. 424. *arma auxiliaria.* VIII. 138. *carmen auxiliare* & ſimilia paſſim.

336. *Deſinis? aut fugio.*] Nonnulli legunt, *deſine vel fugio*: mihi prior lectio magis placet. Naugerius. Repone, *an fugio?* cum Florentino S. Marci, Neapol. prim. Vatican. & quinque aliis. Plautus Pſeudolo Act. v. Sc. I. *Quid hoc? ſiccine hoc fit? pedes ſtatin'? an non? pergitin' pergere? an ſaeviendum mihi hodie eſt*, ita & ibi caſtigandum, ut ſit verbera pedibus minitantis, ni vacillare deſinant. Seneca Phoeniſſis vſ. 449. ex optimo codice:

Ego utramque peperi, ponite ferrum ocius.
An dico, & ex quo.

Lucanus lib. VI. 744.

Paretis? an ille
Compellandus erit?

Epiſt. V.

Perlegis? an conjux prohibet nova?

Amor. I. Eleg. II.

Cedimus? an ſubitum luctando accendimus ignem?

& ſic ſaepe alibi. Heins. Vide ad Epiſt. XII. 149. *aut fugiam.* MS. Berſman.

340. *Delituit.*] *Deſtituit* MSS. Berſmanni.

340. *Flexumque genu.*] Lib. Jo. *flexoque.* Ciof. & ita plerique codices, ut ſubintelligendum eſſet, *ſe* ſubmiſit, & *flexo genu*, ut *poſito genu*; vid. ſupra ad lib. III. 240. Stat. I. Theb.

Flexoque genu vacua ilia tundunt. Burm.

340. *At ille, Ut puer, & vacuus.*] libri vet. *At ille Scilicet ut vacuus.* Statuant doctiores, quo modo ſit legendum. Ciofanus. *At puer* quatuor veteres. multi alii, *Ut puer:* cum primo Mediceo, ſecundus Palatinus & quatuor alii, *Ut puer, ut vacuis.* Spirenſis, *At puer ut vacuis.* Scribe,

Ut puer, & vacuis ut inobſervatus in herbis.

vel, *arvis.* infra, 714.

——— *vacuo cum vidit in arvo*
Praebentem Phoebo liventia terga draconem.

& ſupra libro primo, 533.

Ut canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo
Vidit.

Lib. XI. 35.

Vacuoſque jacent diſperſa per agros.

& Columel. II. 9. agro arbuſtis conſito *vacuum & apertum* opponit. *vacui agri* non ſemel apud Lucanum. Heinsius. Berſmannus conjiciebat, *& puer, & vacuus.*

342. *In alludentibus undis.*] Doctiſſimus Gebhardus lib. III. Crepund. c. II. e MS. Palatino, *applaudentibus undis* legit. elegans quidem illa lectio, ſed nec ideo vulgatam damnem. Statius Theb. IX. v. 336.

Extremis alludunt aequora plantis,

Catullus nupt. Pelei, de Ariadne: *Ipſius ante pedes fluctus ſalis alludebat.* Minuc. Felix in Octavio, cap. 3. *Ibidem erroribus delectati perquam ſumus, cum in ipſo aequoris limine plantas tingeremus, quod viciſſim nunc adpulſum noſtris pedibus alludebat.* Senec. Oedip. 266.

Per te Pater Neptune, qui fluctu brevi
Utrimque noſtro geminus alludis ſolo.

Aga-

Salmacis exarſit. flagrant quoque lumina Nymphes.
Non aliter, quam cum puro nitidiſſimus orbe
Oppoſitâ ſpeculi referitur imagine Phoebus.
Vixque moram patitur: vix jam ſua gaudia differt.
Jam cupit amplecti: jam ſe male continet amens.
Ille, cavis velox adplauſo corpore palmis,
Deſilit in latices: alternaque brachia ducens
In liquidis translucet aquis: ut eburnea ſi quis
Signa tegat claro, vel candida lilia, vitro.
Vicimus, en meus eſt, exclamat Naïs: &, omni
Veſte procul jactâ, mediis immittitur undis:
Pugnacemque tenet: luctantiaque oſcula carpit:
Subjectatque manus, invitaque pectora tangit:
Et nunc hac juveni, nunc circumfunditur illac.

Deni-

Agamem. 77.
Ad ora ludentes aquas.
Non captat.
ſic inf. libr. v. 387.
Carmina cygnorum labentibus ludit in undis.
ubi MSS. quidam *ludentibus*. HEINSIUS.

343. *Taloque tenus veſtigia tingit.*] In uno meo, *frangit*. CIOFANUS. Quidam, *ponit*, ut lib. II. 882. alii, *tangit* & *frangit*. ſed *tingit* rectum eſt. Virgil. VII. 811. *tingeret aequore plantas*. Sil. lib. XIV. 6. ex MSS.
Aut vaga Sardoo veſtigia tingere fluctu
inf. lib. v. 592. *primumque pedis veſtigia tinxi*. HEINS.

346. *Nudaeque formae.*] In uno Caeleſt. *viſaeque*. CIOFANUS. & ita ſex ſcripti. *nitidaeque* unus Medic.

347. *Nymphae.*] *Nymphes* multi veteres. HEINS. in Leidenſi erat, *flagrat quoque lumina Nymphe*, quod per Graecismum explicabat Heinſius. *Ardent* Cantabrigienſe fragmentum.

349. *Oppoſita ſpeculi referitur imagine Phoebus.*] ſic lib. ſcripti. Quidam hoc loco non *referitur*, ſed *refertur*, malunt legere. ego ab iis diſſentio. CIOFANUS. In uno Leidenſi erat, *clypei referitur*, quod ab indocto librario proficiſci nequiit. & Heinſius defendi poſſe notaverat loco hujus libri infra vſ. 782.
Se tamen horrendae clypei, quod laeva gerebat,
Aere repercuſſo formam adſpexiſſe Meduſae.
Et praecipue loco Plauti in Milite Glorioſo in principio. Valer. Flac. I. 495.
Claraque vela oculis, percuſſaque ſole ſequuntur
Scuta virûm
& obvia ſunt plurima de fulgore armorum apud Poëtas loca. BURM.

352. *Applauſo corpore.*] *Pectore* nonnulli. rectius. HEINS.

353. *Alterna brachia jactans.*] Sic eſt in libris meis. In uno Maffei & aliquot aliis, *ducens*. CIOF. Pro *brachia ducens* multi, *jactans*. nil muto. Propert. lib. II. Eleg. XXVI.
Vidi te in ſomnis fractâ, mea vita, carinâ
Ionio laſſas ducere rore manus.
ſic & *ducere remos* noſter ſupra libro primo. ſic *ducere brachia* in choreis. HEINS. in epiſtola tamen Leandri XVIII. 58.
Jactabam liquido brachia lenta mari.
Vid. inf. v. 596. eadem varietas lib. II. am. IV. 29.

355. *Signa tegat claro.*] Unus liber meus, Capran. & Urſini veram habent lectionem, *Signa tegat puro*. CIOFAN. Pro *claro vitro* nonnulli, *puro*, quos inter primus Palat. ut apud Martialem, IV. 22.
Candida ſic puro numerantur lilia vitro.
Petronius apud Sarisberienſem, *cum phialam de vitro puriſſimo fabricaſſet*. ſed *puro orbe* praeceſſerat. HEINS.

356. *Vicimus, & meus eſt.*] Scribe, *en meus eſt*, cum Arondeliano & uno Leidenſi. vel, *es meus en*. Plautus Curculione Act. III. Sc. I. *meus eſt, hamum vorat*. Milit. II. 3. *meus illic homo eſt*. Pſeudolo. II. 2. *meus hic homo eſt*. & IV. 7. *hic homo meus eſt*. HEINS. *Vincimus* Cantabrig. & ſeptem alii. eadem varietas infr. lib. VI. 513. X. 443. II. Amor. XII. 2. & III. XI. 5. & apud Lucan. VI. 164. & ſaepe alibi.

358. *Pugnantemque.*] *Pugnacemque* Zulichemianus. recte. HEINS.

358. *Carpit.*] Hujus loci non meminerat Heinſius, cum ad lib. II. Amor. XI. 45. notaret, Ovidium nuſquam *carpere oſcula* dixiſſe. nec nobis in mentem tum veniebat. BURM.

359. *Invitaque pectora.*] Ita lege ex veterum librorum auctoritate. CIOF. *Invectaque* MSS. Berſmanni & quidam Heinſii. *injunctaque* duo alii.

360. *Juveni nunc circumfunditur illac.*] *Circumflectitur*

Denique nitentem contra, elabique volentem
Implicat, ut ſerpens, quam regia ſuſtinet ales;
Sublimemque rapit: pendens caput illa, pedesque
Adligat, & caudâ ſpatiantes implicat alas.
Utve ſolent hederae longos intexere truncos:
Utque ſub aequoribus deprenſum polypus hoſtem
Continet, ex omni dimiſſis parte flagellis.
Perſtat Atlantiades; ſperataque gaudia Nymphae

Dene-

flectitur Bernegger. prim. Moreti, & quatuor alii. Forte, *juvenem circumplectitur*. de quo ad Maronem lib. v. 312. 364. *juvenem circumfunditur* unus Voſſianus. HEINS.

361. *Nitentem.*] *Luctantem* Junii, Gronovii, prior Moret & duo alii. vid. Epiſt. XVI. 235. & ſupr. II. 461. ſed praeceſſerat, *luctantiaque oſcula*.

362. *Implicat.*] *Continet* Lovanienſis, quod eſſet, ne progrederetur & fugeret retinet. ita Servius ad Virg. I. Georg. 259. *continet* explicat *detinet*, *impedit*. & ita poſſet mox *implicat* ſervari; ſed vereor, ut ſit repetitum ex verſu mox 367. BURM.

363. *Pendens caput illa.*] Tertio libro genere maſculino protulit, *Caeruleus ſerpens*, hic femininum, ſiquidem *pendens* de ſerpente intelligitur, ut ſequens indicat carmen. GLAREAN.

364. *Spatiantes implicat alas.*] Jam praeceſſerat, *elabique volentem implicat*. quare aut ibi aut hic opinor refingi debere, *impedit*; quo verbo frequenter gaudet noſter. lib. II. 432.

Qua venata ſoret ſilva narrare parantem
Impedit amplexu.

ſed modus exemplorum non eſſet: non poſſum tamen quin locum in transcurſu Apulejanum corrigam, qui lib. I. Floridor. exſtat, ubi de ſerpentibus & elephantis, agitur, quemadmodum de ſerpentibus & aquilis hoc loco a Naſone: *Apud Indos immenſi dracones cum immanibus Elephantis pari periculo in mutuam perniciem concertant, quippe lubrico volumine indepti revinciunt, & illis greſſum expedire nequeuntibus.* haerent eruditi interpretes in eo loco, ſed ſcribendum eſt, *impeditos revinciunt*, vel etiam, *lubrico voluminum impeditu revinciunt*. Sic τὸ *impedire* a pedibus ductum ad alia transfertur nonnumquam. itaque proprie, ut ſolet, Apulejus locutus eſt; eique verbo τὸ *expedire* paullo poſt oppoſuit. quomodo & Cicero pro Rabirio: *Sapientis eſt cum ſtultitia ſua impeditus eſt, quoquo modo poſſit, ſe expedire.* idem Apulej. lib. VII. Met. dixit *impediri arctiſſimis vinclis.* Solinus in eadem de ſerpentibus narratione: *Ac primum pedes nodis alligant, ut laqueatis cruribus impediant gradiendi facultatem.* ubi exemplo Naſonis *alligare*, & *impedire* conjungit. HEINS. *Implicare* tamen in hac eadem re, ſed de aquila, non ſerpente Virgilius lib. XI. 751.

Utque volans alte raptum cum ſulva draconem
Fert aquila, implicuitque pedes, atque unguibus haeſit.

quam comparationem cum Homerica comparat Macrob. lib. V. 15. Plin. X. 4. *Nec unus hoſtis ſatis eſt: acrior eſt cum Dracone pugna, multoque magis anceps; etiam in aëre. Ova hic conſectatur aquilae, aviditate malefica: at illa ob hoc rapit ubique viſum. Ille multiplici nexu alas ligat, ita ſe implicans, ut ſimul decidant.* Vide & antiquum Poëtam apud Cicer. I. de Divin. 47. BURM.

365. *Utque ſolent hederae longos intexere truncos.*] Liber meus, & Dominic. *intexere ramos*. CIOF. *intexere ramos* Leidenſis & alius quoque.

366. *Deprehenſus Polypus hoſtem.*] Corrigo *Pulypus*, quoniam πολὺς priorem corripit, tum per *o* micron ſcribatur. ſolent ſaepenumero Graeci verſus neceſſitate ducti huic literae *o* adjungere *υ*, & facere *ου* dipthongum, quae in *u* vertitur noſtris. Unde *Pulydamas* in Perſio, & Heroidibus; *Pulypus* hoc loco, niſi more Dorico velis *ου* in *ω* rurſum mutare, ita ut *Pulydamas* in *Polydamanta*, & *Pulypus* in *Polypum* iterum transeant. per hoſtem autem Polypi vel conchas accipe, quibus is maxime inſidiatur, vel hominem, quocum luctari Polypum in memoriam datur; utriuſque rei auctor Plinius lib. IX. 29. CONSTANT. FANENS. *Deprenſus Polypus* eſt in vett. omnibus. Alii aliter, malè. Polypi deſcriptionem pete è paucis, & non integris verſibus illis, qui è libro, quem Halieutica inſcripſit, ſuperſunt: ex Oppiano lib. II. & ex Aeliano cap. XI. lib. VII. De Natura Animalium. CIOFANUS. Vid. ad Epiſt. V. 94.

367. *Demiſſis.*] *Dimiſſis.* ita ſcripti. flagella illa πλεκτάνας vocat Ariſtoteles Hiſtoria Animal. lib. IV. Plutarchus de Animalium ſollertiâ. Aelianus paſſim. Ariſtophanes, avibus Lucianus, dialogis marinis, qui & κοτύλας nuncupat. σπείρας Oppianus lib. II. *Crines* & *acetabula* & *cirros* Plinius lib. IX. cap. XXIX. Ceterum hos Polypi aſtus eleganter prae ceteris deſcribit Aelianus Var. Hiſt. lib. I. cap. I. ubi *flagella* hoc θηράτρα καὶ πλοκάμους vocat. Ceterum mira ſunt quae de polypis Aelianus prodit. HEINS. Vid. Beroald. Appendic. Adnot. ad Suetonium cap. 15. *dimiſſis* vero recte. Vid. I. Met. 261.

369. *Demiſſaque corpore toto.*] Repone, *commiſſaque*. quomodo unus Argentinus. neque aliter pro diverſa lectione primus Vatic. prim. Gronov. & unus Mediceus, quod proprium in hac re verbum. infra, 579.

com-

Denegat. illa premit; commiſſaque corpore toto
Sicut inhaerebat, Pugnes licet, improbe, dixit,
Non tamen effugies. ita Dî jubeatis, & iſtum
Nulla dies à me, nec me ſeducat ab iſto.
Vota ſuos habuere Deos. nam mixta duorum
Corpora junguntur: faciesque inducitur illis
Una. velut ſi quis conductâ cortice ramos
Creſcendo jungi, pariterque adoleſcere cernat.

Sic

—— *commiſſaque in unum*
Paulatim tereti ſinuantur acumine crura.
lib. XII. 315.
—— *qua naris fronti committitur.*
Vide Notas noſtras ad Claudiani Epigramma in Armentum. Heins. Vide ad Epiſt. Herod. XI. 21. ita *Venus commiſſa* apud Propertium IV. VII. 19. ut *jungere Venerem* Noſter ſaepius. vid. ad Remed. 407. Burm.

371. *Et iſtum.*] *Ut iſtum* MS. Berſmanni & magno numero alii.

372. *Nec me diducat ab iſto.*] Liber Dominic. *ſeducat.* Alii vet. uno meo excepto, ad unum habent, *deducat.* Quod verum eſt. Sic Propertius: II. XIX. 45.

At me ab amore tuo deducet nulla ſenectus,
Sive ego Tithonus, ſive ego Neſtor ero.

M. Tullius lib. I. De Inventione: *Cum deducaris ab eo, quicum libentiſſime vixeris.* Ciofanus. Veteres plerique, *deducat.* Lege, *ſeducat* cum nonnullis. & mox *jam miſta.* quanquam libri veteres cum vulgatis, *nam.* Puto etiam paulo ante, *ita Di jubeatis, ut iſtum.* non *& iſtum.* Idem. *Diducat* tamen, quod Berſmannus & alii recepere, non temere moverem, quod in hac re proprium & efficax, pro divellat a complexibus: ſic apud Horatium lib. III. od. 9.

Quid? ſi priſca redit Venus,
Diductoſque jugo cogit aëneo.

Ubi male etiam *deductos* alii. Propert. I. XIII. 19.

Non ego complexus potui diducere veſtros.

Et lib. II. eleg. VI. 3.

Ni nos divideret, quamvis diducere amantes,
Non queat invitos Jupiter ipſe duos.

Saepe in Declamationibus Quinctiliani hoc verbum occurrit; ſic ſupra II. 560. *nodoſque manu diducit.* contrarium eſt *conducere* quod mox ſequitur, de quo vid. Heinſium. Burm.

373. *Vota ſuos habuêre Deos.*] In ambob. Caeleſt. *Tetigere.* Ciof. vid. ſupr. 165.

375. *Conducat cortice ramos.*] Ita eſt legendum: non autem audiendi ſunt illi, qui legunt, *inducat. Conducit* prim. Mediceus cum Norico. Thuan. *conducitur. cum ducit* Erfurt. Lege, *conductâ cortice.* In uno certe Mediceo poſtea inveni, *conducto cortice. Cortex* ſaepe foeminini generis apud Noſtrum, lib. VIII. 762.

Haud aliter fluxit diſcuſſa cortice ſanguis.

lib. IX. 658.
—— *ut ſectâ piceae de cortice guttae.*
lib. X. 512.
—— *fiſſâ cortice vivum*
Reddit onus.
lib. XIV. 630.
—— *fiſſa modo cortice lignum*
Inſerit.

ita codices nonnulli iſtis locis. neque obſtat, quod Noſter aliis locis maſculino genere eſt uſus. cum utroque genere Virgilium quoque dixiſſe Nonius jam obſervarit, qui videatur. Floridus Poëta:

Cortici ſummae notavi nomen ardoris mei.

Martialis lib. XIII. Ep. 86.

Cortice depoſita mollis Echinus erit.

Ita vetus codex Voſſii. mox pro *cernit*, cum ſex ſcriptis, *cernat* eſt legendum. Cogitabam aliquando,

Facieſque inducitur illis
Una. duos ut ſi conductâ cortice ramos
Creſcendo jungi pariterque adoleſcere cernas.

conducere corticem, quomodo *vulnera conducere & ducere*, & contra *diducere* apud Medicos. Val. Flaccus lib. I. vſ. 480.

—— *fiſſaque fluctu*
Vel pice vel molli conducere vulnera cerâ.

ita vetuſti codices, haud dubie vere. *nubila conducere* Noſter lib. I. Metamorph. *conducere* enim, contrahere. *partes conducere in unum* frequenter apud Lucretium occurrit. Vetus poëta apud Sergium in artem Donati: *Pontibus inſtratis conduxit littora Xerxes.* pro quo *conjunxit* agnoſcit Terentianus Maurus. ſed *conduxit littora* etiam apud alios Grammaticos in illo verſu occurrit. Avienus Deſcriptione Terrarum:

Caput hujus ceſpitis autem
Artius anguſto conducit litora tractu.

Idem,

Iſthmi
Quippe caput ſummum conducitur.

conducere ſenatum frequenter apud Dictyn Cretenſem pro *Senatum cogere.* contra *diducere ramos* apud Perſium Satyr. III. ex optimis membranis:

Et tibi quae Samios diduxit pagina ramos.

Et Sat. V.

Vitae neſcius error
Diducit trepidas ramoſa in compita mentes.

Sic utroque loco legendum, ut magno Caſaubono

Sic ubi complexu coïerunt membra tenaci,
Nec duo ſunt, & forma duplex, nec femina dici,
Nec puer ut poſſint; neutrumque, & utrumque videntur:
Ergo ubi ſe liquidas, quo vir deſcenderat, undas
Semimarem feciſſe videt, mollitaque in illis
Membra; manus tendens, ſed jam non voce virili,
Hermaphroditus ait, Nato date munera veſtro,
Et pater & genetrix, amborum nomen habenti:
Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semivir: & tactis ſubito molleſcat in undis.
Motus uterque parens nati rata vota biformis
Fecit, & incerto fontem medicamine tinxit.

FAB.

jam eſt animadverſum. *diducere os* pro aperire ad loquendum Gellio lib. v. c. 9. & apud eundem lib. VI. c. 4. *Palpebras ejus, ne connivere poſſet, ſurſum ac deorſum diductas inſuebant.* de Regulo. *diducere ſulcum lata arena* apud Juvenalem Sat. I. v. 157. ex veteri codice. Noſter in Ibin:

Utque Milo robur diducere fiſſile tentes.

Sic ibi ſcribendum, & ita in eadem narratione Gellius, lib. XV. c. 16. HEINS.

378. *Sed forma duplex.*] *Et forma* bene Bernegger. & unus Bononienſis. HEINS.

379. *Neutrumque & utrumque videtur.*] *Videntur* Florentinus S. Marci. Lege etiam, *poſſint. videri* quoque non male unus Bonon. & Gronov. HEINS. Ita ex emendatione Heinſii auctor Poëmatis de Phoenice v. 163.

Femina vel mas haec, ſeu neutrum, ſeu ſit utrumque.

ubi vide notas. Martialis lib. XIV. 174.

Maſculus intravit fontes; emerſit utrumque:
Pars eſt una patris, cetera matris habet.

Auſonius Moſel. 128.

Seque inter ſpecies geminas, neutrumque, & utrumque

Vid. II. Amor. III. principio. BURM.

385. *Vir venerit.*] *Vir nabat* Leidenſis unus pro varia lectione. unde Heinſius conjiciebat, *vir naverit. exeat idem* etiam Medic. pr.

386. *Molleſcat in undis.*] Malim, *ab undis.* vel, *ut undis.* HEINS.

387. *Rata verba.*] *Vota* unus Berſmanni & ex noſtris quinque. rectius. Propert. lib. IV. x. 14.

Romulus & votis occupat ante ratis.

Noſter Amor. lib. III. Eleg. II. 80.

Sint mea, ſint dominae fac rata vota meae.

Martial. lib. IX. Ep. XVIII.

Hos tibi laudatos domini rata vota capillos
Ille tuus Latiâ miſit ab urbe puer.

Idem lib. IV. Ep. XLV.

Fer rata vota patri. ſic te tua diligat arbor.

Ita uterque locus ex optimis membranis conſtituendus. niſi quod in iis, *patris.* vulgati,

Fac rata vota patris. ſic te tua diligat uxor.

perperam. ut pluribus jam monui Notis ad Epiſt. II. Pont. lib. II. vſ. 82. Statius Theb.

Jam jam rata vota tuliſti,
Dire ſenex. HEINSIUS.

389. *Et incerto fontem medicamine tinxit.*] Hunc fontem Statius vocavit *doloſum*, quod, ſi vir in eum ingrederetur, Hermaphroditus ab eo exiret; atque ita eum falleret. Ejus verba ſunt in balneo Etruſco:

Non vos, quae culpâ decus infamaſtis aquarum,
Sollicitare juvat procul hinc, & fonte doloſo
Salmacis: & reliqua. CIOFANUS.

Inceſto unus Mediceus, *ignoto* unus Heinſii, ut XIV. 299. quidam codices, *invicto.* alter Gronovianus: ſed nihil muta. ſimili fere ſenſu *incerta pocula* dixit Claudian. Bell. Gildon. 179. BURM.

[a] *Minyeides.*] Ita ſcribendum eſſe primus docuit Nob. Heinſius. Venet. *Minides.* MS. *Miniides.* Micyll. & Raener. *Mineides.* perperam omnes. *Minyadas* appellant Anton. Liber. cap. 10. & Aelian. Var. Hiſt. III. cap. 42. MUNCKER. *Minides* Parm. *Mineides* Colon.

[b] *Solertiſſimae.*] *Solertiſſima* Plaut. HEINS.

[c] *Alcithoë.*] *Leucothoë & Leuconoë* Parm. Lugd. *Leucothoë & Alcithoë* Micyll. *Leucothoë & Aclythe* Colon.

[d] *Quod Liberi ſacra.*] Ita repoſui ex Venet. & Micyll. cum propius accedat ad lectionem MS. *quae*, quam, *quoniam*, quod Giſelinus dedit. MUNCKER. *quoniam* etiam Raener. & Heinſ. *vota viſſent* etiam Micyll.

[e] *Die numinis.*] non habet Colon.

[f] *Quae tamen.*] *Tamen* non habent Parmenſ. Lugd. Micyll. *viderunt* Micyll. *videbant* Raener. & Heinſ. *exterritae ſunt. At ut adverterunt* Colon. omiſſis reliquis.

[g] *In*

Fab. XII. Argumentum.

Minyeides Thebanae in Vespertiliones.

[a] *Minyeides Thebanae sorores fuisse produntur, quarum* [b] *sollertissima* [c] *Alcithoë, & Leuconoë,* [d] *Liberi sacra quod in contemptum devocaverunt, Minervae lanificio addictae, ex improviso* [e] *die numinis, vocibus tibiarum & tympanorum sono exterritae sunt,* [f] *quae tamen in conspectu non viderant. Dein ubi animadvertere telas instrumentaque sua* [g] *in hederam ac vites repente mutata,* [h] *& locum adsuetum feris repletum, noctemque* [i] *timentibus offusam, in volucres conversae sunt, quae* [k] *verspertiliones vocantur.*

Finis erat dictis; & adhuc Minyeïa proles
Urguet opus, spernitque Deum, festumque profanat:
Tympana cum subito non adparentia raucis
Obstrepuere sonis: & adunco tibia cornu,
Tinnulaque aera sonant. redolent myrrhaeque, crocique:
Resque fide major, coepere virescere telae,

Inque

[a] *In hederam ac vites.*] Anton. Liber. καὶ ἐκ τῶν κελεόντων ἐρρύη νέκταρ αὐτῷ καὶ γάλα. Quo de loco consulendus Mauſſacus in Harpocrat. p. 288. Is enim primus, quomodo explicandus esset, ostendit. Muncker

[h] *Et locum assuetum feris repletum.*] Barth. Adv. lib XXIII. cap. 11. *locum assuetum netui feris* &c. Ipsum adi, si tanti putes. Muncker. *repletum viderunt.* Colon.

[i] *Offusam timentibus.*] Et *offuscata petentes* Micyll. margo. *ipsis timentibus offusam.* Raener. Heinſ. *noctemque obscuram timentes, in vol. mutatae.* Colon.

[k] *Verspertiliones.*] Antoninus: Αὐτῶν μὲν ἡ μὲν ἐγένετο νυκτερὶς, ἡ δὲ γλαῦξ, ἡ δὲ βύζα. Ignotum postremum mihi vocabulum, ut & βύσσα cap. 15. Βύζης inde faciendum esse, quod Vir Cl. vult, non dixerim, cum vox βύζας ἀρσενικοῦ γένους sit. At foeminae apud illum scriptorem mutantur in aves, quarum vocabula itidem sint foeminini generis. Muncker.

389. *Et adhuc.*] *Sed adhuc* Florent. S. Marci.

391. *Tympana cum subito non apparentia, raucis Obstrepuere sonis.*] Versus hic historiam eam notare videtur, de qua Valerius in Memoralibus, & Plutarchus in Caesare meminerunt. Haecque in commentariis leguntur: *Eo die, quo Caesar Pompejum in Pharsalia profligavit, Antiochiae in Syria bis tantus exercitus clamor & signorum sonus exauditus est, ut in muris armata civitas discurreret. Hoc idem Ptolemaide accidit. Pergami in occultis & remotis templis, quo praeter sacerdotes adire fas non est, quae Graeci adyta appellant, tymphana sonuerunt.* Ex quibus colligimus suspicamurque Poëtam hoc loco *tympana* haec Pergami audita agnoscere, simulque Augusto principi in victoria Julii patris ex bello civili Pompejano blandiri. Jacobus a Cruce.

393. *Tinnulaque aera sonant, & olent myrrhaeque crocique.*] In bonis codicibus *redolent* invenimus. Constant. Fan. Emenda, & lege, ex duobus meis, Briantii, & aliis antiquis: *tinnulaque aera sonant, redolent.* Crocum in quamplurimis Italiae regionibus gignitur: sed illud Sulmonis, patriae meae, est omnium optimum. ideoque paulo carius venditur, & à mercatoribus, qui illuc eo nomine se conferunt, libentius atque avidius emitur. Ciofanus. *Redolent* Neapol. Urbin. secundus & tertius Medicei, aliique complures. recte. nisi quod *halant* possit quoque legi. id enim in *olent* vel *redolent* saepe depravatum est, ut lib. VIII. vs. 677. & XV. 398. dicemus. nam sine aspiratione scribebatur. Statius lib. V. Silv. I. 41.

Nam Sicanii non mitius halat
Aura croci.

corruptum idem verbum apud Gratium in Cynegetico, 375.

Seu vitium exhalat, spiratque vaporibus aether
Pestiferis.

ex alto perperam ibi legitur. Imitatus ista Gratii Nemesianus, 216.

Exhalat seu terra sinu, seu noxius aër
Causa mali.

ita & illic emendandum. Perperam *sinus* nunc circumfertur. *malum* subintellige, quod sequitur. Statius Theb. IV. 728. *Tum sole putris, tunc pulvere tellus Exhalat calidam nubem.* Heins.

Inque hederae faciem pendens frondeſcere veſtis.
Pars abit in vites: & quae modo fila fuerunt,
Palmite mutantur: de ſtamine pampinus exit:
Purpura fulgorem pictis adcommodat uvis.
Jamque dies exactus erat, tempusque ſubibat,
Quod tu nec tenebras, nec poſſis dicere lucem;
Sed cum luce tamen dubiae confinia noctis.
Tecta repente quati, pinguesque ardere videntur
Lampades, & rutilis collucere ignibus aedes:
Falſaque ſaevarum ſimulacra ululare ferarum.
Fumida jamdudum latitant per tecta ſorores;
Diverſaeque locis ignes ac luminâ vitant.
Dumque petunt latebras; parvos membrana per artus
Porrigitur, tenuique inducit brachia pennâ.
Nec quâ perdiderint veterem ratione figuram
Scire ſinunt tenebrae. non illas pluma levavit:
Suſtinuere tamen ſe perlucentibus alis.
Conataeque loqui, minimam pro corpore vocem

Emit-

395. *Inque hederae ſpeciem pendens frondeſcere veſtis.*] Videndum lectori, de qua veſte loquatur, utrum Mineidum, an ipſius telae, ut ſequentia duo carmina oſtendere videntur. GLAREAN. *faciem* omnes editi fere & ſcripti. *inque hederam pendens veſtis frondeſcere coepit* Gronovian.

396. *Pars abit in vites.*] In uno meo, Brian. & Dominic. *in frondes.* multo rectius. CIOFAN. ita & MSS. Berſmanni & plurimi alii.

399. *Exactus erat.*] *Exhauſtus* Regius: vitioſe. *perfectus* Cantabr.

399. *Tempuſque ſubibat, Quod tu nec tenebras.*] Hoc idem expreſſit Seneca in Hercule Furente:

Tale non dubie ſolet
Praebere lumen primus, aut ſerus dies.

Et ipſe lib. I. Amor. elegia v.

Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phoebo:
Aut ubi nox abiit nec tamen orta dies. CIOF.

400. *Nec poſſes*] *Poſſis* ſcripti fere omnes. ſup II. 855.

403. *Et rutilis collucere ignibus aedes.*] Scripti omnes Thuaneo & Urbinati exceptis, *collucent.* quod ſequentia non admittunt. Forte,

Rutilis lucentes ignibus aedes. HEINS.

405. *Per tecta.*] *Sub tecta* Junii & Sixii & unus Heinſii. *latrant* etiam Balliol.

406. *Diverſaeque locis.*] *Diverſiſque* unus Leidenſis. Male. vid. I. 173.

406. *Ignes ac lumina vitant.*] *Ignibus* paulo ante praeceſſerat. quare *lychnos* hic libenter reponam, ſi per libros veteres liceat. Marcian. Capella lib. VI. *Nec indecore Virgilius vitandae humilitatis aucupio lychnos pro lucernis ait.* Statius Theb I. 521.

Tendunt auratis vincula lychnis.

apud Paullinum ſeptimo natali Felicis, *lignum* pro *lychnum* perperam circumfertur,

Nutabat ſolitus lychnum ſuſpendere funis.

apud Ennium,

——— *lychnorum lumine bis ſex.*

Pendentes lychni Lucretio lib. v. 296. apud Maronem lib. I. Aen. 726. habes,

Dependent lychni laquearibus.

verſu proximo cum primo Regio & Langermanni excerptis repone *latebras* pro *tenebris.* nam τὸ *tenebrae* mox ſequetur. HEINSIUS.

408. *Tenueſque includunt brachia pennae.*] *Tenuique pennâ* prim. Vatican. ſec. Medic. Florent. S. Marci, Neapol. & duo alii, unus Medic. & unus Leid. *inducunt.* Bernegger. *tenuique includit brachia pennâ.* Recte, ſi *inducit* reponas, ut ad membranam referatur. Prudentius lib. II. contra Symmachum,

Deſine terga hominis plumis obducere fruſtra.

de *inducendi* verbo vide Notas lib. IV. Pont. Eleg. XII. Faſt. III. 759.

——— *limoque inducere ſuadet;*
Hic paret monitis, & linit ora luto.

ita cenſeo ſcribendum. nam *limumque* nunc legitur. Vitruvius lib. VII. cap. 5. *At nunc paſſim minio toti parietes inducuntur.* ſic & *perducere ora limo* dicebant. HEINS.

413. *Peraguntque levi ſtridore querellas.*] In vet. *peraguntque leves ſtridore querellas.* CIOFAN. *Leves* etiam multi codices. ſed *levis ſtridor* eſt minimus, qui non multum exauditur, ut *leviter dicere*, de quo ad III. Epiſt. 80.

414. *Celebrant.*] Frequentant. CIOFAN. Unus Mediceus,

Emittunt: peraguntque levi ſtridore querelas.
Tectaque, non ſilvas, celebrant: lucemque peroſae
Nocte volant: feroque trahunt à veſpere nomen.

Fab. XIII. Argumentum.

Ino & Melicertes dii maris, Leucothea ac Palaemon.

Juno graviter ferens, quod [a] *Ino Liberi altrix ſororibus punitis cum duobus* [b] *maneret liberis in vita, contemptrix numinis ſui, per Taenarum* [c] *promontorium Peloponnenſe inferorum ſequens, iter, ad Erinnyas ultrices impiorum deſcendit, petiitque ab eis, ut Athamanta cum conjuge Ino* [d] *adverſarios ſui numinis ulciſcerentur. Quarum una imperio parens deae, relicta regia Ditis ad ſuperos* [e] *egreſſa eſt. Ut Athamantis regiam* [f] *contigit, in ſinum ejus ac conjugis, angues* [g] *& virus, quibus ſenſus eorum alienarentur, injecit. Quam ob inſaniam ille Learchum filium in venatione pro fera interfecit. Ino autem* [h] *Melicerten ex ſcopulo ſecum in profundum praecipitavit. Qui Veneris* [i] *precibus* [k] *pro nepote habitis, a Neptuno pelagi rectore, in Deorum ceſſere numerum, ita ut* [l] *Melicertes,* [m] *Palaemon, ipſa Ino, Leucothoë inter marinos Deos* [n] *nuncupentur.*

TUm vero totis Bacchi memorabile Thebis
Numen erat; magnasque novi matertera vires
Narrat ubique Dei: de totque ſororibus expers

Una

diceus, *Tectaque pro ſilvis celebrant.* ut lib. x. 703.

Pro verbis murmura reddunt:
Pro thalamis celebrant ſilvas.

414. *Lucemque peroſae.*] Odium habentes in lucem, & diem. Ciofan.

415. *Seroque tenent à veſpere nomen.*] Περίφρασις Veſpertilionum. De veſpertilione ita Nonius Marcellus: *Veſpertilio eſt animal volucre biforme, dictum, quod veſpere ſe ad volatum praeparat, vel, ut alii volunt, proferat noctis.* Varro Agathone:

Quid multa? factus ſum Veſpertilio, neque
In muribus plane, neque in volucribus ſum. Idem.

Trahunt Junianus rectius. ita ſupr. 291.

Nomen quoque traxit ab illis.
lib. viii. 230.
Quae nomen traxit ab illis.
Faſt. iii. 847.

A quacumque trahas regione vocabula Pallas. Heinsius. Sueton Galb. iii. *Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbae tulit, cur, aut unde traxerit ambiguum* & paſſim. ceterum Antoninus Liberalis. cap. x. unam tantum in veſpertilionem, alteram in ululam, tertiam in Byzam mutatas refert. & Mercurii virgae attactu id factum. Aelianus vero lib. iii. cap. 42. in cornicem, veſpertilionem & noctuam verſas narrat. & Plutarchus in Quaeſtionibus Graecis p. 299 quem Schefferus ibi laudat, illas dictas Αἰόλειας, οἷον ἀλάας. Burm.

[a] *Ino Liberi altrix.*] *Ino Cadmi filia, Liberi altrix (ſororibus punitis (nam Agave Pentheum, Autonoë Actaeonem amaverant, Semele Jovis fulmine perierat) cum duobus remaneret,* &c. Raener. Heinſ. *liberi nutrix.* Colon.

[b] *Maneret.*] *Remaneret.* Colon. quae in *vita* non habet.

[c] *Promontorium Peloponnenſe.*] Sic reſcripſi, quod MS. haberet, *Pelopenenſe.* Vide & quae ſupr. ad Lib. i. fab. 10. annotata ſunt. Muncker. *Peloponneſi* Micyll. Raener. Heinſ. deeſt vero haec vox Colon. ut & *iter.*

[d] *Adverſarios.*] *Adverſos* Parm. Lugd. *adverſos ſuo numini.* Raener. Heinſ. *ſuo numini adverſarios* Colon. ſed *adverſos* pro *adverſariis* dici videbis ad Eleg. in Druſum verſ. 182.

[e] *Egreſſa eſt. Ut* &c.] Sic quidem cum Raenerio etiam Veneta. Sed concinnius Micylliana, *egreſſa, ut* &c. Muncker.

[f] *Contigit.*] *Attigit.* Colon.

[g] *Et virus.*] Deſunt Colon.

[h] *Melicerten.*] *Melicertam.* Colon.

[i] *Precibus.*] *Precibus p. n. adhibitis.* Colon.

[k] *Pro nepote.*] Ita cum MS. omnes, quos quidem viderim, editi ante Raenerium. Malim tamen, *pro nepotibus.* Ait enim Venus, *Sed tu miſerere meorum* &c. Muncker.

[l] *Melicertes.*] *Melicerta.* Colon.

[m] *Palaemon.*] Qui & *Portunus* vel *Portumnus* Latinis. Aedes ejus eſt apud Victorem in regione xi. *Matutae*, quo modo Latinis *Leucothee* dicitur, in viii. Sed vide, quae de his numinibus dicta ſunt ad Hyg. Mythol. cap. 2. Muncker.

[n] *Nuncupentur.*] *Nuncuparentur* Colon. Raener. Heinſ.

418. *De tot ſororibus expers.*] Lego, *de totque ſororibus*, ut ſtet verſus. Constant. Fan. *De totque ſororibus expers* legendum, quantumvis reclament

Una doloris erat, niſi quem fecere ſorores.
Adſpicit hanc natis, thalamoque Athamantis habentem
Sublimes animos, & alumno numine, Juno;
Nec tulit: & ſecum, Potuit de pellice natus
Vertere Maeonios, pelagoque immergere, nautas,
Et laceranda ſuae nati dare viſcera matri,
Et triplices operire novis Minyeïdas alis:
Nil poterit Juno, niſi inultos flere dolores?
Idque mihi ſatis eſt? haec una potentia noſtra eſt?
Ipſe docet quid agam; (fas eſt & ab hoſte doceri)
Quidque furor valeat, Pentheâ caede ſatisque
Ac ſuper oſtendit. cur non ſtimuletur, eatque
Per cognata ſuis exempla furoribus Ino?
Eſt via declivis, funeſtâ nubila taxo:
Ducit ad infernas per muta ſilentia ſedes.
Styx nebulas exhalat iners: umbraeque recentes

Deſcen-

exemplaria: carmen enim alioqui non conſtabit. Glarean. *De totque doloribus* argute liber Argentoratenſis. nam *tot ſorores* non recte dicuntur, cum tres tantum ſint, Ino, Agave & Autonoë, Semele jam è vivis ſublatâ. Heins. Hinc proverbium Ἴνους ἄχη, *Inus dolores*, de quo vide Zenobium cent. IV. 38. & Apoſtolium. minime vero mutandum illud *doloribus*, nam & de tribus dicitur *tot*. vid. ad Eleg. in Druſum. 339. Burm.

421. *Sublimes animos.*] *Oculos* MSS. ſexdecim Heinſii, & ita in ſuis Berſmannus invenit.

421. *Alumni numine.*] *Alumno* Florentinus S. Marci, & primus Vatic. à manu prima. eleganter. Statius Theb. VIII. 223.

Tunc dulces ſuperos, atque omne ex ordine alumnum.
Numen ubique ſacri reſonant Paeanes.

Idem lib. XI. 45.

Procumbit late pubes Tyrinthia, alumni
Exuvias imitata dei.

ubi perperam *ſui* reponit Bernartius. Avienus Deſcriptione Orbis:

— *dant hi quoque maxima templa*
Amphitryoniadae, numenque verentur alumnum.

ubi malo, *& numen venerantur alumnum.* idem loco corruptiſſimo,

Ludunt Feſta die viſit ſacra numen alumum.

idem *vatem alumnum* dixit poſtea, & ante *lapſu alumno*, de Tiberi:

Romanoſque lares lapſu praelambit alumno.

Marcian. Capell. lib. I. *Cygnus oneris impatiens ſtagna alumna petierat.* ſic & *Germani complexus fructum indulge* Apulej. de Pſyche. ſic lib. X. 383. apud noſtrum cenſeo ſcribendum:

Murmura verborum fidas nutricis ad aures
Perveniſſe ferunt limen ſervantis alumnum.

non *alumnae*. & paulo poſt,

— *& ante pedes ſupplex procumbit alumnos.*

& lib. XIV. 721.

Ne ſibi dura foret per ſpes oravit alumnas.

quibus locis ſimiliter *alumnae* nunc legitur. *leo alumnus* Juvenali Sat. XIV. & *deus alumnus* Horatius Arte Poëtica. Heins. Imitatio Sidonii apertiſſima carm. XXII. Heinſii correctionem confirmat,

Baſſaridas, Satyros, Panas, Faunoſque docebat,
Ludere Silenus jam numine plenus alumno.

ita enim emendatiores editiones. Burm.

422. *Potuit.*] Leidenſis & alius, *poterit*. male. color ductus ex illis Virgilii lib. I. 39.

Pallaſne exurere claſſem
Argivum, atque ipſum potuit ſubmergere ponto?

Burmannus.

226. *Niſi inultos flere dolores, Idque mihi ſatis erit.*] Rectius in veteribus, *niſi multos flere dolores*. Nauger. In antiquis codicibus, *inultos*, non autem *multos* ſcriptum eſſe invenimus. Constant. Fanens. Lib. IV. Triſt. eleg. III. *eſt quaedam flere voluptas.* Quam ſententiam ex Sophocle expreſſit in Electra, ἔσον μοὶ θυμὸς ἡδονὴν φέρει. Ciofan. *Niſi natos flere* Leidenſ. *multos* plurimi. *ferre dolores* Neapolitan. ut lib. I. 360. ex quibuſdam codicibus, *quo conſolante dolores ferre poſſes.*

227. *Idque.*] Malebat Heinſius, *idne*, & mox ex MSS. Berſmanni, *potentia noſtri eſt.* ſed lib. II. 520. *quam vaſta potentia noſtra eſt.*

431. *Sororibus.*] *Furoribus* meliores, & recte. Heinsius. vid. inf. 470.

432. *Funeſtâ nubila taxo.*] Mallem, ſi per codices liceret,

Eſt via declivis, quae moeſtâ nubila taxo
Ducit.

Imi-

Deſcendunt illac, ſimulacraque functa ſepulcris.
Pallor Hiemsque tenent latè loca ſenta: novique,
Quâ ſit iter, manes, Stygiam quod ducit ad urbem,
Ignorant: ubi ſit nigri fera regia Ditis.
Mille capax aditus, & apertas undique portas
Urbs habet. utque fretum de totâ flumina terrâ,
Sic omnes animas locus accipit ille; nec ulli
Exiguus populo eſt, turbamve accedere ſentit.
Errant exſangues ſine corpore & oſſibus umbrae:
Parsque forum celebrant, pars imi tecta tyranni;
Pars alias artes, antiquae imitamina vitae.
Suſtinet ire illuc, coeleſti ſede relictâ,
(Tantum odiis iraeque dabat) Saturnia Juno.
Quo ſimul intravit, ſacroque à corpore preſſum
Ingemuit limen; tria Cerberus extulit ora:
Et tres latratus ſimul edidit. illa ſorores

Nocte

Imitatus haec Senec. Herc. Jur. 835.

Ducit ad manes via quae remotas
Triſtis, & ſilvâ metuenda nigrâ.

Declinis erat in Cantabrig. *innubila* MSS. Berſmanni, mox, *ad infernos manes* Argentor. Burm.

433. *Multa ſilentia.*] Quis non videt *muta ſilentia* legi debere, vel ex illo decimi libri verſu,

Carpitur adclivis per muta ſilentia trames.

Constant. Fan. *multa* in ſcriptis plurimis & editis eſt. Vid. lib. II. 66.

434. *Umbraeque recentes.*] *Nocentes* Leidenſis.

437. *Qua ſit iter, manes, Stygiam quod ducat ad urbem.*] *Ducit* Cantabr. Thuan. & multi alii cum utroque Erfurtano. Scribe,

Qua ſit iter, manes, Stygiam quod ducit ad urbem.

& tolle verſum proxime ſequentem, cum praeter rem à tenebrione ſciolo hic ſit inculcatus. hoc enim non voluit Naſo, ignorari à novis manibus iter, ſed iter totum ab iis obſideri. *Fit iter* ut lib. II. 132. ex vetuſto codice, *Hac fit iter*, ubi pari modo peccabatur. Heins. Non puto facile ejiciendum verſum: nam illud *novi* tunc exigit: ignotum enim illis iter, & errare aliquamdiu debent per lucum illum funeſtum, antequam ad regiam Ditis perveniant.

438. *Ubi ſit nigri regia Ditis.*] Eodem modo dixit, *nigrum Deum*: II. Epiſt. 72.

Et pulſata nigri regia caeca Dei. Ciof.

441. *Locus ille.*] *Lacus* Gronovian. *locus ipſe* duo codices.

442. *Turbamve.*] *Nec turbam* Regius & quatuor alii. *turbamque* tredecim alii.

444. *Parſque forum celebrant.*] Sic & IV. Triſt. X. 88.

Et ſunt in Stygio crimina noſtra foro.

In eadem opinione fuit etiam Plato, & Seneca, apud quem ita loquitur Theſeus:

Auditur illo Gnoſius Minos foro. Ciofanus.

Lucian. Dial. Mortuor. Charontis & Mercurii Δικαστήριον agnoſcit apud manes.

444. *Imi tecta Tyranni.*] Variant codices, quidam, *ſummi*, alii, *nigri*. eodem modo II. Epiſt. 32.

Et pulſata nigri regia caeca dei.

Quidam codices habent, *imi*. ſed licet *nigra* omnia dici, quae ad Platonem & inferos pertinent, viderimus Epiſt. II. 72. & pluribus doceat Goldaſt. ad Columban. p. 83. hic tamen praefero vulgatum *imi*. Ita *imi divi* Valer. Flac. VII. 498. *imi manes* Virg. III. 565. XI. 181. Val. Fl. III. 329. *imae umbrae*. Virg. VI. 404. *ima averna* VII. 90. *ima regna* Senec. Herc. Fur. 65. & paſſim alii. ſed infr. lib. X. 33. vitioſe codices nonnulli,

Sedem properamus ad imam.

Pro *ad unam*. Burmannus.

445. *Pars aliquas artes.*] In uno meo multo rectius legitur, *Parſque alias artes.* ſequenti carmine, *aliam partem ſua poena coërcet*. Ciofan. Lego, *alias artes*. quomodo prim. Baſil. prim. Gronov. & unus Ciofani. Rottendorph. *alias arces*. nonnulli, *aliquas arces*. Heins.

445. *Exercent, aliam partem ſua poena coërcet.*] Verſum hunc in Palatinis aliquot deeſſe Gruterus notat. Et certe parum pro Poëta videtur. Neque male ſcribas,

Parſque forum celebrant, pars imi tecta tyranni:
Pars aliquas artes, antiquae imitamina vitae.
Suſtinet ire illuc, coeleſti ſede relicta, &c.

Dan. Heinsius. tollo & ejicio verſum hunc,

Exercent, aliam partem ſua poena coërcet.

idque ex auctoritate optimorum codicum. Heins.

449. *Intremuit limen.*] In uno meo, *Contremuit*.

Nocte vocat genitas, grave & implacabile numen.
(Carceris ante fores clausas adamante sedebant:
Deque suis atros pectebant crinibus angues.)
Quam simul agnorunt inter caliginis umbras;
Surrexere Deae. sedes scelerata vocatur.
Viscera praebebat Tityos lanianda; novemque
Jugeri-

rmuit. In uno Caelest. & Abb. *Ingemuit.* Sed hoc non satis probo. Ciof. Librariorum aberrationes sunt, *intremuit* & *contremuit*, quae in multis libris conspiciuntur. Τὸ *pressum* enim requirit, *ingemuit*, ut Francofurtensis, Mainardi & optimus quisque codex habet. sup. I. 124 *pressique jugo gemuere juvenci.* Notum illud Virgil. VI. 613. *gemuit sub pondere cymba.* & ita tumore fere Poëtico Florus, IV. 11. *Non sine gemitu maris & labore ventorum ferebantur.* Stat. III. Theb. 595.

Quantus Tyrrheni gemitus salis.

plura apud Heinsium infr. ad lib. XIV. 739. Alia res est, ubi ad adventum numinis, vel alio casu *tremere* dicuntur fores, tecta &c. ut inf. hoc libro 485. IX. 782. quamquam & loca & res aliae, quae sonitum dant, etiam *gemere* dicantur, ut Stat. VIII. 17.

Tunc regemunt pigrique lacus, ustaeque paludes.

ita scribi jubet Heinsius cum MS. Behotiano, non *vastaeque*: Lactantius enim *nigras*, vel *calentes* explicat. & Claud. I. in Ruf. 120. *ambustum aggerem ripae flagrantis* vocat. noster XII. 487.

Plaga facit gemitus, ceu corpore marmoris icti.

& ita *querulas fores* dixit noster Fast. III. 642. Horat. II. Od. 20.

Visam gementis litora Bospori.

quod Scholiastes, *fluctu resonantis* interpretatur. Idem I Od. XIV. *Antennaeque gemant*, fragore scilicet & ventorum impetu. Vide ad Livium lib. VII. 49. *a corpore tactum* etiam Medic. & alius. Burmannus.

449. *Tria Cerberus extulit ora.*] Cerberus tria habet capita, aliud ab alio diversum. Nam unum, ut fingunt, est Leoninum, alterum Caninum, tertium Lupinum. Ciofanus.

450. *Et tres latratus simul edidit.*] Ita legendum ex optimis quibusque scriptis exemplaribus, non autem, ut quidam volunt, *semel edidit*, qui foediissimis annotationibus hoc opus inquinarunt. Ciofanus. *Semel* plerique codices, sollemni permutatione sed perperam. Lucianus in Hermotimo καὶ φωνὰς τρεῖς ἁμὰ ἠφιει. Vide ad Epist. IX. 38. Burmannuss

453. *Pectebant crinibus.*] Thuan. Bernegg. & unus Medic. *spectabant.* an *pexabant?* Nam *pectabant* Nasonem dixisse vix opinor, etsi *impectare* apud Varronem occurrit, libr. III. cap. XVI. de R. R. in veterrimis codicibus, *itaque impectantes a se ejiciunt fucos. pexatus* occurrit apud Martialem. vid. inf. XIII. 738. Heinsius.

455. *Sedes scelerata.*] Hinc Tibullus I. III. 67.

At scelerata jacet sedes, in nocte profunda
Abdita, quam circum flumina nigra premunt.

Douza.

456. *Viscera praebebat Tityus lanianda, novemque*
Jugeribus distractus erat.] In Ibid. 181.

Jugeribusque novem, qui summus distat ab imo,
Visceraque assidue debita praebet avi.

Lucretius lib. III. 897.

Nec Tityon volucres ineunt Acheronte jacentem,
Nec qui sub magno scrutentur pectore quidquam,
Perpetuam aetatem poterunt reperire profecto:
Quamlibet immani projectu corporis exstet,
Qui non sola novem dispersis jugera membris
Obtineat, sed qui terrai totius orbem.

Volucres à Lucretio dicuntur, ab Homero *Vultures*, Οὐσσ. extremo λ.

Καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱὸν,
Κείμενον ἐν δαπέδῳ, ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα, &c.

Quorum omnium versuum haec sententia est: *Et Tityon vidi terrae glorioſissimae filium, humi jacentem per novem jugera: vultures autem duo utrimque assidentes ei jecur tondebant, pellem penitus subeuntes ac penetrantes: ille manibus resistere prohibebatur, quod Latonam Jovis amicam Pytho venientem per pulchram Panopejam tentaverit.*

De Tityro sic Seneca in Thyeste: 9.

Aut poena Tityi semper accrescens jecur
Viscentibus atras pascit effossis aves?
Et nocte reparans quidquid amisit die?

Et in Hippolyto: 1233.

Vultur relicto transvolet Tityo ferus:
Meumque poenae semper accrescat jecur.

Et ipse lib. I. De Ponto: II. 41.

Sic inconsumptum Tityi, semperque renascens
Non perit, ut possit saepe perire, jecur.

Et in Ibide: 194.

Hic inconsumpto viscere pascet aves. Ciof.

456. *Tityus.*] *Tiytos* Florent. S. Marci, Berneggerianus, prim. Erfurt. & tres alii. Neque aliter fere apud Virgilium, Horatium, Lucretium, Lucanum, Statium, reliquos poëtas in optimis exemplaribus scribitur. Servius ad vs. 398. lib. VI. Aen. *Declinatur autem hic Tityos, Tityi: ut Delos, Deli.* Heinsius.

457. *Jugeribus distractus erat.*] Non minus probandum, *distentus* (ut nonnulli codices habent) quam *distractus.* Const. Fan. *Distentus* malo cum prim.

Jugeribus diſtentus erat. tibi, Tantale, nullae
Deprenduntur aquae; quaeque imminet, effugit arbos.
Aut petis, aut urgues ruiturum, Siſyphe, ſaxum.
Volvitur Ixion, & ſe ſequiturque fugitque.
Molirique ſuis letum patruelibus auſae,
Adſiduae repetunt, quas perdant, Belides undas.

Quos

prim. Medic. Arondel. & duobus aliis. ſic apud Statium Theb. I. 709.

——— *tu matris honori*
Terrigenam Tityon Stygiis extendis arenis.

Et lib. XI. 20.

Quantus Apollineae temerator matris Averno
Tenditur.

ſic *diſtendere lancem* Juvenalis, Satyra v. 8. quae ſcriptura eſt optimorum exemplarium,

Aſpice quam longo diſtendat pectore lancem,
Quae ſertur domino ſquilla.

non *diſtinguat*, quod Pithoei editionem occupavit. & ſic apud Lucretium quoque ſcribi debere opinor, lib. III. 1001. ubi de Tityo,

Qui non ſola novem diſtenſis jugera membris
Obtineat.

cum *diſperſis* nunc peſſime legatur. non male Lambinus, *diſpanſis*. forte, *diſpeſſis*, quo verbo quoque Plautum uſum eſſe A. Gellius obſervavit. *diſtendi* arva & terrae frequenter dicuntur, pro porrigi vel tendi, Feſto Arieno Deſcriptione Orbis, ut illo loco:

Cetera ſub ſolii ſpecie diſtenditur arva
Tellus,

Et apud eundem, *diſtentus aquas Ladon*, denuo, *tellus Trinacriae patulo diſtenditur agro*, & *Illyris ora dehinc diſtenditur*. plenus horum tam ille, quam Priſcianus in periegeſi. *porrigi* dictus idem Tityos, Noſtro in Amoribus, III. XII. 25.

Idem per ſpatium Tityon porreximus ingens.

Virgil. de eodem, VI. 597.

——— *per tota novem cui jugera corpus*
Porrigitur.

Tibullus libro I. Eleg. III.

Porrectuſque novem Tityus per jugera terrae

mox *arbos* Cantabr. Thuan. prim. Erfurt. duo alii. Heinsius.

457. — *Tibi, Tantale, nullae Deprenduntur aquae; quaeque imminet, effugit arbor.*] De hoc XI. Am. II. 43.

Quaerit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.

Et Ibide 179.

Poma pater Pelopis praeſentia quaerit, & idem
Semper eget liquidis, ſemper abundat aquis.

Ulixes apud Homerum nominatim & arbores & poma, quae Tantali imminent capiti, recenſet. cujus haec ſunt lib. citato:

Καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον χαλεπ' ἄλγε' ἔχοντα,
Ἑστηότ' ἐν λίμνῃ, ἡ δὲ προσέπλαζε γενείῳ.
Στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἐλέσθαι.
Ὁσσάκι, & quae ſequuntur.

Et Tantalum vidi graves dolores perferentem: ſtantem in palude. haec autem mentum attingebat. At ille ſtabat ſitiens: ſed potum ſumere non poterat. Quoties enim ſeſe ſenex capite demiſſo flectebat, bibere cupiens, toties aqua reſorpta peribat, & circum pedes terra nigra apparebat. Deus enim eam aridam reddebat. Arbores autem altae in ejus caput fructum deferebant, Pirus, mali Punicae, pomus, & ficus, & oleae virides: Quas cum ſe erigens ſenex tangere volebat: eas arbores, earumque fructus ventus ad nubes umbroſas diſſipabat. Fuit autem Tantalus Jovis filius. Vetus poëta Tragicus:

Jove prognatus eſt (ut perhibent) Tantalus:
Ex Tantalo Pelops, ex Pelope autem ſatus
Atreus, qui noſtrum porro propagat genus.

Ciofanus. *Depraedantur* Gebhard. Crepund. II. 16. quam ut ingenioſam emendationem immerito laudat Pontanus.

459. *Aut petis, aut urgues ruiturum Siſyphe ſaxum.*] De hoc ingenioſe & argute ſic in Ibide 175.

Siſyphus eſt illic ſaxum volvenſque, petenſque.

De Siſypho, ejuſque labore, Homerus eo, quem bis proximè citavi, libro, ſub Ulixis perſona ita loquitur:

Καὶ μὴν Σίσυφον εἰσεῖδον κρατερ' ἄλγε' ἔχοντα,
Λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσι, &c.

Id eſt, utar Lambino interprete ut & ſupra: *Et vero Siſyphum vidi magnis doloribus affectum, ingens ſaxum portantem utraque manu. Atque ille quidem manibus & pedibus nixus ſaxum ſurſum trudebat in montis verticem: ſed cum jam non longe abeſſet, quin cacumen montis ſuperaret, tum vis quaedam valida ſaxum repellebat, & ita in planiciem revolvebatur. Ille autem denuo connitens & contendens ſurſum trudebat: Sudor autem ex omnibus membris manabat.* Ciofan. *Rediturum ſaxum* multi ſcripti. vid. lib. XIII. 26.

460. *Volvitur Ixion, & ſe ſequiturque, fugitque.* Nihil hoc argutius atque ingenioſius in tota Latina lingua legi poſſe, docti viri affirmant. Inter quos eſt Muretus, cujus ingenium, & doctrina, quotquot homines hac tempeſtate vigent, facilè ſuperat, atque obſcurat. De Ixione ipſe Ibide 176.

Quique agitur rapidae vinctus ab orbe rotae. Cior.

Quos omnes acie poſtquam Saturnia torvà
Vidit, & ante omnes Ixiona; rurſus ab illo
Siſyphon adſpiciens, Cur hic è fratribus, inquit,
Perpetuas patitur poenas; Athamanta ſuperbum
Regia dives habet: qui me cum conjuge ſemper
Sprevit? & exponit cauſſas odiique viaeque;
Quidque velit. quod vellet, erat, ne regia Cadmi
Staret; & in facinus traherent Athamanta Sorores.
Imperium, promiſſa, preces confundit in unum:
Sollicitatque Deas. ſic haec Junone locutâ,
Tiſiphone canos, ut erat, turbata capillos
Movit: & obſtantes rejecit ab ore colubras.
Atque ita, Non longis opus eſt ambagibus, infit.
Facta puta, quaecumque jubes. inamabile regnum
Deſere; teque refer coeli melioris ad auras.
Laeta redit Juno: quam coelum intrare parantem

Rora-

461. *Molirique ſuis letum patruelibus auſae Aſſiduè repetunt, quas perdant, Belides undas.*] De his ita commemorat, Ibid. 177.

Quaeque gerunt humeris perituras Belides undas,
Exſulis Aegypti turba cruenta nurus. IDEM.

Aſſidue repetunt.] Forte, *Aſſidue regerunt, quas perdunt, Belides undas*, quod & Gebhardo videbatur. DAN. HEINSIUS. *Aſſiduae*, & *quas perdant* ex melioribus, & deinde, *acie* pro *facie* ex iiſdem. hoc eſt, oculo. ſic apud Senecam Hercule Furente, 954.

Acieque falſum turbidâ coelum vides.

Val. Flaccus lib. III. 501.

——— *finem cum Phaſidis alti*
Tranſierit Perſes, aciemque admoverit urbi.

non *faciemque.* ut perperam nunc legitur. Sed illic de exercitu intelligendum. Lucanus lib. VIII. 664. de Magno moriente, ex vetuſto codice Voſſiano,

Permanſiſſe decus ſacrae venerabile formae,
Iratamque Deis aciem.

non *faciem.* nam *vultus* ſubſequitur. HEINSIUS. *Repetunt* non movendum, id eſt ſaepe hauriunt, quas fruſtra in pertuſum dolium infundant, & ita perdant. ita reſtituit hoc verbum pro *regerunt* Gronovius ad Senec. Oedip. 61. & ibi, & ad Herc. Fur. 770. docuit vim ejus eſſe, ſaepe petere. Juſt. XIX. *Afri vectigal pro ſolo urbis multorum annorum repetentes.* id eſt ſaepe, inſtanter petentes. ſic *repetere* pro ictum geminare, inf. 733. & libr. V. 473. de quo ad XII. 121. Silius VIII. 104.

Tum ſic Aeneas dulci repetitus amore.

Id eſt iterum commotus, ut recte Cl. Drakenborchius cepit. Statius lib. VI. Theb. 541. *repetitaque multo Murice*, quod Lutatius exponit, *iterum pictâ*, vel, ut Barthius, *tinctâ.* Vid. ad Quinctil. VII. Inſt. Orat. 8. & decl. CCLXXIX. BURMANNUS.

463.] *Quos omnes facie poſtquam Saturnia torvâ Vidit.*] De Junonis odio in filias Beli, vide Epiſtolam ad Lynceum, ubi totum hoc. CIOFANUS. *acie torta* legit Gebhard. II. Crep. 16. *aciem* vero & *faciem* paſſim confundi videbimus ad Val. Flac. VI. 279. BURM.

468. *Sprevit.*] *Spernit* plurima pars codicum.

470. *Et in facinus traherent Athamanta furores.*] Hoc loco quidam, contra omnes libros, tum impreſſos, tum calamo notatos, peſſimè legunt: *Athamanta ſorores.* CIOF. Imo, *Sorores*, hoc eſt Furiae. quod vetuſtiores magno numero agnoſcunt. *Sorores Nocte genitas*, paulo ante appellarat ipſe. Seneca Oedipo. 160.

Rupere Erebi clauſtra profundi
Turba Sororum face Tartareâ.

Virgilius quoque nunc *Diras ſorores*, nunc *Tartareas* vocat. ſic de Muſis quoque & de Parcis. nam ex ipſo ſermonis ductu & argumento frequenter colligendum è Poëtis, quas ſorores deſignent. Statius II. Silv. III. 20.

——— *Celeres genitoris filius annos,*
(Mira fides) pigraſque putat properaſſe ſorores.

De Parcis: perperam *nigras ſorores* nunc ibi legere eſt: *Pigras* vocat, quod tarde ſtamen Claudii Etruſci abrupiſſent, quem ſenio confectum obiiſſe ex ipſo epicedio ſatis apparet. Sic Achilleidos I.

——— *Tenuantque humentia ſaxa,*
Attritu, & pigris addunt mucronibus iram.

ubi pari modo peccatur. *pigros mucrones* dixit pro obtuſis: contra *celeres* Parcas non uno loco dixit idem. Theb. I. 632.

Mors fila ſororum Enſe metit.

Vide Notas Triſt. IV. Eleg. I. HEINS. Eadem va-

rietas

Roratis luſtravit aquis Thaumantias Iris.
Nec mora; Tiſiphone madefactam ſanguine ſumit
Importuna facem; fluidoque cruore rubentem
Induitur pallam; tortoque incingitur angue:
Egrediturque domo. Luctus comitantur euntem,
Et Pavor, & Terror, trepidoque Inſania vultu.
Limine conſliterat: poſtes tremuiſſe feruntur
Aeolii; pallorque fores infecit acernas:
Solque locum fugit. monſtris exterrita conjux,
Territus eſt Athamas: tectoque exire parabant:
Obſtitit infelix, aditumque obſedit, Erinnys:
Nexaque vipereis diſtendens brachia nodis,
Caeſariem excuſſit. motae ſonuere colubrae.
Parsque jacens humeris; pars circum tempora lapſae
Sibila dant, ſaniemque vomunt, linguasque coruſcant.
Inde duos mediis abrumpit crinibus angues;

Peſti-

rietas ſupra 431. vid. Barth. ad Stat. II. Silv. I. 185. & VIII. Theb. 59.

474. *Obſtantes.*] *Extantes* alii, ut Berſmannus & Pontanus ediderunt. ſed obſtat Claudiani locus.

474. *Dejecit ab ore colubros.*] Rectius in nonnullis, *colubras.* Naugerius. *Rejecit colubras* recte veteres plerique. Heins. de verbo *rejicere*, vide quae notamus ad lib. II. 582. Claud. I. in Ruf. 42.

Et obſtantes in tergum repulit hydros.
Colubram vero dici ad Petron. cap. XLV. & Phaedr. IV. fab. 17. oſtendimus. ita Apulej. V. ex MSS. *immanem colubram* dixit, & Plinium ſaepe *colubram* dicere notavit Gronov. ad lib. XXXII. 5. Burm.

475. *Ambagibus inquit.*] *Infit* ſecundus Palat. ut lib. II. 511.

—— *cauſamque viae ſcitantibus infit.*
quomodo Virgilius etiam non ſemel. tres alii, *ambagibus uti.* Heins.

476. *Facta puta.*] Terent. in And. I. I. *Dictum puta.* Ciofanus.

477. *Deſere.*] *Deſine* Francofurtenſis.

479. *Roratis.*] *Roriferis* ex Palatinis membranis Gebh. II. Crepund. c. 16. ſed verbum *rorare* frequens noſtro. ut, III. faſt. 403. II. Pont. II. 36. vid. ad Epiſt. XIX. 124. Burm.

481. *Rubentem.*] *Madentem* Neapolitanus, Mediceus & unus Leidenſis. ſed praeceſſit *madefactam.* eadem varietas lib. II. Amor. XIV. 40.

Quaeque Prometheo ſaxa cruore rubent.
Et apud Statium lib. V. Theb. 310.

Cruor altus & oblita craſſo
Cuncta rubent tabo.

Ut Bothius & Lindenbrogius notarunt. *fluvidoque* etiam Giphanius Indic. Lucretiano. Mox maſebat Heinſius, *tortumque accingitur*, vel *incigitur anguem.* ut paullo poſt 510. *ſumptumque recingitur anguem. accingitur* eſt in multis ſcriptis, *Angui* erat etiam in Lovan. pro diverſa lectione. Burmannus.

483. *Luctus comitatur euntem.*] *Comitantur* ſec. Palat. tert. Medic. excerpta Jureti, & duo alii. Heinsius.

484. *Et Pavor & Terror.*] Et *Pavor atque tremor* Regius & tres alii. *Et pudor & terror.* Oxon. *& dolor & lacrimae* Baſil. & *tremor & pallor* Leidenſis & Sixi. quod confirmari poſſet ex fanis, *quae Pallori ac Pavori in re trepida vovit* Tullus, apud Livium lib. I. 27. ſed obſtat quod *Pallor* mox ſequatur. niſi ibi *Squalor*, ut Heinſius volebat, legas. Burm.

486. *Fores acernas.*] *Eburnas* duo veteres. mox pro *exterrita* Bernegg. prim. Erfurt. & nonnulli alii, *eſt territa.* Heins. *Eburnas* rectius puto: quia hae regiae aptius conveniunt; *Acernae* pauperum ſunt penatium ornamenta, unde *vile acer* Noſtro in Amoribus II. Eleg. II. dicitur. vid. ſup. lib. II. 3. & 737. eadem diverſitas III. Faſtor. 359.

Prodit & in ſolio medius conſedit acerno.
ſed ibi pro paupertate Numae, *acerno* retinendum. praeterea *pallor* hic additur, qui melius ebur inficit, quam acer. Burm.

487. *Locum fugit.*] *Refugit* MSS. Berſmanni. alii, *fugit & monſtris. monſtriſque* Leidenſis. *eſt territa* Argentor. *loco fugit* Ambroſ. ut *loco manere* XIV. 70. *loco reſtare* XIII. 947. vide I. Art. 234. Idem.

488. *Tectoque exire.*] *Tectumque* unus Mediceus. vide ad lib. III. 388. mox *adituſque* Leidenſ. & tres alii.

Peſtiferâque manu raptos immiſit. at illi
Inöosque ſinus Athamanteosque pererrant;
Inſpirantque graves animas: nec vulnera membris
Ulla ferunt. mens eſt, quae diros ſentiat ictus.
Attulerat ſecum liquidi quoque monſtra veneni,
Oris Cerberei ſpumas, & virus Echidnae;
Erroresque vagos, caecaeque oblivia mentis,
Et ſcelus, & lacrimas, rabiemque, & caedis amorem;
Omnia trita ſimul: quae ſanguine mixta recenti
Coxerat aere cavo, viridi verſata cicutâ.
Dumque pavent illi; vertit furiale venenum
Pectus in amborum: praecordiaque intima movit.

Tum

490. *Vipereis nodis.*] Serpentinis, ſic ſupra & infra, *Vipereos* dixit *dentes.* CIOFAN.

490. *Diſtendens.*] *Oſtentans* Palat. *Oſtendens* duo Heinſii. *diſtundens* ex uno Palatino Gebhard. II. Crep. 17. inepte. vid. ſup. 457.

492. *Circum pectora lapſae.*] *Tempora* pr. & ſec. Medic. Neapol. aliique nonnulli, quod praeſtat. pro *parſque jacent*, Scribo, *jacens:* nam & illae ſibilabant, & ſic prim. Gronov. HEINS.

493. *Sibila dant, ſaniemque vomunt.*] Haec verba citat Cariſius lib. I. in verbo *Sibilus*, ubi ita eſt: *Sibilus dici oportet; ut Virgilius: Nam neque me tantum venientis ſibilus Auſtri. Cicero de Gloria: In Tuſculanum mihi nunciabantur gladiatorii ſibili, Sed & neutro genere quidam dixerunt, ut Ovidius: Sibila dant, ſaniemque vomunt. Cornel. Severus: Et ſua concordes dant ſibila clara dracones. Et Macer Theriacôn ſecundo: Reſonantia ſibila collo.* CIOFAN.

493. *Linguiſque coruſcant.*] *Linguaſque* prim. Pal. prim. Vatican. prim. ſec. & tert. Medicei, Thuan. Spirenſ. aliique nonnulli. de vitulo Juvenalis Satyra XII.

Sed procul extentum petulans quatit hoſtia funem
Tarpejo ſervata Jovi, frontemque coruſcat.

Virgil. X. 651. *ſtrictumque coruſcat Mucronem.* & lib. XII. 431. *haſtamque coruſcat.* & poſtea, 887. *telumque coruſcat.* & 919. *telum fatale coruſcat.* Val. Flaccus lib. II. 228.

—— *ferrumque ſuper Bellona coruſcat.*

Statius IV. Theb. *clypeo victum Pythona coruſcat.* In nonnullis, *linguaeque*, in aliis *linguaque coruſcans.* Deinde *abrumpit* pro *abrupit* meliores. HEINS. *Linguaeque* editiones Gryph. Plant. & aliorum, ſed rectè Heinſ. ita & Pindarus Epitom. Iliad. 393.

Huc illuc volat enſe ferox, haſtamque coruſcat. BURMANNUS.

494. *Duos angues.*] *Duas* liber Langerman. mox *raptas* quartus Mediceus. & *at illae* tert. Med. & duo alii. ſic Medic. Faciei, 239. quam ſcripturam illic & Cariſius agnoſcit.

Nec mediae Marſis findentur cantibus angues.

infra vſ. 593. ex antiquis libris,

Me quoque coeleſtes in eandem vertitis anguem,

Et vſ. 681.

Varias animavit in angues.

Et vſ. 791.

Alternis immiſtas crinibus angues.

Et 802.

Quas fecit ſuſtinet angues.

Libro VIII. 733.

—— *modo quam tetigiſſe timerent*
Anguis eras.

Plura exempla annotavit Nonius ex Plauto & Varrone Aticino in *anguis.* etiam Cariſius. & ſic apud Tibullum, I. IX. 20.

Carmen & iratae detinet anguis iter.

Virgilius Aeneidos VIII. 289.

Geminaſque premens eliſerat angues.

Sic a Nonio citatur in *Elidere.* HEINSIUS. ſic & apud eumdem lib. II. Æneid. 203. in codice veteri Heinſius repperit, *Geminae a Tenedo angues.* & ita *ſerpens* feminino genere. de quo vid. ad lib. I. 438.

495. *Raptos.*] *Ruptos* MSS. Berſmanni. *admiſit* etiam Argentorat. quae eadem varietas ſupr. verſ. 186.

497. *Inſpirantque graves animos.*] *Animas* multi veterum, ut & ab aliis jam monitum. HEINSIUS. *Animas* rectè: pro halitu enim, vento aut flatu, ſaepe ita veteres uſi. Ita Virgil. VII. 351.

Vipeream inſpirans animam.

Ita eleganter Apulej. Apolog.

Quod ſi animam inſpires, dona & jam carmina noſtra
Cedent victa tuo dulciloquo calamo.

Id eſt, ſi fiſtula canas: neque Salmaſio hic credimus, qui exercit. Plin. p. 82. corrigit temerario auſu, *aulum inſpires:* nam ita apud Noſtrum lib. I. 333.

Conchaeque ſonaci
Inſpirare jubet.

debet

Tum face jactatâ per eumdem saepius orbem,
Consequitur motos velociter ignibus ignes.
Sic victrix, jussique potens, ad inania magni
Regna redit Ditis: sumtumque recingitur anguem.
Protinus Aeolides mediâ furibundus in aulâ
Clamat, Iö, comites, his retia tendite silvis:
Hic modo cum geminâ visa est mihi prole leaena.
Utque ferae, sequitur vestigia conjugis amens:
Deque sinu matris ridentem, & parva Learchum
Brachia tendentem, rapit, & bis terque per auras
More rotat fundae: rigidoque infantia saxo
Discutit ossa ferox. tum denique concita mater,

(Seu

debet subintelligi *animam.* ita Varro Eumenidibus apud Non. in *Liquidum. Phrygius per ossa cornus liquida canit anima*, & hinc *animata Tibia* apud Paulinum Natali Felicis, quem locum Heinsius ad VI. Fast. 705. adducit. ita & infr. VIII. 642.

Suscitat hesternos, foliisque & cortice sicco
Nutrit, & in flammas anima producit anili.

Sic de spiritu, quo folles implentur, Virgilius VIII. 403.

Quantum ignes animaeque valent.

Ubi vide Servium. Symposius in Aenigmatibus:

U T E R

Non ego continuo morior, dum spiritus exit,
Nam redit assidue, quamvis & saepe recedat:
Nunc mihi magna meae est animae, nunc nulla facultas.

Persius I. Sat.

Quod pulmo animae praelargus anhelat.

Ubi Schol. *vento abundans*, quae adduxit etiam Zinzerl. promulg. Crit. cap. XV. ita *animosum ventum* Noster dixit lib. I. Amor. VI. ubi vide. Burm.

498. *Quae diros sentiat ictus.*] Quidam, more suo, ex *diros* fecerunt *duros.* quod cum faciunt, & duros & pertinaces sese esse ostendunt. Ciofan. Eadem varietas lib. III. 694. & centies alibi.

499. *Liquidi quoque monstra veneni.*] Thysii & Argentinensis, *nova monstra*, ut apud Horat. I. Od. II.

Seculum Pyrrhae nova monstra questae.

Eodem modo infr. XIV. 499. pro *plumis quoque colla teguntur* Heinsius ex MSS. restituit, *nova colla.* Burm.

503. *Trita simul.*] *Structa* MSS. Beismanni.

503. *Mixta.*] Sic legitur in uno meo, & uno Vatic. alius Vatic. alter meus & aliquot alii habent, *tincta.* Ciof. *Tincta* multi ex melioribus. Heins.

504. *Aere cavo.*] Lovanienses, *aere novo.* forte non male. eadem diversitas in scriptis apud Virgil. III. Aeneid. 286.

Aere cavo clypeum,

ubi *aere novo* nonnulli. *igne novo* unus etiam hic codex. Burm.

504. *Viridi versata cicuta.*] *Cicutam* hoc loco non pro herba praesentanei veneni, sed pro canna accipio, qua Tisiphone pro instrumento uteretur ad pharmaca commiscenda. Constant. Fanensis.

505. *Vertit furiale venenum.*] Doctissimo Graevio, cui multum humaniores literae, & hae in Nasonem meae animadversiones debent, legendum videbatur, *vergit.* de quo verbo diximus Pont. I. El. IX. v. 54. Heinsius. *Vergit* etiam Gronovius lib. II. Obs. 7.

506. *Pectus in amborum.*] Hoc quoque loco iidem legunt, *vultus in amborum.* Perperam. Reclamant enim manuscripti omnes libri, & sensus id non postulat. Ciofanus.

508. *Consequitur motos velociter ignibus ignes.*] Legendum, *motis:* Latino casu. rotata inquit face, & commotis ejus ignibus ignes suscitat, atque addit. sic in I. Amor. II. 11.

Vidi ego jactatas mota face crescere flammas.

Mariang. Accurs. in diatribis. In duobus Vatic. & utroque meo, *Consequitur motos velociter ignibus ignes.* Quod magis placet. Ciofanus. *Motos velocibus ignibus ignes* Gronov. & pr. Moreti, quod probabat Heins. vide de verbo *movere* ad Epist. II. 120.

509. *Jussique potens.*] *Votique* Leidenses.

509. *Inania magni.*] *Nigri* hic quoque unus Mediceus. de quo supra vs. 444. deinde, *sumptoque rec. angue* duo Leidenses. *rursusque r. anguem* Voss. *incingitur* etiam unus Thuaneus.

512. *Retia tendite silvis.*] *Pandite* primus Medic. & duo alii cum Norico. utrumque bene. Heins.

513. *Hic modo.*] *Hic mihi c. g. v. e. cum prole.* Gronov. Pontanus, *hic modo c. g. v. e. modo p. l.* praefert, & aptiorem furenti sermonem esse ex repetitione adverbii putat.

515. *Et parva Learchum.*] Sic omnes scripti li-

(Seu dolor hoc fecit, ſeu ſparſi cauſſa veneni;)
Exululat; paſſisque fugit male ſana capillis.
Teque ferens parvum nudis, Melicerta, lacertis,
Evöe, Bacche, ſonat. Bacchi ſub nomine Juno

Riſit,

bri, & ſic legendum. Inepte autem legit Regius, *Clearchum.* CIOFANUS. Immerito Regium reprehendit ineptiae Ciofanus, nam & a quibusdam *Clearchum* dictum docet Tzetz. ad Lycophr. vſ. 23.

516. *Rapit.*] Athamas. Hac de re lib. VI. Faſt. 489.

Hinc agitur furiis Athamas, ſed imagine falſa:
Tuque cadis patria, parve Learche, manu. CIOF.

517. *Rotat.*] Circumvolvit, inſtar rotae verſat. IDEM.

518. *Diſcutit ira ferox.*] *Oſſa* Cantabr. & alter Erfurt. ſic Seneca Troaſi de Aſtyanacte, 1112.

—— *oſſa diſjecta & gravi*
Eliſa caſu.

Ita infr. v. 293.

Diſcuſſiſque oſſibus oris
Tundit humum moriens.

Et ibidem 58.

Et fractis confudit in oſſibus ora.

Statius VI. Theb. 808.

Effracto quam miſceat oſſa cerebro.

Ita MSS. alii, *ora.* Silius I. 402.

Crepitantia diſſipat oſſa.

IV. 380.

Perfractaque in ore cruento
Oſſa ſonant.

Val. Flac. III. 166.

Oſſa virum malaeque ſonant.

Senec. Herc. Fur. 102.

Perfregit oſſa.

Et Plaut. Menaech. Act. V. Sc. II. 103. *Comminuere oſſa* dixit. HEINS.

518. *Mater.*] Ino. CIOFAN.

519. *Seu dolor hoc fecit, ſeu ſparſi cauſa veneni, Exululat, ſparſiſque fugit male ſana capillis.*] lib. ſupra citato 493.

Haec quoque funeſtos ut erat laniata capillos
Proſilit. & cunis te, Melicerta, rapit.

Val. Flaccus lib. VIII. 21.

Attonito qualis pede proſilit Ino
In freta, nec parvi meminit conterrita nati,
Quem tenet, extremum conjux ferit irritus iſthmon.

Vide & Apollodorum lib. III. Bibliothecae. CIOF. Nec Latinum eſt, nec rectae rationi conſentaneum ita loqui, *cauſſa veneni hoc fecit*: lego, *ſeu ſparſo laeſa veneno eſt.* ſi minus, legerem, *ſeu ſparſum cauſa venenum eſt.* Ita ut dicat, ſparſum illud venenum furoris ſeu immanitatis cauſam fuiſſe. TAN. FABER. lib. II. Epiſt. 69. neſcio an tam abſurde dictum ſit. & non ex Philoſophorum ſcitis explicari poſſit, qui *cauſſas* & *materiem* diſtinguebant, ut *cauſſa* ſit operatio divina, venenum *materia.* vide Barth. ad Stat. VIII. Theb. 92. BURM.

520. *Sparſiſque capillis.*] *Paſſisque* cum Florentino, S. Marci, Neapol. prim. Vatican. ſec. Medic. aliiſque nonnullis. nam *ſparſi veneni* praeceſſit. HEINS. Vide Gronov. ad Liv. XXVI. 9.

522. *Evoë Bacche.*] Evoë videtur Graeca vox eſſe, nec ita dividenda, quaſi dactylum faciat; cum apud hunc Poetam lib. VI. manifeſtè ſpondeum conſtituat, ubi de Progne ait:

Exululatque, Evoëque ſonat, portaſque refringit.

Quemadmodum & apud Horatium lib. II. 19. *Evoë recenti mens trepidat metu.* GLAREAN.

523. *Et hos uſus praeſtet tibi, dixit, alumnus.*] Putabam aliquando, *hos luſus*; quomodo Plinius & Marcianus Capella, *Luſitaniam a luſu Liberi Patris* dictam nonnulli teſtantur. Duo veteres, *hos fructus.* unus, *riſus.* Forte, *hos thiaſos.* vide Notas ſupra hoc libro vſ. 26. malo etiam, *praeſtat* cum uno meo, uno Leid. & uno Voſſiano. ut ſit ſarcaſmus. HEINS. *hos uſus* non mutem. vid. lib. V. III.

524. *Imminet aequoribus ſcopulus.*] *Molurium* dicit. hoc enim nomen ſcopulo, unde ſe Ino cum Melicerta dejecit, auctore Zenobio. cui ſic ſubſcribit Pauſanias in Attica, *Moluridem rupem Leucotheae & Palaemoni conſecrarunt.* CONS. FANENS. Architectus notarum variarum in Ovidium, *molarem* nobis petram hinc fabricavit. cum Regius recte, *Molurium* ſcripſiſſet. & ne putemus vitium eſſe librarii, ter quaterve in editionibus iteratis repetitum fuit: *Moluris* vero fuit unus ex Scironiis ſaxis, ut ex Pauſaniae lib. I. cap. ult. apparet. & hinc Lucianus in Dialogis Marinorum, Neptuni & Delphinum, dicit Inus filium exceptum a Scironiis ſcopulis & a Delphinibus portatum in Iſthmum. Sequenti vero dialogo dicit Ino ex Cithaerone, qua eminet in mare, deſiluiſſe, filium ulnis gerentem. quare oportet Cithaeronem a Thebis uſque in mare exiiſſe. Scholiaſtes Statii ad lib. IV. Theb. 58. ex Scyradibus petris ſe praecipitaſſe Ino etiam ſcribit. & idem ad lib. II. vſ. 383. ex Teumeſſo monte ſe praecipitaſſe videtur tradere: ubi corruptum quoque locum credo. nam *arva Teumeſſa* interpretans, dicit, vel *oppidum Taenarum, vel promontorium dicit, de quo ſe Ino cum Melicerto praecipitem dedit.* nullus hic oppido *Taenaro* locus,

Risit: &, Hos usus praestet tibi, dixit, alumnus.
Imminet aequoribus scopulus. pars ima cavatur
Fluctibus, & tectas defendit ab imbribus undas:
Summa riget, frontemque in apertum porrigit aequor.

Occu-

cus. legendum, vel *oppidum Teumessum, vel promontorium dicit.* nam *Teumessus* & urbs & mons Boeotiae; teste Stephano: praeterea errat Scholiastes, *arva Teumesia* dicta a campo Thebis vicino adfirmans, cum a monte sint ita dicta. montis sine nomine meminit Statius III. 186. ubi Barthius alludere ad Moluridem putat Poëtam, quia *trepidum montem* vocat. Valerius Flaccus factum ad Isthmum credidisse videtur: nam lib. VIII. 29.

attonito qualis pede prosilit Ino
In freta, nec parvi meminit conterrita nati,
Quem tenet, extremum conjux ferit irritus Isthmum.

Alii vero tradunt, Ino interfecisse filium Melicerten, ut Hyginus fab. CCXXXVII. qui & fab. CCCXLIII. se ipsam quoque Ino interfecisse addit. nimirum in mare praecipitata ibique submersa, & corpora ad Schoenunta ejecta esse, vel a Delphinis, ut fabulantur, portata. vide Tzetz. ad Lycoph. 107. & Euripidem inter eos fuisse, qui Ino interfecisse duos filios, & deinde se praecipitasse, notat Schol. ad Medeam 1284. Ceterum hic in excerptis Langermanni legitur, *imminet aequoreis scopulis*, ut ad *fluctibus* referatur. in Sixi codice, *imminet aequoribus specular*, quod non est de nihilo, ut *specular* pro specula sit dictum, quod tamen apud nullum alium repperi. sic apud Nostrum lib. IV. Trist. eleg. 1. 75. eadem fere varietas est:

Nam dedit è specula custos ubi signa tumultus.

ubi alii codices, *scopulo:* & ita promontoria *specula* dicuntur; Flor. II. cap. II. *Clypea prima a Punico litore, quasi arx & specula procurrit.* Burmannus.

524. *Pars ima cavatur Fluctibus.*] I. ex Pont. I. etiam eodem modo utitur *cavandi* verbo:

Aequoreos scopulos ut cavat unda salis.

Et II. ex Pont. VII. 39.

—— *utque caducis*
Percussu crebro saxa cavantur aquis.

Et I Art. 475.

Quid magis est durum saxo? quid mollius unda?
Dura tamen molli saxa cavantur aqua.

Et IV. ex Pont. X. 5.

Gutta cavat lapidem.

Sed hoc postremum injuste reprehendit vir doctissimus, ac de utraque lingua optime meritus, P. Victorius lib. VII. cap. XV. Variarum Lectionum. Animadvertit hoc primum sollertissimus, omnique scientia politissimus M. Antonius Muretus in Scholiis in Tibullum. Ubi jure optimo defendit poëtam nostrum ab ipso Victorio, ostendens Lucretium ita quoque, ut Ovidius, locutum esse. Lambinus etiam, cum sibi in Ovidium aliquid dicendum esse statuisset, quem in iis epistolis, quas ad Regem, ad Ronsardum, & ad Auratum miserat, egregia laude affecerat, eundem in Commentariis à se ipso dissentiens, paene alterum Choerilum fecit. Idque ut aliis quoque persuaderet, versum ineptissimum, & aliquo Lambini, non Ovidii simillimo poëtae dignum, Ovidio affinxit, hunc videlicet:

Gutta cavat lapidem, non vi, sed saepe cadendo.

En hominem dignum, cui affirmanti aliquid credas: aut quem idoneum veterum poëtarum censorem arbitrere. Melius fecisset, si ea, quae & in primo, & quarto Lucretii libro ad hanc rem pertinentia notavit, Mureto accepta retulisset, à quo omnia compilavit. Collegerat enim ea Muretus in Tibullo ad versum illum lib. I. IV. 14.

Longa dies molli saxa peredit aquâ.

amplius quinquennio antequam Lambinus ederet Commentarios in Lucretium suos. Sed & multis aliis locis à Mureto accepta pro suis obtrudere voluit. Hoc ita esse, reperient studiosi, qui utriusque libros evolvent. Versus Ovidii, quem ille foedissime contaminavit, legitur lib. IV. De Ponto el. X. hoc modo:

Gutta cavat lapidem, consumitur anulus usu.
Et teritur pressa vomer aduncus humo.

In quibus versibus quin Ovidius noster ad illos, quos subjiciam, Lucretii lib. I. 312. respexerit, dubitari non potest:

Quin etiam multis solis redeuntibus annis
Anulus in digito subtertenuatur habendo:
Stillicidi casus lapidem cavat, uncus aratri
Ferreus occulte decrescit vomer in arvis.

Ut & lib. I. De Arte 473.

Ferreus assiduo consumitur anulus usu:
Interit assidua vomer aduncus humo.

Quid magis, &c. quae paullo supra citavi. Varro etiam dixit *Cavata saxa*, cujus haec leguntur: *Pieridum comes, quae tenes cavata putri gelu montium saxa.* Ciofan.

526. *Summa riget.*] Multi codices, *rigent*, sed male: praecessit enim, *pars ima.* vide ad v. Fast. 382. ubi memoriae vitio videtur Heinsius citare, *summa viret.* male etiam mox ad vers. 556. Graecismum statuit, in *summa riget*, quasi *summa* esset accusativi casus; cum *pars* subintelligatur, & sequens *porrigit* hoc desideret, quare pro eo etiam legebat, *porgitur.* Burm.

Occupat hunc (vires insania fecerat) Ino:
Seque super pontum, nullo tardata timore,
Mittit, onusque suum. percussa recanduit unda.

Fab. XIV. Argumentum.

Spuma maris in Venerem.

[a] *Refert quoque Venerem petiisse à Neptuno* [b] *de Ino & Melicerte, ut in numerum deorum referat. Significat enim Venus se* [c] *in undis esse creatam, quo facilius moveret Neptunum.*

530 AT Venus immeritae neptis miserata labores,
Sic patruo blandita suo est: O numen aquarum,
Proxima cui coelo cessit, Neptune, potestas;

Magna

528. *Tardata timore.*] *Turbata* Leidensis unus. similis diversitas apud Virgil. XII. 70.

Illum turbat amor.

ubi *tardat* codices nonnulli. & vs. 746.

Quamquam tardata sagitta
Interdum genua impediunt.

& ibi *turbata* quidam libri: Noster III. Trist. IX. 31.

Ut genitor lustraque novo tardetur, &c. Burm.

[a] *Refert.*] Ita & MS. & Veneta. Micyll. *refert tum.* Raenerius non tam omisit hoc argumentum, quam praecedenti inseruit. Ita enim ille: *Qui Veneris precibus, significantis se in undis esse creatam, quo facilius moveret Neptunum pelagi rectorem, in deorum maris cessere numerum* &c. Verum hoc non est emendare Lactantium, sed interpolare. Muncker. Secutus Raenerium Dan. Heinsius.

[b] *De Ino & Melicerte.*] *Ut Melicertam in n. d. referret.* Colon.

[c] *In undis.*] *In his undis.* Colon.

533. *Miserere meorum.*] *Tuorum* efficacius prim. Vatic. prim. Hamburg. & pro diversa lectione Arond. at Bernegg. & tres alii, *nepotum.* Heins.

536. *In medio profundo.*] Licet boni authores hac in re conveniant, sunt qui, cornu erigentes, siniſtra hercule audacia, facere nitantur, ut Macrobium credamus mentis impotem, dum inquiunt: *Macrobius Venerem caeli sanguine ortam scribit, sed maris spuma nutritam. Contra Ovidius, Si tamen in medio*, &c. Equidem id elici apud Macrobium ut possit, non invenio. Quamquam dixerit, Saturnum abscidisse ajunt Caeli patris pudenda, quibus in mare projectis Venerem procreatam, quae a spuma, unde coaluit, Ἀφροδίτη nomen accepit. Neque enim alterutro magis naturam affirmat, etsi coaluisse eam spuma tradiderit, cum praesertim alibi sic scripserit, lib. I. cap. 12. *Secundum mensem Romulus nominavit Aprilem, ut quidam putant, cum aspiratione, quasi Aphrilem, a spuma, quam Graeci dicunt ἄφρον, unde orta Venus creditur.* Sed dicant isti mihi, an maris tantum undis potuerit, ac non etiam ex immixto sanguine spuma conjurgere, unde portentosa fabulis, sed dignata *Caelestis* nomine, Venus genita. Et an aliter sentire Macrobius, atque omnes senserint, & Ausonius acri vir ingenio dixerit Epigr. XXXIII.

Orta salo, suscepta solo, patre edita Caelo,
Aeneadum genitrix hic habito alma Venus.

Quid? quod è mari nata fingitur, ratione Physica? quia salsus sudor sit, qui Venerem semper eliciat. Hinc in epigrammate, πρήνης ἐμπίπτων ἅλμυρον εἰς πέλαγος. Ipsum enim hunc sudorem subnotare videtur, cum nec impudico, neque triviali argumento, lascivum quempiam Alpheum, mulierum pudenda lingentem taxet atque insectetur. Ceterum haec, quae de salso pelago, de Aphrodite mentionem fecimus, erectos intentosque quodam pacto & nos reddidit, ut obscaeniorem quoque sensum in Phyllidis Epistola subesse, indicarique ab eodem putaremus Ovidio, his versibus:

At si nostra tuo spumescant aequora remo,
Jam mihi jam dicar consuluisse meis.

Etenim *tuo remo*, & *spumescant aequora*, & *sibi suisque consulturam* Phyllida, dum scilicet sperat prolem, votoque potitur, haec, inquam, singula non false, non molliter, non festive, ab non simplici praesertim, neque crassa etiam Minerva vate, dici vix posse, facile deprehendent hi, quibus illa saltem in promtu praeque manibus, vatum vel pientissimorum Terentii atque Virgilii. Quae sunt, *incipiunt agitata tumescere. Aperitque ramum qui veste latebat. Arrige aures Pamphile. ubi tu nervos intendas tuos?* Mariang. Accurs. in Diatribis. *In dio* Florentinus S. Marci. est autem Homericum epitheton, qui ἄλα δῖαν frequenter vocat, & δῖαν χθόνα Iliad. Ω. utrumque etiam apud Hesiodum aliosque Poëtas haud infrequenter occurrit.

habes

Magna quidem poſco: ſed tu miſerere meorum,
Jactari quos cernis in Ionio immenſo:
Et Dis adde tuis. aliqua & mihi gratia ponto eſt.
Si tamen in dio quondam concreta profundo
Spuma fui, Grajumque manet mihi nomen ab illâ.
Adnuit oranti Neptunus; & abſtulit illis,
Quod mortale fuit, majeſtatemque verendam
Impoſuit; nomenque ſimul faciemque novavit:
Leucotheëque Deum cum matre Palaemona dixit.

Fab.

habes apud eundem Heſiodum pari ſignificatione ἱερὸν ῥοδν Ωκεανοῖο. ubi doctiſſimus noſter Graevius appoſite illa ex Senecae Suaſoriis profert: *Sacrum quidem terris natura circumfudit oceanum.* Auſonius de Claris Urbibus carm. III.

Pacis ut in diae gremio ſecura quieſcat.

Ita veterrimus liber Voſſianus. vulgati, *mediae. Sententia dia Catonis* apud Horatium lib. I. Sat. II. *dia ratio* apud Prudentium in antiquiſſimis, quos vidi, codicibus, praefatione librorum contra Symmachum. nec Giphanius in *diva* mutare debuit indice Lucretiano. Sed quod praecipue ad rem facit, Plautus apud Varronem ex caſtigatione magni Scaligeri:

Conſerta rate inaerataque perite,
Qui dium mare eunt ſudantes.

Dia Poëmata apud Perſium Satyra I. *Dia chorea Dryadum* apud Maronem in Culice, *dia pabula, dia otia, dia voluptas, diae luminis orae* Lucretio: nam quod Tanaquillus Faber notis ad Phaedrum primo, mox & in Epiſtolis nuper editis alterum Lucretii locum huc trahit, ac *dia clade* in eo reponi jubet, à ſcopo aberravit. Locus extat lib. VI. v. 641. ubi de Ætna agitur,

—— *neque enim media de clade coorta*
Flammae tempeſtas Siculûm dominata per agros.

vellem vir eruditus pro emendatione ſua minus fervide pugnaret, nam cum in tribus veterrimis codicibus, quorum excerpta penes me exſtant, exaratum ſit, *neque enim media Graecia de coorta*, nullum mihi dubium eſt, quin vere & appoſite Iſaacus Voſſius rarae eruditionis & magni ingenii vir caſtigarit, *neque enim mediocri clade coorta. Flammea* quoque *tempeſtas* à Lucretii manu opinor eſſe. Plura vide lib. II. Faſt. vſ. 598. Heinsius.

537. *Concreta.*] Quoſdam *conflata* legendum eſſe contendere, notat Pontanus.

537. *Gratumque manet mihi nomen ab illa.*] Codex meus *Grajum* habet: quod non minus conſonat. Ἀφροδίτη enim Graecum eſt nomen. Venus Latinum. Const. Fan. *Gratum* duo Vatic. mei, Io. Dei, alii. Perperam quidam volunt, *Grajumque manet ἀφροδίτη.* Sed ad haec verba facere mihi videtur Auſonii Diſtichon de Venere:

Orta ſalo, ſuſcepta ſolo patre edita Caelo,
Aeneadum genitrix, hic habito alma Venus. Ciofanus. *Grajumque* prim. ſec. tert. Med. prim. Baſil. & ſex alii. recte. τῆς ἀφροδίτης. Faſt. IV. 61.

Sed Veneris menſem Grajo ſermone notatum
Auguror. à ſpumis eſt Dea dicta maris.

Similes naevos complures expunximus ad Faſtor. lib. V. vſ. 8. Heinsius.

541. *Leucotheaque Deum cum matre Palaemona dixit.*] *Leucothea* appellatur à Graecis, à Latinis vero *Matuta.* Quod memoriae prodidit ipſe VI. Faſt. 545.

Leucotheë Grajis, Matuta vocabere noſtris:
In portus nato jus erit omne tuo. Ciof.

Leucothoëque maxima pars codicum, ſed *Leucotheëque* legendum: vid. ſup. verſ. 196. mallem etiam, ſi quis codex addiceret *Deos*, legere. vid. I. Met. 320. Burm.

541. *Palaemona dixit.*] Palaemon fuit Matutae filius, atque in Graecia habitus Deus, teſte M. Tullio lib. III. De Nat. Deor. cujus haec ibi leguntur: *Jam vero, in Graecia multos habent ex hominibus Deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenen, Leucotheam, quae fuit Ino, & ejus Palaemonem filium cuncta Graecia*, &c. Hunc Latini *Portumnum* vocarunt. Ovidius lib. ſuperius citato:

Quem nos Portumnum, ſua lingua Palaemona dicet,
Eſte precor noſtris aequus uterque locis. Ciofan.

Plaut. Rudent. I. II. 71.

Sed o Palaemon, ſancte Neptuni comes,
Quique adeo hercule illi ſocius eſſe diceris.
Douza.

541. *Dixit.*] Sic utitur hoc verbo in duobus his proximis verſibus: & Juvenalis Sat. VIII. 244.

Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit.
Ciofanus.

Fab. XV. Argumentum.

Sidoniae comites Inus in saxa & aves.

Comites [a] *Inus, quod desiderio reginae adfectae casum ejus moerentes defleverant, ob eamdem iram Junonis cum praecipitare se destinassent, ne* [b] *pari honore à Neptuno excipi possent, in saxa* [c] *& aves effecit ut transfigurarentur.*

Sidoniae comites, quantum valuere, secutae
Signa pedum, primo videre novissima saxo:
Nec dubium de morte ratae, Cadmeïda palmis
Deplanxere domum, sciſſae cum veste capillos.
Utque parum justae, nimiumque in pellice saevae
Invidiam fecere Deae. convicia Juno
Non tulit: &, Faciam vos ipsas maxima, dixit,
Saevitiae monumenta meae. res dicta secuta est.

Nam

[a] *Inus.*] *Inoos quae d.* Colon.
[b] *Pari honore.*] *Per honorem.* Colon.
[c] *Et aves.*] *Et in aves.* Colon.

542. *Sidoniae comites.*] *Matres* Leidenſis. *Juvenes* Gronovianus.

545. *Sciſſis capillis.*] *Caeſis* unus Voſſianus & tres alii. at Florentinus S. Marci, & duo Bononienſes cum Spirenſi, *ſciſſae capillos.* Heins.

547. *Invidiam fecere Deae.*] *Invidia* ſaepenumero convicium contumeliamque ſignificat, praecipue Naſoni. quo ſignificatu hoc loco accipienda eſſe ſequentibus verbis indicatur, *convicia Juno non tulit.* in eodem a Juvenale accipitur Satyr. XIV. 123. cum ait:

Invidiam facerent nolenti ſurgere Nilo.

Sed & pro injuria a Seneca decimo declamationum his verbis: *Ut ſcias te invidiam mihi facere, cum dixiſſem accuſa me: non negaſti, ſed reſpondiſti: Accuſabo cum potero.* in omnibus his ſignificatibus dicitur *invidia*, quod faciat ut is, cui fiat, eum a quo fit, non libenter videat. ponitur & pro culpa, ut paulo poſt dicemus. Const. Fan. Immo *invidiam facere* alicui eſt, cum quid dicimus vel facimus, unde odium & infamia alicui conciliatur, unde male audiat. Ut recte Farnabius. Vide Vallam lib. I. eleg. 21. & Ill. Cuper. II. obſ. IV. idem Conſtantius committit ad lib. V. 66. Burm.

550 *Perſequar.*] *Proſequar* Thuaneus & octo alii. vid. ſupr. 151.

552. *Affixa.*] *Infixa* Gronovianus unus. vid. lib. XII. 253. *ſaxoque affixa* Menardi codex.

553. *Solito.*] *Subito* Leidenſis. male. vid. II. 838.

554. *Tentatos.*] Niſi *tentatos* pro extenſos intelligamus, ſive in mare, ſive in verbera, non equidem intelligo quid ſibi velit. Glarean. Mallem certe, ſi per codices liceret, *tentanti. ſenſit* etiam fere omnes ſcripti.

555. *Illa manus.*] Non ſunt Naſoniani numeri. Puto,

In maris illa manus ut forte tetenderat undas.

Heinsius.

556. *Porrigit undas.*] Unus Ambroſianus, *porrigitur.* Scribe, *porgitur.* ut ſit Graeciſmus. ſic ſupra vſ. 527. ſimiliter reponendum cenſeo,

Summa riget, frontemque in apertum porgitur aequor.

ut perſiſtat in Graeciſmo. vide Feſtum in *Surregit.* Cicero in Arateis, *dextram porgens.* Virgil. Aen. VIII. *pocula porgite dextris.* Silius lib. IX. *porgebat protinus enſem.* Val. Flaccus lib. II. ſub finem, *duci porgens carcheſia Grajo.* Prudentius lib. I. contra Symmachum,

——— *non cyathos Dis*
Porgere, ſed medio recubantem cum Jove fulcro.

Statius Glaucia Atedii, *porxit flores,* & Theb. VIII. *Imperat abſciſſum porgi.* Auſonius. Idyll. XXXII. *mihi porge fruendum.* Priſcianus Periegeſi,

Perſecat Heſperiam primus qui porgitur undis.

ſic & *ſurpuit* apud Horatium. *Surgitur* pro *ſurrigitur* apud Statium V. Silv. I. 224. ex veteri codice,

Eſt locus ante urbem, qua primum ſurgitur ingens Appia.

Ita apud Phaedr. I. 10. *ſurpuiſſe* pro *ſurripuiſſe* legendum puto. plenus horum Catullus. Ceterum, ut ad Graeciſmum redeamus, pari modo Sidonius Apollinaris carm. XXII. de Phaebo, *Aeternum nitet ille genas.* Heins.

557. *Laniabat.*] Malim, *laniabant*, digiti nimirum. Idem.

559. *Deprenſa eſt.*] *Deprenditur* rectius in uno Gronov. Idem.

560. *Gur-*

Nam quae praecipue fuerat pia, Perſequar, inquit,
In freta reginam. ſaltumque datura, moveri
Haud usquam potuit: ſcopuloque adfixa cohaeſit.
Altera, dum ſolito tentat plangore ferire
Pectora, tentatos ſentit riguiſſe lacertos.
Illa, manus ut forte tetenderat in maris undas,
Saxea facta manus in easdem porrigit undas:
Hujus, ut adreptum laniabat vertice crinem,
Duratos ſubito digitos in crine videres.
Quo quaeque in geſtu deprenditur, haeſit in illo.
Pars volucres factae; quae nunc quoque gurgite in illo
Aequora deſtringunt ſumtis Iſmenides alis.

Fab. XVI. Argumentum.

Cadmus & Harmonia in Dracones.

Cadmus Agenoris filius poſtquam inſpector fuerat ſuarum calamitatum, [a] in exitu neptum peroſus Thebarum ſedes, cum [b] Harmonia Martis & Veneris filia, conjuge ſua, [c] in

560. *Gurgite in illo.*] Putem, *gurgite in alto*, etſi veteres conſtanter pro altera lectione certant. natus error ex ultima voce praecedentis verſus perperam alieno loco repetitâ. Heins. ita lib. VIII. 175.

Comitemque ſuam crudelis in illo
Litore deſeruit.

ubi Leidenſis codex, *in alto* habet. ſimilique conjectura Cl. Schultingius, pro *illa*, *alta* reponit apud Calpurn. Decl. XII. hic tamen dubito, an verbo *deſtringere* conveniat apte *altus* gurges, cum ſumma proprie pars deſtringi dicatur. *in ipſo* habet Junii codex. Burm.

561. *Aequora diſtringunt ſummis Cadmeides alis.*] In duobus Vatic. uno meo, atque uno Caeleſtino legitur *diſtingunt* abſque *r*. Quae lectio non diſplicet. In iiſdem libris, & uno Maffeiano non eſt *Cadmeides*, ſed *Mineides*. Quod ſequendum puto. Ciofan. *Deſtringunt* Florent. S. Marci. Neap. & alii nonnulli ex vetuſtioribus. quod verum puto. vid. lib. III. 665. deinde *ſumtis alis*, Zulich. Spirenſis, & quatuor alii. ut ſupra, 47.

An magis ut ſumtis illius filia pennis.
lib. V. 288.

Vimque parat, quam nos ſumtis effugimus alis.
lib. VI. 96.

——— *ſumtis quin candida pennis*
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro.
lib. XI. 337.

——— *alaſque pedes ſumpſiſſe putares.*
lib. XII. initio, ut quidem ſcribendum puto;

Neſcius at ſumtis Priamus pater Aeſacon alis
Vivere, lugebat.

ubi in vulgatis, *aſſumtis*. & lib. XIV. 673.

——— *pennas ſumſere tuaeque*
Conjugis in volucrem niveas abiere columbas.

Juvenalis Satyra XIV. 76. de pullis ciconiae,

Illi eadem ſumptis quaerunt animalia pennis.

Denique *Mineides*, aut *Minyeides* locum hic non habent. neminem enim inveni hactenus ex antiquis ſcriptoribus, qui Thebanas ſic appellaret. quidam veteres, *Cadmeides*. nihil rectius. Rottendorph. *Tonides*, vel *Miſeides*, vel *Nimeides*. Nonnulli, *Meneides* vel *Menides*. Neglexerat nempe geminare librarius duas poſtremas literas vocis proxime praecedentis. pro *Menides* itaque reſcribendum, *Iſmenides*, quam conjecturam confirmat fragmentum chartaceum à Luca Langermanno V. Cl. mihi oblatum. *Iſmenides* Thebanae, ab Iſmeno fluvio. Ita poëtae paſſim. Noſter lib. VI. 159. *Iſmenides ite frequentes.* I. III. 733.

Turaque dant ſanctaſque colunt Iſmenides aras.

& hujus libri, VI. 31.

Placatus mitiſque rogant Iſmenides adſis.
lib. XIII. 682.

Hoſpes ab Aoniis Therſes Iſmenius oris. Heinsius recte *ſumtis*. ita lib. I. 671.

Alas pedibus, virgamque potenti
Somniferam ſumſiſſe manu.

III. Triſt. VIII. 5.

Nunc ego jactandas optarem ſumere pennas.

[a] *In exitu neptium.*] Ita cum MS. Veneta quoque & Micyll. Forte, *nepotum*, quamquam Hiſtoria poſtulat, *filiarum ac nepotum*. Muncker. *Eveniſſentque multa filiabus ac nepotibus infortunia*

[c] in Illyricos profugit. Ibi petita venia à deis, in ſpeciem draconis convertitur, qui initio cauſſa malorum ſuorum fuiſſet. [d] *Vota ejus expleta ſunt: in dracones verſi ſunt.*

NEſcit Agenorides natam parvumque nepotem
Aequoris eſſe Deos. luctu ſerieque malorum
Victus, & oſtentis, quae plurima viderat, exit
Conditor urbe ſuâ; tamquam Fortuna locorum,
Non ſua ſe premeret: longisque erratibus actus
Contigit Illyricos profugâ cum conjuge fines.
Jamque malis annisque graves, dum prima retractant
Fata domûs, releguntque ſuos ſermone labores;
Num ſacer ille meâ trajectus cuſpide ſerpens,
Cadmus ait, fuerit; tum, cum Sidone profectus
Vipereos ſparſi per humum, nova ſemina, dentes?
Quem ſi cura Deûm tam certâ vindicat irâ,
Ipſe precor ſerpens in longam porrigar alvum.
Dixit: &, ut ſerpens, in longam tenditur alvum;
Durataeque cuti ſquamas increſcere ſentit,
Nigraque caeruleis variari corpora guttis:
In pectusque cadit pronus: commiſſaque in unum

Paul-

Raener. Heinſ. *in exitio* Micyll. marg. *nepotum* habet Colon.

[b] *Harmonia.*] Ita repoſui ex Venet. & Micylliana cum heic tum in lemmatis fabularum. Perperam *Armione* MS. & *Hermione* Raenerius. vid. Hyg. Mythol. cap. 5. MUNCKER. *Hermonia* Parm. *Hermenia* Lugd. *Hermione* Colon. vid. ſupr. ad lib. III. verſ. 133.

[c] *In Illyricos.*] Ita habuit MS. cum Veneta. ſed rectius Micyllus, *Illyrios.* Vid. Stephan. in Ἰλλυρίκ. MUNCKER. *Illyricos* Parm. Lugd. *Illyrium* Raener. Heinſ. in *Illyricos campos.* Colon.

[d] *Vota ejus expleta, &c.*] Aut haec inducenda, aut refingenda praecedentia. *Ibi petita venia a Deis, ut in draconis ſpeciem converteretur, &c. Vota ejus expleta ſunt, & in dracones verſi.* Vidit & Raenerius δὶς τὸ αὐτὸ dici, quocirca nec heic dubitavit illa ſolita ſibi graſſari licentia. Mihi ſatis fuit repraeſentare lectionem MS. quam exhibent Veneta quoque & Micylliana. MUNCKERUS. *Ejus* non habet Micyll. *Ibi petit veniam a deis, in ſp. d. ut convertatur.* Raener. Heinſ. *ibi petita v. a. d. ut in ſ. d. converterentur. q. in initio c. m. ſ. fuiſſent. Votis expletis in Dracones converſi ſunt.* Colon.

562. *Natam parvumque nepotem.*] Inonem & Melicertam. CIOFANUS.

563. *Aequoris eſſe Deos.*] Franciſcus Luiſinus lib. I. Parerg. c. 16. legit & diſtinguit hoc modo: *Aequoris eſſe Deos luctu; ſerieque malorum Victus*, &c.

& exponit, ex illo luctu, qui in ſacris Leucotheës fiebat, cognovit eſſe Deos. quod ego non capio, niſi pro *neſcit*, legatur, *noſcit* vel *novit*, quod tamen Luiſinus ipſe intactum relinquit. & recte etiam Pontanus abſurdam interpretationem notavit. *ſerieque laborum* plurimi ſcripti, ut fere ſemper, quod probat Vivianus. BURM.

565. *Fortuna locorum.*] Ita lib. X. 535.

Fortunaque loci laedor. Lucan. IV. 661.
Curio laetatus, tamquam fortuna locorum
Bella gerat.

mox, *nec ſua* MS. Berſmanni.

566. *Longiſque erroribus actus.*] *Erratibus* prim. Erfurtanus, prim. Palat. Neap. tert. Medic. & duodecim alii cum veterrimo fragmento, quod Amſtelaedami inſpexi. lib. XV. 768.

Quae videam natum longis erratibus actum.

ſic & ibi vetus liber. HEINS. Vide ad Epiſt. III. 107. & de ſimilibus vocibus, *peccatus, arbitratus*, &c. Gellium lib. XIII. 19. & Barth. ad Stat. IV. Silv. III. 23. & IV. Theb. 469. Giph. ind. Lucret. in *concurſo*, & *culto*. Gebh. Crepund. I. 8. & II. 5. & ſupr. ad lib. I. Met. 144. BURM.

567. *Illyricos.*] Appollonius lib. IV. *Encheleas* nominat populum, ad quem cum uxore Cadmus pervenit. quae res fortaſſis fabulae occaſionem dedit. nam ἔγχελεις anguillae alias dicuntur. hic autem & ſepulchrum ipſi & Harmoniae erectum fuiſſe, dicit his verſibus:

Oi

Paullatim tereti ſinuantur acumine crura.
Brachia jam reſtant: quae reſtant, brachia tendit;
Et lacrimis per adhuc humana fluentibus ora,
Accede, ô conjux, accede, miſerrima, dixit:
Dumque aliquid ſupereſt de me; me tange, manumque
Accipe, dum manus eſt; dum non totum occupat anguis.
Ille quidem vult plura loqui: ſed lingua repente
In partes eſt fiſſa duas. nec verba volenti
Sufficiunt: quotiesque aliquos parat edere queſtus;
Sibilat. hanc illi vocem Natura relinquit.
Nuda manu feriens, exclamat, pectora, conjux,
Cadme, mane: teque his, infelix, exue monſtris.
Cadme, quid hoc? ubi pes? ubi ſunt humerique manusque?
Et color, & facies, &, dum loquor, omnia? cur non
Me quoque, coeleſtes, in eamdem vertitis anguem?
Dixerat. ille ſuae lambebat conjugis ora:
Inque ſinus caros, veluti cognoſceret, ibat;
Et dabat amplexus; adſuetaque colla petebat.

Quiſ-

Θί δὲ καὶ ἐπ' Ἰλλυρικοῖο μελαμβαθέος ποταμοῖο.
Τύμβος ἵν' Ἁρμονίης Καδμείο τε πύγον ἐδειμαν,
Ἀνδράσιν Ἐγχελέεσσι ἑφέζιοι. Micyllus.

In Epiro mutatum Cadmum dicit, qui Amphitryoni Plautinae ſua addidit.

567. *Fines.*] *Portus* Thuan. & tres alii. ſed hoc rectius de navigantibus. eadem varietas inf. v. 236.

569 *Facta domus.*] Melius *fata*, judicio noſtro. Cons. Fan. *Facta* veteres libri. Ciofanus.

569. *Releguntque ſuos ſermone labores.*] In meis, atque omnibus aliis ſcriptis libris, *Repetuntque.* Idem. *Recoluntque*, Moreti. *relevantque* Oxon. & Baſil. *repetuntque* plurimi. pro omnibus aliquid dici poteſt.

571. *Num fuerat.*] Rectius, *fuerit* tertius Mediceus, & duo alii. Heinsius.

572. *Sparſit per humum.*] Francius volebat, *hominum ſparſi.*

573. *Vindicat.*] *Vindicet* Gronov. & alter Heinſii. ut Epiſt. II 43.

Si de tot laeſis ſua numina quiſque deorum
Vindicet.

ſimilis etiam locus Epiſt. XXI. 9.

Utque cupis credi, memori te vindicat ira.

575 *Et ut ſerpens in longam tenditur alvum, Durataeque cuti ſquamas*, &c.] De Cadmo & Harmonia in dracones mutatis Nicander in Theriacis, & Dionyſius De Situ Orbis. Ciof. Vel, *porrigar* unus Leidenſis. Concinna erit repetitio, ſi & hic *porgitur* reponas. Heins. *Extenditur* malebat Francius: Heinſius olim in praecedenti verſu volebat, *tendar ut.*

577. *Variari.*] *Vitiari* Gronovianus.

578. *Commiſſaque*] *Commixtaque* plurimi ſcripti & editi. Vid. ſupr. vſ. 369.

579. *Paullatim tereti tenuantur acumine crura.*] In duobus Vatic. Joan. & uno meo legitur, *ſinuantur.* In altero meo, *curvantur.* Ambae lectiones vulgatae praeferri poſſunt. Ciofan. *Simuantur* in melioribus. Heins. *Curvantur* unus Heinſii. alius, *cumulantur. ſignantur* Genev.

583 *De me; me.*] *De me mihi*, Gronovium velle Francius notavit. & placet: lib. VI. 385. *Quid me mihi detrahis?*

584. *Non totum.*] Malim, *totam*, id eſt manum. Heins.

585. *Repente.*] *Loquenti* Baſil. ut & ſeq. verſu plures.

586. *Fiſſa fiſſa.*] *Confiſſa* Mediceus unus; & alter, *conſciſſa.*

588. *Reliquit.*] *Relinquit* meliores.

590. *Exue.*] *Exime* Cantabr. & quatuordecim alii. *eripe* unus Heinſii. *erue* Regius ſecundus.

591. *Cadme quid hoc.*] Puto, *Cadme ubi vox?* Heinsius.

593. *In eumdem anguem.*] *Eandem* prim. Medic. & tres alii. dictum ſupra ỽs. 495 nec obſtat, quod de Cadmo agatur. ſic enim lib. VII. 408. Cerberum vocat, *Canem Echidnaeam.* Idem. *In eoſdem angues* tert. Medic.

596. *Colla petebat.*] *Premebat* malo cum uno Baſil. in Cantabr. & octo aliis *tenebat.* an, *terebat?* Heins. Epicedio in Druſum 34.

Et

Quisquis adeſt (aderant comites) terretur. at illos
Lubrica permulcent criſtati colla dracones,
Et ſubito duo ſunt; junctoque volumine ſerpunt;
Donec in adpoſiti nemoris ſubiere latebras.
Nunc quoque nec fugiunt hominem, nec vulnere laedunt:
Quidque prius fuerint, placidi meminere dracones.

Fab. XVII. Argumentum.

Guttae Meduſae in Serpentes.

Perſeus Jovis & Danaës filius, miſſus [a] *à Polydecte ad Meduſae caput perferendum, quae adſpectu ſuo* [b] *obvios in ſilicem* [c] *convertere ſolebat, Minerva adjutrice,* [d] *evicit propoſitum laborem. Intercepto Phorcydum* [e] *Graearum lumine, quae invicem cuſtodias Gorgonum* [f] *agebant,* [g] *adſpectum caput Meduſae* [h] *retulit. E ſanguine autem, qui Perſeo per Africam iter faciente ſtillaverat, genus eſt* [i] *ſerpentum procreatum.* [k] *Utero autem* [l] *Meduſae hujus equus Pegaſus cum pennis* [m] *exiit.*

Sed

Et hoc oculos illius ore premam.
lib. x. Met. 292.
Oraque tandem
Ore ſuo non falſa premit.
eadem diverſitas infr. vi. 640.
Clamantem & colla petentem
Enſe ferit Procne.
Vide etiam ad Epiſt. x. 10. Burmannus.

597. *Quiſquis adeſt (aderant comites) terretur.*] *Terrentur* ſecundus Mediceus & unus meus. ita & libro xv. 680.

Quiſquis adeſt viſum venerantur numen.
ex antiquis libris. ſic apud Virgilium Aen. II. 254. Donatus, teſte Pierio Valeriano, & multi vetuſtiſſimi libri:

Et jam Argiva Phalanx inſtructis navibus ibant,
Littora nota petens. Heins.

598. *At illa Lubrica permulcet criſtati colla draconis.*] Ita vetuſtiores: nonnulli, *illis perlucent*; vel, *illi perlucent. illas permulcent* Urbinas. deinde, *dracones* alter Hamburgenſis, & Gronovianus unus pro diverſâ lectione. Scribe,

——— *at illi*
Lubrica perlucent criſtati colla dracones.
criſtati colla, familiaris Naſoni Graeciſmus. Vetuſtiorum codicum veſtigiis ſi inſiſtis, occurrit ſcriptura, quam veram cenſeo,

——— *at illos*
Lubrica permulcent criſtati colla dracones.
illos permulcent, comites videlicet. Hinc poſtea,

Nunc quoque nec fugiunt hominem, nec verbere laedunt.
non diſſimilis Graeciſmus apud Feſtum Avienum in Deſcriptione Orbis, hac ipſa fabula, ubi legendum:

Hic in caeruleos mutati membra dracones.
& Senec. Herc. Fur. 216.
Gemina criſtati caput
Angues ferebant ora.
Heinsius. *Lurida* Oxon.

600. *Appoſiti.*] *Oppoſiti* ſcripti multi & editi: & ita Muretus in ſuo codice emendarat: vid. ad Epiſt. vi. 26. & iii. Amor. vi. 7. Maluerat etiam Heinſius, *repſere*, quia dubitat, an Latine dicatur, *ſubire in latebras.*

[a] *A Polydecte.*] *A Polydecte ad Meduſam, quae omnes in ſe intuentes aſpectu ſuo in ſilicem convertere ſolebat, ut ejus ſuperatae caput ad ſe perferret, Minerva*, &c. Raener. Heinſ.

[b] *Obvios.*] Ita repoſui ex Micyll. infr. fab. 20. *deformitate obvios in fugam verteret.* Perperam MS. & Venet. *oculos.* Muncker. *Homines* Colon.

[c] *Convertere.*] *Vertere* Colon.

[d] *Evicit propoſitum laborem.*] Pro *vicit.* Horat. II. od. 15. *Platanuſque caelebs evincet ulmos.* Non diſſimiliter *victor propoſiti* dicitur eidem lib. I. Epiſt. 13. qui compos voti factus eſt. Munckerus. Alio ordine haec referunt Edit. Raener. & Heinſi. *Minerva adjutrice, intercepto Phorcydum Graearum lumine, quae viciſſim cuſtodias Gorgonum agebant, evicit propoſitum laborem caputque Meduſae abſciſſum retulit. Et intercepto* Parm. Lugd. Micyll. Colon. *Cuſtodias alebant* eaedem.

[e] *Graearum.*] Nec MS. nec Venet. vel Micyll. illam vocem agnoſcunt. verum interim Graeas fuiſſe illas Phorcydas. Heſiodum vide Theog. verſ. 270. Muncker. nec habent Parm. Lugd. aut Colon.

[f] *Age-*

SEd tamen ambobus verſae ſolatia formae
Magna nepos fuerat: quem debellata colebat
India: quem poſitis celebrabat Achaïa templis.
Solus Abantiades, ab origine cretus eàdem,
Acriſius ſupereſt, qui moenibus arceat urbis
Argolicae; contraque Deum ferat arma; genusque
Non putet eſſe Jovis: neque enim Jovis eſſe putabat
Perſea; quem pluvio Danaë conceperat auro.
Mox tamen Acriſium, (tanta eſt praeſentia veri)
Tam violaſſe Deum, quam non agnôſſe nepotem,

Poeni-

f *Agebant.*] *Habebant.* Colon.

g *Aſpectum caput.*] Sic MS. habuit ut & Veneta. Raener. *abſciſſum.* Micyll. *abſectum.* Sed perperam, ut opinor. Muncker. *Abſectum* Colon.

h *Retulit.*] *Per aëra tulit* Micyll. Colon.

i *Serpentum.*] *Serpentis* Raener. Heinſ.

k *Utero.*] Haec eſt lectio MS. & Venetae. Micyllus, *ab utero.* Sed Nonn. Dionyſ. Lib. xxxi. pag. 515. Ἵππειην ἐλόχευσε γονὴν διδυμητόκος αὐχήν. Quae adſtruunt conjecturam Barthii lib. xxiii. od. ii. *trunco.* Alii aliter de illo equo fabulantur. Vide Feſt. in *Hippius.* Hygin. Myth. cap. 151. Apollodorus Lib. ii. Ἀποτμηθείσης δὲ τῆς κεφαλῆς, ἐκ τῆς Γοργόνος ἐξέθορε Πήγασος πτηνὸς ἵππος, καὶ Χρυσάωρ ὁ Γηρυόνου πατήρ. Τούτους δὲ ἐγέννησεν ἐκ Ποσειδῶνος. Quod ſi menſes ei exacti fuere, cum capite truncaretur, forte ergo ex utero tunc exilierunt. Muncker. *ab utero* Colon.

l *Meduſae hujus.*] *Ejuſdem Meduſae* omnes Ed.

m *Exiit.*] *Exit* Parm. Lugd. *exivit* Colon.

603. *Solatia magna nepos dederat.*] *Fuerat* unus Voſſianus & fragmentum veterrimum, quod Amſtelaedami vidi. eleganter: Epicedio Druſi, 411.

At tu qui ſuperes miſerae ſolatia matri.

Remedio Amoris, 483.

Dixit & hanc habuit ſolatia magna prioris.

Sic Phaedrus lib. i. fab. ix.

Lepus ſemianimus, mortis in ſolatia.

Sic legendum omnino, vulgo, *in ſolatio*, Petron. 108. *aderat interpellanti mercenarius comes & unus alterque infirmiſſimus vector, ſolatia magis litis, quam virium auxilia.* Epiſt. xvi. 294.

Et tua ſim quaeſo crimina ſolus ego. Heins. Vid. ad Remed. 528. & ii. Faſt. 37. & 408.

604. *Debellata.*] *Decolorata* Bernec. unus Gronovii & Heinſii, qui inde faciebat, *diſcolor ora.* Meliori ſpecie poſſet. *decolor ora*, vid. ſupr. ad verſ. 21. ſed tutius eſt nihil mutare. *decollata* unus Medic. *celebrarat* etiam Berneg. *celebravit.* pr. Medic. Burm.

605. *Achaia.*] Apud Stephanum ſcribitur Ἀχαΐα, pro regione, apud Pauſan. Ἀχαΐα, abſque diphthongo, cui & latinum *Achaia* reſpondet. Micyll.

608. *Genuſque Non putat eſſe deum.*] Quia praeceſſit, *contraque Deum ferat arma*, quae verba haud obſcure de Baccho intelliguntur, videntur & haec de eodem dici. ut ſit ſenſus, Acriſius non putat Bacchum eſſe genus Deûm, hoc eſt de genere aut numero deorum; at illud *enim*, quod ſequitur pro *etiam* poſitum videtur, ut ſit fabulae ad fabulam connexio. neque *enim* videtur conjunctionis rationalis vim habere, niſi quis dicat, quae praecedunt verba ita intelligi. Acriſium non putare genus eſſe Deûm, hoc eſt nullos eſſe deos. ſic enim infertur, neque enim Jovis eſſe putabat Perſea. ſed prior ſenſus magis mihi probatur. Hoc loco etiam *Abantiades* Abantis filius Acriſius dicitur, cum paulo poſt Perſeus *Abantiades* dicatur, ſed non *Abantis* filius, ut Acriſius dictus eſt, verum Abantis pronepos. etiamſi Raphaël nepotem exponit Abantis, cum ſit Acriſii ex filia nepos, unde & libro ſequenti *Acriſioniades* dicitur Perſeus. Glarean. Emenda, ex uno lib. meo, & duobus Vaticanis, *genuſque Non putat eſſe Jovis.* Cicero in Phaenomenis: *E pedibus vatum ſummo natus Jove Perſeus.* Ciof. *Putet* meliores. & pro *Deum*, Arondelianus, Mureti excerpta, & quatuor alii ex noſtris, ex Ciofanianis tres, *Jovis.* Scribe:

——— *genuſque*
Non putet eſſe Jovis: ſed nec Jovis eſſe putabat Perſea,

exciderant tres voces, *ſed nec Jovis*, errore nato ex neglecta à librario oſcitante repetitione τοῦ *Jovis*, verſui pro arbitrio tibicinem poſtea neſcio quis admorat, ſed ſine ſucceſſu. Poteſt & reſcribi, *nam nec Jovis eſſe putabat Perſea.* paulo ante pro, *Acriſius ſupereſt*, Genevenſis, *ſuperat.* ut in illo Maronis iii. 339.

——— *ſuperatne & veſcitur aurâ*
Aethereâ. Heins.

612. *Quam non agnoſſe.*] Sic veteres libri. & recte. *non noviſſe* Cantabr. & ſex alii. *cognoſſe* duo. vid. ſupr. 291.

Poenitet. impoſitus jam coelo eſt alter: at alter
Viperei referens ſpolium memorabile monſtri
Aëra carpebat tenerum ſtridentibus alis.
Cumque ſuper Libycas victor penderet arenas;
Gorgonei capitis guttae cecidere cruentae:
Quas humus exceptas varios animavit in angues;
Unde frequens illa eſt, infeſtaque terra colubris.

Fab. XVIII. Argumentum.

Atlas Japeti filius in montem ſui nominis.

Atlas Japeti & [a] Pleionae filius à Themide, quae [b] initio antiſtes deorum erat, reſponſum [c] accepit, ne quem hoſpitio ex progenie Jovis [d] reciperet, ſi vellet hortum, [e] quo poma aurea erant, cuſtoditum habere. Quam ob cauſſam cum Perſeo fatigato ex [f] adſiduo curſu [g] requieſcendi hoſpitium negaviſſet, eumque viribus propelleret, [h] ille elatum caput [i] Gorgonae ei objecit. Quo viſo, in montem pari nomine eſt verſus: cui ultimis Africae locis mundus injectus eſt.

Inde

613. *At alter.*] *Et alter* Editio Berſm. & aliae.

614. *Viperei referens ſpolium memorabile monſtri, Aëra carpebat tenerum, &c.*] Fabulam hanc Apollonius his verſibus deſcribit libro quarto, 1513.

Εἶτε γὰρ ἰσόθεος Λιβύην ὑπερέπτατο Περσεύς
Εὐρυμέδων (καὶ γὰρ τὸ κάλεσκέ μιν οὔνομα μήτηρ)
Γοργόνος ἀρτίτομον κεφαλὴν βασιλῆϊ κομίζων,
Οἵ σσαι κυανέου ῥάγες αἵματος οὖδας ἵκοντο,
Αἱ πᾶσαι κείνων ὀφίων γένος ἐβλάστησαν, &c.

Ubi & illud notandum, altero nomine *Eurymedontem* fuiſſe Perſeum vocatum. Micyll. Hunc locum ſumptum ex Apollonio Rhodio docet Muretus lib. x. cap. xvi. Var. Lectionum. Ciofanus. *Mirabile*, unus Heinſii. ut ſupr. 271. & infr. 746. Eadem varietas lib. vi. 12. & alibi.

617. *Libycas.*] *Libyas* Gronovian.

618. *Varios angues.*] *Varias* duo veteres. monui ſupra 543. Heins. *Varios* retineo propter ejuſdem ſoni praecedentem vocem *exceptas*. *infeſta* autem probo. Flor. iv. 10. *infeſta ſiti regio.* Plura Gellius lib. ix. c. 12. praeterea quatuor libri, *vivos animavit*, ut & MSS. Berſmanni. & *acceptas* etiam plurimi. *mutavit* Leidenſis. Burm.

619. *Infeſtaque terra colubris.*] In omnibus, Urſini libro excepto, antiquis, quos ego viderim, (ita enim intelligi volo, quotieſcumque ita loquor) legitur: *Infecta terra colubris.* Quod improbandum non puto, licet illam magis probem. Ciof. *Infeſtaque terra colubris* cave mutes in *infectaque*. quod veteres nonnulli agnoſcunt. Seneca Hercule OEtaeo, 28.

Quodcunque tellus genuit infeſta, occidit.

ita optimus codex, vulgati *infeſtum*. minus bene. Appoſite Pomponius Mela libro iii. cap. x. *Prima ejus Aethiopes tenent, media nulli; nam aut exuſta ſunt, aut arenis obducta, aut infeſta ſerpentibus. Infeſtus* non tantum qui infeſtat, ſed qui infeſtatur etiam. Virgilius in Ciri.

Hanc urbem ante alios, qui tunc florebat in armis,
Fecerat infeſtam populator remige Minos.

Cicero pro Plancio apud Nonium: *Dolebam, judices, & moleſte ferebam, ſi hujus ſalus ob eam ipſam cauſam eſſet infeſtior, quod is meam ſalutem atque vitam praeſidio cuſtodiaque texiſſet.* idem libro iii. de Republica. *infeſtum habere mare* pro infeſtare apud eundem. Apulejus ix. Met. *iter arduum, ſcrupis & ſtirpibus infeſtum.* Heins.

[a] *Pleionae.*] Ita habebat MS. Veneta & Micyll. *Pleiones.* Quod idem eſt. Sed hoc legere alibi cum non meminiſſet Raenerius, pro eo ſubſtituit, *Clymenes, aut, ut quidam volunt, Aſiae Nymphae filius.* Muncker. *Clymenes* Micyll. in marg. & *Peronae fil.* Colon.

[b] *Initio.*] *In initio ſacerdos deorum fuerat, in reſponſum ac.* Colon.

[c] *Accepit.*] *Acceperat* Raener. Heinſ.

[d] *Reciperet.*] *Suſciperet* Colon.

[e] *Quo poma aurea erant.*] Micyllus & Raenerius, *in quo* &c. Sed MS. & Veneta praepoſitionem ignorant, cum heic, tum & infr. *cui ultimis* &c. Amare iſtam ellipſin Lactantium hunc diximus ad Lib. i. fab. i. Muncker. Praepoſitio utroque loco deeſt Parm. ſed primo habet Lugd. Colon. Heinſ. Potuit facile *in* cum *m* ultima praecedentis vocis ſyllaba coaleſcere, ut millies accidit.

in

620 INde per immenſum ventis diſcordibus actus
Nunc huc, nunc illuc, exemplo nubis aquoſae,
Fertur, & ex alto ſeductas aethere longè
Deſpectat terras; totumque ſupervolat orbem.
Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia vidit:
625 Saepe ſub occaſus, ſaepe eſt ablatus in ortus.
Jamque cadente die veritus ſe credere nocti
Conſtitit Heſperio, regnis Atlantis, in orbe;
Exiguamque petit requiem, dum Lucifer ignes
Evocet Aurorae, currus Aurora diurnos.
630 Hic hominum cunctos ingenti corpore praeſtans

Japi-

in initio Colon. ſemper fere habet. ut fab. XVI. XX. & alibi.

f *Ex aſſiduo.*] *Ex* deeſt Colon.

g *Requieſcendi.*] Malo, *requieſcenti*, id eſt requieſcere volenti.

h *Ille elatum.*] *Perſeus ſublatum Gorgonis caput* Colon.

i *Gorgonae.*] Edd. *Gorgonis.* Sed alterum non dubitavi reponere, cum MS. exhiberet *Gorgone.* E ponere pro Æ ſolenne erratum eſt librariorum. Gloſſ. Labb. *Voce*, βῶκες, ἰχθύες. Scripſerim *vocae. Box* piſcis is dicitur à Plinio lib. XXXII. cap. II. Sed veterem codicem habere *Boca* notavit Dalechamp. Ergo *Vocae* ſcriptum pro *Bocae.* Feſtus Pauli. *Bocas genus piſcis, à boando, id eſt, vocem emittendo appellatur.* Mallem, *Boca.* Aliud eſt φώκη, ζῶον θαλάσσιον, *pecus Protei*, ut venuſte dicitur Horatio Lib. I. od. 2. Muncker.

622. *Aethere longè.*] Sic uterque meus, Urſ. & duo Vatican. Alii perperam, *Aequore.* Ciofanus. *Aethere* potiores antiqui. ſic lib. I. 80. *recens tellus ſeductaque nuper ab alto Aethere.* mox, *geminas Arctos*, pro *gelidas* Berneggerianus. utrumque probum. lib. III. 45.

Si totum ſpectes, geminas qui ſeparat Arctos. Silius tamen lib. XV.

Sed gelidas a fronte ſedet ſublimis ad Arctos. Heinsius. *Semotas* MSS. Berſmanni. *longo* etiam ſecundus Medic. & duo alii.

625. *Saepe eſt ablatus in ortus.*] In uno Vaticano, non *ablatus*, ſed *delatus*, legitur. Ciofanus. *ablatus* veteres. lib. VII. 52.

Et natale ſolum ventis ablata relinquam. Heins.

627. *Conſtitit Heſperio regis Atlantis in orbe.*] In quibuſdam rectius opinor, *regnis Atlantis, in orbe.* Nauger. Plerique codices, *regis.* Sed Raphaël videtur legiſſe, *regnis* pro *regis.* Quod placet, ne ſit Trochaeus in loco quarto. Glarean. Alii, *regnis*, videlicet ne Trochaeus in verſum dactylicum incidat, cum tamen idem locus prima caeſurâ, ſive tome defendi poſſit. Micyllus. In eodem Vaticano, Urſini, Capranic. Ernaldi, Joannis, & utroque meo, eſt non *regis*, ſed *regnis.* Itaque docti viri legendum eſſe antea rectè ſenſerunt, ratione carminis tantum freti, ſed nulla veterum librorum fide id confirmarunt: quod nos ea, quam nemo attulit; fulcimus. In lib. Statii eſt, *regni* abſque *s.* Ciof. Imo *regnis* per appoſitionem, quod in plurimis antiquis extat. ſic lib. XIII. 712.

Neritiaſque domos, regnum fallacis Ulyſſi. Virgil. Aen. III. 272.

Effugimus ſcopulos Ithacae, Laërtia regna. Et ad ejus imitationem Silius XV. 302.

Nec portus Ithacae, Laërtia regna, Samenque
Liquit inacceſſam. Heins.

628. *Exiguam petit.*] *Hoſpitium requiemque petit* Voſſianus, quod repetitum ex verſu 641.

629. *Evocet.*] *Provocet* Leidenſis ut lib. I. Faſt. 456.

Qui vigili roſeum provocat ore diem.

Sed lib. XI. 597. *Ales evocat auroram*, & VI. Faſt. 197.

Poſtera lux Hyadas, Taurinae cornua frontis,
Evocat.

Evocat etiam MSS. Berſmanni. Burm.

629. *Curſus diurnos.*] *Currus* probe Bernegger. & quartus Mediceus. Currus ſolares intelligit. Heinsius.

630. *Cunctis praeſtans.*] *Cunctos* Florentinus S. Marci, Bernegger. & tres alii. optime, totidem *cuſtos* proxime verum, pro, *cunctos.* Statius Theb. IV. 207.

Argolidasque habitu praeſtabo maritas.

ita Cornelius Nepos, Val. Maximus, Quintilianus, alii ſaepe. Servius ad lib. XI. Aen. 438. *Et praeſto illum, hoc eſt melior ſum illo, & praeſto illi dicimus.* Heins. *Ingenti corpore major* Junii. *membris & corpore praeſtans* MSS. Berſmanni. *cunctos* vero rectum: Varro apud Nonium: *Non ſolum qui primus in alterutra re praeſtat alios, ſed etiam qui ſit ſecundus.* Hirt. lib. VIII. Bell. Gall. 6. *Bellovaci, qui belli gloria Gallos omnes Belgaſque praeſtabant.* ubi vid. Voſſii & Daviſii notas. Gellius Noct. Att. XIII. c. IV. *ingenio hi ac doctrina ceteros praeſtabant.* Idem lib. XIX. cap. XII. *Omnis memoriae*

Japetionides Atlas fuit. ultima tellus
Rege ſub hoc, & pontus erat, qui Solis anhelis
Aequora ſubdit equis, & feſſos excipit axes.
Mille greges illi, totidemque armenta per herbas
Errabant: & humum vicinia nulla premebant.
Arboreae frondes, auro radiante virentes,
Ex auro ramos, ex auro poma tegebant.
Hoſpes, ait Perſeus illi, ſeu gloria tangit
Te generis magni: generis mihi Juppiter auctor:
Sive es mirator rerum, mirabere noſtras.
Hoſpitium requiemque peto. memor ille vetuſtae
Sortis erat: (Themis hanc dederat Parnaſia ſortem)
Tempus, Atla, veniet, tua quo ſpoliabitur auro
Arbor: & hunc praedae titulum Jove natus habebit.

Id

noſtrae univerſos gravitate atque copia, & elegantia vocum longe praeſtitit. Livius lib. III. 61. *Agite Juvenes, praeſtate virtute peditem, ut honore atque ordine praeſtatis.* Macrobius Saturn. I. cap. 24. *Ne Servio, qui priſcos, ut mea fert opinio, praeceptores doctrina praeſtat, in excuſandis talibus quaeratur injuria.* Vid. Barth. XI. od. 3. BURM.

631. *Japetionides.*] Recte. nam Promethei & Epimethei fratrem facit Atlantem Euſebius in Chronico: *Idem Atlas frater Promethei praecipuus aſtrologus fuit, qui ob eruditionem diſciplinae etiam coelum ſuſtinere dictus eſt. Euripides autem montem eſſe altiſſimum adfirmat, qui & Atlas vocatur.* Quaſi id neſciremus, niſi Euripides nos docuiſſet. HEINS. *Japetioniades* duo Leidenſes & ſex alii.

633. *Excipit axes.*] *Accipit* Regius, Cantab. Leidenſis & quinque alii & MS. Berſman. *ſuſcipit* Thuaneus & alii quatuor. Unus etiam *flexos*. Unde Heinſius *devexos* olim conjiciebat. ut lib. VI. 697. & VIII. 330.

635. *Vicinia nulla premebat.*] *Premebant* recte Florentinus S. Marci, & prior Erfurtanus, cum uno meo. vide Notas Faſt. III. vſ. 181. HEINS.

636. *Nitentes.*] *Micantes* Palatinus & Moreti, & Francof. pro varia lectione. ſed utraque haec lectio eſt gloſſatoris. vera eſt quam habet Bononienſis, *virentes*. quae eruditior, quam ut rudi librario in mentem veniret; & judicium elegantiſſimum Poëtae indicat, qui utitur verbo frondibus & metallo ſimul apto, nos de eo verbo jam egimus ad Petron. cap. LV. vide & inf. lib. X. 647. & praeterea hic locus contra Salmaſium facit, qui Exerc. Plin. p. 207. aurea quidem mala Heſperidum fuiſſe ex fabulis dicit, ſed non arbores aureas, cum & rami & frondes aureas Noſter faciat. de ſitu vero hortorum diſputat idem pag. 264. quos aliqui ad Berenicem ſtatuunt. In Aethiopia Schol. Stat. lib. II. Theb. 280. & de pomis pag. 671. copioſiſſime idem Salmaſius diſquirit. per mala vero oves rufam lanam habentes intelligit Servius ad Virg. IV. 483. BURM.

637. *Ex auro poma tegebant.*] Tortellius in Heſperidibus, hunc verſum adducens, *tegebant* legit, non *ferebant*. & ita credendum eſt ſuum codicem habuiſſe, neque aliter recte legi poteſt: quid enim inſulſius, quam dicere ramos & poma a frondibus ferri, cum frondes & poma ferantur a ramis. CONST. FAN. Magis pro mente Poëtae & elegantia, quod alii, *Ex auro ramos; ex auro poma gerebant.* DAN. HEINS. *Tegebant* meliores. & recte. perperam alii, *ferebant* vel *gerebant*. pro *nitentes* unus Moreti *micantes*. Gronovius etiam cap. XV. Diatribes Statianae *tegebant* adſtruxit, ſed ſic, ut diſtinguat poſt τὸ *nitentes*, & ramos aureos a pomis aureis ſua copia fuiſſe tectos intelligat, ſed in Elench. Antidiatribes p. 74. mutavit ſententiam. HEINSIUS.

638. *Gloria.*] Gronovianus, *gratia*, ut ſolent hae voces confundi. ita & mox vſ 648. gloriam refert ad magnitudinem rerum geſtarum, non ad generis nobilitatem. ita ut hic *gratia* generis poſſet recipi, quae efficeret, ut Perſeus obtineret. & vſ. 653. refert, *quoniam parvi tibi gratia noſtra eſt*, ubi etiam *gloria* alii. & ſic paſſim. BURM.

645. *Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Atlas Montibus.*] Emenda, ac corrige, ex fide & auctoritate unius mei, *Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Atlas Moenibus*. Hoc multo eſt facilius factu. Ideoque *Montibus* ſuſtulimus. De Atlante haec ſcitu digna prodidit, & collegit Iſidorus lib. XIV. cap. VIII. *Atlas Promethei frater fuit, & Rex Africae; à quo Aſtrologiae artem primum dicunt excogitatam. Ideoque dictus eſt ſuſtinuiſſe caelum: Ob eruditionem igitur eius diſciplinae, & ſcientiam caeli nomen eius montis Africae derivatum eſt, qui nunc Atlas cognominatur, qui propter altitudinem ſuam, quaſi caeli machinam, atque aſtra ſuſtentare videtur.* Refert

Id metuens, ſolidis pomaria clauſerat Atlas
Moenibus, & vaſto dederat ſervanda draconi:
Arcebatque ſuis externos finibus omnes.
Huic quoque, Vade procul, ne longè gloria rerum,
Quas mentiris, ait, longè tibi Juppiter abſit.
Vimque minis addit: foribusque expellere tentat
Cunctantem, & placidis miſcentem fortia dictis.
Viribus inferior, (quis enim par eſſet Atlanti
Viribus?) At quoniam parvi tibi gratia noſtra eſt;
Accipe munus, ait. laevàque à parte Meduſae
Ipſe retroverſus ſqualentia prodidit ora.
Quantus erat, mons factus Atlas. jam barba comaeque
In ſilvas abeunt: juga ſunt humerique manusque.
Quod caput ante fuit, ſummo eſt in monte cacumen.

Oſſa.

fert idem Iſidorus Atlantem Aſtrologiam inveniſſe anno mundi ∞ ∞ ∞ DC. LXXXIX. Tribuit & Atlanti Aſtronomiae inventionem Arnobius lib. II. adverſus Gentes; ſed num ejus diſciplinae inventor extiterit Atlas, an Theutis Aegyptius, ibidem dubitat. Ciofan. *Moenibus* tertius Mediceus, uterque Erfurtanus, veterrimum fragmentum Amſtelaedamenſe, & octo aut decem alii. quod praeſtat. hinc *moenire* pro munire Columella lib. XI. c. 3. de *muniendis portis.* pro *clauſerat* Mediceus chartaceus ex veterrimo deſcriptus, *carpſerat.* Forte, *ſepſerat.* Columella lib. I. cap. VI. *Pomaria quoque & hortos oportet ſepto circumdari.* Apulejus Met. IV. *ripae fluvialis marginem video denſis arboribus ſeptam*, & Met. V. *Septus cuſtodia carceris* Heins. Cl. Heinſius praefert *moenibus*; ſed *molibus* legi debere innuit verſ. 772.

Solidae ſeptum munimine molis.

Schepperus. Apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. Recipio facile Heinſii emendationem tot MSS. firmatam, ſed *moenia* hic non pro ſepto aliquo aut muro capio, ſed ipſos montes, qui munimen praeſtabant, *moenia* dici credo: nam ut paſſim *arces* vocantur altiſſimorum montium vertices, ita perpetuum jugum & ſeries montium *moenia* a Poëtis recte dici poſſunt. ſic Manilius lib. IV. 673.

In coelum ſurgentis moenia Tauri.

Et apud eundem lib. II. 771.

Ac veluti in nudis cum ſurgunt moenibus urbes.

Ubi codex Sluſii *montibus*, quod videtur librarius ex ſequenti verſu, ubi *colles* memorantur, effinxiſſe; ſed ſine dubio Manilius *moenia* pro montibus dixit. eadem harum vocum confuſio apud Virgil. XI. Æn. 567.

Non illum tectis ullae, non moenibus urbes
Accepere.

Ubi etiam *montibus* male codices aliqui: & apud Stat. I. Achil. 471.

Septemque Ajax umbone coruſcet
Armenti reges, atque aequum montibus orbem.

Ubi Gronovius ex ſuis libris, *moenibus* reponit; ſed ubi praeterea *ſepteno* reſcribendum ex Codicibus ſcriptis, & hoc quoque loco *molibus* reſcribi poſſe ex vſ. 772. olim adnotaverat Heinſius. *Montes* Pontanus hic altos aggeres & vallum ὑπερβολικῶς capit. *moenia* porro pro omni genere operum & aedificiorum publicorum poni multis docuit Salmaſius ad Lampridii Commod. 17. Burmannus.

646. *Vaſto dederat ſervanda draconi.*] Hunc Apollonius IV. Argon. 1396. *Ladonem* appellat, quem Piſander terra, Heſiodus Typhone genitum dicit, Pherecydes Typhonis & Echidnae filium facit, ac centum habentem capita & voces totidem, teſtis Apollonii enarrator, qui ex Agroetae opinione in tertio Libycorum Draconem paſtoris nomen fuiſſe ait, propter immanſuetudinem ac feritatem ita nuncupati. Const. Fan. Heraclitus de Incredibilibus cap. XX. dicit fuiſſe hominem, *Draconem* nomine, qui arborum cultu ſibi multum auri congeſſerat, & qui a mulieribus formoſis devinctus amatoriis illecebris ſervus & hortorum cuſtos factus eſt. *Dederat ſervare* Fragment. Theatin. familiari locutione Poëtis. ita *dat corpora jungi*, Val. Flac. II. 323. ubi plura dicemus. Burm.

648. *Huic quoque.*] *Hinc* multi codices, & ita edidit Berſmannus.

648. *Ne longe.*] *Neu longe* Leidenſis.

650. *Manibuſque expellere tentat.*] *Foribuſque* ſchedae vetuſtiſſimae Theatinorum Romae, & primus Bononienſis. mox, *par eſſet Atlanti Viribus*, non *Atlantis* quinque ſcripti. Heinsius.

653. *Gratia noſtra eſt.*] In Dominicano, *Gloria.* Ciofan. *Noſtri eſt* multi codices, ut lib. VI. 440. *ſi gratia, dixit, ulla mei eſt.*

655. *Protulit ora.*] *Prodidit* fragmentum Amſtelae-

Ossa lapis fiunt. tum partes auctus in omnes
Crevit in immensum, (sic Dî statuistis) & omne
Cum tot sideribus coelum requievit in illo.

Fab. XIX. Argumentum.

Virgae subjectae Gorgonis capiti [a] in curalium.

Perseus per Aethiopiam iter faciens, postquam [b] *Andromedam propter superbiam matris, quae se* [c] *Nympharum pulchritudini praetulerat, saxo adligatam, ac marinae belluae objectam vidit, captus specie ejus exarsit. Pactusque à Cepheo & Cassiopia parentibus virginis, ut sibi matrimonio* [d] *eam cederent, si belluam* [e] *interemisset,* [f] *voti compos factus est. Interfecto igitur monstro,* [g] *cupiens requiescere, ne caput Gorgonis laederet,*

stelaedamense optimae notae. Adi Notas Fastor. vs. 508. Heinsius. Vide ad Valer. Flac. viii. 16. *squallentiaque extulit ora* primus Gronov. *squallentia porrigit* Vossianus.

656. *Mons factus.*] *Mons tantus* Bernegg. & unus Heins.

656. *Nam barba comaeque.*] *Jam* ex quatuor scriptis. Heinsius.

659. *Tum partes altus in omnes.*] In uno meo, *Tum partes celsus in omnes.* Alii male legunt, *Tum partes actus.* Ciofanus. Alii, *actus.* nonnulli, *auctus.* quod verum esse existimo. mox *requiescit* pro *requievit* Bernegger. & septem alii. Heins. Eadem varietas in illo versu Remed. 88. *Nunc stat in immensum viribus aucta suis.* ubi vide.

661. *Et omne Cum tot sideribus coelum requievit in illo.*] *Omne*, pro toto, ait Regius, frequenter à poëtis ponitur. Quasi vero eo verbo ita non utantur, qui soluta oratione scripserunt. Cicero in Orat. de Provinciis Consul. *Exercitus omnis interiit.* Et multis aliis in locis. Sic Caesar quoque initio lib. i. De bello Gallico: *Gallia est omnis divisa in partes tres.* Idem lib. i. De Bell. Civ. *Atque omnem Italiam metu liberare possent.* Tacitus lib. xviii. *Ante idus Jul. Syria omnis in eodem sacramento fuit.* Et Sallustius in fine de bello Jugurth. *Quo metu Italia omnis contremuerat.* Ex quo apparet, Regium falli, & *Omne* pro toto elegantissime etiam poni. Ciof.

[a] *In curalium.*] *In curalium lapidem.* Parmensis.

[b] *Andromedam.*] *Andromedan* MS. cum heic, tum & fab. i. Lib. v. Muncker. *Andromedem* Colon.

[c] *Nympharum.*] Sic & Venet. & Micyll. Addit Raen. *Nereidum.* Hyg. Astron. ii. 10. *Ut gloriata sit se formâ Nereïdas praestare.* Munck.

[d] *Eam cederent.*] *Eam darent* Parm. Lugd. Micyll. Raener. Heins. *eam* deest Colon.

[e] *Interemisset.*] *Interimeret* Colon. & mox *interempto.*

[f] *Voti compos.*] Haec à Raenerio est lectio. Micyll & Venet. *Votique compos.* MS. *voti itaque.* Vide quae dicta sunt ad fab. 7. Lib. i. Munck. *Votique* Parm. Lugd. Micyll. cum Raenerio facit Colon.

[g] *Cupiens.*] *Cum requiescere cuperet & ne* Colon.

[h] *Virgulas.*] *Virgultas* Micyll. Communius *virgulta* dicuntur. sed in codice Langerman. apud Columel. ii. 18. *per autumnum exstirpemus rubos, virgultas, juncos*, &c. Vulgo, *virgulta.* adjective usurpasse Sallustium & *virgultam vallem*, pro virgultosa dixisse, notat Servius ad Virg. iii. Aeneïd. 516. & ad ejus imitationem Silius lib. xii. 354. Burm.

[i] *Et hae subter induruerunt.*] Sic recte Micyllus. Perperam MS. & Venet. *& hae superinduruerunt.* Mallem praeterea, *at hae*, &c. Munck. *Et haec superinduruerunt* Parm. Lugd. *quae induruerunt.* Raener. Heins. *quae superduruerunt in lapidem quendam, qui corulus dicitur, nec non & Nymphae similiter virgas subjicientes, idem miraculum sibi contingere gaudebant. Medusa Gorgo*, &c. Colon.

[k] *In mari.*] *Mari ut arbusculas* Parm. Lugd. *mari* Micyll.

[l] *Curalium.*] *Coralium* Parm. Lugd. Micyll. & reliquae.

602. *Clauserat Hippotades.*] Aeolus Hippotae nepos. nam Aeolus Jovis fuit filius ex Acesta Hippotae Trojani filia. is idcirco rex ventorum esse perhibetur, quod, ut scribit Varro, cum apud novem Siciliae insulas, Italiae propinquas, Iliacis temporibus regnaret, ex consurgentibus nebulis ita futuros ventos praedicebat, ut in sua potestate eos a rudibus habere crederetur. Plinius autem ipsum ventorum rationem invenisse scribit. Regius. Apollonius Hippotae filium facit Aeolum lib. 4. his verbis vers. 777. Ἀτὰρ τρίτον εἰσαφίκανεν Αἴολον Ἱππότεω παῖδα κλυτὸν, &c. & vers. 765. Αἴολον ὃς ἀνέμοις αἰθρηγενέεσσιν ἀνάσσει. sed de hoc infra pluribus agemus. Micyll.

662. *Æterno carcere ventos.*] Quare dicatur carcer

ret, [h] *virgulas lectas in litore subjecit.* [i] *Et hae subter indurverunt, ita ut adeptis radicibus, sanguinei coloris* [k] *in mari ut arbusculae nascerentur, quae nomen haberent* [l] *curalium.*

CLauserat Hippotades aeterno carcere ventos:
Admonitorque operum coelo clarissimus alto
Lucifer ortus erat. pennis ligat ille resumtis
Parte ab utràque pedes; teloque adcingitur unco:
Et liquidum motis talaribus aëra findit.
Gentibus innumeris circumque infraque relictis,
Aethiopum populos, Cepheïa, conspicit, arva.
Illic immeritam maternae pendere linguae
Andromedan poenas immitis jusserat Ammon.

Quam

cer *aeternus*, ex quo venti frequenter emittantur, non video. Censeo igitur scribendum, *terreno carcere.* certe unus Leidensis, *externo.* Tempus nocturnum describit, quo venti plerumque silent. *terreno* pro subterraneo. familiaris ea vox Nasoni. sic lib. VII. 107. *terrena silices fornace soluti.* & ibidem 248. *terrena numina.* & lib. XV. 273. *terreno Lycus est epotus hiatu.* & libro I. 68. *terrena faex.* quomodo & *terreni artus* Virgilio lib. VI. vs. 732. &, quod ad rem potissimum facit, libro XI. 849.

——— *fuit ingens monte sub alto*
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum. Heins.

Variis conjecturis olim tentavit hunc locum Heinsius; nam & *Tyrrheno* etiam rescribi volebat, & *alterno* (quae voces saepissime commutatae sunt, ut I Fast. 132. & alibi) & *nocturno*, sed in nulla acquievit. certe *terrenum* carcerem vix probare possum, qui nisi firmiori materia fuisset, non facile violentos ventos cohibuisset. *aeternos* erat in Juniano. nocturnum vero hic tempus describi non puto; illo enim quieverat Perseus, & venti emissi fuerant, quos sub auroram oriente Lucifero claudit Aeolus carcere. Mihi hic nihil certi apparet. nec *aeternus* etiam carcer placet. ut nec Pontano placuit, qui tamen non expedit. ideoque haec felicioribus ingeniis relinquo. Burm.

663. *Clarissimus.*] Palatinus, *nitidissimus*, ut lib. I. Trist. 3.

Caelo nitidissimus alto,
Stella gravis nobis Lucifer ortus orat. Heins.

667. *Circumque infraque relictis.*] Cantabr. & quatuor alii, *circaque*, Oxon. *citraque.* Forte *citraque ultraque.* ut lib. V. 186.

Dextera diriguit, nec citra mota nec ultra. Heins.

668. *Aethiopum.*] Cepheum alii Phoenicis filium, alii Beli faciunt. de Belo Cephei patre testis Euripides laudatur ab Apollodoro, de Phoenice idem Euripides ab Hygino in Astronomicis. cui & Hesiodus subscribit apud Scholiasten Apollonii Rhodii. *Aethiopum regem Cepheum* facit ex Euripide Scholiastes Germanici. alii volunt in Joppe Phoenices regnasse, ut mox videbimus. apud Propertium *Cephena Meroë.* Heins.

668. *Cepheaque conspicit arva.*] Prim. Vatic. Oxon. Thuan. & duo alii, *Cepheïa.* eleganter. sic lib. XIV. 48. ex antiquis libris,

Rhegion ingreditur, ferventes aestibus undas.

Cum Rhegion non sit unda, sed urbs undae apposita. mox *Andromedam* meliores. de quo alibi dictum. Idem. Recte Heinsius. ita & lib. III. 19. *Vada Cephisi, Panopes evaserat arva.* ut multi scripti. III. Am. X. 20. *Cretes, nutrito terra superba Jove.* ubi vide. nec movere quemquam debet, quod *populos* dicat per appositionem *arva.* Sic etiam apud Juvenal. Sat. XIV. 240.

Dilexit Thebas, si Graecia vera, Menoeceus,
In quorum sulcis legiones dentibus anguis
Cum clypeis nascantur.

Debuisset dicere ex communi usu *quarum.* sed *Thebas* pro Thebanis capiendum. ut & illud Salustii Jugurt. 66. *Vaccenses, quo Metellus praesidium imposuerat.* & talis appositio, sive potius ἀλλοιώσις familiaris poëtis est. similis est illa locutio lib. III. Metam. 880.

Vos ne acrior aetas,
O juvenes.

Et lib. XV. 829.

Quid tibi Barbariem, gentes ab utroque jacentes
Oceano, numerem.

Pont. I. II. 77.

Nec vacat in qua sint positi regione Tomitae
Quaerere, finitimo vix loca nota Getae.

Claudian. I. in Eutr. 428. ex Heinsii sententia:

Auroram sane, quae talia ferre
Gaudeat, assuetas sceptris muliebribus urbes.

Vide similia ad Vellej. II. 15. & 40. ubi gentes, & earum sedes vel terras promiscue saepe sumi docuimus. Graecis id familiare ostendit Munckerus ad Anton. Liber. cap. XXXVII. Burm.

670. *Injustus jusserat Hammon.*] *Immitis Hammon.*

Quam ſimul ad duras religatam brachia cautes
Vidit Abantiades; niſi quod levis aura capillos
Moverat; & trepido manabant lumina fletu;
Marmoreum ratus eſſet opus. trahit inſcius ignes:
Et ſtupet: & viſae correptus imagine formae,
Pene ſuas quatere eſt oblitus in aëre pennas.
Ut ſtetit, O, dixit, non iſtis digna catenis,
Sed quibus inter ſe cupidi jungantur amantes;
Pande requirenti nomen terraeque tuumque;
Et cur vincla geras. primò ſilet illa: nec audet
Adpellare virum virgo: manibusque modeſtos
Celaſſet vultus; ſi non religata fuiſſet.
Lumina, quod potuit, lacrimis implevit obortis.
Saepius inſtanti, ſua ne delicta fateri

Nolle

mon tres ſcripti, & pro diverſa lectione Graevianus. unus Leidenſis, *immites.* HEINS.

671. *Ad duras religatam brachia cautes.*] Infra, *quam dura ad ſaxa revinctam.* Cic. actione II. lib. IV. in Verrem: *Qui ad ſtatuam adſtrictus eſt.* CIOFANUS.

671. *Ad duras religatam brachia cautes.*] Andromedae vincula Joppen oppidum Phoenices diu oſtentaſſe in caute quadam Plinius & Solinus produnt: illic quoque Andromedam à Perſeo liberatam Strabo creditum nonnullis aſſeverat. Joppen ſive Jopen Cephei regiam ad haec Conon apud Photium & Pomponius Mela faciunt. Ita ab uxore Cephei denominatam Æoli filiam vult Stephanus Byzantinus, quae aliis eſt Caſſiopea. Duplex igitur opinio veterum de Cepheo, dum alii in Aethiopia, alii in Phoenice regnaſſe eum volunt. unde & Cephenes tam Aethiopes quam Chaldaei a Cepheo antiquitus dicti. HEINS.

673. *Tepido fletu.*] *Trepido* Neap. ſecundus Mediceus, prim. Erfurt. multique alii. recte, *trepido.* ut appareret eſſe vivam. HEINS.

675. *Eximiae correptus imagine formae.*] Ita legendum ex opt. quibuſque libris. CIOF. Male. vid. ſupr. lib. III. 611. *exiguae* multi ſcripti.

675. *Correptus.*] *Miratus* Thuani codex. forte, *remoratus.* Sup. 137.

Sed poſtquam remorata ſuos cognovit amores.
lib. VI. 491. ex MS.

& ignes
Ipſe ſuos nutrit, cura remorante ſoporem.
lib. X. 671.

Et rurſus pomi jactu remorata ſecundi. HEINS.

676. *Pene ſuas.*] *Pene leves* Neapolitanus. *in aëra* etiam Oxon. & ſex alii. vid. II. Met. 165.

678. *Junguntur*] Malebat Heinſius, *jungantur*, cui accedo.

679. *Terraeque.*] Plurimi, *patriaeque*, ut & mox 685. *nomen patriaeque ſuumque.* ita III. 580.

Ede tuum nomen, nomenque parentum,
Et patriam

ubi nonnulli etiam, *patriae:* ſed nihil opus. lib. V. 651.

Cauſſamque viae, nomenque rogatus,
Et Patriam

& ita paſſim, *Qui & unde* rogabant. BURM.

680. *Geras.*] *Teras* unus Bononienſis.

680. *Silet illa, nec audet Appellare virum.*] Lege, *Stupet illa.* Hoc enim modo legitur in uno meo, & uno Caeleſt. Quod omnino melius, & ſignificantius eſt. CIOF. *Stupet illa* primus & ſecundus Palat. aliique multi melioris notae. *Appellare virum* an recte dicatur, quae reſpondet appellanti, dubito. Quare, ſi per membranas liceat, reponam, *Aſpectare*, quod ſequentia confirmant. ſic lib. XIV. 844. ex antiquis membranis, *caelum aſpectaſſe fatebor.* HEINS. Infra 782. ex MS. etiam *formam adſpectaſſe Meduſae.* & II. 710. *deſpectabat humum. compellare* quatuor codices.

682. *Celaſſet.*] *Celaret* Mediceus, ſed Boſchianus, *velaret* & ita MSS. Berſmanni. *velaſſet vultus* tertius Mediceus.

684 *Delicta.*] *Commiſſa* Gronovianus, quod elegantius. ſic Epiſt. XIV. 64.

Quo mihi commiſſo non licet eſſe piae?

Et alibi ſaepe.

687. *Et nondum.*] Puto, *at nondum*; vel, *en nondum* Heinſius.

688. *Bellua.*] De hac ſic Plinius lib. IX. cap. V. *Belluae, cui dicebatur expoſita fuiſſe Andromeda, oſſa Romae apportata ex oppido Judaeae Joppe oſtendit inter miracula in aedilitate ſua M. Scaurus longitudine pedum XL. altitudine coſtarum Indicos elephantes excedente, ſpinae craſſitudine ſeſquipedali.* Videndus eſt & Solinus cap. XXXVI. CIOFAN. Erraverit ergo Pomponius Mela, qui lib. I. c. II. Joppenſes

Nolle videretur, nomen terraeque ſuumque,
Quantaque maternae fuerit fiducia formae,
Indicat. &, nondum memoratis omnibus, unda
Inſonuit: veniensque immenſo bellua ponto
Eminet: & latum ſub pectore poſſidet aequor.
Conclamat virgo: genitor lugubris, & amens
Mater adeſt; ambo miſeri, ſed juſtius illa.
Nec ſecum auxilium, ſed dignos tempore fletus,
Plangoremque ferunt: vinctoque in corpore adhaerent:
Cum ſic hoſpes ait. Lacrimarum longa manere
Tempora vos poterunt: ad opem brevis hora ferendam eſt;
Hanc ego ſi peterem Perſeus Jove natus, & illâ,
Quam clauſam implevit fecundo Juppiter auro,
Gorgonis anguicomae Perſeus ſuperator, & alis

Aethe-

pentes adhuc ſuo tempore, *belluae marrinae oſſa immania oſtentare* ſcribit. cum jam Romam translata eſſent.

689. *Imminet.*] Imo cum Palatino, *veniensque immenſo bellua ponto Eminet: & latum ſub pectore poſſidet aequor.* Dan. Heinsius.. *Eminet* cum melioribus. Manil. lib. v. 581. in hac fabula:

Caput eminet undas
Scindentis, pelaguſque movet.

Contra *eminere* pro *imminere* male ſcribitur apud Statium Theb. IV. 529. *major ſupereminet ordo.* ubi recte MS. Behotii & Tiliobr. *ſuperimminet.* Heins.

690. *Latum.*] *Largum ſ. p. perſonat* unus Leidenſis. *lato* Baſil. *deprimit aequor* etiam Bonon.

690. *Et una mater adeſt.*] *Et amens* primus Baſil. & quatuor alii. rectius. hoc eſt conſternata ſine mente. Faſt. IV. 555.

Excutitur ſomno ſtultae pia mater, & amens,
Quid facis? exclamat.

Stat. XI. Theb. 315.

At genetrix primam funeſtae ſortis, ut amens,
Expavit famam. Heinsius.

Supr. III. 334. & alibi.

692. *Dignos tempore.*] In eodem meo, *ſed dignos pectore fletus.* Ciofanus. Nihil muto: *tempus* ſaepe pro calamitoſo tempore ponitur. vide Manut. ad Cicer. IV. ad Fam. 6. & Clar. Graev. ad Orat. pro Archia c. 6. Noſter eleganter hoc exprimit lib. VI. Faſt. 444.

Non eſt auxilium flere, Metellus ait:

Vid. inf. VI. 611. Burmannus.

693. *Vinctoque.*] *Junctoque* Cantab. & tres alii. *junctique* Lovan. pro var. lect.

694. *Tum ſic.*] *Cum* ſcripti. paulo ante malim pro, *ſed dignos fletus,*

Nec ſecum auxilium, niſi dignos tempore fletus,
Plangoremque ferunt.

ſed obſtant codices. Heins.

694. *Longa manere.*] *Tenere* Menardi codex. ego nihil muto. expreſſit hoc Senec. Agam. 659.

Cohibete lacrimas, omne queis tempus patet.

ut Heinſius corrigit. Vid. Gronovii notas.

695. *Ad opem brevis hora ferendam.*] *Ferenda* veteres plerique. Scribe,

—— *at opi brevis hora ferendae eſt.*

Adi Notas Faſt. III. vſ. 241. Heins. Vide ad lib. IX. 683. & X. 643.

697. *Quam clauſam implevit foecundo Jupiter auro.*] *Quam quondam* nonnulli. Puto, *Quam luſam.* ut libro VI. 113.

Aureus ut Danaen, Aſopida luſerit igneus.

& paulo poſt ibidem de Apolline, *ut paſtor Macareïda luſerit Iſſen.* Amor. l. I. Eleg. X.

Qualis erat Lede, quam plumis abditus albis,
Callidus in falſa luſit adulter ave.

Epiſtola XVII. 45.

Matris in admiſſo falsâ ſub imagine luſae
Error ineſt. plumâ tectus adulter erat.

libro VIII. Met. 122.

Nec Jove tu natus, nec mater imagine tauri
Luſa tua eſt.

Prudentius libro I. contra Symmach.

At ſi Rhea ſacram laſcivi Martis amore
Luſa pudicitiam fluviali amiſit in ulva.

vulgatum *clauſa* ſic abſolute poſitum neſcio an ſatis ſit Latinum. ut *turri* ſubintelligatur. Heinsius. Non temere mutem, nam ſi ſimpliciter *clauſit* potuerit dicere lib. II. Art. 23.

Daedalus ut clauſit conceptum crimine matris.

Cur non *clauſa* Danaë poſſet dici? immo ipſe Ovidius *clauſam* dicit lib. III. Art. 415.

Quis Danaën noſſet, ſi ſemper clauſa fuiſſet.

Burmannus.

698. *Anguicomae*] *Anguigenae* Unus Gronov. & pr. Baſil.

Aetheriis auſus jactatis ire per auras;
Praeferrer cunctis certe gener. addere tantis
Dotibus & meritum (faveant modo numina) tento.
Ut mea ſit, ſervata meâ virtute, paciſcor.
Accipiunt legem, (quis enim dubitaret?) & orant,
Promittuntque ſuper regnum dotale, parentes.
Ecce velut navis, praefixo concita roſtro,
Sulcat aquas, juvenum ſudantibus acta lacertis;
Sic fera, dimotis impulſu pectoris undis,
Tantum aberat ſcopulis, quantum Balearica torto
Funda poteſt plumbo medii tranſmittere coeli:
Cum ſubito juvenis, pedibus tellure repulsâ,
Arduus in nubes abiit. ut in aequore ſummo
Umbra viri viſa eſt, viſam fera ſaevit in umbram.
Utque Jovis praepes, vacuo cum vidit in arvo
Praebentem Phoebo liventia terga draconem,
Occupat averſum: neu ſaeva retorqueat ora;
Squamigeris avidos figit cervicibus ungues.
Sic celeri fiſſum praeceps per inane volatu
Terga ferae preſſit: dextroque frementis in armo

Inachi-

703. *Accipiunt legem.*] Sic Lucilius lib. XXX.
Accipiunt leges, populus quibus legibus exlex.
CIOFAN. Terent. Andr. I. I. *accepit conditionem.* BERSMAN. Halieut. I.
Accepit mundus legem
Petron. cap. XXV. *Nec puellam ejus aetatis eſſe, ut muliebris patientiae legem poſſet accipere.* Manil. III. 4612.
Converſaque nomina legem
Accipiunt.
ubi Scaliger docet, *accipere legem* victos ſolere à victoribus. BURM.

703. *Quis enim.*] Heinſ. malebat, *quid enim dubitetur?*

708. *Balearica.*] Lib. II. vſ. 727. monuimus in nonnullis veterum *Balearia* legi. HEINS. *Tortum ſ. p. p. medio transmittere caelo* Neapol. Menardi & quatuor, niſi quod *medii caeli* nonnulli. *torti ſ. p. plumbi medio tr. caelo* unus. *dimittere* duo. *transcurrere* unus.

711. *Abiit, ut in*] *& in* plurimi ſcripti & editi. *abit hinc & in aeq.* MSS. Berſmanni.

712. *Utque levis, &c.*] Ex hac comparatione intelligi licet, inter aquilam, & draconem, ſive ſerpentem, naturale diſcidium eſſe, quam rem ſic litteris conſignavit graviſſimus auctor, Sophocles in Antigone: Καὶ σεφάναμμ πύργων πευκάενθ' ἥφαιστον ἑλεῖν. τοῖς ἀμφὶ νῶτ' ἐτάδη πάταγος ἄρεος ἀντιπάλῳ, δυσχείρωμα δράκοντι. CIOFANUS.

714. *Liventia.*] *Lucentia* Urbinas & ſeptem alii. *colla* duo libri.

715. *Adverſum.*] Imo, *averſum*, ut recte praeſtantiores membranae. HEINS.

717. *Sic celeri miſſus praeceps per inane volatu.*] *Praepes miſſo* Cantabrig. *miſſo* etiam in multis melioris notae. *praepes miſſus* nonnulli. *praeceps miſſum* optimus Thuaneus. Scribe,
Sic celeri praepes fiſſum per inane volatu.
Germanicus Caeſar de Perſeo,
——— *properare videtur,*
Et velle aligeris purum aethera findere pennis.
quae ibi vera lectio. Noſter ipſe paulo ante vſ. 666. de eodem Perſeo,
Et liquidum motis talaribus aëra findit.
Statius Theb. XI. 255.
Nunc pede torvus humum, nunc cornibus aëra findit.
aëra diſco findere idem Hercule Surrentino & Epicedio patris. *ſectae talaribus aurae* Propertio l. II. Eleg. XXX. *Praepes* Perſeus & Lucano dicitur lib. IX. 662. & 668. & ita *praepes victoria* apud Cn. Mattium VII. Iliados:
Dum det vincenti praepes victoria pennas.
De ſignificatione verbi pluribus diſputat A. Gellius Noct. Attic. lib. VI. cap. VII. HEINS. *Celer immiſſo* Cantabr. *celer immiſſus* Leidenſ. *magnum praepes per* alius Leidenſis & Gronov. *ſummiſſus celeri* Bonon. *praeceps* etiam Leidenſis tertius. Certe

Inachides ferrum curvo tenus abdidit hamo.
Vulnere laesa gravi modo se sublimis in auras
Attollit: modo subdit aquis: modo more ferocis
Versat apri, quem turba canum circumsona terret.
Ille avidos morsus velocibus effugit alis:
Quàque patent, nunc terga cavis super obsita conchis,
Nunc laterum costas, nunc quâ tenuissima cauda
Desinit in piscem, falcato verberat ense.
Bellua poeniceo mixtos cum sanguine fluctus
Ore vomit. maduere graves adspergine pennae.
Nec bibulis ultra Perseus talaribus ausus
Credere, conspexit scopulum: qui vertice summo
Stantibus exit aquis; operitur ab aequore moto.
Nixus eo, rupisque tenens juga prima sinistrâ,
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Litora cum plausu clamor superasque Deorum
Implevere domos. gaudent, generumque salutant,
Auxiliumque, domûs servatoremque fatentur
Cassiope, Cepheusque pater. resoluta catenis
Incedit virgo, pretiumque & caussa laboris.

Ipse

te *praeceps* non facile mutarem, cum modo *praepes* praecesserit; licet & *praepes* vocetur Pegasus lib. v. 257. ita & *praeceps* & *praepes* in MSS. commutantur apud Claudian. 1. Rapt. 232. *magnum praeceps per inane* Gronovian. Burm.

721. *Subdit.*] *Mergit* Thuan.

724. *Quaque patent.*] In quibusdam, *quaque patet.* Naugerus. *Patet* meliores magno numero. quod elegantius. sic supra de scopulo, *Summa riget.* Vide Notas Fastor. lib. v. vs. 382. Heins.

726. *In piscem.*] Et hic Heinsius malebat, *in pristem.* vid. ad lib. II. 13.

726. *Falcato ense.*] Ita Harpen vocat hic, & lib. I. 717. imitatione Virgilii lib. VII. 732. *Falcati cominus enses.* ubi corruptus Servius. *Falcatus autem ensis est Harpe, qua usus est.* Lucanus *Harpen alternis monstri jam caede rubentem.* Lege ex codice, quem Heinsius contulit, *qua usus est Perseus. Lucanus*, &c. Idem ad lib. IX. 505. *Harpen, id est curvum gladium, in modum falcis a Perseo inventam multi dixerunt.* Burm.

726. *Vulnerat ense.*] Neap. Cantabr. secundus Mediceus, Spirensis, prior Erfurt. & quatuor alii, *verberat.* eleganter & probe. Sic apud Lactantium libro primo de Falsa Religione. *nam dolore injuriae concitatus Idas alterum gladio transverberat.* pro, *desinit in piscem* Gronovius noster arbitrabatur rectius fore in *pristin*, eamque vocem compluribus Poëtis esse reddendam censebat Observationum secundae curae lib. I. c. 17. Heins. *Verberat* etiam Francofurtensis. & eadem varietas II. Pont. VII. 41.

Sic ego continuo Fortunae vulneror ictu.

ubi *verberor* alii codices. & apud Virgil. VIII. 582.

Gravior ne nuntius aures
Vulneret

etiam nonnulli, *verberet.* Burm.

728. *Graves.*] *Leves* Bonon.

730. *Conspexit.*] *Conscendit* unus Leidensis.

731. *Exstat aquis.*] *Exit* Mediceus. elegantius. vide ad lib. III. 78. mox multi codices, *Operitur ab aequore rapto*, quod non de nihilo est, licet norim *motum aequor* passim pro turbato & agitato poni. *summo* Gronovian. sed hoc praecessit. Burmannus.

732. *Nixus.*] *Tutus* Medic. unus. *nisus* alter & duo alii.

732. *Sinistrae.*] *Sinistra* ex scriptis. Heins.

734. *Litora cum plausu.*] In meo codice *cum plausu* legitur. neque (si consideres,) aliter est legendum. *clamor cum plausu implevere.* Syllepsis est. Constant. Fanens. Vid. ad lib. I. 320.

736. *Servatoremque.*] Perseum, qui Andromedae salutem attulerat. Illud insuper notandum, Perseum ex Andromeda, ut Herodotus scribit, suscepisse Alcaeum, Herculis avum, à quo ille Alcides dictus est. *Servatoremque:* De hoc verbo vide quae

Ipſe manus hauſtâ victrices abluit undâ:
Anguiferumque caput durâ ne laedat arenâ,
Mollit humum foliis: natasque ſub aequore virgas
Sternit, & imponit Phorcynidos ora Meduſae.
Virga recens, bibulâque etiamnum viva medullâ,
Vim rapuit monſtri, tactuque induruit hujus:
Percepitque novum ramis & fronde rigorem.
At pelagi Nymphae factum mirabile tentant
Pluribus in virgis, & idem contingere gaudent:
Seminaque ex illis iterant jactata per undas.
Nunc quoque curaliis eadem natura remanſit,
Duritiem tacto capiant ut ab aëre; quodque
Vimen in aequore erat, fiat ſuper aequora ſaxum.

FAB.

ſcripſi in obſervat. in lib. I. Triſt. eleg. II. CIOF. *Salvatoremque*, quidam ſcripti, quod recte barbarum cenſet Berſmannus, & Monachi manum ſapit. *formatoremque*. Thuan.

737. *Caſſiope.*] Quae & *Caſſiopeïa* dicitur. hujus ſane nominis tertia ſyllaba apud Graecos *e* littera ſcribitur, quamvis apud latinos *o* vocalem minus recte habeat. quae autem de Andromedae vinculis dicta ſunt apud Joppem, Palaeſtinae urbem, a quibuſdam ante diluvium, ut Mela narrat, geſta eſſe feruntur. REGIUS. Verba Melae ſunt lib. I. cap. II. *Eſt Joppe ante diluvium, ut ferunt, condita, ubi Cephea regnaſſe eo ſigno accolae affirmant, quod titulum ejus fratriſque Phinei veteres quaedam arae cum religione plurima retinent; quin etiam rei celebratae carminibus & fabulis, ſervatae a Perſeo Andromedae clarum veſtigium, belluae marinae oſſa immania oſtentat*, Sic & Strabo lib. XVI. εἶτα Ἰόππη, ἐνταῦθα δὲ μυθεύουσι τινες τὴν Ἀνδρομέδαν ἐκτεθῆναι τῷ κήτει. MICYLL.

740. *Durâ ne laedat arenâ.*] Secundus Medic. ſec. Pal. Neapol. prim. Hamburg. aliique nonnulli, *nudâ arenâ*. recte. ſic *nuda terra* paſſim & *nuda humus*. HEINS. Ego antiquam lectionem reduxi; quia melius reſpondere mihi τοῖς *laedere*, & *mollit* videtur.

742. *Sternit & imponit.*] Malebat Heinſius, *ſternit ut imponat*.

745. *Percepitque.*] *Praecepitque* Cantabrig. & ſex alii. *concepitque* Neapol. Urbinas & duo alii. *accepitque* Lovan. *in fronde* Leidenſes duo.

746. *Mirabile.*] *Memorabile* Cantabrig. ut ſupr. 614.

748. *Seminaque ex illis ut erant jactata per undas.*] Emendant, *iterant*, ut vetuſti plures habent codices, utque recta erit lectio, & quam non interpretari opus ſit, *ut erant*, pro ubi erant: conſtitiſſe fere id & Planudi videtur. σπέρμα τότε ἐξ ἐκείνων ἀναζωπυροῦσις ἐν τοῖς ὕδασι βίψασαι. MARIANG. ACCURS. In diatribis. In multis codicibus vetuſtis vere, *iterant jactata*, ut & alii jam monuerunt. id eſt denuo ſerunt. Apud Columellam *iterare & tertiare agros* identidem occurrit, pro ſecundo & tertio arare. amat id ipſum verbi Apulejus quoque. ut Metamorph. IV. *rurſum concito gradu recurrentes ſarcinas iterare*, hoc eſt de novo aſportare. Met. V. *Sed identidem admonuit, & ſaepe iteravit, ne quando de forma mariti quaerat.* perperam nunc illic circumfertur, *ſaepe terruit.* praeceſſerat eo ipſo libro: *ſe nunc maxime prorſus periiſſe iterans.* libro IX. *tacitos ſecum mugitus iterans.* HEINS. Vid. ad Epiſt. XVIII. 135.

748. *Ut erant.*] *Ut* pro *ubi* exponimus. CONSTANT. FAN.

749. *Nunc quoque coraliis eadem natura remanſit.*] Coralium multis in regionibus ajunt procreari. Teſtatur Solinus naſci in mari Liguſtico: Alii in Oceano: Alii vero in mari rubro. Solini verba haec ſunt: *Liguſticum mare frutices procreat, qui quantiſper fuerint in aquarum profundis, fluxi ſunt, tactu prope carnulento: deinde ubi in ſupera tolluntur, natalibus derogatis lapides fiunt. Nec ſolum qualitas illis, ſed color vertitur: nam puniceo protinus rubeſcunt. Ramuli ſunt quales arborum viſimus, ad ſemipedes frequentius longi. Rarum eſt pedaneos deprehendi: Excuduntur ex illis multa geſtamina. Habet enim, ut Zoroaſtres ait, materies haec quandam poteſtatem, ac propterea quidquid inde fit, habetur inter ſalutaria: Coralium alii dicunt*, &c. Hiſce poſtremis verbis Solinus videtur ambigere, Coralium ſit, nec ne. CIOFANUS. Non ignoro apud Graecos nonnullos Scriptores κωράλια occurrere per ω, vetuſtiores tamen κουράλια vel κουράλλα dicunt. ſic apud Periegeten, πάντη γὰρ λίθος ἐστὶν ἐρυθροῦ κουραλίοιο. recte igitur & hoc Naſonis loco optimus Florentinus S. Marci & Neapolitanus, *curaliis*. quomodo & Metamorph. XV. vſ. 415. in veterrimis membranis inveni. nec aliter in Gratio legendum, *& circa Melitenſia nectunt Curalia.* idque pervetuſta Plinii quoque ac Solini adſtruunt

Fab. XX. Argumentum.

Meduſæ crines in ſerpentes.

Meduſa [a] *Gorgo cum propter pulchritudinem à pluribus peteretur*, [b] *conjugium Neptuni effugere non potuit.* [c] *Quae quod in templo Minervae cum eo concubuit, propter religionem loci, quam* [d] *obtriverat, crines ejus in ſerpentes ab eadem* [e] *dea ſunt mutati, ut quae petita* [f] *initio à pluribus procis eſſet,* [g] *objecta deformitate obvios in fugam verteret.* [h] *Quos ſerpentes in aegide portat Pallas, ut hoſtes terreat.*

Dîs tribus ille focos totidem de ceſpite ponit;
Laevum Mercurio, dextrum tibi, bellica virgo;
Ara Jovis media eſt. mactatur vacca Minervae,

Ali-

ſtruunt exemplaria. Codex Urbinas, *Nunc quoque curallis.* etiam non male. Certe in periegeſi Priſcian. codices vetuſtos nunc *Curalium*, nunc *Curallum* exhibere adverti. In *coraliis* vel *corallis* prima corripitur, quomodo, *rubra coralla* Auſon. Moſell. 69. & apud Sidonium Apollinarem carmine XV. 110.

Lactea puniceo ſinuantur colla corallo,

& apud Feſtum Avienum Deſcriptione orbis;

Fulvo tamen invenere corallo
Pandere vivendi commercia.

Corallia habes apud Claudianum nuptiis Honorii 169.

Mergit ſe ſubito, vellitque corallia Doto.

Sic Scribo, ut & apud Nemeſianum: mox malo, *quaeque Vimen in aequore erant, fiant ſuper aequora ſaxum in.* Heins. Vid. in Membranis veteribus apud Barth. XXXVII. adv. 13. Coralium ab Ovidio producitur qui dicit,

Nunc quoque Coraliis eadem natura remanſit

A Claudiano corripitur,

Mergit ſe ſubita vellitque coralia Doto.

750. *Duritiem tacto capiant ut ab aëre.*] In uno meo legitur, *rapiant*, non *capiant. tacto aëre.* Sic lib. XV. 415.

—— *& congelat aëre tacto.*

Ubi de Coralio loquens, ſubdit:

Sic & Coralium, quo primum contigit auras
Tempore dureſcit, mollis fuit herba ſub undis.

Saxum dixit, ὑπερβολικῶς. Ciofan.

[a] *Gorgo.*] Ita MS. & Venet. non *Gorgon.* Et recte quidem. Tam enim Γοργὼ Graecis, quam Γοργὼν dicitur. Muncker. *Gorgon* Raener. Colon. Heinſ.

[b] *Conjugium Neptuni.*] H. e. concubitum. Vide quae annotavi ad Hyg. cap. 14. ubi & *connubium* eodem ſenſu uſurpari obſervavi. *Concubium* vocat Juvenal. Schol. ad Sat. III. verſ. 17. Et Ennius apud Nonium cap. IV. *Quae tibi in concubio verecunde & modice morem gerit. Conjunctionem* Schol. Horat. ad Lib. I. od. 23. *Tempeſtiva virgo. jam matura & viripotens conjunctionique apta.* Fulg. Lib. III. cap. 6. *Et ei velut in conjunctione miſcetur.* Muncker.

[c] *Quae quod.*] *Quae quia* Colon.

[d] *Obtriverat.*] *Offenderat* Colon.

[e] *Dea.*] *Deeſt* Colon.

[f] *Initio.*] *In initio* Colon. ut fere ſemper.

[g] *Objecta.*] *Adjecta* Colon.

[h] *Quos ſerpentes &c.*] Deſunt haec Colon.

752. *Dis tribus.*] Hi quatuor verſus adducuntur a Lutatio ad Statii IV. Theb. 448.

753. *Laevum Mercurio.*] Primus honoris locus medius, proximus ſiniſter, inquit Lipſius II. lib. Electorum cap. II. Cur itaque aſſignatur Palladi locus ſuper Mercurium? à ratione victimae, quae Palladi potior & propria. ut lib. XII. vſ. 151. Auſon. LXIV. epigramm.

Aerea bos ſteteram: mactata eſt vacca Minervae. Farnab. Puto potius propter dignitatem Palladi honoratiorem locum adſignatum, quae ſemper Jovi comes & adſidere fingitur a Poëtis. Sic Horatius lib. I. od. 12. ante omnes Jove genitos, Palladi proximum Jovi locum adſignat. *Proximos illi tamen occupavit Pallas honores.* Burm.

754. *Mactatur vacca Minervae.*] Hunc morem indicat & lib. XII. 151.

Pallada mactatae placabat ſanguine vaccae.

Auſonius Epigr. 65.

Aerea bos ſteteram: mactata eſt vacca Minervae.

Atque ita intelligendum eſt, quod ait lib. I. Triſt. eleg. IX.

Haec ſi contigerint, meritae cadet agna Minervae,
Non facit ad noſtras hoſtia major opes.

Quibus verbis ſignificat poëta, in exſilium proficiſcens, ſi ad eam regionem ab Auguſto ſibi conſtitutam, ad quam navi, quae in Minervae tutela erat, ferebatur, incolumis pervenerit, ſe Minervae, à qua id beneficii acciperet, agnam mactaturum

Alipedi vitulus; taurus tibi, ſumme Deorum.
Protinus Andromedan, & tanti praemia facti
Indotata rapit. taedas Hymenaeus Amorque
Praecutiunt: largis ſatiantur odoribus ignes:
Sertaque dependent tectis: lotique, lyraeque,
Tibiaque, & cantus, animi felicia laeti

Argu-

turum: ſed, cum ſciret Deae illi vaccam, non agnam, mactari ſolitam fuiſſe, ſe ipſum corrigens ſubdit non eſſe virtum, atque opum ſuarum, eam pecuniae vim, qua vacca ematur, poſſe ſolvere. CIOFANUS.

755. *Taurus tibi ſumme Deorum.*] Aliter tamen Servius ex Virg. III. Aeneid. qui Jovi non taurum, ſed vitulum mactari ſolitum ſcribit. Idem tradit Macrobius lib. III. cap. X. Saturn. ex Capitonis & Labeonis ſententia. Unde fortaſſe videtur Ovidius, juris Pontificii non aeque, ac Virgilius, diligens obſervator fuiſſe. IDEM.

756. *Et tanti praemia facti.*] Scribe, *ut tanti praemia facti.* malo etiam, *capit*, quod eſt in uno Gronov. & Barberino, quam *rapit* cum vulgatis. *Andromedam* etiam pro *Andromeden* meliores. de quo alibi dictum. HEINSIUS. *Praemia pacti* etiam olim conjecerat Heinſius ex vſ. 703. vid. XII. 472.

657. *Indotata rapit.*] Valde dotata. *In*, namque praepoſitio, vim interdum habet intentivam. Andromedam enim accepit Perſeus cum Aethiopiae regno pro dote. REGIUS. Hoc loco verbum hoc *indotata* exponendum putamus pro incomta, in quam ſignificationem illud quoque ex ſeptimo volumine convenit vſ. 607. *aut dantur in altos, Indotata rogos.* Hoc ex Marcello & Cicerone. JACOBUS A CRUCE. Romanae alludit conſuetudini: quae fuit, ut nova nupta e gremio matris, aut ſi ea non eſſet, proximae neceſſitudine rapi ſimularetur, quoniam ea res Romulo feliciter ceſſerat. Auctor eſt Feſtus. *indotata* autem ſine dote expone, quoniam Perſeus dote neglecta eam ceperit. nam eam relicto dotali regno ſecum in patriam duxit. Ovidius I. Art. 53.

Andromeden Perſeus nigris portarit ab Indis.

CONSTANTIUS. FANENSIS. Vel *indotata*, pro incompenſata, aut non ſatis pro merito penſata. omni enim pretio vita potior eſt. MICYLLUS. *Indotata*, id eſt doti dicta, ſeu promiſſa: Tale eſt *Infrenatus.* Haec Muretus. Praeclare. alii aliter imperitè exponunt. CIOF. *Capit* Gronov. & Barberin. & hoc videtur praeſtare. voluntate enim parentum accipiebat. nam adludi ad mores Romanos vix puto. *indotata* rectius exponitur a Conſtantio, ſine regno, quod doti promiſerant verſ. 705. parentes, & ita Farnabius.

758. *Taedas praecipiunt.*] Quid eſt *praecipere taedas?* Florentinus S. Marci optimus, *Praecutiunt.* recte. Propert. lib. III. Eleg. XV.

Ipſe Amor accenſas percutit ante faces.

ubi *praecutit* quoque opinor ſcribendum. Hinc & *quaſſae faces* apud Noſtrum in fabula Narciſſi, & *quatere facem* non ſemel alibi. In primo Gronoviano, *Percutiunt.* In Urbinati vetus ſcriptura penitus eraſa. in uno Leidenſi, *Praecipitant*, in duobus aliis, *percipiunt.* Propert. l. I. Eleg. III.

Cum quaterent ſerâ nocte facem pueri.

Catullus Epithalamio Manlii, *Manu pineam quate taedam. quaſſare facem* etiam obvium. Sic ſpeculum *praegerere* Apulej. Met. IV. *praelucere facibus* lib. X. *Cupidines Veneri veluti nuptiales epulas obiturae dominae praelucebant faces.* Epiſt. VI. 45.

At mihi nec Juno, nec Hymen, ſed triſtis Erinnys,
Praetulit infauſtas ſanguinolenta faces.

HEINSIUS. Pontanus *praecipitant* quoſdam legere notat, hoc ſenſu, compellunt eum ad nuptias properandas. non ſinunt differre nuptias.

758. *Largis ſatiantur odoribus ignes.*] Sic lib. omnes ſcripti, & rectè. Alii aliter, malè. CIOFAN. Mediceus unus & duo alii, *ſociantur.* ſed nihil muto: eadem diverſitas apud Lucan. I. 314.

Scilicet extremi Pompejum, emtique Clientes
Continuo per tot ſatiabunt tempora regno.

Ut recte Grotius. alii, *ſociabunt.* perperam. BURMANNUS.

759. *Et ubique lyraeque, Tibiaque & cantus animi felicia laeti Argumenta, ſonant.*] Emenda, ex fide & auctoritate mei libri antiquioris, *Citharaeque lyraeque: Tibiaque, &c.* Atque huic germanus locus videtur ille in orat. pro Roſc. Amer. *Animi & aurium cauſa tot homines habet, ut quotidiano cantu vocum & nervorum & tibiarum, nocturniſque conviviis tota vicinitas perſonet.* & ipſe alibi conjunxit citharam cum cantu, & lyra. Cujus haec ſunt:

Enervant animos citharae cantuſque lyraeque.

CIOFANUS. Non dubitarem ex Ciofani codice emendare, *cytharaeque, lyraeque, Tibiaque, & cantus, animi felicia laeti Argumenta, ſonant.* DAN. HEINS. Locus mendoſus. Arondel. & unus Patav. *& ibique.* quatuor alii, *citharaeque.* Lovanienſis pro diverſâ lectione, *lituique.* primus Gronov. *tectiſque tubaeque.* unus Moreti, *tectis tubaeque.* ſcribendum jam diu adoleſcens olim vidi & monui, *lotique lyraeque*, quod doctiſſimo etiam Gronovio

Argumenta, ſonant: reſeratis aurea valvis
Atria tota patent, pulchroque inſtructa paratu
Cephenis proceres ineunt convivia regis.
Poſtquam epulis functi generoſi munere Bacchi
765 Diffudere animos: cultusque habitusque locorum
Quaerit Abantiades; quaerenti protinus unus

[Nar-

vio videbatur, qui adeundus Obſervat. l. IV. cap. XV. tum quae notamus Remed. Amor. verſ. 753. Per *lotum* intelligit tibiam, quae ex loto fiebat aut buxo. unde *multifori buxi* Met. XII. 158. Pollux lib. IV. cap. 9. Ἡ δὲ ὕλη τῶν αὐλῶν κάλαμος, ἡ χάλκος, ἡ λωτὸς, πυξὸς, ἡ κάρας, ἡ ὀστοῦν, de variis tibiarum generibus v. Solin. cap. V. & ibi Salmaſium. Heinsius.

760. *Cantus animi felicia laeti Argumenta.*] Vide ne ad Feſcenninos verſus in nuptiis cani ſolitos poëta reſpexerit. de quibus in collectaneis multa diximus primae hecatoſtyos capite 64. Constr. Fanens.

762. *Pulchroque inſtructa paratu.*] In uno Mediceo non male, *patrioque.* alius, *multoque.* Veterrimae Theatinorum ſchedae, *totoque.* Puto *lautoque.* Sic *lauto caenare paratu* apud Juvenalem Sat. XIV. 13.

Lauto cupiet caenare paratu
Semper, & a magna non degenerare culina.

eadem Satyra 257. *Lautum praetorem* dixit. Statius Vindicis Hercule, lib. IV. Sylv. VI. 59.

Pellaeus habebat
Regnator lautis numen venerabile menſis,
Et comitem occaſu ſecum portabat & ortu.

Sic ſcribendum, non *occaſus & ortus.* male etiam *laetis menſis.* paullo ante apud eundem praeceſſerat, *torva laetus Junone bibebat.* Heinsius.

763. *Cepheni proceres.*] Importune verſus iſte ſpurius huc irrepſit, quanquam conſtanter eum agnoſcunt libri veteres. Erat enim dicendum, *Cephenum proceres*, ut mox, aut, *Cephenes proceres.* Κηφῆνες Graecis ſunt Aethiopes, & Κηφήνια Aethiopia. ſed & Chaldaei Κηφῆνες ſunt apud Stephanum Byſantinum, qui conſulendus in *Chaldaea.* Heinsius. Puto tamen *Cephenis* poſſe ſcribi, & cum *Regis* conjungi: & opportune etiam locum ſibi vindicare verſum; a templo enim petunt regiam, & ibi ineunt convivia. *Cephenum* etiam multi codices, ut & Berſmanni. *Cephei* Gronov. Burm.

764. *Poſtquam.*] Reſcribo, *Poſtquam epulis functos*, videlicet, *animos.* Durius enim videtur *functi generoſi*, duae voces contiguae in eandem literam deſinentes, quod ſtudioſe nimis evitat Noſter. Heins. *Epulis uſi & generoſo m. b.* Leidenſis. *generoſo* etiam Oxon. & MSS. Berſm. & ita vitatur ejuſdem ſoni repetitio.

765. *Habitumque.*] Ad genus refertur. *habitum* pro habitatione poſuiſſe poëta videtur, nam a quibus populis illa loca habitarentur, expoſuit Lyncides. Regius. Vel etiam dictum eſt κατὰ παραλληλίαν *mores, habitumque*, ut eodem ambo referuntur. Micyllus. In uno meo, & Caeleſtino eſt, *Habituſque virorum.* Ciofanus.

766. *Quaerenti protinus unus Narrat Lyncides.*] Haec abſunt à Berneggeriano & primo Moreti, ſecundo Mediceo, Spirenſi, & duobus aliis. Nonnulli ex vetuſtioribus priorem verſum totum omittunt. Schedae Theatin. & tertius Mediceus,

Quaerit Lyncides moreſque habitumque virorum.

pro *Lyncides*, Aldi poſtrema editio, *Euthides.* Muretus ex veterrimo notat, *Narrat Abantiades. Anchiades* Arondelianus. Deinde in illis, *cultuſque genuſque locorum*, & *moreſque animoſque virorum* mire variant libri veteres. multi veteres cum primo Mediceo,

——— *mores habitumque virorum.*

unus meus, *habituſque locorum.* Nimirum etiam hoc loco ſiniſtra ſciolorum liberalitas inſigniter graſſata eſt. Scribe,

Poſtquam epulis functos generoſi munere Bacchi
Diffudere animos, quaerenti protinus unus
Narrat Abantiadae cultuſque habitumque locorum.

vel,

Poſtquam epulis functos generoſi munere Bacchi
Diffudere animos; cultuſque habitumque locorum
Quaerit Abantiades, quaerenti prodidit unus,
Quae ſimul edocuit.

niſi malis, *quaerentem protinus unus, Quae ſimul edocuit.* omiſſo uno verſu. neque aliter codex Noricus à manu prima. niſi quod in illo legebatur, *quaerenti* cum vulgatis, non *quaerentem. cultus locorum* etiam Statio dictus lib. II. Sylv. II. 41. & lib. III. v. 89. appoſite Virgilius Georg. I. 52.

——— *caeli praediſcere morem*
Cura ſit, & patrios cultuſque habituſque locorum.

Ubi *cultum habitumque locorum* aeque conjunctum vides ac in hoc Naſonis noſtri loco. Servius illic: *Habitus locorum naturas vel poſſibilitates accipiamus, quas Graeci τὰς ἕξεις vocant.* Celſus leg. XII. Quem. Servit. amit. *Fundus qualiter ſe habens, ita cum in ſuo habitu poſſeſſus eſt, jus non deperdit.* apud Hyginum de limitibus conſtituendis, libelli exordio: *hac forma ſoli pulcher habitus ſemper eſt, & agrorum ſpecioſa deſignatio. Habitus animi & corporis* paſſim apud ſcriptores. *Habitum, corporis.*

[Narrat Lyncides, moresque, habitusque virorum.]
Quae ſimul edocuit, Nunc, ô fortiſſime, dixit,
Fare precor, Perſeu, quantâ virtute, quibusque
Artibus abſtuleris crinita draconibus ora.
Narrat Agenorides, gelido ſub Atlante jacentem
Eſſe locum, ſolidae tutum munimine molis:
Cujus in introïtu geminas habitaſſe ſorores
Phorcydas, unius partitas luminis uſum:
Id ſe ſollerti furtim, dum traditur, aſtu
Suppoſitâ cepiſſe manu: perque abdita longe,

Devia-

vis poſitionem vel qualitatem Papias interpretatur. apud Columellam libro III. capite primo & decimo *habitum vitis* habes. *Ingenium ſoli & locorum* non diſſimili locutionis modo apud optimos Latini ſermonis auctores frequenter occurrit. hinc caſtigandus Guntherus Ligurini libro II. ubi *cultus locorum & ingenium ſoli* conjunxit.

Ergo viri mores hominum, cultuſque locorum,
Ingeniumque ſoli ſollerti pectoris aſtu
Tractantes, ſemperque viros ingentia fortes
Auſa decere rati, potiundi finibus illis
Spem rapiunt animo.

Nunc ibi perperam circumfertur, *ingeniumque ſuum.* Vide inter alios de hoc loquendi modo Plinium libro XIV. cap. I. & Noſtrum in Ponticis. de *cultu locorum* plura Met. VII. vſ. 59. HEINSIUS. Prior ille quaeſierat, *cultuſque genuſque locorum*, at alter, *moreſque habituſque virorum.* Ridicule, aliud petebam, aliud reſpondes. Itaque vel omnino reſcribendum eſt in poſtremo verſu, idque figura Ovidiana:

Narrat Lyncides cultuſque genuſque locorum.

Aut certe, *moremque habitumque locorum*, ut *caeli morem*, &c. ſed nota ſunt, & alibi aliquid in eam rem notare memini. Utrum autem dicere poſſimus, *animi noſtri functi ſunt epulis*, quod putavit Vir Clar. non eſt, opinor, cur quaeratur: nam & exempla in eam rem nulla ſunt, & ratio ſtat contra. TAN. FABER. lib. II. Ep. 69.

769. *Quanta virtute.*] Scripſerat, puto, Ovidius, *qua tu virtute, quibuſque artibus.* HEINS.

770. *Crinita draconibus ora.*] Quidam vulgati libri, *Pinnita.* ſed non probo. CIOF. *Criniti terga draconis.* MICYLL. Thuan. *criniti colla draconis* Patav. *criſtata draconibus ora* Lovan. *attuleris* etiam unus Leidenſis.

771. *Narrat Abantiades.*] In uno meo, Statii, uno Vatic. eodem Caeleſt. altero Maffei, & Dominicano legitur, *Narrat Agenorides.* CIOFANUS. *Agenorides* in melioribus. recte. ab Agenore enim Danaus Perſei proavus oriundus. HEINS. *Atlantiades* MSS. Berſmanni.

771. *Gelido ſub Atlante jacentem.*] Atqui ipſe Perſeus modo mutaverat Atlantem in montem, poſt victoriam a Gorgonibus reportatam. vel hoc excidit Ovidio, ut ſupra de Septemtrionibus vidimus libro II. 530. vel capiendum, eo loco, ſub monte, qui nunc Atlas vocatur. BURM.

772. *Tutum munimine molis.*] *Septum* alter Hamburgenſis. Vide Notas lib. II. vſ. 713. HEINSIUS. *Solidum tutae* MSS. Berſmanni.

773. *Geminas ſorores.*] Non duas, ſed ſimiles. Tres enim fuerunt, ut diximus. REGIUS. Fallitur hoc loco Regius, qui de Gorgonibus accipit ea, quae de Graeis ab aliis dicuntur. Eſt enim ſenſus: Se avicularum, quas *Graeas* Graeci dicunt, oculum, quo uno ambae (nam duas tantum Heſiodus facit) utebantur, intercepiſſe, atque ita ducibus illis ad locum, ubi Gorgones habitabant, perveniſſe. Erant autem & Graeae Phorci filiae, ut Heſiod. in Theogon. 270. ſcribit, cujus verſus ſunt:

Φορκύϊ δ' αὖ Κητὼ Γραίας τέκε καλλιπάρῃος
Ε'κ γενετῆς πολιὰς, τὰς δὴ Γραίας καλέουσιν
Αθάνατοί τε θεοὶ, χαμαὶ τ' ἐρχόμενοί τ' ἄνθρωποι,
Πεφρηδώτ' εὔπεπλον, Ε'νυώτε κροπόπεπλον.

Zenodotus autem tres numerat, *Mempheden, Enyo, & Dino.* Eaſdem & Pherecydes ponit, niſi quod pro ultima, ſcilicet *Dino*, noſtri codices *Iaeno* habent. Plura de his qui volet, Eraſmum videat in proverbio *Orci galea:* & Pherecydem, ut quidem citatur in comment. Apollonii lib. 4. Ceterum ut hoc quoque addamus, totam hanc fabulam de Gorgonibus Diodorus ad hiſtoriam refert, dicens Gorgoniam gentem quondam fuiſſe in Libya, perinde ut Amazonum in Scythia, eamque à Perſeo debellatam. Vide lib. quarto. MICYLLUS. Recte Micyllus. Apollodorus in Bibliotheca lib. II. §. 2. vocat *Ento, Pemphredo, Dino*, ubi *Enyo* forte legendum, ut Apollodorus & Heſiodus in Theogonia vocat. & Hyginus praefat. *Ex Phorco & Ceto Phorcides, Pamphede, Enyo, Cherſis. pro hac ultima Dino alii ponunt*, ut recte Micyllus & Munkerus repoſuerunt. Heraclitus de Incredibilibus cap. 13. vocat *Pephredo, Ennyo, Perſo*, ut Hyginus ex Heraclito, vel hic ex illo ſit emendandus. Aeſchylus Tragoediam ſcripſerat *Phorcidas*, cujus meminit Athen. lib. IX. Αἰσχύλος ἐν Φόρκεσι, & Hyginus

Deviaque, & ſilvis horrentia ſaxa fragoſis
Gorgoneas tetigiſſe domos: paſſimque per agros,
Perque vias vidiſſe hominum ſimulacra, ferarumque,
In ſilicem ex ipſis visâ converſa Medusâ:
Se tamen horrendae clypei, quod laeva gerebat,
Aere repercuſſo formam adſpexiſſe Meduſae:
Dumque gravis ſomnus colubrasque ipſamque tenebat,
Eripuiſſe caput collo: pennisque fugacem
Pegaſon, & fratrem, matris de ſanguine natos.
Addidit & longi non falſa pericula curſus:

Quae

ginus Poëtic. Aſtron. II. 12. *Sed, ut ait Aeſchylus Tragoediarum ſcriptor in Phorcis, Graeae fuerunt Gorgonum cuſtodes.* ubi lege, *in Phorciſi.* Vide Zenob. in ἄιδος κυνῆ, I. 41. qui non tantum unius luminis uſum partitas, ſed & dentis addit, ut & Apollodorus dicto loco narrat. quod etiam Aeſchylum dicta tragoedia tradidiſſe apparet ex Tzetze Chiliad. III. Hiſt. 115.

Ὁ τοῦ Ζειπόσιου μὲν υἱὸς ἐκεῖνος Νικομήδης
Ὁ κτίσας Νικομηδείαν πατρὶ ὁ τοῦ Προυσίου,
Προυσίου ἔχοντος ὁσοῦν ἓν ὀδοντας πάντας
Ὡσπερ Αἴσχυλος ἐν γραφαῖς καὶ τὰς Φορκίδας λέγει.

Ubi certe ad hanc tragoediam reſpicit. Totam vero Gorgonum Hiſtoriam Didymus in Hiſtoria peregrina perſecutus eſt, teſte Euſebio in Chronicis; Gorgonem videlicet fuiſſe meretricem ſpecioſam, quae amatores ſuos ita mente ſua ejiciebat, ut verti in lapides viderentur. cujus caput a Perſeo adverſus Perſas dimicante abſciſſum fuit. aliter explicat Pauſan. II. cap. 21. noctu nimir. proelium factum, quo Meduſa oppreſſa, quam cum mane mortuam vidiſſet Perſeus, admiratus formam caput abſcidiſſe, & in Graeciam tuliſſe, ubi omnibus fuit admirationi. Hiſtoriam etiam Gorgonis & Andromedae deſcripſerat Arctinus in Poëmate, quod Αἰθιόπιδα inſcripſerat, teſte Euſebio in Chronicis. ridet more ſuo has fabulas Lucianus in Dialogis Marinorum, Tritonis & Nereidum, & in domo, & Philopatride. Burm.

773. *Habitaſſe.*] Pro *habitaſſe*, primus Gronovii, unus Palatinus, & duo alii, *habuiſſe.* eleganter. Paulinus Epiſt. I. ad Auſonium,

Non lare barbarico rigui mutatus in ipſos,
Inter quos habui, ſociâ feritate colonos.

inter quos habitavi. Virgil. lib. VII.

Quae loca, quive habeant homines, ubi moenia gentis
Veſtigemus.

ſic apud Comicos, *ubi habet?* pro ubi habitat? adi Nonium in *Habere.* Plaut. Aulul. prolog. *hujus qui hic habet.* ita Avienus frequenter. neque aliter optimi ſcriptores paſſim, ſed plerumque cum quarto caſu conjungunt. ut Noſter lib. XV.

Leucada continuam veteres habuere coloni.

Silius libro VIII.

Quique Anienis habent ripas.

ſimilem uſum habet τὸ ἔχειν apud Graecos. Heinsius.

774. *Sortitas luminis uſum.*] In eodem meo, & eodem Maffei, *partitas.* Ciofanus. Eleganter, & pro Poëtae ſenſu Palatinus, *Phorcydas; unius partitas luminis uſum.* Dan. Heinsius. *Partitas* meliores magno numero. l. VII. 652.

——— *populiſque recentibus urbem*
Partior.

Auctor Moreti:

Advocat inde manus operi, partitus utramque.

ubi Magnus Scaliger *utrique* reponit, & alterum vocat barbariſmum, quod nollem feciſſet, niſi Maronem quoque ipſum Barbariſmi inſimulamus, cum in Georgicis dixit,

Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat.

Stat. lib. I. 176.

Partiti verſent popularia fata.

lib. XI. Theb.

Talia partitae diverſum abiere ſorores.

Et mox:

Partitaeque artus redeunt alterna gementes.

& ſic ter quaterve Lactantius libro primo de Falſa Religione. Heins.

777. *Horrentia ſaxa.*] *Arentia* Bernegger. Spirenſis, Arondel. & octo alii. ut lib. XIII. 691.

— *rodunt arentia ſaxa capellae.* Idem.

781. *Quod laeva.*] *Quem* plurimi codices, & ita edidit Berſmannus & alii. pro *aere* etiam *ore* quidam, unde Heinſius, *orbe* conjiciebat.

782. *Aſpexiſſe.*] *Aſpectaſſe* Junianus. vid. ſup. 681.

783. *Colubras.*] *Colubros* plurimi olim editi & quidam ſcripti. vid. ſupr. vſ. 474. *teneret* etiam Leidenſis & Berſmanni.

784. *Eripuiſſe caput collo.*] *Exſecuiſſe* vel *Praeſecuiſſe* opinor à Naſone ſcriptum. Heinsius. Nihil moveo contra libros. ita Val. Flac. VI. 619.

——— *Caput eripit Auchi.*

Quae freta, quas terras ſub ſe vidiſſet ab alto:
Et quae jactatis tetigiſſet ſidera pennis.
Ante exſpectatum tacuit tamen. excipit unus
E numero procerum, quaerens, cur ſola ſororum
Geſſerit alternis immixtos crinibus angues.
Hoſpes ait, Quoniam ſcitaris digna relatu,
Accipe quaeſiti cauſſam. clariſſima formâ,
Multorumque fuit ſpes invidioſa procorum

Illa:

& hoc melius *collo* convenit, quam *exſecare*. BURMANNUS.

784. *Penniſque fugacem Pegaſon & fratrem.*] Pegaſus equus alatus, & Chryſaor, enſem aureum in manu tenens, finguntur ex collo Meduſae reciſo capite, ſtatim exiliiſſe. Quamvis Aratus dicat Pegaſum Neptuni & Meduſae filium fuiſſe. Chryſaora ergo fratrem Pegaſi vocat poëta, quamvis in exemplaribus *fratres* plurali numero corrupte legatur. Niſi fratres forte accipiamus ſerpentes ex Meduſae ſanguine ortos, ita namque *fratres* recte legeretur. REGIUS. Quidam legunt, *& fontem matris*, *&c.* Sed non ſane video, quare eo modo legendum cenſeant. In antiquis omnibus aperte legitur, *& fratres matris*, & reliqua. *de ſanguine matris:* Per *matrem* hoc loco, ut & ſuperius quoque, terram, ex qua orti erant fratres, hoc eſt ſerpentes, accipere debemus. In lib. Urſini legitur, *fontes* numero multitudinis. CIOFANUS. Chryſaorem intelligit. Quare cave audias codices, in quibus pro *fratrem*, vel *fontem*, vel *fontes* legitur. Multi tamen ex vetuſtioribus, *fratres*, ut cum Chryſaore Cerberus intelligatur. HEINS. Male Ciofanus hic per matrem, terram intelligit, cum manifeſtum ſit ipſam Meduſam intelligi, ex cujus ſanguine provenerunt Pegaſus & Chryſaor; ut tradit praeter alios Pindarus Od. Olym. XIII. 89. (ubi Pegaſum filium Meduſae vocat. vid. ibi Schol.) Tatianus oratione adverſus gentes. §. 12. (ubi Geſnerus jam recte hunc Ovidii locum explicuit) & Apollodorus lib. II. §. 2. qui Chryſaora Geryonae patrem fuiſſe dicit. & Anonymus de duodecim Herculis laboribus cap. X. ex Callirrhoë Oceani filia Chryſaora ſuſcepiſſe & Geryonen ait; ut & Scholiaſtes Heſiodi in Theogonia verſ. 287. quamvis auctor allegoriarum Pegaſum faciat patrem Geryonae. Servius vero ad Virg. II. Aen. 616. Meduſam ex Neptuno peperiſſe Pegaſum, quod ut intellexit Minerva, ejus caput amputaſſe & pectori ſuo affixiſſe, & Hyginus fab. 151. ex Neptuno Pegaſum & Chryſaora natum ait. vide & Lutat. ad Stat. IV. Theb. 60. & Tzetz. ad Lycoph. 17. tota autem Pegaſi alati fabula ad velificationem referenda. vid. Lutat. ad Stat. I. Theb. 545. & Palaeph. de Incredib. c. 30. quomodo autem Pegaſus fontem Hippocrenen produxerit, vid. Stat. VI. Theb. 338. & ibi Barthium. BURM.

789. *Ante exſpectatum,*] Vide Cl. Drakenb. ad Silii lib. II. 3'.

790. *Sola.*] *Una* magna pars veterum & quidam editi.

791. *Immiſtos.*] *Immiſtas* unus Voſſianus. monui ſupra. HEINS. *Alternos immixtos.* Cantabr. & ſex alii. *immiſſos* Neapol.

792. *Scitaris.*] *Scrutaris* Voſſian. & Gronov.

793. *Clariſſima forma.*] Pulcherrimam foeminarum fuiſſe Meduſam ferunt. εὐπάραον vocat Pindarus od. 12. Pyth. illius itaque amore captos obſtupuiſſe. Narrant Diodorus lib. IV. & Pauſanias II. Meduſam reginam fuiſſe gentis bellicoſae juxta Tritonidem paludem, & noctu per inſidias à Perſeo oppreſſam, mortuae pulchritudinem admiratum Perſeum praecidiſſe caput, &, ut ſpectaculo eſſet, in Graeciam deportaſſe, Pauſanius tamen ibidem refert, Proclum Carthaginienſem literis mandaſſe, beſtiae hoc genus eſſe, quod & Athenaeus lib. V. cap. 19. tradit eſſe ζῶον κάτω βλέπον ex eo genere, quae in Africâ ſunt ἀπολεβώτεως ἀνθρώποις αἰτίαι. quem lege, & Plin. lib. VIII. c. 21. & Aelian. de Anima lib. XVII. c. Palaephatus lib. I. narrat Phorcyn regem Cyreneorum feciſſe ſtatuam auream Minervae, quam Cyrenei Gorgonem vocabant. virum bonum hujus cuſtodem & vigilem intercepiſſe navi praedatoria. è tribus Phorcei filiabus Meduſam, quia negavit ſe oſtenſuram, ubi eſſet illa ſtatua, interfeciſſe, &c. Tzetzes adfert mythologiam ſub initio comment. in Lycophr. Περσεὺς ὁ ἡλιός ἐστι, Ἀθηνᾶ δὲ, ὁ ἀὴρ, &c. aliam Fulgentius ſub exitu lib. I. Natalis Comes aliam lib. VII. cap. 11. & 12. & 13. Noſter fabuloſe detorquet ad offenſae Minervae vindictam. Sed finis ſit. FARNAB.

794. *Spes invidioſa.*] Idem verſus repetitur lib. IX. 10. & utrobique *inſidioſa* ſollemni permutatione. ſed imitatus Propertium Noſter, qui lib. II. 1. 83.

Maecenas noſtrae ſpes invidioſa juventae.

796. *Referrent.*] *Referret* quatuor codices, recte, ut puto. de Nuc. 58.

Invenias, qui det nil mihi praeter humum.

ubi vide plura. Quinctil. IX. 3. *Inveni, qui & hoc vocaret* πλοκήν. Et ita ille ſaepius. ſed & verſ. 97. ejuſdem carminis de Nuce,

Jam tamen invenias, qui me jaculentur.

Faber.

Illa: nec in totâ conſpectior ulla capillis
Pars fuit. inveni, qui ſe vidiſſe referret.
Hanc pelagi rector templo vitiaſſe Minervae
Dicitur. averſa eſt, & caſtos aegide vultus
Nata Jovis texit. neve hoc impune fuiſſet,
Gorgoneum turpes crinem mutavit in hydros.
Nunc quoque, ut attonitos formidine terreat hoſtes,
Pectore in adverſo, quos fecit, ſuſtinet angues.

Faber. II. Ep. 69. legit, *Vidi & qui ſe vidiſſe referrent*, audacter ut ſolet. cui auſcultans tamen Francius refingebat, *pars fuerat, vidi qui.* BURM.

797. *Vitiaſſe.*] *Violaſſe* Junianus & quinque alii cum Berſmanni libris.

799. *Impune fuiſſet.*] *Feciſſet* unus Heinſii, unde ille *tuliſſet.*

800. *Turpes in hydros.*] *Varios* Menardi codex. *Hydras* ſecundus Mediceus & Neapol. *angues* plurimi. ſed *hydros* rectius eſſe Heinſius docet ad Claud. I. in Rufin. 42.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER QUINTUS.

Fab. I. Argumentum.

Phineus & ſocii ejus in ſaxum.

[a] *Andromedam Cephei & Caſſiopes filiam, in Aethiopia propoſitam belluae marinae, Perſeus Jovis & Danaes filius, Meduſae Gorgonis caput ferens paciſcitur conjugem, ſi eam periculo liberaſſet. Cauſſa autem proſtituendae exſtiterat ob Nereidum iram, quarum pulchritudini mater ſe praetulerat. Perfecto igitur a Perſeo pollicito, cum fides a Cepheo pro-*

[a] *Andromedam.*] Longe aliud principium huic fabulae dat Raener. *Bellua marina ſupra dicta perempta, Perſeus Andromedam ducit uxorem: nuptiarumque conjugalium epulis regalibus principes intererant. Phineus autem Cephei, patris Andromedae, frater, cui ipſa Andromeda prius quam belluae ob jiceretur, deſponſata, &c* Colonienſis contraxit in haec verba argumentum. *Perfecto a Perſeo liberandae Andromedae pollicito, cum fides promiſſa a Cepheo eſſet praeſtita, & nuptiarum conjugalium epulis regalibus principes intereſſent, Phineus Cephei frater, cui antea deſponſata Andromeda fuerat, contumeliam ſibi exiſtimans graviſſimam injectam, quod advenae conſanguineus poſtponeretur, veſcentium animos pugna confudit; Et cum res miſerabiles dimicantium ageretur in regia, & mixti ex utraque parte in armis, ut caſus obtuliſſet, caderent, noviſſime Perſeus timens multitudinem adverſantium, imperavit ſuis, ut diſcederent e conſpectu ſuo, caputque Gorgonis extulit: quo viſo Phineus cum ſuis auxiliariis diriguit in ſaxum.* reliqua deſunt.

[b] *Phineus frater.*] Sic MS. addunt Micyl. & Venet. *Cephei.* Stulte & contra Hiſtoriam Raenerius, *Andromedae frater.* Cephei frater fuit, quem Agenorem vocat Hyg. Mythol. cap. 64. ſed vide, quae ibi annotavi. Muncker. *Cephei* Parm. Lugd.

[c] *Ante.*] Deeſt Parm. Lugd.

[d] *Injunctam,*] Haec eſt MS. lectio, quam & Veneta & Micylliana repraeſentant. non placuit iſta Raenerio, nec ſane mihi placet; Tu vide, lector, iſtum *fieri*, quod pro eo ſubſtituit Raenerius, an *inuſtam*, quod mihi venit in mentem, tibi magis placeat. Muncker. *Injungere laborem* & ſimilia dici vidimus ad Quinctil. prooem. lib. I. ſed *injuriam, contumeliam*, &c. male ex Cicerone produci. Livius tamen lib. III. cap. 65. dixit, *injuriam a nobis repulſam, tamquam aut facere aut pati neceſſe ſit, injungimus aliis.* ubi tamquam onus debet capi, quod patimur, & in alios derivamus. ſed an melius *inurere injuriam* dicatur, vix audeo definire. de quo verbo vid. Gronov. ad Liv. IX. 3. quare ego antiquarum editionum lectionem *injunctam* retineo, vel *injectam* ex Colonienſi editione proferrem. Burm.

[e] *Conſanguineus*] *Ipſe conſ.* Raener.

[f] *Poſtpoſitus eſſet.*] *Poſtponeretur* Raener. Heinſ.

[g] *Dimicantium.*] *Vi dimicantium* legit Barth. Adverſ. lib. x. cap. 8. Muncker.

[h] *Pertimens.*] Hoc dedit Micyllus, *praetimens* MS. & Venet. *timens* Raenerius. Muncker. *Praetimens* Parmenſ. quod verbum & Gebhardus reddidit Tibullo lib. III. IV. 14. probante Broekhuſio, quem vide.

[i] *Auxiliantibus.*] *Auxiliaribus* Raener. Heinſ.

[k] *Rhoetus.*] *Rhoetus Indus* Parm. Lugd.

[l] *Frithus.*] Sic recte Micyllus. Stulte, *Actoridem, Eritus* Raenerius, quaſi diverſorum eſſent vocabula. Atqui Erithum vocat Actoridem poëta a patre Actore vid. verſ. 79 Muncker. Sed neque *Actorides*, ut diverſus ab Erito debet inſeri, nec hunc Eritum Actoriden recte dici puto, niſi Naſo confuderit duos Eritos. nam & lib. VIII. 307. inter

promiſſa eſſet praeſtita, & nuptiarum conjugalium epulis regalibus principes intereſſent, [b] *Phineus frater, cui Andromeda* [c] *ante deſponſata fuerat, contumeliam ſibi exiſtimans graviſſimam* [d] *injunctam, quod advenae* [e] *conſanguineus* [f] *poſtpoſitus eſſet; veſcentium animos pugna confudit. Et cum res miſerabilis* [g] *dimicantium ageretur in regia, ac multi ex utraque parte armis, quae caſus obtuliſſet, cecidiſſent, noviſſime Perſeus adverſariorum multitudinem* [h] *pertimens, imperavit ut è conſpectu ſui diſcederent, caputque Gorgonis extulit: quo viſo, Phineus cum* [i] *auxiliantibus diriguit in ſaxum. Nomina autem eorum qui cecidere;* [k] *Rhoetus, Atys,* [l] *Lycabas, Phorbas, Amphimedon,* [m] *Erithus,* [n] *Polydaemon, Abaris, Lycetus,* [o] *Elyces, Phlegyas, Clytus, Idas, Clymenus,* [p] *Protenor, Hypſeus, Lyncides, Emathion, Chromis, Broteas, Ammon,* [q] *Ampycus, Japetides, Pettalus, Lycormas, Pelates,* [r] *Corythus, Abas, Menaleus, Dorylas, Halcyoneus, Clytius,* [s] *Clanis,* [t] *Celadon, Aſtreus,* [v] *Aethion,* [x] *Thoactes, Agyrtes, Molpeus, Ethemon. In lapides autem verſi ſunt,* [y] *Theſcelus,* [z] *Ampyx, Nileus, Eryx, & Aſtyages. Aconteus autem Perſei miles, dum per imprudentiam* [a] *dimicans proſpicit* [b] *Gorgonis ſpeciem, proinde in lapidem* [c] *ceſſit. Noviſſime Phineus cum ducentis aliis ſociis diriguit in ſaxum.*

DUmque ea Cephenum medio Danäeïus heros
Agmine commemorat; fremitu regalia turbae
Atria complentur: nec conjugialia feſta
Qui canat, eſt clamor; ſed qui fera nuntiet arma.

Inque

ter Venatores apri Caledonii Erytus Actoris cum fratre Oteato memoratur; ſed hoc nomine, quod diverſe ſcribitur, *Eritus, Erithus, Eurytus*, plures inſigniti fuere ſeculo fabuloſo, quod confuſioni dedit cauſſam: de qua pluribus ad Val. Flaccum, qui & Eurytum inter Argonautas recenſet, agemus. *Actorides* vero hic non intruſus a Raenerio, ſed jam legitur in Parmenſi & Lugdunenſi, quae alio ordine, & ſatis perturbato, haec nomina exhibent, & pro *Eritus* habent, errore puto librariorum, *Phritus*. Burm.

[m] *Lycabas.*] Omiſſus Parm. & Lugd.

[n] *Polydaemon.*] *Solidemon* Parm. Lugd.

[o] *Elyces.*] *Helice* Parm. Lugd. *Elyce* Raener. Heinſ.

[p] *Proteas.*] *Proteus Telames, Epites, Japetides, Pepalus, Licormas.* Lugd.

[q] *Ampycus.*] *Alphitus* Raener. Heinſ.

[r] *Corythus.*] *Corinthus* Parm. Lugd. *Coritus* aliae. deinde *Alconeus* Raener. Heinſ.

[s] *Clanis.*] *Clanius* Parm. Lugd. *Danus* Raener. Heinſ.

[t] *Celadon Aſtraeus.*] Omiſſi Parm. Lugd. *Celedon* alii.

[v] *Aethion.*] *Echion* Parm. Lugd. & alii.

[x] *Thoactes.*] Deeſt Parm. Lugd.

[y] *Theſcelus.*] *Theſſalus* Edd. veteres.

[z] *Ampyx.*] *Amphix* eaedem.

[a] *Dimicans.*] *Dimicando* Raener. Heinſ.

[b] *Gorgonis.*] *Aſpectam Gorgonis ſpeciem* Parm. Lugd.

[c] *Cedit.*] *Ceſſit* Raener. Heinſ. quae *proinde* non habent.

2. *Fremitu regalia turbae Atria complentur.*] Statius lib. II. Thebaid. *Laeto regalia coetu Atria complentur.* Ciofan. Florentinus S. Marci, Urbin. prim. Palat. prim. Vatic. tertius & quartus Medicei, primus & ſec. Moreti. Arondel. & quatuor alii, *fremida turba*. quod non eſt de nihilo. apud Drepanium Florum *famidus* occurrit:

Vel famido gratas vertat ab ore dapes

flammidi voce uſus Apulejus. *flammida animalia* igne gigni apud Apulejum de Deo Socratis: qua voce & alibi in eodem libello utitur. idem in Apologia, *albidam & ſpumidam tamen* dixit. *obſtupida & ſuſpenſa animo civitas* Salluſtius. *atilinaria. vapidum pectus* Perſius Satyr. v. *imbridum coelum* Solin. cap. IV. *ardidas*, de quo ad Solinum Salmaſ. pag. 267. ſic & *evanidus* apud Noſtrum hoc ipſo libro, & alibi non ſemel. *rubidus* apud Plautum non ſemel. *cibus ninguidus* apud Prudentium Cathemer. Hymno VI. pro quo alii codices, *pinguidus*. Heins. Vocem *Fremidam*, licet & ſit in Francofurtenſi codice, ſine ullo veteris aevi exemplo vix patimur hic Ovidio obtrudi ab Heinſio, cum elegantiſſimo Broekhuſio ad Propert. lib. IV. eleg. I. ſic I. XII. 316. *In tanto fremitu ductis ſine fine laborat, Sopitus vinis, ſpe nitu* vero *complent*, dictum recte, ut *ululatu atria complent* inf. 153. & paſſim. Burm.

3 *Nec conjugalia feſta*] *Connubialia* quidam inepte ſcribunt. Nos *conjugalia* tuemur. Regius. Et ſexto etiam Ovidius *conjugalia* ſecunda producta:

Inque repentinos convivia verſa tumultus
Adſimulare freto poſſis: quod ſaeva quietum
Ventorum rabies motis exaſperat undis.
Primus in his Phineus, belli temerarius auctor,
Fraxineam quatiens aeratae cuſpidis haſtam;
En, ait, en adium praereptae conjugis ultor.
Nec mihi te pennae, nec falſum verſus in aurum
Juppiter, eripient. conanti mittere Cepheus,
Quid facis? exclamat: quae te, germane, furentem
Mens agit in facinus? meritisne haec gratia tantis
Redditur? hac vitam ſervatae dote rependis?
Quam tibi non Perſeus, verum ſi quaeris, ademit:
Sed grave Nereidum numen, ſed corniger Ammon,
Sed quae viſceribus veniebat bellua ponto
Exſaturanda meis. illo tibi tempore rapta eſt,
Quo peritura fuit. niſi ſi, crudelis, id ipſum
Exigis, ut pereat: luctuque levabere noſtro.
Scilicet haud ſatis eſt, quod, te ſpectante, revincta eſt;

Et

Nec mea virginitas, nec conjugalia jura. Et XI.

Nec conjugale ſolutum eſt
Foedus in alitibus.

Et fortaſſe *conjugialia* ſit legendum. ſed vetera omnia exemplaria, *conjugalia*. NAUGER. *Connubialia feſta* rectius unus Baſileenſis, Calandrae Excerpta, tertius Palat. & Berſmanni codex, quam quod in vulgatis & pleriſque ſcriptis, *conjugalia*. quod contra metri legem eſt. primus tamen Palat. ſecundus Vatican. prior Erfurt. & ſex alii, *conjugialia*; non male. ſic lib. VI. verſ. 536. *conjugialia jura*. & lib. XI. vſ. 744. *conjugiale foedus*. ubi veteres plerique pari modo perperam *conjugalia* & *conjugale*. ut & apud Statium lib. XII. Theb. 158. *conjugalia funera* male legitur vſ. 158. ubi v. Gronov. idem Achil. I. *connubialia pandunt Antra ſinus*. HEINS. *Conjugalia* admitti poſſe contendit Turneb. XIII. ad. 21. ut notat Farnabius.

7. *Motis.*] *Nigris* in uno regio. utrumque rectum. Horat. I. od. V.

Aſpera nigris aequora ventis.

8. *Phineus.*] Cephea cum Agenore fuiſſe auctores belli, & voluiſſe Perſeum interficere narrat Hygin. fab. 64. & Agenora ſponſum facit, quem Noſter Phinea.

10, *En, ait, en.*] *An, ait, an adſum* Leidenſis unus.

12. *Eripiet.*] *Eripient* probe Gronovii unus. HEINSIUS.

12. *Cepheus.*] Andromedae pater. CIOFAN.

13. *Quae te, germane, furentem Mens agit in facinus?*] Lege, *quod te*, vel membranis invitis, ſic lib. VII. 171. *Quod, inquit, excidit ore tuo, conjux, ſcelus?* Paulo poſt, *vitam ſervatae*, non *ſervatam* ſcripti meliores. HEINSIUS.

15. *Servatam.*] Liber Urſ. *ſervanti*. Ald. Joannis, & Abbatis, *ſervatae*. Placet. CIOFAN.

16. *Sed grave.*] Quinctilianus lib. IX. cap. III. agens de figuris verborum, conſiderat hunc locum diligentiſſime. CIOFANUS. Disjunctivae particulae repetitionem & vim conſiderat Quintilianus in hoc exemplo, quod profert lib. 9. Inſtitut. Rhetor. cap. 3. FARNABIUS. Non ut vim particulae oſtendat Fabius, hoc producit, ſed ut exemplum geminationis, qua acervantur non verba modo, ſed & diverſa congeruntur. ſaepe autem Noſter hac eleganti congeſtione utitur. lib. I. 595.

Nec de plebe Deo, ſed qui coeleſtia magna
Sceptra manu teneo, ſed qui vaga fulmina mitto.

Lib VI. 611.

Non eſt lacrimis hic, inquit, agendum,
Sed ferro, ſed ſi quid habes, quod vincere ferrum
Poſſit.

VII. 718.

Sed tamen abfueram: ſed & haec erat, unde redibam
Criminis exemplum; ſed cuncta timemus amantes.

Hoc libro inf. 707.

Sed regina tamen, ſed opaci maxima mundi,
Sed tamen inferni pollens matrona Tyranni.

Vid. & II ex Pont. II. 118. III. IV. 25. & paſſim. adi Heinſ. ad Claud. III. Rapt. 409. & Gron. ad Liv. III. 11. BURM.

17. *Cor-*

Et nullam quod opem patruus ſponſusve tuliſti:
Inſuper, à quoquam quod ſit ſervata, dolebis;
Praemiaque eripies? quae ſi tibi magna videntur;
Ex illis ſcopulis, ubi erant adfixa, petiſſes:
Nunc ſine, qui petiit, per quem non orba ſenectus,
Ferre, quod & meritis & voce eſt pactus: eumque
Non tibi, ſed certae praelatum intellige morti.
Ille nihil contra: ſed & hunc, & Perſea vultu
Alterno ſpectans, petat hunc ignorat, an illum.
Cunctatusque brevi, contortam viribus haſtam,
Quantas ira dabat, nequicquam in Perſea miſit.
Ut ſtetit illa toro; ſtratis tum denique Perſeus
Exſiluit: teloque ferox inimica remiſſo
Pectora rupiſſet; niſi poſt altaria Phineus
Iſſet: & (indignum) ſcelerato profuit ara.
Fronte tamen Rhoeti non irrita cuſpis adhaeſit.
Qui poſtquam cecidit, ferrumque ex oſſe revulſum eſt,
Palpitat, & poſitas adſpergit ſanguine menſas.

Tum

17. *Corniger Hammon.*] Sic Val. Flaccus lib. II. vſ. 482.

hoc corniger imperat Hammon
Virgineam damnare animam.

Ciofanus.

18. *Bellua ponti.*] Ita & Quintilianus citat. ſed plerique codices, *ponto.* quod magis placet. lib. IV. vſ. 689.

—— *Venienſque immenſo bellua ponto.* Heins.

19. *Rapta eſt.*] *Adempta eſt* duo Leidenſes & tres alii.

20. *Niſi ſi crudelis.*] *Niſi tu crudelis utrumque* MSS. bene. Bersman. ita & quinque codices.

23. *Et nullam.*] *Et nulla.* ſc. parte aut re. Bersman.

25. *Praemiaque.*] *Praemiave* Junian. Leid. & duo alii. *Praemiane* Thyſii & Argent.

26. *Ex illis ſcopulis.*] *Ex ipſis* quinque libri & Berſmanni MSS. *Ex illis ubi erat ſcopulis* Voſſian. & unus Mediceus. *erat* multi etiam. *confixa* etiam Urbinas. *religata* Thuan.

27. *Nunc ſine, qui petiit, per quem haec non orba ſenectus.*] *Hinc ſine* in nonnullis. rectius, ut opinor. Praeterea ſecundus Palat. Arond. aliique complures, *per quem non orba*, omiſſo τῷ *haec.* Heinsius.

29. *Non tibi ſed certae praelatum intellige morti.*] Hoc ita dicitur, quaſi mors quoque uxorem petiiſſet Andromedan, quamquam intelligi poteſt, praelatum, ob certam mortem Andromedae imminentem. Glareanus.

31. *Alterno ſpectans.*] *Aſpectans* MSS. non male. Bersman.

34. *Et ſtetit illa toro.*] *Et* pro quia hoc loco debemus accipere. Cons. Fan. Sic Ald. unus meus & Abb. Briantii & alii quidam vet. *ut ſtetit.* Probo. Ciofanus. *Sed ſtetit* Cod. Menand. alii, *ut ſtetit* vel *aſtitit.* unus etiam, *conſtitit.* Heinſius olim volebat, *reſtitit.*

35. *Exiliit.*] *Exiluit* meliores, more veteri. Heinsius.

35. *Remiſſo.*] *Retorto* Genevenſis. *repulſo* Baſil. *revulſo* Lovan.

36. *Rupiſſet.*] *Fregiſſet* Vivianus. ſed vid. ad lib. III. 626.

37. *Iſſet: & indignum ſcelerato profuit ara.*] *Et* copula, inquit Raphaël, affectui ſervit. hoc recte ille. ſed addendum ab eo hic novam orationem incipere, nec jungendam cum praecedenti oratione. Verbum enim *profuit*, non quadrat ad *niſi*, & *iſſet.* quare adjecta eſt affectus particula, *indignum.* nec etiam temere confudiſſet modos poëta compoſitionis feliciſſimae. Glarean.

39. *Ex oſſe.*] *Ex hoſte* excerpt. Theatin. & ſec. Medic. & Argent. *ex fronte* Genev. ſed vulgatam laudat Priſcian. lib. VI. pag. 710. *telamque* etiam Gronov.

40. *Calcitrat, & poſitas adſpergit ſanguine menſas.*] In uno meo legitur non *Calcitrat*, ſed *Palpitat.* Cioſ. *Palpitat* tertius Mediceus. Thuan. Zulich. alter Hamburg. Lovan. & Mureti excerpta. Noſter libro VI. 560. de lingua Philomelae exſecta,

Illa

Tum verò indomitas ardeſcit vulgus in iras:
Telaque conjiciunt. & ſunt, qui Cephea dicant
Cum genero debere mori. ſed limine tecti
Exierat Cepheus; teſtatus jusque, fidemque,
Hoſpitiique Deos, ea, ſe prohibente, moveri.
Bellica Pallas adeſt; & protegit aegide fratrem:
Datque animos. erat Indus Athis, quem, flumine Gange
Edita, Limnate vitreis peperiſſe ſub antris
Creditur, egregius formâ: quam divite cultu
Augebat, bis adhuc octonis integer annis;

In-

Illa jacet, terraeque tremens immurmurat atrae,
Utque ſalire ſolet mutilatae cauda colubrae,
Palpitat.

Gloſſae veteres, *Palpitat*, σπαίρει, πάλλει. Statius Theb. VIII. 439.

——— *jam palpitat arvis*
Phaedimus, & certi nondum tacet arcus Amyntae.

Similiter de Eurytione ſaucio & prolapſo Theb. IX. 756.

——— *hic ſaevi miſer inter vulnera belli*
Palpitat.

Libro XII. 68.

Spirantes ſuper inferias captiva Pelasgûm
Corpora, frenatoſque pater ſolatia fortis
Bellorum mactabat equos, his arduus ignis
Palpitat.

Prudentius Paſſione Agnetis:

Caecus coruſco lumine corruit,
Atque in plateae pulvere palpitat.
Tollunt ſodales ſeminecem ſolo,
Verbiſque deflent exequialibus.

Calpurnius Ecloga II. de victima:

Saepe vaporato mihi ceſpite palpitat agnus.

Guntherus Ligurini libro X.

Truncus in hoſtili foede tellure revulſus
Palpitat.

Apulejus Met. III. *Jamque tres numero ſaevitia ejus interemptos, ante pedes ipſius ſpirantes adhuc, & in multo ſanguine palpitantes.* Quintilianus Declamat. IV. *Exultans ſuper ſtratorum corporum ſtrages, palpitantibus adhuc cadaveribus inſiſto.* hinc & *cordis palpitatio. Palpitare* Juvenalis dixit de motu, qui fit in re Venerea. HEINS. *Calcitrat* tamen ſimili in caſu dixit lib. XII. Met. 240. & alibi. vide hic Pontanum.

40. *Poſitas adſpergit ſanguine menſas.*] Livius lib. XXXIX. *Cruore menſam reſperſam.* CIOF.

42. *Telaque conjiciunt.*] *Concutiunt* tres libri. *committunt* unus. *dicunt* etiam plurimi.

47. *Erat Indus Atys.*] Ad differentiam Phrygii à Cybele matre Deorum adamati, eleganter *Indus* eſt appoſitus. Fuit etiam alius Atys, Croeſi Lydorum regis filius. REGIUS.

47. *Gange.*] *Gangi* unus Leidenſis.

48. *Edita Limniace vitreis peperiſſe ſub undis.*] *Sub antris* primus Baſileenſis & fragmentum Zulichemianum. recte. Vide quae notavi ad Claudianum, Feſcenninis in Nuptias Honorii verſ. 75. & ſupr. II. 269. Pro *Limniace* Florent. S. Marci & prim. Palat. *Limnatie.* Neapol. Urbin. Cantabrig. aliique nonnulli, *Limnate.* prim. Vatican. *Limnate.* prim. Mediceus, *Limniate.* alii ex vetuſtioribus, *Limate.* Schedae Theatin. *Ligneis.* Cenſeo ſcribendum, *Limnatis.* Λιμνάτις. ἀπὸ τῆς λιμνῆς, nam *Limniace* Graecum non eſt. Certe apud Lacedaemonios cultam fuiſſe *Limnatim* Dianam ex Tacito diſcimus Annal. lib. IV. perperam ibi *Lemenetidis Dianae*, pro *Limnetidis* vel *Limnatidis* ſcribitur. *Limnatis* dicta à Limnis oppido in confiniis Lacedaemoniorum & Meſſeniorum. Ἄρτεμις Λιμνάτις eſt Pauſaniae in Laconicis, Meſſenicis, Achaïcis & Arcadicis paſſim. niſi quod in Laconicis ſemel, ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Λιμνάδος, pro Λιμνάτιδος male ſcribitur, ubi agit de morte Teledi regis. Idem in Corinthiacis & Laconicis Ἀρτέμιδος Λιμναίας meminit. Λιμνάτιν Dianam à piſcatoribus cultam, ut à Venatoribus ἀγροτέραν, teſtis eſt Artemidorus libro II. 35. Poſſet & *Limnacias* legi, nam Λιμνάκιδες, nymphae paluſtres. HEINS. Vid. Schol. Euripid. in Hippol. 1133.

49. *Egregius formâ.*] *Formam* primus Bononienſis & unus ex Voſſianis. Quales Graeciſmi apud poëtas obvii. HEINS.

50. *Bis adhuc octenis integer annis.*] Ratio ab octo quoſdam invitat, ut malint *octonis* ſcribere. Horat. lib. I. ſerm. *Ibant octonis referentes idibus aera.* Quidam propter aliorum ejuſdem ordinis nominum terminationem, *Octenis* ſecunda vocali media ſyllaba ſcribunt. quidam utrumque probant. deſcribit autem Atyn. XVI. annorum, quem paulo poſt Lycabas *puerum* vocat; & notabis monoſyllabum hic corripi, ut *bis*: a quibuſdam tamen produci, quos non ſequor. GLAREAN. *Octenis* Regius unus & Neapolit.

51. *Indutus chlamydem Tyriam.*] Lib. vet. *Indutus Tyriam chlamydem*, ordine praepoſtero. CIOFANUS.

53. *Et*

Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat
Aureus: ornabant aurata monilia collum;
Et madidos myrrhâ curvum crinale capillos.
Ille quidem jaculo quamvis distantia misso
Figere doctus erat; sed tendere doctior arcus.
Tum quoque lenta manu flectentem cornua Perseus
Stipite, qui mediâ positus fumabat in aulâ,
Perculit; & fractis confudit in ossibus ora.
Hunc ubi laudatos jactantem in sanguine vultus
Assyrius vidit Lycabas; junctissimus illi

Et

53. *Et madidos myrrha curvum crinale capillos.*] Nulli suspectus hic locus de mendo fuit, non tamen de nihilo esse puto, quod in Thuaneo, Oxonienſi & Berneggeriano codicibus est,

Et madidos myrrha cohibebat mithra capillos.

Mithra enim orientem incolentium cultus, & praecipue mollium virorum erat: Unde & Baccho ex India cum victrici exercitu redeunti fere datur, ut ad Valer. Flac. II. 271. ostendemus. sic & Hercules apud nostrum Ep. IX. 63. ausus erat, *mitra redimire capillos*, ubi notavimus etiam quosdam codices, *cohibere capillos*, habere. ut & Senec. Hippol. 756. de Baccho:

Ac mitra cohibens cornigerum caput.

ita & III. Fast. 669.

Levi mitra canos redimita capillos.

Illud *Crinale* ita absolute ponere nescio an soleant veteres. *Crinales dentes* Claudian. Bell. Gild. 138. *Crinalem murum* II. in Eutrop. 284. dixit, ad quae loca alia adduxit Barthius. *Crinales vittae* nostro lib. IV. 6. *crinale corpus* Halieut. 30. videant eruditiores, quaenam lectio sit praeferenda. Burm.

55. *Doctior.*] *Certior* unus Gronov. utrumque rectum. vid. lib. I. 519. sed repetitio magis est Ovidiani moris.

56. *Tum quoque.*] *Hunc quoque* MSS. Bersmanni.

57. *Media fumabat in ara.*] Junii & Gronovii unus codex, *media fumabat in aula.* nam res in atrio gerebatur. ut supr. ex versu 3. apparet. & ita in nuptiis, ut hic, Perithoi lib. XII. 215.

Ecce canunt Hymeneon, & ignibus atria fumant.

Et post 258.

Spectans altaria vultu.

Fumida terribili, cur non, ait, utimur istis.

Deinde 271.

Ecce rapit mediis flagrantem Rhaetus ab aris.

qui locus vulgatam posset tueri, sed unde forsitan huc intruserunt librarii. Si vero in conclavi aliquo regiae res gerebatur, unde ibi, quaeso, ara, quae apud veteres fere in atrio erat: & in atriis convivia etiam exhibita notum ex Servio ad Virgilii lib. I. 138. Burmannus.

58. *Perculit.*] *Percutit* quidam codices, sed perperam. & *perculit* agnoscit Pierius ad Virg. VIII. Aeneid. 121. ubi vide. infr. 98.

Protenora perculit Hypseus.

Vide ad lib. IV. 138. Burm.

58. *Et fractis confudit in ossibus ora.*] Sic quidem legitur, sed forsitan minus recte. ablativus enim ille, *fractis ossibus*, modum significat, cui, *in* praepositio apponi non solet. quare mihi illa, *&*, copula, ac *in* praepositio utraque in alterius locum transferenda videntur, ut legamus, *Infractis confudit & ossibus ora*, hoc est valde, ac penitus fractis ossibus faciem ita confudit, ut non cognosceretur. Regius. Superior tamen lectio, planior minusque coacta. Micyll. Nota conjunctionem *&* propter carminis necessitatem in tertium transiatam locum. nam rectum erat *perculit & infractis ossibus confudit ora*, si carmen pateretur. Glarean. Alii, *confundit.* unus Mediceus ex melioribus & prior Twisdenius, *contundit.* ut & Thuan. & Cantabr. (& Francof.) quare & lib. XII. 250. forte scribendum,

—— *& ossa*
Non agnoscendo contusa reliquit in ore.

in Graeviano, *contendit*; proxime verum. Heins. Ego *confundit* non moveo: ictu enim illo notas & lineamenta oris, quibus inter se homines dignoscuntur, confudit & turbavit. inf. XII. 250.

—— *& ossa*
Non agnoscendo confusa reliquit in ore.

Senec. Troad. 1112.

Ossa disjecta, & gravi
Elisa casu; signa clari corporis
Et ora, & illas nobilis patris notas
Confudit, imam pondus ad terram datum.

Petron. 105. *Confusis omnibus corporis lineamentis.* ubi vide quae notavimus. similiter verba *contundere* & *confundere* permutarunt librarii apud Quinctil. XI. 2. vide & supr. lib. IV. 518. praeterea *effractis* Urbinas. Burm.

59. *Hunc ubi.*] Antiquus codex, *ibi*, non *ubi* legendum ostendit, quod ideo placet, quia adverbium hoc *postquam* subsequitur. Constant. Fan.

Et comes, & veri non diſſimulator amoris;
Poſtquam exhalantem ſub acerbo vulnere vitam
Deploravit Athin; quos ille tetenderat, arcus
Adripit: &, Mecum tibi ſint certamina, dixit:
Nec longum pueri fato laetabere; quo plus
Invidiae, quam laudis, habes. haec omnia nondum
Dixerat: emicuit nervo penetrabile telum:
Vitatumque, tamen ſinuosâ veſte pependit.
Vertit in hunc harpen, ſpectatam caede Meduſae,
Acriſioniades, adigitque in pectus. at ille
Jam moriens, oculis ſub nocte natantibus atrâ,
Circumſpexit Athin: ſeque adclinavit in illum:
Et tulit ad manes junctae ſolatia mortis.
Ecce Syenites, genitus Methione, Phorbas,
Et Libys Amphimedon, avidi committere pugnam,
Sanguine, quo tellus latè madefacta tepebat,

Con-

59. *Foedatos vultus.*] *Laudatos* Florent. S. Marci, Thuan. Neap. ſec. Medic. prim. Vatic. & tres alii. probe. ſic l. XII. 398.

Pectoraque artificum laudatis proxima ſignis. • Statius Coma Earini:

Accipe laudatos, juvenis Phoebëie, crines.

Sic *laudatiſſima formâ Tyro* Epiſtola Herus. HEINS. Vide ad lib. I. 546. & Epiſt. XVI. 131.

61. *Et comes.*] *It comes* Pr. Thuan.

62. *Sub acerbo vulnere vitam.*] Vivianus, *ſub acerbi vulneris ictu*, ut *exhalantem* ſimpliciter eſſet poſitum. Ut *halare* infra VII. 810. HEINS. Sed puto nihil eſſe mutandum. nam & mox 106. *animam expiravit*, ubi Gronovianus *exhalavit* quoque. ut & VII. 861.

—— —— *& in me*
Infelicem animam noſtroque exhalat in ore.

XI. 43.

In ventos anima exhalata receſſit.

XV. 527.

Feſſamque videres
Exhalari animam.

Et eleganter dictum, *ſub acerbo vulnere*, quod aliter, *ex vulnere mori* dicunt. illa enim praepoſitio *ſub* ſaepiſſime ponitur, ut cauſſam vel inſtrumentum notet. Flor. IV. 8. *ſub percuſſore mori.* & imitator meliorum Joſephus Iſcan. lib. VI. Bell. Troj. 196.

Hunc jaculis, hunc enſe metit, tantoque ſub hoſte
Nulli turpe mori.

Plura de uſu hujus praepoſitionis notavit Eruditiſſimus & longiori vita dignior Schultingius ad Senec. Suaſor. VII. Et ita Graecos quoque locutos patet ex Sophoc. Ajac. 1037. qui dixit ὑφ' οὗ φονέως ἐξεπνεύσας. *ſub quo percuſſore exſpiraſti, ſub acerbo funere* Lovan. & Urbinas. BURM.

64. *Mecum tibi ſint.*] In eodem meo, *tecum mihi.* CIOF.

65. *Nec longum.*] *Longo* Cantabrig. Medic. Junii.

66. *Invidiae quam laudis habes.*] *Invidia* crimen & culpam, ut diximus, perſaepe ſignificat, praecipueque Ovidio. ut hoc loco, & in ſequenti libro. *Mater in invidia eſt.* & circa finem ejuſdem, *nobis Cinyrëius heros Invidiae mutatus erit.* & in primo Remedii, *Invidiam caedis pacis amator habes.* & in Didone, *dà veniam culpae decepit idoneus auctor, Invidiam noxae detrahit ille meae.* CONSTANTIUS FANENSIS. Haec refutavimus jam ſupr. lib. IV. 547.

69.] *Madefactam caede Meduſae.*] Omnes ſcripti, *ſpectatam caede.* CIOF. Quidam tamen, *foedatam:* ſed perperam. lib. VIII. 301.

Spectatus caeſtibus alter.

Ubi vide. *corde*, & à m. ſ. *morte* Gronovian.

70. *Adigitque.*] *Adicitque* Urbinas. ut *adjicere telum* paſſim Jul. Caeſar. *figitque* Leidenſ.

72. *Seque adclinavit ad illum.*] Duo mei, & alii, *Seque inclinavit.* Quod retinendum puto. CIOFAN. Alii, *inclinavit.* Bernegger. *acclinavit in illum.* probe. HEINS.

74. *Ecce Syenites.*] In veteribus, *Suënites.* nos id *u* pro *y* veterum more poſitum credimus. quin *Syenites* & Planudes. *Syenites*, autem a *Syene* urbe dictum eſt. cujus incolas *Syenites* dici ait & Stephanus. NAUGERIUS. Ab oppido Aethiopiae *Suenio*, *Suenites* nomen gentile diducitur. Eleganter autem & patriam & genus iſtius Phorbantis deſcribit poëta, nequis Phorbanta Priami filium illi pugnae interfuiſſe putet. Hi autem omnes, quos hoc loco poëta enumerat, obſcuri ſunt, nec à quoquam alio ſcriptore, quod ſciam, cele-

Conciderant lapsi: surgentibus obstitit ensis,
Alterius costis, jugulo Phorbantis adactus.
At non Actoriden Erithon, cui lata bipennis
Telum erat, hamato Perseus petit ense: sed altis
Exstantem signis, multaeque in pondere massae,
Ingentem manibus tollit cratera duabus;
Infregitque viro. rutilum vomit ille cruorem:
Et resupinus humum moribundo vertice pulsat.
Inde Semiramio Polydaemona sanguine cretum,
Caucasiumque Abarin, Sperchionidenque Lycetum,
Intonsumque comas Elycen, Phlegiamque, Clytumque
Sternit: & adstructos morientum calcat acervos.
Nec Phineus ausus concurrere cominus hosti,
Intorquet jaculum: quod detulit error in Idan,
Expertem frustra belli, & neutra arma secutum.
Ille tuens oculis immitem Phinea torvis,

Quan-

celebrantur. Regius. Nomen deductum putamus, haudquaquam a *Suenio* Aethiopiae oppido secundum interpretem, sed a *Syene*. quod est oppidum supra Alexandriam quinque millibus stadiorum, de quo Plinius & Servius. Lucanus: *Atque umbras nusquam flectente Syene*. quapropter *Syenites* etiam legi posse credimus, nec non *Suenites* cognatione litterarum, y & *u*. Jacobus a Cruce. Alii, *Syenites*, a *Syene*, quae Aethiopiae civitas est ad Nilum sita, ut Steph. ait. Sed & hac formatione *Suenites* legi potest, y in *u* conversa, quemadmodum pro *Sylla*, *Sulla* dicitur. Micyll. Omnes libri scripti, *Ecce Suenites*, per quintam vocalem in prima syllaba. Quod valde probo. Ratio ab aliis in medium allata est. Ciof. Malo, *Syenites*. libri veteres, *Suenites*, Συηνίτης. Sic in chronico Eusebiano Hieronymi veterrima exemplaria Olymp. xcvii. *Ægyptiorum dynastia Suenitarumque*, vel *Sevenitarum*. *Suene* etiam in veterrimis Vitruvii exemplaribus. Heins.

79. *Eritum.*] *Eriton* primus Gronovii, Florentinus, *Erycum*. Scribe, *Erithon*. Ἔρυθος nomen Graecum est. sic & paulo ante ter quaterve, *Athis* & *Athin* ex fide optimorum codicum pro *Atys* & *Atyn* rescribendum. Ἄθυς nomen urbi Syriae apud Ptolemaeum. mox, *Abarin*, & *Idan*, & *Phlegyan* meliores, & , *Spercheiadenque Lycetum*, pro *Sperchionidenque*. Σπερχειός, Σπερχειάδης. quanquam & vulgatum bene se habet. Heins. *Herithon* Gronovian.

80. *Admoto Perseus petit ense.*] Nescio, an alius ita locutus sit. mihi certe illud *admoto* frigidius esse, nec pugnantium calori convenire videtur; Lovanienses certe habet pro diversa lectione, *hamato*, ut harpe, quae & *falcata* dicitur lib. I. 718. & IV. 726. intelligatur. ita *hamatae sagittae* III. Trist. x. 63. *hamata arundo* inf. 384. *hamati ungues* XII. 563. *hamatae sentes*. II. 800. Heins.

81. *Multaeque.*] *Magnaeque* Thuaneus. & *pondere* Junian.

83. *Infligitque viro.*] Quidam ex vet. lib. habent, *Infigit*: quidam vero, *Immisit*. Ciofanus. *Infringitque* Arondelianus. Graevianus, *Infregitque*. quod arridet. sic *infringere alicui colaphos*. Valer. Flaccus III. 287.

——— *infractaque pectore charo*
Tela, neque hesternos agnovit in hospite vultus.

nisi & hoc loco, *impacta tela* legas. ut idem Valerius lib. VI. 243.

Campesus impacta latus inter & ilia quercu
Tollitur.

Sed utrumque recte dicitur. sic infra in uno Vossiano, *Ossibus infregit mediae cervicis* legitur, pro quo vulgati, *illisit*. *Scapulos cubitis impingere* apud Apulejum lib. II. Milesiacôn. *Consanguineos fracti crateres in hostes*, apud Statium Achilleidos lib. I. de *infringendi* verbo plura lib. III. vs. 84. jam diximus. Heinsius. *Infringit* quoque erat in Francofurtensi optimo codice. vide ad Petron. cap. XXII.

83. *Rutilum.*] *Calidum* Baliolens. parum refert. *vomit ore* Regius.

85. *Polydaemona.*] *Polydegmona* Planudes, non *Polydaemona*. Nauger. Ita & excerpta Herculanii, & in reliquis nominibus varietas multa, quam memorare vix attinet.

88. *Exstructos morientum calcat acervos.*] Multi veterum, *exstinctos*. Graevianus, *extentos acervos*. Non dissimiliter Silius lib. XV.

Jamque per extentos alterna strage virorum
Corpora fusa jacent campos.

Posset etiam legi, *sternit* & *hinc stratos*, nam *astra-*

Quandoquidem in partes, ait, attrahor, accipe, Phineu,
Quem feciſti hoſtem; penſaque hoc vulnere vulnus.
Jamque remiſſurus tractum de corpore telum,
Sanguine defectos cecidit collapſus in artus.
Hîc quoque Cephenum poſt regem primus Odites
Enſe jacet Clymeni: Protenora perculit Hypſeus:
Hypſea Lyncides. fuit & grandaevus in illis
Emathion, aequi cultor, timidusque Deorum:
Quem quoniam prohibent anni bellare, loquendo
Pugnat, & inceſſit, ſceleratáque devovet arma.
Huic Chromis amplexo tremulis altaria palmis
Demetit enſe caput; quod protinus incidit arae:
Atque ibi ſemanimi verba exſecrantia linguâ
Edidit, & medios animam exſpiravit in ignes.

Hinc

ctos eſt in uno codice. HEINS. Mediceus, Thuaneus & Francof. *adſtructos*, quod mihi placet in primis: quos nimirum multiplici caede Perſeus cumulabat. egimus de hoc verbo ad lib. II. Art. Am. 119. BURMANNUS.

93. *Abſtrahor.*] Plurimi ex melioribus, *attrahor*, quod praetuli. Cicero X. ad Att. I. *Quod ſcribis, non quo alicunde audieris, ſed te ipſum putare, me attractum iri, ſi de pace agatur.* BURM.

94. *Penſaque.*] Pondera. REGIUS. Vel potius compenſa, quaſi in vicem illius hoc accipe. MICYLL. *Penſa hoc cum vulnere vulnus*, MSS. Berſman. *compenſaque* unus Heinſii. utrumque vero dici, *penſare aliquid aliquo*, &, *cum aliquo* patet ex lib. XIII. 192. *Laudem ut cum ſanguine penſet.* vid. Vorſt. ad Valer. Maxim. lib. I. VI. ext. 2. & ad Juſt. V. 2. & ex profeſſo haec latius illuſtrantem in Latinitate vulgo neglecta Part. II. cap. I. BURM.

95. *Jamque remiſſurus tractum de corpore telum.*] Sic duo Caeleſt. Abb. unus meus, unus Maffei, & Urſini, *De pectore telum.* Illo prope modo Cicero pro Sexto Roſcio Am. cap. 7. *Decem horis nocturnis ſex & quinquaginta millia paſſuum ciſiis pervolavit; non modo ut exoptatum inimico nuncium primus afferret, ſed etiam cruorem inimici quam recentiſſimum, telumque paullo ante è corpore extractum oſtenderet.* In meo antiquiore, *de corpore ferrum.* Alii, & quidam impreſſi, *De vulnere telum.* Quod confirmat Q. Curtius lib. VI. cap. I. *Lancea ex vulnere evulſa.* CIOFAN. *Corpore* cum melioribus. nam *vulnere* praeceſſerat. & mox, *Hic quoque*, non, *Tum.* HEINS. Idem Curtius lib. VII. 4. *Extractam ex vulnere haſtam.* ſed & libro VIII. 2. dixit, *haſtam e corpore evulſam. Raptum* Tertius Mediceus & alii; ut infr. 137. *haſtam calido de vulnere raptam.* Vide lib. VI. 236. *Ferrum* etiam multi. BURM.

96. *Defectos.*] *Defecto* Voſſian. & MSS. Berſm. *collapſus in armis* idem Voſſ.

98. *Percutit Hypſeus.*] *Perculit* quinque veteres. ſic paulo ante: verſ. 56.

—— *lenta manu flectentem cornua Perſeus*
Perculit. HEINSIUS.

Vid. ad lib. IV. 138.

101. *Qui quoniam.*] *Quem* Thuan. & nonnulli alii. mox pro, *Pugnat*, Regius, *bellat.* HEINS.

102. *Sceleratáque devovet arma.*] In uno meo eſt, *devocat arma.* CIOFAN. Pro, *devovet arma*, Florent. Thuan. Neapol. Bernegger. primus & tertius Medicei, aliique nonnulli, *devocat.* quod non eſt de nihilo, & idem fere ſignificat, quod revocare vel avocare. ſic *devocare coelo ſidera* apud Horatium Epod. XVII. *devocare aliquem ad perniciem* bis Phaedro. Caeſar lib. VI. de Bell. Gallico 7. *Seſe ſuas exercituſque fortunas in dubium non devocaturum.* Auctor Belli Hiſpanici ex vetuſta editione Romana. *Pompejus cum animadverteret, caſtello ſe excludi Aſparea, haec res neceſſario devocabat, ut ad dimicandum deſcenderet.* vulgati, *vocabat. Devocare aliquem è foro* Cornelio Nepoti. Putabam aliquando,

Pugnat & inceſſens ſceleratis devocat armis.

HEINSIUS. Vide Daviſ. ad locum J. Caeſaris, & notas ad Phaedr. I. 20. Tibull. lib. I. II. 6.

Tepido devocat oſſa rogo.

104. *Decutit enſe caput.*] In eodem lib. *Diſcutit enſe caput.* CIOF. *Demetit* multi veteres, & pro diverſa lectione Urbinas. Recte. Heſiodus Theogonia 180.

— Φίλου δ' ἀπὸ μήδεα πατρὸς
Ἐσσυμένως ἤμησε.

Val. Flaccus III. 157.

Hinc Halyn, hinc rigido tranſcurrens demetit enſe
Dorcea.

Silius

Hinc gemini fratres, Broteasque & caestibus Ammon
Invicti, vinci si possent caestibus enses,
Phineâ cecidere manu: Cererisque sacerdos
Ampycus, albenti velatus tempora vittâ.
Tu quoque, Iäpetide, non hos adhibendus in usus;
Sed qui, pacis opus, citharam cum voce moveres;
Jussus eras celebrare dapes, festumque canendo.
Cui procul adstanti, plectrumque imbelle tenenti,
Pettalus, I, ridens, Stygiis cane cetera, dixit,
Manibus: & laevo mucronem tempore figit.
Concidit, & digitis morientibus ille retentat
Fila lyrae: casuque canit miserabile carmen.
Non sinit hunc impune ferox cecidisse Lycormas:
Raptaque de dextro robusta repagula posti

Offi-

Silius lib. IV. 213.
Demetit aversi Vogesus tum colla.
lib. V. 285.
Ense ferit tum colla viri, dextramque micantem Demetit.
lib. X. 145.
Tum Vesulum calido lapsantem in sanguine fratrum Ense metit.
lib. XIV. 135.
Ite, gregem metite imbellem.
Seneca Agamemnone:
Aegisthe, cessas impium ferro caput Demetere?
Statius Theb. VII. 713.
Cominus hunc stantem metit.
Idem lib. IX. 223.
——— *Nec opinaque ferro Colla metens.*
Apulejus Met. VII. *Libet non tantum sic naturam, verum etiam caput ipsum pessimo isti asino demetere:* non enim dubito quin sic scribendum sit, cum frigide nunc legatur, *demere.* Horatii illa videtur respexisse, *caudamque salacem demeteret ferro.* Eandem quoque significationem obtinet τὸ θερίζειν apud Graecos. sic Anthologiae Lib. III. in Epigrammate Agathiae in perdicem a fele interfectam, Σὴν κεφαλὴν αἴλουρος ἀπέθερισε, mox *semanimi lingua* cum melioribus, pro *semanimis.* Heins. Vide & Heinsium ad Val. Flacc. III. 670. & quae nos ibi notabimus. & ad Sil. X. 147. optimum Drakenborchium.

106. *Exspiravit.*] *Exhalavit* Gronovii. v. supr. ad vers. 62. *spiravit* alius Gronovianus.

110. *Amphycus.*] Rectius fortasse, *Alphytus.* Nauger. Τὸ ἄλφιτον farinam significat, propter cujus albedinem Cereris Sacerdoti decenter inde datum est nomen, quoniam ejus deae Sacerdotes albis uti vestibus consueverant, ut in decimo hujus operis videbis. Caussam refert idem Poëta in v. Fastor. nisi a Farina Cereris famulo nomen impositum velis, quòd ea frumenti, unde farinam facimus, inventrix & praeses memoretur. Constant. Fan. *Ampycus* praestat. Ἄμπυκος quomodo & Mopsi vatis pater est dictus. mox *adhibendus in usus* rectius vetustiores, quam, *ad usus.* Virgil. IV. Aeneid. 647.
Non hos quaesitum munus in usus. Heins.
Vid. III. Art. 529. & supr. lib. IV. 523.

112. *Sed qui pacis opus.*] Ita & codices. malim nihilominus, *Sed quo. quo* pro *ut.* Heins.

113. *Jussus erat celebrare dapes.*] Dominic. *Aussus erat.* Ciof.

114. *Quem procul adstantem plectrumque imbelle tenentem Pettalus irridens.*] *Cui adstanti, & tenenti* primus Medic. Bernegg. & sex aut septem alii. Scribe,
Cui procul adstanti, plectrumque imbelle tenenti Pettalus, I, ridens, Stygiis cane cetera, dixit, Manibus.
sic apud Virgilium, IX. 634.
I nunc & verbis virtutem illude superbis.
Val. Flaccus lib. III. 169.
—— *occumbens, i nunc, ait, Herculis armis, Donum ingens, semperque tuis mirabile fatis.*
ut recte illic Carrionis codex. Propertius libro II. Eleg. XXIX.
Atque ita mî injecto dixerunt rursus amictu, I nunc, & noctu disce manere domi.
Ita scribo. *noctu* etiam malo, quam *noctes*, quod ante legebatur. sic eodem libro Eleg. XXII.
Et coelum noctu bis sine rege fuit.
noctu Tibullus quoque habet libro I. Eleg. VI. *mî dixerunt*, pro *me duxerunt.* quod hic locum non habebat. Palmerius cum suo *diretit* ridiculus est. ad Epist. IV. 127. jam ostendimus, quam saepe τὸ *I* à supinis librariis sit corruptum. pro *laevo tempore*

Oſſibus illidit mediae cervicis. at ille
Procubuit terrae, mactati more juvenci.
Demere tentabat laevi quoque robora poſtis
Cinyphius Pelates. tentanti dextera fixa eſt
Cuſpide Marmaridae Corythi; lignoque cohaeſit.
Haerenti latus hauſit Abas: nec corruit ille;
Sed retinente manum moriens è poſte pependit.
Sternitur & Melaneus, Perſeïa caſtra ſecutus,
Et Naſamoniaci Dorylas ditiſſimus agri;
Dives agri Dorylas: quo non poſſederat alter
Latius,

etiam malim, *laevo pectore*, ſi liceat per libros. HEINSIUS. *Moventem* Cantabr. & duo alii.

118. *Caſuque fuit miſerabile, &c.*] Forte, inquit, lyra emiſit carmen triſte, & morienti conveniens. REGIUS. Hanc extremam ex quinto volumine particulam cum legeremus: *Caſuque fuit miſerabile carmen*, recordati ſumus Tragoediae, hoc eſt, triſtis & luctuoſi exitus Marci Craſſi in Parthis interemti, de quo haec praeclare apud Plutarchum in hanc ſententiam ſcribuntur: *Cum nuntius a Surina miſſus, qui Craſſi caput ferebat, ad Hyrodem perveniſſet, eorum Regem convivio accubantem offendit, & Jaſon Trallienſis fabularum actor, remotis jam menſis, Euripidis fabulam de furiis Agaves actitabat, cumque ab omnibus ſumma jucunditate & laetitia probarentur, Scylaces caput Craſſi in medium projecit. Jaſon vero dimiſſis, quae manibus tunc geſtabat, luctus inſignibus, Craſſi capite in manibus ſumto, quaſi furens debacchari coepit, ac multis caput illud telis perfodit, verſus e Tragoedia hujusmodi decantans. Ferimus e montibus hinnuli praedam feliciſſimam.* Hujusmodi ergo finem Craſſi expeditio quaſi Tragoedia quaedam ſortita eſt, ad quem nunc alludere videtur Poëta: JACOBUS A CRUCE. Quidam ad hiſtoriam hoc loco reſpexiſſe poëtam volunt. Eodem enim modo & Craſſi interfecti caput, ut Plutarchus ſcribit, Trallibus quidam hiſtrio in ſcenam allatum, pro Penthei capite dilaniavit. Sed hoc puto περιεργότερον. MICYLL.

118. *Caſuque canit miſerabile carmen.*] Ita omnes ſcripti libri; itaque legendum: non autem, *Caſuque fuit*. CIOFAN. *Canit* ex melioribus, & mox *Nec ſinit*. & *poſti* pro *poſte*, quomodo Priſcianus agnoſcit lib. VII. p. 768. HEINSIUS. Cacophanon eſt, *caſu canit*. licet ab illo non abhorruiſſe multos ſciam, vide Weitz ad Virgilii Copam. v. 1. & Broukh. ad Tibul. I. 1. 3. quod ſi non offendat ſoni iſtius iteratio, argutius eſſet, *caſuque cadit m. carmen*, ſed ſimplicius mallem hic legere, *caſuque fugit miſerabile carmen:* caſu viri ad terram, & inde morte ſequuta, carmen aufugit, & deſiit. nam *caſu fuit*, non intelligo, nec Latinum puto. *fuit* vero pro *fugit* millies a librariis poſitum. Pontanus capit, ut ita ceciderit, ut in hiſtoria vel fabula, quam canebat, locus triſtior, quaſi praenuntius quidam necis ejus incideret. ſed ex more Ovidii *caſu* hic non pro ſorte, ſed pro lapſu in terram debet capi. nam praecedit *concidit* & *caſu*, &c. ita enim repetere ſimilia centies Ovidium jam ſaepe adnotatum fuit. BURM.

119. *Ferox.*] *Ferus* unus Heinſii.

120. *Raptaque de duro robuſta repagula poſte.*] Lego, *poſti*, ex Priſciano lib. VII. CONST. FAN. Vide Gifan. Ind. Lucret. in *colli* & *luci*. *Duro* autem, quod Conſtantius habet, in nullo codice reperi. mox iterum Heinſius malebat, *laevo quoque robora poſti.*

120. *Robuſta repagula.*] Repagula dicuntur aſſeres, qui clauſis oſtiis opponuntur. REGIUS. Vectes ſive obices dicere vult. porro Priſc. lib. 7. p. 768. citato hoc verſu, pro *poſte*, *poſti* legit ablativo caſu. MICYLL. *Repagula*, inquit, Raphaël aſſeres dicuntur, obices credo vult dicere, quia ex vectibus aut ſublicis ſaepe fiunt. Dextro autem poſte, ait, quia bini ſunt in portis poſtes, ſed obex ad dextrum. GLAREAN.

121. *Oſſibus illiſit.*] In uno Caeleſt. *eliſit*. In Vaticano, duobus meis & Abb. *immiſit*. Apud Priſcianum lib. VII. eſt ſuperior lectio: quam ſequor. CIOFANUS. *Infixit* Thuan. *elidit* Leidenſ.

122. *Procubuit terra.*] *Terrae* meliores. ut ſaepe alibi. HEINSIUS. Vide ad lib. II. 347.

124. *Cinipheus.*] *Cinyphius*. Κίνυψ, Κίνυφος, Κινύφιος. ſic *Cinyphii membrana chelydri* lib. VII. 272. ita & libro XV. 755. ſcribendum *Cinyphiumque Jubam*, jam animadvertiſſe amiciſſimum quoque Janum Vlitium ad V. XXXIV. Gratii curis ſecundis video, qui illic conſulendus. *Cinyphiam ſegetem* Noſter Pont. lib. II. Eleg. VII. etiam dixit. apud Virgilium Georg. III. 312. *Cyniphii hirci* in veterrimis codicibus pertinaci errore dicuntur. *Cinyphius Bagradra*, & *Cyniphii agri* apud Statium lib. IV. Silvarum. pro *Coriti* etiam malo, *Corythi*. nam vetuſtiores, *Corithi*. vide Notas lib. VII. vſ. 362. HEINSIUS.

125. *Mar-*

Latius, aut totidem tollebat farris acervos.
Hujus in obliquo missum stetit inguine ferrum:
Letifer ille locus. quem postquam vulneris auctor
Singultantem animam, & versantem lumina vidit
Bactrius Halcyoneus, Hoc, quod premis, inquit, habeto
De tot agris terrae: corpusque exsangue reliquit.
Torquet in hunc hastam calido de vulnere raptam
Ultor Abantiades: mediâ quae nare recepta
Cervice exacta est, in partesque eminet ambas.
Dumque manum Fortuna juvat; Clytiumque, Claninque,

Matre

125. *Marmaridae Coriti.*] *Marmaces* (ut Stephanus refert ex sententia Hecatei) gens est Aethiopica: unde forsitan, *Marmacides Coritus* appellatur. Sed à Marmaro quoque patre, *Marmarides* dici potest. Regius. Imo à gente Marmaridum, cujus & Plinius meminit libro quinto capite sexto, & Strabo, libro decimo septimo, cujus verba sunt: Πρὸς ἕω δέ τι μᾶλλον οἱ Μαρμαρίδαι, προσχωροῦντες τῇ Κυρηναίᾳ καὶ παρατείνοντες μέχρι Ἀμμωνος. Micyll.

127. *Retinente manu.*] In quibusdam, *retinente manum*. utrumque recte. Nauger. Scribe, *retinente manum poste*, quod in suis Naugerius invenerat. mox, *Dorylas* pro *Dorilas*. & *Claninque* pro *Clamimque*. Heins.

127. *E poste pependit.*] *De poste* Junianus, Gronov. & Lovan. & plurimi alii, ut & Bersmanni. sed Remedio 18. *E trabe sublimi triste pependit onus.*

128. *Menaleus.*] *Melaneus* legendum, quod nomen etiam canis est lib. III. ubi de canibus Actaeonis. & hic proprium & l. XII. in pugna Centaurorum cum Lapithis, sed in hoc contrarium accidit, quod in *Sthenelo*; in Latinis enim codicibus frequenter legas *Sthelenus*. Glarean.

131. *Totidem tollebat farris acervos.*] Multi veterum, *thuris*. Sed perperam. *thuri* enim locus in solo Oriente. Drepanius Florus:

Scilicet egregios aeterni farris acervos,
Exundans oleum, vinaque pulcra nimis.

Pro *tollebat* Jacobus Gronovius Joannis Frederici Filius, adolescens famae paternae haud degener, censebat corrigendum, *cogebat farris acervos*. probabili conjectura. nam *cogere fructum* elegans est. de quo ejus pater Observat. IV. cap. III. idque apud rei rusticae scriptores frequentissimum occurrit. *tollere* tamen defendi non incommode potest. quomodo *tollere praemia* apud Juvenalem Sat. VI. idem:

Nummus ut & pleno semper tollatur acervo.

Et Horat. I. Sat. I.

At suave est ex magno tollere acervo. Heinsius.

Tollebat eleganter dictum, neque movenda vox: Non tamen, ut Heinsius fecit, explicanda, sed *tollere* dicitur, qui maturas ex agro capit, (ut recte Regius) vel cogit fruges, & horreo suo condit. ita Petron. c. LIII. *Sublata in horreum ex area tritici millia modium quingenta.* ubi vide quae notavit ipse Heinsius, & nos olim. quibus nunc adde Plinii locum lib. XVIII. cap. 7. *Hordeum ex omni frumento minime calamitosum, quia ante tollitur, quam triticum occupet rubigo.* vid. & ad lib. II. Amor. II. 27. *Tolerabat* excerpta Theatin. Burmannus.

135. *Bactrius Halcyoneus.*] *Barceus* Planudes; mihi *Bactreus* placet. Naugerus. Planudes, qui Ovidium Graecè transtulit, *Barceus*, pro, *Bactrius* habet, a Barce urbe videlicet. Alii etiam pro *Alcyoneus*, *Alconeus* legunt. Micyll. Raphaëlis codex habebat, *Bactreus* per *e*. sed *Bactrius* per *i*, melius congruebat, si a Bactris deduci existimavit, urbe Indiae contermina. Planudes legit, *Barceus* dissyllabum, ut a Barce sit Cyrenes urbe, a qua magis secundum Servii paulo ante traditam regulam aptum est *Barcaeus*, quod & Stephano visum est. Idem Planudes, pro *Alconeus* legisse videtur, *Halcyoneus*, at in his nihil asseveramus, nam in Syriam venire non minus Bactrii poterant, quam Indi, cum tamen *Arym Indum* nominet, nec minus Barcaei, quam Cinyphei; cum antea dixerat *Cynipheus Pelates*. *Braeteus* porro, quod quidam legunt, ineptum est. Glareanus.

137. *Hastam calido de vulnere raptam.*] Hic versus fulcit superiorem lect. *Tractum de vulnere telum.* & Statius lib. VIII. *magnoque e vulnere telum Exsuit ipse gemens.* Sed utroque modo, ut opinor, rectè. Ciofanus. *Calido de sanguine* nonnulli scripti. *medio de vulnere* Junianus. *Tractam* MS. quidam, etiam Bersm. vid. supr. vs. 95.

Matre ſatos unâ, diverſo vulnere fudit.
Nam Clytii per utrumque gravi librata lacerto
Fraxinus acta femur: jaculum Clanis ore momordit.
Occidit & Celadon Mendeſius: occidit Aſtreus,
Matre Palaeſtinâ, dubio genitore creatus.
Aethionque ſagax quondam ventura videre;
Nunc ave deceptus falsâ: regisque Thoactes
Armiger, & caeſo genitore infamis Agyrtes.
Plus tamen exhauſto ſupereſt: namque omnibus unum
Opprimere eſt animus. conjurata undique pugnant
Agmina pro cauſsâ, meritum impugnante fidemque.
Hac pro parte ſocer fruſtra pius, & nova conjux,
Cum genetrice, favent, ululatuque atria complent.
Sed ſonus armorum ſuperat, gemitusque cadentum:
Pollutosque ſemel multo Bellona Penates
Sanguine perfundit; renovataque proelia miſcet.

Cir-

142. *Librata.*] *Vibrata* multi ſcripti: ut ſaepe. vid. Epiſt. III. 126. REGIUS.

144. *Occidit & Celadon Mendeſius.*] Lego, *Celadon Mendeſius: Mendes* enim civitas fuit in Aegypto, unde *Mendeſium*, unum e ſeptem oſtiis Nili. lege Stephanum, Plinium & Strabonem. *Celadon* reſonans interpretatur: Κελαδεῖν enim exclamare & reſonare ſignificat. CONST. FANENSIS. *Mindeſos* urbs eſt Syriae, & *Myndones* populi ſunt Libyae. REGIUS. Ego *Mindeſium* lego, à *Myndete* urbe Aegypti, ubi Pana coluerunt, & ex animalibus Caprum, ut inquit Strabo lib. decimo ſeptimo. Hinc enim & *Mendeſius* nomos, ſive praefectura apud Plinium libro quinto capite ſexto dicitur. Nam de *Mindeſo* urbe aliàs, quod ego ſciam, nihil reperitur. *Mindus* autem Aſiae urbs eſt, à qua *Mindius* poſſeſſivum, non *Mindeſius*, analogice formatur. MICYLL. Κελαδῶν Graece eſt, per primam vocalem in ſecunda ſyllaba. *Myndeſius* autem cum *y* ſcribendum, a *Myndus*, ut puto, Cariae urbe. Raphaël a *Mindeſo* Syriae urbe ait derivatum. GLAREAN. *Mendeſius* pro *Myndeſius*. Μένδης πόλις Αἰγύπτου. ὁ πολίτης Μενδήσιος. hinc Πτολεμαῖος Μενδήσιος, cujus annales Aegyptios laudant, cum alii, tum Tatianus oratione contra gentes. HEINS.

146. *Echionque ſagax.*] Emendo, *Ethion*, ut ſyllabam non offendam, & aptum auguri nomen faciam. ἠθεῖος enim divinus interpretatur. CONSTANT. FANENS. *Ethionque* meliores. Lege, *Aethion*, Αἰθίων. Statius imitatus Theb. VII. *genituſque Heliconide Nymphâ Aethion, caeſoque infamis fratre Polytes.* HEINS.

147. *Tunc ave deceptus falsâ.*] *Nunc* ex melioribus. HEINS. Vide ad Epiſt. XVIII. 95. Ceterum expreſſit hunc locum Silius lib. V. 405.

Ille ſibi longam Clotho, turbamque nepotum
Crediderat, vanis deceptus in alite ſignis.

Neque diſſimiliter Statius lib. VII. 720.

Vixerat ille diu pauper, ſcrutator aquarum,
Decepit tellus, moriens hiemeſque notoſque
Laudat.

Et 787.

Deceptum tibi Phoebe larem, poenaſque nefandae
Conjugis, & pulchrum nati commendo furorem.

Et eodem libro 157. *Deceptum larem* dixerat. Auſon. parent. 9. *Te Juvenis primis luxi deceptus in annis.* Vide quae de hoc verbo olim ad Petronii cap. CXV. notavimus, & nuper ad Vell. Paterc. II. 116. BURM.

147. *Regiſque Thoaſtes.*] *Choriſtes* Planudes, non *Thoaſtes*. NAUGER.

148. *Agyrtes.*] Nomen infami viro conveniens: ἀγύρτης enim praeſtigiator vocatur. CONSTANT. FANENSIS. *Caeſo* explicat Pontanus vel a carnifice propter capitale facinus, vel ab ipſo filio, ut parricidam notet, quod verosimilius puto.

150. *Conjurata undique pugnant Agmina.*] Malim, *juratasque*. nam veteres plurimi, *conjuratasque*. quod gloſſema eſt alterius. ſic apud Noſtrum in Amoribus II. XVIII. 2.

Primaque juratis induis arma viris.

quomodo & libro XV. 763. forte ſcribendum,

——— *vidit quoque triſte parari*
Pontifici letum, juratasque arma parari.

cum in ſcriptis quibuſdam exſtet, *conjurataque*. vulgati, *& conjurata*. & l. XIII, Met. 39.

——— *timidi commenta retexit*
Naupliades animi, juratasque traxit ad arma.

ut codices nonnulli agnoſcunt. Statius Theb. II. 490.

— *exit*

Circueunt unum Phineus, & mille ſecuti
Phinea. tela volant hibernâ grandine plura
Praeter utrumque latus, praeterque & lumen & aures:
Adplicat hinc humeros ad magnae ſaxa columnae:
Tutaque terga gerens, adverſaque in agmina verſus,
Suſtinet inſtantes. inſtabant parte ſiniſtrâ
Chaonius Molpeus, dextrâ Nabathaeus Ethemon.
Tigris ut, auditis diverſâ valle duorum
Exſtimulata fame mugitibus armentorum,
Neſcit utro potius ruat: & ruere ardet utroque:
Sic dubius Perſeus, dextrâ laevâne feratur,
Molpea trajecti ſubmovit vulnere cruris;
Contentusque fuga eſt. neque enim dat tempus Ethemon;
Sed furit: &, cupiens alto dare vulnera collo,
Non circumſpectis exactum viribus enſem
Fregit: & extremâ percuſſae parte columnae

Lami-

——— *exit in unum*
Plebs ferro jurata caput. Heins.
Ego vulgatam malo: nam melius dici puto, *conjurata agmina*, quam *juratam cauſſam.* vel, ſi *jurataque agmina* conjungas, inconcinnus hiatus praeter Ovidianam elegantiam admittendus erit. praeſertim cum *conjuratio* proprie dicatur in tumultu & bello ſubito, ut hoc fuit. vide Serv. ad Virgil. VIII. Aeneid. I. Sigon. de Antiq. Jur. Civ. I. 15. & Dionyſ. Voſſ. ad Caeſar. VII. Bel. Gal. I. Noſter lib. V. Faſt. 572.
Hinc conjuratis talia dicta dedit.
Et ita *Graecia conjurata* Horat. I. od. 15. & ſic paſſim alii. *undique certant* etiam Mediceus, Neapol. & Urbinas. non male, quia *impugnante* ſequitur. Burmannus.

155. *Pollutoſque ſimul.*] *Semel* cum duobus codicibus, ut in illo,
Pollutaeque ſemel nequeunt manſueſcere fauces.
Heinsius. Memoriae nimis fidens, qui omnium fere Poëtarum loca tenebat, vir inſignis, Lucani & Claudiani loca confudit. hic enim lib. II. in Ruf. 8. *Pollutaeque negant areſcere* (vel ex MS. *manſueſcere*) *fauces.* ille vero lib. I. 332.
Nulius ſemel ore receptus
Pollutas patitur ſanguis manſueſcere fauces.
Simul autem & *ſemel* confundi ſaepe videbimus ad lib. VI. 511. vid. & ad Quinctil. Declam. VI. 2. Burm.

159. *Praeter utrumque latus.*] Tres ſcripti, *propter.* Heinsius. Eadem varietas lib. VIII. 258 *Propter humum volitat.* ut ibi legendum; & apud Virgilium IX. 680.
Atheſim ſeu propter amoenum.
Liv. IX. 2. *Propter oram ſuperi maris.* ubi Rhenanus, *praeter.* Phaedr. lib. II. 6.
Venit per auras cornix, & propter volans.
Vide Gronov. ad Livii Epitomen libri XLIX. & Heinſium ad Ovidii Epiſt. VI. 5. Burm.

159. *Praeterque & lumen & aures.*] Licentia poëtica haud dubie dixit, *praeterque & lumen*, cum de Polyphemo potius hoc congrueret, quamquam, *praeterque & lumina & aures legi* poſſet. Glareanus. Eſt Metaphora pariter & enallage in eo, quod dixit *lumen* pro luminibus. Micyllus. Sed *utrumque* puto poſſe huic voci etiam applicari.

160. *Adplicat hic.*] *Hinc* Argentor. Sec. Medic. & quinque alii *applicare.* hoc ſenſu ſaepe Petronius utitur, ſed dativum adjungit. vid. ad cap. LXVII. Eodem verbo in ſimili Alexandri certamine, ſed minime credibili, & forte ex hac Perſei fabula ficto, utuntur Curtius & Juſtinus. ille lib. IX. 5. *arboris ſpatioſo ſtipiti corpus, ne circuiri poſſit, applicuit.* hic lib. XII. 9. *Trunco ſe, qui propter murum ſtabat, applicuit.* Burm.

162. *Inſtabat.*] Rectius, *inſtabant* primus Baſileenſis & unus Mediceus. Heins.

163. *Chaonius Molpeus dextra Nabataeus Ethemon.*] *Chaonius* Epirota. Chaonia namque pars eſt Epiri a Chaone Trojano, ut carmine Virgiliano etiam pueris notum eſt, appellata, *Chaoniamque omnem Trojano a Chaone dixit.* Regius. Extrema duo nomina aſpirationem habent, duo media nequaquam. ſed Μόλπευς καὶ Ναβαταῖος Graece ſcribuntur. Glar. Non video, quae convenientia ſit inter Graecos & Arabes, deinde inter Chaonios & Nabathaeos, quando Poëta, quaſi duos ſocios fingit Ethemonem, & Molpeum. proinde dubito utrum legendum ſit, *Choanius Molpeus:*

Lamina diſſiluit; dominique in gutture fixa eſt.
Non tamen ad letum cauſſas ſatis illa valentes
Plaga dedit. trepidum Perſeus, & inermia fruſtra
Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe.
Verum ubi virtutem turbae ſuccumbere vidit,
Auxilium, Perſeus, quoniam ſic cogitis ipſi,
Dixit, ab hoſte petam: vultus avertite veſtros,
Si quis amicus adeſt: & Gorgonis extulit ora.
Quaere alium, tua quem moveant miracula, dixit
Theſcelus: utque manu jaculum fatale parabat
Mittere, in hoc haeſit ſignum de marmore geſtu.
Proximus huic Ampyx animi pleniſſima magni

Pecto-

peus: ſunt enim *Choani* populi contermini Arabibus, & Nabathaeis, ut Plin. auctor eſt lib. VI. cap. 28. MICYLL. *Choanius* etiam ad Plinium Harduinus legit: in ſcriptis nulla varietas, niſi quod *Cahonius* Leidenſis habet.

164. *Valle.*] Vid. Gronov. ad Stat. XI. Theb. 256. *in valle* ſec. Thuan.

169. *Contentuſque fuga eſt.*] *Fugae* optimus Florentinus, quod non eſt contemnendum. Vide omnino, quae de hac locutione notavi infra libro XV. vſ. 513. Dictys Cretenſis lib. II. 17. *Ceterum Achilles, haud contentus eorum quae geſſerat, Cilicas aggreditur.* apud Maronem tamen lib. XI. 815.

Contentuſque fuga mediis ſe immiſcuit armis.

HEINS. Ita Gifanius obſervavit, Scaevolam leg. 37. §. ult. ff. de Legatis 3. dixiſſe, *contentum dimidiae partis dotis.* Vide Freinshem. ad Curt. lib. VI. c. 2. & Heinſ. ad Vell. Pater. II. 88. BURM.

170. *Sed furit.*] Legendum hic eſſe *ferit*, monent ſequentia. pari labe affectum putem verſum 231. lib. XII. ubi pro,

Summovet inſtantes, raptamque furentibus aufert,

videtur legendum,

Summovet obſtantes, raptamque ferentibus aufert.

Ferentibus, hoc eſt abducentibus jam praedam ſuam, quod apprime ad Theſei actionem aptum eſt. adde figuram, quae Naſoni in deliciis. SCHEPPERUS apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. Nihil movendum eſſe docebunt notae Heinſ. ad Val. Flacc. I. 144. Ovid. II. Faſt. 752. & noſtrae ad Petron. cap. CXXII. BURM.

171. *Exactum enſem.*] Variant admodum codices; *extractum*, *exhauſtum*, *agitatum* praeferentes. ſed prae vulgata rejiciendae omnes varietates. *exigere* enim *enſem* ſummam virium intentionem notare docuit recte Barth. ad Stat. VI. Theb. 718. Val. Flacc. IV. 390

Et celerem mediis in cautibus exigit enſem.

Vide Gronov. ad Senec. conſol. ad Marc. cap. 16. & ſimilem verbi hujus vim ad Epiſt. II. 114. notavimus. Berſmanni porro codex, *incircumſpectis.* ſed fruſtra: amare enim Ovidium ſaepe in ſimilibus *non* praeponere ad I. Amor. VI. 17. vidimus. BURM.

172. *Extrema percuſſae parte.*] Neſcio an non rectius, *extremae percuſſa parte columnae*, quod in ſex libris exſtat. *Fregit in extrema* Douza. & ita Edidit Berſmannus. BURM.

175. *Inertia.*] Unus meus & Abb. *inermia.* CIOFANUS. Lib. I. 487.

Tendentemque manus Priamum conſpexit inermes.

Et *Inermia* reponendum ex Berneggeriano, priore Erfurt. & multis aliis. Virgil. lib. X. 595.

—— —— *frater tendebat inermes*
Infelix palmas.

Libr. XI. 414.

—— —— *dextras tendamus inermes.*

Ibid. 674.

Dum ſubit, & dextram labenti tendit inermem.

ita optimae membranae Florentinae lib. XII. 311.

At pius Aeneas dextram tendebat inermem.

HEINS. *Inania* etiam duodecim ſcripti. mox *perfodit* tres. *percutit* unus.

177. *Succumbere.*] *Procumbere* unus Heinſii, *ſuccedere* plurimi.

178. *Cogitis ipſi.*] *Ipſe* Cantabr. Heinſius malebat, *ipſo.*

182. *Theſſalus.*] Praeſtantiores, *Theſcelus*, vel *Teſcelus.* probe. mox *Ampyx* pro *Ampix* bene primus Palatinus. unus Thuani. *Amphyx.* Ἄμπυξ. HEINSIUS.

182. *Jaculum letale.*] Corrige ex omnibus libris ſcriptis, *fatale parabat.* CIOF. *Jaculum ferale* duo Medic. & unus Baſil. apud Virgilium tamen IV. 73. *haeret lateri letalis arundo.* ubi quidam Codices etiam, *fatalis.* ita lib. VI. 251. quidam codices, *fatiferum*, alii, *letiferum ferrum*, ſed lib. XII. 919. *telum fatale coruſcat.* Cantabrigienſis etiam, *manus* non ineleganter. ſic I. Am. VIII. 110.

At noſtrae vix ſe continuere manus.

Ita

Pectora Lyncidae gladio petit: inque petendo
Dextera diriguit, nec citra mota, nec ultra.
At Nileus, qui se genitum septemplice Nilo
Mentitus erat, clypeo quoque flumina septem
Argento partim, partim caelaverat auro,
Adspice, ait, Perseu, nostrae primordia gentis:
Magna feres tacitas solatia mortis ad umbras,
A tanto cecidisse viro. pars ultima vocis
In medio suppressa sono est: adapertaque velle
Ora loqui credas; nec sunt ea pervia verbis.
Increpat hos, Vitioque animi, non crinibus, inquit,
Gorgoneis torpetis, Eryx: incurrite mecum;

Et

Ita *lingua dicere*, *oculi videre* & similia passim apud Nostrum, pro *loqui linguâ*, *oculis videre*. Vid. ad Epist. x. 46. & 120. & alibi. Burm.

186. *Ultra est.*] Tolle verbum substantivum ex fide codicum. *nil citra* primus Mediceus & duo alii. Heinsius.

190. *Adspice, ait, Perseu, nostrae primordia gentis: Magna feres tacitas solatia mortis ad umbras, A tanto cecidisse viro.*] Laus aliqua est, à forti strenuoque viro interfici. Sic infra lib. XII.

Quisquis es, ô juvenis, dixit, solamen habeto
Mortis, ab Haemonio quod sis jugulatus Achille.

Et Virg. lib. x. de Lauso ab Aenea interfecto:

Hoc tamen infelix miseram solabere mortem,
Aeneae magni dextra cadis.

Vide ibi Servium, & eodem libro, de Pallante cum Turno congressuro:

Aut spoliis ego jam raptis laudabor opimis,
Aut leto insigni: sorti pater aequus utrique est.

Ciofanus. *Suscipe* Argentor. unde Heinsius, *suspice. Perseu* etiam maxima pars scriptorum.

192. *A tanto.*] Aliquid hic desidero: non enim satis Latinum videtur. Forte, *Te tanto*, vel, *Tu tanto.* praecedenti versu Gronovianus & Mediceus, *refer. feras* Thysii cum Moreti libro. forte, *magna fer*, *i.* Heinsius. Immerito locutio illa, *a tanto cecidisse viro*, suspecta est illustri viro. ita Ep. IX. 36.

Torqueor infesto ne quis ab hoste cadat.

inf. lib. XIII. 596.

Occidit a forti (sic vos voluistis) Achille.

Suet. Oth. v. *Nihilque referre ab hoste in acie, an in foro sub creditoribus caderet.* Lactant. argum. fab. VI. lib. XII. *Neptunus graviter ferens Cygnum filium ab Apolline cecidisse.* ut Colonienses editio, aliae, *occidisse.* nec dissimiliter Valer. Flac. VIII. 317.

Seu frater Graja victus cecidisset ab hasta.

Perire ab aliquo dixit Plinius lib. XI. 37. *Marcello, cum periit ab Hannibale, jecur defuit in extis.* Burmannus.

195. *Non viribus, inquit, Gorgoneis torpetis.*] *Cum crinibus* Florentinus S. Marci & unus Medic. *cur viribus* Neapol. Bernegger. prim. Palat. sec. Medic. schedae Theat. & duo aut tres alii. Scribe, *non crinibus.* quomodo Bononiensis unus pro diversa lectione. hinc & δρακοντοτριχοῦσαι dictae. Noster libro IV. 771.

——— *crinita draconibus ora.*

Et 80.

Gorgoneum crinem turpes mutavit in hydros.

lib. VI. 119.

——— *Crinita colubris*
Mater equi volucris.

Amor. lib. III. Eleg XII.

Nos pedibus pennas dedimus, nos crinibus angues.

Hinc a Sidonio Apollinari carm. XXII. *crinisatas Pegasi alas* dictas volunt. ita enim in codicibus nonnullis vetustis legitur, quod viri doctissimi, ut gentinam scripturam admittere non dubitarunt:

Hic & crinisatas jungebat Pegasus alas,
Portans doctiloquo facundum rure Creontem.

Sed cum potiores membranae, *Hypocrinisatas* illic adgnoscant, omnino, *Hic Phorcyniſatas*, aut *Phorcyniadas alas* à Sidonio dictas esse opinor: non enim ex crinibus Medusae, sed ex sanguine ejus Pegasus natus est. *Phorcyniadas* ergo Pegasi alas, aut *Phorcyniſatae*, tanquam ex Phorcyde Medusa nati. perperam etiam, *doctiloquo crure*, legitur. Lucanus libro VII. 249.

Pallas Gorgoneos diffudit in aegida crines.

Val. Flaccus lib. VI. 173.

——— *ipsaque Pallas*
Aegide terrificâ, quam nec Dea lassat habendo,
Nec Pater, horrentem colubris vultuque tremendam
Gorgoneo. nec semineces ostendere crines
Tempus adhuc.

ubi denuo *crines Gorgoneos* habes. qui locus alterius me admonet hac occasione apud Valerium restituendi l. III. vs. 53.

Et proſternite humi juvenem magica arma moventem.
Incurſurus erat; tenuit veſtigia tellus:
Immotusque ſilex, armataque manſit imago.
Hi tamen ex merito poenam ſubiere, ſed unus
Miles erat Perſei, pro quo dum pugnat, Aconteus,
Gorgone conſpectâ ſaxo concrevit oborto.
Quem ratus Aſtyages etiamnum vivere, longo
Enſe ferit: ſonuit tinnitibus enſis acutis.
Dum ſtupet Aſtyages; naturam traxit eamdem:
Marmoreoque manet vultus mirantis in ore.
Nomina longa mora eſt mediâ de plebe virorum
Dicere. bis centum reſtabant corpora pugnae:
Gorgone bis centum riguerunt corpora visâ.
Poenitet injuſti nunc denique Phinea belli.
Sed quid agat? ſimulacra videt diverſa figuris;
Agnoſcitque ſuos: & nomine quemque vocatos
Poſcit opem: credensque parum, ſibi proxima tangit
Corpora: marmor erant. avertitur; atque ita ſupplex,

Con-

—— *taleſque metus non Martia caſſis,*
Eumenidumque comae, non triſtis ab aethere Gorgon
Sparſerit, aut tantis aciem raptaverit umbris.

ubi primo *tacitis umbris* ſcribo, hoc eſt, nocturno tempore. niſi umbras & errorem animi intelligas. deinde *non triſtis ab aegide Gorgon.* nam *ab aethere* prorſus friget. ipſe Valerius infra, 88.

Stat manus, aegiſono quam nec fera pectore virgo
Diſpulerit, nec dextra Jovis.

nota illa Virgilii, VIII. 435.

Aegidaque horriferam, turbatae Palladis arma.

ceterum error natus, quod *aecide* ſcripſerat librarius, aut τὴν omiſerat, ut in alio Valerii loco lib. IV. vſ. 508. ubi *Aeeas cinis induit urbes*, vel *Eoas* nunc legitur: cum *Aegeas* ſit ſcribendum. Ceterum *viribus* pro, *crinibus* pari errore etiam legitur apud Marcian. Capellam lib. IX.

Heſperus intactam ſervet licet uſque puellam,
Nuptam videbis, Phoſphore,
Nec matris lacrimae, preſſi nec crinibus ungues
Nexus valebunt rumpere.

Pro *nec matris*, Barthius ad Claudianum non male, *nec tam arctos*, ſcilicet nexus. HEINS.

199. *Immotuſque ſilet.*] Proba lectio, *ſilex.* CONSTANT. FAN. *Silet* maxima pars codicum, quod probat Vivianus.

200. *Poenas.*] *Poenam* meliores & mox, *etiamnum* HEINSIUS. ita & lib. X. 154. vid. II. Amor. II. 60.

201. *Aconteus.*] Unus Mediceus, *Achoreus*; quod nomen & habes apud Lucianum, Magi Aegyptii, cum Caeſare Philoſophantis de ortu Nili. *Achates* unus Gronovii, alius, *Achantes. Aconthes* duo alii. HEINS.

204. *Sonuit*] Unus Gronovianus, *tonuit*, ut apud Stat. IV. Theb. 268. ex MS. *tonat arcus. acutus* etiam Cantab. & tres alii.

207. *Nomina longa mora eſt mediâ de plebe virorum Dicere.*] Ennius:

Multi alii adventant, paupertas quorum obſcurat nomina.

Unde Virg. lib. IX. illud videtur ſumpſiſſe:

—— *multam in medio ſine nomine plebem.*

CIOFANUS.

210. *Tunc denique.*] *Nunc* meliores. HEINSIUS. Vid. ſup. 147. & inf. 471. & VI. 86. *incepti belli* unus Leidenſis.

212. *Nomine quemque vocatum.*] *Vocando* multi veteres. *vocare* ſeptem. Scribe, *quemque vocatos.* infrà 402.

—— *& nomine quemque vocatos*
Exhortatur equos.

quomodo & ibi ex veſtigiis veterum librorum reposuimus. Triſt. IV. Eleg. III.

Nomine quos cupio dicere quemque ſuo.

Gratius, verſ. 11.

— *tum partes quiſque ſecutus*
Exegere ſuas.

Ubi

Confeſſasque manus, obliquaque brachia tendens,
Vincis, ait, Perſeu: remove fera monſtra; tuaeque
Saxificos vultus, quaecumque ea, tolle Meduſae.
Tolle, precor. non nos odium, regnive cupido
Compulit ad bellum: pro conjuge movimus arma.
Cauſſa fuit meritis melior tua, tempore noſtra.
Non ceſſiſſe piget. nihil, ô fortiſſime, praeter
Hanc animam concede mihi: tua cetera ſunto.
Talia dicenti, neque eum, quem voce rogabat,
Reſpicere audenti, Quod, ait, timidiſſime Phineu,
Et poſſum tribuiſſe, & magnum munus inerti eſt,
(Pone metum) tribuam: nullo violabere ferro.
Quin etiam manſura dabo monumenta per aevum;
Inque domo ſoceri ſemper ſpectabere noſtri:
Ut mea ſe ſponſi ſoletur imagine conjux.
Dixit: & in partem Phorcynida tranſtulit illam,
Ad quam ſe trepido Phineus obverterat ore.
Tum quoque conanti ſua flectere lumina cervix

Diri-

Ubi *ſecuti* malo. Idem 441.

— *ter quiſque vocantes pinguia libant*
Thura focis.

Auſonius Periocha Iliad. III.

Argivos ſua quemque acies in bella ſequuntur.

Metam. I. 59. ex antiquis libris,

Cum ſua quiſque regant diverſo flamina tractu.

Plura diximus Amor. lib. II. Eleg. XI. verſ. 21. Heinsius. Ita apud Juvenalem Sat. VII. 213. ex vetuſtis libris legendum:

Sed Rufum atque alios caedit ſua quemque juventus.

Vulgo, *ſua quaeque.* Virgil. lib. IX. Aeneid. 162.

Illos centeni quemque ſecuti.

Apulej. VII. Metam. *Cum ſibi quiſque metuentes deliteſcebant.* Hyginus de conſtitut. Agrorum: *Actuarios palos ſuo quemque numero inſcriptos defigemus.* Vide plura ſupr. ad lib. I. 59. & apud J. Fr. Gronov. ad Liv. VII. 19. & Jacobum filium, paternas nova acceſſione opes augentem, ad Macrob. Som. Scip. lib. I. cap. I. Burm.

215. *Conſeſſaſque manus.*] Hic *conflexas* ex antiquo exemplari corrigimus. Constant. Fanens. Melius MSS. alii, *Converſaſque manus, obliquaque brachia tendens.* Dan. Heins. *Compleſaſque* unus Thuan. Apulej. Met. IX. *Vacuas manus complodens ſaepicule, protinus inſcenſo me viam capeſſit.* apud Lucan. lib. II. 292. *compleſas tenuiſſe manus. Conſertaſque* unus Moreti. non male. Nihil tamen temere mutandum. inf. l. XI. 264. *confeſſum amplectitur Heros.* mox pro *tua monſtra* rectius idem Thuaneus, *fera monſtra.* ut & Moreti unus. Heinsius. *Confoſſaſque* Mediceus unus. *adverſaſque* Menardi; vel *conjunctaſque* unus Heinſii. *complodere manus* ſaepe Petronius, ut cap. XVIII. XXIV. & alibi, ſed fere in laetitia.

215. *Obliquaque.*] Admodum variant ſcripti, *oblitaque, abductaque* exhibentes, ſed nihil mutat. eſt enim poſt tergum extendens, qui habitus ſupplicum in oriente. Amman. lib. XVIII. cap. 9. *Manus poſt terga connectens, quod apud Aſſyrios ſupplicis indicat formam, ignoſce mihi, inquit.* ad quem locum vide Lindenbrog. Burm.

217. *Quaecunque ea.*] *Quaecumque eſt* quinque ſcripti; male. Virgil. lib. V. 83.

Nec tecum Auſonium, quicumque is, quaerere Tibrin.

Ita lege, male *quicumque eſt.* ita mox 260. *quaecumque ea cauſſa videndi.* Heins. Ita *quiſquis is es.* vid. III. Triſt. XI. 56. & XII. 43. *Vultus & crinem tolle* MSS. Berſmanni.

221. *Non ceſſiſſe.*] *Nunc coepiſſe piget,* prior Moreti. *non cecidiſſe* duo. *ſed ceſſiſſe* Junii. *nec* tres.

222. *Concede mihi.*] *Concede precor* unus Medic. ex melioribus.

223. *Nec eum.*] *Nec adhuc* Leidenſis. forte, *nec ad hunc.* Heinsius.

224. *Quod ait.*] *Ais* plurimi. *agis* unus. *quod vis* Medic. Leid. & Gronov.

229. *Se ſponſi ſoletur.*] *Sub ſponſi* Junianus. *Sub prenſi.* Leidenſ. *laetetur* tres alii.

232. *Sua lumina flectere.*] In tribus antiquis, *Sua lumina vertere.* Ciof. Vid. ad lib. II. 21. III. 188.

Diriguit, ſaxoque oculorum induruit humor.
Sed tamen os timidum vultusque in marmore ſupplex,
Submiſſaeque manus, faciesque obnoxia manſit.

Fab. II. Argumentum.

Proetus in lapidem.

[a] *Perſeus Abantis pronepos, votorum compos, cum conjuge Andromeda Argos patriam ſuam adiit. Proetumque, pulſo Acriſio fratre ipſius Perſei avo, re nantem, oſtenſo Meduſae capite in lapidem vertit, avoque, licet immerito* [b] *(ipſum enim cum Danaë matre arcae impoſitum in mare projecerat) regnum reſtituit.*

Victor Abantiades patrios cum conjuge muros
Intrat; & immeritae vindex ultorque parentis
Adgreditur Proetum. nam fratre per arma fugato
Acriſioneas Proetus poſſederat arces.
Sed nec ope armorum, nec, quam male ceperat, arce
Torva colubriferi ſuperavit lumina monſtri.

Fab. III. Argumentum.

Polydectes in lapidem.

Polydectes rex inſulae Seriphi, [a] *ad quam Perſeus cum* [b] *Danaë* [c] *matre incluſus arca*

& Ep. XVI. 238. in quibus omnibus locis eadem diverſitas.

235. *Obnoxia.*] Vide Gronov. ad Senec. III. de Ira. 8. & Schulting. ad Quinct. I. Decl. 6.

[a] *Perſeus.*] Hoc argumentum nec MS. nec Veneta, vel Micylliana agnoſcunt. Eſt enim ad verbum deſcriptum ex Regianis commentariis, & pro Lactantiano a Raenerio nobis obtruſum. Sed illud miror, a nemine animadverſum id hactenus. Barthii vero etiam miſereri ſubit, ut qui verba Regii, tanquam ſi indubitate Lactantiana eſſent, ex Hygino illuſtrare inſtituat, Adverſ. lib. X. cap. 8. Muncker. Nec Parmenſ. nec Lugdun. nec Colon. habent. *Abantis pronepos* Raener. & Giſelin. & neſcio unde Munkeri editio *Atlantis* habeat, niſi errore operarum irrepſerit. Abas enim pater Acriſii, unde Danaë, & inde Perſeus, qui ergo pronepos Abantis fuit.

[b] *Ipſum enim.*] *Enim* non habet Muncker.

236. *Muros intrat.*] Atqui Proetus, pulſo Acriſio, tenebat Argos. quare melius puto cum Leidenſi codice legere, *fines*, vel *portus*, ut idem pro varia lectione agnoſcit. ita lib. IV. 567.

Contigit Illyricos profuga cum conjuge portus.

ubi etiam nonnulli *fines*. Burm.

237. *Immeriti parentis.*] Quidam, *immeritae parentis* legunt. Naugerius. *Immeritae* ex ſcriptis Naugerii. ut de Danaë intelligatur, cum de Jove non poſſit intelligi. Heinsius. Regius per *parentem*, avum intelligit.

238. *Nam fratre.*] *Jam* Cantabr. & Barberin.

239. *Acriſioneas.*] *Acriſioneadas* Cantabr. *Acriſioniades* Barber. & Langerm. *Acriſioniadas* Regius primus.

[a] *Ad quam.*] *Ad quem* Colon.

[b] *Danaë.*] *Dane* Parmens.

[c] *Matre.*] Deeſt Colon.

[d] *Cupiens.*] *Cupiens autem* Colon.

[e] *Arbitrum.*] Non vidit elegantiam locutionis Raenerius, cum pro *arbitro* nobis *Perſeum* iret ſuppoſitum. *Arbiter* eſt teſtis & inſpector. Horat. Epod. 5. *O rebus meis non infideles arbitrae.* Schol. *teſtes, conſciae, aut praeſentes, ut* Salluſt. *arbitris procul remotis.* locus Salluſtii habetur Catil. cap. 20. vulgatior ſignificatio eſt, qua *arbiter* ponitur pro judice. Unde *arbitrium* pro judicio & ſententia. Sext. Rufus Breviar. cap. 13. *Lyciam ſupremi regis Apionis arbitrio ſumus aſſequuti.* lego, *ſupremo.* Teſtamentum intelligit, quod ſupremum arbitrium. Muncker. *Allegare arbitrium* Parm. Lugd. pro *ablegare.*

[f] *Ut*

ea pervenerat, [d] *cupiens* [e] *ablegare arbitrum,* [f] *ut matre illius libere potiretur, ad Gorgonis Meduſae* [g] *reſecandum caput eum miſit,* [h] *quod ille Minerva volente ad Polydecten pertulit,* [i] *inficiantique laborem operis oſtendit, ac prius ille* [k] *eo diriguit, quam ſe ulciſceretur.*

TE tamen, ô parvae rector, Polydecta, Seriphi,
Nec juvenis virtus, per tot ſpectata labores,
Nec mala mollierant: ſed inexorabile durus
Exerces odium: nec iniquâ finis in ira eſt.
Detrectas etiam laudes: fictamque Meduſae
Arguis eſſe necem. Dabimus tibi pignora veri;
Parcite luminibus, Perſeus ait: oraque regis
Ore Meduſaeo ſilicem ſine ſanguine fecit.

Fab. IV. Argumentum.

Muſae in Aves.

Muſae, [a] *cum Parnaſum montem petiſſent, adverſis tempeſtatibus* [b] *invitatae à Pyreneo, qui Daulida Phocidis urbem incolebat,* [c] *tecta ſubierunt: qui pulchritudine captus virginum, cum regiam claudi imperaſſet ad vim inferendam, ne cupiditatem ejus experirentur, in volucres converſae ſunt:* [d] *quas ille dum per ardua montium perſequitur,*

[f] *Ut matre ejus libere.*] *Libere* deeſt Lugd. Micyl. Colon. *matre ejus potiretur* Colon.

[g] *Reſecandum.*] *Secandum* Colon.

[h] *Quod ille.*] *Qui illud* Colon.

[i] *Inficiantique, &c.*] Revocavi & hic genuinam lectionem ex MS. & Veneta, rejectis commentis Raenerii. Muncker. Qui dederat, *cui non credenti, factumque inficianti, Perſeus caput oſtendit, moxque diriguit.* ut eſt etiam in Ed. Heinſ.

[k] *Eo diriguit.*] *Eo* non habent Parm. Lugd. Micyll. Colon.

242. *Polydecte.*] *Polydecta* ſcribendum, ne peccetur in legem carminis. ſic *Oreſtes, Oreſta,* & ſimilia. Paulo ante pro, *ſuperavit lumina monſtri,* videtur reponendum, *vitavit.* ſed obſtant libri veteres. Heinsius. Recte Heinſius, *Polydecta:* ita neſcio quis auctor Indicis in Varronem Scaligeri notaverat, *Melicerte* cum *e* brevi in vocandi caſu dici, cum ipſe Scaliger in appendice notarum pag. 191. notaverat, *atqui Μελίκερτα potius facit,* quod non ſit *e* breve, & caſtigaverat Ariſtarchum. Vid. ad Epiſt. III. 87. Fabulam vero Polydectae hic late Regius ex Pherecyde exponit, cujus verbis eam videre potes narrantem Scholiaſten Apollon. Rhodii lib. IV. 1514. variant vero auctores in ea. videantur Hygin. fab. CCLXXIII. Schol. Germanici pag. 113. Stat. I Theb. 98. & Pindarus in Pythiorum odis X. & XII. Magnetis filius vulgo ſtatuitur. vid. Hygin. Poët. Aſtr. II. 12. atqui Schol. Apollon. d. l. facit Dictyis fratrem ὁμομήτριον, & ad eumdem librum v. 1091. dicit Dictyn & Polydectem filios Periſthenis & Androthoës. Apollodorus lib. I. 9. Magnetis & Naidis nymphae utrumque filios facit, qui tamen lib. II. §. 4. ἀδελφὸν ὁμομήτριον facit: licet illa vox ὁμομήτριος uncis includatur in editionibus, quaſi intruſa a librario. apud Apoſtolium cent. VI. Prov. 44. ubi late Perſei fabula narratur, vitioſe, notante Heinſio, Πολύευκτη pro Πολυδέκτη ſcriptum, & ab interprete *Polluci* redditum, quaſi Perſeus Pollucem lapideum reddiderit. Burm.

244. *Durus.*] *Dirus* tert. Medic. & Genev.

246. *Detrectas.*] *Detractas* plurimi codices; quam ſcribendi rationem probat Broukhuſ. ad Prop. II. II. 11. & ad Tibul. I. VII. 44. *Laudes* etiam Francof. & infiniti alii. Sic Liv. XXXIV. 15. *Cato haud ſane detrectator laudum ſuarum,* ubi *detractor* MSS. quod videtur probare Jacob. Gronov. ſed ſcriptum eſt pro *detractator.* vid. ad Remed. 365. ſic & *contracto* infr. VIII. 607. ex MSS. Burm.

[a] *Cum Parnaſum.*] *Cum ſuum fontem petiiſſent.* Colon.

[b] *Invitatae.*] *Invitae a P. qui Daulicam.* Colon.

[c] *Tecta ſubierunt.*] *Ejus tecta ſ.* Raener. Heinſ.

[d] *Quas ille dum, &c.*] Haec eſt lectio MS.

quam

tur, prolapsus altitudine scopulorum praecipitatus est, ita ut toto corpore elideretur, vitamque [e] *finiret.*

Hactenus aurigenae comitem Tritonia fratri
Se dedit. inde cavâ circumdata nube Seriphon
Deserit, à dextrâ Cythno Gyaroque relictis.
Quàque super pontum via visa brevissima, Thebas,
Virgineumque Helicona petit; quo monte potita
Constitit; & doctas sic est adfata sorores:
Fama novi fontis nostras pervenit ad aures;
Dura Medusaei quam praepetis ungula rupit.
Is mihi caussa viae. volui mirabile monstrum

Cer-

quam & Veneta & Micyllus adstruunt, ne quid te moveat audacia Raenerii. Muncker. *Quas dum ille involucris per aëra persequi voluit, delapsus est, ita ut toto &c.* Raener. Heins. *Quas ille dum per aërem sequi gestit, prorsus ab altitudine in terras toto corpore illisus, vitam finivit* Colon.

[e] *Finiret.*] *Finisset* Parmens.

250. *Comitem Tritonia fratri Se dedit.*] M. Tullius de Amicitia: *Neque se comitem illius furoris, sed ducem praebuit.* Idem in Pisonem: *Tribuit se mercenarium comitem Regi Alexandrino.* & ad Lentulum Epist. IX. *Mirificum me tibi comitem praebuissem.* Ciofanus. Vid. ad lib. II. 588.

252. *Cythno Gyaroque relictis.*] In omnibus *Cypro* legitur; sed tam longe a Seripho & Cycladibus omnibus Cypros, ut nullum omnino in hoc versu locum habeat. Ideo nos *Cythno* legendum putavimus; quae una est Cycladum, Seripho propinqua, auctore Strabone, Stephano & reliquis. Sed & Planudes hunc Ovidii locum sic interpretatur: Ἐντεῦθεν δὲ κοίλη νεφέλη περισχεθεῖσα τὴν Σέριφον καταλέλοιπε, τήν τε Κύθνον καὶ Γυάρου δεξιὰς ἀφεῖσα, εἶεν συντεμωτάτη ὁδὸς ἔδοξεν ὑπὲρ τὴν θάλασσαν ἰοῦσα, τὰς Θήβας καὶ τὴν παρθενικὴν Ελικῶνα ζητεῖ. Nauger. *Cypro* quidem legitur, sed cum haec insula longe à Gyaro distet, utpote quae sit in mari Pamphylio, cum Gyaron esse in Aegeo constet, minus huic loco convenire videtur. Forsitan autem pro *Cypro* legendum est, *Scyro.* Nam Scyros insula est una ex Cycladibus Gyaro propinqua, quae & ipsa una est ex Cycladibus, in qua mures ferrum rodere dicuntur. Inde *Gyareus* nomen gentile trisyllabum, declinatur. Mendum est apud Plinium lib. IV. 13. ubi legitur *Syros à Naxo quatuordecim millia passuum, Homeri sepulchro veneranda.* Cum non *Scyros*, sed *Ios* ex sententia etiam Strabonis legendum sit. quidam vero alii legunt, *Cythno.* Regius. Nec *Cypro*, nec *Scyro* placet; sed *Siphno*, quae inter Cycladas numeratur. Cons. Fanensis. Quidam vero etiam *Syro* legunt. Est enim *Syrus*, y longa, eadem insula quae ab Homero Odysseae. 15. *Syrie* appellatur, ut ait Strabo libro decimo, numeraturque etiam ipsa cum Cycladibus ab eodem autore. Ex hac insula Pherecydes fuit, Babius cognomento, antiquior Athenienſium fabularum scriptore illo. Est & alia inter Cyclades insula, *Syphnus*, quae & ipsa non multum à Cypri nomine abest. Haec quoniam non longe à Gyaro distat, & apud Strabonem eodem loco cum illa recensetur, dubitare quispiam posset an legendum foret, *Siphno Gyaroque relictis.* Sed de hoc alii judicent. Micyll. *Seriphon* insulam vocat, quam Ptolemaeus *Syphon.* Ceterum Raphaël *Scyro* legit, quod in aliis codicibus erat *Cypro.* at ego *Cythno* legendum arbitror. nam avolanti ex Seripho in Boeotiam Cythnos & Gyaros, quam Plinius lib. IV. cap. 12. ab Andro abesse dicit 62000. passuum, ad dextram erunt; nisi quis carmen ita legere malit: *Deserit a dextra Cythno Scyroque relictis.* Glarean. Aldus olim impressit, *A dextra Cythno, Scyroque relictis.* Quam lectionem probant eruditi viri, egoque iis assentior. Sed neque priorem illam damno, quae in uno Caelest. legitur. In aliis vero, *A dextra Cypro, Gyaroque.* Verum in meo antiquiore superne *Cypro* adscripta est glossa, *vel Scyro.* In lib. Urs. *Cyro.* postea *s* additum manu recenti; factumque, *Scyro.* Ciof. *Cypro* exemplaria omnia antiqua, quae tamen hic locum non habet. quare nihil mutandum, nisi *Siphno* reponas. nam & haec una Cycladum. In duobus Ciofani, *Scyro*, etiam non male. Κύθνον tamen Planudes agnoscit in Metaphrasi. Heinsius. Lib. VII. 465. conjungit, *Cythnon, Scyron & Seriphon.*

257. *Praepetis.*] *Praepes* de alitum genere fere dicitur, sed quia Pegasus alatus erat, *praepetem* eum hoc loco vocat Ovidius, Douza. Vid. ad lib. IV. 717.

257. *Ungula rupit*] In uno meo, *Ungula fecit.* Ciofan.

258. *Is mihi caussa viae.*] In antiquis, *viae est.* Idem.

258. *Volui*

Cernere: vidi ipſum materno ſanguine naſci.
Excipit Uranie: Quaecumque eſt cauſſa videndi
Has tibi, Diva, domos, animo gratiſſima noſtro es.
Vera tamen fama eſt: & Pegaſus hujus origo
Fontis. & ad latices deducit Pallada ſacros.
Quae mirata diu factas pedis ictibus undas,
Silvarum lucos circumſpicit antiquarum;
Antraque, & innumeris diſtinctas floribus herbas:
Felicesque vocat pariter ſtudiique locique
Mnemonidas. quam ſic adfata eſt una ſororum:
O, niſi te virtus opera ad majora tuliſſet,
In partem ventura chori Tritonia noſtri,

Vera

258. *Volui mirabile factum Cernere.*] *Mirabile monſtrum* Cantabrig. prior Erfurt. ſecundus Mediceus, & quatuor alii. ſic Noſter ſaepe alibi. Heins. Eadem varietas infr. lib. VIII. 96. *Turbatuſque novi reſpondit imagine facti.* ubi nonnulli, *monſtri.* & lib. X. 553. & *veteris monſtrum mirabere culpae.* ubi in quibuſdam, *factum.* Burm.

260. *Excipit Uranie.*] *Excipit:* id eſt, Reſpondet. Ita infra: *Juppiter excepit.* & lib. ſuperiore ſub finem: *Excipit unus ex numero Procerum.* Et V. Faſt.

Excipit Uranie: fecêre ſilentia cunctae,
Et vox audiri nulla, niſi illa poteſt.

Virg. lib. IV.

Tum ſic excepit Regia Juno.

Statius lib. X. *Excipit orſa Dymas.* Silius lib. XIII.

—— *Excipit his mater.*

Val. Flaccus lib. IV. *Excipit Aeſonides.* Graeci dicunt ὑπέλαβε. Sic etiam dicimus *Excipere argumenta alicujus*, cum ei reſpondemus. Ciof.

260 *Quaecumque eſt.*] Malim, *ea.* Vid. ſup. 217. Heins.

261. *Animo eſt gratiſſima noſtro.*] In duobus meis, duobus Vatic. & aliis, *Animo gratiſſima noſtro eſt.* Ciofanus. Alii, *noſtro eſt.* Scribe, *noſtro es.* ἐμῷ κεχαρισμένη ὑμῷ. hemiſtichium Homericum, quod & Virgilius expreſſit Aneid. XII. 142.

Nympha decus fluviorum, animo gratiſſima noſtro.

Et Salluſtius Jug. XIV. *Jam jam frater animo meo cariſſime*: verba ſunt Atherbalis. & Ariſtomenes apud Apulej. I. Mileſ.: *Jam jam grabatule animo meo cariſſime*, ubi vide Pricaeum pag. 41. Propert. lib. I. el. 11.

His tu ſemper eris noſtrae gratiſſima menti,
Taedia dum miſerae ſint tibi luxuriae.

Ita opinor legi debere, non *noſtrae vitae.* poſtea *deducit* nonnulli, bene: ut lib. II. 106. Heins.

264. *Factas.*] *Fractas* Oxon. ut modo *rupit* dixit. *factas pede praepetis* unus Heinſii, qui etiam verſ. 257. volebat *fregit*, quia in ſeptem codicibus repererat, *fecit.* *Pedis unguibus* Gronov. ſed Germanicus in equo, *Muſaeos fontes dextri pedis ictibus hauſit.* Burm.

267. *Felices ſtudiique locique.*] Sic Horatius I. Sat. IX. 11. *Felicem cerebri* dixit Bollanum, & neſcio apud quem poëtam, *felix animi.* alii tamen hoc loco, *ſtudioque locoque* malunt. Douza. Sed male, licet ita & quidam Heinſio inſpecti habeant. Vid. ad lib. III. 132. & Lambin. ad d. l. Horatii.

268. *Maeonidas.*] Muſas. *Maeonides* autem non à *Maeonis* filiabus devictis, ut quidam ſomniarunt, ſed à *Maeonia* dicuntur, *ut Aonides* ab Aonia, *Pierides* à Pieria, *Theſpiades* à Theſpiis fuerunt denominatae. Quanquam *Myonides* prima per υ Graecam vocalem forſitan rectius ſcriberetur. Nam *Myonia* urbs eſt Phocidis, de qua Pauſanias in primo mentionem facit. Regius. Videtur hoc loco poëta, quaſi quandam crucem poſuiſſe Grammaticis. Neque enim qua ratione *Maeonidas* (quo nomine Lydi alias vocantur, à Maeone fluvio ſcilicet, ut inquit Stephanus.) Muſas ille dixerit, quiſquam hactenus explicare certo potuit. Et *Myonidas*, (quod verbum Regio perplacet,) à *Myonia* urbe, quae Locrorum propriè eſt, ut ex Pauſania patet, Muſas appellari, nimis longe petitum, & exemplo caret. Propius autem fuerat, *Maeonides* dici, vel à Maeonia, ut demus Maeoniam aliquando Boeotiam vocatam, ſive à Maeone, Haemonis filio, qui, autore Statio, ſolus ſuperſtes ex iis, qui Tydeo inſidias fecerant, manſiſſe traditur. ſive etiam aliunde. Vel à μυίεσθαι, quod verbum indagare atque inquirere ſignificat, perinde ut à verbo μῶσθαι Muſae dicuntur. Sed neque hanc etymologiam ferent Critici, eamque aeque coactam dicent & anxie quaeſitam. Proinde illud, quod ſolum in talibus poſſumus, dicamus licet, Ovidium ex vetuſto aliquo Graeco poëta nomen hoc tranſtuliſſe. verum quinam ille ſit, aut ubi alias nomen idem ſcriptum, id nos ſcilicet ignorare. Nam quod quidam dubitavere, utrum *Mnemonides* legendum foret, à Mnemoſyne deducto patronymico anomalo, id aeque frivo-

Vera refers; meritoque probas artesque locumque:
Et gratam sortem, tutae modo simus: habemus.
Sed (vetitum est adeo sceleri nihil) omnia terrent
Virgineas mentes: dirusque ante ora Pyreneus
Vertitur: & nondum me totâ mente recepi.
Daulia Threïcio Phoceaque milite rura
Ceperat ille ferox, injustaque regna tenebat.
Templa petebamus Parnasia. vidit euntes:
Nostraque fallaci veneratus numina cultu;
Mnemonides; (cognôrat enim) consistite, dixit:
Nec dubitate, precor, tecto grave sidus, & imbrem
(Imber erat) vitare meo: subiere minores
Saepe casas Superi. dictis & tempore motae
Adnuimusque viro, primasque intravimus aedes.

Desie-

frivolum videtur, & vetus scriptura non facile mutanda. Et ab Homero Maeonide, *Maeonidas* Musas dici hoc loco, tempori non respondet. Libet autem etiam hic subjicere, quae Stephanus de Nymphis Lydorum, quas illi Musas vocant, tradit, si forte ea quoque res ad hanc Musarum appellationem alicui facere videatur. Τόρῥηβος πόλις, inquit, Λυδίας, ἀπὸ Τόρῥήβου τοῦ Ἄτυος. Ἐν δὲ Τορῥηβίδι ἐστὶν ὄρος, Κάριος καλούμενον, καὶ ἱερὸν τοῦ Παρίου ἐκεῖ. Κάριος δὲ Διὸς παῖς καὶ Τορῥήβιας, ὃς πλαζόμενος περί τινα λίμνην, ἥτις ἀπ' αὐτοῦ Τορῥηβία ἐκλήθη, Φθογγῆς Νυμφῶν ἀκούσας, ἃς καὶ Μούσας Λυδοὶ καλοῦσι, καὶ μουσικὴν ἐδιδάχθη, καὶ αὐτοὺς Λυδοὺς ἐδίδαξε τὰ μέλη. Haec tam multa ac varia annotanda circa hunc locum potius duximus, quam veterem lectionem temere immutandam. Micyllus. Tametsi de etymo nominis *Maeonidum* adhuc nihil certi habeamus, illud tamen hoc loco adjicere placuit, etiam Propertium in eadem significatione voce hac usum esse lib. 2. eleg. decima nona, ubi inquit:

Et tibi Maeonides interque Heroidas omnes
Primus erit, nulla non tribuente, locus.

Idem *In retractationibus.* Scripti plerique veteres tam hoc loco quam infra, *Mennonidas.* vetustiores, *Memnonidas.* Scribe, *Mnemonidas*, hoc est, Μνημοσύνης θυγατέρας. nam *Maeonidas* cur Musas appellet, nihil causae est. *Mnemonidas* vocat Mnemosynes filias. nam *Mnemosynidas* dici non ferebat versus. à Μνήμων, Μνήμονις sic & Μνήμης θυγατέρες dictae libro primo Anthologiae cap. VIII. Ep. 1. Æschylus quoque Prometheo Μνήμην Musarum matrem vocat. Athenaeus epigrammatum scriptor apud Diogenem Laërt. in Zenonis vita:

Ἡ μία τῶν Μνήμης ἦυτε θυγατέρων.

Ausonius Gripho numeri ternarii:

Et Lyrici vates numero sunt Mnemosynarum

Scribe, *Mnemenidarum.* ut apud Horatium, *fortissima Tyndaridarum*, pro Tyndaridum. Certe in optimo Florentino S. Marci *Mnemonides* distertim paulo post legebatur. Apud eundem Ausonium Epistola ad Theonem mendum subest iis versibus, quos Vinetus ex vetusto codice nonnihil castigavit:

An te carminibus juvat incestare canoras
Mnemosynes natas aut tres aut octo sorores?

Quis umquam de octo Musis vel fando audivit? quare scribendum,

Mnemosynes natas ter tres, indocte, sorores.

Vel *haud docte*, si propius vestigiis priscae lectionis placet insisti. De Doctrina quod subdit mox Ausonius, hanc conjecturam confirmat. *ter* omissum erat a supino librario, quia *tres* sequebatur cognatum. Judicio Coci & Pistoris, quod carmen exstat in catalectis Pithoei:

Ter ternae varias junctae quae traditis artes,
Linquite Pierios colles, & scribite mecum.

ubi perperam, *terrenae*, & *cunctae* nunc legitur. Ennodius:

Phoebum & ter ternas dixerunt esse sorores.

Heins. Pontanus, *Maeonidas* Musas ab Homero κατὰ πρόληψιν dici recte posse, credit; uti apud Virgil. VI. Æneid. *portus Velini* dicuntur.

269. *Tulisset.*] *Vocasset* Junianus & sex alii.

271. *Artemque locumque.*] *Arteque* antiqui plerique. Heinsius.

273. *Vetitum est adeo sceleri nihil.*] Parenthesis est. Const. Fan.

274. *Ora Pyreneus.*] Nonnulli vet. libri & hic, & infra, *Phyreneus.* Ciof.

275. *Et nondum me tota mente recepi.*] Lege ex fide quinque scrip. librorum, *Et nondum tota me mente recepi.* Sic enim venustius carmen efficitur: *recepi*, id est, collegi. Idem.

267. *Dau-*

Desierant imbres; victoque Aquilonibus Austro,
Fusca repurgato fugiebant nubila coelo.
Impetus ire fuit. claudit sua tecta Pyreneus:
Vimque parat: quam nos sumtis effugimus alis.
Ipse secuturo similis stetit arduus arce:
Quàque via est vobis, erit & mihi, dixit, eâdem;
Seque jacit vecors è summae culmine turris:
Et cadit in vultus, discussique ossibus oris
Tundit humum moriens, scelerato sanguine tinctum.

Fab. V. Argumentum.

Pierides in picas.

Pieri, qui Macedoniam possedit, & [a] Evippes novem filiae insolentius dum [b] gloriantur, Musas

276. *Daulia.*] Urbs *Daulis* dicta, de qua an recte *Daulius* formetur, dubitari posset. cum rectius *Daulienſis*, ut Graecis Δαυλίευς. nisi etiam *Daulias* vocatam velimus urbem, ut Stephanus a posterioris seculi scriptoribus Δαυλείαν dici notat. pro quo & Strabo lib. IX. p. 423. Δαύλιαν habet. qui & τὸ Δαύλιον vocat regionem. & ita apud Polybium lib. IV. pag. 295. ipsa urbs vocata. & apud Thucydidem & alios, quos adducit Meursius lib. II. de Reg. Attico. cap. 4. Idem Stephanus tamen & Δαύλιες inde formari tradit. plerique vero codices hic habent, *Daulida*, vel, *Aulida*. eadem diversitas apud Statium lib. VII. Theb. 342.

Quis Panopem, quis Daulida, quis Cypariſſon?

Ubi vulgo, *Aulida*. sed recte Barthius & Gronovius, *Daulida* praetulerunt: expressit enim ibi Statius Homerum Iliad. β. 519. vide ibi notas Gronovii. apud Aeschylum quoque Choeph. 672.

Ξένος μὲν εἰμι Δαυλιεὺς ἐκ Φωκέων.

Ubi Scholiastes notat, Δαυλὶς ἡ καὶ Αυλίς. quasi una eademque esset civitas. alii tamen admodum variant codices. *Naulea* unus Basil. *Daunia* Medic. *Guaulea* Boxhorn. *Aurea* Gronovian. *Dallia* Vossian. Burm.

280. *Agnorat enim.*] *Cognorat* ex scriptis, ut metro consulatur. pro *veneratus vultu*, praecedenti versu unus Leidensis, *cultu*, ut & unus meus cum Graeviano. Heins.

280. *Conſiſtite.*] Mallem, *conſidite*. ut lib. I. 79. VI. 373. ex MS. Heinsius. Nihil muto: *conſiſtere* enim proprie dicitur, qui a cursu aut itinere quiescit; ita paulo ante vs. 255. Horatius I. Sat. IX. 63. *Conſiſtimus*. Noster lib. III. Am. IV. 15.

Conſtitit, ut primum conceſſas ſenſit habenas.

Vide ad Elegiam de Nuce vs. 83. & millies alibi. Burm.

281. *Grave ſidus.*] Ita vocare solent Poëtae passim acrem solem, & inde vehementem calorem, ut *gravis ſol*. VI. 339. vid. ad lib. I. Art. 231. Sed an hoc conveniat *imbri*, dubito. quia cum ille cadit, vehementia sideris frangi solet. Quare forte recipienda foret multorum codicum lectio, *grave frigus & imbrem*. Haec enim saepe simul incidere solent. ita Virgilius lib. III. Georg. 297.

Et pluvio contriſtat frigore coelum.

Ubi etiam quidam codices, *ſidere*. & has voces saepius confundi docuit Heinsius ad Claudian. VI. Cons. Hon. vs. 444. si vulgata retinenda est, *ſidus* pro tempestate capiendum. Vid. Serv. ad Virgil. IV. Aeneid. 309. & Barthium ad Stat. VII. Theb. 9. Burm.

282. *Vitare meo.*] In lib. Abb. & Briantii, *modo*. In meo, *mō*. quod idem est. Ciofan.

286. *Fuſca repurgato.*] Duo vet. libri, *Fuſca repercuſſo*. Ciofanus. *Repercuſſo* magna pars librorum. *aethere purgato* Urbinas. *Fuſa* etiam Naugerii & Viviani codices.

289. *Stetit arduus arce.*] *Petit arduus arcem* Strozzae, Mediceus & duo alii, quod ex lib. II. 306. repetitum est. *Ipſe ſecuturus ſimul impetit arduus arcem* Vatican.

290. *Quaque via eſt.*] *Quaque iter eſt* Palatin. Genev. & Ambros. *& erit mihi* quatuor. *Quaeque via eſt vobis, via eſt mihi* Gronov. unde Heinsius, *via & eſt*, vel, *via erit mihi. quaque via eſt vobis parte eſt*, Leidens. unde Heinsius, *patet & mihi*.

291. *E ſummo culmine turris.*] *E ſummae culmine* meliores, nisi quod in Thuan. & Juniano, *è ſummi culmine tecti*. ita Virg. IV. Aeneid. 186.

Luce ſedet cuſtos, aut ſummi culmine tecti,
Turribus aut altis.

Mox *diſcuſſique oſſibus oris* bene optimus Florentinus, non *diſcuſſiſque*. & ita lib. XII. 252. *Diſjectique oſſibus oris acta retro naris*, scribendum puto. Heins.

Musas [c] *in certamina provocarunt cantusque: quarum una carmen exorsa est, quod Gigantes adversus deos* [d] *contenderint. Ex quibus Typhoeus terrigena deformitate* [e] *terruisset deos compulsos in Aegyptum: ubi Jupiter ob metum in arietem* [f] *versus est, Apollo in corvum, Liber* [g] *in caprum, Diana in felem, Juno in vaccam, Venus in piscem. Invicem autem Musae, cum Cereris laudem cecinissent, & qualiter Typhoeus Aetnae* [h] *monti Siciliae subjectus esset. Pierides victae* [i] *in picas sunt transfiguratae.*

Musa loquebatur. pennae sonuere per auras:
Voxque salutantum ramis veniebat ab altis.
Suspicit; & linguae quaerit, tam certa loquentes,
Unde sonent: hominemque putat Jove nata locutum.
Ales erant, numeroque novem, sua fata querentes,
Institerant ramis imitantes omnia picae.
Miranti sic orsa Deae Dea: Nuper & istae
Auxerunt volucrem victae certamine turbam.
Pieros has genuit Pellaeis dives in arvis.

Paeo-

Hoc argumentum non inveni in Parmensi nec Lugd. nec Colon. hoc loco, sed in fine hujus libri, ante versum 662.

[a] *Evippes.*] *Anippes* Lugd. Raener. Colon. Heins. *Enipes* Parm.

[b] *Gloriantur.*] *Gloriarentur* Parm. Lugd. *filiae numero sui gloriatae* Colon.

[c] *In certamina provocaverunt cantusque.*] *In certamina cantus provocarunt.* Raener. Heins. *certamine cantus provocavere.* Colon.

[d] *Contenderint.*] *Contenderent.* Colon.

[e] *Terruisset.*] *Terruit deos compulitque in Aeg.* eaedem Edd. *deformiter terruisset deos* Colon.

[f] *Versus est.*] *Conversus est* Colon.

[g] *In caprum.*] Sic Venet. & MS. non *capram*, ut dederat Raenerius. Antoninus Liberalis in hac fabula cap. 28. Τράγῳ δὲ εἰκάζεται Διόνυσος· pro quo Ovidius v. Met. vers. 329. *Proles Semeleia capro.* Certe τράγος Graecorum à Latinis *caper* modo, modo *hircus* vertitur. Notum est foetorem alarum τράγον dici à Graecis. At illum ut *hircum* Horat. epod. 12. aliique appellant, ita *caprum* Catull. carm. 70. & Ovid. III. Art. immo *capram* etiam Horat. Lib. I. epist. 5. vers. 29. *Sed nimis arcta premunt olidae convivia caprae.* Τράγος erat, qui vitem rodendo putationem hominibus monstravit, ac *hircus* dicitur à Martial. Lib. III. 24. & ab Hygin. Astron, II. 4. Verum Mythol. cap. 274. *Caper*, ut & apud Ovid. Lib. XV. Metam. fab. 2. Lactant. ad v. Theb. Stat. vers. 159. Certe caper est hircus Virgil. Eclog. VII. cum virum cum gregis facit, & Ovidio, cum ait X. Metam. 327. *Quaque creavit init pecudes caper.* Haec expendant, qui causam nullam vident, cur τράγον transtulerit *caprum* Xylander apud Antoninum: certe hinc discent non solum ἔριφον dici caprum. Quid autem proprie ἔριφος sit, expressit his verbis in libro de Cibor. Facult. pag. 17. Simeon Sethi. Οἱ γὰρ τοὺς ἓξ μῆνας ὑπερβαίνοντες οὐδὲ κυρίως ἔριφοι ἂν καλθεῖεν, ἀλλ' αἶγες. Putavit forte Vir Clar. ignorasse Xylandrum versiculum illum Martial. lib. III. Ep. 24. *Dum jugulas hircum, factus es ipse caper.* MUNCKER. *Caprum* etiam Parm. Lugd. Micyll.

[h] *Monti Siciliae.*] *Montis* Parm. Micyll.

[i] *In picas sunt transfiguratae.*] Apud Antoninum dicuntur factae κολυμβαὶς ἴυγξ, κέγχρις, κίσσα, χλωρὶς, ἀκαλανθὶς, νήσσα, πιπὼ, δρακοντὶς. de. Iunge dignissimus est lectu locus apud Tzetz. in Lycophr. pag. 59. Edit. Steph. apud quem & legas pag. 83. Πιπὼ ὄρνεον ἔοι θαλάσσιον ἐυπρεπὲς, καὶ εὐειδες. At talis non est ardea stellaris. Verum ergo, quod ad cap. 14. ejusdem libelli dixi, Piponem aliam esse ab Asteria. Confer. Breulium, in Isidor. p. 842. Cap. 7. omnino legendum, οὐδ' ὁ ἄνθος τῷ ἵππῳ. Vide locum Plinii a me laudatum, & Aristot. Hist. Anim. lib. IX. cap. I. Ἄνθος δὲ ἵππῳ Πολέμιος. ἐξελαύνει γὰρ τὸν ἵππον ἐκ τῆς νομῆς. Πόαν γὰρ ἐπινέμεται ὁ ἄνθος. MUNCKER.

294. *Musa loquebatur.*] Hesiodus initio Theogoniae ait, Musas esse novem, ac Jovis filias; quarum omnium praestantissima est Calliope: & postea subdit Jovem ex Mnemosyna eas suscepisse. De Musis scribit etiam Apollodorus sub principium lib. I. CIOFANUS.

294. *Per auras.*] *Sub auras* unus Heinsii. vid. lib. III. 296.

296. *Certa loquentes.*] *Querentes* Leidensis. quod placere possit, quia sequitur *locutum.* Sed nihil muta. vide ad lib. II. 668. mox malebat Heinsius, *hominumque putat Jove nata loquentum.* & deinde

pro,

Paeonis Euippe mater fuit. illa potentem
Lucinam novies, novies paritura, vocavit.
Intumuit numero ſtolidarum turba ſororum;
Perque tot Haemonias, & per tot Achaïdas urbes
Huc venit, & tali committunt proelia voce:
Deſinite indoctum vanâ dulcedine vulgus
Fallere; nobiſcum, ſi qua eſt fiducia vocis,
Theſpiades certate Deae. nec voce, nec arte
Vincemur; totidemque ſumus. vel cedite victae
Fonte Meduſaeo, & Hyanteâ Aganippe:
Vel nos Emathiis ad Paeonas usque nivoſos
Cedamus campis. dirimant certamina Nymphae.
Turpe quidem contendere erat; ſed cedere viſum
Turpius electae jurant per flumina Nymphae,
Factaque de vivo preſſere ſedilia ſaxo.
Tunc, ſine ſorte prior, quae ſe certare profeſſa eſt,

Bella

pro, *fata querentes*, idem Leidenſis codex, *gerentes*. unde Heinſius, *gementes*.

298. *Ales erat.*] *Frant* duo Medicei ex melioribus, & unus Argentinus, quod placet. Heinsius. Martial. VIII. 55.

Quis non eſſe gregem crederet, unus erat.
Douza.

301. *Volucrum turbam.*] *Volucrem* concinnius Sixianus liber. ſic & lib. X. 143. puto ſcribendum,

——— *inque ferarum*
Concilio medius turbae volucriſque ſedebat.

Vide Notas Faſt. lib. I. verſ. 449. proximo verſu, *Pieros*, pro *Pierus* plerique caſtigatiores. Heins.

302. *Pieros.*] Pierus ex Evippe uxore novem ſuſtulit filias: quarum pulchritudine ac vocalitate mater ſuperba Muſas in certamen provocare eſt auſa. eas vero Nympharum judicio victas, Muſae indignatae vocalitate erepta in raucas picas convertere. minime vero illi ſunt audiendi, qui muſas *Pierides* a devictis Pieri filiabus denominatas fuiſſe putant, cum a Pieria loco, circa Heliconem, ut ait Strabo, dicantur. Regius. Videtur autem haec fabula a re occaſionem traxiſſe. nam Pauſanias in Boeoticis lib. IX. 29. ſcribit Muſas ab initio tres habitas fuiſſe, Meleten, Mnemen, & Aaedem, poſtea Pierium, Macedonem, a quo Macedoniae mons nomen, Theſpias veniſſe, ibique novem Muſas conſtituiſſe, nominaque alia, ac certa ſingulis impoſuiſſe. Micyll.

303. *Paeonis Anippe.*] *Euippe* traduxit Max. Planudes: nam quod poſtea decimo carmine a fine hujus voluminis, *Anipedes* dicuntur, error eſt librariorum: *Poeonides* enim eo in loco legendum eſt, & ſyllabarum ratio ſatis demonſtrat, illic non poſſe legi, *Anipedes*, ſiquidem hic *Anippe* legatur. Glarean. Unus Vatic. & unus meus, *Anipe*. Alter vero & Caeleſtinus, *Aniphe*. Alius Vatic. Aldinus, & alter Caeleſt. & uterque Maffei, *Anippe*, per duplex pp. Abb. *Enippe*. Briantii, *Enipe*. Lectoris ſit, meliorem probare lectionem. Ciofan. Variant vehementer codices, *Anippe*, *Aniphe*, *Agnipe*, *Enippe*, *Enumphe*, &c. exhibentes. ſed rectum eſt, *Euippe*. ſic Apollodoro lib. II. memoratur *Euippe* Hamadryas Argii uxor, & altera *Euippe*, ab Ulixe ſtuprata, quae Euryalum edidit. Parthen. Erot. 3. *Euippus* etiam, vel *Euhippus* Arcas Stat. II. Theb. 258. & alius Oenomai filius Parthen. Erot. 15. Antonin. Liber. cap. IX. novem filiarum nomina tradit ex Nicandro lib. IV. ἑτεροιουμένων. quae fuere, *Colymbus*, *Iynx*, *Cenchris*, *Ciſſa*, *Chloris*, *Acalanthis*, *Neſſa*, *Ripo*, *Dracontis*, de quibus vid. ibi Muncker. Burm.

307. *Committit.*] *Committunt* duo veteres. rectius. Heins. *Commiſit* Baſil. & alius.

310. *Theſpiades certate Deae.*] Lib. Briantii, *Aonides*. Aeque bene. Ciofanus Ita & Argent. & unus Heinſii.

314. *Cedemus ſilvis.*] Sic in omnibus antiquis, praeter duos Vatic. & unum Maffei, in quibus eſt, *Campis*. Idem. Meliores, *cedamus campis*. Ita ſaepe apud Lucanum, *Aemathii*, *Theſſali campi*. Heins.

315. *Cedere viſum.*] In iiſdem Vatic. & uno meo, *viſum eſt*. Ciofan.

316. *Per flumina.*] *Per numina* Thuan. & unus Heinſ.

317. *Factaque.*] *Sanctaque* Gronovii & unus Mediceus. Unde Heinſius conjecerat, *ſtructa*: ita

Bella canit Superûm: falſoque in honore Gigantas
Ponit, & extenuat magnorum facta Deorum,
Emiſſumque imâ de ſede Typhoëa terrae
Coelitibus feciſſe metum; cunctosque dediſſe
Terga fugae: donec feſſos Aegyptia tellus
Ceperit, & ſeptem diſcretus in oſtia Nilus.
Huc quoque terrigenam veniſſe Typhoëa narrat,
Et ſe mentitis Superos celaſſe figuris:
Duxque gregis, dixit, fit Juppiter; unde recurvis
Nunc quoque formatus Libys eſt cum cornibus Ammon.

Delius

etiam ſupr. lib. III. 160. in MSS. erat, *nativum ſtruxerat arcum.* ſed nihil opus. I. Art. 107.

In gradibus ſedit populus de ceſpite factis.

Pro *ſedilia* etiam duo codices, *cubilia*, ſed fruſtra. eadem varietas infr. lib. VIII. 639. BURM.

319. *Gigantes.*] *Gigantas* etiam hic Florent. & Neapol. & Cantabrig. & ſec. Medic. de quo alibi. HEINSIUS.

320. *Magnorum.*] *Majorum* Regius.

321. *Emiſſumque Typhoëa.*] *Typhoeus*, qui & *Typhon* dicitur, Titani, & Terrae fuit filius tanta audacia, ut Jovem in pugnam provocare ſit auſus. quare Jupiter illum fulmine ſtravit, Trinacriaeque inſulae ſubjecit. Sane *Typhoeus* ita triſyllabum eſt, ut non *o*, & *e*, ſed *e*, & *u*, in diphthongum copulentur. quidam enim de orthographia ſcribentes cum æ diphthongo hoc nomen ſcribendum ſtulte praecipiunt. Heſiodus Tartari filium, & Terrae facit Typhoëa Theog. verſ. 810:

Αὐτὰρ ἐπεὶ Τιτῆνας ἀπ' οὐρανοῦ ἐξέλασσε Ζεὺς,
Ὁπλότατον τέκε παῖδα Τυφωέα γαῖα πελώρη,
Ταρτάρου ἐν φιλότητι διὰ χρυσὴν Ἀφροδίτην,
Οὗ χεῖρες μὲν ἔασιν ἀπ' ἰσχύι ἔργματ' ἔχουσαι,
Καὶ πόδες ἀκάματοι κρατεροῦ θεοῦ, ἐκ δὲ οἱ ὤμων
Ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος, δεινοῖο δράκοντος. &c.

MICYLL. Innumeras eaſque varias de ingenti hoc Typhoeo fabulas non admittunt marginales hae anguſtiae. referendus itaque lector ad auctores, qui & bellum hoc Diis illatum, Deorum transmutationes, Typhoei poenas & Mythologias ad plenum narrant. Videantur Pindarus 4. ode Olymp. & Pythiorum ode I. Ὅς τ' ἐν ἀινῷ ταρτάρῳ κεῖται θεᾶν πολέμιος, Τυφὼς ἑκατονταπάρανος, & deinceps multa. Homerus hymno in Apollinem, Heſiodi Theogon. Apollon. & comment. Ant. Liberalis fab. 47. Tzetzes in Lycophronem, Tzetz. Chil. 8. 171. Strabo lib. 5. & l. 16. Mela lib. I. cap. 13. Hyginus cap. 196. Apollodorus lib. I. Nonnus 3. Dionyſ. vide quae ad 25. verſ. lib. 4. de Venere in piſcem mutata ex Manilio. & Ovid. Faſt. 2. Natalis Comes lib. 6. cap. 21. & 22. Sabinus. Eleganter denique & plene fabulam hanc canit Barclajus noſter l. I. Argenidis ſuae. Differte Clariſſ. Baconus & narrat & interpretatur Typhonem ſive rebellem, in Sapientia veterum. FARNAB. Adde Anton. Liber. cap. 28. qui in eo differt, quod deos omnes in Ægyptum fugiſſe praeter Jovem & Minervam dicat. Apollinem in accipitrem, Dianam in oelurum, Martem in piſcem, Herculem in hinnuleum, Vulcanum in bovem, Latonam in murem arcuneum, mutatos ſcribit. de Baccho & Mercurio cum Naſone facit. Vid. & Muncker. ad Hygin. fab. 196. Serv. ad. Virg. Aeneid. VIII. 698. Lucianus de ſacrificiis circa finem. & paſſim multa de Diis Aegyptiis, quorum turpes figurae ex hac fabula natae: ſed in libello de Aſtrologia, cauſſam probabiliorem adfert, cur in haec animalia dicantur converſi Dii. vide & Scholiaſt. Germanici p. 120. & Florid. Sabin: Lection. ſubſeciv. lib. III. cap. I. BURM.

322. *Caelitibus feciſſe metum.*] In eodem meo, *Caelicolis.* CIOFANUS.

322. *Cunctoſque dediſſe Terga fugae.*] Ita vet. omnes, & recte. CIOFANUS. *Victoſque* Margo Micylli, Gryphii & Berſmanni, & unus Baſileenſis codex, quod non diſplicebat Heinſio. eadem diverſitas infr. 370. *Tu numina Ponti victa domas,* ubi quidam libri, *cuncta.* & Epiſt. I. 28. *Illi victa ſuis Troïa fata canunt* & ibi *cuncta* in nonnullis repperi. BURM.

324. *Diſcretus in oſtia Nilus.*] Duo veteres, *diſcerptus.* primus Baſileenſis, *diſcertus.* unus Medic. *deſertus.* forte, *diſſeptus*, de quo ad librum primum vſ. 69. HEINS. Unus Moreti etiam, *diſtentus.* tres alii, *diviſus.* ut Senec. Medea 763.

Et Iſter in tot ora diviſus, truces
Compreſſit undas.

Sed nihil muta. ita *diſcretas aquas* lib. II. Faſt. 194. *diſcretas ſedes piorum* Horat. II. od. 13. vid. infr. lib. IX. 773. ubi, *digeſtum in ſeptem cornua Nilum,* dicit. BURM.

328. *Eſt cum cornibus Ammon.*] Unus Argentinus & unus Heinſii, *in cornibus*, quod eruditius, quam ut a librario indocto profectum fuerit. Virg. v. Aeneid. 37.

Horridus in jaculis.

Sta-

Delius in corvo, proles Semeleïa capro,
Fele ſoror Phoebi, niveâ Saturnia vaccâ,
Piſce Venus latuit, Cyllenius Ibidis alis.
Hactenus ad citharam vocalia moverat ora:
Poſcimur Aonides: ſed forſitan otia non ſint,
Nec noſtris praebere vacet tibi cantibus aurem.
Ne dubita, veſtrumque mihi refer ordine carmen,
Pallas ait: nemorisque levi conſedit in umbrâ.
Muſa refert: Dedimus ſummam certaminis uni.
Surgit, & immiſſos hederâ collecta capillos

Callio-

Statius IV. Theb. 220.
Procul ipſe gravi metuendus in haſta.
Apulej. III. Met. *Cum me viderent in ferro.* ubi vid. Pricaeum. & infra Heinſ. ad verſ. 546. & ad lib. VIII. 313. & nos ad Quinctil. declam. CCLXXXII. Arnobius tamen hunc locum expreſſiſſe videtur lib. VI. p. 197. *Itaque Hammon cum cornibus jam formatur, & fingitur arietinis. Formatis* editio Bersmanni. Burm.

329. *Proles Semeleïa.*] Bacchus ex Semela natus. Superiore libro, & Attius:
O Dionyſe pater, optime vitiſator, Semela genitus.
Ciofanus.

331. *Piſce Venus latuit.*] De Veneris in piſcem mutatione ſic Manilius lib. IV. vſ. 577.
Scilicet in piſcem ſeſe Cytherea novavit,
Cum Babyloniacas ſummerſa profugit in undas,
Anguipedum alatos unguis Typhona ferentem:
Inſeruitque ſuos ſquamoſis piſcibus ignes.
Et Ovidius ipſe lib. II. Faſtorum 461:
Terribilem quondam fugiens Typhona Dione,
Tunc cum pro caelo Juppiter arma tulit:
Venit ad Euphraten comitata Cupidine parvo,
Inque Palaeſtinae margine ſedit aquae.
Populus & cannae riparum ſumma tegebat,
Spemque dabant ſalices hos quoque poſſe tegi.
Dum latet, inſonuit vento nemus: illa timore
Pallet, & hoſtiles credit adeſſe manus.
Utque ſinu tenuit natum, ſuccurrite Nymphae,
Et diis auxilium ferte duobus, ait.
Nec mora, proſiluit: Piſces ſubiere gemelli,
Pro quo quae cernis, ſidera nomen habent.
Ciofanus.

331. *Cyllenius Ibidis alis.*] Cum Noſtro facit Hygin. Poët. Aſtron. II. 28. Sed alii eum in canem mutatum tradunt. Lucanus de Sacrificiis Κυνοπρόσωπον τὸν βέλτιστον Ἑρμῆν. & ita *Latratorem Anubim* apud Virgil. VIII. 698. exponit Servius. *quia capite canino pingitur, hunc volunt eſſe Mercurium, ideo quia nihil eſt cane ſagacius.* Burm.

332. *Hactenus ad citharam.*] *In citharam* Langerm. & unus Baſil.

333. *Forſitan otia non ſunt.*] *Non ſint*, & *vacet* primus Palat. Urbin. & quinque alii. Heins. *otia deſunt* prior Bonon.

334. *Nec noſtris praebere vacat tibi cantibus aures.*] Nec commodum tibi eſt meos hymnos audire. Ciof.

334. *Praebere aures.*] Sic Livius lib. XXXVIII. ubi loquitur de Scipione Africano: *Ut ſub Roſtris reum ſtare, & praebere aures adoleſcentium conviciis, P. Romano magis deforme, quam ipſi ſit.* Et lib. XL. *Atqui ſi aures praebere potes, inquit, manifeſtam rem teneas, faciam.* Cicero lib. I. ad Attic. *Etenim cum multos dies aures meas Acutilio dediſſem.* Idem pro Archia: *Ut aures poëtis Cordubae natis ſuas dederet.* Loquitur de Q. Metello Pio. Plaut. in Trin. *Accipite, & date mihi vacuas aures, dum eloquar.* Alio modo ipſe, v. Triſt. XII. 53.
Non liber hic ullus, non qui mihi commodet aurem,
Verbaque ſignificent quid mea norit, adeſt.
Et Horatius in Epiſt. I. II. 40.
Si modo culturae patientem commodet aurem.
Alio modo Plautus in Milite Glorioſo III. III. 29.
quin ego fruſtra
Poſtquam adhibere meas aures ad tuam moror orationem. Ciofan.
Aurem non *aures* Langermannianus. Heins. Sed lib. II. 692.
Praebuimus longis Pentheus ambagibus aures,
Inquit.
Et lib. VI. I. & VII. 821. II. Pont. IX. 25. ubi fere ſimiliter variant ſcripti. Vid. ad II. Art. 347. Suet. Calig. 22. *Modo inſuſurrans ac praebens invicem aures.* ubi *aurem* codex Memmianus. Val. Max. II. IV. 4. *carminibus vacuas aures praebuit.* Burm.

335. *Ordine.*] Noſtra lingua, *à mano à mano, per ordine.* Sic infrà: *Referam tamen ordine.* Plautus in Capt. II. III. 17.
Patri meo ordine omnem rem illuc perferat.
Idem in Caſina VII. 21.
Memora ordine, ut occeperas.
Cicero in Partit. orat. *Vis ne igitur, ut tu me Graece ſoles ordine interrogare, ſic ego te viciſſim eisdem de rebus Latine interrogem?* Ciofan. *Ordine bellum*

Calliope querulas praetentat pollice chordas:
Atque haec percuſſis ſubjungit carmina nervis.

Fab. VI. Argumentum.

Cyane in fontem.

Venus indignata quod & Diana & Proſerpina Cereris filia, numen ſuum conjugiaque [a] *adſpernarentur, Ditem, qui territus viribus Typhonis, moventis Aetnam, cui ſubjectus à Diis erat,* [b] *cum ab inferis emerſiſſet, impulit in amorem, ut Proſerpinam* [c] *circa Percum lacum Hennae flores legentem cum Minerva atque Diana,* [d] *raperet. Qua capta, cum properanter curru fugeret, à Cyane Nympha, quam dilexerat* [e] *Anapis amnis,* [f] *intercedente* [g] *retardatus eſt. At ille incenſus* [h] *ira propter moram intercedentis,*

lum Urbin. & Medic. unus. ita mox *certamen* vocat.

338. *Et immiſtos hedera collecta capillos.*] Quidam hic pro *immiſtos*, peſſime legunt, *immenſos*. In duobus Vatic. Abb. Briantii, & uno meo eſt, *immiſſos*, quod non rejicio. Ciof. Multi codices, *immenſos*, quod approbavit Barth. ad Stat. vi. Theb. 69. & ad Gratii Cyneg. 117. Bersmannus, *immiſtos* volebat. perperam. vide ad lib. vi. 168. *innexos hederae* Mediceus. *innexos hedera* Moreti.

339. *Calliope querulas praetentat pollice chordas.*] Pro eodem lib. xi. 169. dixit: *tum ſtamina docto Pollice ſollicitat.* Et x. 145. *Ut ſatis impulſas tentavit pollice chordas.* Statius: *Tenues ignavo pollice chordas Pulſo.* Ciofanus. *Pertentat* Cantabr. *ſic aptat* MSS. Bersmanni. vid. ad Quinct. Inſt. iv. i. principio.

340. *Atque haec.*] *Atque ita* Junianus & Leidenſis.

[a] *Aſpernarentur.*] *Spernerent* Colon.

[b] *Cum ab inferis emerſiſſet.*] *Erat, ab inferis emerſerat* Raener. Heinſ. *cum ab inferis eduxiſſet* Colon.

[c] *Circa Percum lacum Hennae.*] Vide notas Heinſii ad verſ. Naſon. 385. libr. v. Munckerus. Omnes fere Edd. *Circa Aetnam. Circa Perguſam lacum Aetnae flores legentem caperet.* Colon.

[d] *Raperet.*] *Repeteret.* Lugd.

[e] *Anapis.*] *Anapus* Micyll. *Anaphis* Lugd.

[f] *Intercedente.*] Deeſt Colon.

[g] *Retardatus eſt.*] *Tardatus eſt* Raener. Heinſ.

[h] *Ira, propter moram.*] *Ira, moram interdicentis ut rumperet, ſceptro inter ſtagna diſcuſſit undam, praeceptſque in mare reverſus, Cyanem, quae curſu obſtiterat.* Colon.

[i] *Relicto ſceptro.*] *Sceptrum tanta vi jecit in terram, ut totum conderetur; icta tellus ita hiavit, ut illac Plutonis currus ad inferos tranſierit.* Raener. Heinſ.

[k] *Cyanen currui obſiſtentem.*] Ita repoſui, cum MS. exhiberet, *Cyanenque c. obſiſtentem* niſi mavis cum Veneta, *Cyanen quae currui obſtiterat.* Micyll. *Cyanemque quae currui obſtiterat.* Muncker. *Cyannen, quae c. obſtiterat.* Parm. Lugd. *Cyanen vero quae c. obſtiterat.* Raener. Heinſ.

[l] *Cujus.*] *Qui lacus* Colon.

341. *Prima Ceres unco glebas.*] In uno meo, *terram*, non *glebas* legitur. Probaturus Iſidorus lib. xvii. cap. iii. Cererem primam in Graecia frugibus uti coepiſſe, hos duos verſus pro teſtimonio profert. ejus verba ſunt: *Prima Ceres coepit uti frugibus in Graecia & habere ſegetes tranſlatis aliunde ſeminibus. hujus meminit Ovidius dicens:*

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro,
Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris.

Frumenta ſunt proprie quae ariſtas habent: fruges autem reliqua: frumenta autem vel fruges à frumendo hoc eſt à veſcendo dicta. Ciofanus. *Alma Ceres* unus Gronov.

341. *Unco.*] *Curvo* Leidenſis, Lovan Baſil. & tres alii. Vid. ad lib. ii. 286. *terram* quatuor ſcripti. ut apud Virg. i. Georg. 147.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit.

ſed mox ſequitur, *terris.* ubi *terrae* duo libri. Burmannus.

342. *Prima dedit fruges.*] Hac fere repetitione uſus eſt. lib. iii. Amor. 10.

Prima Ceres docuit turgeſcere ſemen in agris,
Falce coloratas ſubſecuitque comas.
Prima jugis tauros ſupponere colla coëgit:
Et veterem curvo dente revellit humum.

Qua de re rurſus iv. Faſt. 401.

Prima Ceres homine ad meliora alimenta vocato,
Mutavit glandes utiliore cibo.
Illa jugo tauros collum praebere coëgit:
Tunc primum ſoles eruta vidit humus.

Ciofanus.

343. *Prima dedit leges.*] Prima enim Ceres leges tuliſſe dicitur. Unde à Virgilio lib. iv. Aeneid. 58. *legifera* vocatur. Vide & ibi Servium. Si de Cerere plura cupis, vide Diodorum Siculum lib. v. & Callimachum in hymno ad Cererem. Idem.

Tulit

dentis, [i] *relicto ſceptro inter ſtagna, diſcuſſit undam, praecepsque mari merſus* [k] *Cyanen currui obſiſtentem in liquorem ſui nominis vertit :* [l] *cujus lacus contiguus Arethuſae videtur.*

PRima Ceres unco glebam dimovit aratro:
Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris:
Prima dedit leges. Cereris ſumus omnia munus.
Illa canenda mihi eſt. utinam modo dicere poſſem
Carmina digna Deae! certe Dea carmine digna eſt.
Vaſta giganteis ingeſta eſt inſula membris
Trinacris; & magnis ſubjectum molibus urguet
Aetherias auſum ſperare Typhoëa ſedes.

Nititur

Tulit leges Vatican. & unus Mediceus, ut ad *Legiferae* Epitheton reſpiciat.

343. *Cereris ſunt omnia munus.*] *Sumus omnia* longe elegantius Berneggerianus. neque aliter pro diverſa lectione unus Hamburgenſis. Pont. I. El. I.

Hoc mihi ſi Superi, quorum ſumus omnia, credant.

ubi perperam reponunt, *quorum ſunt omnia.* lib. X. 32.

Omnia debemur vobis.

quomodo veterrimi codices. Non abſimile illud Apuleji in Apologia: *Neque hoc eo dixi, quo me patriae poeniteret, etſi adhuc Syphacis oppidum eſſemus.* & deinde *ſplendidiſſima colonia ſumus.* & lib. VIII. Mileſ. *Ad hunc modum definito juvene exciti latibulo ſuo, quiſque maeſta familia concurrimus.* Senec. Oedip. *quidquid patimur mortale genus venit ex alto.* ſic Triſt. II. 513.

Totus quibus utimur orbis.

ut ibi legendum docui. Heins. ita Elegia in mortem Druſi, 64.

Nec quae nos patimur vulgus, & ipſe pati.

Et 202.

Exſequiis adſumus omnis eques. ubi vide.

345. *Carmina digna Dea.*] *Deae* Bernegger. aliique plurimi. Vide Notas Triſt. IV. Eleg. III. VI. 57. quanquam & ad τὸ *dicere* poſſit referri. deinde ex melioribus,

— *Certe Dea carmine digna eſt.* Heinsius.

346. *Injecta eſt inſula membris.*] Aliqui male legunt, *ingeſta eſt.* Ciof. *injecta* codex Menardi, & alii magno numero. *invecta* Mediceus unus & Baſileenſis. fruſtra: ſequitur enim, *ſubjectam.* ſic ſupr. lib. I. 153. *congeſti montes.* Stat. IV. Theb. 180.

Summis ingeſtam montibus Aepy.

Ita apud Val. Flac. II. 32. legendum puto:

Ingeſtam feſſo dum pectore molem
Commovet experiens.

Non *injectam*, quia *ejectat* praeceſſit. & apud Noſtrum lib. XIV. I. multi codices *Ingeſtam Aetnen*, pro *injectam* habent. ſic *congeſtus* & *conjectus* commutari vidimus ad lib. I. Amor. IX. 12. Burm.

347. *Trinacris.*] Variant autores circa fabulam hanc. Ovidius Typhoeum ſub Aetna ſepultum dicit: Virgilius, & hunc ſecutus Lucanus, ſub Inarime inſula vicina Baiis, ut Aeneidos IX. 715.

Tum Prochyte ſonitu alta tremit, durumque cubile
Inarime, Jovis imperiis impoſita Typhoeo.

Quod ab Homero ſumptum, apud quem Iliados ſecundo 783. legitur:

Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.

Quanquam ibi commentator Ἄριμα, inquit, alii Ciliciae, alii Lydiae montem eſſe volunt. Apollonius ſecundo Argonaut. 1214. in palude Serbonide, quae eſt inter Aegyptum & Phoeniciam ſepultum eundem tradit, Cujus verſus ſunt:

Ἔνθα Τυφάονα φασὶ Διὸς Κρονίδαο κεραυνῷ
Βλήμενον, ὅππότε οἱ στιβαρὰς ἐπορέξατο χεῖρας
Θερμὸν ἀπὸ κρατὸς σάξαι φόνον, ἵκετο δ' αὖτας
Οὖρεα καὶ πεδίον νυσσήϊον, ἔνθ' ἔτι νῦν περ
Κεῖται ὑπορρύχιος Σερβωνίδος ὕδασι λίμνης.

Antrum autem ſive ſedem Typhoei, ut Homerus in Arimis, ita Pindarus, & poſt eum Mela, in Cilicia fuiſſe ſcribunt. Cujus diverſitatis ratio eſt, quod cum Typhaon, ſive Typhoeus ventus proprie intelligatur impetuoſus & ardens, variis locis tales erumpere contingit. de qua re qui volet, Commentaria Pindari videat in primo Od. Pythiorum. Porro Typhoeum Heſiodus dicit, Orthum & Cerberum canes, praeterea Hydram & Chimaeram ex Echidna monſtro ſemiſerpente, genuiſſe. Tametſi idem Heſiodus diverſos facere Typhoeum & Typhaonem videtur. Hunc enim δεινόντ' ὑβριστήν τ' ἄνεμον vocat, illum autem gigantem centicipitem, atque ignem ore vomentem deſcribit. Vide Theogoniam. Micyll. Homerum Lucanus ſequitur lib. V. verſ. 101. Apollonio II. lib. κεῖται ὑποβρύχιος Σερβωνίδος ὕδασι λίμνης. Straboni 16. lib. & Melae l. I. c. 13. in Cilicia: Pindarus videtur omnia miſcere. Pythiorum ode I. Τυφὼς ἑκατοντακά-

Nititur ille quidem, pugnatque resurgere saepe:
Dextra sed Ausonio manus est subjecta Peloro:
Laeva, Pachyne, tibi; Lilibaeo crura premuntur:
Degravat Aetna caput: sub quâ resupinus arenas
Ejectat, flammamque fero vomit ore Typhoeus.
Saepe remoliri luctatur pondera terrae;
Oppidaque, & magnos evolvere corpore montes.
Inde tremit tellus: & Rex pavet ipse silentum,
Ne pateat, latoque solum retegatur hiatu;
Immissusque dies trepidantes terreat umbras.

Hanc

ταπάρνιος, τόν ποτε Κιλίκιον θρέψε πολυώνυμον ἄντρον. νῦνγε μὲν ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι, Σικελίά τ' αὐτοῦ πιέζει φέρνα λαχνάεντα, κίων δ' οὐρανίᾳ συνέχει νιφόεσσα Αἴτνα, &c. Verum hujus rei licentiam excusat ratio naturalis; namque quotquot ubique montes, aut loci marini eructant incendia; aut repentibus flatibus, qui vocantur Typhones, & terrae motibus concutiuntur, Typhoëo injecta finguntur. Aeneid. II. Claudian. de Raptu Proserpinae I. Nostr. lib. XIV. vs. I. FARNAB.

348. *Aetherias.*] *Sidereas* multi scripti, ut & Bersmanni.

348. *Ausum sperare Typhoëa sedes.*] Unus Vatic. itemque unus Caelest. *spectare.* CIOFANUS. Nonnulli *superare* vel *spectare.* Parum abest, quin *spirare* censeamus reponendum, pro affectare. ut alibi loquitur de hac eadem re, ut *magna spirare* Propertio, II. XII. 53.

—— *qui nunc magnum spiramus amantes.*

ut recte castigavit Lipsius, nec dubitare debuit vir maximus. Val. Flacco lib. II. 184.

Magnum aliquid spirabit amor.

Sic recte Colerus apud Valer. Max. III. VII. I. *Carthaginem magna spirantem* ex Modii sententia probat. sic *spirare tragicum* Horatio, II. Epist. I. 166.

Nam spirat tragicum satis, & feliciter audet.

Statius lib. v. Silv. III. II. *Ibam altum spirans.* Flor. II. 2. *Spirantibus altius Poënis.* & I. 22. *quiddam indomitum spirans.* apud Virgilium libro VII. 510.

—— *Rapta spirans immane securi.*

Silius libro III. 240.

Mago quatit currus & fratrem spirat in armis.

Et lib. XV. 414.

Fratris spirans ingentia facta
Hasdrubal.

Et libro XVII. 397. de Scipione:

Terribilem ostentans clypeum, qui patris & una
Caelarat patrui spirantes praelia dira
Effigies.

Idem libro eodem 535.

At viso laetus ductore ante ora Latino
Ut tandem propius spirans ingentia Poenus
Quadrupedi citus imponit velocia membra.

Ita scribendi versus isti. Claudian. VI. Conf. Honor. 442.

Et ruptas animis spirans ingentibus Alpes.

Gigantomachia, vers. 40. ex optimis membranis:

Hic sibi promittit Venerem, spiratque Dianae
Conjugium.

Prudentius ad Christum Cathemer. Hymno XI.

Hic ille natalis dies,
Quo te Creator arduus
Spiravit, & limo indidit.

Apulejus Met. v. *Fortassis deam quoque illam maritus Deus efficiet. sic est Hercules, sic se gerebat ferebatque* (inepte ταυτολογεῖ. scribendum, *efferebatque*) *jamjam sursum respicit, & deam spirat mulier.* Ammian. Marcel. XXII. *Julianus prosperis elatus ultra homines jam spirabat.* quamquam paullum diversa significatione: cum in Nasone hoc loco pro *adspirare* videatur positum. idem lib. XVI. *cruenta spirantes reges.* apud Senec. Thyest. *Sanguinem spirat violentus Atreus.* Vetus interpres in Actis Apostolor. c. IX. v. I. *Saulus adhuc spirans minarum & caedis.* apud Paullinum quarto natali Felicis:

Nec refugit celso jam spirans sidera flatu.

Hoc est adspirans ad caelestem vitam. apud Petronium quoque cap. 120. carmine de Bello Civili censeo scribi debere:

Et dum varios lapis invenit usus,
Inferni manes coelum spirare jubentur.

Non *sperare*, aut, quod Gonsalus volebat, *spectare*, quanquam diverso sensu. Ita *suspirare* cum quarto quoque casu jungit idem Prudentius Cathemerin. Hymno II.

Mercator hinc ac rusticus
Avara suspirant lucra.

Marc. Cappell. lib. IX. de Syringe:

Quam dum forte Deus premit labellis
Suspirat velut osculis canorem. HEINS.

Ego tamen hic vulgatam non facile movendam putem. nam ita Valer. Flac. III. 226.

Spemque aetheris amens
Concipit.

Quod

Hanc metuens cladem tenebrosâ ſede tyrannus
Exierat: curruque atrorum vectus equorum
Ambibat Siculae cautus fundamina terrae.
Poſtquam exploratum ſatis eſt loca nulla labare;
Depoſitique metus: videt hunc Erycina vagantem
Monte ſuo reſidens, natumque amplexa volucrem;
Arma, manusque meae, mea, nate, potentia, dixit,
Illa, quibus ſuperas omnes, cape tela, Cupido,
Inque Dei pectus celeres molire ſagittas,
Cui triplicis ceſſit fortuna noviſſima regni.

Tu

Quod Noſter lib. I. M. 777. dixit, *concipit aethera mente.* & XII. 505. *Junonis ut altae Spem caperet.* Vide quae ad d. l. Petronii cap. CXX. adnotata ſunt. Burm.

349. *Pugnatque reſurgere ſaepe.*] In duobus meis, duobus Vatic. Urſini, & eodem Caeleſt. *Tentatque reſurgere ſaepe.* quod mihi magis arridet. Ciof. *Tentatque* plurimi ſcripti. *Certatque* unus, ſollemni horum verborum permutatione. Vid. ad III. Faſt. 308. & ſup. I. 684.

350. *Dextra ſed Auſonio manus eſt ſubjecta Peloro, Laeva Pachyne tibi &c.*] Typhoëum jacere in Sicilia docet etiam Valer. Flaccus lib. II. 23.

——— *ſcopulis ſed maximus illis*
Horror adeſt Sicula preſſus tellure Typhoeus.

Ciof. *Dextra ſed Auſonio* ex ſcriptis. Heinsius. Editi & ſcripti plurimi, *ſub Auſonio.* Amabant quidem ſaepe veteres praepoſitiones geminare: Ita apud Nepot. Pelop. III. *Epiſtolam, ſicut erat, ſignatam ſub pulvinum ſubjecit.* ita antiqua editio Ultrajectina & MSS. male vulgo, *in pulvinum*, ſed quia *Tibi* ſequitur, *ſed* recepimus. *ſub Aonio* Cantab. *ſed aonio* Barberin. Burm.

351. *Crura premuntur.*] *Tenentur* Vatican. & Mediceus unus.

352. *Sub qua.*] *Sub quo* Voſſian. Gronov. Leidenſ. & Sixianus, ut *Aetna* maſculino genere ponatur. ita inf. lib. XIII. 770. ex MS. *Siculum delatus in Aetnam.* ubi vide, & ad lib. IX. 265. Burmannus.

353. *Ejectat.*] In optimo Florentino eraſa vetus lectio. Puto, *Eructat* fuiſſe. ſic lib. XIV. 211. de Cyclope etiam ſcribendum puto:

——— *eructantemque cruentas*
Ore dapes.

Virgilius lib. III. 32. de Aetna:

Interdum ſcopulos avulſaque viſcera montis
Erigit eructans.

At Val. Flaccus lib. II. 30. de Typhoëo:

——— *trux ille ejectat adeſi*
Fundamenta jugi.

Et Silius lib. XII. 149. de Inarime:

Fumantem premit Japetum, flammaſque rebelli
Ore ejectantem.

Mox *pondere* pro *pondera* idem Florent. Bernegger. ſecundus Medic. & alii ſeptem. Heinsius: *Ejectat* rectum. ita ſup. II. 231. *ejectatam favillam.* ſed pluribus haec ad Val. Falc. II. 30. illuſtrabimus. *projectat* cod. Menardi.

353. *Flammamque fero vomit ore Typhoeus.*] Hac de re ſic IV. Faſt. 491.

Alta jacet vaſti ſuper ora Typhoëos Aetna,
Cujus anhelatis ignibus ardet humus.

Et II. De Ponto III. 23.

Vidimus Aetnaea caelum ſplendeſcere flamma,
Suppoſitus monti quam vomit ore Gigas.

Ciofan. *Flammaſque* Cod. Menard. *ferox* etiam Regius & quinque alii. *movet ore* etiam Cantabrig.

355. *Devolvere.*] Malo, *evolvere* cum tertio Mediceo, & duobus aliis. Heins. *Divolvere* Junian. & duo alii. *diſſolvere* Gronovian.

356. *Inde tremit tellus.*] *Fremit* Ambroſianus, ut Claud. I. de Rapt. initio:

Auditur fremitus terris.

Vid. lib. IV. Met. 136.

356. *Pavet ipſe.*] *Ille* unus Thuaneus. *inde* alter Gronovianus. ſimilis diverſitas lib. VI. 650. & alibi.

357. *Lateque ſolum.*] Legendum, *latoque.* Const. Fanens.

358. *Immiſſus dies.*] *Inmerſuſque* Fragm. Boxhorn. vid. ad Petron. cap. CXX.

360. *Evectus equorum.*] Liber Vatic. & Caeleſt. *Vectus equorum.* Ciof. *Invectus* Mediceus unus. ego *evectus* malim. vide ſupr. lib. III. 150.

362. *Exploratum ſatis eſt.*] Sic apud Plautum non ſemel: quomodo & *exquiſitum ſatis*, & *proviſum ſatis eſt* ſaepe apud eundem. Douza.

363. *Depoſuitque metum.*] In duobus Vatic. ambobus Maffei, & eod. Caeleſt. *Depoſitoque metu.* In uno meo. & Abb. *Depoſitique metus.* Ciofan. *Depoſitique metus* rectius in praeſtantiſſimis. Heins. *Depoſituſque metus* quatuor codices.

364. *Reſidens.*] *Rediens* Junianus & ſec. Palat. lib. II. 588.

Viderat a patrio redeuntem Jupiter illam
Flumine.

Tu Superos, ipſumque Jovem, tu numina ponti
Victa domas, ipſumque, regit qui numina ponti.
Tartara quid ceſſant? cur non matrisque tuumque
Imperium profers? agitur pars tertia mundi.
Et tamen in coelo, quae jam patientia noſtra eſt,
Spernimur: ac mecum vires tenuantur Amoris.
Pallada nonne vides, jaculatricemque Dianam
Abſceſſiſſe mihi? Cereris quoque filia virgo,

Si

Infr. 585.
Laſſa revertebar.
Et XI. 304.
Forte revertentes Phoebus Majaque creatus
Videre.
Similis quoque diverſitas VI. Faſt. 785.
Ecce ſuburbana rediens male ſobrius aede.
Ubi quidam codices, *reſidens*, ſed perperam: ut & hic vulgata ſervari poſſet. Stat. I. Theb. 628.
Delius inſurgit, ſummaque biverticis umbra
Parnaſi reſidens. HEINS.
Lib. II. 698. *Redeuntem colle Lyceo Pan videt hanc.*

367. *Celeres molire.*] *Volucres* Zulichemianus. HEINSIUS.

368. *Triplicis regni.*] Quod in tres diviſum eſt partes. Quarum ſuprema (hoc eſt, coelum) obtigit Jovi. Media (hoc eſt, terra cum mari) Neptuno. Infima ac ultima (h. e. inferi) Plutoni. REGIUS. Atque hoc pacto Regius. Alii autem terram, & quae ſub, vel in ea ſunt, Plutoni aſſignant. Inde etiam eſt, quod Pluto divitiarum Deus habetur, quoniam illae è terra effodiuntur. Quare dubitari poſſit, utrum legendum ſit:

——— *Tu numina Ponti*
Victa domas, ipſumque regit qui numina Ponti.

Homerus Iliados XV. Terram communem relictam dicit, Caelum autem Jovi, mare Neptuno, & tenebras, ſive Tartarum Plutoni ceſſiſſe. Sed haec diviſio nihil ad hunc locum. MICYLLUS. Raphaël ait cum mari terram Neptuno conceſſam, in memorabili illa rerum diviſione trium fratrum. At Homerus Iliad. 15. ait terram ac Olympum communia tribus manſiſſe. ſed puto alium quempiam auctorem hoc in loco ſecutum Ovidium. GLAREANUS. *Triplicis mundi* plurimi ſcripti.

368. *Fortuna noviſſima.*] Id eſt ultima ſors exponi debet, nam cum Jupiter Neptunus & Pluto regnum diviſuri rem ſorti commiſiſſent, prima ſors, quae exiit, Jovis fuit, Neptuni ſecunda, Plutonis ultima, ut narrat Homerus XV. Iliade. unde ſignate a Claudiano in primo Raptus Proſerpinae *ſuprema ſors*, quae Plutoni contigit, appellatur, ait:

Tertia ſupremae patior diſpendia ſortis.

Non ergo ad regni conditionem, ſed ad ſortis caſum Poëta reſpexit. CONST. FANENSIS. Feliciſſime hunc locum expoſuit vir doctiſſimus, Jacobus Conſtantius. Ovidius autem eorum ſequitur opinionem, qui litteris mandarunt Jovem, Neptunum, & Plutonem inter ſe ſorte regna diviſiſſe: Sed Callimachus eos ſortitos omnino negat: cujus carmina ita Latinitate donavit doctiſſimus Parrhaſius:

——— *veteres neque enim commenta poëtae*
Vera ſatis jactant, Saturni pignora quondam
Inter ſe ſummam rerum ſortita fuiſſe,
Et caelum ceſſiſſe tibi. Nam quis precor unquam,
Quis rudis uſque adeo? res ut diſcrimine toto
Diſtantes, uni ſtultus commiſerit urnae?

CIOF. De ſortitione hac ubique obvia loca. vide Serv. ad I. Aeneid. 133. Senec. Herc. Fur. 599. 833. Medea 597. Noſtrum III. Amor. X. Stat. VIII. Theb. 37. Freher. ad Auſonii Moſell. 80. ſortitionem vero hanc inſtitutam in Lycia, in urbe Claro, dicit Scholiaſtes Statii ad lib. VIII. 199. BURMANNUS.

370. *Qui numina terrae.*] Fortaſſe rectius id, quod nonnulli legunt, *ipſumque regit qui numina ponti.* NAUGERIUS. Alii, *lumina.* ſed *ponti* legendum. DOUZA. Liquido & clare habent MSS. mei, *ipſumque regit qui numina ponti.* quae ſors ſecunda, aptiſſimeque convenit huic ſorti. Quis hic locus iis, qui legunt *nomina terrae*, aut *lumina terrae*, ut Plutonem bis admittant, aut Phoebum omnino? FARNAB. *Ponti* Excerpta Calandrae, & ex ſuis Naugerius. HEINS.

372. *Imperium profers.*] Sic Virgilius lib. VI. 795.

——— *ſuper Garamantas & Indos*
Proferet imperium.

Sic & Tacitus lib. I. *Bellum ea tempeſtate nullum, niſi adverſus Germanos ſupererat, abolendae magis infamiae ob amiſſum cum Quinctilio Varo exercitum, quam cupiditate proferendi imperii, aut dignum ob proemium.* Alio modo loquitur, qui poſt Ciceronem eloquentiſſimus eſt, Livius lib. XXXVIII. *L. Scipio regem opulentiſſimum orbis terrarum devicerit, imperium P. Romani propagaverit in ultimos terrarum fines*, &c. CIOF.

372. *Agitur pars tertia mundi.*] *Vacat* pro diverſa lectione Berneggerianus, hoc eſt, *vacat ea pars tertia.* ſic apud Lucanum libro II. 584.
Pars mundi nihi nulla vacat.

Nihil

Si patiemur, erit: nam ſpes adfectat easdem.
At tu, pro ſocio ſi qua eſt mea gratia regno,
Junge Deam patruo. dixit Venus. ille pharetram
Solvit: & arbitrio matris de mille ſagittis
Unam ſepoſuit. ſed quâ nec acutior ulla,
Nec minus incerta eſt, nec quae magis audiat arcum.
Oppoſitoque genu curvavit flexile cornu:
Inque cor hamatâ percuſſit arundine Ditem.

Haud

Nihil tamen temere hoc loco mutandum. Heins. Regius explicat in periculo verſatur pars tertia, ne a nobis amittatur. non male. ita paſſim Cicero *agi ſalutem*, *imperium*, *famam*, *fortunas* dicit. appoſite Senec. 1. de Clement. 21. *ut innocentia appareret, non minorem agi rem periclitantis, quam judicis ſciat.* Terent. Heaut. III. 1. *non nunc pecunia agitur*, ut legendum ibi eſt. itaque nihil mutandum. Burm.

373. *Et tamen in caelo quae jam patientia noſtra eſt.*] In eodem meo & uno Caeleſt. & uno Maff. *Et tamen in caelo quoque jam patientia noſtra eſt.* In meo antiquiore & praeclariore & Briantii legitur, *Et tamen in caelo quoque parva potentia noſtra eſt.* quae eſt omnium optima lectio. Ciofanus. Sed nec altera lectio abſurda eſt, ſine interrogatione prolata. quaſi diceret, patientia noſtra facit, ut in caelo quoque ſpernamur. Bersman. Locus mendoſus. plerique veteres, *quoque jam patientia*, primus Vatic. & duo alii, *quo jam. quoque parva potentia* Moreti excerpta. *quo viſa potentia* unus Gronovii. *jam quippe potentia rara eſt* alter Hamburgenſis. alii aliter. Calandrae excerpta, *quoque jam patientia noſtra Spernitur.* Scribe:

Et tamen in coelo quoque tanta potentia noſtro
Spernitur.

vel, *ſed tamen* cum Cantabrigienſi. quod praeſtat. *tanta potentia* in *jam patientia* facile depravari potuit. lib. x. 573.

——— *ſed tanta potentia formae eſt.*

lib. XIII. 758.

——— *pro quanta potentia regni*
Eſt Venus alma tui!

appoſite. & lib. XIV. 491. de eadem Venere:

——— *oderit omnes*
Sub Diomede viros; odium tamen illius omnes
Spernimus, & parvo ſtat tanta potentia nobis.

ita locus ille ex veſtigiis veterum librorum concinnandus. *in noſtro coelo.* ut Pallas Junoni apud Val. Flaccum lib. v. 295.

——— *liceat puppim, quam ſtruximus ipſae,*
Jactatam tandem noſtro componere coelo.

Juppiter ad Hannibalem apud Silium Italicum lib. x. 368.

Siſte gradum, neque enim ſacris irrumpere muris,
Poene, magis dabitur noſtrum quam exſcindere coelum.

Et alibi:

Aurea Tarpeja ponet Capitolia rupe.
Et junget noſtro templorum culmina coelo.

Cupido ad Venerem apud Statium lib. I. Silv. II. 72.

——— ——— *praeſagaque formae*
Protinus e noſtro poſui cognomina caelo.

Certe Florentinus veterrimus, *quoque jam potentia*, deinde pro *minuuntur* Neapol. Lovan. & Junian. *tenuantur.* Vid. ſup. lib. III. 395. Prudentius Periſteph. hym. VII. 130.

Dum putreſcentes tenuat medullas
Tabidus humor.

Sic ex MSS. Bodlejano. vulgo, *tenuit.* Heinsius. Mihi plurimorum codicum lectio placet ſatis:

Et tamen in coelo, quae jam patientia noſtra eſt,
Spernimur.

Ita & Epiſt. XVII. 29.

Quae tua nequitia eſt, non his contenta fuiſſet.

Vid. ad Epiſt. I. 75. ubi pluribus hunc loquendi modum illuſtramus. illa etiam particula *jam* inſervit indignationi. ut inf. 522.

ſi jam mea filia digna eſt. Burm.

375. *Jaculatricem.*] *Venatricemque* Gronovian. vid. lib. II. 454.

377. *Si patiemur.*] *Patiamur* Medic. Urbinas Leidenſis & tres alii, cum nonnullis editis.

378. *At turpi ſocio.*] Emenda ex omnibus antiquis, *At tu pro ſocio.* Ciof.

378. *Si qua eſt ea gratia.*] Scribe, *ſi qua eſt mea gratia.* quomodo Langerman. & unus Voſſ. cum uno Gronov. lib. VI. 440.

——— *ſi gratia, dixit,*
Ulla mea eſt.

Et hoc libro infra, 515.

——— *ſi nulla eſt gratia matris,*
Nata patrem moveat.

Neap. ſec. Medic. Cantabr. aliique multi, *tibi gratia.* Puto, *mihi*, ut recte unus Strozzae & duo Leidenſes cum uno Voſſiano. alterutrum certe verum eſt. Val. Flaccus lib. v. 493.

——— *tibi gratia noſtri*
Sit, precor, haec.

Stat. Theb. v. 629.

Si qua eſt meriti mihi gratia duri. Heins.

Mihi etiam Pontanus cenſebat reſcribendum. de *ſocio regno* vid. ad I. Amor. IX. 6.

385 Haud procul Hennaeis lacus eſt à moenibus altae,
Nomine Pergus, aquae. non illo plura Cayſtros
Carmina cygnorum labentibus audit in undis.
Silva coronat aquas, cingens latus omne; ſuisque

Fron-

381. *Unam ſepoſuit.*] Tibul. II. v. 7. *Nunc indue veſtem Sepoſitam.* Douza.

382. *Nec minus incerta.*] Culpat haec Barth. Adv. LVIII. 9. ſed defendit egregie Voſſius Inſtit. Orat. IV. cap. X. §. 8.

382. *Nec quae magis audiat arcum.*] Hoc eſt, nec quae facilius ab arcu emittatur. illae namque ſagittae *arcum audire* & obtemperare dicuntur, quae facile ab arcu emittuntur. Regius. Vel etiam quae hoc, quod arcus petit, faciunt, hoc eſt certo feriunt. Micyll. Regius inquit, illas ſagittas arcum audire, quae facile ab arcu emittuntur, ego vero illas, quae tangunt hoc, quod vult, arcus, qui eas pellit. Glarean. In uno meo, *nec quae magis evolet arcum.* Ctof. S. Marci codex, *quae magis avolat arcu. magis advolet arcus* Florent. pro var. lect. primus Regius, *quam magis audiat arcus.* Palatinus & alii plurimi, *quae magis audiat arcus. quae minus audiat* Leidenſis unus. ſed nihil muto, & recte viros doctos explicare de certa ſagitta puto. ita *audire arcus* dicitur Auctori Herc. Oet. 975.

An arma ceſſant, teque languenti manu
Non audit arcus.

Ita eleganter Statius Theb. XX. 869. *Surdos arcus* dixit:

Arma tamen fruſtra, ſuperos Triviamque precatus,
Molitur pallens, & ſurdos expedit arcus.

Et lib. V. 412. ſimili locutione:

Clavum audire negantem.

Ubi vide Barth. haec & plura adnotantem, ſic notum illud Virgilii Georg. IV. ult.

Non audit currus habenas.

Et quod imitatus Claudianus Conſ. Mallii 183.

Deſidis aurigae non audit verbera currus.

Et ita Pindarus Pyth. II. 21. ἅρματα πεισιχάλινα. in quibus omnibus *audire* eſt idem, quod obedire, ut *audiens dicto* & ſimilia. Apulej. lib. V. *Senſit Pſyche divinae providentiae beatitudinem monitiſque vocis informis audiens, & prius ſomno & mox lavacro fatigationem diluit.* ita enim lego. vulgo *monituſque voces informes audiens*, ſine ſenſu circumferebatur. vox *informis* eſt quam antea vocat, *corporis ſui nudam.* in antiquis etiam editionibus legitur *fatigationem ſui diluit.* Burm.

383. *Cornu.*] Lege, *cornum* Auctore Priſcian. lib. VI. nam, ut is ait, *cornu* & *cornum* neutro genere, & *cornus* maſculino dicitur. Constant. Fan. Vid. ad lib. II. 874.

384. *Inque cor.*] *In corde* ratio loquendi expoſcit. Regius. Ego nec *in cor*, nec *in corde percutere* admodum eleganter dictum puto. & mallem legere, *Inde cor ha. p. a. Ditis.* nam *Ditis* erat in uno Gronoviano. ut Epiſt. IX. 161. *Avidum percuſſus arundine pectus.* Burm.

385. *Haud procul Aetneis.*] Aetna urbe. nam Aetna & mons eſt Siciliae & urbs, ut diximus. quidam vero putant *Enneis* eſſe legendum, quod *Enna* quoque per duplex *n* & ſine dipthongo Siciliae urbs eſt mediterranea, juxta quam contendunt Proſerpinam fuiſſe raptam. Regius. Scribo, *Enneis.* Enna Siciliae civitas duplici *n* ſcripta fuit: apud quam rapta eſt Proſerpina, vide Cicer. ſexta actione in Verrem. & quae optimus pater meus ſuper illo verſu quarto Faſtorum, 422.

In quibus eſt culto fertilis Enna ſolo.

ac Laurentius Abſtemius noſter in libello de obſcuris quibuſdam locis tradiderunt. Const. Fan. In meo antiquiore aperte legitur, *Haud procul Enneis.* Ad cujus marginem notatum eſt, *Enna per duo n eſt, unde dicit Enneis:* atque ita ſine dubio legendum eſt: quod & Jacobus Conſtantius animadvertit, *Enneis* autem dixit ingenioſiſſimus poëta noſter metri neceſſitate: cum Cicero ab Enna *Ennenſis* deducat, ſed eodem illo modo alii auctores pro *Ilienſi Ilium* dixerunt. Vide Obſervat. in libros De Ponto. Ciofanus. Primo repone, *Hennaeis moenibus.* ut recte optimus Florentinus, primus Vatican. Bernegger. aliique nonnulli. deinde lege, *altae nomine Pergus aquae.* quomodo idem Florentinus. at Cantabrigenſis, & tres alii, *altus nomine Pergus aquae.* proxime verum. ut II. Faſt. 166.

Gelidae fons erat altus aquae.

Quidam codices lituram hic oſtentant. de Perguſa nugae ſunt. *Pergum* Claudianus quoque lib. II. Raptûs appellat. *Percum* Julius Firmicus, de Errore profanarum Religionum, & tam hoc loco Florentinum optimae notae exemplar, quam in Argumento hujus fabulae, *impulit in amorem, uti Proſerpinam circa Percum lacum Hennae flores legentem cum Minerva atque Diana raperet.* ubi in vulgatis, *circa Aetnam.* tertius Mediceus, *Pergoſa* pro *Pergos.* Cantabrigenſis etiam, *Percus.* unus Voſſianus, *Percuſſa.* mox, *Cayſtros* pro *Cayſter* meliores. pro *audit* ex praeſtantioribus nonnulli, *edit.* ſed nil muto. Heins. Vide Cluverii Siciliam lib. II. c. VII. qui operoſe adſtruit apud *Ennam*, non *Aetnam* raptam Proſerpinam fuiſſe. Vid etiam And. Schott. II. Obſerv. 8. & Pigh. tom. II. Annal. pag. 10. in Charactere libr. VII. *a montibus* etiam Vivianis Leidenſ. & Neapol. qui *ab montibus* habet. Burm.

386. *No-*

Frondibus, ut velo, Phoebeos ſubmovet ictus.
Frigora dant rami, Tyrios humus humida flores.
Perpetuum ver eſt. quo dum Proſerpina luco
Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit;

Dum-

386. *Nomine Perguſa.*] Lacum nomine *Perguſam* deſcribit, juxta quem Proſerpina, cum ſibi aequalibus puellis flores colligens, a Plutone illac curru tranſeunte, rapta fuit. hunc vero lacum Claudianus (qui & ipſe raptum Proſerpinae deſcripſit) Pergum a Siculis appellari ait, lib. II. Rap. 112. *Haud procul inde lacus, Pergum dixere Sicani, Panditur.* ita locorum nomina varie ſaepenumero a poëtis efferuntur. Regius. *Perguſae* nomen haud temere reperias apud auctores, praeter unum Claudianum, apud quem tamen abbreviatum eſt. *Pergeum* enim vocare ait Siculos. Certe Plinius, Ptolemaeus, ac Strabo, quantum ego memini, nullam ejus faciunt mentionem. ab hoc autem Poëta ita clare deſcribitur, ut auctoribus aliis non ſit opus. Glareanus. Vid. & Parrhaſium ad d. l. Claudiani.

387. *Labentibus.*] *Lambentibus* MSS. ut Horat. lib. I. od. 22. *Lambit Hydaſpes* de Indiae Fluvio. ſed idem quoque de amne dixit I. Ep. II. 43. *Labitur & Labetur.* Vide eandem fabulam lib. IV. Faſt. Bersman. Pro *labentibus undis* optimus Thuan. & unus Gronovii, *plaudentibus.* argute. Heinsius. *Ludentibus* etiam quidam codices. vid. ad lib. IV. 342. & Remed. 177. & inf. XIV. 633. *edit* vero etiam habet Francofurtenſis. quod non omnino rejecerim, quia *audiat arcum* modo praeceſſit. Burmannus.

389. *Phoebeos ſummovet ignes.*] Manilius lib. IV. 524.

Quae velut extinctis Phoebeis ignibus ignes
Defuit, & multa fuſcat caligine ſidus. Ciof.

Ictus Neapol. ſecundus Medic. & unus Palat. recte. lib. VI. 49. ex melioris notae membranis:

Et breve poſt tempus candeſcere ſolis ab ictu.

Horatius libro II. Od. XV.

Tum ſpiſſa ramis laurea fervidos
Excludet ictus.

ubi perperam *aeſtus* quidam codices. Lucanus lib. VII. 214.

Miles ut adverſo Phoebi radiatur ab ictu.

Statius Hercule Surrentino vſ. 53. *Ictus Hyperione multo Sirius.* Solinus cap. XXXIII. *Invenit & iridem immani rubro, quae radiis icta ſolis coeleſtis arcus ex ſeſe jacit ſpeciem.* ſic *ictae ſole nives* Faſt. III. verſ. 236. quae ibi vera lectio eſt, non *victae.* ſic *ictum radiorum ſolis* Lucretius quoque dixit. & *ictum ſolis ardoribus aëra* lib. V. 606. idem lib. V. 1103. *verbera radiorum ſolis.* & lib. VI. 512.

Nubila ſolvuntur ſolis ſuper icta calore.

Libro VI. de terra, 1100.

Intempeſtivis pluviiſque & ſolibus icta.

Noſter ipſe libro VI. 63.

——— *percuſſus ſolibus arcus.*

Ubi male multi veteres, *percuſſis.* ſic & Lucretius non ſemel. Prudentius Cathemerin. Hymno II.

Caligo terrae ſcinditur
Percuſſa ſolis ſpiculo.

Solinus c. XXXVII. *Mithridax percuſſa ſole coloribus micat variis.* Heinsius. Recte vir illuſtris. quem & vid. ad III. Faſt. 236. & ita jam Gebhardus lib. III. Crepund. 2. Sic & Noſter lib. III. 183.

Qui color infectis adverſi ſolis ab ictu
Nubibus eſſe ſolet.

Gell. VI. 4. *Adverſus ictum ſolis oppoſitum continebant.* Claudian. Bel. Gild. 317.

Licet arva referta
Anguibus, & ſolis medios objecerit ictus.

Ita codices; vulgo, *aeſtus*, Tacit. II. An. 61. *Memnonis ſaxea effigies, ubi radii ſolis icta eſt, vocalem ſonum reddens.* Marc. Capell. lib. I. de ſole agens: *Hinc quoque Sagittarius, hinc quoque vulnificus dicitur, quod poſſit radiorum jaculis icta penetrare.* & ita paſſim alii. Sic *percuti ventis, imbre*, &c. Senec. Hypol. 383. 509. & *ici*, de quo ad Valer. Flac. IV. 48. Burm.

390. *Varios humus humida flores.*] Malebam aliquando, *humus uvida flores.* Adi Notas Amor. lib. III. Eleg. V. Prudentius Cathemer. Hymno V.

Illic purpureis tecta roſariis
Omnis fragrat humus, calthaque pinguia
Et molles violas & tenues crocos
Fundit fonticulis uda fugacibus.

Ubi *unda* perperam nunc legitur. nos vetuſtiſſimas membranas ſumus ſecuti. idem Hymno VII. *uvidos* balaenae *molares* dixit, ubi de Jona agit. ita enim vetuſtiſſimi codices, non *vividos.* ſed Livius in Adone:

Humum humidam pedibus fodit.

Et Gracchus Thyeſte apud Priſcianum lib. VI.

Preſſit humidam plantis humum.

Deinde *Tyrios flores* Florentinus S. Marci, Neapol. ſecundus Mediceus. ſic *Tyria chlamys, Tyrius crocus, Tyrius torus, fucus* & ſimilia. lib. IX. 340.

——— *Tyrios imitata colores*
In ſpem baccarum florebat aquatica lotos.

lib. X. 211.

——— *Tyrioque nitentior oſtro*
Flos oritur.

Pro rubei coloris chlamyde aut croco aut toro. lib. IX. *Puniceus cruor*, & ſimilia: quanquam & *varii flores*

Dumque puellari ſtudio calathosque ſinumque
Implet, & aequales certat ſuperare legendo;
Pene ſimul viſa eſt; dilectaque, raptaque Diti:
Usque adeo properatur amor. Dea territa moeſto
Et matrem, & comites, ſed matrem ſaepius, ore
Clamat. &, ut ſummâ veſtem laniârat ab orâ,
Collecti flores tunicis cecidere remiſſis.
Tantaque ſimplicitas puerilibus adfuit annis:

Haec

flores pro diverſicoloribus poſſunt ſumi non male. HEINS.

391. *Perpetuum ver eſt.*] Hunc locum, me indicante, contulit, amoeniſſimi ingenii vir, Paullus Manutius, cum illo Ciceronis lib. IV. Actionis II. in Verrem: *Et lectiſſimi flores omni tempore anni.* Ubi, ut par eſt, Ovidium ob ingenii acumen & doctrinae praeſtantiam ſummis effert laudibus. Claud. lib. II. De Raptu Proſerpinae: *Enna parens florum.* quo loco, ſi fas eſt dicere, errare videtur doctiſſimus Parrhaſius: qui illic non oppidum, ſed loci genium intelligi ait. CIOF.

393. *Sinumque.*] *Sinuſque* Voſſian. Leidenſ. & Sprotii.

395. *Raptaque Diti.*] De Raptu Proſerpinae Livius libro XXIV. cap. 39. *Atque ea clades, ut urbis in media Sicilia ſitae, claraeque vel ob inſignem monumento naturali locum, vel ob ſacrata omnia veſtigiis raptae quondam Proſerpinae, prope uno die omnem Siciliam pervaſit.* Quibus ex verbis manifeſto apparet veriſſimum eſſe, quod ait is, quem modo nominavi, Cicero loco jam citato, *Ennam eſſe Siciliae umbilicum.* CIOF.

396. *Uſque adeo eſt properatus amor.*] Multi delent verbum ſubſtantivum. *adeo properatur* tres ſcripti, quod ſequor. HEINS.

396. *Territa moeſto.*] Duo Leidenſes codices, *territa monſtro*, pro varia lectione.

397. *Et matrem & comites.*] Has Proſerpinae comites enumerat Homerus in hymno Cereris: Oceani filias, Leucippen, Phaeno, Ianthen, Melobotin, Tychen, & Ocyroën. Notavit hoc is, quem modo nominavi, Parrhaſius. CIOF.

398. *Ab ora.*] Raphaël exponit a ſumma ora id eſt ſupremo limbo, quod equidem non intelligo, niſi per limbum intelligat cingulum, cui innectere limbum puellae ſolent, ut facto ſinu imponant flores. GLAREANUS. In duobus Vatic. Caeleſtinis, & meis, *ſummo veſtem laniarat ab ore.* Atque in meis, *laniabat*, non *laniarat*, legere licet. In Briantii, *& ut veſtem ſummo laniavit ab ore.* CIOF. *Ab ore* non placet, quia verſus proxime praecedens eadem voce clauditur. FARNABIUS. Vide de ora utraque veſtis ſupra III. 480.

399. *Tunicis remiſſis.*] *Digitis* Junian. *Solutis* Bonon. *reciſis* Leidenſ.

400. *Tantaque ſimplicitas.*] Citat hunc verſum Priſcian. lib. VI. pag. 696. ut probet etiam *pueros* veteres dixiſſe, pro *puellis:* de ſimplicitare puerili vid. Gronov. Diatr. Stat. cap. XXII.

402. *Nomine quemque vocando.*] *Vocatum* vel *vocato* multi veterum. Jam ſupra *vocatos* eſſe legendum monui vſ. 212. & ſic in uno Voſſiano. HEINS.

403. *Exhortatur equos.*] Nomina equorum Plutonis haec eſſe feruntur, *Orphnaens*, qui obſcurus interpretari poteſt & niger, *Aethon*, qui urens, (is autem unus eſt etiam ex Solis equis) *Nyctaeus*, qui nocturnus a nocte, quae νὺξ Graece dicitur, *Alaſtor* qui infeſtus, & pernicioſus. ſunt enim *Alaſtores* daemones hominibus pernicioſi, & infeſti. REGIUS. Hi a Claudiano lib. I. Rapt. 283. recenſentur his verſibus:

Orphnaeus, crudele micans; Aethonque ſagitta
Ocyor; & Stygii crudelis gloria Nyctaeus
Armenti, Ditiſque nota ſignatus Alaſtor.

MICYLLUS. Claudian. II. Rapt. 306. imitatus haec, *Haec fatus ovantes Exhortatur equos.*

404. *Excutit.*] *Excipit* MSS. Berſmanni.

404. *Tinctas ferrugine habenas.*] Emenda, ex fide vet. exemplarium, *Tinctas rubigine.* CIOFAN. *Rubigine* quidam codices: male. hinc *ferrugineum nemus* inferorum Statio Theb. II. initio. & Virgilio *ferruginea Cymba* Charontis libro VI. 303. & Claudianus lib. II. Rapt. 275. *Ferrugineum amictum* Plutoni tribuit. HEINS. Recte Heinſius. eſt vero imitatio Virgiliana I Georg. 467.

Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit.

Vide autem de *ferrugine* Barth. ad Stat. II. Theb. 13. *Caligine* hic unus Baſil. BURM.

405. *Perque lacus altos, & olentia ſulphure fertur.*] Ita libri omnes ſcripti. apud Diomedem autem pag. 304. legitur, *Perque locos ſacros*, &c. quam lectionem ut non probo, ſic non damno. Illud vero etiam atque etiam videndum puto, an recte vel ſecus in hoc ipſo verſu Diomedes Ovidium reprehendat, qui ait vitioſe dixiſſe, *olentia ſulphure* ablativo caſu. ejus verba ſunt: *Oleo unguentum. Cicero in Antonium: Vinum redolentibus, & Marſus hircum olens. Terentius, olet unguenta de meo. Ovidius autem vitioſe, hac re oleo: Perque locos ſacros, & olentia ſulphure fertur. Et Virg. quidam putant ſic dixiſſe, redolentque thymo fragrantia*

Haec quoque virgineum movit jactura dolorem.
Raptor agit currus, & nomine quemque vocatos
Exhortatur equos. quorum per colla jubasque
Excutit obscurâ tinctas ferrugine habenas.
Perque lacus altos, & olentia sulfure fertur
Stagna Palicorum, ruptâ ferventia terrâ:
Et quâ Bacchiadae, bimari gens orta Corintho,
Inter inaequales posuerunt moenia portus.

Est

grantia mella. *Sed frustra: est enim ordo: redolent mella fragrantia thymo.* *Nam fragrare quidem dicimus ablativo casu, & redoleo cum praepositione.* Haec Diomedes. Sed respondere licet: primum potuisse, si voluisset, Ovidium dicere *sulphura* in accusativo: Sed, ut amphibologiam vitaret, ablativo est usus casu. Deinde Diomedis traditionem non omnino veram esse arbitror. Etenim & *hanc rem, & hac re olere* dici reperio. Propertius lib. IV. eleg. VII.

Cur ventos non ipse rogis ingrate petisti?
Cur nardo flammae non oluere meae?

Atque ita apud Propertium, & in impressis & scriptis omnibus libris legitur. Val. Flaccus lib. VIII. 348.

—— *nec myrrha corpus Achivis:*
Sed pice, sed flammis & olentes sulphure crines.

Facit & cum Ovidio Nostro Flavius Sosipater Charisius de accusativo & ablativo loquens. *Olet*, inquit, *unguento, & unguentum, & redoleo. Et Ovidius in Epistola* Sapphus:

Non Arabo noster rore capillus olet.

Virgilius IV. Georg. 196.

Reddolentque thymo fragrantia mella.

Sic enim accipit Linacrus: & rectè. & Martialis lib. II. Ep. 29.

Cujus olet toto pinguis coma Marceliano.

Et lib. III. Ep. 65.

Quod myrtus, quod messor Arabs, quod succina trita;
Pallidus Eôo ture quod ignis olet.

Callimachus in Pisaeis, citat Fulgentius, in verbo *Tuceta:*

Ambrosio redolent tuceta sapore. Ciof.

Scribe, *olenti sulphure*, quia *ferventia* mox addit. nisi mavis, *olentes*, videlicet *lacus*. vel, *olentum Palicorum*. certo in uno Basileensi, & *olentes sulphure fontes*. Sed vulgatam lectionem agnoscit Diomedes Grammaticus, unde apparet mendum esse inveteratum. apud illum tamen *lacus sacros* invenies. Heins. Vide ad Epist. XV. 176.

406. *Stagna Palic.*] *Palici* (ut Aeschylus in Aetnis scribit) Jovis & Thaleae nymphae à Vulcano genitae, filii fuerunt, ut vero alii, in primisque Silenus scriptor Graecus, Vulcani ex Aetna Oceani filia. Dicti sunt autem *Palici*, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκεσθαι, hoc est, ab iterum veniendo in vitam, cum mortui jam essent. Nam cum Thalea nympha à Jove fuisset compressa, Junonis timore optavit, ut sibi terra dehisceret. Quod quidem ubi factum est, maturi partus tempus advenit, ex terra igitur adaperta, duo simul infantes exiliêre, qui *Palici* sunt appellati. Non autem *Palisci*, ut putat Tortel qui in hoc quoque foede nimium fallitur. nam *Paliscos* ἀπὸ τοῦ πάλιν, quod est *iterum*, & *hiscere* verbo Latino scribit componi, eoque secundae syllabae (*s*) literam praecipit adscribendam, cum & nomen Graecum proculdubio sit, nec si illo modo componeretur, Graeci unquam hujusmodi verbo uterentur. Juxta Palicos autem fons est *Palicine*, qui aquam in altum sex cubitis ejaculari dicitur, quae in eumdem fontem iterum revertatur. Jus quoque jurandum ibi sanctum fuisse scribunt. Quae enim quis jurasset, ea in tabella scripta in aquam projiciebantur, ac siquidem vera fuissent, tabella fluitabat: si quis vero pejerasset, tabella submergebatur, nec usquam apparebat. In perjurio vero deprehensus comburebatur. Regius. Vide Macrobium quinto Saturnalium, cap. 18. & Aristotelem de Auditionibus Mirabilibus. Micyll. Aetnam nympham Palicorum matrem facit etiam Lutatius ad Statii XII. Theb. 156. ubi vide Barthium quoque & Vib. Sequest. in *Simethos*. & qui omnia accurate de diis his collegit, Cluverium in Sicilia Antiq. lib. II. cap. 9. & commentatores ad Silii lib. XIV. 219. de Palicis porro rem non obviam narrat Antigonus Caryst. Hist. Mirab. c. CXXXIII. esse in Palicis (male in Graeco est ἐν παλικίοις, cum legendum ἐν παλίκοις, ut recte Meursius) locum exaedificatum, in quem si quis ingressus se inclinasset, moreretur, sin obambulasset nihil mali pateretur. Burm.

407. *Et qua Bacchiadae.*] Hoc est, originem à Bacchia ducentes. Bacchias enim Dionysi filius Corinthum habitavit: ab eo autem genus ducentes (ut scribit & Strabo & expositor Argonauticôn Apollonii) generosissimi Corinthiorum habebantur. Caeterum expulsi Corintho propter Actaeonis mortem dicuntur fuisse. Melissus enim pater cum vidisset filium à Bacchiadis dilaceratum, jamque Isthmia forent celebranda, astans altari multa in Corinthios est imprecatus, nisi filii caedem vindicarent, cumque ea dixisset, te praeci-

Eſt medium Cyanes, & Piſaeae Arethuſae,
Quod coit anguſtis incluſum cornibus, aequor.
Hic fuit, à cujus ſtagnum quoque nomine dictum eſt,
Inter Sicelidas Cyane celeberrima Nymphas;
Gurgite quae medio ſummâ tenus exſtitit alvo,
Agnovitque Deum: Nec longius ibitis, inquit.
Non potes invitae Cereris gener eſſe. roganda;
Non rapienda fuit. quod ſi componere magnis
Parva mihi fas eſt; & me dilexit Anapis.
Exorata tamen, nec, ut haec, exterrita nupſi.
Dixit: &, in partes diverſas brachia tendens,
Obſtitit. haud ultra tenuit Saturnius iram:
Terribilesque hortatus equos, in gurgitis ima
Contortum valido ſceptrum regale lacerto

Con-

pitem ex alto dedit. Quare Corinthii, ne inultam eam caedem relinquerent, oraculoque id jubenti obtemperarent, Bacchiadas expulerunt. Cherſicrates autem unus Bacchiadum Cercyram aedificavit, cum illinc Colchos ejeciſſet. Videtur autem poëta innuere *Drepanum* à Bacchiadis aedificatum, quanquam & Cercyra *Drepane* fuerit appellata: quod (ut Timaeus inquit) δρέπανον, hoc eſt, falx, illic abſcondita eſt, qua Cronus Urani, hoc eſt, Caeli, pudenda, aut Juppiter Croni reciderit. Regius. Non Drepanum, ſed Syracuſas intelligit Ovidius, ab Archia conditas, qui & ipſe Bacchiadum unus fuit, Actaeonis interfector, qui & de filiarum ſuarum nominibus Ortygiam & Syracuſas appellavit, ipſe poſtea eodem modo à Telepho quodam occiſus, ut ipſe Actaeonem interfecerat. Hiſtoriam annotavit Leonicus de Var. Hiſt. libro ſecundo, capite decimo. Et meminit Strabo item libro ſexto. Theocritus autem Idyllio decimo ſexto. Syracuſas etiam Ephyreorum, hoc eſt, Corinthiorum urbem vocat. Micyllus. *Bacchiadae* epentheſi unius literae pro *Bacchidae*. Quamquam etiam *Bacchiadae* apud Strabonem: videtur autem de Archia Syracuſarum conditore loqui, de quo Strabo lib. vi. cum enim paulo ante Pergu'am lacum, non longe ab Aetna locum, in quo rapta eſſet Proſerpina, deſcripſiſſet Poëta, hic nunc locum deſcribit, ubi rupta tellure Pluto ad inferos deſcendit. eumque haud procul Syracuſis fuiſſe fatetur; nempe ubi ſunt Cyane & Arethuſa fontes. Raphaël de Drepano loqui Poëtam contendit. At Drepanum in maxime occidentali inſulae parte eſt, cum Syracuſae & haec commemorata loca in orientali latere. Movit Raphaëlem ſequens carmen, *Inter inaequales poſuerunt moenia portus*, quod tamen & de Syracuſis intelligi poſſit. Glareanus. *Bacchiadas* dixit imitatione Apollonii Rhodii lib. iv. 1212. cujus Scholiaſtes, non a Bacchia, ſed a Bacchio Dionyſii filio deducit hanc appellationem, & rationem, cur expulſi Corintho fuerint, tradit. Aelianus vero lib. i. Var. cap. 19. qui Βακχειάδας vocat, propter luxuriem ejectas narrat. Strabo Βακχίαδας ſemper vocat, ut lib. vii. pag. 326. & viii. p. 378. Et Pauſan. lib. ii. cap. 4. & v. 17. ubi videndae Kuhnii notae. Euſebius vero Chron. ad an. mlx. a Corinthiorum rege quinto, qui *Bacchis* dictus fuit, deducit *Bacchiadas*. Burm.

407. *Bimari gens orta Corintho.*] Sic iv. Faſt. 501.

Hadriacumque patens late, bimaremque Corinthon]
Horat. lib. i. Ode vii.

Bimariſve Corinthi Moenia.

De Corintho ſic C. Vellejus Paterculus lib. i. 13. *Eodem anno, quo Carthago concidit, L. Mummius Corinthum, poſt annos DCCCCLII. quam ab Halete, Hippotis filio, erat condita, funditus eruit.* Haec urbs ſolo aequata à C. Julio Caeſare inſtaurata eſt, & colonia facta. Auctor Dio lib. xliii. qui idem refert de Carthagine. Affirmat & hoc Plutarchus in Caeſare. Quare autem deleta fuerit, hanc opinionem ponit Cicero lib. i. Off. cap. 11. *At Carthaginem, & Numantiam funditus ſuſtulerunt. nollem Corinthum: ſed credo illos ſecutos opportunitatem loci maxime, ne poſſet aliquando ad bellum faciendum locus ipſe adhortari.* Sed alteram longe veriorem, ut puto, affert quicumque auctor eſt epitomarum Livianarum, cujus haec leguntur lib. lii. *In Critolai locum Diaeus Achaici motus primus auctor, ab Achaeis dux creatus, ad Iſthmon à L. Mummio conſule victus eſt. qui, omni Achaia in deditionem accepta, Corinthum ex Senatusconſulto diruit, quia ibi legati Romani violati erant. Thebae quoque & Chalcis, quae auxilio fuerant, dirutae. Ipſe Mummius ſe abſtinentiſſimum*

Condidit. icta viam tellus in Tartara fecit:
Et pronos currus medio cratere recepit.
At Cyane, raptamque Deam, contemtaque fontis
Jura sui moerens, inconsolabile vulnus
Mente gerit tacitâ; lacrimisque absumitur omnis:
Et, quarum fuerat magnum modo numen, in illas
Extenuatur aquas. molliri membra videres:
Ossa pati flexus; ungues posuisse rigorem:
Primaque de totâ tenuissima quaeque liquescunt;
Caerulei crines, digitique, & crura, pedesque:
Nam brevis in gelidas membris exilibus undas
Transitus est. post haec tergumque, humerique, latusque,
Pectoraque in tenues abeunt evanida rivos.
Denique pro vivo vitiatas sanguine venas
Lympha subit: restatque nihil, quod prendere possis.

num virum egit: nec quidquam ex iis opibus ornamentisque, quae praedives Corinthus habuit, in domum ejus pervenit. Veriorem etiam affert ipse Cicero in Orat. pro lege Manilia cap. 5. *Legati quod appellati superbius, Corinthum patres vestri totius Graeciae lumen extinctum esse voluerunt.* Ciofan. *Gens creta Corintho* Genevens.

408. *Inter inaequales portus.*] Ita loquitur, quia duo sunt portus ibi, quorum unus major, alter minor, vocabatur. Vide Cluver. Sicil. ant. libr. 1. c. 12. p. 167.

409. *Est medium.*] *Et medium* septem libri, unde Heinsius faciebat, *it medium.*

410. *Quod coit.*] *Quo coit* unus Medic. duo alii, *qui inlisum* etiam. *aequor* quartus Palatinus.

411. *Hic fuit.*] *Hic fluit* quinque codices. *haec fuit* sex. Junii quoque, *nomine traxit.* forte,

Hic fluit, a cujus stagno quoque nomina traxit,
Inter Sicelidas, Cyane, celeberrima Nymphas.

Modo pro *quoque* olim volebat Heinsius. *Sicilidas* etiam maxima pars scriptorum, vid. ad Epist. xv. 51. Burm.

413. *Summa tenus exstitit.*] *Media tenus* unus Gronov. *extulit* duo libri. *adstitit* unus.

414. *Agnovitque Deam.*] *Deum* nonnulli, ut ad Plutonem referatur. quod sequentia confirmant. & mox malo, *nec longius iveris.* Heinsius.

415. *Non potes*] *Nec* quinque libri. *nam* unus Medic. unde *num* faciebat Heinsius, qui & *Cereri* malebat. non male. ita iv. Pont. xvi. 8. è scriptis.

Junoni si non jam gener ille foret.

Sic xi. Met. 222.

Mater eris juveni.

Et lib. vi. 191. recte ex scriptis Heinsius:

Illa duobus
Facta parens. Burm.

417. *Et me dilexit Anapis.*] Libri mei, unus Maff. Abb. & unus Vatic. *Anaphys.* Ciof. Scripti fere omnes, *Anapis* vel *Anaphis.* sic & in Ponticis, lib. ii. eleg. 10. vetusti codices illo versu:

Quaque suis Cyanen miscet Anapis aquis.

apud Livium quoque recte pro *Anatis* doctissimus Gronovius, *Anapis.* Graecis tamen Ἄναπος est. sic & alter piorum fratrum *Anapus* vel *Anapis*, sed potius *Anapis* dicitur. de quo egimus ad Claudianum Idyll. ultimo v. 41. Heins. Salmasius Exerc. Plin. p. 78. *Anapim*, non *Anapum*, aut *Anapium* Amphinonis fratrem appellandum ubique censet. Aeliano ii. Var. 32. Ἄναπος dicitur. vide Cluver. Sicil. Ant. lib. 1. c. 13. fabulam hanc narrat Lutatius ad Statii v. Theb. 347. sed loco admodum corrupto, & *Cyaneas* rupes confundens cum hoc fonte Cyane. Burm.

422. *Contortum.*] *Extortum* Gronovanus.

425. *Contemtaque.*] Unus Gronovianus, *contactaque*; non de nihilo, ut fit, polluta, violata.

430. *Flexus.*] *Fluxus* ingens scriptorum copia. *fluctus* duo.

432. *Et crura.*] *Digitique, manusque, pedesque* Cantabr. mox, *terguque* Florent. & duo alii.

433. *In gelidas.*] *In liquidas* sec. Palatin.

435. *Pectora evanida.*] Nil muto. unus tamen Basil. *emartia.* hoc est, *emarcida.* quomodo & primus Gronovii pro diversa lectione. bene quoque Junianus, *Cyanea.* Heinsius. Sic *Evanidus amor* Remed. 653.

Fab. VII. Argumentum.

[a] Stelles puer in lacertam.

Ceres cum orbem terrarum peragrasset, requirens filiam Proserpinam, [b] aestu torrida ad casam cujusdam anus [c] nomine Mismes devenit: [d] petitque ab ea, ut sibi aquam [e] ad colluendum jejunium porrigeret. Quae cum [f] polentatam ei potionem dedisset, & illa [g] avidius biberet, puer quidam [h] ejusdem casae Stelles eam procacius est [i] prosequutus, [k] praedicans aviditatem ejus in bibendo: cujus dea audaciâ [l] pueri offensa, [m] in malis partem potionis in eum effudit, fecitque ut in stellionem converteretur, qui [n] potionem sparsam polentâ [o] tergo ostenderet.

Interea

[a] *Stelles.*] *Steles* Parm.

[b] *Aestu torrida.*] *Siti tota arida* Colon.

[c] *Nomine Mismes.*] *Misme* Raenerius, qui & istud glossema heic infercit, *aut, ut alii volunt, Meganira.* sed *Metanira*, scribendum esset. Vide Heins. ad IV. Fast. vers. 537. *Baubo* est Clementi Paraenes. pag. 13. Muncker. *Misenes* Colon.

[d] *Petitque.*] *Petiitque* Micyll. Colon.

[e] *Ad colluendum jejunium.*] Ita & Veneta cum MS. Forte, *ad solvendum jejunium.* Ovid. v. Met. vers. 534. *Quoniam jejunia virgo Solverat.* Raenerius dedit nobis, *ad os colluendum.* Hoc habet ex Regianis commentariis. Invenitur & infr. Lib. XIII. fab. 9. *Jejunium polluit.* Sed etiam ibi *solvit* rescripserim. Muncker. *Ad colluendum jejunum os* Colon. quod rectius. nam Ovidius vers. 446.

Oraque nulli colluerant fontes. ubi vide.

[f] *Polentatam potionem.*] Cyceona. Arnob. Lib. v. *Perducit totum cyceonis laeta liquorem.* Ἀλφίτων κυκεῶνα appellat Euripidis Scholiastes ad Orest. pag. 209. ed. Steph. ut & Nicandri ad Alexipharm. p. 73. ed. Soter. Hom. Interpres ad Iliad. Λ. 623. Ἔστι δὲ δίψους ἴαμα ὁ κυκεὼν, ἐκ διαφόρων εἰδῶν σκευαζόμενος. Eadem verba legas apud Etymol. magni auctorem in κυκεών. Adde Hesych. in κυκειῶ. Muncker.

[g] *Avidius biberet.*] Nam ἐξέπιε κατὰ δίψος τὸ ποτὸν ἀθροῦν, ut est apud Antoninum. Quod esset *totum Cyceonis liquorem.* Mallem tamen ἀθρόως, hoc est, οὐ διαιροῦσα εἰς μικρότατα τῶν ἐκπωμάτων, ut ait Theocriti Scholiastes ad Eid. Z. vers. 69. Schol. Homer. ad Iliad. X. vers. 29. Οἱ δὲ ἀθρόως ἐμφορησάμενοι &c. Sed ἀθροῦν adverbialiter accipi potest. Gregor. Nazianz. στίχ. Χόλος προσῆλθε, καὶ μ' ἔκλεψεν ἀθρόως. Sed in excerpt. Vet. cod. quae penes me sunt, ἀθρόον. Est autem ἀθρόως πιεῖν, idem quod ἀμυστὶ πιεῖν. Vide Fabrum ad Anacreontem pag. 154. Etymol. magni auctorem in Ἀ'ΜΥΣΤΙ'. Ἀμυστὶ, ἀπνευστὶ πίνειν. οἱ δὲ ἀθρόως. Muncker.

[h] *Ejusdem casae.*] *Ex ej. c. nomine Steles procacius* Parmen. Lugd. *ejusdem c. nomine Stelles* Micyll. Colon. Raener. Heins.

[i] *Prosecutus.*] *Persecutus* Colon.

[k] *Praedicans aviditatem ejus.*] *Aviditatem ejus in bibendo cum risu increpans.* Raener. Heins. *ejus* deest Colon.

[l] *Pueri.*] Deest Colon. Raener. Heins.

[m] *In malis.*] *In malas ejus* Micyll. *In malas partem p. ei infudit* Colon.

[n] *Potionem.*] *Potionem polentam sparsam* Micyll. *qui variis maculis potionem polentâ sparsam ostenderet* Raener. Heins. *Potionem sparsam polentatam tergo* Colon.

[o] *Tergo ostenderet.*] *Tergo*, non est in Parm. Lugd.

440. *Udis Aurora capillis.*] *Rutilis* Thuan. Cantabr. prim. Vatic. ter. Medic. multique alii. lib. II. 319.

At Phaëthon rutilos flamma populante capillos.

& ibidem, 635.

Ecce venit rutilis humeros protecta capillis.

lib. VI. 715.

Barbaque dum rutilis aberat subnixa capillis.

Fast. lib. III. v. 403. ex vestigiis veterum librorum:

Cum croceis rutilare comis Tithonia conjux
Coeperit.

Vetus Poëta in Catalectis de mensibus:

Ecce coloratos ostentat Julius artus,
Crines cui rutilos spicea serta ligant.

Comas rutilas dat Plinius lib. VI. 22. Seribus. Stat. III. Theb. 408.

Flagrantes sol pronus equos, rutilamque lavabat
Oceani sub fonte comam.

Ausonius Idyll. VI.

—— *toto rutilaverat igne comarum.*

Cato in Originibus, *Mulieres nostrae capillum cinere ungitabant, ut rutilus esset.* Val. Maximus, *summâ cum diligentiâ capillos cinere rutilarunt.* Adeatur Festus in *Rutilum.* *Caesaries rutila* Ausonio Epistola VI. & *rutilae comae* in Catalectis Pithoei. lib. I.

Medus

INterea pavidae nequicquam filia matri
Omnibus eſt terris, omni quaeſita profundo.
Illam non rutilis veniens Aurora capillis
Ceſſantem vidit, non Heſperus; illa duabus
Flammiferâ pinus manibus ſuccendit ab Aetnâ;
Perque pruinoſas tulit irrequieta tenebras.
Rurſus, ut alma dies hebetârat ſidera, natam
Solis ad occaſum; Solis quaerebat ab ortu.
Feſſa labore ſitim collegerat; oraque nulli

Collue-

Medus pila geret, pharetras Romana juventus;
Fulgebit rutilis India nigra comis.

ita ex veſtigiis veterrimi libri ſcribendum: in quo *rutilis crocis.* alius codex Pithoei, *nitidis comis.* vulgati, *nitidis crocis.* Claudiano Nuptiis Honorii & Mariae 241.

— *nunc ora puellae,*
Nunc flavam rutilo miratur vertice matrem.

Ita enim videtur ſcribendum: non *niveo.* Lucanus lib. x. 129. de pueris in menſa Cleopatrae miniſtrantibus:

Haec Libycos, pars tam flavos gerit altera crines,
Ut nullis Caeſar Rheni ſe dicat in arvis
Tam rutilas vidiſſe comas.

Male *nitidos* quidam codices. hinc *nodos Rheni rutilos* habemus apud Martialem, de capillo Rhenanorum. Marcianus Capella, *Homines ibi corpore grandiores, ultra hominum* (v. c *omnium*, forte *communem*) *menſuram, rutilis comis, caeruleis oculis.* Silio *Auricomi Batavi* lib. III. 608. Heins. Ita lib. XIII. 838. MSS.

Caeruleo rutilum caput exſere ponto.

Ubi etiam *nitidum* alii quae eadem varietas quoque eſt lib. II. 112. IV. 403. & alibi.

441. *Illa duabus Flammiferas pinus manibus ſuccendit ab Aetnâ.*] Hoc loco non aperit poëta, quot faces accenderit Ceres. nec M. Tullius lib. IV. act. II. in Ver. *Proſerpinam cum inveſtigare & conquirere Ceres vellet, dicitur inflammaſſe taedas iis ignibus, qui ex Aetnae vertice erumpunt: quas ſibi cum ipſa praeferret, orbem omnium peragraſſe terrarum.* In quarto vero Faſt. 493. ait duas fuiſſe; quod verisimile eſt:

Illic accendit geminas pro lampade pinus:
Hinc Cereris ſacris nunc quoque taeda datur.

Ciof. Malim, *flammiferâ Aetnâ.* cum uno meo. ut apud Statium,

— *igniferâ feſſus ſuſpirat ab Aetnâ.* Heins.

Flammigenis pr. Gronov. *ad Aetnam* unus Medic. ſed Petron. cap. LXXXIX. *ab aris alius accendit faces.* ex & de uſus Phaedrus lib. IV. cap. 10. in ſimilire.

445. *Solis ab occaſu ſolis quaerebat ad ortus.*] In nonnullis, *ſolis ad occaſus.* Naugerius. Imo cum melioribus, *Solis ad occaſus ab ortu. ut hebetarat* etiam prim. Baſil. & ſeptem alii, non *ubi.* Heins. Francofurtenſis & undecim alii, *Solis ad occaſum*, quod nos praetulimus, quia melius convenit *τῇ ortu.* ita IV. Triſt. IX. 21.

Ibit ad occaſum, quidquid dicemus, ab ortu.

XIV. Metam. 368.

Tum bis ad occaſum, bis ſe convertit ad ortum.

Guntherus libro I. initio:

Te ſolis ab ortu
Solis ad occaſum ſubmiſſo vertice cuncti
Suſpiciunt.

Vid. ad Quinctil. de Inſt. Orat. IX. 4. Burm.

446. *Feſſa labore ſitim conceperat.*] In ambobus meis & Abb. *collegerat.* Utrumque rectum. Ciof. Prim. ſec. Pal. Cantabrig. prim. Erfurt. plurimique alii, *collegerat.* ut lib. VI. 341. quae vera ibi ſcriptura eſt,

Sidereo ſiccata ſitim collegit ab aeſtu.

lib. I. 234.

Colligit os rabiem.

Virg. Georg. III. 327.

Inde ubi quarta ſitim coeli collegerit hora.

Sedulius lib. IV.

Immenſam flagrante ſitim collegerat aeſtu.

Sic *pluvias nox colligit* eidem. & *gaudia colligere* Propertio l. II. Eleg. XIV. & *iras colligere* Lucano lib. II. 93. deinde pro *contectam* meliores, *cum tectam.* malim tamen, *textam.* Paulinus Epiſt. I. ad Auſonium,

Nigranteſque caſas & texta mapalia culmo.

ita & ibi veterrimus codex. & Bertinianus codex apud Apulej. Met. IV. *Caſula cannulis temere contexta.* Ubi v. Pricae. pag. 189. Noſter nihilominus lib. VIII. 630. de caſa,

Stipulis & cannâ tecta paluſtri.

Faſt. lib. VI. 261.

Quae nunc aere vides, ſtipulâ tunc tecta videres;

ubi *texta* locum habere non poteſt. apud Silium Italicum libro XVII. 89.

Caſtra levi calamo cannaque intecta paluſtri,
Qualia Maurus amat diſperſa mapalia paſtor.

Sic vetus codex, non *intorta* cum vulgatis. poſſis

Colluerant fontes: cum tectam ſtramine vidit
Forte caſam; parvasque fores pulſavit: at inde

Pro-

& *intexta*. apud Solinum ſub finem operis vexatiſſimo loco, *pauxilla aedes ignobiliter in culmum faſtigiata*, vulgo ad culmen. Virgilius VIII. 654.

Romuleoque recens horrebat regia culmo. HEINS.

Livius XXXV. 17. *Caſae ex arundinibus textae.* Vid. inf. lib. VIII. 562. & XIV. 530. *contextam* Medic. unus, *collectam* alius.

447. *Colluerant.*] Multi codices, *polluerant*, unde Heinſius olim *proluerant* conjiciebat, quia & in Perſii codice reppererat:

Nec fonte labra pollui caballino.

Sed *colluere* probum verbum eſt. Cato de R. R. 100. *oleum, ſi in metretam novam inditurus eris, amurca, ita uti eſt, cruda prius colluito.* Seren. Sammon. comp. XV.

Saepe etiam gelida gingivas collue lympha.

Saepe etiam utitur Plinius. duo codices hic etiam, *contigerant*. Ambroſianus, *mollierant*. BURM.

448. *Prodit anus.*] Procedit, egreditur. quaenam vero fuerit haec anus, poëta quidem reticet, ſed Caper in Virgilium ſcribit fuiſſe *Meganiram* Celei ancillam, quae Cererem manu prehenſam introduxit. Huic adſtipulatur & Diomedes grammaticus, qui & illud adjicit, puerum à Cerere in Stellionem converſum *Jambam* fuiſſe vocatum, unde *Jambus* videtur eſſe denominatus. REGIUS. Neque *Meganira* Celei ancilla fuit, neque puer in Stellionem verſus, *Jambas*, ut Regius putat, appellatur. Sed *Meganiram*, ſive *Metaniram*, id enim crebrius ſcriptum reperias, Pauſanias in Atticis & item Hephaeſtio, uxorem Celei; Commentatores Euripidis (in Oreſt. 962.) & Nicandri, (in Theriac. verſ. 484.) Hippothoontis faciunt. Puerum autem in Stellionem verſum, Nicandri interpres *Abantem* vocat, qui cum Deam à Metanira hoſpitio acceptam indignaretur, ultroque verbis illam inceſſeret, illa petulantia pueri offenſa, quod reliquum polentae in cratere forte erat, in os ejus effudit, atque ita in Aſcalabum, ſive Stellionem, ut poëta ait, convertit. *Jambe* vero (ita enim apud Graecos dicitur, non *Jambas*) ancilla Metanirae fuit, Panos & Echûs filia, Threſſa genere, ut in iiſdem commentariis legitur. Haec deam, cum ob amiſſam filiam perpetuo moerore afficeretur, Jambicis quibuſdam ſaltationibus, ſive carminibus (unde & *Jambo* pedi nomen factum) conſolata, & ad hilaritatem invitaſſe dicitur. Id quod ex ipſo Nicandro etiam apparet, cujus verſus ſunt in Alexipharmacis, 128.

Τῷδε σὺ πολλάκι μὲν γληχῶ ποταμηΐτι νύμφαις,
Ἐμβολήδην κυκεῶνα πόροις ἐν κύμβοισι τευξας,
Νησείης Δηοῦς μορόεν πόσιν. ᾧ ποτε Δηὼ
Λευκανίην ἔβριξεν ἀν' ἄσυρον Ἱπποθόωντος
Θρήϊσσης ἀδύροισιν ὑπαὶ ῥήγεσσιν Ἰάμβης.

De pueri autem converſione idem poëta in Theriacis verſ. 484. meminit his verſibus:

Ἀσκαλάβου, τὸν μέντ' ἐρεὶ φάτις, οὔνεκ' Ἀχαιὴ
Δημήτης ἔβλαψεν, ὅθ' ἄψεα σίνατο παιδὸς
Καλλίχορον θεὸν φρείῃσι, ὅτ' ἐν Κελεοῖο θυράπναις
Ἀρχαίῃ Μετάνειρα θέλων δείδεκτο θέμιφρων.

Quo loco aperte dicit Cererem à Metanira in Celei θεράπναις, τούτεστι, τόποις πρὸς ξενίαν ἐπιτηδείοις, acceptam fuiſſe. Quare arbitror, eos, qui Hippothoontis uxorem faciunt Metaniram, ex eo occaſionem traxiſſe, quod Nicander dicit ἀν' ἄσυρον Ἱπποθόωντος, hoc eſt, in urbe Hippothoontis, κυκεῶνα ſive polentam hanc, ut ab Ovidio vocatur, deam epotaſſe. Intelligit enim Eleuſinem, ubi Celeus habitavit, quam ideo Hippothoontis urbem vocat, quod hic ex Alope Cercyonis filia natus eſſet. Cercyon autem Eleuſim & tenuit aliquando, & ibidem à Theſeo poſtremo occiſus fuit. Sed haec hactenus. MICYLLUS. Huic nomen *Meganirae* ſeu *Menalinae* fuit. lege Ovidium IV. (Faſtor. & Diomed. Gram. lib. III. Clemens, teſte Euſebio ſecundo Praeparationis Euangelicae, *Baubonem* vocat, ſic inquiens: *Cererem vero a Baubone, nobili muliere hoſpitio ſuſceptam tradunt, potionemque multis confectam, quam Cyceona vocant, Cereri allatam fuiſſe, cumque Ceres luctu oppreſſa potum recuſaret, quaſi deſpecta doluit, itaque ſublata veſte genitalia membra deae oſtendit, quae hoc ſpectaculo delectata Cyceona ſuſcepit ac bibit: Quod Orpheus carminibus cecinit.* CONSTANT. FANENSIS. Videtur haec eſſe Baubo Arnobii lib. V. Nicandro tamen in Theriacis vſ. 488. Μετάνειρα. Ovidio fuſe narranti hanc fab. 4. Faſtorum *Melanina* vocatur. *Miſmam* appellat Ant. Liberalis 24. fab. ut & filium nominat *Aſcalabam*, quae tamen vox ſonat Graece *ſtellionem*. Namque interpres Nicandri puerum vocat *Abantem*. FARNAB. Vide Heinſ. ad IV. Faſt. 539. quod vero addunt alii de pudendis partibus, Noſter, ut rem turpitudinis plenam, prudenter diſſimulat. Nicander vero hanc hiſtoriam cum ſequenti de Aſcalapho confundere videtur. BURMANNUS.

450. *Dulce dedit.*] Non mulſum, quod eſt ditiorum, ſed muſtum, quo ruſtici quoque non carent, puto accipiendum. *Teſta* terreo vaſe, per quod ſignificat poëta vetulam eam inopem admodum fuiſſe. *Polenta* (*cum*) praepoſitio ſubintelligatur. Polenta vero cibus eſt, Graecis olim tam familiaris, quam puls Romanis. uterque vero cibus eſt, quo ruſtici praecipueque montani utuntur. REGIUS. Alii accuſativo caſu *polenta* dictum accipiunt, ut ſit neutrius generis, eoque modo & planior conſtructio eſt & ſenſus. Sed hoc Criticis relinquamus. MICYLLUS. *Dulce* liquidum intelli-

Prodit anus; Divamque videt; lymphamque roganti,
Dulce dedit, toſtâ quod coxerat ante polentâ.

Dum

telligitur, & *cum polenta* in auferendi caſu exponit Raphaël. Nam quod quidam hinc voluere probare *polentam* eſſe generis neutri, decepti ſunt ſyntaxi non intellecta, aut licentia poëtica. ut in ſexta Baptiſtae Mantuani Chriſtianiſſimi Poëtae Ecloga. *Atque polenta coquit*, pro *polentam*. Glareanus. *Toſta polenta* ſcribendum eſſe jam alii monuerunt, & in his Barthius in Adverſariis. Turnebus, & Voſſius de Analogia libro primo capite xix. & ſic potiores ſcripti. Major tamen membranarum veterum pars hoc loco mendoſa eſt; & vulgatis libris aſſenſum praebet. Si quid praeterea mutandum, legam, *toſtae quod coxerat ante polentae. toſtam polentam* dixit, pro hordeo toſto. ex hordeo enim toſto admixta aqua polentam conficiebant. ſed Naſo hic cyceonem potum deſignat, quod Arnobius nos docet in narratione ejuſdem fabulae: *Baubo Cereri adulatur officiis mitibus, reficiendi corporis rogat curam ut habeat, ſitienti adorei* (non *ardori* cum vulgatis) *oggerit potionem cinnum, Cyceonem quam nuncupat Graecia.* Hanc potionem etiam ſumebant, qui ſacris Eleuſiniis operabantur, ut ex eodem patet Arnobio, cui mel admiſcebatur. Vide Turneb. Adverſar. lib. xii. cap. viii. Recte *Dulce* addidit, quia polentam cum melle coquebant. Hinc apud Apulejum Met. vi. *Offas polentae mulſo concretas utraque manu geſtare.* vel *contritas*, quod eſt in nonnullis membranis, & recte niſi *conditas* a condiendo quis malit. Ceterum locus hic de *toſta polenta* oportune me admonet alterius, qui de *polenta caſeata* agit, apud Apulejum libro Mileſiorum primo inſigniter depravati, quem oblata hac occaſione caſtigabimus. Non longe ab initio operis haec occurrunt: *Ego denique veſpera, dum polentae caſeatae modico offulam grandiorem in convivas aemulos contruncare geſtio, mollitie cibi glutinoſi faucibus inharente, & ima gula ſpiritum detinente, minimo minus perii.* Niſi *pulmenti caſeati offula* illic reponenda, de quo alii viderint. Mirum vero quam nugaces iſti *convivae aemuli* hoc ſint loco, quantaſque turbas dederint, quid exhibuerint moleſtiarum doctis interpretibus. Niſi intervenimus, metus eſt, ne *aemuli* noſtri novum Lapitharum convivium nobis exhibeant. Aliorum conjecturas piget adſcribere, & interpretationes: noſtram Lectori proponemus. Saepe cum jam monuerim, rem ſatis exploratam iis, qui membranas veteres verſarunt, C. & G. literas in antiquis codicibus promiscue confundi, id quoque loco huic corrumpendo anſam dedit. Scribendum quippe, *in gingivas eminulas contruncare geſtio. in gingivas* pro *gingivis*, ἀρχαϊκῶς, & Apulejano more, apud quem τὸ *in* ſaepe ſupervacuum occurrit. & cum quarto caſu plerumque conjungitur. ſic paulo poſt, *puer in mollitiem decorus, in ſtuporem attonitus*, pro *ſtupore*. & *vitro aemulus in colorem.* libro ii. *in aureos refulgentes attonitus.* libro iii. *fixus in lapidem. jacens in mortuum.* & ſub finem, *in aſini faciem foena rodebam.* libri primi initio, *ego ſudorem fronte effrico, aures remulceo, frenos detraho, in gradum lenem ſenſim promoveo:* pro *leni gradu.* Vulgo *proveho* illic legitur mendoſe, ut opinor. & paulo poſt *in verba fidentior.* In Apologia apud eundem Apulejum *gingivarum* vox exſtat, ubi *pulviſculum complanatorem tumidularum gingivularum* habet. libro viii. *manum cujuſdam faetore ſordentem, qui gingivas identidem meas putridis ſcalpebat digitis, mordicus arripio.* Puto eandem vocem Apulejo quoque reddendam eſſe libro vi. Metamorph. de Aquila, *Inter genas ſaevientium dentium, & triſulca vibramina draconum, remigium dextra laevaque porrigens, nolentes aquas excepit.* quis iſte modus loquendi, *inter genas ſaevientium dentium?* Scribo, *inter gingivas ſaevientium.* nam τὸ *dentium* ex gloſſemate irrepſit. ſed & *eminula angulis ſaxa* apud eundem in Floridis eſt animadvertere. quomodo apud Prudentium περὶ στέφ. Hymno Eulaliae, *modicum ſalis eminulis digitis tangere.* Uſus etiam ea voce Varro non ſemel. Eſt eadem vox etiamnum mendoſa Mileſiarum ſecundo apud hunc ipſum Apulejum: *Ad inſtar oratorum conformat articulum: duobuſque infimis concluſis digitis, ceteros eminulos porrigens, & infeſto pollice clementer ſubrigens, inſit Telephron:* ita enim caſtigandum cenſeo, cum ſcripti & princeps editio, *ceteros eminus porrigens*, vulgati, *eminentes porrigit.* Simili errore etiam in Floridis iii. peccatur, qui locus ſic videtur conſtituendus, de Aquila; qui vulgo mendoſus nimis eſt: *Inde cuncta deſpiciens & inhibens pinnarum eminularum ceu defeſſa remigia, ac pauliſper contabundo volatu paene eodem loco pendula circumtuetur, & quaerit, quorſus potiſſimum in praedam ſuperne ſeſe proruat.* Sic *prominulus* apud Plinium libro v. Ep. vi. de villa: *Magna ſui parte meridiem ſpectat, aeſtivumque ſolem ab hora ſexta, hibernum aliquanto maturius quaſi invitat in porticum latam & prominulam.* Ita in pervetuſto codice Mediceo legitur elegantiſſime. Vulgo *in porticum latam & pro modo longam. ungues eminuli* apud Nonium in *praeſegmina.* Apulejus Florid. i. *Jam primum*, inquit, *crines ejus promiſſi antiis & prominulis caproneis anteventuli & propenduli:* quae quid ſibi velint, nemo nos docuit. Puto, *prolis miſſutiis an & prominulis caproneis. promittere crines* elegans. paulo poſt pro, *ſeu tute oratione, ſeu verſibus malis*, lego, *ſeu ſoluta oratione. Contruncare* Plautinum verbum eſt, qui Actu iv. Sc. i. *contruncare cibum* pro edere poſuit.

Dum bibit illa datum; duri puer oris & audax
Conſtitit ante Deam: riſitque, avidamque vocavit.
Offenſa eſt: neque adhuc epotâ parte loquentem
Cum liquido mixtâ perfudit Diva polentâ.
Combibit os maculas; &, quâ modo brachia geſſit,
Crura gerit: cauda eſt mutatis addita membris:
Inque brevem formam, ne ſit vis magna nocendi,
Contrahitur: parvâque minor menſura lacertâ eſt.

Miran-

——— ——— *quatuor ſane dato;*
Dumque equidem hercle quod edant addas, meum
ne contruncent cibum.

Ipſe Apulejus infra: *Verum ille, ut ſatis detruncaverat cibum*, (malim *cibi*) *ſitire impatienter coeperat.* & libro VI. *Ac dum avida voracitate cuncta contruncant.* libro IX. *circa praeſaepium capita demerſi contruncabant moles palearum.* Scribe, *culmos palearum* Culmus enim calamus, ſtipula, folium culmi, teſte Servio. Porro pro *ima gula*, cum codices ſcripti praeſtantioris notae *mea gula* agnoſcant, in aliis ſit *ima gulae*, cenſeo ab Apulei manu eſſe, *meatu gulae ſpiritum detinente.* ſic Hegeſippus: *Si quid ſorbuiſſent mollioris alimoniae, intercluſis jam faucium meatibus ſtrangulabantur. meatum animae* dixit Plinius Epiſt. VI. 16. Supereſt nodus in Apulejano loco illis verbis, *offulam modico grandiorem.* De quo alii alia commenti ſunt, quae piget huc conferre. Sed omnino verum eſt, quod in optimis Florentinis membranis & Fulvii Urſini libro legitur, *offulam modico ſecus grandiorem.* Ita nimirum loqui amat Apulejus. ut hoc ipſo libro, *& cum dicto modico ſecus progreſſus, oſtium accedo.* In nonnullis codicibus, *modico ſecurius*, quod proxime veram lectionem accedit. Infra idem ipſe, *ut fruſtulum panis, quod primum ſumpſeram, quamvis admodum modicum, mediis faucibus inhaereret.* Familiare illi τὸ *ſecus.* quod ornatus cauſa videtur identidem uſurpaſſe. libro II. *Canes utrimque ſecus Deae latera muniunt.* ubi perperam reponunt, *utriuſque ſexus.* eodem libro poſtea, *omnes circumſecus adſtantes in clarum cachinnum vidit effuſos.* ubi agit de Demochare munus gladiatorium inſtruente. Sic *extrinſecus* & *intrinſecus* frequenter apud eundem occurrunt, & *altrinſecus. forinſecus* quoque non ſemel, ſi per librarios licuiſſet. ut libro V. *Coloni & accolae, qui circumſecus venantur.* & libro IX. ſub finem *utrinſecus. Tunc gliſcit violentior utrinſecus contentio militum, pro comperto de nobis aſſeverantium, fidemque Caeſaris identidem implorantium; ac illius negantis, aſſidueque Deûm numen obteſtantis.* quae etiam vulgo mendoſa ſunt & male diſtinguuntur. libro X. *& utrinſecus jactatae crebriter laterum mutuae viciſſitudines.* ubi etiam vulgo, *utriusque ſecus*, quomodo & poſtea, *judicio reddito & utrinſecus allegationibus examinatis.* & libro X. *utrinſecus ſermone prolato.* XI. *& navem picturis miris Aegyptiorum circumſecus variegatam.* lib. IV. *Qui praeterea numerus, quae facies ferarum? nam praecipuo ſtudio forinſecus etiam advexerat nemeroſa ille damnatorum capitum funera.* Ita ſcribo, certe Bertinianus codex, cujus excerpta penes me exſtant, *forenſes:* nunc legitur, *nam praecipuo ſtudio forenſi etiam advexerat generoſa illa*, &c. quod perperam de reis in foro capitis damnatis interpretantur. cum de gladiatoribus ac beſtiariis jam paulo ante Apulejus egiſſet. Eſt enim de feris peregre advectis intelligendum, de quibus luculentus locus eſt apud Claudianum tertio Stilichonis panegyrico, & apud ipſum Apulejum libro X. Ecce Noſtrum paulo ante hoc ipſo libro: *Qui cum dormientis anus perfracto tuguriolo conſcendiſſet cubiculum ſuperius, jamque protinus obliſis faucibus interſtinguere illam debuiſſet, prius maluit rerum ſingula forinſecus per latiorem feneſtram nobis rapienda deſpergere.* Ubi legendum, *per elatiorem feneſtram*, hoc eſt altiorem, ſequentia confirmant. Sic *pubetenus, humerotenus, facietenus, digitotenus, capulotenus* & ſimilia. libro IX. Met. *His & pluribus verbis compellatum, & inſuper aſſatim plagis caſtigatum, forinſecus abigit.* Male illic *abjicit* nunc circumfertur. & libro IX. *Viſae etiam interea muſtelae mortuum ſerpentem forinſecus mordicus attrahentes.* Uſi ſunt ea voce Plinius quoque & Columella. ſi quis *ſtudio forenſi* tueri velit, ita capiat atque intelligat, ut initio operis occurrit: *Et ecce praeſamur veniam, ſi quid exotici atque forenſis ſermonis rudis locutor offendero.* Ubi forenſis ſermo, eſt ſermo exoticus. ſed cum prima editio *ac forenſis* legat, opinor illic quoque reponi debere, *ſi quid exotici forinſecus ſermonis rudis locutor offendero.* Velim etiam *accitor* pro *locutor.* HEINS. *Toſta* jam correxerat Barthius lib. X. adv. 8. & κυκεῶνα intelligi docuerat. ita *Polentam vino aſperſam* dixit Celſus lib. IV. de Re Medic. 4. & II. Vide & Caſaubon. ad Perſ. Sat. III. 55. Per *dulce* vero non muſtum, ut Regius, ſed potionem ex aqua & ſaccharo, vel potius melle, intelligi recte voi dicti monuerunt. eo reſpicit Plaut. Ciſtel. I. 1. 71. *Namque Ecaſtor Amor & melle & felle eſt foecundiſſimus Guſtu dat dulce, amarum ad ſatietatem uſque oggerit*; & ita γλύκυ abſolute Actor. Apoſt. cap. II. 13. BURMANNUS.

451 *Da-*

Mirantem, flentemque, & tangere monſtra parantem
Fugit anum; latebramque petit: aptumque colori
Nomen habet: variis ſtellatus corpora guttis.

Fab. VIII. Argumentum.

Aſcalaphus in Bubonem.

Cum Arethuſa Nympha Siciliae fontis, qui humo preſſus ab Elide fluit, indicaviſſet Cereri à Dite raptam Proſerpinam, [a] *& illa ab Jove impetraſſet, ſi fratris nuptiis contenta non eſſet, eâ lege ab inferis* [b] *reduceret eam, ſi nihil* [c] *ibi guſtaſſet. Quam ob cauſam cum* [d] *judicium fieret,* [e] *Aſcalaphus Orphnes & Acherontis filius* [f] *ad indicium primus deſcendit, docuitque eam mali punici granum guſtaſſe, quamobrem in avem bubonem* [g] *abominandi ominis converſus eſt.* [h] *Jupiter autem ex aequo fratri Cererique*

451. *Datum.*] *Datam* Lovanienſ.

451. *Puer.*] *Jambas* hic puer a Nicandri commentatore appellatur, a quo tamen diſſentit Diomedes in tertio, Jambam Meganirae dicens fuiſſe ancillam: ſed hoc Codro feratur acceptum. Cons. Fanensis. Jacchus puer hic Orpheo, Clementi, & Arnobio dictus. hunc quidam Bacchum credidere, Cereris filium. alii Baubus puerum, vel indigenam Attici ſoli quemcumque. quidam Jacchum Cyamiten cognomento, quos inter Heſychius: ſed Pauſanias Jacchum a Cyamite diverſum facit. Ceterum *duri oris*, ut Lucilius apud Gellium:

Eſt tricoſus bovinatorque ore improbus duro.

Heinsius.

453. *Epota.*] *Exhauſta* Gronov.

455. *Combibit.*] *Colligit* unus Medic. *contrahit* alius.

455. *Et quae non brachia.*] Lib. Abb. unus meus & alii rectius habent, *& quae modo.* Ciofanus. *Qua modo* ex tribus ſcriptis. Heins.

456. *Mutatis.*] *Mutilatis* Urbinas & Lovan. *Converſis* Junii.

459. *Et tangere monſtra parantem.*] In quibuſdam, *parantem*, non *paventem.* Naugerius. Lege, *paventem:* ut habent veteres libri & Aldinus. Ciofanus. *Parantem* ex novem praeſtantioribus, & *latebramque* pro *latebraſque* ex iiſdem. Heins. *Volentem* Pr. Gronov. ſec. Vatic. *timentem* unus Heinſii. ſic lib. VIII. 363. eadem circa *parare* & *pavere* in ſcriptis eſt diverſitas. ut & apud Stat. VII. 453.

460. *Aptumque colori Nomen habet variis ſtellatum corpora guttis.*] Iſidorus lib. III. cap. IV. de Stellione loquens hunc locum adducit: cujus haec ſunt: *Stellio de colore inditum nomen habet: eſt enim tergore pictus luce tibus guttis: hic autem Scorpionibus adeo contrarius traditur, ut viſo eo pavorem his afferat, & torporem.* Cio. Iſidorus lib. XII. Etym. c. 4. citat *ſtellatus corpore*, quod minime ſequimur. Anſon. Moſel. v. 88.

Purpureiſque Salar ſtellatus tergora guttis.

Ubi etiam *guttas* ponit pro maculis, ut & Plinius ſaepe. ita de gemmis Ponticis lib. XXXVII. cap. 10. *Stellatae nunc ſanguineis, nunc auratis guttis.* & paullo ante, *Acopos nitro ſimilis, pumicoſa, aureis guttis ſtellata.* & ſic ſaepe alibi *punctata* vocat, quae eadem. vid. Salmaſ. ad Solin. pag. 92. ſic & lib. III. Art. 269. pro *Virgis*, quidam codices habent, *guttis. ſtellatus* vero ut apud Nemeſian. Cyneg. 31.

Stellatumque oculis cuſtodem Virginis Ius.

De voce *ſtellatus* vide Salmaſ. ad Poll. Salonin. Gall. c. 2. & ad Solin. pag. 533. Burmannus.

[a] *Et illa.*] *Illa ab Jove impetravit* Raener. Heinſ. *illa a Jove impetravit, ut ſi* Colon.

[b] *Reduceret eam.*] MS. cum Veneta & Micyll. *Duceret eam, ſi nihil guſtaſſet.* Muncker. Sic Parm. Lugd.

[c] *Ibi guſtaret.*] *Ibi adhuc guſtaſſet* Colon.

[d] *Judicium.*] *Indicium* Colon.

[e] *Aſcalaphus Orphnes & Acherontis*, &c.] Ita repoſui ex conjecturâ Nob. Heinſii, quam margini ille libri ſui illeverat. Habent aliqui MSS. Venet. & Micyll. *Aſcalaphus hoſpes Acherontis*, &c. Sed τὸ *hoſpes* cum vitioſum eſſe facile vidiſſet Raenerius, ſatis putavit, ſi deleto eo ſcriberet, *Aſcalaphus Acherontis filius.* Sed conjecturam illuſtris viri cum Naſo firmat verſ. 539. tum & Apollodorus lib. 1. pag. 13. aliique. Muncker. *Hoſpes* habent Parm. Lugd. *Orphines & Acherontis* Colon.

[f] *Ad indicium.*] Sic recte MS. Perperam *judicium* edd. Muncker. *Judicium* omnes Edd. praeter Colon.

[g] *Abominandi ominis.*] Vid Iſidor. lib. XII. cap. 7. Serv. ad Aeneid. IV. 462. Senec. Herc. Fur. verſ. 687. Ovid. V. Met. verſ. 550. Plin. lib. X. cap.

que tribuit, ut partem anni Proſerpina apud virum, [k] *partem apud matrem ageret.*

QUas Dea per terras, & quas erraverit undas,
Dicere longa mora eſt. Quaerenti defuit orbis
Sicaniam repetit. dumque omnia luſtrat eundo;
Venit & ad Cyanen: ea, ni mutata fuiſſet,
Omnia narraſſet. ſed & os & lingua volenti
Dicere non aderant: nec, quo loqueretur, habebat.
Signa tamen manifeſta dedit: notamque parenti,
Illo forte loco delapſam gurgite ſacro,
Perſephones zonam ſummis oſtendit in undis.
Quam ſimul agnovit, tamquam tum denique raptam
Sciſſet, inornatos laniavit Diva capillos:
Et repetita ſuis percuſſit pectora palmis.
Nec ſcit adhuc ubi ſit: terras tamen increpat omnes;
Ingratasque vocat, nec frugum munere dignas.
Trinacriam ante alias, in quâ veſtigia damni

Repe-

cap. 12. *Bubo, funebris & maxime abominatus, publicis praecipue auſpiciis, deſerta incolit, nec tantum dejolata, ſed dira etiam & inacceſſa, noctis monſtrum, nec cantu aliquo vocalis, ſed gemitu.* MUNCKERUS.

[h] *Jupiter &c.*] Ultima periodus deeſt Colon.

[i] *Fratri Cererique.*] *Fratri ſuo Cererique* Raener. Heinſ.

[k] *Partem apud.*] *Partem autem ap.* omnes editiones.

463. *Dicere longa mora eſt.*] Tò *dicere* mox ſequitur, quare rectius unus Voſſianus, *Longa referre mora eſt.* ut Noſter ſaepe alibi. HEINS. Inf. XIII. 205. III. Faſt. 408.

465. *Ea ni.*] *Quae ni* plurimi ſcripti.

467. *Nec quae loqueretur habebat.*] Ita eſt in quibuſdam vulgatis exemplaribus, ſed malè. legendum, *qua*, & ſubaudi *lingua*: quo modo legitur in utroque meo, atque aliquot aliis. In Abbatis vero & Urſini libris eſt, *quo.* quod etiam ferri poteſt, ſi ad *os* referatur. De Cerere filiam quaerente Arnobius lib. v. CIOFANUS. *Quo* ex ſcriptis. HEINSIUS. Et ita Berſmannus ex ſuis. vid. lib. XII. 517.

469. *Gurgite ſacro.*] Veteres editiones, *in gurgite*, ſed in ſequenti verſu tunc repeteretur iterum *in.* & tamen turbant tot ablativi conſtipati ſenſum: quare legerem cum excerptis Langermanni,

Illo forte die, delapſam in gurgite ſacro,
Perſephones zonam ſummis oſtendit in undis.

Diem raptus innuit. *delapſam* etiam magno numero ſcripti & Aldinae aliaeque Editiones. *illic forte loci* Heinſius olim conjecerat. BURM.

471. *Tanquam tunc.*] *Nunc* Thuaneus vid. ad Epiſt. XVIII. 95. ſup. 210. & lib. VII. 861. *modo denique* Medic. ut. III. 650. *ſciret* etiam Regius & Leidenſis.

474. *Neſcit.*] *Nec ſcit* cum primo Palatino & uno Mediceo, & uno Voſſii: niſi praeſtat reponi, *neſcia.* HEINS.

477. *Ergo illic ſaeva vertentia glebas Fregit aratra manu.*] Quod hic poëta de Fame fingit, id ex fabula ſumptum videtur, qua Ceres traditur aliquandiu in quadam ſpelunca Arcadiae latuiſſe, frugeſque terrae negaſſe, ob luctum filiae amiſſae: ut Pauſanias in Arcadicis meminit. MICYLL.

478. *Parilique irata colonos Ruricolaſque bovis leto dedit.*] Ita legit Regius. Libri mei & aliquot alii habent. *Pariterque irata.* CIOFANUS.

480. *Vitiataque ſemina fecit.*] *Laedit* Thuan. & pro diverſa lectione prior Erfurtanus. HEINSIUS. Vide tamen ad Ep. XX. 82. *reddit* ſec. Palatin.

481. *Latum per orbem.*] In nonnullis, *totum vulgata per orbem.* NAUGER. *Late* MSS. Berſm. alii, *longum.*

482. *Sparſa jacet.*] In meo antiquiore, & utroque Maffei, *Falſa jacet.* Illud magis probo. CIOF. *Falſa* quidam ex praeſtantioribus. quod tamen non placet, quia praecefferat, *Fallere depoſitum.* Arondelianus pro diverſa lectione, *Caſſa jacet.* optime. Prudentius ad rem l. II. contra Symmachum,

Semper (crede) polus variis proventibus annos
Texuit: hoc multa ditavit fruge fluentes,

Quoſ-

Reperit. ergo illic saevâ vertentia glebas
Fregit aratra manu: parilique irata colonos
Ruricolasque boves leto dedit: arvaque jussit
Fallere depositum; vitiataque semina fecit.
Fertilitas terrae, latum vulgata per orbem,
Cassa jacet: primis segetes moriuntur in herbis:
Et modo sol nimius, nimius modo corripit imber.
Sideraque; ventique nocent: avidaeque volucres
Semina jacta legunt: lolium, tribulique fatigant
Triticeas messes, & inexpugnabile gramen.
Cum caput Eleis Alpheias extulit undis:
Rorantesque comas à fronte removit ad aures:
Atque ait: O toto quaesitae virginis orbe,
Et frugum genetrix, immensos sistе labores:
Neve tibi fidae violenta irascere terrae.
Terra nihil meruit: patuitque invita rapinae.
Nec sum pro patriâ supplex: huc hospita veni.
Pisa mihi patria est: & ab Elide ducimus ortum.

Sica-

Quosdam infelices astris damnavit iniquis,
Spe cassa & sterili curam frustratus agrestem.
Festus Avienus De descriptione Orbis vers 71.
Sterilis regio est & inhospita late
Aret humus, cassaeque solo torrentur arenae.
Ubi malim, *cassaeque soli torrentur arenae:* amat enim Avienus id verbum casui secundo adjungere. ut vers. 601. *sanguinis cassus.* & 937. *tellus cassa virorum.* & ora maritima dixit 133.
Cassum incolarum cespitem.
Plura de hac voce Remed. Amor. vs. 447. & VI. Fast. 406. Heins. Andreas Schottus lib. II. Obs. 8. in MSS. repperit, *spraesa*, unde ille *spreta* conjicit. *Strata* Barberini pro diversa lectione. *falsa* quod est in plurimis, adstrui posset loco Propertii lib. II. eleg. XII. v. 31.
Terra prius falso partu deludet arantes.
Et Auson. Epist. XXII. *Falsus messibus praegrandibus.* In Ambrosiano erat glossa, *falsa*, id est, *fallens colentes.* praetuli tamen, *cassa.* Burm.

484. *Sideraque & venti nocent.*] Accidit hoc loco iis, qui hoc carmen correxerunt, immo corruperunt, id quod Horatiano versu dicitur, *Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim.* nam huic conjunctioni, *que* opem ferre volentes, quam brevem semper Latini esse putabant, huic verbo *noceo* vulnus intulerunt, primam ejus syllabam, ubique brevem elongantes; emenda igitur sic (ut omnes fere codices absque commentariis habent) *sideraque ventique nocent.* nec te moveat, *que* copulativam conjunctionem produci, quoniam finalitatis causa, Honorato teste, producitur. ut apud Virgilium in III. Aeneid. *Liminaque laurusque Dei.* quamvis & ratio haec opituletur, quod Graece καὶ dicitur. unde in vetustissimo marmore conjunctionem hanc cum diphthongo scriptam, cum Romae eram, adinveni hoc modo, QUAE. Constantius Fanensis. In duobus Vatican. uno meo, uno Maff. Ursini, unoque Caelest. multo rectius legitur, *Sideraque ventique nocent.* Ciofanus. Vivianus legit, *sidera nunc ventique*, quia praecesserat *modo*, cui respondet τὸ *nunc.* Vide Erythr. Indicem Virgil. in *que.*

485. *Tribulique.*] *Tribulusque* unus Leidensis. alius, *tribulumque.*

487. *Extulit undis.*] Leidensis unus, *antris* quae voces passim confusae. vid. II. 269. & hoc libro 48. & alibi. ita lib. III. 37.
Longo caput extulit antro.
De antris Fluviorum res pervulgata est. Burm.

490. *Immensos sistе.*] Tres libri, *injustos*: ut pro gravibus sumatur, ita ut *injusto sub fasce* Virgilius & alii. sed praestat vulgatam relinquere. ita lib. I. 728.
Ultimus immenso restabas, Nile, labori.
Burmannus.

491. *Pisa mihi patria est.*] Alibi etiam hoc loquendi genus usurpavit, ext. hujus libri:
— — Patria est clarae mihi, dixit, Athenae.
Et IV Tristium:
Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis.
Terentius in Eunucho: *Samia mihi mater fuit.*
Plautus in Poenulo:
Ampsigura mater mihi fuit, Jachaon pater.

Sicaniam peregrina colo: ſed gratior omni
Haec mihi terra ſolo eſt. hos nunc Arethuſa penates,
Hanc habeo ſedem; quam tu, mitiſſima, ſerva.
Mota loco cur ſim, tantique per aequoris undas
Advehar Ortygiam, veniet narratibus hora
Tempeſtiva meis: cum tu curisque levata,
Et vultûs melioris eris. mihi pervia tellus
Praebet iter: ſubterque imas ablata cavernas
Hìc caput attollo: deſuetaque ſidera cerno.
Ergo, dum Stygio ſub terris gurgite labor,
Viſa tua eſt oculis illic Proſerpina noſtris.
Illa quidem triſtis, nec adhuc interrita vultu;
Sed regina tamen, ſed opaci maxima mundi;
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas ſtupuit, ceu ſaxea, voces:
Attonitaeque diu ſimilis fuit. utque dolore
Pulſa gravi gravis eſt amentia; curribus auras
Exit in aetherias: ibi toto nubila vultu
Ante Jovem paſſis ſtetit invidioſa capillis.
Proque meo ſupplex venio tibi, Juppiter, inquit,

San-

Tryphiodorus de Ilii excidio: Ἄργος μοὶ πόλις ἐστί. CIOFANUS.

494. *Ducimus ortus.*] *Ortum* quatuor ſcripti. *duximus* tres.

497. *Hanc habeo ſedem.*] *Habito* Strozzae liber. nihil muta. vid. ſupr. lib. IV. 773. eadem varietas lib. II. Faſt. 289. ſic *domos habere* IV. Met. 57. ut eſt in nonnullis codicibus.

498. *Tantique.*] Ita & Statius Theb. VIII. 267.

Sic ubi per fluctus uno ratis obvia ſomno
Conticuit, tantique maris ſecura juventus
Mandavere animas:

malim tamen hic, *tacitique per aequoris undas.* inf. XIV. 607. *Et tacito deferre ſub aequora curſu.* & XV. 275. ex MSS. *Tacito modo gurgite lapſus.* *Redditur Argolicis ingens Eraſinus in arvis.* Avien. Deſcr. Orbis 975.

Myſos tacitum diffuſus in aequor
Tergaque flaveſcens Chius ſecat. HEINSIUS.

Eodem modo tentavit vir Illuſtris, *tacita* pro *tanta* reponere lib. III. Amor. VI. 40. Sed nos vulgatam rectam & ſinceram credimus. ita III. Triſt. XII. 37.

Rarus ab Italia tantum mare navita tranſit.

Valer. Flac. IV. 540.

Nec numine vano
(Si qua fides curae ſuperum) tantum aequor adorti.

lib. VI. 592.

aequore tanto
Debita cognati repetit qui vellera Phrixi.

Et ita paſſim Poëtae, ut pluribus ad ipſum Valerium Flaccum oſtendemus. BURM.

500. *Curaque levata.*] *Curam levare* antiquum & elegans. DOUZA. *Curaque* Cantabrig. *Curaſque* Baſil. *levati* duo Medic. ut ad *vultus* referatur. ſed praeſtat nihil movere. ſic Epiſt. XV. 170. *Deucalion igne levatus erat.* BURM.

502. *Subterque imas.*] *Subterque cavas* rectius in uno Moreti. HEINS. Sed *cavae cavernae* mihi non admodum placent. in uno Neapolitano erat, *latebras.* & ita rectius eſſet, *ſubterque cavas ablata latebras.* ſed nihil moveo. BURM.

504. *Ergo dum Stygio ſub terris gurgite labor, Viſa mihi &c.*] Differt Ovidius hoc loco ab aliis, qui Arethuſam introducat indicantem Cereri vidiſſe ſe Proſerpinam, dum auferebatur à Plutone. Sed praeſtat huc transferre quae collegit doctiſſ. Parrhaſius lib. III. in Claud. I. 1. *Comperit*, inquit, *filiae raptorem Ceres apud inſulam Paron, Cabarni indicio: de cujus nomine Paros ipſa Cabarnis aliquando dicta eſt. Auctor Nicator, qui de nomenclaturis oppidorum Graece ſcripſit. Argivi tamen, ut refert Pauſanias, ferunt Cererem, cum ad eos ex errore divertiſſet, Pelasgi Regis hoſpitio ſuſceptam, raptum filiae à Chryſe didiciſſe. Didymus, & Tharraeus in proverbiis Hermionios indicaſſe Cereri raptum Proſerpinae tradunt.* CIOFANUS.

504. *Sub terris.*] *Sub terras* Sixii & Langermanni. ita lib. I. 189.

Flumina ſub terras Stygio labentia luco.

Ubi

Sanguine, proque tuo. ſi nulla eſt gratia matris;
Nata patrem moveat: neu ſit tibi cura, precamur,
Vilior illius, quod noſtro eſt edita partu.
En quaeſita diu tandem mihi nata reperta eſt:
Si reperire vocas, amittere certius; aut ſi
Scire ubi ſit, reperire vocas. quod rapta, feremus;
Dummodo reddat eam. neque enim praedone marito
Filia digna tua eſt; ſi jam mea filia digna eſt.
Juppiter excepit: Commune eſt pignus onusque
Nata mihi tecum: ſed, ſi modo nomina rebus
Addere vera placet, non hoc injuria factum,
Verum amor eſt: neque erit nobis gener ille pudori.
Tu modo, Diva, velis. ut deſint cetera, quantum eſt
Eſſe Jovis fratrem! quid quod nec cetera deſunt,
Nec cedit niſi ſorte mihi: ſed tanta cupido
Si tibi diſcidii; repetat Proſerpina coelum:
Lege tamen certâ; ſi nullos contigit illic
Ore cibos. nam ſic Parcarum foedere cautum eſt.
Dixerat. at Cereri certum eſt educere natam.
Non ita fata ſinunt: quoniam jejunia virgo

Sol-

Ubi eadem varietas, ut & apud Silium VI. 150. *ſub terras ſpecus.* vid. lib. VI. 30. Burm.

506. *Interrita vultu.*] *Vultus* in optimo Florentino. Heinsius. *Exterrita* Gronov.

507. *Sed regina tamen, ſed &c.*] Ἀναφορὰ. Cioſanus. Vid. ſupr. ad verſ. 17.

507. *Mundi.*] *Regni* Sprotii & Leidenſis.

509. *Ceu ſaxea.*] *Ceu ſaucia* Leidenſis unus.

512. *Exit.*] *Scandit* quinque libri; male. vid. III. 78. & lib. III. 350.

Niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras.

Sed hic quidam *ivit* habent. Burm.

512. *Ibi toto nubila vultu, &c.*] Exſtant lib. IV. Faſt. 585. carmina, quae ſententiam paullo ſecus, atque hic recenſet poëta, comprehendunt. Verum tamen, quia hunc locum illuſtrant plurimum, ea ipſe ſcribere non me taedet:

Queſta diu ſecum ſic eſt affata Tonantem,
Maximaque in vultu ſigna dolentis erant.
Si memor es, de quo mihi ſit Proſerpina nata,
Dimidium curae debet habere tuae. &c.

Cioſanus.

512. *Toto nubila.*] *Torvo* Palatinus. ut ſup. II. 270. & alibi. ſed ſi ſupplex, cur torva? forte, *moto nubila vultu*: fragm. Boxh. *Pallida*, forte, *ſqualida.* Heins. *Territa* Florent.

513. *Ante Jovem ſparſis ſtetit invidioſa capillis.*] Valer. Flaccus lib. IV. 60.

Cum moeſto Latona ſimul Dianaque vultu
Ante Jovem ſtetit, & ſupplex ita fatur Apollo.

Jovis emphaſis. Cioſan. *Paſſis* optimi. quod lugenti aptius. ut lib. II. vſ. 239.

513. *Invidioſa.*] Id eſt plena odio in Plutonem, vel exacerbationis plena in ipſum Jovem, quod tangere videtur Interpres, a quibus eo loco reprehenditur, forſan non intellectus. Const. Fanens. vid. ſupr. 548.

514. *Proque meo veni.*] *Venio* Bernegger. & octo aut decem alii. lib. XIII. 587.

Omnibus inferior, quas ſuſtinet aureus aether,
Diva tamen venio. Heins.

Sed praeſtat, *ſupplex venio.* nam multi, *ſupplex veni.*

517. *Edita partu.*] *Prodita* Mediceus. eleganter. & ita ad lib. VI. 81. *prodere* pro *edere* reſtituit Heinſius, & lib. IX. 675. eadem varietas Apulej. I. Mileſ. initio: *Maternae meae originis fundamenta a Plutarcho illo prodita.* & lib. IX. de Gallina, *ante ipſos pedes domini praematurum prodidit partum.* vid. ad Epiſt. XI. 107. Burm.

519. *Amittere certius.*] Lege, *Verius*, aut diſtingue poſt *amittere.* Heinsius.

520. *Feremus.*] *Feramus* Vatic. & Gronov.

522. *Si jam mea filia non eſt. Si jam mea filia digna eſt*, Neapol. & ſecundus Mediceus. venuſtiſſime. Heinsius. vid. II. Art. 597.

526. *Verum amor eſt.* Pro τῷ *amor* legendum hic eſſe, *honor*, probant ſequentia, ubi perſuadere Cereri tentat Jupiter, non dedecori, ſed *honori* fore Plutonis affinitatem, quippe qui tertia regna

Solverat: &, cultis dum ſimplex errat in hortis,
Poeniceum curvâ decerpſerat arbore pomum:
Sumtaque pallenti ſeptem de cortice grana
Preſſerat ore ſuo. ſolusque ex omnibus illud
Viderat Aſcalaphus: quem quondam dicitur Orphne,
Inter Avernales haud ignotiſſima Nymphas,
Ex Acheronte ſuo furvis peperiſſe ſub antris.
Vidit: & indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit regina Erebi; teſtemque profanam
Fecit avem: ſparſumque caput Phlegethontide lymphâ
In roſtrum, & plumas, & grandia lumina vertit.
Ille ſibi ablatus fulvis amicitur ab alis;
Inque caput creſcit; longosque reflectitur ungues;
Vixque movet natas per inertia brachia pennas:

Foeda-

poſſideat, fraterque ſibi ſit, & ſorte tantum ſecundus. SCHEPPERUS Apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

530. *Sed tanta cupido Si tibi diſſidii eſt.*] Libri omnes ſcripti, *diſcidii*, per tertiam literam. Ita ad eum locum lib. XIV. *Non bene diſcidium Phrygii latura mariti Sidonis.* Quam orthographiam à viris doctis recipi animadverto. CIOFANUS. Vid. Gifan. Ind. Lucr. & inf. ad lib XIV. 79.

530. *Repetit.*] *Repetat* Regius.

532. *Foedere cautum eſt.*] *Eſt* omittunt plurimi libri. *viſum eſt* quatuor, *certum eſt* fragm. Boxh. *cretum eſt* Langerm. *pactum eſt* Junianus.

533. *Educere.*] *Deducere* plurimi ſcripti.

535. *Solverat: & cultis.*] *Irriguis* tres antiqui. Lege, *& riguis hortis.* talis ille hortus ab Achille Tatio deſcriptus initio operis, quem rivus interſecabat. ita Noſter paſſim. ut lib. x. Met. 190.

——— *riguoque papaver in horto.*

lib. XIII. 797.

——— *riguo formoſior horto.*

Remed. Amor. 193.

Ipſe potes riguo plantam deponere in horto.

Gratius Cynegetico, verſ. 46.

At pauper rigui cuſtos Alebandicus horti.

Silius lib. VII. 180.

Nunc e riguis citus extulit hortis
Rorantes humore dapes.

Ita cenſeo ſcribendum eſſe, non *irriguis*; quamquam minime ignoro, *irriguos hortos* etiam Horatio lib. II. Sat. IV. 16. dici. Gloſſae veteres, *riguis* εὐποτίστοις, εὐβόλοις. *rigua aquarum* & *riguae aquae* paſſim apud Plinium occurrunt. *rigua lacte bos* apud Solinum cap. II. Aemilius Magnus Arborius in Epigrammate inter Catalecta Petronii:

Nec tibi quod riguus praeferat hortus habet.

Auſon. Idyll. XIV.

Errabam riguis per quadrua compita in hortis.

HEINSIUS. *Cultos* tamen hortos dixit & lib. XIV. 658.

Cultoſque intravit in hortos,
Pomaque mirata eſt.

lib. V. Faſt. 225.

Tu quoque nomen habes cultos, Narciſſe, per hortos.

Ut verum tamen fatear, *culti* illi apud inferos horti, ubi omnia horridiora finguntur, mihi admodum ſuſpecti ſunt, & ubi mox *pallentis corticis* fit mentio. ſi tamen velimus in ea regione inferorum, ubi regia Plutonis erat, credere omnia fuiſſe laetiora; forte magis adhuc *culti*, quam *rigui* arridebunt. ſed ἐπέχω. BURM.

539. *Aſcalaphus vidit.*] *Viderat Aſcalaphus* Leidenſis & tres alii. rectius.

539. *Orphne.*] Convenientiſſimum nomen avernali Nymphae eſt *Orphne*, quae nigredinem obſcuritatemque ſignificat, unde apud Claudianum *Orphneus* unus equorum Plutonis nuncupatur; licet vulgati codices ſint corrupti. CONST. FANENS. *Gorgyram* vocat Apollodorus lib. I. aliterque refert hanc fab. *Ceres*, inquit, *Aſcalapho Acherontis, & Gorgyrae filio, quod in filiam ſuam teſtimonium dixiſſet, grave apud inferos ſuperimpoſuit ſaxum.* FARN. Servius ad Virg. I. Georg. 39. dicit ex Styge natum Aſcalaphum. meminit etiam hujus fabulae ad IV. Aeneid. 462. & Lutatius ad Stat. III. Theb. 511.

541. *Furvis peperiſſe ſub antris.*] In nonnullis, *ſylvis peperiſſe ſub atris.* NAUGERIUS. Abb. liber, *Stygiis peperiſſe.* Ern. *ſilvis p. ſ. atris.* CIOFANUS.

Magna

Foedaque fit volucris, venturi nuntia luctûs,
Ignavus bubo, dirum mortalibus omen.

Fab. IX. Argumentum.

Sirenes in aves ex parte.

Sirenes, Acheloi & [a] Melpomenes [b] Musae filiae, cum Proserpinam raptam requirerent, neque eam ullo modo possent invenire, à Diis [c] impetraverunt, ut versae in volucres, non tantum in terra, sed etiam [d] in mari requisitam consequi [e] possent. Novissime devenerunt [f] ad petram maris, quae imminebat proxima pelago. Harum ita [g] fatum fuit, quamdiu earum vox [h] audita non esset mortalibus, manerent incolumes. Forte Ulixes, monitu Circes, [i] obturatis auribus praetervectus est. [k] tum se praecipitaverunt.

Hic

Magna hic codicum varietas; *furvis peperisse sub undis* Menardi. *fulvis sub undis* multi. *Stygiis sub undis* Vatic. *fulvis sub antris* Oxonienſis & octo alii. unus, *fluviis antris*, alius, *furiis antris. fulvis atris* unus. *curvis antris* duo. *furvis armis* unus. mihi vulgata ſatis placet. vid. lib. III. 373. Burm.

543. *Testemque profanum.*] *Profanam avem* meliores. lib. VI. 431.

——— *tectoque profanus*
Incubuit bubo. Heins.

546. *Fulvis amicitur ab alis.*] In Caeleſt. *Furvis amicitur.* In duobus Vatic. Urſini & meis, *amicitur in alis.* Ciofan. *In alis* plerique veteres. ut apud Virgil. *Horridus in jaculis.* apud Claudianum, *ſudare in haſtâ.* Sidonius carm. X.

Alcides clava, Mavors tum luſit in haſta.

Sed cur *fulvas alas* dat buboni? unus ex meis, *flavis: furvis* Barberin. Forte, *ravis alis.* Vide quae ad Amores l. I. notamus. Eleg. XII. Heins. *In alis*, ut *in cornibus* ſupr. verſ. 328. *fulvis admittitur alis* Sprotii. *operitur ab alis* Florent. vel *coperitur* Urbinas. *quia naſcitur* Neap. *qui naſcitur* Medic. ſec.

547. *Inque caput creſcit.*] *Jamque caput* Gronov. ſed male: Imitatus Quinctilianus lib. IV. Inſtit. I. *Vitanda immodica prooemii longitudo, ne in caput excreviſſe videatur.* deinde, *longoſque reflectitur ungues* Cantab. *longoſque inflectitur ungues* Jun.

549. *Foedaque fit volucris, venturi nuncia luctus, Ignavus, Bubo dirum mortalibus omen.*] His duobus carminibus utitur Iſidorus lib. XII. cap. VII. ubi de Bubone loquens ita ſcribit: *Bubo à ſono vocis compoſitum nomen habet, avis feralis, onuſta quidem plumis, ſed gravi ſemper detenta pigritia, in ſepulchris diu noctuque verſatur, & ſemper commorans in cavernis. De qua Ovidius:*

Foedaque fit volucris, venturi nuncia luctus,
Ignavus Bubo, dirum mortalibus omen.

Denique apud Augures malum portendere fertur. Nam cum in urbe viſa fuerit, ſolitudinem ſignificare dicunt. Ciofanus. Servius ad Virg. IV. Aeneid. 462. legiſſe videtur, *Infandus bubo.* Sed apud Priſcianum lib. V. initio. legitur etiam, *ignavus.* Genevenſis, *ignavis.* Gronov. *ignaris: venturi praeſcia luctus* Baſil. & Vatican. *conſcia* Argentin. Burmannus.

[a] *Melpomenes.*] *Calliopes* Colon.

[b] *Muſae.*] Addunt, *aut ut alii volunt, Calliopes filiae, Proſerpinae fidiſſimae comites* Raener. Heinſ.

[c] *Impetraverunt.*] Veneta, *impetraviſſent.* ſed ita ſcribendum eſſet cum Micyllo, *& a Diis noviſſime impetraviſſent*, &c. Muncker. *impetraviſſent* Parm. Lugd.

[d] *In mari*] *Non tantum in terram, ſed etiam in mare* Parm. Lugd. Micyll. & Colon. niſi quod illa, *in terras.*

[e] *Poſſent.*] Addunt iterum, *manſit tamen illis vox humana, facieſque virginea* Raener. & Heinſ. Colon. vero reliqua non habet, ſed continuat ſequentis fabulae argumentum, *Jupiter diviſit*, &c.

[f] *Ad petram Martis*] Sic MS. non *maris*, ut editi hactenus. Barth. Adv. X. cap. 8. emendatum it, *noviſſime Siculi devenerunt ad petram maris.* adi ipſum. Muncker. *Maris* Parm. Lugd Micyll. ſed Barthius *venerunt*, non *devenerunt* legit.

[g] *Fatum.*] *Factum* Lugd.

[h] *Audita.*] *Obaudita* Raener. quod Barth. d. l. explicat, tanquam non audita, neglecta.

[i] *Obturatis auribus.*] Ita & Hyg. Myth. cap. 125. & 141. Sed nec MS. nec editi ante Raenerium verba iſta agnoſcunt. Muncker.

[k] *Tum ſe*] *Tamen ſe pr.* Lugd.

551. *Hic*

Hic tamen indicio poenam linguâque videri
Commeruiſſe poteſt. vobis, Acheloïdes, unde
Pluma pedesque avium, cum virginis ora geratis?
An quia, cum legeret vernos Proſerpina flores,
In comitum numero mixtae, Sirenes, eratis?
Quam poſtquam toto fruſtra quaeſiſtis in orbe;
Protinus ut veſtram ſentirent aequora curam,
Poſſe ſuper fluctus alarum inſiſtere remis
Optaſtis: facilesque Deos habuiſtis, & artus
Vidiſtis veſtros ſubitis flaveſcere pennis.
Ne tamen ille canor, mulcendas natus ad aures,
Tantaque dos oris linguae deperderet uſum,
Virginei vultus, & vox humana remanſit.

FAB.

551. *Hic tamen indicio poenam, linguaque videri.*] Fabulam fabulae (ut ſolet) eleganter annectit poëta. Nam Sirenes tres fuiſſe dicuntur Acheloi fluvii & Calliopes muſae filiae, ac Proſerpinae comites fidiſſimae: quam quidem cum & ipſae per totum orbem terrarum quaeſiſſent, nec uſquam in terris eam reperirent, Deos rogarunt, ut alatae efficerentur, quo commodius etiam in aquis Proſerpinam inquirere poſſent. Quare ita in aves fuere converſae, ut facies tamen virginea, voxque humana illis remaneret. Hae juxta fretum Siculum inſulas Sirenuſas habitantes tam ſuaviter canebant, ut nautas illàc tranſeuntes, aut ad ſe pellicerent, aut ſopitos ſpoliarent atque ſubmergerent. Quare Ulyſſes illac tranſiturus, admonitus à Circe, & ſociorum aures cera obturavit, & ſe ad triremis malum alligari juſſit. Illae vero indignatae ſe in mare praecipitarunt. Earum autem prima Parthenope, altera Leucoſia, tertia Ligia fuit appellata. Dicuntur autem Seirenes παρὰ τὸ εἴρω, quod eſt dico, praepoſita s litera. unde falluntur, qui illas putant Latine *tractrices* dici, cum per ει diphthongum Graecam ſcribantur, non per y, ut ſcribitur σύρω, quod ſignificat traho. REGIUS. De Sirenibus & earum forma egregie nuper & copioſe eſt commentatus Broukhuſius noſter ad Tibul. IV. 1. 69. Ceterum Acheloi & Steropes filias facit Apollodorus lib. 1. cap. 7. qui tamen cap. 3. etiam Melpomenes filias dicit. Scholiaſtes Horatii ad lib. 1. Epiſt. 11. a Cruiquio editus, *Alcinoi* filias, niſi ibi *Acheloi* legendum ſit, ut Heinſius malebat. Servius ad 1. Georg. 9. notat alios de Calliope natas dicere, ut & ad v. Aeneid. 864. ubi allegoriam fabulae explicat. BURM.

552. *Commeruiſſe.*] *Promeruiſſe* Leidenſis unus.

555. *In comitum numero doctae, Sirenes.*] *Mixtae* meliores, forte, *Immixtae comitum numero.* HEINS. Sed & *mixtae in numero* recte dicitur, ut lib. III. 422. *& in niveo mixtum candore ruborem. dirae*, unus Gronovianus. BURM.

557. *Protinus ut veſtram.*] *Non minus ut veſtram*, cogitabam aliquando. HEINS. *Sentirent aequora mentem* pr. Moreti.

558. *Remis.*] In uno meo, *pennis.* CIOFANUS. Minus recte, illud enim Graecorum imitatione dictum, & Virgil. *remigium alarum* dixit. BERSMAN. *Exiſtere* MSS. Berſmanni & margo Gryphii. vid. mox verſ. 548.

562. *Deperderet.*] *Ne perderet* duo Leidenſes Lovan. & Argent. cum multis aliis. & ita edidit Farnabius. *ne linguae perderet* Gronov. *diſperderet* quatuor. *deſperderet* Palat. *deprenderet* Moreti. ſed nihil mutandum. Caeſar. III. B. G. 28. *paucos ex ſuis deperdiderunt.* & ita alii. BURM.

[a] *Ad virum.*] *Apud virum, partim apud matrem* Edd. omnes.

[b] *Moraretur.*] *moretur.* Colon.

[c] *Ut ſibi.*] *Sibi* deeſt Colon.

[d] *Deligeretur.*] *Perſequeretur* Micyll. & Veneta. ſed alterum eſt in MS. Raenerii nulla heic ratio habenda, ut qui ex ingenio ſuo longe aliam huic fabulae faciem dederit. MUNCK. *Perſequeretur* Parm. Lugd. Micyll. *Jupiter diviſit annum, ut Proſerpina partim apud virum, partim apud matrem moraretur. Ceres pacata ſe recipiens ab Arethuſa exegit, ut ſibi o. ſ. ex. Tum Arethuſa. A. N. formoſiſſimam me dixere: & me Alpheus amnis mei amore incenſus ſumpta viri forma perſecutus eſt. Cujus impetum cum effugere cuperem, invocavi Dianam, cujus comes ſtudiique aemula fueram, ut laboranti mihi ferret auxilium, quae me nube texit, ne in cupientis conſpectum venirem. mutorque in fontem: cujus aquas ut vidit Alpheus, cognovit, ſumſitque propriam amnis formam, ut ſe mihi miſceret. At Diana, rupta tellure,*

Fab. X. Argumentum.

Jupiter ut Cererem placaret, ita divisit annum, ut Proserpina partim [a] *ad virum, partim ad matrem* [b] *moraretur. Ergo Ceres ab Arethusa exigit* [c] *ut sibi originem suam exponat. Arethusa, Achaidum Nympharum formosissima cum ab Alpheo amne* [d] *diligeretur, cuperetque persequentis impetum effugere, invocavit Dianam, cujus comes* [e] *& studii aemula fuerat, laboranti ut ferret auxilium.* [f] *Objecta itaque ea nube, ne* [g] *in cupientis conspectum posset venire,* [h] *tellure rupta,* [i] *in insulam Aetnae misit per obscurum iter, &* [k] *in fontem cognominis sui Ortygium versam ad superos evocavit.* [l] *cujus* [m] *liquori Alpheus amnis infunditur.*

AT medius fratrisque sui moestaeque sororis
Juppiter ex aequo volventem dividit annum.
Nunc Dea, regnorum numen commune duorum,
Cum matre est totidem, totidem cum conjuge menses.
Vertitur extemplo facies, & mentis, & oris;
Nam, modo quae poterat Diti quoque moesta videri,
Laeta Deae frons est: ut Sol, qui tectus aquosis

Nubibus

tellure, me per obscurum iter in insulam Ortygiam Siciliae adjacentem admisit. Caeterum Alpheus per subterraneas cavernas me huc usque persequi non destitit. ita Raener. & Heins.

[e] *Et aemula.*] *Et vernula* Lugd.

[f] *Objecta itaque ea nube.*] Veneta, *objectaque ea numini.* Micyll. *objectaque ea nube.* MS. *objecta itaque ea numini.* Muncker. Cum Veneta faciunt Parm. & Lugd. *Objectaque ab ea nube* Colon.

[g] *In conspectum.*] Ita & Micyllus. Sed Venet. & MS. *in conspectu.* Id quod facile auctoritate meliorum tueri se potest. Phaedrus Lib. v. cap. 2. *Quidnam cinaedus ille in conspectu meo Audet venire?* Ad quem locum Rittershusium vide & alios. Muncker

[h] *Tellure rupta.*] *Tellure aperta* Colon.

[i] *In insulam Aetnae misit.*] Ita MS. Veneta, *in insulam Aetnam admisit.* Sed Mycillus, *in insulam Ortygiam.* Scripserim, *in insulam Ortygiae.* Naso: *Advehor Ortygiam: quae me cognomine divae Gratа meae superas eduxit prima sub auras.* Muncker. *Aetnam admisit* Parm. Lugd. *in insulam Delum eam misit per obscurum iter (quae cognomine deae dicta Ortygia) ad superos eam misit, cujus,* &c. Colon.

[k] *In fontem cognominis sui Ortygium.*] Sic MS. & Veneta. Sed perperam procul dubio. Lege cum Micyll. *in fontem cognominem sibi Arethusam.* Muncker. Ut Veneta, ita & Parm. & Lugd.

[l] *Cujus liquori Alpheus,* &c.] Marcellinus Lib. xv. *Alpheus oriens in Arcadiâ, cupidine fontis Arethusae captus, scindens Ionium mare, ut fabulae ferunt, adusque amatae confinia progreditur.* Muncker.

[m] *Liquori.*] *Liquore* Parm. Lugd. vid. ad lib. vi. arg. fab. 7.

564. *Medius fratrisque sui.*] Elegans certe loquendi modus, cui similis est lib. seq. vi. 409. & quem optime illustravit Torrent. ad Horat. ii. od. 19. & cui similis videtur illa Silii lib. i. 307. *medius teli* a Gronov. ad Liv. xxviii. 6. illustratus, sed qui aliquantum differt. *medius* enim *rei* alicujus est, qui in medio ejus rei versatur, ut ab utraque parte rei istius pars emineat. sed hic est, *medius inter duas res*, vel homines. quo sensu & in ablativo Noster posuit lib. ii. Amor. xvi. 13.

Non ego si medius Polluce & Castore ponar.

Singulariter etiam dixit Vellej. Pater. lib. ii. cap. 14. *Agebat medium plurima dissimulantis, aliqua inhibentis.* Burm.

564. *Moestaeque sororis.*] *Mediusque* in priori Hamburgensi. Heins. Hos quatuor versus citat Lutatius ad Stat. viii. Theb. 63.

567. *Cum matre est totidem, totidem cum conjuge menses.*] De hoc sic lib. iv. Fast. 613.

Et factura fuit, pactus nisi Juppiter esset,
Bis tribus ut caelo mensibus illa foret.

Hoc autem ideo fictum esse ajunt, quod Luna, quae cum Proserpina & Diana una eademque est,

Nubibus ante fuit, victis ubi nubibus exit.
Exigit alma Ceres, natâ secura receptâ,
Quae tibi caussa viae: cur sis, Arethusa, sacer fons.
Conticuere undae: quarum Dea sustulit alto
Fonte caput: virideseque manu siccata capillos
Fluminis Elëi veteres narravit amores.
Pars ego Nympharum, quae sunt in Achaïde, dixit,
Una fui: nec me studiosius altera saltus
Legit, nec posuit studiosius altera casses.
Sed, quamvis formae numquam mihi fama petita est,
Quamvis fortis eram; formosae nomen habebam:
Nec mea me facies nimium laudata juvabat.
Quàque aliae gaudere solent, ego rustica dote
Corporis erubui; crimenque placere putavi.

Lassa

aeque diu superius & inferius hemisphaerium illustret. Ciof.

570. *Laeta Deae frons est.*] Et Cereris & Proserpinae laetam esse frontem accipere possumus, Ambae namque e moestis ac tristibus laetae atque hilares sunt effectae. de Proserpina tamen praecipue esse intelligendum, quae subjicitur similitudo aperte ostendit. Reg. Quia in Jovis ad Cererem oratione ita legitur, *Illa quidem tristis, neque adhuc interrita vultu*, & praecedentia hoc in loco carmina de dea duorum regnorum, hoc est de Proserpina, clare sonant, haec etiam de eadem intelligam; etiamsi de Cerere quoque intelligi possunt. Non autem antea exigit Ceres, quam nata se cura recepta. Glarean.

571. *Victis è nubibus exit.*] *Ubi nubibus exit* in plurimis, quod praestat. Heins. *Victis cum* Ambr. *victis ut* unus Heinsii, etiam non male. *Victis a nubibus* Leid. *victis modo* quatuor. *victis mox* Medic. *victis nisi* Leidens. unus, pro *victis. cunctis* Basil. *nigris* Ambros. & Leidens. *junctis* alius.

572. *Natâ secura receptâ.*] *Repertâ* Cantabr. Thuan. prior Erfurt. & septem alii. supra 518.

En quaesita diu tandem mihi nata reperta est.

Claudianus de Cerere lib. III. Raptus 51.

——— *Natae donec laetata repertae*
Indicio tribuat fruges.

Jacobus Gronovius, Joannis Frederici filius, castigabat, *natae secura repertae*. eleganter profecto: ea enim vox cum casu secundo plerumque conjungitur. Heins. Vid. ad lib. VII. 435. *receptus* & *repertus* video semper fere a librariis commutari. ut III. Ep. 87. III. Amor. III. 38. III. VIII. 40. & passim. sed ego *recepta* non putem facile movendum, vid. quae notamus ad Vellej. II. 5. Burm.

573. *Quae tibi caussa fugae?*] In uno Vatic. uno meo, & uno Maffei, *caussa viae*. Ciofan. *Quae tibi caussa viae*, non *fugae* meliores. de fuga enim nihil praecesserat. Heinsius. *Fugae* repetitum ex Epist. XIV. 103. mox 651.

Qua veniat caussamque viae, nomenque rogatus.

Burmann.

575. *Virideseque manu siccata capillos.*] *Virides capillos* sic dixit, ut sub principium lib. II. Eodem modo Statius in Silvis, *virides Deas*; pro Nymphis: *Liquidosque avertite vultus, Ite Deae virides.* Ciofanus.

576. *Fluminis Alphei.*] In uno meo, Vaticano & Caelest. *Fluminis Elëi.* De Alphei & Arethusae amoribus venuste is, quem modo nominavi, Statius lib. I. Sil. II. 203.

——— *tumidae sic transfuga Pisae*
Amnis, in externos longe flammatus amores,
Flumina demerso trahit intemerata canali;
Donec Sicanios tandem prolatus, anhelo
Ore bibat fontes. miratur dulcia Naïs
Oscula, nec credit pelago venisse maritum.

De hoc fluvio plura Pausanias lib. V. Moschus in epig. quod incipit, Ἀλφειὸς, & Ammianus lib. XV. Ciof. *Elëi* ex melioribus. Virgil. III. Aeneid. 694.

Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias.

Quomodo & Stat. lib. I. Silv. III. 68. *Elidis amnem* dixit. & lib. I. Silv. II. 203.

Prendisti portum Eliacae sic transfuga Pisae
Amnis &c.

Ita lego, nisi mavis, *Eliadis Pisae*. ut *Eliades equae* Virg. I. Georg. 59. Noster supr. 487.

Tum caput Elëis Alpheias extulit undis.

Ita *Alphea Pisa* Virgilio III. Georg. 180. & X. Aeneid. 179. & Claudiano Bell. Gildon. 483. & Rutil. I. 573.

Elide deductas suscepit Etruria Pisas.

Sic Avieno descr. orb. dictus, *Elidis incola.* Heins. Fabulam Arethusae vide apud Servium ad Eclog.

X. I.

Lassa revertebar (memini) Stymphalide silvâ.
Aestus erat: magnumque labor geminaverat aestum;
Invenio sine vortice aquas, sine murmure euntes,
Perspicuas imo; per quas numerabilis altè
Calculus omnis erat; quas tu vix ire putares.
Cana salicta dabant, nutritaque populus undâ,
Sponte sua natas ripis declivibus umbras.
Accessi; primumque pedis vestigia tinxi:
Poplite deinde tenus. neque eo contenta, recingor:
Molliaque impono salici velamina curvae:
Nudaque mergor aquis. quas dum ferioque, trahoque,
Mille modis labens, excussaque brachia jacto;
Nescio quod medio sensi sub gurgite murmur:
Territaque insisto propioris margine ripae.

Quo

x. 1. & 3. Aen. 694. Antigon. Mirab. Hist. c. 153. Strabon. lib. vi. Pausan. lib. v. 7. Lucan. lib. iii. 176. Sil. xiv. 54. Stat. i. Silv. ii. Liban. Diegemat. cap. xxvi. & xxvii. Lutat. ad Stat. i. 271. Suidam in *Alpheus*. Plutarch. de fluminibus & aliis, quos longo ordine recenset Cluver. Sicil. Ant. lib. i. cap. 12. Burm.

577. *In Achaïde.*] *Achëide* alii malunt legere propter quantitatem. quoniam & alibi idem poëta dixit per *Acheidas urbes*, eadem forma. Micyll. *Achaide* meliores omnes.

578. *Nec me studiosius.*] *Qua nec st.* tres veteres. *nec qua* Barb. *qua non* Excerpta Langerm.

579. *Legit, nec posuit studiosius altera casses.*] Quamvis ita recte legatur: quidam tamen corrupte legi fingit, ac deinde corrigit, nec aliter quam in nostris exemplaribus est scriptum. Micyllus. *Legit* Pontanus explicat, obit vestigandis feris. sed est eligit, ut ii. M. 448.

Dum Saltus eligit aptos.

& millies ita *legere* occurrit.

580. *Formae.*] *Forma* MSS. Bersmanni. sed lib. vi. 31. *Fama petatur faciendae lanae.*

585. *Stymphalide silva.*] *Astaphatide silva* Mediceus unus. *Stimphalide lympha* Basil. & duo Moreti. *ripa* Lovan. *Stymphalum* olim dictum fuisse Alpheum docet Plutarch. de flum. in Alpheo. Burmann.

586. *Magnusque.*] *Magnumque* ex melioribus. Heinsius. In quarto Palatino erat, *glomeraverat aestum.*

588. *Perspicuas ad humum.*] *Ad imum* nonnulli veteres cum primo Gronoviano. primo Vaticano, & sec. Mediceo. Scribe, *Perspicuas imo.* sic in Halieutico:

Quae vada subnatis imo viridentur ab herbis.

ἐκ βύθου dixit Theocritus, Idyl. xxiii. Noster alibi *gurgitis ima.* lib. xi. 177. de auribus Midae, ut & illic scribendum,

Instabilesque imo facit & dat posse moveri.

Stat. iv. Theb. 817.

Modo lene virens, & gurgite puro
Perspicuus, nunc sordet aquis egestus ab imo
Alveus.

Ubi lege, *perspicuis.* Senec. Medea. 755. ex codice Mediceo:

Egique ad imum maria, & Oceanus graves
Interius undas aestibus victis dedit.

Sic *ex imo* lib. xi. 499. *in ima* ibid. 557. *ad ima* xiv. 793. Heins.

591. *Sponte sua natas ripis declivibus umbras.*] *Natas* epitheton ad *umbras* genere retulit, cum ad *salicta* intelligatur, ut sit sensus: salicta atque populus dabant umbras, ipsae natae sua sponte in ripis declivibus: nam umbras nasci in ripis intelligitur aliquo pacto, sed frigide admodum, sponte sua. verum haec fortasse argutula merito videbuntur, ideoque omittenda, quanquam apud Servium, eximiae eruditionis virum, nonnulla ejusmodi reperias. Glareanus. In Oxonienси & uno Heinsii est, *sponte sua gratas umbras.* in Lovanienси, *latas. declinibus* etiam Junianus & Leidensis. *rivis* unus Heinsii & Bersmanni MSS. ut supr. vers. 558. eadem varietas. Burm.

595. *Quas dum ferioque, trahoque.*] In meo, *teroque*, non *trahoque.* Ciofanus.

598. *Margine fontis.*] Duo Vatican. mei, & unus Maffei, *Margine ripae.* Cior. *Ripae* meliores. Heinsius. Vid. Epist. v. 27. ubi *margine rivi* probabamus, sed non hic. *exisio etiam* Gronov.

Quo properas, Arethuſa? ſuis Alpheus ab undis,
Quo properas? iterum rauco mihi dixerat ore.
Sicut eram, fugio ſine veſtibus. altera veſtes
Ripa meas habuit. tanto magis inſtat, & ardet:
Et quia nuda fui, ſum viſa paratior illi.
Sic ego currebam; ſic me ferus ille premebat:
Ut fugere accipitrem pennâ trepidante columbae,
Ut ſolet accipiter trepidas agitare columbas.
Usque ſub Orchomenon, Pſophidaque, Cyllenenque,
Maenaliosque ſinus, gelidumque Erimanthon, & Elin
Currere ſuſtinui. nec me velocior ille.
Sed tolerare diu curſus ego, viribus impar,
Non poteram: longi patiens erat ille laboris.
Per tamen & campos, per opertos arbore montes,
Saxa quoque, & rupes, & quâ via nullâ, cucurri.
Sol erat â tergo: vidi praecedere longam
Ante pedes umbram; niſi ſi timor illa videbat.
Sed certè ſonituque pedum terrebar; & ingens

Crinales

599. *Ab undis.*] *In undis* Cantabr. & octo alii & Berſm. MSS.

600. *Iterum rauco mihi dixerat ore.*] In uno meo legitur rectius, *Iterum rauco mihi murmure dixit.* Ciofan.

603. *Viſa paratior.*] *Placentior* unus Gronovianus. Unde poſſet *patentior* aliquis efficere: *rapacior* alter. *peraptior* Strozzae: fruſtra omnes: *parata* enim proprie dicitur, quae copiam ſui facile praebet, nec repugnat. Propert. I. eleg. IX. 25.

Nec te decipiat, quod ſit ſatis illa parata.

Et Tibul. II. IV. I.

Hic mihi ſervitium video, dominamque paratam.

Ubi vide Broukhuſium. Noſter Epiſt. VIII. 82.

Ecce Neoptolemo praeda parata fui.

De Priapo dixit Noſter I. Faſt. 485.

At Deus obſcaena nimium quoque parte paratus.

Vide ad Petron. 132. Burm.

605. *Ut fugere accipitrem penna trepidante columbae; Ut ſolet accipiter trepidas urgere columbas.*] Ita in impreſſis. In veteribus vero rectiore ordine leguntur:

Ut ſolet accipiter trepidas urgere columbas;
Ut fugere accipitrem penna trepidante columbae.

In uno meo, & aliquot aliis, priore verſu eſt, *Agitare*, non *Urgere*. Ciofan. *Agitare* Cantabr. & multi alii. ſic *trepidos agitare in retia cervos* l. III. & *timidas agitare lyncas* apud Horatium lib. II. Od. XIII. Prudentius Hymno III. Cathemerin.

Exagitanſque truces aquilas
Per vaga nubila, perque notos
Sidere lapſa columba fugat:

Sidonius in Panegyrico Anthemii:

Inventas agitare feras.

Stat. Achill. I. 627.

Non tela licet Mavortia dextra,
Non trepidas agitare feras.

Infra XI. 300.

Quae non Thisbeas agitat mutata columbas.

Horatius tamen de Caeſare Cleopatram perſequente:

Remis adurgens, accipiter velut
Molles columbas.

Et Silius lib. IV. III.

Urgebat trepidam jam caede priorum
Incertamque fugae, pluma labente, columbam.

Heins. *Agitare* rectum puto. proprium enim in hac re verbum, & cujus gloſſa eſt *urgere*. III. Met. 356. *agitantem in retia cervos.* Horat. III. od. 12.

Catus idem per apertum fugientes
Agitato grege cervos jaculari.

Virgil. VII. 478.

Quo litore pulcher
Inſidiis curſuque feras agitabat Iulus.

Sil. II. 437.

Agitata ferarum
Agmina venatu.

Et ita *lepus exagitandus* Noſtro Art. III. 662. & Livio 41. 9. *lepus exagitatus.* Sic Diana Arnobio lib. IV. p. 141. *Silvarum agitatrix* dicitur, ubi perperam Stewech. *habitatrix* malebat. ita enim & Silius, *agitare ſaltus* dixit lib. II. 94. & Quint. III. declam. 4. *Saltus agitare venatu.* Vid. Gifan. obſerv. L. L. in verbo *agitare.* Burm.

607. *Sophidaque.*] Sic quidem corrupte in exemplari-

Crinales vittas adflabat anhelitus oris.
Fessa labore fugae, Fer opem, deprendimur, inquam,
Armigerae, Dictynna, tuae: cui saepe dedisti
Ferre tuos arcus, inclusaque tela pharetrâ.
Mota Dea est; spissisque ferens è nubibus unam
Me super injecit. lustrat caligine tectam
Amnis; & ignarus circum cava nubila quaerit.
Bisque locum, quo me Dea texerat, inscius ambit:
Et bis, Iö Arethusa, Iö Arethusa, vocavit.
Quid mihi tunc animi miserae fuit? anne quod agnae est;
Siqua lupos audit circum stabula alta frementes?
Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit
Ora canum, nullosque audet dare corpore motus?
Non tamen abscedit: neque enim vestigia cernit
Longius ire pedum. servat nubemque locumque.
Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus;
Caeruleaeque cadunt toto de corpore guttae.
Quâque pedem movi, manat lacus: éque capillis

Ros

plaribus legitur. *Psophida* autem ab Ovidio scriptum fuisse facile contenderim. Est enim *Psophis* variarum urbium nomen. Nam & Arcadiae urbs est à *Psophide* Lycaonis, vel (ut alii volunt) Erycis filia denominata, & Acarnaniae, & Achaiae, unde *Psophidius* deducitur. Est & Libyae urbs *Psophis*, unde *Psophites* nomen patrium more gentis declinatur: arx quoque Zacynthiorum *Psophis* vocabatur, ut Pausanias ait. *Cyllenem* autem & *Maenalon*, & *Erymanthon* Arcadiae esse montes jam saepius diximus. Elim vero ejusdem Arcadiae urbem ab Eleo Tantali filio appellatam. Regius. Quod ad *Psophida* attinet, non repugnat quantitas penultimae, ut quidam putavere. Nam & Gaza hoc nomen pro exemplo allegat eorum, quae *i* ante δὸς longam habent in penultima genitivi. Micyllus. Hunc locum recte emendavit Raphael. sed libro secundo vs. 241. de Erimantho fluvio ad eundem erat modum haud parva menda, *Phocaico*, pro *Psophaico*, ut ibidem admonuimus. Glareanus. Sic apud Stat. IV. 296.

Aephitios idem ardor agros & Psophida celsam
Vastat.

Ubi Lindenbrogius notat MSS. habere, *agros, Psophidaque celsam.* Vid. Heins. ad lib. II. Fast. 276. Burmann.

608. *Gelidumque*] *Gelidamque* unus Medic.

609. *Velocior ille.*] In eodem meo, *velocior ibat.* Ciofanus.

612. *Arbore.*] *Robore* unus Heinsii.

613. *Saxa quoque & rupes.*] *Saxaque per rupes* alter Hamburg. & tres alii. Barber. *saxa per & rupes.* Scribe, *saxaque per, rupesque.* Heins. Mihi Barber. codicis lectio blanditur, amat enim Noster praepositionem *per* geminare. Vide ad I. Art. 96.

616. *Sed certe sonituque pedum terrebar.*] In quibusdam, *sonitusque pedum terrebat.* in aliis, *sonituque pedum terrebar.* Omnia recte. Naugerius. Utramque lectionem in multis etiam scriptis reperi.

618. *Labore fugae.*] *Labore gravi* Leidensis.

619. *Armigerae, Diana, tuae.*] *Dictynna* octo veteres. recte. paulo ante pro *ingens anhelitus* censeo scribendum, *urgens anhelitus oris.* ut lib. XI. sub finem,

— *celeremque metu celer urget amore.*

Heinsius. *Dea casta tuae* Palat. quartus. sed illud *ingens* minime mutem: ut Deo enim dat ingentem anhelitum, & qui fere Nymphâm prosterneret: ita *manum magnam*, & reliqua membra Poëtae diis tribuunt. Vide ad Eleg. in Drus. 224. Burmannus.

621. *Sparsis ferens è nubibus unam.*] Lege, *spissis*, non *sparsis.* Ita duo Vatic. Abb. Ernaldi, unus Maffei & unus meus. Ciof.

623. *Quaerit.*] *Fertur* Genevensis, sed jam bis hoc verbum praecessit. *ignaram* etiam pr. Palat.

627. *Audit.*] *Vidit* MSS. Bersmanni.

629. *Dare corpore motus.*] Lovanienses & tres alii, *saltus.* ut lib. I. 532. ex MSS.

Admisso sequitur vestigia saltu.

lib. VII. 768.

Ille levi velox superabat retia saltu.

Dare saltus alia in re lib. II. Met. 165. & in Ibid. 285. Burmannus.

Ros cadit: & citius, quam nunc tibi facta renarro,
In laticem mutor. sed enim cognoscit amatas
Amnis aquas, positoque viri, quod sumserat, ore,
Vertitur in proprias, ut se mihi misceat, undas.
Delia rumpit humum. caecis ego mersa cavernis
Advehor Ortygiam: quae me, cognomine Divae
Grata meae, superas eduxit prima sub auras.

Fab. XI. Argumentum.

[a] Lynceus rex in lyncem.

Triptolemus à Cerere fruges [b] *dividendas accepit per terras, currumque draconibus junctum* [c] *cum feciſſet,* [d] *noviſſime delatus eſt in Scythiam, & à Lynco rege exceptus hoſpitio. Cui cum expoſuiſſet qualiter à deâ eſſet honoratus, invidia honoris* [e] *inſtinctus, dormientem ut interficeret adgreſſus eſt. Dea* [f] *nuntii ſui memor, ut, quem* [g] *divini honoris dignum habuerat, conſervaret, antequam occideretur,* [h] *hoſpitem* [i] *in lyncem feram convertit.*

Hac

631. *Longius ulla pedum.*] *Longius ire* nonnulli veteres. quod praeſtat. paulo poſt pro, *manat locus* repoſui, *lacus*, ex plurimis veterum. Vid. lib. VI. 320. Heins.

634. *Manat locus.*] Iidem libri, & Caeleſt. *Manat lacus.* Rectius. Ciofan. *Pedem moveo* etiam Junian. & Medic. unus.

635. *Quam nunc tibi fata renarro.*] In ambobus meis & aliis, *Fatta renarro.* Ciof. *Fata* ex melioribus. Heinsius. Ego *facta* praetuli, id eſt rem, uti accidit.

636. *Mutor.*] In meo, *vertor.* Ciofan. *Mittor* Gronov.

639. *Caecis ego merſa cavernis.*] In utroque meo, duobus Maffei, Urſini, Caeleſt. & Abb. *Caeciſque ego.* Ciof. *Caeciſque immerſa* Gronovianus, Lovan. & Baſileen.

641. *Grata meae ſuperas.*] In duobus Vatican. uno meo, Caeleſt. & Abb. *Grata mihi.* Ciofan. Ita plurimi ſcripti: *orta meae* Gronov. pro diverſa lectione.

641. *Eduxit.*] Malim, *educit.* Heins.

[a] *Lynceus.*] *Lyncus rex in Lyncam* Parm.

[b] *Dividendas accepit.*] *Ad fruges dividendas per terras miſſus* Colon.

[c] *Cum feciſſet.*] *Cum conſcendiſſet* margo Micyll. *conſcendens* Colon.

[d] *Noviſſime eſt delatus.*] *Noviſſime delatus in Scythiam, a L. R. ſuſceptus eſt hoſpitio* Colon.

[e] *Inſtinctus.*] *Inſtinctus ille* Micyllus, haud paullo concinnius. Muncker. *Invidia incitatus rex,* Colon.

[f] *Nuntii ſui.*] *Numinis ſui* Colon.

[g] *Divini honoris.*] *Divino honore* Micyll. Colon. ſed *dignus* genitivo ſolet & Naſo jungere.

[h] *Hoſpitem.*] Non habet Colon.

[i] *In lyncem feram.*] Ὡς Graecis ea fera eſt. Schol. Hom. ad Iliad. N. 103. Οἱ δὲ ὡς ζῶον ἄλκιμον καὶ εὐκίνητον. ἔνιοι δὲ παραπλήσιον τῇ ὑαίνῃ. Munck. *In Lyncam* Parm. Hoc argumentum ita interpolatum a Raenerio legitur in Edd. ejus & Heinſii. *Triptolemo Ceres currum draconibus junctum dedit, quo per terras vectus agriculturam frugumque uſum mortales doceret. Per Europam Aſiamque vectus, noviſſime delatus in Scythiam, à Lynco rege ſuſceptus eſt hoſpitio: cui cum expoſuiſſet adventus ſui cauſam, invidia tanti honoris inſtinctus, dormientem ut interficeret aggreſſus eſt. Dea ſui nuncii memor, quem divini honoris dignum habuerat, eum conſervavit: Lyncum regem in Lyncem feram, ne Triptolemum occideret, convertens.*

642. *Hac Arethuſa tenus.*] Τμῆσις. Sic Statius lib. X.

Hac germana tenus Stygii metuenda parentis
Imperia.

Virgilius lib. VI.

Hac Trojana tenus fuerit fortuna ſecuta.

De Arethuſa ſic Cicero II. act. lib. IV. in Verrem. *In hac inſula extrema eſt fons aquae dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium, qui fluctu totus operiretur, niſi munitione, & mole lapidum a mari disjunctus eſſet.* Ciofanus.

644. *Vecta eſt.*] Rectius, *fertur* in primo Gronoviano. nam, *vectus erat juvenis* mox ſequitur. deinde, *Tritonida arcem*, non *urbem*, tres ſcripti. vid. lib. VI. 70. VII. 400. VIII. 547. & alibi. Heins.

Vide

HAc Arethuſa tenus, geminos Dea fertilis angues
Curribus admovit; frenisque coërcuit ora:
Et medium coeli terraeque per aëra vecta eſt:
Atque levem currum Tritonida miſit in arcem
Triptolemo; partimque rudi data ſemina juſſit
Spargere humo, partim poſt tempora longa recultae.
Jam ſuper Europen ſublimis, & Aſida, terras
Vectus erat Juvenis; Scythicas advertitur oras.
Rex ibi Lyncus erat. regis ſubit ille penates.
Quâ veniat, cauſſamque viae, nomenque rogatus,
Et Patriam. Patria eſt clarae mihi, dixit, Athenae;
Triptolemus nomen. veni nec puppe per undas,
Nec pede per terras: patuit mihi pervius aether.
Dona fero Cereris; latos quae ſparſa per agros
Frugiferas meſſes, alimentaque mitia reddant.
Barbarus invidit: tantique ut muneris auctor
Ipſe ſit; hoſpitio recipit: ſomnoque gravatum
Adgreditur ferro. conantem figere pectus
Lynca Ceres fecit: rurſuſque per aëra miſit

Mopſo-

Vide Celeberr. Bentlej. ad Horat. lib. I. od. VII. 5. ubi egregie *arcem* & *arces* pro Palladis urbe vindicat. in uno Bonon. & Gronoviano etiam erat, *per aëra mota eſt.* Vid. III. ex Pont. II 63.

645. *Atque levem currum Tritonida miſit in Urbem Triptolemo.*] Triptolemum ſibi vindicabant Athenienſes, & Celei filium fuiſſe praedicabant, qui primus fruges coluerit. Hiſtoriam habes apud Pauſaniam lib. I. 14. Muſaeus autem Triptolemum Oceano Terraque genitum canit. Orpheus Dyſaule, qua natus eſt & Eubeleus; quibus, quoniam filiae raptum indicarint, Ceres (ut idem pergit) frugum ſationem dedit. Choerilus Athenienſis, in Alope Tragoedia, matrem Triptolemo dat Amphictyonis filiam, patrem vero Paron. ſed Argivi contendunt, Cereri apud ſe primum ſacra inſtituta, atque inde Trochilum Cereris ſacerdotem ob Agenoris ſimultatem profugum, in Atticam perveniſſe, ductaque uxore Eleuſina, Eubeleum, Triptolemumque ſuſcepiſſe. Haec ex Parrhaſio. Ciof. Vid. IV. Faſt. 508.

647. *Recultae.*] Vel ſimpliciter accipiendum *recultae*, pro aratae, ut ſint antitheta terra *rudis*, ſive inculta, & *arata*: vel etiam ad novales referendum agros, qui altero demum anno, aut etiam tertio recoluntur, ut *rudis*, & *reculta* terra, ſibi opponantur mutuo, quemadmodum reſtibilis ager & novalis. Micyllus. Pro aratae exponendum puto, quamquam poſt tempora longa, qua ratione dicatur, non definio. Glareanus. Recte dictum. ſic *recolere agros* Val. Flac. VII. 68. *recolere genitem* Idem II. 396. Et ita Livius, Plinius, & alii. *Relictae* unus Med. *refectae* alius. *recondi* unus Heinſii. locus, in quo primum frumentum a Triptolemo ſatum, A'ρόη dictum. vid. Auctorem Etym. Mag. in A'ρόη. Burm.

648. *Europen & Aſida terram.*] *Terras* ex optimo Thuaneo. & mox, *Scythicas oras*, non *Scythicaſque* caſtigatiores. Heins.

648. *Et Aſida terram.*] Ab *Aſia*, proprio, cujus prima longa eſt, ut apud Homerum, A'σίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. fuit enim *Aſius* rex quidam Lydorum, ut ibidem inquit, commentator, nam regionis nomen *Aſia*, primam corripit, ut, *Europa*, *atque Aſia* pulſus &c. Micyll.

649. *Advertitur.*] *Advertit in* Lovan.

650. *Lyncus.*] *Lycus* vitioſe dicitur apud Lutat. ad Stat. IV. Theb. 657. Vid. & Serv. ad Virg. Aeneid. I. 326. & Hygin. fab. CCLIX. & ibi Muncker.

651. *Qua veniat.*] *Quid* Florentinus, Vatic. & unus Gronovii. vid. ad lib. I. Pont. I. 13. Livius lib. XXXIV. 61. *Vocari Ariſtonem debere, & quaeri quid veniſſet.* Hygin. CXX. *qui eſſent, quid veniſſent.* in quibus *quid* eſt propter quid. vid. ad Quinctil. decl. X. 16. ſed hic quia ſequitur *cauſſamque viae*, retineo *qua*, & expono, quo modo, vel unde: nam reſpondet, nec *puppe*, nec *pede* ſe veniſſe, nec *per undas*, nec *per terras.* Burm.

652. *Dixit, Athenae.*] Athenae ἀπὸ τῆς A'θηνᾶς dictae ſunt: unde hic Noſter lib. II. *dictas à Pallade terras.* Ciofan.

660. *Rur-*

Mopſopium juvenem ſacros agitare jugales.
Finierat dictos è nobis maxima cantus.
At Nymphae viciſſe Deas, Helicona colentes,
Concordi dixere ſono. convicia victae
Cum jacerent, Quoniam, dixit, certamine vobis
Supplicium meruiſſe parum eſt, maledictaque culpae
Additis, & non eſt patientia libera nobis;
Ibimus in poenas: &, quo vocat ira, ſequemur.
Rident Emathides, ſpernuntque minacia verba;
Conataeque loqui, & magno clamore protervas

Inten-

660. *Rurſusque per aëra juſſit.*] *Miſit* fragmentum Voſſianum, Junianus, & unus meus, eleganti Graeciſmo. Epiſt. Penelopes:

—— *te quaerere miſſo*
Retulerat nato.

Plaut. Caſina III. vſ. 48.

Ego huc miſſa ſum ludere.

Apud Virgil. lib. II. Aeneid. 114. in nonnullis exemplaribus:

Suſpenſi Euryalum ſcitari oracula Phoebi
Mittimus.

Propertius libro II. Eleg. XVI.

Semper in Oceanum mittit me quaerere gemmas.

Statius Achilleïd. I. 209. *duros laxantem Aegaeona nexus Miſſa ſequi*, ex veteri codice. Caelius lib. I. Hiſt. *Celocem in Africam mittit viſere locum, ubi exercitum exponat.* Apulejus Met. III. ibidem ex membrana, *ſed quod alterius rei cauſſa facere miſſa ſum, in tuam recidit injuriam.* ubi perperam Colvius, *juſſa.* Guntherus Ligurini libro IX.

Regia miſſi
Quaerere jura viri.

Paullinus Carm. ad Cytherium:

Quem in diſertis proſecuta literis
Ad nos venire miſeras.

Vetus interpres Euangelii Matthaei cap. XXII. v. 3. *Et miſit ſervos ſuos vocare invitatos ad nuptias*, καὶ ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ καλέσαι τοὺς κεκλημένους εἰς γαμούς, & Luc. cap. I. vſ. 19. *Miſſus ſum loqui ad te, & haec tibi euangelizare*, ita & cap. IV. vſ. 18. & cap. IX. vſ. 2. & XIV. verſ. 17. Vide Avienum Fab. XXII. Rutilium lib. I. Itiner. verſ. 210. Maximian. initio Eleg. V. HEINS.

662. *Finierat doctos cantus.*] Imo *dictos* cum primo Palat. primo Mediceo, & decem aut undecim aliis: ne laudibus ſororis Muſa putide indulgeat. HEINS.

664. *Convicia victae Cum facerent.*] *Jacerent* Florentinus S. Marci, Urbin. Neap. prim. Palat. ſec. Medic. prim. Regius, prior Erfurt. decem alii. utrumque recte. ſequor tamen vetuſtiores. lib. XV. 779.

—— *toto Venus anxia coelo*
Verba jacit.

Faſt. II. 590.

Et jacit in medio talia verba choro.

Macrobius Saturn. II. I. *Haec nobis ſit docta cavillatio, vicem planipedis pudica & praetexta verba jacientis.* Stat. Theb. I. 411.

Mox ut jactis ſermonibus irae
Incaluere ſatis.

deinde *dixit*, non *dixi* cum praeſtantioribus. HEINS. Eodem redit, & *facere convicia* aeque obvium, ac *jacere*. Vid. ad Remed. 507.

668. *Qua vocat.*] *Quo vocat* ſeptem ſcripti. ut II. 356. *quo trahat impetus illam, Huc eat. feremur* Barberin. ſed Ep. XII. 211. *Quo vocat ira, ſequar.* unde & *quo* firmatur. BURM.

669. *Rident Euippides.*] Euippes filiae. Patronymica namque eſt forma. legitur etiam *Poeonides.* REGIUS. idque rectius: nam in altero quantitas repugnat, niſi quis extrito altero p. *Euipides* legendum contendat. *Poeonides* autem eadem ratione, qua mater illarum vocantur, ut ſupra, *Poeonis Euippe mater fuit.* MICYLLUS. In duobus Vatic. duobus Caeleſt. *Anipedes.* In uno meo, *Pierides.* In altero vero, & utroque Maffei, *Enipedes.* Ad marginem prioris mei notatum eſt, *Pierides, filiae Pierii regis Macedonum & Euippae.* Statuant doctiores, quo modo ſit legendum. CIOF. Mire hic turbant libri veteres. ſed ne in hoc luto diu haereatur, antiquiores ſcripturas ſolummodo adhibebo. *Rident Athipedes* primus Mediceus. *Rident Athides* Bernegger. prim. Gronov. & nonnulli alii. quidam *Athiades* cum ſecundo Mediceo, vel, *Achiades. Ridentque Athides* primus Palat. alii ex vetuſtioribus, *Enipedes*, vel *Eathides* & ſimilia. Florentinus S. Marci à manu prima, *Ridentemque Athides.* Scribe, *Rident Emathides.* ſupra nimirum illae ipſae,

Vel nos Emathiis ad Paeonas uſque nivoſos
Cedamus campis.

Antoninus Liberalis hanc fabulam inſcripſit Η'μαθίδαι. & ipſo fabulae initio, ὑπὸ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον ἐβασίλευσε Πίερος, αὐτόχθων Η'μαθίας. deinde, *minacia verba*, non *minantia* Florent. primae notae. Neap. Bernegger. qui etiam, *magno & clamore* cum primo Mediceo. à multis τὸ & abeſt. HEINS.

Intentare manus, pennas exire per ungues
Adſpexere ſuos, operiri brachia plumis:
Alteraque alterius rigido concreſcere roſtro
Ora vident, volucreſque novas accedere ſilvis.
Dumque volunt plangi; per brachia mota levatae
Aëre pendebant, nemorum convicia, picae.
Nunc quoque in alitibus facundia priſca remanſit,
Raucaque garrulitas, ſtudiumque immane loquendi.

Heins. *Theſpiades* Regius & quatuor alii. alii, *anguipedes*, *Agnipedes*, *Achanipedes*, & neſcio quae lectionum monſtra.

673. *Concreſcere.*] *Occalleſcere* Lovanienſis, ut lib. xiv. 316.

Oſque meum ſenſi pando occalleſcere roſtro.

674. *Ora videt.*] *Vident*, ex altero Erfurtano. Heins. Recte. vide quae notamus ad Vellej. Paterc. 1. 16.

675. *Plangere dumque volunt.*] In uno meo, *Plaudere.* Ciofan. *Dumque volunt plangi* meliores magno numero. ſic & lib. viii. 527. cenſeo ſcribendum,

Planguntur, matres Calydonides Eveninae.

lib. xi. 76.

Plangitur, & trepido conſtringit vincula motu.

ib. xiv. 580.

——— *ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.*

apud Silium libro 1. 589. ex optimo codice, ubi de Borea agit:

Nunc ipſas alis plangit ſtridentibus Alpes.

cui ſcripturae inſcite, ut ſolet, obloquitur Dauſqueius. Heins.

677. *Facundia priſca.*] *Prima* quatuor ſcripti: ita apud Lucan. x. 151. *Pone duces primos* quidam codices, vulgo *priſcos.* eadem varietas lib. 1. Faſt. 7. & iv. 372. & apud Propert. 1. vii. 3. Burm.

578. *Studiumque immane loquendi.*] In eodem meo, Vaticano, & Abb. *Studiumque inane loquendi.* ſed non placet, propter ſyllabam. Niſi quis mallet *E* in *Que* non elidi. Poſt hunc verſum legitur hic alius in uno Vaticano:

Semper & humanas imitantur in omnia voces.

Qui ſine ulla dubitatione adulterinus eſt, minimeque noſtro poëta dignus. Ciofanus. Arripuit pejorum codicum ſcripturam Barthius, *ſtudiumque inane loquendi*, lib. xxxi. adv. 11. & in notis ad Petron. c. 1. ubi & Ciofanum reprehendit. ſed aliquoties ita ille vim legi Pediae fecit. vid. ad iii. Amor. vii. 51. ita & Statio iv. 175. obtrudere volebat *Pyragmonis opus.* ſed de his hic agendi locus non eſt. Burmannus.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER SEXTUS.

Fab. I. Argumentum.

Minerva in anum.

[a] *Arachne Lydia, Idmonis filia, cujus mater genita* [b] *Hypaepis ſtudio lanificii famam quaeſierat,* [c] *cum materna induſtria cunctas praeceſſiſſet in opere faciendo,* [d] *feſtis diebus inſo-*

[a] *Arachne.*] *Aragne* Parm.

[b] *Hypaepis.*] *Genita Hypelis.* Parm. Lugd. *mater Hypaepis urbe parva genita.* Raener. Heins. *genita fuerat Hypaepis* Colon.

[c] *Cum materna.*] *Cum mater quoque ſua induſtria, cunctis* Colon.

[d] *Feſtis diebus.*] Sic & Veneta & MS. perperam Micylli, *iſtis diebus.* Raenerius utramque vocem omiſit. Muncker. *Itaque haec feſtis diebus inſolentia gloriata, magis quam* Colon.

[e] *Elocuta eſt.*] Horat. lib. III. od. 3. *Gratum elocuta conſiliantibus Junone divis.* Minuc. Felix Octavio. *non eloquimur magna, ſed vivimus.* Ad eundem modum *edicere* pro *dicere* frequenter uſurparunt deterioris aevi ſcriptores. vide adnotata a nobis ad iſta Fulgentii, *unde Idolum tractum ſit, edicamus.* Quibus addas licet & illa. Epiſcop. Galat. Epiſtol. ad Leonem. *Epiſcopi, qui ſua dignitate depoſiti videbantur, ſic edocuerunt.* Junilius in Praefat. ad Primaſ. *Quantum noſtra puſillanimitas ediſcere potuit.* Sex. Rufus praefat. *Res geſtas ſignabo, non eloquar.* Schol. Horat. lib. III. od. 19. *Quod Romanis Graecas hiſtorias, nec ad propoſitum pertinentes potius eloquatur.* Muncker. Vid. Barth. adv. x. 8.

[f] *Docta fuerat.*] *Edocta fuerat* Raener. Heinſ.

[g] *Venerat.*] *Venit* eaedem. *inde ad eam venit* Colon.

[h] *Odio futurum.*] Haec eſt lectio Micyllianae editionis. Venet. & MS. *otio futurum.* legerim, *exitio futurum.* Raenerius duas iſtas voces omiſit. ſed omittere ille frequenter ſolet, vel pro lubitu refingere, quicquid non capit, vel ad ſtomachum ejus non facit. Muncker. *ut audaciae impetum otio futurum.* Lugd. *otio* etiam Parm.

[i] *In certaminis propoſito.*] Veneta & Micylliana; *in certamine*, inducta voce poſteriori: MS. *in certamine propoſitum.* Muncker. Cum Veneta etiam Parm. & Lugd. & Colon. faciunt.

[k] *Opere propoſito.*] *Opere poſito* Colon. forte recte. vid. ad Phaedr. III. fab. 14.

[l] *Quae ſequuntur.*] *Quae ſequentur* Parm. *frequenter* vitioſe Lugd.

[m] *Inſeruerunt telae.*] *Telis ſuis ambae inſeruerunt* Colon.

[n] *Prior Minerva.*] *Tandem prius M. d. A. ſunt enim quaedam neceſſaria poſita inter verſus quae repraeſentant opus utrarumque* Parm. Lugd. qualia deinde etiam aſſuta leguntur. *prior quidem Minerva* Micyll. deſunt haec Colon. quae poſt *inſeruerunt* finit argumentum; & novum incipit ante verſ. 70. *Minerva incipit.*

[o] *Contentionem Athenarum.*] Micyllus, *contentionem de Urbe Athenarum.* Munck. Micyllus ita dedit, *Minerva incipit, inquit, quae telae ſuae &c.*

[p] *Lacu falſo.*] *In lacu falſo in arce edita* Colon.

[q] *Poſſeſſionem.*] *Proceſſionem* Raener. Heinſ. *poteſtatem* Colon.

[r] *Ipſa oliva.*] *Ipſa autem oliva* (*olea* in marg.) Micyll. *ipſa vero o.* Raener. Heinſ.

[s] *Item Rhodopen.*] *Item Aemum regem, reginamque Rh. Thr. qui pari &c.* Raener. Heinſ.

[t] *Amore conjugii.*] *Et amore* Veneta & Raenerius. Sed nec Veneta, nec MSS. 2. copulam iſtam agnoſcunt. Muncker. Agnoſcunt omnes Edd. quas vidi. *& amore conjuncti* Colon. rectius.

[v] *Transfiguratos.*] *Transfigurati ſunt* Parm. Lugd. *transfigurati* Micyll.

[x] *Item Pygantem caſu &c.*] Sic MSS. 2. Veneta:

insolentius gloriabunda, quam mortalem decuit, [c] *elocuta est. Nam Minervam, à qua* [f] *docta fuerat, ad certamen provocavit. Quae in anum versa, in hoc ad eam* [g] *venerat, ut ejus audaciae impetum* [h] *odio futurum compesceret. Quam cum* [i] *in certaminis proposito vidisset permanentem, reversa in suam speciem,* [k] *opere proposito in certamen descendit, & singula,* [l] *quae sequuntur,* [m] *inseruerunt telae;* [n] *prior Minerva, dehinc Arachne.*

Quae in Minervae telâ picta.

Minerva incipit. Itaque telae suae intexuit [o] *contentionem Athenarum inter se Neptunumque habitam; qui* [p] *lacu salso in arce edito suam* [q] *possessionem vindicabat:* [r] *ipsa oliva arbore à se inventa.* [s] *Item Rhodopen Threiciam, & Aemum, qui pari insania* [t] *amore conjugii Jovis & Junonis abusi erant nominibus, in montes* [v] *transfiguratos.* [x] *Item Pygantem casu ab Junone in gruem versam. Item Antigonen Laomedontis filiam,* [y] *quae cum Jove coisset,* [z] *ob admissum Juno eam transfiguravit in ciconiam. Item* [a] *Cinyrae regis Assyriorum praeterea filias ob insolentiam ab eadem dea* [b] *in graduum templi sui lapidem mutatas; per quae exempla* [c] *frangi posset de Minervae numine;* [d] *finemque operis sui explicuit. Is modus est, & facit arbore finem sua.*

Quae in Arachnes telâ picta.

Arachne autem, ut videretur per opera respondisse [e] *contentioni, telae suae intexuit, Jovem, in taurum versum ob Europae amorem.* [f] *Eumdem fecit in aquilam conversum, ut*

ta: *Pygantes casu ab Junone in gruem versa est.* Micyll. *Pygmeae quoque casum addit, quae ab Junone in gruem versa est.* Raenerius cum MSS. facit, nisi quod τὸ *casu* omittit. Scilicet minus id ei quadrare heic esse visum. Forte *pari casu* scripserat auctor. Etiam pro *Pygantem* rescripserim, *Pygmaeam*, vel *Pygmaeam matrem.* Certe non *Pygas* Pygmaea illa mater, sed *Oenoë* fuit dicta, auctore Anton. Liberal. cap. 16. vel *Gerana*, ut vult Aelianus in lib. de Animal. xv. cap. 29. Legas eandem fabulam apud Athenaeum lib. ix. cap. 11. Muncker. *Pygantes casu &c.* Parm. Lugd. *Pygmeae quoque casum, quae &c. conversa est* Colon.

[y] *Quae cum Jove coisset &c.*] Haec lectio est è codice Florentino, sed ἀνακόλουθον facit orationem, nisi scribas, *quae quum cum Jove.* Neapolitanus codex habuit, *quia cum &c.* Forte, *quam, quia cum Jove &c.* Sed τὸ *cum* proxime sequens induxerim cum Micyllo. Muncker. *Quam quod cum* Micyll. *quae c. j. coïerat* Raener. Heinsius. *quae dum cum Jove* Colon.

[z] *Ob admissum.*] Latinissime dictum est. Sext. Rufus Brev. cap. 19. *Ad satisfactionem tam audacis admissi.* Ovid. II. μετριοπαθείας ὑς. 381. *Conjugis admissum violataque jura mariti.* Heroid. Epist. XI. 381. *Admissi memores sed tamen este mei.* Et ὑς. 110. *Ah miser admisso plectitur ille meo.* Epist. XVI. 45. *Matris in admisso falsâ sub imagine lusae.* Metam. XI. ὑς. 380. *Sed memor admissi Nereida colligit orbam &c.* Rescript. Dioclet. in Collat. Leg. Mos. *Quod ex admissi discrimine sustinet.* Rescript. Divi Pii: *Sciet me admissum severius exsecuturum.* Paullus Recept. Sent. Lib. I. Tit. 5. *Pro qualitate admissi plectuntur.* Raenerio tamen probare se ista Latinitas non potuit, qui inde fecit, *admissum scelus.* Oblitus ergo erat etiam Lib. VIII. fab. 6. legi, *Ob admissum praecipitavit in pelagus.* Et Lib. XI. fab. 9. *Ne ultra persequeretur admissum.* Intelligi *crimen* debet, quod addit Ovid. Am. II. 7. *Me non admissi criminis esse reum.* Vel *facinus.* Salvian. de Provid. Lib. I. *Post facinus admissum Dei sermone conventus.* Micyll. *quam ob admissum scelus* Raener. Heins.

[a] *Cinyrae.*] *Cynarae* eaedem. *Cynare* Micyl. *item* deest Parm. Lugd. Micyl. *Cynarae quoque regis Assyriorum filias* Colon.

[b] *In graduum.*] *In gradus templi sui lapideos* Colon.

[c] *Frangi posset de Minervae numine.*] Ita & Veneta ac Raenerius. Nec aliter MSS. 2. Micyllus dedit, *frangi illa posset, deque Minervae numine certior fieri.* Quae sapiunt interpolationem. Muncker. *Frangi posset, suaque arbore operi finem imposuit*; omissis reliquis Colon.

[d] *Finemque operis sui &c.*] Haec est lectio MSS. 2. & Venetae. nec placet tamen admodum. Concinnius Micylliana, *finemque operi suo arborem suam olivam imposuit.* Forte scripserat, *finemque operis sui explicuit arbore suâ.* Reliqua certè à glossatore aliquo videntur addita esse ex illo Nasoniano versu: *Is modus est: operisque suâ facit arbore finem.* Muncker. *Finemque operi suo oliva arbore sua picta imposuit* Raener. Heins.

[e] *Contentioni.*] Ita reposui ex Micylliana MS. & Veneta praeferunt, *contentionem.* Raenerius pro istâ voce dedit nobis *sequentia.* Munckerus. *Arachne autem ne pari opera respondisse contentioni videretur.* Colon.

ut comprimeret Asterien. Eumdem in olorem, ut Ledam Thestii filiam comprimeret: Eumdem in Satyrum, ut [g] *Nycteida Nyctei filiam comprimeret. Eumdem in Amphitryona, ut Alcmenam Electryonis filiam comprimeret. Eumdem in aurum, ut Danaën Acrisii filiam comprimeret: in ignem, ut Asopidam. Duo sensus isti* [h] *in uno versu continentur. Eumdem in pastorem, ut Mnemosynen comprimeret: in serpentem, ut Deoidam. Et hi duo sensus in unum versum veniunt. Neptuni etiam cupiditatem* [i] *inserit, ita ut doceret eum in juvencum esse mutatum, ut* [k] *Aeoli filiam stupraret:* [l] *in amnem Enipeum, ut* [m] *Aeoli uxorem; in arietem,* [n] *ut Bisaltidam comprimeret. Hi tres sensus in tribus versibus, aliter cadere non possunt. Eumdem in equum, ut Cererem;* [o] *in volucrem, ut Gorgonam Medusam, ex qua equus Pegasus* [p] *proditur fuisse; in Delphinum,* [q] *ut Melantho. Hi sensus continentur in tribus versibus. Apollinis praeterea* [r] *in eadem contentione amoris furta* [s] *intexuit, indicans eum in accipitrem, interdum in leonem fuisse conversum;* [t] *alias in pastorem, ut Issen* [v] *Macarei filiam* [x] *comprimeret.* [y] *Liberum patrem quoque in uvam versum, ut Erigonen comprimeret.* [z] *Saturnum praeterea in equum versum, ut Phillyram Oceani filiam, ex qua Chironem Centaurum* [a] *dicitur* [b] *procreasse.*

Prae-

[f] *Eundem fecit.*] *Eundemque* Parm. Lugd. Micyll. in aliis, *item in aquilam*, ut & *item* deinceps semper pro *eundem* legitur. *eundemque fecit aquilam u. c. A. eundem quoque in olorem, ut cum Leda Tyndari filia rem haberet &c. deinde Neptuni* Colon. omissis reliquis.

[g] *Nycteida Nyctei filiam.*] Ita quidem cum MS. etiam Veneta & Micylliana. sed perperam. Antiope fuit dicta Nyctei filia: quam *Nycteida* appellat Naso, ut ab Antiope Asopi filia distinguat. vide notas nostras ad Hyg. Myth. cap. 7. Propert. 1. eleg. IV. *Tu licet Antiopae formam Nycteidos &c.* MUNCKER. *Nycteida* omittunt Plant. Frell. Heinsius.

[h] *In uno versu.*] *In unum versum* MS. & Veneta. Verum quae de sensibus inculcantur identidem, qui quot versibus contineantur, ea existimo omnia a glossatore aliquo orta, certe in Micylliana non comparent. Confer quae dicemus ad fab. 26. lib. VII. MUNCKER. *In unum versum* Parm. Lugd. *duo sensus isti ultimi* Plant. Frell. Heinsius.

[i] *Inseruit.*] Ita Veneta & Micylliana. MS. *infert.* MUNCKER. *Neptuni praeterea cupiditates inseruit* Raener. Heinsius. *Etiam inserit, eumque in Juvencum docet mutatum, u. Æ. f. s. Item in Enipeum Aloci uxorem &c. propter Apollinis &c.* Colon. iterum omissis pluribus.

[k] *Aeoli filiam.*] *Aeo. f. Arnen, aut, ut alii volunt, Menalippen.* Raener. Heinsius.

[l] *In amnem Enipeum.*] *Eipheum* Parm. Lugd. *In Enipeum* Raener. Heinsius.

[m] *Aeoli uxorem.*] Ita Micyllus. Sed MS. & Veneta, *Aeoliam.* Raenerius, *Iphimediam, ex qua nati Aloidae.* Non amo tam liberales correctores. sufficisset *Iphimediam.* vid. Hygin. Myth. cap. 28. MUNCKER. *Ut Aeoliam* Parm. Lugd. sed in Micylliana lego, *ut Aloci uxorem.*

[n] *Ut Bisaltidem.*] *Ut bis Alpidam* Parm. *Bisalpidam* Lugd.

[o] *In volucrem.*] *In equum volucrem* Raenerius. perperam. Vide Heinsius notas ad Metam. Ovid. lib. VI. ỹs. 119. Addo ejus observatis Tzetzae locum in Lycophr. p. 30. ubi inter alias causas cur Erinnys dicatur Ceres, hanc affert. ὅτι Ἐρινύϊ ὁμοιωθεῖσα μίγνυται Ποσειδῶνι καὶ γενᾷ τὸν Ἄρειονα ἵππον. MUNCKER.

[p] *Proditur fuisse.*] *Proditur natus* Raenerius. sed alterum cum MS. Venet. ac Micyll. adstruunt. IDEM.

[q] *Ut Melantho.*] *Ut Deucalionis filiam Melantho.* Raener. Heinsius.

[r] *In eadem contentione.*] Etiam heic cum MS. faciunt Veneta & Micylliana. sed Raenerius, *in eadem tela.* MUNCKER.

[s] *Intexuit.*] *Intexuit reddita*, Codex Neapolitanus & Veneta. Etiam mox cum Veneta, *indicat*, pro *indicans* cod. Florentinus. MUNCKER. *reddita* etiam Parm. Lugd. *indicant* Micyll. *Propter Apollinis quoque amorem & furta contextus indicat eum in accipitrem conversum, interdum in leonem, alias in pastorem* Colon.

[t] *Alias in pastorem.*] *In pastorem quoque* Raener. Heinsius.

[v] *Macarei.*] *Macharei* eaedem & Colon.

[x] *Comprimeret.*] *Incitaret* Colon.

[y] *Liberum.*] *Item Liberum p. in uvam, ut.* eaedem. *Liber pater quoque in uvam versus* Parm. Lugd. *post haec ut Liber pater quoque i. u. versus* Micyll. *Liber quoque pater in uvam conversus est, ut E. opprimeret* Colon.

[z] *Saturnum.*] *Saturnus praeterea versus in equum* Parm. Lugd. *Et Saturnus* &c. Micyll. *Item Saturnum* Raener. Heinsius. *Saturnus postea ut versus sit in equum, ut Ph. O. f. luderet* Colon.

[a] *Dicitur.*] *Videtur* Colon.

[b] *Procreasse.*] *Procreasse, comprimeret*, omnes Edd. Micyllus addidit, *ultimo hederam cum floribus velut*

PRaebuerat dictis Tritonia talibus aurem;
Carminaque Aönidum, juſtamque probaverat iram.
Tum ſecum, Laudare parum eſt; laudemur & ipſae:
Numina nec ſperni ſine poenâ noſtra ſinamus.
Maeoniaeque animum fatis intendit Arachnes:
Quam ſibi lanificae non cedere laudibus artis
Audierat. non illa loco, nec origine gentis
Clara, ſed arte, fuit. pater huic Colophonius Idmon
Phocaïco bibulas tinguebat murice lanas.
Occiderat mater: ſed & haec de plebe, ſuoque
Aequa viro fuerat. Lydas tamen illa per urbes
Quaeſierat ſtudio nomen memorabile; quamvis
Orta domo parvâ, parvis habitabat Hypaepis.
Hujus ut adſpicerent opus admirabile, ſaepe

Deſe-

veluti limbum circumtexuit. Plura vero opera &c. quae argumento ſequenti leguntur ſubjuncta, ubi ille omiſit.

1. *Aures.*] *Aurem* Berneggerianus recte. Heins. Vid. ſup. lib. v. 334.

3. *Tum.*] *Cum* Junianus. eadem varietas mox vs. 28. *tunc* multi. *ut ſecum* Mediceus unus.

5. *Maeoniaeque animum fatis intendit, Arachnes.*] Libri omnes calamo exarati habent, *Aragnes.* Ita ſaepe mutabant Latini Graecam rationem ſcribendi etiam in iis vocibus, quas è Graecis faciebant ſuas. Ciofanus. Unus Heinſii, *incendit*, ut apud Virgil. iv. 376. *Heu furiis incenſa feror.* Sed nihil muta: vide Heinſ. ad Val. Flac. vii. 114. Inſt. xx. 1. *Animum ad conciliandum favorem intendit.* qui & *intendere* abſolute dixit lib. i. 8. & xiii. 6. & paſſim alii. *Maeonidaeque* etiam Leidenſis. Burm.

7. *Loco.*] Patria. Cicero pro Archia: *loco nobili & celebri* &c. ita enim intelligendum. errant qui aliter ſunt interpretati. Ciofanus. Pontanus hìc *locum* pro genere, parentibus & avis capit, male: referendum ad dignitatem, ut *locum in republ. tenere.* vel ut Ciofanus fecit de patria. nam ita mox diſtinguit, iterum referens ejus originem, *orta domo parva*, id eſt humili neque ulla dignitate conſpicua. *parvis habitabat Hypaepis*, id eſt gente & urbe obſcura. Burmannus.

8. *Idmon.*] Variant ſcripti, quidam, *Ismon*, *Hysmon*, *Imon*, *Ethmon*, *Ithmon.* ſed *Idmon* rectum. ita enim & Argonauta dictus. & *Epidaurius Idmon* Stat. iii. Theb. 398. Thraciam puellam Arachnen videtur facere ex regio genere Probus ad Virgil. iv. Georg. 246. quamquam Lydiam Servius dicit. ut & Lutat. ad Stat. xi. Theb. 401. ubi male *Ariadne* vulgo legitur. Burm.

9 *Phocaïco.*] Hoc in loco haud dubie a Phocea Aeolidas urbe, quanquam Auctores a Phocide Graeciae regione nonnumquam uſurpant. Gia-reanus.

10. *Occiderat.*] *Deciderat* ex MSS. Gebh. iii. Crep. 7. ita paſſim *occidere*, *concidere*, & *decidere* commutantur. Vid. ad Epiſt. iv. 94. & alibi.

11. *Lydias tamen.*] Emendo, *Lydas.* dicitur enim *Lydus*, & *Lydius*, ſed *y* ſyllaba ſemper producta. idem ii. Faſt. 356.

Ridet amatorem Lyda puella ſuum.

Et in Ibin 449.

Lydia ſe ſcopulis ut virgo miſit ab altis.

Constantius Fanensis. Sic quidem vulgò ferè legitur. Admonent autem doctiores, legendum eſſe, *Lydas per urbes*, quod in *Lydias*, prior ubique longa ponatur, ut apud Horatium i. od. 8. *Lydia dic per omnes te deos oro*, &c. Et apud Virgilium viii. 479. *ubi Lydia quondam Gens bello praeclara jugis conſedit Hetruſcis.* Sed poſſet tamen & *Lydias* defendi hoc loco, ſi quis vel ἔκτασιν, vel *συνίζησιν* admittat. Micyll. *Lycias* tres Heinſii, *Libyas* duo, *Lydias* plurimi. In Mediceo & uno Moreti etiam, *ante per urbes.* recte. antequam mutata fuit in araneam vid. i. Faſt. 642. mox *habitarat* idem Mediceus & Strozzae. Burmanns.

12. *Quaeſierat ſtudio.*] Lanificii induſtria & diligentia comparaverat. Ciofanus.

13. *Parvis habitabat Hypaepis.*] Sic lib. xi. *Illic parvis finitur Hypaepis.* Utroque autem loco praepoſitionem detraxit. Hypaepa urbs eſt, ex Tmolo in Cayſtri campum deſcendenti. Auctor Strabo lib. xiii. Ciofanus. De Hypaepis, vide quae ad Petron. 137. notavimus. Stephanus vero addit pulcherrimas habuiſſe hanc urbem mulieres, donum Veneris.

Deſeruere ſui Nymphae vineta Tymoli:
Deſeruere ſuas Nymphae Pactolides undas.
Nec factas ſolum veſtes ſpectare juvabat;
Tum quoque, cum fierent; tantus decor adfuit arti.
Sive rudem primos lanam glomerabat in orbes:
Seu digitis ſubigebat opus; repetitaque longo
Vellera mollibat nebulas aequantia tractu;
Sive levi teretem verſabat pollice fuſum;
Seu pingebat acu; ſcires à Pallade doctam.
Quod tamen ipſa negat: tantâque offenſa magiſtrâ,
Certet, ait, mecum; nihil eſt quod victa recuſem.
Pallas anum ſimulat: falſosque in tempora canos
Addit, & infirmos baculo quoque ſuſtinet artus.
Tum ſic orſa loqui: Non omnia grandior aetas,
Quae fugiamus, habet. ſeris venit uſus ab annis.
Conſilium ne ſperne meum. tibi fama petatur

Inter

15 *Nymphae vineta Timoli.*] Lege ex duobus lib. ſcriptis *Tmoli*, quomodo Aldus edidit. Ciofan. Idem ſentit Ciofanus ad lib. XI. 86. ſed qua ratione verſus tunc fulciatur non video. alia res in loco II. Faſt. 313.

Jam Bacchea nemus, Tmoli vineta, tenebat.
Et *Tmolum* dictum fuiſſe κατὰ ποιητικὸν σχηματισμὸν, *Tymolum* vero vulgo, docet Stephanus de Urbibus. pro *vineta* vero multi, tam hic quam libro XI. codices, *dumeta*, *ſpineta*, *pineta* exhibent. ſed fruſtra: praeter enim locum jam adductum, *Tmolum* vino nobilem fuiſſe teſtatur Strabo lib. XIII. p. 637. Senec. Phoeniſſ. 602.

Hinc nota Baccho Tmolus attollit juga.
Vibius, *Tmolus Lydiae vino inſignis.* & Avienus Orb. Deſc. vſ. 994.

Lydia procedens longum latus explicat Euro,
In qua vitiferae Tmolus juga proſerit arcis.
& ita paſſim Noſſer & alii deſcribunt. Burman.

16. *Suas undas.*] *Suos amnes* Leidenſ.

18. *Tunc quoque cum fierent, tantus decor adfuit arti.*] Verſus hic ſuperiori rectius praeponatur. Nam, *Non factas veſtes*, pro *Nec* in multis ſcriptis. Heinsius.

21. *Nebulas aequantia.*] Hinc forte eſt quod ſcribit Arbiter. c. 55. *aſtare in nebula linea.* Douza. Vid. ad Petron. d. l. & Quinct. decl. I. 17.

23. *Sive levi teretem.*] Unus Regius, *ſeu levi.* ut ſit a λεῖος. ita lib. IV. 221. *Levia verſato ducentem ſtamina fuſo.* ſed alter Regius, *ſive levem tereti.* quod neſcio an non praeferri debeat, ut ſimul Arachnen a forma laudet. *teretia* enim membra laudabantur, ut notum, & praeſertim digiti I. Art. am. 622. & Hypaepas pulchris mulieribus nobilem fuiſſe urbem ex Stephano vidimus. & ita Minervae eam aequaret, quae εὔπηχυς dicitur a Rhiano apud Stobae. ſermone IV. pag. 54. pro *verſabat*, *ducebat* unus; *vergebat* Gronov. ſed fruſtra. vid. lib. IV. 34. & 221. & Ep. XIX. 37. *fuſus* vero *levis* recte dicitur, quia ex junco fieri ſolebat, teſte Plin. XI. 23. Burmannus.

24. *Quod tamen.*] *Sed tamen* Leidenſ. non ineleganter.

26. *Pallas.*] Ab haſtae quaſſatione dicta, id eſt vibratione, quod ſit bellicoſa. παλλεῖν enim *quatere* vocant Graeci. Haec primum aedificationem inveniſſe dicitur. Probus Eclog. II. ad illud Virg.

Pallas quas condidit arces. Ciofan.

26. *In tempora.*] *Ad tempora* novem ſcripti ex melioribus. ſic lib. III. 275.

Poſuitque ad tempora canos.
In tempore Mediceus unus & Heinſii. ſed nihil move, & vide de ſimilibus locutionibus Gronov. ad Senec. Thyeſt. 994. Burmann.

27. *Et infirmos baculo quoque ſuſtinet artus.*] Huc reſpexit Seneca: *Abdita iners ſenectus adjuvat baculo gradum.* Ciofanus.

28. *Non omnia grandior aetas, Quae fugiamus, habet: ſeris venit uſus ab annis.*] Admonuit me Muretus, hunc locum tranſlatum eſſe ex Euripide in Phoeniſſis ỳs. 531. cujus haec ſunt:

Ὦ τέκνον, οὐχ' ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ,
Ἐτεόκλεες, πρόσεστιν, ἀλλ' ἡ ἀμπειρία
Ἔχει τὶ λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

Ciofanus. *Debilis aetas* Urbin.

31. *Faciendae maxima telae.*] Sic omnes vet. & omnino melius, quam ſi legatur *maxima lanae.* Ciofanus. Hinc *lanificium.* multi tamen ex antiquis codices, *faciendae telae.* Heinsius. *Lanae* retineo. Catalect. Pith. p. 121.

De-

Inter mortales faciendae maxima lanae.
Cede Deae: veniamque tuis temeraria dictis
Supplice voce roga. veniam dabit illa roganti.
Adspicit hanc torvis, inceptaque fila relinquit;
Vixque manum retinens, confessaque vultibus iram,
Talibus obscuram resecuta est Pallada dictis:
Mentis inops, longâque venis confecta senectâ:
Et nimium vixisse diu nocet. audiat istas,
Si qua tibi nurus est, si qua est tibi filia, voces.
Consilii satis est in me mihi. neve monendo
Profeciisse putes; eadem sententia nobis.
Cur non ipsa venit; cur haec certamina vitat?
Tum Dea, Venit, ait; formamque removit anilem;
Palladaque exhibuit. venerantur numina Nymphae,
Mygdonidesque nurus. sola est non territa virgo.
Sed tamen erubuit; subitusque invita notavit

Ora

Domum servavit, lanam fecit.

Lucret. v. 1353.

Et facere ante viros lanam natura coëgit.

Vide ad Epist. xix. 49. Burm.

34. *Aspicit hanc torvis.*] Subintellige *oculis.* Ciofanus.

34. *Inceptaque fila relinquit.*] *Remisit* Lovan. & unus ex Basileensibus. lib. II. Fast. 755.

Desinit in lacrymas, inceptaque fila remisit.

Epistola xix. 197.

Stamina de digitis cecidere sopore remissis.

Tibullus lib. I. Eleg. III.

At circa gravibus pensis adfixa puella
Paulatim somno fessa remittere opus.

Libro tamen Artis II. 78.

—— *inceptum dextra relinquit opus.* Heins.

Infectaque Sprotii & alius. vid. lib. IV. 10. & mox 202. *relinquere* vero & *remittere* confuderunt iterum librarii mox 228. sed nos ad l. II. Art. am. 78. rationes dedimus, quare *relinquere* praeferamus. *remittere* rectum est in illis locis, ubi animi quadam affectione, languore aut simili casu ex manu & digitis aliquid cadit. sed *relinquere* est cum sponte & volentes definimus opus. Burm.

37. *Confecta.*] *Defessa* unus Moreti, unde *defecta* conjiciebat Heinsius. ut Phaedr. lib. I. 21. *defectus annis. tarda* vel *gelida senecta* nonnulli etiam.

40. *Neve monendo Profeciisse putes.*] Sic Plaut. Menaech. I. II. 14. *Atque adeo ne me nequicquam serves, ob eam industriam hodie ducam scortum ad caenam.* Douza. Sed ibi sarcasmus est & ironica irrisio, hic vero sensus est, si me videas id agere, ne putes ex tuo consilio me id facere, sed ex mea sententia, in qua persisto: nam ex Douzae sententia legendum foret, *neve monendo Nil feciisse putes*, ut in Plauti loco, *nequicquam.* Burmann.

43. *Tum Dea, venit, ait.*] Insigni temeritate Tollius ad Longinum Sect. IX. §. 18. truncat hic Poëtam, & duos versus conflans in unum legit:

Tunc Dea venit ait. venerantur Pallada Nymphae.

Sed nullus est codex, qui non media verba agnoscit. & elegantissime dictum *Palladaque exhibuit*, id est, se ostendit aperte esse Pallada, quae antea *obscura* erat. Sic inf. 213.

Exhibuit linguam scelerata paternam.

X. 181.

Exhibuit junctam cum viribus artem.

Justin. VIII. 4. *Orant, ut professum adversum Phocenses Ducem Graeciae exhibeat.* lib. XVI. 4. *Virtutem patriae exhibere cupientes.* Plaut. Milit. Glor. II. VI. 65. *Herum exhibeas volo*, quem locum Douza adscripserat suo codici: & ita passim alii. Vid. & ad Ep. XVII. 116. & Muncker. ad lib. III. fab. 6. arg. *Pallada se exhibuit* etiam Medic. primus. Burm.

43. *Removit.*] *Amovit* duo Medic.

45. *Mygdonidesque.*] Cum Hypaepe urbs sit Lydiae, ubi habitabat Arachne, & haec ibidem gesta finguntur, cur nominat *Mygdonidas nurus*, cum Mygdonia sit pars Macedoniae, aut Phrygiae? an ut saepe aliàs a vicino loco traxit Epitheton? haud credo, & suspicor scribendum, *Maeoniaeque nurus*: nam Lydiam dictam quoque Maeoniam in confesso est. Pontanus. *Maeonidesque* Vossianus, Mediceus & quatuor alii, sed Poëtas *Mygdoniam, Maeoniam* & *Lydiam* confundere notum est. sic Niobe, quae Maeoniam & Sipylum colerat, infr. 149. & ad Sipylum in saxum mutata dicitur, in

Mygdonia

Ora rubor: rurſusque evanuit. ut ſolet aër
Purpureus fieri, cum primum Aurora movetur;
Et breve poſt tempus candeſcere Solis ab ictu.
Perſtat in incepto, ſtolidaeque cupidine palmae
In ſua fata ruit. neque enim Jove nata recuſat:
Nec monet ulterius, nec jam certamina differt.
Haud mora; conſiſtunt diverſis partibus ambae,
Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.
Tela jugo vincta eſt: ſtamen ſecernit arundo:
Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis;
Quod digiti expediunt, atque inter ſtamina ductum
Percuſſo feriunt inſecti pectine dentes.

Utra-

Mygdonia dicitur exſtare Fpiſt. xx. 106. ſic *Mygdonii cadi* Propert. IV. 6. & hinc urbem Lydiae multi faciunt; vid. Paſſerat. quae confuſio inde venit, quia *Mygdones* re vera olim in Thracia habitarunt, ſed ſedes in Aſiam tranſtulerunt, ut & Lydi, Bebryces, Bithyni, Phryges & alii; vid. Strabon. lib. VII. pag. 295. quorum fines difficile diſtingui idem ait, lib. XII. 564. Burm.

47. *Interrita virgo.*] *Non territa* meliores. mox ſcribe, *notavit ora pudor*, pro *rubor*. nam *erubuit* praeceſſerat paulo ante. Heinsius.

49. *Candeſcere ſolis ab ortu.*] In uno meo legitur, *ſolis ab ictu*. Ciofan. *Ab ictu* prim. & ſecundus Palatini, Urbin. prim. Reg. prim. Moret. prim. Gronov. prim. Vatican. aliique quamplurimi. recte. Adeantur quae notamus lib. v. ŷs. 389. Heins. *Candeſcit* editi quidam & ſcripti.

50. *Stolidaeque.*] *Solitaeque* Cantabr.

51. *In ſua fata ruit.*] Livius VIII. 25. *ut ferme fugiendo in media fata ruitur.* quare male *redit* hic ſec. Mediceus.

51. *Neque enim.*] Multi ſcripti, *nec jam.*

53. *Conſiſtunt diverſis partibus ambae.*] *Conſtituunt*, telas videlicet, ex caſtigatioribus. Feſtus Avienus Deſcriptione Orbis terrarum, ŷs. 1313.

Pars telas ſtatuunt & veſtimenta laborant
Linea.

Perperam *lintea* ibi circumfertur. de *conſtituendi* verbo vide Gronovii annotata Livii lib. XXVI. cap. 16. tamen & *conſiſtunt telas* pro *conſtituunt* potuit Naſo dixiſſe. quomodo Lucretius lib. VI. 10.

Et per quae poſſunt vitam conſiſtere tutam.

adi indicem Giphanii in eo verbo. at Gebhardus τὸ *conſtituunt* in Naſone accipiebat, quomodo Salluſtio, *ad Cirtam oppidum iter conſtituunt.* ſed hoc pro iter decernere ponitur. pro *jugo juncta* Neap. Urbin. Bernegger. *vincta.* Heinsius. Non video Gebh. III. Crep. 2. capere *conſtituunt*, ut Heinſius ex Salluſtio profert, ſed pro conſtant, συνεϛήκασιν, una ſimulque conveniunt. ſed apage argutias. ego *conſiſtunt* retineo, quod *diverſis partibus* convenit, & eſt proprie dictum de duabus adverſariis, quae ad certamen ſe praeparant & pugnam. vid. ad Petron. 19. & ad Noſtrum Ep. XXI. 117. ſic diverſae partes in judiciis etiam *conſiſtere* millies Quinctiliano & aliis dicuntur. vid. ad Quinct. decl. VI. 9. *conſtiterunt* MSS. Berſmanni. Burmann.

54. *Geminas.*] *Tenues* pr. Gronov.

55. *Tela jugo juncta eſt.*] *Jugum* hoc loco ſignificat lignum illud, quo textores textricesque telam convolvunt. Id nos lingua vernacula *Subiam* nominamus: atque ita in quamplurimis Italiae locis. qua in ſignificatione apud neminem alium auctorem reperiri exiſtimo. Videtur autem Ovidius ingenioſe expreſſiſſe formam jugi, ſub quo dedecoris cauſſa victi hoſtes antiquitus tranſire cogebantur. Quod, ut Livius ait lib. III. ab urbe condita, *tribus haſtis fiebat, humi fixis duabus, ſuperque eas una deligata.* Qui vero ejus ſubeundi ignominiam ſcire avet, legat Livium ipſum lib. IX. non longe ab initio. Ciof.

55. *Secernit.*] *Secrevit* duodecim. *diſcernit* unus, *diſcrevit* alius.

56. *Inſeritur medium radiis ſubtegmen acutis.*] In meo libro antiquiore legitur *ſubtemen* ſine G. quo modo nunc eruditi viri excudendum praecipiunt: & vera eſt lectio. Sic Lucilius apud Priſcianum lib. III. *Intus ubi modo ſtet rectus ſubtemine panus.* Ita legendum ex vet. Priſciani lib. Peſſime in impreſſis aliter. *Subtemen* autem quaſi ſubſtamen dictum eſt. *ſubtemen* legitur etiam in ora Capran. ſic & in vet. Virg. libris: *Fert picturatas auri ſubtemine veſtes.* rectè. *Subtemen* noſtra lingua dicimus *trama*, quod vocabulum item eſt Latinum. Vide Servium lib. III. Aeneid. Ciofanus. Vide Caſaub. ad Perſ. Sat. VI. 73. ubi de omni texendi inſtrumento docte diſputat.

58. *Percuſſo feriunt.*] In illo Domin. *Percuſſo quatiunt.* Ciof. *Spiſſant* MS. Berſmanni.

58. *Inſecti pectine dentes.*] In uno meo & Caeleſt. *Inſerti.* Ciofanus. *Inſecti* recte plurimi ex antiquis. τὸ *feriunt* eſt in optimo Florentino, deletâ

penitus

Utraque feſtinant: cinctaeque ad pectora veſtes
Brachia docta movent, ſtudio fallente laborem.
Illic & Tyrium quae purpura ſenſit aënum
Texitur, & tenues parvi diſcriminis umbrae:
Qualis ab imbre ſolet percuſſus ſolibus arcus
Inficere ingenti longum curvamine coelum:
In quo diverſi niteant cum mille colores,
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit.
Uſque adeo quod tangit idem eſt: tamen ultima diſtant.
Illic & lentum filis immittitur aurum,
Et vetus in telà deducitur argumentum.
Cecropià Pallas ſcopulum Mavortis in arce

Pingit,

penitus veteri ſcripturâ. in optimo Thuaneo, Cantabr. & tribus aliis, *quatiunt*. quomodo & prior Erfurtanus pro diverſa lectione. Putabam aliquando, *paverant*, vel *paviunt*. de quo verbo fuſe ad Apulejum Colvius pag. 88 quomodo *pavire ſolum* dicebant, hinc & *pavimentum*. Nunc nil muto. Varro lib. IV. de L. L. *Stamen a ſtando, quod eo ſtat omne in tela velamentum. Subtemen, quod ſubit ſtamini. Irama, quod tramat. Phrygium id genus veſtimenti. Denſum, à dentibus pectinis, quibus feritur. feriunt* quoque Seneca in Epiſtola XC. agnoſcit, producto hoc ipſo loco. apud eundem *inſecti*, ut jam ſcribendum monuimus. Plin. lib. IX. 35. *Juba tradit Arabicis concham eſſe ſimilem pectini inſecto. Percutere* verbum textorium, ut in illo Juvenalis Sat. IX. 30.

Et male percuſſas textoris pectine Galli.

de lacernis. Lucanus libro X. 141.

Candida Sidonio perlucent pectora filo,
Quod Nilotis acus percuſſum pectine Serum
Solvit, & extenſo laxavit ſtamina velo.

Ita praeſtantiſſimus codex Voſſianae bibliothecae. nam in vulgatis exemplaribus, *compreſſum pectine* legitur. Heinsius. *Inſecto* rectum eſt. Idem Plinius lib. XVI. 24. *Folia inſecta pectinum modo piceae, abieti.*

59. *Utraque feſtinat.*] *Feſtinant* bene Florent. Neap. prim. Vatic. ſec. Medic. & octo alii. Heins.

59. *Cinctaeque.*] Poſſet per Graecismum explicari, ſed malo legere, *cinctaque ad pectora veſte. vinctaeque* Gronov. *à pectore* etiam quatuor libri.

60. *Studio fallente laborem.*] In eod. Caeleſt. *Minuente labores.* Ciofanus. Vide ſup. IV. 295.

61. *Senſit ahenum.*] Multi ex vetuſtioribus, *ſenſit.* mox, *percuſſis ſolibus arcus*, non *percuſſus* caſtigatiores. pro *arcus* unus Baſil. *Iris.* Heinsius. *Percuſſis nubibus* Junian. & quatuor alii.

61. *Purpura.*] Vide quid per purpuram intelligatur. Nam ego de filis intelligo, & *tenues umbrae* de coloribus, quod in Iride videmus, de qua veriſſime dicit, *Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit.* Vix enim colorum limites in ea diſcernuntur. Glarean.

63. *Qualis ab imbre ſolet percuſſus ſolibus, &c.*] De Iride ſic etiam Virg. lib. V. 609.

Illa viam celerans per mille coloribus arcum,
Nulli viſa cito decurrit tramite Virgo.

De Iride multa ſcitu digna ſcribit Marcellinus extremo lib. XX. Ciof. Vid. Cael. Rhodig. Lect. Antiq. XXII. 35.

66. *Tranſitus ipſe.*] *Ille* plurimi. forte, *inde.* ut XV. 469.

Quo tranſitus inde paratur. Heinsius.

68. *Immittitur.*] *Intexitur* maxima pars ſcriptorum. ſed modo praeceſſit, *texitur. innectitur* quatuor.

69. *Et vetus in telá deducitur argumentum.*] *Deducitur*, ſi haberem ſocios, qui mecum ſentirent, libentius hoc loco exponerem, *inſcribitur*, quam *effingitur*. Nam poſtea poëta ſubdit: *Sua quemque Deorum Inſcribit facies.* Aliquando valet depellere, dejicere. Cicero pro Caecina: *De fundo Caecina moribus deduceretur.* Hoc ipſum videtur declaraſſe M. ipſe Tullius, cum poſtea in eadem Orat. ita locutus eſt: *Quo loco depulſus Caecina.* Sic apud Senecam in Hercule Oeteo: *Quid hoc? quis axem eludit? & ab ipſis pater deducor aſtris.* Alio modo ponitur apud Plautum in Curculione II. 3.

Tace parumper, jacit volturios quattuor.
Talos arripio: invoco almam meam nutricem Herem:
Jacto baſilicum; propino magnum poculum, ille ebibit:
Caput deponit. quom dormiſcit, ei ſubduco anulum.
Deduco pedes de lecto clam, ne miles ſentiat.
Rogant me ſervi, quo eam: dico ire quo ſaturi ſolent.

Huic videtur convenire illud Tibulli:

Illa docet furtim molli decedere lecto.

Pingit, & antiquam de terrae nomine litem.
Bis ſex coeleſtes, medio Jove, ſedibus altis
Auguſtâ gravitate ſedent. ſua quemque Deorum
Inſcribit facies. Jovis eſt regalis imago.
Stare Deum pelagi, longoque ferire tridente
Aſpera ſaxa facit, medioque e vulnere ſaxi

Ex-

Aliter apud Ennium:

Deducunt habiles gladios filo gracilento.

Hoc videtur declarare Columella:

Et ſecum gracili connectere carmina filo.

Niſi quis aliter mallet. CIOFANUS. *Deducitur* hic proprie de lanificio. unde carmina etiam *deduci* dicuntur, quae ordine certo fiunt. de quo ad lib. I. Amor. XIV. 7. ſatis egimus. BURMANNUS.

70. *Cecropia.*] Euſebius hanc rem & litem apud Cecropem actam narrat in Chronicis, quod refutat Apollodor. lib. III. c. 13. qui cum noſtro duodecim deos hujus controverſiae judices dat. plura vide apud Serv. ad Virg. I. Geor. 13. & III. 122. & VIII. Æneid. 128. Lutat. ad Stat. IV. Theb. 42. & XII. 632. Auſon. de Clar. Urb. X. & ibi comm. locus, in quo judicium actum, dictus Διὸς ψῆφος. Teſte Apoſtolio in paroem. Cent. VII. 20. quare *ſcopulum* vocet vid. apud Holſten. ad Stephanum in Ἄρειος Πάγος. de hac re etiam nos plura, in Jove Fulgerat. cap. VIII. BURMANNUS.

72. *Bis ſex coeleſtes.*] Duodecim deos intelligit, ſex mares, totidem feminas, quos *Conſentes* nuncupabant, teſte divo Auguſt. IV. de Civ. Dei, eo quod in Jovis concilium adhiberentur. eos Ennius hoc diſticho complexus, quod Marcianus citat. lib. I. nupt. Mercurii & Philologiae, nec non Apulej. de Deo Socratis:

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Quorum meminit & commentator Apollonii in ſecundam Argonaut. CONSTANT. FANENS. Exſtat apud Suetonium in Auguſto cap. 70. hoc diſtichon, in quo horum Deorum numerus eſt:

Cum primum iſtorum conduxit menſa Choragrum,
Sexque Deos vidit Manlia, ſexque Deas.

Et apud Plautum in Epidico act. V. ſc. 2.

Si undecim Deos praeter ſe adducat Juppiter.

Si horum Deorum nomina ſcire aves, lege Obſervat. lib. XIII. 27. CIOFAN.

74. *Regalis imago.*] Vide Diſſertat. de Jove Fulgeratore cap. XIV.

75. *Stare Deum pelagi.*] *Nare* codex unus ex Leidenſibus pro diverſa lectione. non male. HEINS. *Stare* praefero, ut opponatur ſedentibus reliquis. ita Neptuni imaginem Euphranor excellentiſſimis majeſtatis coloribus complexus, non potuit deinde Jovis auguſtiorem repraeſentare. Valer. Max. VIII. XI. ext. 5. ita & Val. Flac. I. 679. *Ubicumque rotis horrendus equiſque Stas, pater.* BURM.

77. *Exiluiſſe fretum.*] Sic in nonnullis, & recte legitur. dicitur enim in fabulis, cum certaret cum Pallade Neptunus de Athenarum nomine, percuſſo a Neptuno ſcopulo mare ſubito exſtitiſſe. ſed & equum a Neptuno eo pacto editum illo in certamine non minus eſt reperire, ideo prior etiam lectio recta, *Exiluiſſe ferum. ferum* autem equum dici ſatis ſit nobis Virgilii auctoritas. *In latus inque feri curvam compagibus alvum.* NAUGER. Emendati codices habent, *Fretum*, quod & is, qui epitomata fabularum Ovidii ſoluta oratione compoſuit, ſic redintegrandum eſſe oſtendit; lege primam collectaneorum noſtrorum hecatoſtyn cap. 57. CONSTANT. FANENSIS. *Fretum* alii hoc loco legunt non *ferum.* Neque enim equum, ut vulgo traditur, in hac contentione deorum, ſed aquarum ſcaturiginem à Neptuno productam volunt. Idque etiam Lactantius ſenſiſſe videtur, qui in argumento lacum falſum à Neptuno editum dicit. Baptiſta Pius (in Racemationibus cap. 8.) Varronem citat, apud quem eadem haec fabula in hunc fere modum traditur: *Cecrope regnante*, inquit, *cum circa arcem Athenienſem olea arbor forte enata eſſet, & juxta aquarum ſcaturigo emanaret, conſultum ſuper hoc veluti prodigio Apollinem reſpondiſſe, per oleam Minervam, per aquam Neptunum ſignificari, eoſque deos inter ſe certare uter urbi nomen imponeret. Quare penes populum eſſe, utrius dei nomine appellari illam vellent, decernere. Athenienſibus itaque in ſuffragia euntibus, cum mares Neptuno, mulieres Minervae faverent, viciſſe Minervam calculo uno. Quare Neptunum indignatum, mox tantam aquarum vim effudiſſe, ut totam prope Aticam inundaret. Sed poſtea tamen iterum placatum, mulieribus ea poena multatis, ut neque ſuffragia poſthac ulla ferrent, neque de ipſarum nominibus filii appellarentur, neque ipſae etiam Atheneae vocarentur.* Haec ille. Atque huc etiam Statium alluſiſſe volunt XII. Thebaidos 632. ubi inquit:

Ipſe quoque in pugnas collis vacuatur, ubi ingens
Lis ſuperûm, dubiis donec nova ſurgeret arbor
Rupibus, & longa refugum mare frangeret umbra.

Eadem autem & Hyginus (fab. CLXIV.) ferè tradit, niſi quod hîc lacum, ſeu ſcaturiginem aquae non in ipſo certamine, ſed poſt, cum ob victoriam amiſ-

Exsiluisse ferum; quo pignore vindicet urbem.
At sibi dat clypeum, dat acutae cuspidis hastam:
Dat galeam capiti: defenditur aegide pectus.
Percussamque suâ simulat de cuspide terram
Prodere cum baccis foetum canentis olivae;
Mirarique Deos. operi victoria finis.

Ut

amissam indignaretur, edidisse Neptunum, totamque Atticam aquis inundare, unde à Mercurio prohibitus fuit, voluisse dicit. Commentator autem Aristophan. in Nub. (ut hoc quoque addamus) addit Neptunum ob amissam Atticae possessionem, Athenienſibus δυσβουλίαν immisisse, hoc est, ut de rebus suis malè ac stultè consultarent. sed Minervam contra id vitium ita compensasse, ut male consulta bene caderent. Hinc proverbium natum, Ἀθηναίων δυσβολία. de quo Erasmum vide. Quod autem & Virgilius I. Georgic. equum à Neptuno procreatum dicit, quem hîc Regius secutus videtur, id ad eum equum pertinere, idem Pius ait, qui, à Neptuno percussis in Thracia scopulis, prodierit. Quod eone modo, an aliter accipiendum sit, doctioribus judicandum relinquo. Potest enim etiam Neptunus in primo certamine equum procreasse, quando Pallas oleam protulit, ac postea amissa victoria indignatus, ut Hyginus sentire videtur, aquarum diluvium immisisse videri. Ceterum, ut neque hoc praetereamus, *Ferum* pro Equo poni apud poëtas non obscurum est: sic enim & Virgil. dixit II. Aeneidos 51.

Sic fatus, validis ingentem viribus hastam
In latus, inque feri curvam compagibus alvum
Contorsit, &c.

Et *semiferi*, centauri eadem ratione alibi dicuntur. Micyllus. *Fretum* legendum est, non *ferum*. Nam & Herodotus lib. VIII. 55. de contentione Palladis & Neptuni loquens, Ἐσὶ δὲ, inquit, ἐν τῇ ἀκρόπολι ταύτῃ Ἐρεχθέος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι νηὸς, ἐν τῷ ἐλαίητε καὶ θάλασσα ἔνι, τὰ λόγος παρ' Ἀθηναίων, Ποσειδῶνά τε καὶ Ἀθηνάίην ἐρίσαντας περὶ τῆς χώρας, μαρτύρια θέσθαι. Et hujus freti etiam Comment. meminit Iliad. p. qui ex Callimacho tradit, in hac contentione Neptuni & Palladis, hanc quidem oleam, illum autem aquam maris procreasse. Idem in Retractationibus. *Exsiluisse ferum* veteres libri. Sed alteram lectionem comprobat Hyginus cap. CLXIV. *Inter Neptunum & Minervam cum esset certatio, qui primus oppidum in terra Attica conderet, Jovem judicem sumpserunt. Minerva quod primum in ea terra oleam sevit, quae adhuc dicitur stare, secundum eam judicatum est. At Neptunus iratus, in eam terram mare coepit irrigare velle, quod Mercurius, Jovis jussu, id ne faceret prohibuit. Itaque Minerva ex suo nomine oppidum Athenas condidit, quod oppidum in terris dicitur primum esse constitutum.* Ciofanus. Erudite, quod in Palatino legitur, *Exiliisse ferum*. Manifeste enim, & locum Virgilii, & fabulam eandem de Neptuno, qui equum tridente primus in certamine cum Minerva protulisse dicitur, respexit Poëta:

——— *tuque ô, cui prima frementem*
Fudit equum, magno tellus percussa tridente,
Neptune.

Ubi late fabulam commemorat Servius. *Ferum* autem ἀρχαϊκῶς *equum*. Qua voce delectatus & Maro,

— *inque feri curuam compagibus alvum*
Contorsit.

de Durateo equo. Et ita Gryphiana editio. Quanquam sciam, quid ex Hygino eruditi adferant. Dan. Heins. *Ferum* plerique veteres, ut de equo intelligatur, quod & alii jam monuerunt. sic apud Virgilium:

Inque feri curvam compagibus alvum.

Neque aliter passim auctores. Heinsius. De voce *Ferus* vid. Comment. ad Phaedr. I. fab. 12. *exhibuisse ferum* etiam cod. Menard.

81. *Edere cum bacis.*] *Bacis* per unum *c*. Iidem libri, & *fetum canentis olivae*. In uno meo, Briantii, & Dom. *Fetum candentis olivae*. Ciofan. *Prodere* Bernegger. excerpta Calandrae, prim. Medic. & decem alii. bene: dictum alibi. Heinsius. De verbo *prodere* supr. lib. v. 517. & alibi egimus. vid. & Gifan. Ind. Lucret. in *proditus*.

81. *Foetum.*] *Foetum* pro arbore posuisse videtur, nam olivae fructus *Baccae* sunt, nisi quis per id, quod praecedit, quod sequitur intelligi malit. Glareanus. *Fructum* tres. *fructus* unus. *factus* Oxon.

81. *Canentis olivae.*] Plurimi, *candentis*, ita lib. VII. 499. *ramum popularis olivae*; ubi & *candentis* codex vetus. unus, *pallentis*. Bononienſis, *ramum frondentis olivae*: etiam non male; ut alludatur ad Graecorum θάλλειν & θάλλον, quas voces proprie de hac sacra oliva, sive μορίᾳ Palladis dictas esse ostendimus in Jove Fulger. c. VIII. ubi pluribus de ea egimus. & celeberrimus Perizonius ad Aelian. VI. 6. ostendit θάλλον proprie de Oleae ramo dici. & ita Noster eo respicit lib. VIII. 295.

Baccaque cum ramis semper frondentis olivae.

Burmannus.

82. *Operis finis.*] *Operi* tertius Medic. secundus Moreti, & unus meus. sic infra paulo post, *operique sua facit arbore finem* Berneggerianus. Heins. Ita II. Art. 731. *Finis adest operi.* Vid. ad Remed. 143.

Ut tamen exemplis intelligat aemula laudis,
Quod pretium ſperet pro tam furialibus auſis;
Quattuor in partes certamina quattuor addit,
Clara colore ſuo, brevibus diſtincta ſigillis.
Threïciam Rhodopen habet angulus unus, & Haemon:
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam;
Nomina ſummorum ſibi qui tribuêre Deorum.
Altera Pygmaeae fatum miſerabile matris
Pars habet. hanc Juno victam certamine juſſit
Eſſe gruem; populisque ſuis indicere bellum.
Pingit & Antigonen, auſam contendere quondam
Cum magni conſorte Jovis; quam regia Juno
In volucrem vertit: nec profuit Ilion illi,
Laomedonve pater, ſumtis quin candida pennis

Ipſa

83. *Aemula laudis.*] *Aemula dictis* Genev.

87. *Threïciam Rhodopen.*] Haemus (ut hinc colligere poſſumus) rex fuit Thraciae potentiſſimus, qui Rhodopen Strymonis fluvii filiam, ex qua Neptunus jam Atho gigantem ſuſtulerat, duxit uxorem, qui in tantam arrogantiam elati ſunt, ut Haemus ſe eſſe Jovem, Rhodope vero Junonem praedicarent, ac ut Deos ſe adorari juberent: qua inſolentia Juppiter indignatus in montes eos commutavit. Rhodope autem (ut Stephanus ſcribit) etiam Joniae urbs eſt, unde *Rhodopeus* & *Rhodopeius* derivatur. Regius. De hac fabula in libello de Fluminibus, qui Plutarcho vulgo adſcribitur, in hunc modum traditur: *Apud Strymonem*, inquit ille, *duo montes jacent Rhodope & Haemus. Hi cum ex eodem patre nati eſſent, coeperunt mutuo inter ſe amore ac deſiderio flagrare. Ac Haemus quidem ſororem appellabat Junonem, illa vero amatorem ſuum Jovem, prava quadam affectatione. Quare dii contumelia affecti, ac graviter ferentes, in montes iiſdem nominibus ambos convertêre. autor Thraſyllus Mendeſius.* Micyllus. Vide Nicol. Loenſ. Miſcel. Epiph. lib. II. 19. & huc alludit Lucianus in ſaltatione, ubi inter argumenta τῆς ὀρχήσεως ponit, Haemum & Rhodopen, & Lycurgi ſupplicium, quae Thracia praebet: ex his vero natum Hebrum ait Servius ad Virgil. I. Aeneid. 320. alia Rhodope laſciviſſima meretrix fuit, Charaxi fratris Sapphus amica, quam innuere Lucianum puto eodem libro de Saltatione, initio, ubi cum Phaedra & Parthenope conjungit. alia videtur eſſe Rhodope Amiſſena, cujus meminit Ptolem. Hephaeſt. lib. VII. ſimilem ſuperbiam Ceyci & Halcyonae, qui ſe Jovem & Junonem dicebant, fuiſſe Metamorphoſeos cauſſam tradit Apollodorus lib. I. cap. 7. Egregie vero Loydius, vel quicumque Lexici Geographici Architectus, hic notat Ovidium nomine *anguli* indicare partem Rhodopes montis, qua avulſus ab Haemo fuit. papae! quantum eſt ſapere. an credas tales compilatores umquam loca Poëtarum, quae citant inſpexiſſe. ſed forte ille locupletator Lexici male cepit verba eruditiſſimi Valeſii ad Socrat. lib. II. cap. 22. qui ſcribit, montes hos Rhodopen & Haemum ex diverſis partibus conſurgentes, in unum coire, & ita *angulum* facere & ſe oſculari videri, unde ille natam fabulam de mutuo horum amore putat. ſed *angulus unus*, hic una ex quatuor partibus picturae eſt. ut & mox ỳs. 98. Burmannus.

87. *Haemum.*] *Haemon* decem veteres. Heinsius.

89. *Nomina.*] *Numina* Medic. & duo alii. *omnia* Lovan.

90. *Pygmaeae matris.*] *Pygmaeos ἀπὸ τῆς πυγμῆς* habere nomen Auguſtinus de Civitate Dei tradit, eo quod ſint palmari ſtatura, ſive ſpitamaei. Hos Strabo & Mela in Arabia ponunt. Solinus etiam in Thracia circa urbem Geraniam. Unde à gruibus pulſos dicit. Quae res fabulae locum dediſſe videtur. meminit horum & Gellius lib. IX. cap. 4. & Athenaeus libro nono cap. II. Micyllus. Fabulam hanc etiam narrat ex Boeo Antoninus Liber. cap. XVI. qui dictam Oenoen ait nuptam Nicodamanti, ex quo peperit Mopſum. Athenaeus vero ex ejuſdem Boei Ornithogonia fabulam refert, & ex ea natam teſtudinem terreſtrem, ſed nomen mulieris non addit, neque ſcio quare nomen Geranae huic matronae ab Athenaeo tribui Farnabius adnotaverit, cum *γέρανος* ibi gruem, avem ipſam notet; rectius illud nomen (ſi legiſſet Parrhaſii Epiſt. XL. in Theſ. Critic. Tom. I. p. 770.) ex Aeliano de Animalib. lib. XV. cap. ult. repetiſſet, qui non tantum Junonem & Dianam, ſed & Venerem praeſe contemſiſſe narrat. Aelianum fere ad verbum deſcribit Apoſtolius Paroem. Cent. XVII. 70. niſi quod pro Diana Minervam ponat, ſpretam a Gerana.

Cen-

Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.
Qui supereſt solus Cinyran habet angulus orbum:
Isque gradus templi, natarum membra suarum,
Amplectens, saxoque jacens, lacrimare videtur.
Circuit extremas oleis pacalibus oras.
Is modus est; operique suâ facit arbore finem.
Maeonis elusam designat imagine tauri
Europen: verum taurum, freta vera putares.
Ipsa videbatur terras spectare relictas,
Et comites clamare suas, tactumque vereri
Adsilientis aquae; timidasque reducere plantas.
Fecit & Asterien aquilà luctante teneri:
Fecit olorinis Ledan recubare sub alis:
Addidit, ut Satyri celatus imagine pulchram

Juppi-

Centur. VI. 8. de Gruibus late agit, sed quae nihil ad hanc fabulam. Burmannus.

92. *Populisque suis indicere bellum.*] *Bellum indicere* eleganter dicitur. M. Tullius in Orat. de Provinciis consul. *Bellum indixi, atque intuli.* Et initio II. in Ant. *Quonam meo fato P. C. fieri dicam, ut nemo his annis viginti reip. hostis fuerit, qui non bellum eodem tempore mihi quoque indixerit?* Livius lib. II. de Porsena: *Hoc tibi juventus Romana indicimus bellum.* Ciofanus.

93. *Pinxit.*] Meliores, *Pingit.* Berneggeri & Basileensis unus etiam, *finxit.* sed male. quidquid enim coloribus exprimitur, *pingi* dicitur. sic sup. 71. Heinsius. Ita & Claud. I. Rapt. 265. etiam de Lanificio agens:

Nec non & patrui pingit sacraria ditis.

ubi etiam codices, *fingit.* Burmann.

93. *Antigonen.*] Laomedontis filiam, ad quam quosdam illa Virgilii lib. I. 31. *Spretaeque injuria formae* referre Servius adnotat. quod Donatus refellit. de hac ita scribit & Servius ex Codice Leidensi ad II. Georg. 320. ubi *candida avis* dicitur. *Ciconia, id est Antigona filia Laomedontis regis Trojae, quae habuit comam magnam, ut diceret se similem Junoni, cui displicuit similitudo ejus, quam contra se. & mutavit comam Antigonae in serpentes nocentes ei, & postea miseratione deorum versa est in avem, quae veris tempore ab Africa venit.* Mendosa sunt illa verba, *quam contra se.* forte, *qua contra se efferebatur*, vel, *quam contra se jactabat*, aut simile quid. Burmannus.

95. *Ilion.*] In uno meo, *Ilios.* Ciof.

96. *Laomedonve pater.*] Gronovianus, *fuus.* non male. ut Virgil. II. Aeneid. 522.

Non si ipse meus nunc adforet Hector,
nec prosunt Ilion &c. Regius codex.

96. *Sumtis.*] *Subitis* unus Heinsii. Vid. ad IV, 561. Burmannus.

98. *Qui supereſt solus Cinyran.*] Cinyras Assyriorum rex filias habuit pulcherrimas, quae se Junoni praeferre ausae fuerunt. quare indignata Juno eas in gradus templi sui commutavit, ac patrem gradus ipsos pro filiarum corporibus amplectentem itidem in saxum commutavit. Regius. De Cinyra infra pluribus agemus. Ceterum videtur & nomen cum fabulae argumento convenire. Cinyras enim ἀπὸ τοῦ κινύρεσθαι dictus est, quod verbum Graecis lugere & conqueri significat. Quare falluntur, qui *Cynaram* per *a*, in penultima, scribunt. Micyll. Non est idem cum Myrrhae patre, de quo lib. X. v. 299. Farnab.

101. *Oleis pacalibus.*] *Baccalibus* Cantabrigiensis; & ita conjecerat Gronovius. sed vulgata bona est. Vide lib. XV. 591. Heinsius. *Bacaribus* Junian.

101. *Circuit extremas, &c.*] Scaliger πάρεργα picturae, intelligi in margine annotarat, quae extrema, ut plurimum & margines occupare solent. Dan. Heinsius. Ita Πάρεργον vocat Lucianus in Domo pag. 909. picturae ornamentum, quod Perseum interficientem monstrum exprimebat. & ita cape illa Moschii Idyll. II. 55.

Ἀμφὶ δὲ δινήεντος ὑπὸ ῥεφάνῃ ταλάροιο
Ἑρμείης ἧστο.

Et vers. 61.

Χρύσιον ταλάροιο περίστεπε χείλεα ταρσοῖς.

Vide Jun. de Pictur. III. cap. 7. ubi docet haec negligentius pingi solere. & hinc explica illud Sophoclis in Philoct. 474. ἐν παρέργῳ θοῦ με. pone me in parte navis minus honorata, ubicumque vis, ut recte Scholiastes. Burmannus.

104. *Europam.*] *Europen* duo codices. Heins.

104. *Verum taurum.*] Martial. I. Ep. 110.

Aut utramque putabis esse veram.
Aut utramque putabis esse fictam. Douza.

105. *Relictas.*] *Paternas* Barberin.

107. *Timidasque recondere plantas.*] Multi ex vetu-

Juppiter implerit gemino Nyctëïda foetu:
Amphitryon fuerit, cum te Tirynthia cepit;
Aureus ut Danaën, Asopida luserit igneus;
Mnemosynen pastor: varius Deoïda serpens.

Te

tustioribus, *recludere.* at primus Vatic. Mediceus unus ex optimis, & decem alii, *reducere.* quomodo Neap. Urbin. Arondel. pro diversa lectione. quod verum est. *reducere*, identidem adducere & retrahere. *subducere* dixit Noster l. v. Fastor. 611. in hac eadem Fabula,

Saepe puellares subducit ab aequore plantas,
Et metuit tactus assilientis aquae.

Idem usus verbi *reducere* Met. XII. 132.

——— *clypeoque adversa reducto,*
Ter quater ora viri, capulo cava tempora pulsat.

Marcianus Capella lib. VIII. *ab octava parte Arietis per totum corpus ejusdem ad reductum tauri pedem. reducere ora* Statio Theb. XI.

Ora reducentem premit adstridentibus Hydris.

Et inf. lib. VII. 182. quidam codices, *vestes reductae.* Claudian. I. in Eutrop. *Leviterque reductis Vestibus.* HEINSIUS.

108. *Asterien.*] Fabulam habet Hyginus LIII. ubi vide Munckeri notas. illam Poli & Phaebes filiam facit idem in praefatione, ubi *Caei* nomen restituit Munckerus. Architectus vero Lexici Historico-Poëtici sub nomine Loydii, ex Asteria Herculem natum, teste Fulgentio, adfirmat, quod ego invenire apud eum non potui. sed Cicer. III. de Nat. Deor. 16. varios inter Hercules, unum, quem Tyrii colunt, Jovis & Asteriae filium facit. Scholiastes Apollon. Rh. lib. III. 1034. dicit, Jovem coisse cum Asterie & vitiatam dedisse Perseo, unde nata fuit Hecate, ex Musaeo referens fabulam. quam & Cicero tangit lib. III. de Divin. 18. quamvis Callimach. Hym. in Del. 293. ideo Junonem non Asteriae iniquam dicat, quod fugerit Jovis amplexus. Nonnus etiam lib. II. Dionys. pag. 49. dicit Neptunum insano amore persecutum Asterien, quae an eadem sit nescio: plures enim hoc nomine fuerunt. sic Asteria τῆς Κορῶνου καὶ Ἀπόλλωνας filia, ex qua Idmon Argonauta Schol. Apollon. I. 134. nisi ibi nomen corruptum sit, & legendum, Κυρήνης. Cyrenes eum filium facit Hyginus Idmona, ut mater & filia fuerint confusae, vel legendum sit *Coronidis*, ex qua Apollo etiam Aesculapium suscepit. Asterie vero cur dicta sit, vide apud Callimach. Hym. in Del. 89. quia fugiens Jovem in mare insiluit Ἀστερίη. Vitiasse vero Jovem Asterien ministerio aquilae videtur Noster innuere. sed illa verba *aquila luctante* obscura mihi videntur: an, dum cum aquila luctatur Asterie, & in fuga a volucri retenta, compressa fuerit, an aliud quid indicetur, nescio, an Jove in aquilam conversо, ut Lactantius in argumento, an aliud quid significetur. BURMANNUS.

109. *Ledam.*] *Ledan* Cantabr. vid. inf. 707. HEINSIUS.

110. *Addidit ut Satyri.*] Fabula haec non admodum vulgata. Antiopae fata quidem ab Hygino fab. VIII. narrantur, & iisdem fere verbis a Pseudo-Cornuto ad Persei Sat. I. ℣s. 91. nisi quod perperam Antiopen *Fimeri Merei regis filiam*, dicat pro *Nyctei*; ejus enim filiam & Noster facit. vide Passer. ad Propert. libr. I. eleg. 4. & quos ibi citat. licet quosdam confundere hanc cum Antiopa Asopi filia notaverit jam Munckerus ad Hyginum. & hinc *Nycteis* a Statio lib. VII. Theb. 190. dicitur simpliciter. ad hanc Jovis etiam Metamorphosin alludit idem Poëta lib. IX. 423.

Falsa nunc improba fronte
Cornua.

ubi Lutatius, *ideo cornua, quia cornuti sunt Satyri, quorum imaginem sumpserat Jupiter.* Barthius rariorem hujus fabulae mentionem esse propter Tragoedias amissas, quae *Antiopae* titulo inscriptae fuere, putat. ut Euripidis fuit, ex quo Ennius & Pacuvius quoque transtulerunt. vide Column. ad Ennii fragmenta p. 291. falli vero Lutatium puto ad Stat. Achill. I. p. 263. ubi Jovem in Dianam conversum Antiopen stuprasse narrat, confundens fabulam Callistûs, quam Noster lib. II. narravit. Sidonius quoque Apollinaris has diversas Jovis fraudes breviter colligit Carm. XV. 174.

Jamque Jovem in formas mutat, quibus ille tenere
Mnemosin, Europam, Semelen, Laedam, Cynosuram,
Serpens, bos, fulmen, Cygnus, Dictynna solebat.
Jamque opus in turrem Danaë, pluviamque metalli
Ibat, & hic alio stillabat Jupiter auro.

Et Apulejus lib. Met. VI. ubi Jupiter ad Cupidinem: *Existimationem famamque meam laedis in serpentes, in ignes, in feras, in aves & gregalia pecua serenos meos vultus reformando.* Et apud Lucian. in Deor. Dial. Jovis & Cupidinis: *Nihil est quod me non effeceris, Satyrum, Taurum, aurum, Cygnum, Aquilam.* Vide & ejusdem Jovem Tragoedum initio. Vide & ad Petron. 127. BURMANNUS.

110. *Pulchra.*] Lego, *pulchram.* sed sciendum, ut ait Stephanus, Antiopam secundum Hesiodum in Hyria, quae regio fuit prope Euripum; secundum Euripidem in Hysia, quae civitas fuit sub Cytherone locata, in lucem fuisse editam. Nycteus autem Antiopae pater Neptuni & Celenûs filius fuit: ut auctor est Iginus in Tauro. CONSTANT. FANENSIS.

113. *Ignis.*] Venuste in Neapol. & secundo Mediceo

115 Te quoque mutatum torvo, Neptune, juvenco
Virgine in Aeoliâ posuit. tu visus Enipeus
Gignis Aloïdas, aries Bisaltida fallis.
Et te, flava comas, frugum mitissima Mater,

Sensit

diceo, *ignens.* Heinsius. Ita & Douza. vid. Heins. ad Prudent. Cathem. Hym. x. 37. Hanc fabulam & lib. vii. 616. repetit, & Apulejus modo citatus ad eam alludit. Lutatius vero ad Stat. lib. vii. 424. Jovem in Aquilam mutatum Aeginam vitiasse tradit, cum quo & Nonnus videtur facere lib. xxiv. pag. 625. Burmannus.

114. *Varius Deolida serpens.*] Sic quidem legitur, & ego hanc olim secutus lectionem, ut qui aliam non videram, exposui *Deolida* nympham videri fuisse, quae a Jove in serpentem versa vitiata sit. nuper vero in vetusto exemplari animadverti *Deoida* sine littera *l.* castigatè scriptum esse. nam *Deois* Proserpina est Cereris filia, quae Δηὼ quoque a Graecis nominatur, unde foemininum patronimicum *Deois* declinatur. Ceres autem Δηὼ appellata fuit, ut graeci tradunt, παρὰ τὸ Δήω, quod significat invenio. quoniam enim Ceres quaerens filiam varia loca circuibat, omnes bene illi ominantes dicebant, δήεις, hoc est invenies. hinc factum est, ut Δηὼ vocaretur. quamvis aliae quoque hujus nominis origines ferantur, quae brevitatis caussa videntur praetermittendae. Jovem autem in draconem versum cum Proserpina concubuisse in II. l. de Praeparatione Evangelica testatur Eusebius, cum inquit, ut eorum verbis, qui in latinum verterunt, utar: *Ceres peperit, educatur puella, Persephonen nonnulli appellant, cui Jupiter, qui genuit, draco factus conjungitur. unde in sacrorum mysteriis Draco in spiram convolutus ad factorum memoriam, ac potius in testimonium tantae turpitudinis adhibetur.* haec Eusebius. ex quibus apertissime colligitur Proserpinam, Cereris & Jovis filiam, quam Ovidius *Deoida* vocat, ab Jove ipso, in serpentem mutato, fuisse vitiatam. quare non *Deolida*, ut est fere in exemplaribus depravatum, sed *Deoida* contenderim esse legendum. Regius. Et ex vetusto exemplari & ex secundo Eusebii de Praeparatione Euangelica lib. asserui *Deoida* elisa *l.* litera esse scribendum. Quam emendationem à doctis viris in suis operibus approbari vel eorum scriptorum, qui nusquam inveniuntur, auctoritate nuper animadverti. Idem. In aliis libris, *Deolida*, & conjunctio, *que*, post *varius* falso legebatur: quem locum Raph. recte emendavit. at praecedentem in ipso carmine fabulam, tanquam sit nota, transit. rursus deinde tertio carmine de Aeolia virgine fatetur se nihil legisse. rursus duodecimo carmine de Erigone fabulam transilit. ego ingenui animi esse puto, quoties quid ignores, audere libere fateri, timidi autem & abjecti simulari nihil non scire. quis enim est qui omnia legit? aut quis est, qui omnium, quae legerit, meminit? itaque sat mihi sit, in loco lectorem admonuisse, Ovidium multas leviter attigisse fabulas, vel quod omnibus essent notae, vel quia obscurae, nec certis traditae auctoribus, qualem hanc de Mnemosyne, ac item eam de Erigone fuisse puto. libro septimo de Phineo, Peripha, ac Polyphemonis nepte. Glareanus. Ex hoc autem concubitu Liberum natum volunt tauri specie, unde etiam taurus a Lycophrone vocatur Dionysius. Micyll. Vide ad lib. viii. 758. & Parrhas. ad Claud. I. rapt. 16.

115. *Te quoque mutatum.*] Neptuni varias describit transfigurationes. nam modo in juvencum, modo in Enipeum fluvium, modo in arietem, modo in equum, modo in delphinem conversus fuisse narratur. *Aeolis* Aeoli filia. quae vero haec Aeolia virgo fuerit, non memini me legisse. Regius. Apud Diodorum Siculum lib. v. in hunc modum legitur: *Priscis temporibus cum ex filiis Aeoli, qui fuit Hellenis ex Deucalione nati, ceteri, quae dicta sunt loca, habitarent, solus Mimas in Aeolide regnavit. ejus filius Hippotes ex Menalippe Aeolum genuit. hujus Arnen filiam Neptunus cognovit. qua de re indignatus pater, Metapontio advenae, qui tum forte advenerat, eo pacto Arnen dedit, ut is illa Metapontum abduceret, ubi postea duos filios peperit, Aeolum, & Boetum, quorum Aeolus postea ad insulas Tyrrheni maris venit; easque de se Aeolias vocavit: Boetus autem ad Aeolum maternum avum rediens, ab eo ut filius educatus fuit, patriamque ex nomine matris Arnen vocavit.* haec fere Diodorus. quibus alii adjiciunt Arnen cum Metapontum veniisset, in stabulo inter boves enixam esse. eamque rem fabulae locum dedisse, ut Neptunus tauri specie cum illa concubuisse diceretur. eoque pertinet, etiam quod Varro lib. II. de Re Rust. cap. 5. de tauro loquens ait: *Praeterea hunc scio, esse; in quem Jupiter potissimum se convertit, cum exportavit per mare e Phoenice amans Europam, hunc esse, qui filios Neptuni e Menalippa servavit, ne in stabulo infantes grex boum obtereret, &c.* nisi quod hic *Menalippam* vocat, quam Diodorus, *Arnen.* meminit fabulae nonnihil & Strabo lib. vi. Ceterum, ut hoc quoque addamus, compressit Neptunus & Aeoli filiam Canacem, ex qua Triopes fuit natus, pater Erisichthonis, de quo infra lib. 8. dicetur. Micyllus. Per virginem Aeoliam Canacem Aeoli filiam intelligit: quam sub Tauri forma vitiavit Neptunus, teste Diodoro in primo. unde natus Triopas Erisichthonis pater, auctore Callimacho (Hymno in Cerer. 100.) & Diod. in 6. lege primam collectaneorum hecatostyn

cap.

Senſit equum; te ſenſit avem crinita colubris
Mater equi volucris: ſenſit Delphina Melantho.

Omnibus

cap. 61. Constantius Fanens. *Arnen* intellexit Parrhaſ. Quaeſt. per Epiſtol. XLII. & Baptiſt. Egnatius Racemat. cap. XI.

116. *Enipeus.*] Fluvius eſt Theſſaliae *Enipeus*, in quem mutatus Neptunus Tyro Salmonei filiam circa fluvium ſpatiantem rapuit, ex eaque ſuſcepit Peliam & Neleum, autor Homerus Odyſſ. 13. Regius.

117. *Gignis Aloïdas.*] Neptunus in eundem fluvium converſus Iphimediam, Aloï uxorem compreſſit, ex qua nati ſunt Othus & Ephialtes, qui Aloïdae à poëtis vocantur. Virgilius in ſexto Æn. 582.

Hic & Aloidas geminos immania vidi
Corpora, qui manibus magnum reſcindere coelum
Aggreſſi, ſuperiſque Jovem detrudere regnis.

Regius. Hunc verſum quidam corrumpunt ſe corrigere putantes. Cenſent enim *Aeolidas* eſſe legendum, nec animadverterunt in vetuſtioribus libris citra illam & copulam, *Gignis Aloidas*, ſcriptum eſſe. Quo quidem modo ſi legatur, nec ſyllaba claudicabit, nec hiſtoria, quamvis ex aliis nondum examuſſim percepta, repugnabit. Idem. Atque ita quidem Regius diſtinguit hos verſus. Lactantius autem tres tantum fabulas tribus hiſce verſibus attribuit, Menalippes, Iphimedias, & Biſaltidis. Quanquam de Iphimedia, ſub ſpecie Enipei compreſſa, alibi non ita clare legitur. Quare dubitari poteſt, utrum hîc Ovidius duas fabulas miſcere atque confundere voluerit, Tyrûs videlicet & Iphimedias, quemadmodum alibi Virgilius Scyllarum Niſi & Phorci. Micyllus. Omnes lib. ſcripti habent, *Enipheus*, per *ph*. Qua de re ſatis multa in primo hujus voluminis. Sic etiam legitur illud ſummi poëtae in IV. Georg. 368.

Et caput, unde altus primum ſe rumpit Enipheus.

in vetuſtiſſimo exemplari Aſcanii Grandaevi, civis mei honeſto loco nati, Latinarumque litterarum haud ignari. Cumque id evolverem, in ipſo libro argumenta illa tum in Georg. tum in tres aut quattuor Aeneidos libros, quae ſub Modeſtini nomine nunc vulgo circumferuntur, Ovidii eſſe deprehendi. In eo igitur ſcriptum erat miniatis litteris: Argumentum Ovidii. Quod mihi ſatis mirandum viſum eſt: tum enim primum id vidi. Quocirca hominem, quam maxime potui, obteſtatus ſum, ut eum ſuis verbis, veluti rem plane novam, viro ſumma eloquentia, ac ſapientia admirabili ornato, M. A. Mureto, mittere mihi liceret. Ille precibus tandem victus, quod optabam, haud gravate conceſſit: eumque Joanni Caramanicenſi, Romam tum proficiſcenti, valde hilaris commiſi. Hic, nummis egens, ut poſtea accepi, librum, qui maximam prae ſe ferebat antiquitatem, vendidit. Interea id ipſum ignorans, à Mureto litteras, quibus, quid de ea re ipſi videretur, me edoceret, ſingulis prope horis avidus exſpectabam. Is praeterito jam menſe Sulmonem reverſus, affirmabat Virgilium illum, quem à me acceperat, ut deferret Mureto, ſe, quo primum tempore ad Urbem venit, reddidiſſe. Tum vero, ſimulatque hominem vidi, ab ipſo litteras, quas ab eodem Mureto ad me datas putabam, ut opinionem ſuper hac re ſuam cognoſcerem, rogavi. Reſpondit, cum ipſe Roma diſceſſit, Muretum ibi non eſſe, ſed peregre abiiſſe: ac, quonam iviſſet, prorſus ajebat ſe neſcire: Atque ideo ad me litteras ab eo non accepiſſe. Quid facerem? credidi hoc affirmanti. Subverebar tamen interdum, & vix adduci poteram, ut crederem Muretum non reſpondiſſe ad eas litteras, quas una cum libro ad ipſum miſeram. Antea enim, quoties ſcripſeram, benigne admodum, ut ejus eſt ingenium, reſcripſerat. Deinde, quattuor tranſactis menſibus, aeſtas enim erat, quo tempore eum una cum ſummo Principe, ac Cardinale ampliſſimo, Hippolyto Eſtenſi Tibur ſe conferre ſolere acceperam; nec tunc noſtri homines in Urbem facile commeant, obtulit ſe mihi ad eum ſcribendi occaſio, qua, quod ei miſeram, ſignificabam. Is quamprimum reſcripſit, affirmans Virgilium illum numquam ſe vidiſſe; idque aegre ferre: meque, ut, cui eum commiſeram, viderem, etiam atque etiam hortabatur. Eae ipſae literae mihi Romam venienti in itinere redditae ſunt. Non dici poteſt, illis lectis, quo fuerim dolore affectus. Certe, ſi in patria tum manſiſſem, hominem in judicium vocaſſem, ut, qua debet, poena multaretur, ac poſtea fidelior eſſe diſceret. Acceſſerunt poſtea hac de re cum Mureto, cui omnia haec narravi, querelae multae; quae nihil proficiebant. Deinde, poſt longum tempus huc Romam venit Conſalvus Saneus, civis meus, ejusque oppidi Abbas, cujas ille eſt, eique rem, ut plane erat, expoſui: atque hunc ad Muretum, ut hoc ab utroque verum eſſe dignoſceretur, deduxi. Habebat enim Abbas in eum ſatis juris: nam ſacris ordinibus jam pridem initiatus erat. Itaque Abbas ille coram Mureto ſe hominem puniturum mihi recepit. Hic, re affecta, paullo poſt moritur. Atque ita ad hunc uſque diem huic rei finis non eſt impoſitus. Hoc tamen opera illius, qui in ejuſdem, quem dixi, Abbatis locum cooptatus eſt, ad quem hac de re litteras dedi, brevi confectum iri ſpero. Cum autem Virgilius hic, de quo tam multa dicta ſunt, nulla ratione, licet omnem, ut dicitur, lapidem moverim, umquam à me recuperari poſſe videretur: praeter ſpem accidit, ut viro illo bono, cui eum credideram, mortuo, tribus poſt annis Sulmone domi cujuſdam ejus amici, opera ac diligentia M. Antonii fratris mei, inven-

Omnibus his faciemque ſuam, faciemque locorum
Reddidit. eſt illic agreſtis imagine Phoebus.

Utque

inventus ſit, egoque eo Muretum, ut conſtitueram, muneratus ſum. Inſpexi etiam in Bibliotheca Vaticana veterem alium Longobardicum, in quo miniatis item litteris legitur in IV. Georg. Ovidii Nasonis Tetrastichon. (Quo etiam modo legitur in primo & ſecundo Georg. in alio lib. valde antiquo P. Galeſii.) Ibidem aſſervatur alius antiquus, in quo eſt: Indicat Ovidius. Rurſum in II. Aeneid. in eodem Longob. ſcriptum eſt: *Iſta metra fecit Ovidius.* In alio etiam ſatis veteri, qui eſt Ludovici Lantis, R. viri optimi, & ea litterarum cognitione, quae nobilem virum decet, ornati, aperte legitur purpureis litteris majusculis, omnibus in libris Georg. Argumentum Ovidii. In antiquiſſimo alio Virg. viri & Graecae, & Latinae linguae peritiſſimi, Fulvii Urſini, in primo Aeneidos ſuper argumentum ſcriptum eſt: *Ovidii Naſonis.* Quare Ovidii, non Modeſtini, eſſe auſim affirmare: Eoque magis, quod in nullo vet. lib. Modeſtini fit mentio, ut illa ipſius eſſe judicari poſſint. Quin etiam ſuperiore aetate, quae ſunt in Georgicis, argumenta ſub Ovidii nomine edebantur: nunc vero ſub Modeſtini excuduntur. Quod quam verum ſit, doctiorum eſto judicium. Sed ſunt viri docti, qui illa neque Ovidio adſcribant: ſed cujuſdam ſcholaſtici eſſe ajunt. Unde autem id colligant, non aperiunt. Ego veterum librorum auctoritatem, donec certius aliquod argumentum afferatur, contemnendam non puto: licet eorum opinionem non penitus damnem. Interim hoc notare, mei officii eſſe duxi maximè. Ciof. Vide de *Enipeo* Schol. Apoll. Rhod. lib. I. 482. Tzetz. ad Lycoph. 174. & Maſer. ad Val. Flac. v. 652. Nonn. lib. I. p. 14. Libanius in Diegem. c. 38. Neptunum in Enipeum mutatum ex Tyro Neleum & Peliam ſuſcepiſſe ſcribit. ita & Apollod. lib. I. c. 9. §. 8. Burmann.

117. *Aries Biſaltida fallis.*] Neptunus in arietem transfiguratus Biſaltidem vitiavit, de qua nil memini me alibi legiſſe. Apud Hyginum capite 188. ita ferè legitur: *Theophane Biſaltidis filia formoſiſſima virgo. Hanc cum plures proci peterent, Neptunus ſublatam tranſtulit in inſulam Cromiuſam. Quod cum proci reſciſſent, comparata nave eodem contenderunt. Neptunus ut eos deciperet, Theophanen in ovem commutavit, ſeſe in arietem, Cronienſes autem cives in pecora. Cum igitur proci veniſſent, neque hominem ullum invenirent, pecora mactare coeperunt. Hoc cum Neptunus videret, procos in lupos convertit. Ipſe autem, ut erat aries, cum Theophane concubuit, unde natus eſt aries Chryſomallus, qui Phryxum in Colchos vexit.* Micyllus. Lego, *Biſaltida*, id eſt Biſalti filiam: qui Sole & Terra genitus fuit, auctore Stephano, a quo Biſaltia civitas, & locus in Macedonia. Constantius Fanensis. Quidam codices poſt *gignis*, copulam & non recte interſeruerant, & *Biſalpida* pro *Biſaltida.* Graece eſt Ἀλωείδην & Βουσαλτὶς. Glareanus. Vide Nicol. Loenſ. Miſcell. lib. IV. cap. 14. & Schott. II. Obſerv. 25. meminit & hujus fabulae Scholiaſtes Germanici verſ. 217. ubi male *Theophane Altidis*, legitur, nec recte Grotius pag. 50. corrigit, *Biſaltidis filia*, cum *Biſalti* ſcribendum recte docuerit Meziriacus ad Epiſtol. Ovidii VI. Hypſipyles principio. Burmann.

118. *Et te.*] *At te* rectius prior Erfurt. & tres alii. Heinsius.

118. *Et te flava comas.*] Neptunus in equum mutatus cum Cerere & Meduſa concubuit. *Frugum mitiſſima mater* periphraſis eſt Cereris, ex qua Neptunus Arionem equum & filiam ſuſtulit. [Cujus nomen effari non licebat, niſi apud eos, qui ſacris deae initiati eſſent.] Ut Pauſanias lib. VIII. 25. narrat. Ceres namque filiam quaerens, ut Neptuni ſuum concubitum appetentis inſidias fugeret, ſe in equam mutavit, ac unà cum Onci equabus in paſcua exibat. Quod cum Neptunus reſciviſſet, in equum & ipſe converſus illam inivit. Id verò cum Dea ſenſiſſet, adeo indignata fertur, ut Erinnys ex eo fuerit cognominata. Nam ἐρινύειν Arcades iraſci dicunt. Regius. Ex hoc compreſſu natus eſt Arion, equus, humanum habens dextri pedis veſtigium. auctor Papinianus interpres comment. VI. 301. Constant. Fanens. Vid. Parrhaſ. ad Claud. I. Rapt. 123.

119. *Senſit equum, te ſenſit equum.*] *Te ſenſit avem* Urbin. Neapol. & ſecundus Mediceus. *ſenſit volucrem* Florentinus optimus, prior Hamburgenſis, & ex meis unus. Idem quoque Florentinus in argumento harum fabularum, *in volucrem, ut Gorgona Meduſam*, non, *in equum volucrem*, agnoſcit. ſed nihil videtur mutandum. nam Pegaſum Neptuni & Meduſae filium nonnulli faciunt, Cereris & Neptuni Arionem. quos inter Apollodorus, qui docet, Cererem in Erinnyis formam fuiſſe converſam cum Neptuno concumbentem. Ἄρμασον δὲ μόνον ἵππος διέσωσεν Ἄριων, τοῦτον ἐκ Ποσειδῶνος ἐγέννησε Δημήτηρ εἰκασθεῖσα Ἐρίννυϊ κατὰ τὴν συνουσίαν. ſed errat Paſſeratius ad Elegiam XXXIV. l. II. Propertii, qui τὸ *Crinita colubris Mater equi volucris*, ad Arionem & Cererem refert in Erinnyos formam mutatam, cum de Meduſa & Pegaſo agat Naſo. Heinsius.

120. *Mater equi volucris.*] Meduſa, mater Pegaſi equi alati. Regius. Hanc Neptunus in templo Palladis conſpectam, eo quod forma conſpicua, & capillo eſſet ſpecioſo, compreſſit. Quamobrem poſtea Pallas irata crines illius in angues convertit, ut alibi dictum eſt. Micyll.

120. *Senſit Delphina Melantho.*] Melantho Deucalio-

Utque modo accipitris pennas, modo terga leonis
Gesserit: ut pastor Macareïda luserit Issen.
Liber ut Erigonen falsâ deceperit uvâ:
Ut Saturnus equo geminum Chirona crearit
Ultima pars telae, tenui circumdata limbo,
Nexilibus flores hederis habet intertextos.

Fab. II. Argumentum.

Arachne in Araneam.

Postquam Arachne, [a] *ordinata tela, contumeliosè à Dea* [b] *percussa esset, suspendio* [c] *se affecit. Sed in ultimo casu, propter studium, quod à dea acceperat, in araneam versa est, ut opere inutili nullum* [d] *sui effectum capere posset.* [e] *Plura vero opera Arachnes*

calionis filia fuit (ut Lycophronis interpres scribit) quam Neptunus in Delphinum conversus cognovit, ac filium nomine Delphum suscepit. Regius. De Delpho tamen variant alii, qui illum Apollinis filium faciunt, ut Pausan. & Hyginus. Micyllus. Neptunum sub forma Delphini, cui inequitat Cupido cum flagello, latere in gemma apud Gorlaeum Tom. I. n. 180. credit Clarissimus Gronovius, non extra veri speciem: quae manifestior est in gemma apud Begerum Thesauri Brandenb. Tom. I. p. 185. ubi Cupido tridentem tenet pro flagello. Scholiastes autem Aeschyl. ad Eumen. 2. dicit Delphum Melaenes & Neptuni filium. Melaenam vero ex Melantho & Cephisso natam. Vid. Parrhas. ad Claud. II. de Rapt. 246. qui & Pythin filiam ex Melantho Neptuno natam esse docet. *Sensit* Douza explicabat, ut illud Plaut. Casin. IV. III. 14. *num me expertus uspiam.* Burmannus.

122. *Reddidit.*] *Addidit* Junianus & Mediceus unus, ut supr. 110.

123. *Utque modo accipitris pennas.*] Apollo interdum in accipitrem, interdum in leonem se commutasse in Arachnes tela videbatur. Regius. Quanquam autem occasiones aut modi earum transformationum hîc nulli ponuntur, videtur tamen Ovidius non abs re istarum meminisse, certasque fabulas sub his quoque notasse. Sed has puto neque Regius, neque quisquam alius facile explicaverit, tanto eorum autorum, qui de his rebus scripsere, facto interitu. Micyll.

124. *Macareïda Issen.*] Macarei filiam, quam Apollo in pastorali habitu vitiavit, ut hoc loco poëta narrat. Regius. Videtur autem Issa haec fuisse Lesbia, Macarei filia, ejus qui Jovis & Cyrenes fuit filius, insulamque Lesbum, ut autor est Diodorus libro sexto, tenuit, cujus filiae, & Mytilene & Methymna fuere. Ab Issa autem & oppidum Issa nomen accepit. auctor Stephanus. Micyll. *Isse* puella Lesbia fuit soror Methymnae, & Macaris, vel Macarei filia. ab Isse Issa, a Methymna quoque Methymna in Lesbo civitates nomen acceperunt. lege Stephanum. Constantius Fanensis. Hyginus fab. 161. *Euboeam* vocat Macarei filiam, ex qua Apollo Argeum fustulit. *Micaleïda* habet hic unus Moreti. *Prochareïda* Lovanienf. Burm.

125. *Liber ut Erigonen.*] Haec Erigone Icari filia fuit: quam sub uvae specie Bacchus decepit, & gravidam reddidit. unde natus puer nomine Staphylus, a facti qualitate ita appellatus. nam σταφυλὴ uvam significat, quamvis non desint qui Staphylum Baccho & Ariadna natum litteris tradant, ut in 3. Argon. commentario interpretes scribunt, & Plut. in Theseo. lege autem primae hécat. nostrae. cap. 6. Constantius Fanensis. Neque de hac fabula alibi certi aliquid extat. Sed tamen videtur de ea Erigone hic intelligendum esse, quae Icarii filia fuit, & postea inter sydera relata, ut ab Higyno dicitur. Nam & hujus patri Icario vitis propagationem Bacchus dedit, puellae mortem contra rusticos Atticos pestilentia ultus est. Micyll.

126. *Ut Saturnus equo.*] Saturnus, cum Philyra, Oceani filia, concumbens, veritus ne Opis uxoris adventu deprehenderetur, in equum se commutavit, sicque centaurum genuit Chironem. Unde Virgil. libro Georgicorum tertio, *vs.* 92. *Talis & ipse jubam cervice effudit equina Conjugis adventu pernix Saturnus, & altum Pelion hinnitu fugiens implevit acuto.* Regius. Vide fabulam apud Hygin. 138. & quos ibi citat Munckerus.

[a] *Ordinata tela.*] *Ordita* Raener. Heinf. quae & *postquam* non habent.

[b] *Percussa esset.*] Codex Neapol. *compulsa esset*, & *postque*, pro *postquam*. videtur velle, *postque Arachne, ordinatâ telâ, contumeliosè à deâ cum pulsa esset.* Veneta, *cum contumeliosè à deâ pulsa esset.*

nes poëta retulit fuiſſe, quam Minervae; ut hanc ſcientia artis, quae [f] *potior eſt, illam labore contendiſſe demonſtraret.*

NOn illud Pallas, non illud carpere livor
Poſſit opus. doluit ſucceſſu flava virago:
Et rupit pictas, coeleſtia crimina, veſtes.
Utque Cytoriaco radium de monte tenebat;
Ter quater Idmoniae frontem percuſſit Arachnes.
Non tulit infelix: laqueoque animoſa ligavit
Guttura. pendentem Pallas miſerata levavit;
Atque ita, Vive quidem, pende tamen, improba, dixit:
Lexque eadem poenae, ne ſis ſecura futuri,
Dicta tuo generi, ſerisque nepotibus eſto.
Poſt ea diſcedens ſuccis Hecateïdos herbae
Spargit. & extemplo triſti medicamine tactae

De-

eſſet. Muncker. Ita & Parm. & Lugd. *cum contumelia à dea pulſata eſſet* Micyll. *A Minerva cum contumelia percuſſa ſuſpendio* Raener. Heinſ. *pulſa eſſet* Colon.

[c] *Se affecit.*] Malim, *ſe confecit.*

[d] *Sui effectum.*] Hoc eſt, *utilitatem.* Marcellin. lib. xiv. *Abſque ullo egreſſus effectu, deinde tabeſcebat immobilis.* Muncker. *Nullum uſum effectum rapere poſſet* Colon.

[e] *Plura vero.*] Haec ultima abſunt a Colon.

[f] *Potior eſt.*] *Potentior eſt* Flor. codex. *Potentiorem* Neapolitanus. Muncker.

129. *Non illud livor.*] Proverbii ſpeciem haec prae ſe ferre docet Zinzerl. Promulſ. cap. xli.

130. *Succeſſu.*] *Succeſſus* Sprotii codex. vid. ad lib. vii. 720.

131. *Coeleſtia crimina.*] Suſpecta haec vox fuit Heinſio, qui in uno codice ſuo cum reperiſſet, *corpora*, inde formabat, *carmina*, vel *ſtamina*, vel *tegmina*, ut in margine conjecit. ſed ſana eſt vulgata: *crimina* enim, ut millies apud Noſtrum & alios, hîc ſtupra & adulteria deorum notant. ita appoſite Propert. lib. ii. eleg. v. de iiſdem his agens:

Tum paries nullo crimine pictus erat.

Et talis illa Tabula, quam Chaerea Terentianus ſuſpectabat in Eunuch. iii. v. 36. Burmannus.

132. *De monte Cytoriaco.*] Cytorus mons eſt Paphlagoniae buxis abundans, quanquam *Cyteriaco* corrupte fere legatur. Regius. Radium textorium intelligit, nam negotium inter textrices agitur. *Cytoriaco* non *Citheriaco* legendum eſſe Raphaël nunc bis admonuit, ut antea diximus. Glareanus.

133. *Arachnes.*] Libr. Vet. & hic & ubique, *Aragnes.* Ciofan.

135. *Legavit.*] Malim, *ligatur.* ut κακοφωνία vitetur in *ligavit*, & *levavit.* pro *pendentem* Neap. *pendenti.* nempe levavit guttura. pro *pende tamen* Cantabrig. prim. Baſil. & ſex alii, *pendens tamen.* Heins.

137. *Lexque eadem poenae, &c.*] Eadem lex, ſcilicet ut pendeant. loquitur autem de araneis omnibus futuris. Glarean. *Ne ſis poenae* Leidenſ. & *futurae* Medic. & Baſil. unde Heinſius, *ne ſis poenae ſecura futurae.*

139. *Poſtea.*] Illud *poſtea* ſuſpectum, & nimis frigidum mihi ſemper viſum eſt; mireturque aliquis, quî tandem hoc medicaminis contactu mutari potuerint capitis partes, ubi de ipſo capite nulla mentio. quae omnia confirmant ſuſpicionem meam, Ovidium nempe pro *poſtea*, ſcripſiſſe, *oraque*, aut aliquid ejus generis. verſus certe erit multo erectior, & cetera melius cohaerebunt, ſi legas;

Oraque diſcedens ſuccis Hecateidos herbis
Sparſit &c. Schepper. apud Tan. Fabr. lib. ii. Ep. 71.

139. *Hecateïdos herbae.*] Ab Hecate Medeae matre inventae, quae prima venenoſas herbas inveniſſe narratur, illisque Perſeum patrem peremiſſe. Regius. Intelligere autem videtur Aconitum. nam id ab Hecate primum fuiſſe inventum, ea videlicet, quae Perſei filia fuit, mater Medeae, Diodorus auctor eſt, lib. v. Id quod & Ruellius annotavit. Micyll. Aconitum intelligo, quod Hecate Medeae mater prima dicitur reperiſſe, teſte Diod. lib. v. Const. Fanensis. Hermolaus Barbarus, in commentario in Dioſcoridem, putat Ovidium hoc in loco de cicuta loqui. *Hecatois* autem dici videtur ab Hecate Medeae matre. Glarean.

Defluxere comae: cumque his & naris & auris.
Fitque caput minimum, totoque in corpore parva est.
In latere exiles digiti pro cruribus haerent.
Cetera venter habet. de quo tamen illa remittit
Stamen; & antiquas exercet aranea telas.

Fab. III. Argumentum.

[a] *Niobe Tantali Sipylo Lydiae orta*, [b] *ob insolentiam, Apollinis ac Dianae numen experta est. Nam ex Amphione septem filiis totidemque* [c] *virginibus editis*, [d] *dum* [e] *comitata gauderet*, [f] *& quodam tempore* [g] *Manto Tiresiae filia* [h] *responso monuisset Thebanos, ut Latonae* [i] *& liberis ejus* [k] *per preces tura redderent, sola* [l] *exstitit, quae sacrificio interesse noluerit; praedicans* [m] *potentiorem se numine deae, ac liberis ejus esse.* [n] *Itaque*

141. *Naris & aures.*] Lego, *auris* in singulari, teste Prisciano lib. VI. Constantius Fanensis. Libri mei, Dominic. Abb. Brian. Urs. & Priscianus lib. VI. (apud quem legitur *auris*, non *aures*, per *e*) *Cum quis, & naris & aures.* Quod omnino rectius videtur. Ciofanus. *Auris* ex melioribus. Scribe etiam, *cumque his.* ut excerpta Jureti & tres alii exhibent. & *spargit* pro *sparsit* paulo ante. Heins.

142. *Fitque caput minimum, toto quoque corpore parva est.*] Tò *est* in multis non apparet. Scribe,

Fitque caput minimum toto quoque corpore parvae. Heinsius.

Ex tribus libris rescripsi, *totoque in corpore parva est:* ut sensus sit, licet habeat totum & integrum corpus, parva tamen est, & omnia ejus membra sunt exilia. sic Propert. I. v. 23. *Aut cur sum toto corpore nullus ego.* id est integro quidem omnibus membris, sed macie ita tenuatus, ut fere nullus videar & mortuus esse: cui simile fere illud Nostri lib. II. Amor. IV.

Quam tibi tunc toto nullus in ore color.

Et Epist. Sabin. I. 48.

Heu toto sanguis corpore nullus erat.

Justinus lib. XXVIII. 4. *Inter haec Cleomenes post multas hostium caedes, toto corpore, suo pariter & hostium cruore madens, supervenit.* qui locus mihi semper mendosus visus fuit; nam ita narrantur omnia, ac si Cleomenes domum reversus nullo vulnere fuerit debilitatus: quare illa, *toto corpore, & suo cruore madens* mihi sibi contraria videntur, nec apte conjungas, *toto corpore madens, suo &c. cruore.* tunc enim vix ingredi, multo minus longo tempore rectus stare potuisset. quare mallem, *toto corpore, suorum pariter, & hostium cruore madens.* ita Curt. lib. V. cap. 4. *Ariobarzanes per mediam aciem Macedonum cum multo suorum atque hostium sanguine erupit.* corrumpendo loco caussam dedisse videtur locutio sollemnis & quasi in formulam redacta, qua vir fortissime dimicans suo & hostium sanguine madens saepe describitur. sic idem Curtius IV. 6. *Betis non segnius praelium capessebat, lubricis armis suo pariter atque hostium sanguine.* Silius lib. IV. 425.

Jamque suo, jamque hostili perfusa cruore
Membra madent.

Et ita alii. de locutione vero illa, *toto corpore* vid. optimum Drakenborchium ad eumdem Silium lib. V. 334. Vid. & infr. lib. XI. 660. Burm.

144. *Venter habet.*] Forte, *obit.* Heinsius.

145. *Et antiquas exercet aranea telas.*] Hic pro animalculo ponitur, libro autem quarto in Martis ac Veneris fabula pro aranearum tela. *Araneus* vero pro animalculo semper, ut puto, sumitur. Glarean.

[a] *Niobe Tantali.*] Non dubitavi hoc reponere ex MS. & Venetâ. Elegans Graecismus est, quem foedis glossematis deformarat Raenerius. Etiam infr. lib. VII. fab. 27. *Cephalus Deionis*; & lib. X. 5. *Hyacinthus Amyclae* restituimus huic scriptori. Servius ad Aen. X. ℣s. 167. *Clusius Tyrrheni, sive Telemachus Ulyxis.* Confer quae scripsi ad Hyg. Mythol. cap. 14. & 81. Non dissimilis & ille Hellenismus Anacreontis od. 20. Ἡ Ταντάλου ποτ' ἔστη. & Antonini Liberal. cap. 22. Ἡ δεῖνα τοῦ Σπερχίου. *Quaedam ex Spechii filiabus.* Ita enim explicari omnino locus ille debet. Munckerus. *Niobe Tantali filia Sipilo Lydiae* Parm. Lugd. *urbe* addidit Raenerius. *ex Sipylo Lydiae* Micyll. Colon.

[b] *Ob insolentiam.*] Cod. Neapol. *ob insolentiam par Apollinis*, &c. Ἴσως, *ob insolentiam parem.* Supr. fab. I. *Qui pari insaniâ* &c. Muncker. *Ob insolentiam partus* Colon.

[c] *Virginibus editis.*] Al. *filiabus* Marg. Micyll.

[d] *Dum.*] *Cum* Colon.

[e] *Comitata.*] Forte, *comitatu.*

[f] *Et quodam.*] *Et* deest Colon.

[g] *Manto Tiresia.*] *Tiresias vates monuit responso Thebanos* Colon.

[h] Re-

que [o] *oratione inſtincta Latona,* [p] *queſta cum filiis, quod ſuarum injuriarum ultores* [q] *non exiſterent.* [r] *Confeſtim itaque Apollo & Diana, tecti nubibus, ut praeceperat genetrix, Thebas venerunt, ac Niobes filios,* [s] *cum in campo equis exercerentur, ſagittis necaverunt.* [t] *Quorum nomina haec ſunt,* [v] *Iſmenus, Sipylus,* [x] *Phaedimus, Tantalus,* [y] *Alphenor,* [z] *Damaſichton, Ilioneus. Pater Amphion poſt necem filiorum ferro ſe interfecit.* [a] *Nec minor violentia deſiit eſſe Niobes: quod Diana indignè* [b] *tulit. Nam virgines pari calamitate affecit. Vita noviſſime Niobe flens* [c] *deceſſit, turbineque ventorum in patriam Sipylum delata eſt, ceſſitque* [d] *in ſilicem voluntate Apollinis & Dianae.*

LYdia tota fremit: Phrygiaeque per oppida facti
Rumor it, & magnum ſermonibus occupat orbem.
Ante ſuos Niobe thalamos cognoverat illam,

Tum

[h] *Reſponſo monuiſſet.*] Proprie de vatibus dicitur *reſpondere.* Vide ſupr. fab. 5. Lib. III. Julius Obſequens cap. 87. *Vates protenderunt Graeciae fore exitium.* Legerim, *reſponderunt.* In eodem capite corrupta & iſta, *Romae in agro Cortaſi lacte pluit.* Reſcribo, *in Graecoſtaſi.* Graecoſtaſis locus Romae fuit, cujus idem ſcriptor facit cap. 83. & 91. mentionem. Quamobrem mendam tam obviam miror non vidiſſe Cl. Schefferum. Depravata & illa: *Terracinae ſereno navis velum fulmine exanimatum, in aquas dejectum.* Lege, *navalem fulmen exanimavit in aquas dejectum.* Sic habes cap. 89. *Navales pleroſque exanimavit.* Muncker.

[i] *Et liberis.*] *Filiis* MS. Denominatio facta ergo à potiori. Idem.

[k] *Per preces.*] *Preces & thura* Colon.

[l] *Exſtitit.*] *Exſtitit Niobe q. ſ. i. noluit* Colon.

[m] *Potiorem ſe.*] *Se potentiorem eſſe numine* omnes Edit.

[n] *Itaque oratione.*] Vel *quâ oratione* ſcribendum, vel legendum cum Micyllo, *itaque oratione hac.* Muncker. *Hac itaque oratione* Colon.

[o] *Inſtincta.*] *Inſtructa* Parm. Lugd. Raener. Heinſ.

[p] *Queſta cum.*] *Queſta eſt de filiis, qui* Colon.

[q] *Non exiſterent.*] *Non eſſent* Raener. Heinſ.

[r] *Confeſtim itaque.*] *Apollo igitur &* Raener. Heinſ.

[s] *Cum in campo equis.*] *Cum in equis albis exerc.* Colon.

[t] *Quorum nomina &c.*] Haec omiſit Colon. *ſed* continuat, *poſt quorum necem pater Amphion ferro ſe ipſum interemit. nec ſic tamen violentia ceſſit Niobes, quod &c.*

[v] *Iſmenus.*] *Iſmenos* MSS. 2. & mox, *Tantalos* alter. Muncker.

[x] *Phaedimus.*] *Phedius* Micyll.

[y] *Alphenor.*] *Archenor* Flor. codex. & Veneta. Vide annotata à nobis ad Hygin. Myth. cap. 11. Munckerus. *Archenor* Parm. Lugdun. *Archennus* Micyll.

[z] *Damaſichton.*] *Damaſithon* Parm. *Damaſiton* Micyll. Raener. Heinſ.

[a] *Nec minor.*] *Nec ſic tamen violentia deſiit Niobes* Micyll.

[b] *Tulit.*] *Ferens Virgines quoque pari*, Colon.

[c] *Deceſſit.*] *Diriguit* MS. cum Venetâ ac Micyllianâ. Sed quid τῷ *vita*, quod poſt *affecit* exhibet cum MS. Venet. tum faciendum? Omittit illud Micyllus. Forte, *Victa noviſſime Niobe flens diriguit.* Munck. *Vita noviſſime Niobe flens diriguit.* Parm. *Victa n. N. f. diriguit* Lugd. *Nov. autem f. N. diriguit* Micyll. Colon.

[d] *In ſilicem.*] *In lapidem* Marg. Micyll. Colon.

146. *Lydia tota fremit.*] Haec ideo a poëta inferuntur, ut commodius Niobes mutationem in ſaxum cum ſuperiore fabula conjungat. Niobe namque Tantali filia, cum ex Amphione marito ſeptem filios, ac totidem filias genuiſſet, ſe potius, quam Latonam, venerandam eſſe contendebat: prohibebatque, ne quis in ſuo regno Latonae ſacrificare auderet. qua re indignata Latona Apollinem ac Dianam rogavit, ne ſe tanta injuria affici paterentur. ſumptis igitur arcubus & ſagittis, ad unum omnes primum Niobes filios interemerunt. quod quidem Amphion cum ferre non poſſet, ſe ipſum interfecit. Niobe vero morte filiorum indignata cum diis maledixiſſet, & filias ſagittis confectas vidit, & ipſa in ſaxum, quod etiam nunc lacrymare videtur, fuit commutata. Regius. Niobes fabulam ex Graecis quidam aliter tradunt, nempe filiam fuiſſe Aſſaonis, uxorem Philotti, & quia Latonam verbis in ſe concitarat, deam illius contumelias hoc modo ultam eſſe. principio Philottum, maritum illius, in venatione periiſſe: Aſſaonem deinde, amore filiae accenſum, uxorem ſibi illam poſtulaſſe. quod cum illa recuſaſſet: filios ipſius ad convivium vocatos cremaſſe. ob quam cladem Niobem ſe ipſam de rupe praecipitaſſe. auctor Par-

Tum cum Maeoniam virgo Sipylumque colebat.
Nec tamen admonita eſt poenâ popularis Arachnes,
Cedere Coelitibus, verbisque minoribus uti.
Multa dabant animos. ſed enim nec conjugis artes,
Nec genus amborum, magnique potentia regni,
Sic placuere illi, (quamvis ea cuncta placebant,)
Ut ſua progenies: & feliciſſima matrum
Dicta foret Niobe; ſi non ſibi viſa fuiſſet.
Nam fata Tireſia, venturi praeſcia, Manto
Per medias fuerat, divino concita motu,
Vaticinata vias: Iſmenides, ite frequentes:
Et date Latonae, Latonigenisque duobus,
Cum prece tura piâ; lauroque innectite crinem.
Ore meo Latona jubet. paretur: & omnes

The-

thenius in Eroticis. Micyll. Niobes fabula diverſiſſime traditur a multis, quae omnia hic corradere immenſi eſſet operis, de ejus parentibus & reliquis ſatis erit ſcriptores notaſſe. vid. Hyginum Fab. ix. Apollodor. lib. iii. cap. v. Luctat. ad Stat. iv. 578. Tzetz Chil. iv. 141. & praecipue Apoſtol. cent. xiii. 73. & xviii. 7. qui ex Schol. Eurip. ad Oreſt. 5. pleraque habet. Lutat. ad Statii iii. Theb. 198. & vi. 135. & alios interpretes. Callimach. Hym. Apol. 22. Anthol. lib. iiii. cap. vii. p. 316. Aul. Gell. xx. 7. Aelian. xii. 36. Sch. Horat. iv. od. 6. Allegoriam fabulae explicat Palaephat. c. ix. & Pauſanias lib. i. c. 21. Et Cicero in Tuſc. Quaeſt. 26. & alii. Burmannus.

146.] *Phrygiaeque.*] *Phrygieſque* Thyſii codex.

147. *Magnum orbem.*] Forte, *magnam urbem*, ut Sardes intelligat, quas etiam *magnas* vocat xi. 137. ſic & lib. vii. 553.

Peſtis & in magnae dominatur maenibus urbis. Heins. Vid. & lib. viii. 298. *magna urbs* eſt metropolis. *rumoribus* etiam nonnulli codices. Burm.

149. *Sipylumque.*] Aliquot veteres, inter quos mei, *Siphylumque*, per Φ. Ciof.

152. *Sed enim nec conjugis arces.*] De regno Amphionis mox agetur. quare *artes* reſcribendum. intelligit artes lyrae Amphioniae, per quas Thebani muri ſunt exſtructi. neque aliter ex codicibus antiquis Florentinus optimus, primus & ſecundus Mediceus, aliique complures. in priore Twiſdenii codice gloſſa adſcripta, *quia citharoedus erat.* Sidon. Apoll. in Narbone:

Hic Amphioniae ſtudebat Arti
Plectro, pollice, voce, tibiaque. Heinsius.

Probant *artes* Berlin. & Pontanus. vid. Broukh. ad Prop. iii. vii. 39.

154. *Sic placuere.*] *Nam pl.* Voſſianus, unde Heinſius *tam* faciebat. deinde *haec cuncta* MS. Berlin. & ſeptem alii. *ſua cuncta* unus Moreti; elegantius, ita ut ex formula ſit dictum. Salluſt. Catil. 2. *ſua cuique ſatis placebant.* & Jug. 64. *debere illi res ſuas ſatis placere.* Vide & Petron. cap. xv. *placebant* etiam Leidenſis & Moreti unus. Burmannus.

157. *Nam fata Tireſia, venturi praeſcia, Manto.*] Virg. lib. x. Æneid. 198.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicae Mantus, & Tuſci filius amnis:
Qui muros matriſque dedit tibi Mantua nomen.

Quae carmina exponens Servius, ita ſcribit: *Ocnus Mantuam dicitur condidiſſe, quam à matris nomine appellavit: nam fuit filius Tiberis & Mantus, Tireſiae Thebani vatis filiae, quae poſt patris interitum ad Italiam venit.* Ciofan.

157. *Sata Tireſia.*] *Tireſiae* Leid. & Gronov. ut ſit dativo caſu. vid. lib. i. 748. ſed imitatio Senecae in Agam. 302. vindicat vulgatam lectionem. Burm.

158. *Concita motu.*] Unus Moreti, *nutu.* ſed vide ad lib. iii. 711.

161. *Cum prece tura.*] Multi codices, *vota*, quae ſaepe cum precibus junguntur. nihil tamen muto. nam mox verſ. 164. eadem repetit. & vide lib. ix. 159. & Epiſt. ii. 18. Burm.

163. *Juſſis frondibus.*] In Scholiis ad Senecae Agamem. 320. codicis MS. qui in Bibliotheca Trajectinae urbis eſt, citatur hic verſus; ſed pro *juſſis, feſtis frondibus* legitur. eleganter. ita *feſta corona* lib. x. 596. *Feſta tempora.* v. Triſt. iii. 3. *Feſta exta* Epiſt. xxi. 94. & ſimilia. *Floribus* etiam Leidenſis unus & Genev. Burm.

165. *Celeberrima.*] *Creberrima* plurimi codices. vid. lib. iv. 89.

166. *Veſtibus intexto Phrygiis ſpectabilis auro.*] iii. Art. 131. *Nec prodite graves inſuto veſtibus auro.* Ciofanus.

168. *Immiſſos.*] Barthius ad Claudian. Conſ. Olybr.

Thebaïdes juſſis ſua tempora frondibus ornant:
Turaque dant ſanctis, & verba precantia, flammis.
Ecce venit comitum Niobe celeberrima turbâ,
Veſtibus intexto Phrygiis ſpectabilis auro:
Et, quantum ira ſinit, formoſa: movensque decoro
Cum capite immiſſos humerum per utrumque capillos
Conſtitit: utque oculos circumtulit alta ſuperbos;
Quis furor auditos, inquit, praeponere viſis
Coeleſtes? aut cur colitur Latona per aras;
Numen adhuc ſine ture meum eſt? mihi Tantalus auctor,
Cui licuit ſoli Superorum tangere menſas.
Pleïadum ſoror eſt genetrix mihi: maximus Atlas
Eſt avus, aetherium qui fert cervicibus axem:
Juppiter alter avus. ſocero quoque glorior illo.

Me

Olybr. III. tam hoc loco, quam lib. v. verſu 338. *ſpargit & immiſſos hedera collecta capillos*, ex vetuſtis codicibus legit, *immenſos*. perperam. cum eam lectionem non niſi pauci, & quidem deterioris notae, prae ſe ferant. Faſt. I. 503.

Utque erat immiſſis puppim ſtetit ante capillis.

Triſt. I. El. III.

Squallidus immiſſis hirta per ora comis.

III. El. IV.

Squallidus immiſſos fracta ſub arundine crines
Rhenus.

Met. XII. 351.

Immiſſa protectus pectora barba
Hippaſus.

Sic & *promittere barbam* dicebant, de quo ad Triſt. IV. 2. Heinsius. Virgil. III. Æneid.

—— *dira illuvies immiſſaque barba.*

Val. Max. I. VII. 7. *homo ingentis magnitudinis, coloris nigri, ſqualidus barba & capillo immiſſo.* ubi male *demiſſo* intrudunt aliqui, ut infra occurrit 289. Quinct. XII. 3. *qui fronte conficta, immiſſaque barba.* Burm.

171. *Cur colitur.*] *Quid* Sixii & unus Mediceus. ut *quid veniat* ſupr. lib. v. 651. eadem varietas Epiſt. X. III.

172. *Sine ture.*] *Sine honore* pr. Baſil. vid. ad Petron. cap. CXXXIII. & Broukhuſ. ad Tibul. IV. VI. I.

172. *Mihi Tantalus auctor.*] Tantalus Hymenaei filius, & Aſcali frater fuit, Auct. Stephano, quem Plato in Cratylo quaſi Ταλάντατον *talentatum*, id eſt infeliciſſimum dictum fuiſſe exiſtimat. Constantius Fanensis. Hac de re ſic Pindarus Ode prima Olymp. ὑιὲ Ταντάλου, σὲ δ' ἀντία πρότερων φθέγξομαι· ὁπότ' ἐκάλεσε πατὴρ τὸν εὐνομώτατον ἐς ἔρανον, φίλαν τε Σίπυλον, ἀμειβαῖα θεοῖσι δεῖπνα παρέχων. *Fili Tantali, te contra quam priores laudabo. Quando vocavit pater ad legitimas epulas, caramque Sipylum viciſſim Diis caenam dans.* Tangit & hanc rem Euripides initio Oreſtis. quod, ne fim longior, parcam ſcribere. Ciofanus. De Tantalo, quem Jovis & Plutûs filium facit, quaedam non vulgaria habet Anton. Liberal. cap. 36. ubi vid. Muncker. Apoſtolius vero cent. XVIII. 7. Tmoli & Plutûs filium facit. vide Muncker. ad Hygin. fab. 82. & 155. Nonnus vero Dionyſ. lib. I. pag. 16. Πλωτοῦς filium facit, ubi & caeleſtia pocula furatum eſſe dicit. Pindar. I. Olym. 97. tangit & cauſſam, cur ejectus ſit caelo, & ibi Scholiaſtes, & Senec. Agamem. initio. Nicolaus apud Stob. in excerptis Grotii pag. 84. vide & Nonni Synagogen editam a Savilio poſt Nazianzeni invectivas. pag. 171. Burm.

173. *Cui licuit ſoli.*] Atqui & Ixioni licuit, teſte Luciano in deor. dial. Jovis & Junonis, & in Divites Saturno Salutem & Pelopi, eodem auctore, in Charidemo & aliis. ſed Niobe illi poſteriores, quare de patre ſuo haec non falſo jactabat. Heins.

174. *Pleïadum ſoror eſt genitrix mea.*] Niobes mater Taygeta fuit una ex Pleiadibus Atlantis filiabus. Regius. Nullus ex veteribus, quos modo citavi, matrem Niobes facit unam ex Pleiadibus, ſed vel Euryanaſſam, vel Eupruto, vel Peniopen, vel Dionen. vide ad Hygin. fab. IX. unde Taygetam Regius petiverit, neſcio. nomina Pleiadum Ovid. IV. Faſt. 172. memorat Steropen, Halcyonen, Celaeno, Majam, Electram, Taygeten, Meropen. & ita paſſim alii ſcriptores. vide Lambin. ad Horat. IV. od. 14. alia nomina ſunt apud Scholiaſten Theocriti Idyll. XIII. 25. Coccymo, Plaucia, Protis, Parthenia, Maja, Stonuchia, Lampado, ſed ex illis nulla, quae mater Niobes dicta. Quare ſuſpicor Dionem matrem Niobes fuiſſe unam ex Hyadibus, quae ſorores Pleïadum. ita enim patet unam vocatam ex Scholiaſte Homeri Il. ζ. 486. quae vitioſe apud Hygin. Poëtic. Aſton. II. 21.

dicitur

Me gentes metuunt Phrygiae: me regia Cadmi
Sub dominâ eſt: fidibuſque mei commiſſa mariti
Moenia cum populis à meque viroque reguntur.
In quamcumque domûs adverto lumina partem,
Immenſae ſpectantur opes. accedit eodem
Digna Deae facies. huc natas adjice ſeptem,
Et totidem juvenes; & mox generoſque nuruſque.
Quaerite nunc, habeat quam noſtra ſuperbia cauſſam:
Neſcio quoque audete ſatam Titanida Caeo
Latonam praeferre mihi; cui maxima quondam
Exiguam ſedem pariturae terra negavit.
Nec coelo, nec humo, nec aquis Dea veſtra recepta eſt.
Exſul erat mundi; donec miſerata vagantem,
Hoſpita tu terris erras, ego, dixit, in undis,

Inſta-

dicitur *Thyene*, ut notavit Munckerus. vid. & Meziriac. ad Epiſt. VIII. Hermion. 47. *genetrix mihi* Neapol. BURM.

178. *Fidibuſque.*] *Manibuſque* Gronov.

180. *Adverti lumina.*] *Adverto* multi veteres. quod placet. niſi quod *advertor lumina* à Naſone ſcriptum fuiſſe cenſeo. ſic *dextris adducor littora remis.* l. III. 598. Plenus hiſce Graeciſmis Noſter. ſic in Faſtis l. I. vſ. 179. etiam emendo,

Ad primam vocem timidas advertimur aures.

vel *adverteris.* ſic *praeverti* paſſim apud bonos auctores. etiam *deverti* & *averti* dicebant. Adi Notas Amor. l. II. Eleg. VI. vſ. 9. HEINSIUS. *Adverto* rectum eſt. ita lib. II. Triſt. 223. quidam ſcripti,

Luſibus ut poſſis advertere lumen ineptis.

Inf. VIII. 482. *Sacris vultus advertite veſtros.* ita, aures, mentem & ſimilia *advertere* Noſter dixit. BURMANNUS.

181. *Spectantur.*] *Numerantur* Gronovianus.

182. *Digna dea facies.*] *Deo* ex praeſtantioribus nonnulli. multi, *deae.* duo, *dei.* Vide quae notamus Triſt. IV. Eleg. III. vſ. 57. & ſupr. lib. V. 345. deinde pro, *& mox generoſque nuruſque*, libens reſcribam, *& tot generoſque.* HEINS.

182. *Huc natas adjice ſeptem, Et totidem juvenes.*] Si quis filiorum Niobes nomina ſcire deſiderat, haec fuerunt, ut apud Statii interpretem 3. Thebaid. commentario inveni. marium haec, Archemorus, Antegorus, Tantalus, Phaedimus, Sipylus, Xenarchus, & Epinites. foeminarum haec, Aſtycratea, Pelopeia, Chloris, Cleodexe, Ogyne, Phege, & Neaera. Ovidius, Æſchylum in tragoedia Niobe ſequens, quoſdam è maribus aliter nominavit. puellarum vero nomina non appoſuit. CONST. FANENSIS. Mirifice huc facit, quod collegit Agellius lib. XX. cap. VII. *Mira*, inquit, *& prope adeo ridicula diverſitas fabulae apud Graecos poëtas deprehenditur ſuper numerum Niobae filiorum, nam Homerus pueros puellaſque ejus ſenos dicit fuiſſe; Euripides, bis ſeptenos; Sappho, bis novenos; Bachyllides, & Pindarus, bis denos. Quidam alii ſcriptores tres fuiſſe ſolos dixerunt.* ex quo apparet poëtam noſtrum Euripidem ſecutum. Ælianus lib. XII. praeter Homerum, & Pindarum, quos, ut vides, citat etiam Agellius, recenſet Laſum, qui decem & novem, Alcmanen, qui decem; & Mimermum, qui viginti fuiſſe prodiderunt. Videndus eſt & Euſtathius lib. ultimo Iliados, ad illud Homeri τῦπερ δώδεκα παῖδες, &c. Auſonius de Niobe:

Thebarum regina fui, Sipyleïa cautes,
Quae modo ſum, laeſo numine Latoïdum.
Bis ſeptem natis genitrix laeta atque ſuperba:
Tot duxi mater funera, quot genui.
Nec ſatis hoc divis: duro circumdata ſaxo
Amiſi humani corporis effigiem.
Sed dolor obſtructus quamquam vitalibus haeret,
Perpetuaſque rigat fonte pio lacrimas.
Pro facinus! tantaene animis caeleſtibus irae?
Durat adhuc luctus, matris imago perit.

Idem in ejuſdem marmoream ſtatuam:

Vivebam, ſum facta ſilex, quae deinde polita
Praxitelis manibus, vivo iterum Niobe.
Reddidit artificis manus omnia, ſed ſine ſenſu:
Hunc ego, cum laeſi numina, non habui.

De Niobe ſic Palaephatus: *Nioben, dum viveret, ſuper filiorum ſepulchrum lapidem factam eſſe memorant. Quicumque autem ex lapide hominem, rurſuſque ex homine lapidem fieri poſſe credit, ſtultus hic quidem plane eſt. Verum autem hoc habet. Niobe mortuis ſui ipſius liberis, cum lapideam imaginem ſibi conſtituiſſet, eam ſupra natorum ſuorum ſepulchrum poſuit. Nos vero ipſi hanc utique qualis revera eſſet, inſpeximus.* CIOFANUS. Vid. Lutat. ad Stat. III. Theb. 191.

183. *Ge-*

Inſtabilemque locum Delos dedit. illa duobus
Facta parens: uteri pars eſt haec ſeptima noſtri.
Sum felix. quis enim neget hoc? felixque manebo.
Hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit.
Major ſum, quam cui poſſit Fortuna nocere.
Multaque ut eripiat; multo mihi plura relinquet.
Exceſſere metum mea jam bona. fingite demi
Huic aliquid populo natorum poſſe meorum;
Non tamen ad numerum redigar ſpoliata duorum
Latonae. turbà quo quantum diſtat ab orbà?
Ite ſacris, properate ſacris; laurumque capillis
Ponite. deponunt; infectaque ſacra relinquunt:
Quodque licet, tacito venerantur murmure numen.
Indignata Dea eſt: ſummoque in vertice Cynthi,

Talibus

183. *Generoſque nuruſque.*] Martial. lib. XI. 54.
Quot ſperat generos, quotque puella nurus.
Douza.

185. *Quoque modo audetis genitam Titanida Caeo.*] *Audetis ſatam* primus Hamburgenſis & quinque alii cum Norico, nonnulli, *natam. Neſcio quoque auditi ſatam* Florentinus optimus. *Neſcio quomodo audetis ſatam* Neapol. veteri lectione erasâ, quod in primo Vaticano aliiſque nonnullis admiſſum. tertius Mediceus, *Neſcio quoque audete genatam.* alii aliter. Scribe,

Neſcio quoque audete ſatam Titanida Caeo
Latonam praeferre mihi.

Neſcio quo Caeo ſatam. Heinsius. Quid in vulgatis legatur omnes ſciunt; ſed cuique ſuum caput eſt, ego autem verſum hunc Ovidio indignum puto. legerem:

Et nunc neſcio quo genitam Titanida Caeo
Latonam praeferre mihi.

Tan. Faber. lib. II. Epiſt. 69.

189. *Exul erat mundi.*] In quibuſdam, *mundo.* Nauger. Recte *mundi*: lib. IX. 409. *Exul mentiſque domique.* ſic Florus dixit III. I. *Fugitivum finium ſuorum, regnique.* Plin. XV. II. 16 *negant fugitivas illius loci fieri.* in Argumento Æneidos VIII. quod Ovidio vulgo tribuunt ex MSS.

Evandrum Arcadiae profugum, nova regna petentem.

Sic Proſper Aquitan. lemmate Epigr. XVII. *Omnis, qui ad ſuperuam pertinet civitatem, peregrinus eſt mundi.* Burm.

191. *Inſtabilemque.*] Plaut. Merc. III. IV. 68.
Quae patria aut domus tibi ſtabilis eſſe poterit.

191. *Illa duorum*] *Duobus* primus Gronovii. Heinsius. Vid. ſupr. ad lib. V. 415.

194. *Hoc quoque quis dubitat?*] *Dubitet* ex ſcriptis. Heinsius.

197. *Exceſſere metum.*] *Excuſſere* unus Mediceus & Leidenſis. ut lib. III. 684. *excute corde metum. modum* Leidenſis unus: *metus* alius.

198. *Aliquid.*] *Aliquem* Oxon. & tres alii. *puerorum* Leidenſis. *numero natorum* Mediceus.

199. *Non tamen.*] Ambroſianus venuſte per interrogationem, *Num tamen* &c. *Spolianda* etiam Genev.

200. *Quodque licet, tacito venerantur murmure numen Latonae turba quantum diſtabat ab orba, Tantum animoſa ſui furiis agitata doloris.*] Uti id fortaſſe rectius, quod in quibuſdam, *Latonae turbae.* ut ſit, *turbae venerantur*, ſic ex iis, quae ſequuntur, proculdubio ſenſus, qui placeat, eligi nullus poteſt. legitur in nonnullis, *quae quantum diſtat.* in aliis, *quae quam diſtabat.* ego quoquo modo legatur, aliud quid deſidero. eſt & exemplaria invenire, in quibus hoc inſertum eſt carmen: *Tantum animoſa ſui furiis agitata doloris indignata dea eſt.* hoc vero, ut ruſe & minime Ovidio dignum eſt, ita audacter excludi debet. Nauger. In uno meo haec duo carmina ita leguntur: *Tantum animoſa ſui ſtimulis agitata doloris Latonae, quantum turba diſtabat ab orba.* Sed ad marginem prioris verſus notatum eſt, Vacat. Quo ſignificatur verſum eſſe adulterinum. In altero antiquiore Urſ. duobus Vatic. & utroque Maffei eſt. *Latonae quantum, quae diſtat ab orba* & verſus, *Tantum animoſa, &c.* in iis non legitur: itaque in duobus aliis Vatican. Quare ſine dubitatione tollendus eſt verſus, qui incipit, *Tantum animoſa.* In lib. Briant. eſt: *Quodque licet, &c. Latonae, turbae? quae quantum diſtat ab orba, Indignata, &c.* Viri docti ſuſpicantur ambos ſuppoſititios eſſe, ac tollendos cenſent. Mihi videtur hoc modo legendum:

Quodque licet, tacito venerantur murmure numen
Latonae; quantum turba, quae diſtat ab orba,
Indignata Dea eſt.

Lectori tamen dijudicandum relinquo. Ciofan.

Talibus eſt dictis geminâ cum prole locuta.
En ego veſtra parens, vobis animoſa creatis,
Et niſi Junoni, nulli ceſſura Dearum,
An Dea ſim, dubitor: perque omnia ſecula cultis
Arceor, ô nati, niſi vos ſuccurritis, aris.
Nec dolor hic ſolus. diro convicia facto
Tantalis adjecit: voſque eſt poſtponere natis
Auſa ſuis: & me (quod in ipſam recidat) orbam
Dixit; & exhibuit linguam ſcelerata paternam.
Adjectura preces erat his Latona relatis:
Deſine, Phoebus ait, (poenae mora longa) querelas.
Dixit idem Phoebe. celerique per aëra lapſu

Con-

201. *Ite ſacris.*] Diſcedite à ſacris execrandis, ut Virgil. *Auri ſacra fames.* Regius. Dubitari tamen poteſt, utrum affectus cauſa verbum *ſacris* repetitum ſit eadem ſignificatione. Deinde & illud quaeri poſſet, utrum poëta *propere à*, vel, *procul, à ſacris* ſcripſerit. Eſt enim durior haec aphaereſis, ut *Ite*, ſimpliciter pro *Abite*, accipiamus. Micyllus. Mira locutionis ratio facit, ut de veritate ſcripturae dubitem. Douza. Locus mendoſiſſimus, qui doctiſſimum quoque Gronovium Obſervat. l. IV. cap. XV. miris modis exercuit. In Florentino & Neapol. haec majori ex parte in mendo cubabant. pro *propere* videbatur, *properate* fuiſſe. quomodo quartus Mediceus & unus Gronovii cum Voſſiano uno. deinde, *Ite ſacris* in uno meo. quomodo & prima Aldi editio. Margo Gryphianae, *Ite ſacris procul à ſacris.* Forte, *Ite ſatis, procul ite ſacris*, vel *properate.* niſi mavis, *Ite procul, procul ite ſacris.* ut error natus ſit ex ſolenni librariorum ſupinitate, qui *τὸ procul* geminare neglexerant. Ceterum huic verſui praemittendus ille, qui paulo poſt legebatur,

Latonae turbâ quantum diſtabat ab orbâ.

ut jam vidit in Obſervationibus ſagaciſſimus Gronovius ex Menardi codice, qui munificentiâ viri politiſſimi Ægidii Menagii nunc eſt meus. Neque aliter optimus Neapolitanus, & fragmentum Voſſianum. in uno Caroli Strozzae notatum erat, hunc verſum loco, quo nunc à me repoſitus eſt, eſſe collocandum. In uno Regio margini erat adſcriptus. Praeterea ſcripti meliores, *quae quantum diſtat. quoque quantum* Berneggerianus. Scribe, *turbâ quo quantum diſtat ab orbâ!* quo numero, quod praeceſſit proxime. Heinsius. Vir Clariſſimus Jacobus Gronovius Tom. I. Antiq. Graec. in Niobe reponi vult:

Ite aris propere ab ſacris.

Sed ſcabriorem haec emendatio verſum mihi facere videtur. poſſet rotundius legi:

Ite, manus prohibete ſacris, vel *cohibete*,

Sed nec *turba orba* ſatis placet, quare mallem *turba qua* (ſcil. duorum, ut ironice vocat, vid. ad Epiſt. XIX. 154.) *quantum diſtat ab orba?* Burmannus.

203. *Quoque licet.*] Et quantum permittitur. Ciofanus.

204. *In vertice.*] *E vertice* Junian. & Langerm. *Pindi* alter Strozzae.

208. *An dea ſim, dubitor.*] Ita veteres libri & recte. Non autem legendum eſt, *dubito*, ut quidam volunt. Ciofanus. *Dubito* plerique Manuſcripti, ſed & optimi, *dubitor*, quam locutionem ego inter ſingularia Ovidii referrem, ut & lib. II. 20. dixit *dubitatum parentem. dubitare* vero cum accuſativo Cicero & optimus quiſque Latinitatis auctor dixit. vid. ad Quinctil. lib. XII. Inſt. cap. I. & ita Tertull. Apolog. 20. *Scripturarum ſi non vetuſtatem, divinas probamus, ſi dubitatur antiquitas.* ita plurimi editi & ſcripti, alii *antiquas*, quod defendi poſſe non ignoramus; ſed nobis altera lectio praeplacet. captat enim talia Tertullianus. Burmannus.

208. *Perque omnia ſaecula cultis.*] Longe melius Palatinus, quo Gruterus fuit uſus, *perque omnia ſaecula cunctis Arceor, ô nati, niſi vos ſuccurritis, aris.* Dan. Heinsius.

212. *Et me, quod in ipſam recidat, orbam dixit.*] Vetuſti codices, *decidat*: nam *recido* primam corripit. niſi communem eam quis probet, quod Lucretius dixerit:

Recidere aſſiduè, quoniam fluere omnia conſtat.

quo tamen verſu etiam *decidere* nonnulli habent codices. Mariangus Accursius in diatribis. Ita omnes habent libri, ſed carmen claudicare videtur, quare quidam *Decidat* legendum arbitrantur, niſi quis *Reincidat* malit, ſed prius magis placet. Glarean. Corriguntautem quidam hunc locum, quaſi in verbo *Recidas* ſyllabarum quantitas non conſtet. leguntque, pro *Recidat*, *Decidat.* Sed ego, pace illorum, nihil video cur verſus hic immutandus ſit. Nam & apud Lucretium idem verbum eodem modo prima longa legitur, ut libro primo, *At neque recidere in nihilum res poſſe, neque*

autem.

Contigerant tecti Cadmeïda nubibus arcem.
Planus erat, lateque patens prope moenia campus,
Adsiduis pulsatus equis; ubi turba rotarum,
Duraque mollierant subjectas ungula glebas.
Pars ibi de septem genitis Amphione fortes
Conscendunt in equos, Tyrioque rubentia fuco
Terga premunt; auroque graves moderantur habenas.
E quibus Ismenos, qui matri sarcina quondam
Prima suae fuerat, dum certum flectit in orbem
Quadrupedes cursus, spumantiaque ora coërcet;
Hei mihi! conclamat; medioque in pectore fixus
Tela gerit, frenisque manu moriente remissis

In

autem crescere de nihilo, &c. Sic enim habet vetus lectio & sincera. Nam & *Reduco*, & *Reficio*, & *Relatus* apud eundem poëtam *Re* longa alibi pronuntur. Deinde etiamsi pro *Recidat*, *Decidat* legatur, & proprietati orationis, & elegantiae multum detrahetur. Quanquam siquis pro *Recidat*, *Reccidet*, cc duplice, scribendum omnino contendat, non multum equidem repugnaverim, quando idem & in Lucretianis, quae modo citavi, quidam fecerunt. Et non multum puto, refert, Ectasin hîc an Diplasiasmum fieri dicamus. Micyllus. *Recidat* ex castigatioribus. de quo verbo ad Epist. xiv. vers. 46. Prudentius Apotheosi:

Et quod tam modicum est, ut certa sede locetur,
Jam titubare potest, & quod titubaverit intra
Naturam vitii est. vitiosum denique tristem
Decidit in poenam.

ubi cum alii vetusti codices, tum omnium vetustissimus Puteaneus. *Reccidit*, hoc est *Recidit*. Heins. Nihil certius. ita Cicer. iv. Philip. 5. *Ita vero, Quirites, ut precamini eveniat, atque hujus amentiae poena in ipsum familiamque ejus recidat.* Sueton. Aug. 96. *Constitit inter haruspices, quae periculosa & adversa sacrificanti denuntiata essent, cuncta in illos recasura, qui exta haberent.* Apulej. lib. iii. *Quod alterius rei causa facere jussa sum, mala quadam mea sorte in tuam recidit injuriam.* & ita passim alii. de syllabae vero modo, vid. Brouckh. ad Prop. iv. viii. 44. & nos ad Nasonis lib. i. Amor. vii. 62. & alibi saepe. Burmannus.

214. *Dejectura preces.*] Quis non videt, *adjectura* esse legendum. Constantius Fanensis. unus Leidensis, *Admonitura*. Scribe, *Admotura*. infra 689.

Admovique preces, quarum me dedecet usus.

alterum minus placet, quia jam praecesserat, *Tantalis adjecit*. mox pro, *Contigerant*, lego, *Contigerunt*. nam unus Mediceus, *Contingunt*. Heins. *Admovere preces* frequenter & eleganter dici ostenderunt viri docti ad Phaedr. lib. i. fab. 19. & recte *adjectura* offendit Heinsium. sed *admovere preces alicui* dicimus, a quo quid petimus; an vero dicamus, *admovere preces his relatis* vehementer dubito; quare ego praeferrem codicis Lovanienfis scripturam, *admixtura preces*. sic Albinov. ad Liviam 421. *Admovitque preces* (*scilicet Liviae*) *& jus immiscuit illis*, nimirum precibus. posset & legi, *adjunctura preces*. Burmannus.

215. *Poenae mora longa querela est.*] *Querelae* Urbinas sine verbo substantivo, quod & ab aliis multis abest. Puto:

Define, Phoebus ait, (poenae mora longa) querelas.

Adeantur quae notamus Artis lib. ii. vers. 725. Heinsius.

417. *Contigerant.*] *Constiterant tecti Cadmeïde nubibus arce* codex Menardi, quod elegans & divinam celeritatem notat. *vecti* etiam *nube* Basileenfis. sic, *sub nube per aëra vecta* Iphigenia lib. iii. ex Ponto. 2. Burm.

218. *Prope moenia.*] *Ad moenia* Gebh. iii. Crep. 9. non male.

220. *Duraque mollierat.*] *Mollierant* ex libris. mox pro *Tyrio succo* reponendum, *fuco*, ut recte unus Mediceus (cum glossa, id est, colore) ex meis item unus, & Jureti excerpta. de quo ad Claudian. lib. i. in Rufin. 208. Heins.

223. *Auroque graves moderantur habenas.*] Emenda ex quinque l. f. *Auro gravidas moderantur habenas*. Vel potius, ut est in Abb. & quinque aliis, *gravidis habenis*. Ciofan. *Auro gravidas habenas* multi veterum. unus Strozzae, *gravidas auro*. Lege, *gravidasque auro*, nisi praefers, *auroque graves*. quomodo Naugeriani codices & ex nostris duo. sic, *moderarier equum frenis* Lucretio lib. v. 1297. Heinsius. *Auroque graves* rectum est. ita *gravis argento manus* Quinctil. decl. cccxlv. ubi vide, & ad decl. xii. 18. *moderari* vero dicimus & *equum frenis*. (ut lib. viii. 795. & *temperare* Horat. i. od. 8.) & ipsa etiam *frena*, ut ii. ex Ponto ix. 33. Stat. iv. Theb. 218.

In latus à dextro paullatim defluit armo.
Proximus, audito ſonitu per inane pharetrae,
Frena dabat Sipylus: veluti cum praeſcius imbris
Nube fugit visâ, pendentiaque undique rector
Carbaſa deducit, ne quâ levis effluat aura.
Frena dabat. dantem non evitabile telum
Conſequitur: ſummâque tremens cervice ſagitta
Haeſit; & exſtabat nudum de gutture ferrum.
Ille, ut erat pronus, per colla admiſſa jubasque
Volvitur; & calido tellurem ſanguine foedat.
Phaedimus infelix, & aviti nominis heres
Tantalus, ut ſolito finem impoſuere labori;
Tranſierant ad opus nitidae juvenile palaeſtrae:
Et jam contulerant arto luctantia nexu

Pectora

Arma ſimul penſaſque jugo moderatur habenas. ubi ex MSS. Behotii recte *prenſas* legit Gronov. diatrib. Stat. addend. ad cap. IX. pag. 401. quidam etiam codices, *auroque graves moderantur habenis*, ut equi graves auro fuerint. BURM.

226. *Quadrupedis curſus.*] *Quadrupedes* ſcripti quatuor. quod arridet. prior Erfurt. & unus Bonon, *Quadrupede currus.* non longe à vero. & mox, *in pectore fixus*, pro *fixa* plurimi veteres. HEINSIUS.

226. *Coërcet.*] *Retorquet* Argentor. & alius.

227. *Hei mihi conclamat.*] Liber Urſini, *Ei* ſine adſpiratione. Quo modo ſcriptum eſſe in Virgilio Carpenſi (qui nunc Florentiae in Bibliotheca S. Laurentii aſſervatur) ad illud II. Æn.

Ei mihi qualis erat, &c.

affirmavit mihi Achilles Statius. Sed vide, quae ex Priſciano notavi lib. I. De Ponto eleg. II. CIOFANUS.

229. *Defluit.*] *Decidit* multi, quae elegantioris verbi Gloſſa. vid. Gevartii Lect. Papin. lib. I. c. 4. & ad lib. III. Amor. II. 14.

230. *Pharetrae.*] *Sagittae* Junian. & Medic. unus.

231. *Fraena dabat Sipylus.*] Hic quoque lib. vet. *Siphylus.* Dominicanus vero, *Sipulus.* CIOF.

231. *Imbres.*] *Imbris* ex Berneggeriano & primo Gronovii. HEINSIUS.

233. *Carbaſa deducit, ne qua levis effluat aura.*] *Diducit* legendum, ut intelligamus illum feſtinare ad portum, ad quod vela diducit, ne qua levis effluat aura. ut eo celerius portum apprehendat tempeſtati elapſus. GLAREAN. *Diducit* etiam ſcripti multi; quod admitti non poteſt, vid. ſupr. ad lib. III. 663.

233. *Ne qua.*] Malim, *ne quid levis effluat auraë.* HEINSIUS.

234. *Frena tamen dantem.*] Multi ex vetuſtioribus, *Frena dabat tamen hunc.* prim. Vatic. *Frena dabat tandem.* quinque, *Frena tamen dantem hunc.* Florentinus, *Frena tamen tandem.* quo modo & alter Hamburgenſis. Scribe:

Frena dabat: dantem non evitabile telum
Conſequitur.

eleganter, & pro Naſoniano genio, ni fallor. HEINSIUS.

236. *Exſtabat nudum de gutture ferrum.*] In uno meo, *De pectore ferrum.* CIOFANUS. *Ferro* unus meus. Neap. *nudo de gutture ferrum.* Lege, *nudo ferro.* ſic lib. III. 67. ex antiquis membranis,

——— *toto deſcendit in ilia ferro:* HEINS.

Et plurimi codices, *de pectore.* ut lib. IX. 128. *corpore* quatuor. *vulnere* Thuaneus. vid. ad lib. V. 95.

237. *Per crura admiſſa.*] Propinqua, juncta, aſtricta. REGIUS. Vel etiam in curſum incitata, ut alibi quoque. MICYLLUS. *Admiſſa*, velocia debent exponi. CONSTANT. FANENSIS. *Crura admiſſa*, exponit Raphaël, propinqua, juncta, aſtricta haud dubie Sipyli equitis, non equi intelligens crura. ſed malim de equi cruribus hoc intelligere, ut admiſſa crura, in curſum permiſſa, & equum, cui laxatum fraenum accipiamus. GLAREAN. Quomodo volvebatur per *crura admiſſa?* quare amplector, *colla admiſſa*, quod erat in primo Gronoviano, & ſex aut ſeptem aliis. HEINS. Vid. ad lib. II. Amor. XVI. 50. & Schott. II. obſerv. 25.

238. *Sanguine foedat.*] *Vulnere* Medic. tert. *fudit* MSS. Berſman.

240. *Finem impoſuere.*] *Poſuere* duo veteres. ut *ponere modum.* mox *Tranſierunt* pro *Tranſierant* Urbin. HEINS. Ita ſupr. lib. III. 506. eadem varietas. Vegetius lib. I. Art. Veterin. cap. ult. *ſi liber,*

cui

Pectora pectoribus; cum tento concita cornu,
Sicut erant juncti, trajecit utrumque sagitta.
Ingemuere simul; simul incurvata dolore
Membra solo posuere: simul suprema jacentes
Lumina versârunt; animam simul exhalârunt.
Adspicit Alphenor, laniataque pectora plangens
Advolat, ut gelidos complexibus adlevet artus:
Inque pio cadit officio. nam Delius illi
Intima fatifero rumpit praecordia ferro.
Quod simul eductum, pars est pulmonis in hamis
Eruta: cumque animâ cruor est effusus in auras.
At non intonsum simplex Damasichthona vulnus
Adficit. ictus erat, quâ crus esse incipit, & quâ
Mollia nervosus facit internodia poples.

Dumque

cui jam ponendus est finis, legentium non offendit auditum. Burm.

241. *Nitidae palaestrae.*] Aptum Epitheton. Epist. xvi. 149.

More tuae gentis nitida dum nuda palaestra
Ludis, & es nudis femina mista viris.

Martialis iv. 8.

Sufficit in nonam nitidis octava palaestris.

Et ipse lib. v. Fastorum 667.

Laete lyrae pulsu, nitida quoque laete palaestra.

Nitida autem propter oleum, quo se luctantes oblinebant. In Epist. xi. 19. eadem ratione dixit, *unctae dona palaestrae.* Ciof.

242. *Nexu.*] *Motu* MSS. Bersm. *mixto nexu* Gronov.

243. *Pectora pectoribus.*] Tale quippiam dixit in Herculis & Acheloi lucta lib. ix. 44.

Cum pede pes junctus: totoque ego pectore pronus,
Et digitos digitis & frontem fronte premebam.

Ciofanus.

243. *Cum tento concita nervo.*] Emenda ex fide meorum, Arnaldi, aliorumque, antique, *Contento concita nervo.* id est, extenso, vel extento. extenduntur & porriguntur nervi, cum palaestra luditur. Sic mox dicit: *Arcum contentum.* Ciofanus. Refutat Ciofanum Gebh. iii. Crep. 9. qui vulgatam defendit, licet non displiceat ei, *cum torto concita nervo.* Ego *tento* retineo, nam mox 287. *contento arcu* sequitur, unde librarius huc intrusit. Val. Fl. i. 185.

Et tento poplite proni
Decurrunt.

Tres codices hic, *tento concita cornu. contorto* decem. *cum torto* octo. Burmannus.

245. *Incurvata.*] *Inclinata* Cod. Menardi.

246. *Jacentes.*] Gebh. iii. Crep. 9. *gementes*; ut & unus Moret.

247. *Animam simul exhalarunt.*] Sic & Lucilius lib. iii.

Symmachu' praeterea jam jam depostu' bubulcus
Exhalans animam pulmonibus aeger agebat.

Et ipse lib. vii. 865.

Me spectat, & in me
Infelicem animam, nostroque exhalat in ore.

Aliter Valer. Flaccus lib. iv. 466.

Tunc tenuem spirans animam.

Ennius Annal. lib. vi.

—— *Divi hoc audite parumper:*
Ut pro Romano populo pugnaciter armis
Certando, prudens animam de corpore mitto.

Aliter Lucanus v. 263.

— *animas effundere viles*
Quolibet hoste paras.

Virg. ad verbum in vi. Aeneid. 435.

—— *vitamque perosi*
Projecere animas.

Haec duo exempla notat Budaeus in Comm. linguae Graecae, in verbo, προΐεσθαι. Ciofanus. Spondaeus in quinta sede moram animae aegre nec sine lucta e corpore migrantis exprimit. Farnab. *animas* Regius unus.

249. *Evolat.*] *Evolat* dictum videtur, quasi diceret, advolat in auxilium cadentium fratrum. Glareanus. Libri mei & Urs. *advolat.* multo rectius. Cior. Vetustiores, *Advolat. pervolat* Thuani. forte, *provolat*, ut xii. 462. Heins.

249. *Ut gelidos complexibus allevet artus.*] In uno meo, *Connexibus.* Cior.

250. *Inque pio cadit officio.*] Epist. xiii. 27. *Officium fecere pium; sed inutile nobis.* Idem.

251. *Rumpit.*] *Rupit* cum primo Regio & uno Mediceo. Heins. *Letifero* etiam multi. vid. lib. v. 182.

252. *Quod simul eductum.*] *Evulsum* alii. ut

Dumque manu tentat trahere exitiabile telum,
Altera per jugulum pennis tenus acta ſagitta eſt.
Expulit hanc ſanguis: ſeque ejaculatus in altum
Emicat, & longe terebratâ proſilit aurâ.
Ultimus Ilioneus non profectura precando
Brachia ſuſtulerat: Dîque ô communiter omnes,
Dixerat, (ignarus non omnes eſſe rogandos)
Parcite. motus erat, cum jam revocabile telum
Non fuit, arcitenens. minimo tamen occidit ille
Vulnere; non alte percuſſo corde ſagittâ.
Fama mali, populique dolor, lacrimaeque ſuorum
Tam ſubitae matrem certam fecere ruinae,
Mirantem potuiſſe; iraſcentemque, quod auſi
Hoc eſſent Superi, quod tantum juris haberent.
Nam pater Amphion, ferro per pectus adacto,
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Heu quantum haec Niobe Niobe diſtabat ab illâ,
Quae modo Latoïs populum ſubmoverat aris,

Et

1. Faſt. 567. (ubi Heinſ. legit, *quo ſimul educto.*) & infr. IX. 129. *extractum* Gronov. ſed nihil opus XII. 422. *poſt tela educta.*

254. *Damaſitona.*] *Damaſichthona* vetuſtiores. Lege, *Damaſichthona.* ut & in Ibide 581. *fratres ſex cum Damaſichthone caeſos.* Δαμασίχθων Apollodoro eſt & Tzetzae in Chiliadibus lib. IV. HEINSIUS. *Damanthona* Oxon.

256. *Mollia nodoſus facit internodia poples.*] Vide utrum *poplitem* pro genu acceperit, an *nodoſus* pro *nervoſus* accipere velis. ſane crus ab utroque incipit, ſed equi tanti genua citius laeſeris, quam poplitem. GLAREANUS. Plurimi ſcripti, *nodoſus.* ſed vulgatum praefero: nam *nodoſus & internodia* non eleganter in unum verſum conjiciuntur. deinde nervi ſunt in poplite plurimi. Plin. VIII. 8. *hoc crure tardato, alterius poplitis nervos ferit.* Noſter lib. VIII. 364.

Succiſo liquerunt poplite nervi.

Et haec ratio cur ſuccideretur illis, quos inutiles & bello inhabiles eſſe volebant, poplites. vide ad Petron. cap. I. BURMANNUS.

257. *Exitiabile.*] *Excruciabile* Leidenſis unus. *dumque manus* pr. Baſil. & unus Leidenſis.

259. *Qui ſe ejaculatus.*] *Seque ejaculatus* ex ſcriptis. HEINS.

264. *Revocabile.*] *Remeabile* unus Moreti.

265. *Occidit.*] *Excidit* unus Heinſii. ex equo ſcilicet.

266. *Non alte percuſſo corde ſagitta.*] *Non altâ* recte Oxonienſis. HEINS. Neſcio tamen an non rectius *alte* dicatur; ut *altum vulnus.* Virgil. XI. 817. & Petron. 136. ubi vide.

267. *Populique dolor.*] *Labor* unus Heinſii, unde ille conjecerat, *pavor.* Deinde *lacrimaeque ſororum* unus Moreti. *ſuarum* Medic. unus.

268. *Tam ſubitae.*] *Jam* unus Med. vid. ad III. Art. 33.

269. *Iraſcentemque.*] *Indignantemque* unus Moreti & unus Palatinus cum altero Twiſdenio. HEINSIUS.

270. *Hoc.*] *Haec* Cantabr. & Medic. &, *qui tantum juris.* pr. Moreti.

272. *Pariter cum luce.*] *Cum voce* quatuor ſcripti. unus Leidenſis, *tanta cum luce.* forte, *finierat moriens patrium cum luce dolorem.*

273. *Haec Niobe.*] *Haec* abeſt a plurimis. expreſſit illa Virgil. II. Æneid. 274.

Quantum mutatus ab illo Hectore.

274. *Submoverat aris.*] *Submôrat ab aris* unus Moreti. *ſubmovit ab aris* fragm. Boxh. II. Triſt. 251.

Ecquid ab hac omnes rigide ſubmovimus arte?

279. *Brachia tollens*] *Tendens* eſt in illo Abbatis. ac, quoties ita loquor, intelligo librum Franciſci Sanaei, civis mei, qui Abbas fuit D. Mariae Caramanicenſis. CIOF. Ita ſcripti plurimi, & ſolemnis iſta confuſio. vid. lib. II. 487. III. 404. & alibi. *lumina tollens* Argentin. & Thyſii.

280. *Paſcere, crudelis noſtro, Latona dolore.*
Paſcere ait, ſatiaque meo tua pectora luctu.

Cor-

Et mediam tulerat greſſus reſupina per urbem,
Invidioſa ſuis; at nunc miſeranda vel hoſti;
Corporibus gelidis incumbit; & ordine nullo
Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omnes.
A quibus ad coelum liventia brachia tendens,
Paſcere, crudelis, noſtro, Latona, dolore;
Paſcere, ait; ſatiaque meo tua pectora luctu:
[Corque ferum ſatia, dixit: per funera ſeptem]
Efferor: exſulta; victrixque inimica triumpha.
Cur autem victrix? miſerae mihi plura ſuperſunt,
Quam tibi felici. poſt tot quoque funera vinco.
Dixerat, inſonuit contento nervus ab arcu:
Qui, praeter Nioben unam, conterruit omnes.
Illa malo eſt audax. ſtabant cum veſtibus atris
Ante toros fratrum demiſſo crine ſorores.
E quibus una, trahens haerentia viſcere tela,
Impoſito fratri, moribunda relanguit ore.
Altera, ſolari miſeram conata parentem,

Con-

Corque ferum ſatia, dixit, per funera ſeptem, Efferor.] In vetuſto exemplari ſic deſcripti ſunt hi verſus, praeterquam quod *ſatura* ſecundo in loco ſcriptum eſt. *Corque ferum ſatura.* Quod ſi minus limati eſſe videntur, meminerimus opus ab auctore ſuo non fuiſſe caſtigatum, eoque nihil temere mutandum. Regius. *Corque ferum ſatia dixit. Dixit* non temere repetitum, cum praeceſſerit proxime *Ait.* ne lector putaret jam loqui poëtam. ſic Virg. IV. 659.

Dixit, & os impreſſa thoro, moriemur inulti? Sed moriamur, ait. Glarean.

In meo antiquiore, Urſini, & Dominic. *Satura.* Ad hunc autem locum reſpexit Seneca in Oedipi choro: *Sed juvat ipſos ſatiare Deos.* Poſt hunc verſum in ambobus meis, Vaticanis, Urſ. Dominicano legitur hic alius, hoc modo:

—— *poſt funera ſeptem,*
Dum pars noſtra jacet, & dum per funera ſeptem.

In lib. Capran. eadem manu in ora repoſitus eſt: Quem hoc quidem loco una cum Petro Galeſio, viro ingenio acerrimo, & eruditione praeſtante, reponendum ſentio. In Abbatis eſt:

Corque ferum ſatia: & dum per funera ſeptem.

Quod, etſi male omnino, oſtendit tamen à librariis erratum, qui, cum verſum, *Corque ferum*, &c. ſcribere debebant, ad ſequentem propter verbum *Septem* à poëtis bis poſitum, temere oculos rejecerunt: Illi verò, qui verſum illum, qui in vet. libro eſt, omiſerunt, contra fecerunt. Ciofanus. Cum *ait* jam praeceſſerit, otioſum eſt hoc loco τὸ *dixit.* quare tollatur meo periculo hic verſus, quem commenti ſunt, qui non intelligebant quantum eſſet acuminis in illo, *Efferor.* niſi mavis praecedentem tolli. alteruter certe eſt amovendus. Nam primus Palatinus pro poſteriori hunc ſubſtituebat,

Dum pars noſtra jacet, & dum per funera ſeptem.

qui in plurimis membranis exſtat. niſi quod quidam:

Dum pars una jacet & dum per vulnera ſeptem.

Heinsius. Verum eſſe quod Glareanus notavit, ſaepe repeti τὸ *dixit*, & *ait*, & hoc docet Servius ad Virg. III. Æneid. 480. vid. & inf. lib. X. 412. pro *paſcere dolore*, mallem, cum uno Leidenſi & Mediceo, *cruore*, quia mox *luctu* ſequitur. conqueſtionem hanc parentum aſſiduam illuſtravit Jac. Gronov. ultima ad Lib. I. Herodoti nota. Burm.

286. *Dixerat, & ſonuit.*] *Inſonuit* Arondel. & unus Patavinus, omnino rectius. *Exſonuit* unus meus, forte, *en ſonuit.* Heins.

288. *Illa modo eſt audax.*] In antiquis, *Illa malo eſt audax.* Ciofanus. *Illa malis audax* Junian. & excerpt. Hercul. alii, *audax illa malo eſt.*

289. *Ante toros fratrum.*] Quidam hunc quoque locum depravant, putantes magis *rogos* quam *toros* eſſe legendum, cum *toros* ita exigat ſenſus, ut *rogos* nullo prorſus modo agnoſcat. Nondum enim rogi fuerant exſtructi, & unus omnibus ſatis eſſe poterat. Regius. Vid. ad lib. II. Amor. XIV. 39. & ad Eleg. in Druſ. 464.

289. *Demiſſo crine.*] *Dimiſſo* codices aliquot. Hartungus decur. II. cap. II. legebat, *demeſſo.* male. VI. Faſt. 441.

Atto-

Conticuit ſubito; duplicataque vulnere caeco eſt.
[Oraque non preſſit, niſi poſtquam ſpiritus exit.]
Haec fruſtra fugiens collabitur; illa ſorori
Immoritur: latet haec; illam trepidare videres.
Sexque datis leto, diverſaque vulnera paſſis,
Ultima reſtabat: quam toto corpore mater,
Tota veſte tegens, Unam, minimamque relinque;
De multis minimam poſco, clamavit, & unam.
Dumque rogat; pro quâ rogat, occidit. orba reſedit
Exanimes inter natos, natasque, virumque:

Diri-

Attonitae flebant demiſſo crine ſorores.
Vide ſup ℣s. 168. *immiſſos crines.*

290. *Haerentia viſcere tela.*] Quidam codices, *viſcera telo*, & ita Vivianus, alii, *viſcere telum*, alii, *viſcera ferro.* ſed nihil muta. ita enim citat Priſcianus lib. VI p. 721. & ſequentem verſum lib. IX. p. 863. HEINS.

293. *Duplicataque vulnere caeco eſt.*] Vide ut illud *duplicata* accipi credas. Raphaël pro incurvata eſt, expoſuit. quod neſcio, an unquam legerim, quanquam caſus hic ita habet. Et illud *ibat* pro exibat poſitum videtur. GLAREANUS. Recte Regius. ſic apud Virg. XI. 645. ex MS. *Duplicatque virum transfixa dolore.* Val. Max. V. I. ext. I. *corpus frigore duplicatum.* ubi male Pigh. *complicatum.* plura vide apud Gronov. lib. IV. obſ. 19. & nos aliquid dicemus ad Val. Fl. VI. 509. BURMANNUS.

293. *Vulnere caeco eſt.*] In uno meo, non *caeco*, ſed *certo* legitur. CIOFANUS. Edidit *tota eſt* Aldus. & ita Cantabr. & undecim alii. & Vivian. *toto eſt* duo. *caeca eſt* Oxon. *corpore toto eſt* MS. Berſman.

294. *Oraque compreſſit.*] *Non preſſit* cum primo Medic. Thuan. ſec. Vatic. & quatuor aliis. *exit* etiam pro *ibat* meliores. Sed & hic verſus eſt adulterinus. HEINSIUS.

294. *Niſi poſtquam ſpiritus ibat.*] Unus Maff. *ſpiritus exit.* CIOFANUS.

298. *Ultima.*] Atqui Hyginus fab. X. dicit Chlorida ſuperfuiſſe, & nuptam Neleo. ubi vide Munckerum.

298. *Corpore.*] *Pectore* Medic. Arg. & tres alii.

305. *Nihil eſt in imagine vivum.*] *Vivi* Urbinas eleganter, & pro diverſa lectione alter Erfurtanus. HEINSIUS. IV. Pont. VIII.

Si quid adhuc igitur vivi Germanice noſtro
Reſtat in ingenio, ſerviat omne tibi.

Inf. XIV. 398.

Nec quidquam antiqui Pico, niſi poſtuma, reſtant. BURMANNUS.

307. *Deſiſtunt.*] *Dediſcunt* Langermanni excerpta. ita *diſcere* pro conſueſcere poni docuit Hottom. ad Cicer. Pro Quinctio cap. XIII. & ſic apud Noſtrum lib. III. 359 *nec prior ipſa loqui didicit.* ſic eleganter Plinius lib. XVI. praefat. *arbores ab homine didicere blandos ſapores adoptione & connubio. dediſcis amare*, etiam Noſter Remed. 21. pro deſueſcis dixit: ubi etiam *deſiſtis* Sarravianus: & ibidem 297. *aegre dediſcis amare*, & ibi in uno Heinſii, *deſiſtis* erat. quae omnia gloſſatorum, ut & hoc, eſſe puto. Vide plura apud Barth. ad Stat. II. Theb. 409. BURMANNUS.

308. *Nec brachia reddere geſtus.*] In duobus ſcriptis, *reddere motus.* Sed nihil muto. CIOFANUS. *Geſtus* primus & ſec. Palat. aliique plurimi. recte. *geſtus* enim proprie eſt manuum. hinc *geſticulatio.* lib. XI 673. *geſtumque manus Ceycis habebat.* ubi fruſtra quidam codices, *ſceptrumque.* lib. XIV. 219. *Oravique fugam geſtu*, non *gemitu.* quod in multis veterum. Apulej. Met. XI. Auctor Panegyrici ad Piſonem,

Seu geminare pilam juvat, aut revocare cadentem,
Et non ſperato fugientem reddere geſtu.

A. Gellius lib. I. Noct. Attic. cap. V. *Manuſque ejus inter agendum ſorent argutae admodum, & geſtuoſae.* de Hortenſio. & hinc, *geſticulariam* & *Dionyſiam*, quae mima erat illorum temporum. a Torquato fuiſſe nominatam ibidem prodit. de ſaltantibus, ubi male *greſſus* ſubſtituerant, Apulej. Met. XI. *Erunt, & quae pectines eburneos ferentes, geſtu brachiorum flexuque digitorum ornatum oppexumque crinium regalium fingerent.* Χειρονομίαν Quintilianus lib. I. cap. XIX. Inſtit. Orat. interpretatur *legem geſtus.* de qua re adeantur quae annotamus remed. Amor. V. 334. HEINS.

309. *Intra quoque viſcera ſaxum eſt.*] De Niobe in ſaxum converſa ſic Sophocles in Antigone: ἤκουσα δὴ λυγροτάταν ὀλέσθαι τὰν Φρυγίαν ζέναν Ταντάλου, Σιπύλῳ πρὸς ἄκρῳ. τὰν, κισσὸς ὡς ἀτενὴς πετραίᾳ βλαστὼ δάμασεν. καίνιν ὄμβρῳ τακομέναν ὡς φάτις ἀνδρῶν, χίων τ' οἰδματῶ λείπει. τέγγει δ' ὑπ' ὀφρύσι παγκλαύστοις δειράδας. Et in Electra: Ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεὸν ἆτ' ἐν τάφῳ πετραίῳ ἄν δακρύεις. Doctiſſimus vir, Dio-

Diriguitque malis. nullos movet aura capillos.
In vultu color eſt ſine ſanguine: lumina moeſtis
Stant immota genis: nihil eſt in imagine vivi.
Ipſa quoque interius cum duro lingua palato
Congelat, & venae deſiſtunt poſſe moveri.
Nec flecti cervix, nec brachia reddere geſtus,
Nec pes ire poteſt. intra quoque viſcera ſaxum eſt.
Flet tamen, & validi circumdata turbine venti
In patriam rapta eſt. ubi fixa cacumine montis
Liquitur, & lacrimas etiamnum marmora manant.

FAB.

Dionyſius Lambinus exponens illud lib. IV. Carm. Horatii Ode VI. *Proles Niobaea*, haec ſcitu digna ex Homeri interprete tranſtulit: Niobe Tantali filia Amphionis uxor, filios ex eo ſuſcepit duodecim, ſex mares, totidemque feminas. Haec liberorum multitudine & pulchritudine ferox, Latonam prae ſe contemnere auſa eſt, cum diceret, illam duos ſolum peperiſſe, Apollinem & Dianam: ſe duodecim. Iccirco Dii, hac contumelia offenſi, Niobae filios ad unum interemerunt: Apollo maſculos in Cithaerone venantes; Diana feminas intra parietes domeſticos, & propemodum in complexu & gremio matris, ſagittis confixit. Juppiter autem Nioben ſuas miſerias deflentem ac deplorantem miſeratus, eam in ſaxum vertit: quod uſque ad hoc tempus (ut aiunt) in Sipylo monte Phrygiae lacrymarum fontes profundens ab omnibus cernitur. Haec & plura Lambinus. CIOFANUS.

312. *Lacrymis etiam nunc Marmora manant.*] *Lacrymas manant* Florentinus S. Marci, primus Mediceus, & unus Baſileenſis cum Norico, quem ex publica civitatis patriae Bibliotheca depromptum ad me miſit vir doctiſſimus Chriſtophorus Arnoldus. venuſte. Seneca Agamemnone 376. ubi de Niobe:

Stat nunc Sipyli vertice ſummo
Flebile ſaxum, & adhuc lacrymas
Moeſta aeternum marmora manant.

ita veterrimus liber Mediceus. poſſit & legi, ut vulgatae ſcripturae propius accedatur,

——— *& adhuc lacrymas*
Marmora manant antiqua novas.

nam utrumque agnoſcit membrana. niſi quod *Marmora fundunt* cum vulgatis illa. Reſpexerat haud dubie hunc Naſonis locum Seneca. Plinius lib. XIV. cap. 20. *Arborum ſucco manantium picem reſinamque, aliae ortae in oriente, aliae in Europa feruntur.* lib. XXXVII. 10. *Jovis gemma in attritu ſudorem purpureum manat.* qui locus non eſt ſollicitandus. lib. XXIII. cap. 3. *Utilis & ſuccus ſaniem manantibus.* Auctor incertus de Orthographia: *Emanat fons ſive terra aquam, id eſt gignit & producit.* Juvenalis Satyra VI. 622. de Claudio Caeſare:

Ille ſenis tremulumque caput deſcendere juſſit
In coelum, & longam manantia labra ſalivam.

ita codices vetuſti magna ex parte. Idem Juvenalis Sat. XV. 136.

——— *cujus manantia fletum*
Ora puellares faciunt incerta capilli.

ita vetuſtus liber Voſſianus. ſic *manare poëtica mella* Horat. in Epiſt. I. XIX. 44. ſic *pluere, ſtillare, rorare* & ſimilia verba etiam cum quarto nunc, nunc cum caſu ſexto jungebant. Solinus cap. XX. *Padanae ſilvae creduntur lapidem fleviſſe.* ipſe Naſo Amoribus III. XII. 37.

Flere genas electra tuas, auriga, ſorores.

Vide quae noto ad Claudian. lib. I. in Rufin. V. 383. & Epigrammate in Jacobum Magiſtrum Equitum. ubi *fluere vina* habes. *Oculi vinum lacrymantes caligant*, apud Rutilium Lupum de figuris ſcientiarum lib. II. Venantius Fortunatus.

Caudice defecto lacrymat ſua gaudia votis.

Prudent. Cathem. Hymno VIII.

Arbuſti quoniam vis facit ignea
Imbrem de madido flere cacumine.

Sic & *plorare balſama* Dracontius Hexaëmero:

Balſama Caeſareos plorant virgulta per agros,
Et nimis ambroſium lacrymae dent munus odores.

Ita in optima Sirmondi editione; ſed locus eſt mendoſus, quid enim *agri Caeſarei* ſibi volunt? opinor reponi debere:

Balſamea Aſſyrios rorant virgulta per agros,
Et ſimile Ambroſio lacrymas dant munus odori.

Vel *Balſamaque.* ſi quis *plorant* haud mutandum cenſet, non omnino diſſentio. nam & Plinius lib. XII. cap. XXV. de Balſamo: *Tenuis guttae ploratu colligitur.* recte autem *Aſſyrios per agros*, cum non in ſola Judaea, ſed in Syria quoque balſamum gignatur, teſte Plinio. per *Caeſareos* tamen *agros Caeſarea* Palaeſtinae urbs poſſet intelligi. *calere animas* Juvenalis dixit Satyra prima, vs. 81.

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus aequor
Navigio montem adſcendit, forteſque popoſcit,
Paulatimque animas caluerunt mollia ſaxa.

Fab. IV. Argumentum.

[a] Agreſtes Lyciae in Ranas.

Latona Coei filia, cum Junonis irâ ob adulterium [b] *ex Jove conceptos Apollinem & Dianam* [c] *parere non poſſet, & nulla eam errantem regio reciperet, noviſſime venit* [d] *in Lyciam, & cum ex ardore aeſtus ac longitudine viae ſitim ſedare vellet, ab iis, qui ulvam & juncum* [e] *ſecundum lacum legerent, prohibita eſt propius accedere. Quamobrem ira incenſa, digrediens* [f] *petiit à deis, ut* [g] *numquam accolae* [h] *ſtagno carerent. Auditis itaque* [i] *precibus ejus, Jupiter agricolas in ſpeciem ranarum* [k] *transformavit.*

TUm vero tanti manifeſtam numinis iram
Femina virque timent: cultuque impenſius omnes
Magna

Ita tres codices ſcripti, quibus ſum uſus, non *anima*. Fors tamen ſit, ut ſcripſerit Juvenalis:

Paulatim inque animas caluerunt mollia ſaxa.

Heinsius.

[a] *Agreſtes Lyciae.*] *A. Lyci* Parm.

[b] *Ex Jove.*] *A Jove* Colon.

[c] *Parere non poſſet.*] *Difficulter peperiſſet* Colon.

[d] *In Lyciam venit.*] Antoninus Liberalis, qui paullo aliter hanc fabulam narrat cap. 35. Λητὼ ἐπεὶ ἔτεκεν Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν ἐν Ἀσερίᾳ τῇ νήσῳ, ἀφίκετο εἰς Λυκίαν &c. Lyciam tum appellatam vult eam regionem à lupis, qui deae ſe viae duces praebuiſſent. Λύκοι δὲ, inquit, συναντώμενοι καὶ σήναντες ὑφηγήσαντο τῆς ὁδοῦ. Iterum monendum mihi τὸ σαίνειν latius patere, quam quidam rentur. Leonibus etiam illud tribuit Tzetzes ad Lycophr. pag. 131. Ed. Steph. Εἶδον ἔξωθεν τῆς αὐλῆς τῆς Κίρκης λύκους καὶ λέοντας ἡμέρους, σαίνοντας αὐτοὺς ταῖς οὐραῖς. Hieronymus in vitâ Paulli Eremitae: *Et illi* (leones) *directo curſu ad cadaver beati ſenis ſubſtiterunt, adulantibuſque caudis circa ejus pedes accubuere.* Nimirum σαίνειν proprie eſt cauda adulari: quaecunque ergo animalia facere hoc conſuevere, σαίνειν dicuntur. Apollon. I. Argon. ὑs. 1144. Θῆρες δ' εἰλυούσε κατὰ ξυλόχουσε λιπόντες, Οὐρῇσιν σαίνοντες ἐπήλυθον. Ceterum quod Lyciam Τριμιλίδα dictam ibidem affirmat Liberalis, id contactum vitio eſt. Legendum omnino, Τρεμιλίδα. Incolas Τρεμιλεῖς & Τρεμίλας appellatos dicit Stephanus. Perperam ergo Τερμιλοῦς vocatos ait Euſtathius ad Dionyſ. pag. 113. Ed. Steph. Corrige ex Stephano. Muncerus.

[e] *Secundum lacum.*] *In lacu* Colon.

[f] *Petiit.*] *Petit* Parm. Raener. Heinſ.

[g] *Ut nunquam.*] *Ut* deeſt Parm. Lugd.

[h] *Stagno carerent.*] Vide Barth. Adv. Lib. x. cap. 8. Muncker.

[i] *Precibus ejus.*] *Ejus* deeſt Colon.

[k] *Transformavit.*] *Transfiguravit* Parm. Lugd. Micyll. & reliquae. *in ranas transfiguravit* Colon.

313. *Tunc vero cuncti.*] Leidenſis, *tanti manifeſtam numinis iram.* non male. quia ſequenti verſu *omnes* repetitur. ubi tamen *ultro* habet Gronovianus. deinde, *femina virque pavent* Langerman. *propenſius* etiam Neapol. & Medic. tertius.

315. *Divae gemelliparae.*] Latonae, quae uno eodemque partu duos, id eſt Apollinem & Dianam peperit. Sic lib. v. Faſt.

Scorpion immiſit tellus, fuit impetus illi
Curva gemelliparae ſpicula ferre Deae.

Sic Plautus in Bacchid. eas, quae uno eodemque partu eduntur, *gemelliticum* fetum vocat, cujus haec ſunt:

Duas Sorores debacchantes Samias,
Meretrices lepidas uno prognatas tempore,
Iiſdem parentibus fetu gemellitico,
Non minus ſimiles, quam lac lacti ſi conferas.

Ciofanus. Sunt iſta non Plauti ſed ſuppoſititia.

316. *Renarrant.*] Tertius Gronov. & Barb. *retractant.* quod neſcio an rectius. nam non tantum ſermonibus, ſed & animo repetiſſe ſignificat. ut IV. 569.

dum prima retractant
Fata domus.

lib. VII. 714.

Mecumque deae memorata retracto.

v. Triſt. VII. 83.

Ipſe loquor mecum, deſuetaque verba retracto.

lib. I. Met. 746.

Timide verba intermiſſa retractat.

Ut

Magna gemelliparae venerantur numina Divae.
Utque fit, à facto propiore priora renarrant.
E quibus unus ait: Lyciae quoque fertilis agris
Haud impune Deam veteres sprevere coloni.
Res obscura quidem est ignobilitate virorum;
Mira tamen. vidi praesens stagnumque locumque
Prodigio notum. nam me jam grandior aevo,
Impatiensque viae genitor deducere lectos
Jusserat inde boves; gentisque illius eunti
Ipse ducem dederat. cum quo dum pascua lustro,
Ecce lacûs medio sacrorum nigra favillâ
Ara vetus stabat, tremulis circumdata cannis.
Restitit; & pavido, Fâveas mihi, murmure dixit
Dux meus: & simili, Faveas, ego murmure dixi.
Naïadum, Faunine foret tamen ara rogabam,
Indigenaene Dei; cum talia reddidit hospes.

Non

Ut quidam codices. vulgo *retentat*. quod utrumque verbum apud Senec. de Brevit. vitae cap. x. occurrit. *Non audent ea retentare, quorum vitia etiam, quae aliquo praesentis voluptatis lenocinio subripiebantur, retractando patescunt.* Columella lib. I. cap. 4. *Nam prima inspectione, neque vitia neque virtutes abditas ostendit, quae mox retractantibus facile apparent.* usus & aliquoties Cicero & alii hoc verbo, etiam cum de secundis curis, quas scriptis adhibemus nostris, agunt. vide Scheffer. de Stilo cap. VIII. §. II. *è facto* etiam Argentinenses. Burmannus.

320. *Stagnumque locumque.*] In quibusdam, *lacumque.* Nauger. *Lacumque* primus Vatic. Berneg. Cantab. tertius & quartus è Mediceis. Quomodo mox, *Ecce lacûs medio.* nam ita Berberinianus, pro *lacu.* Nisi illic *loci medio* reponas. Nam in medio lacu aram fuisse vix est verisimile. Heinsius. Ego *locum* praefero, cum quia fere idem est stagnum & lacus, tum quia saepe Noster hanc vocem alteri rei, quae est in loco, de quo agit, subjicere solet. VI. Fast. 423.

Vidi templumque locumque.

III. Art. 363.

Quae praebet lectum studiosaque locumque.

XI. 472.

Renovat lectusque locusque.

Et alibi saepe. Burmannus.

321. *Prodigio notum.*] Malim, *notas*, si τὸ *lacum* non admittimus. & *grandior aevi* pro *aevo* tam hic, quam Trist. IV. eleg. ult.

Saepe suas volucres legit mihi grandior aevi.

Sic *aevi maturus.* vide infra VIII. 618. *integer aevi* lib. IV. v. 441. Vide ad Claudian. II. in Stilich. 348. Heinsius. Contra scriptos nihil moveo, cum *grandis natu* veteres dixisse notet Donatus ad Terent. Adel. IV. v. ubi de voce *grandis* plura observat. & ita Cicero, Horatius, Terentius & alii loquuntur. Burmann.

322. *Impatiensque viae genitor deducere lectos.*] Lanius hic fuisse videtur, qui filium pro bobus e Graecia in Lyciam miserit. Et pro longinquitate dixit, *Impatiens viae genitor.* Glareanus.

322. *Lectos.*] *Fessos* Neapolit. & sec. Medic. *pingues* unus Gronov. *lentos* unus Heinsii, ut passim *tardi boves.* vel, ut ad pascendi morem referatur, ut lib. III. 15.

Lente videt ire juvencam. Burm.

327. *Et parvo, faveas mihi, murmure dixit.*] Emenda ex duobus meis & aliquot aliis, *pavido, faveas mihi, murmure dixit.* Ciofanus. *Paulo murmure* Florent. S. Marci, Neap. prim. Palat. sec. Mediceus, uterque Erfurt. & decem alii. quod Zinzerlingo Promuls. cap. IV. arridebat, non mihi. Unus Mediceus, *pavio.* hinc *paulo* perperam fecerunt. lib. X. 273.

——— *Cum munere functus ad aras*
Constitit, & timide, si, di, dare cuncta potestis,
Sit conjunx opto, dixit, mea.

Et lib. VIII. 682.

Concipiunt Bauciscque preces timiduscque Philemon.

proximo versu, *Faveas, ego.* non *mihi*, cum melioribus. Apulej. Florid. initio. *Religiosis viantium moris est, cum aliquis locus sanctus in via oblatus est, votum postulare.* Heinsius. Eadem varietas IX. 568. ubi vide

330. *Cum talia retulit hospes.*] *Cui* primus Moreti,

Non hac, ô juvenis, montanum numen in arâ eſt.
Illa ſuam vocat hanc, cui quondam regia Juno
Orbe interdixit: quam vix erratica Delos
Orantem accepit, tum cum levis inſula nabat.
Illic, incumbens cum Palladis arbore palmae,
Edidit invità geminos Latona novercà.
Hinc quoque Junonem fugiſſe puerpera fertur:
Inque ſuo portàſſe ſinu, duo numina, natos.
Jamque Chimaeriferae, cum Sol gravis ureret arva,
Finibus in Lyciae, longo Dea feſſa labore,
Sidereo ſiccata ſitim collegit ab aeſtu:
Uberaque ebiberant avidi lactantia nati.
Forte lacum melioris aquae proſpexit in imis
Vallibus: agreſtes illic fruticoſa legebant
Vimina cum juncis, gratamque paludibus ulvam.
Acceſſit, poſitoque genu Titania terram
Preſſit; ut hauriret gelidos potura liquores.
Ruſtica turba vetant. Dea ſic adfata vetantes:

Quid

reti, & unus Voſſ. & Baſil. deinde, *reddidit* Bernegger. prim. Baſil. & ſex alii. HEINSIUS. Vide ſupr. ad lib. III. 387.

332. *Regia conjux.*] In nonnullis, *regia Juno.* ſed & *regia conjux* non minus recte. id quod ſequitur in nonnullis fortaſſe rectius, *orbe interdixit.* NAUGER. Cum *interdico* verbum dativo & ablativo jungatur, *orbe* mihi legendum videtur, non *orbem*, ut eſt fere in exemplaribus depravatum. Ut enim *aqua & igni interdixiſſe* alicui populum Romanum dicimus, ſic orbe Junonem Latonae interdixiſſe poëta eleganter dixit. REGIUS. Sed nihil opus erat iſta curioſitate. Nam & Livius dixit lib. XXXIV. *feminis uſum purpurae interdicemus.* Et Suetonius in Domitio. *Interdixit hiſtrionibus ſcenam.* MICYLLUS. Reſtitue *orbem*, uti omnes prius codices habebant. ſuper qua re in ſecunda Collectaneorum hecatoſty multa dicemus. CONSTANT. FANENS. *Orbe interdixit*, Naugerius in ſuis invenit. alterum tamen etiam Latinis auctoribus uſitatum Gronovius ad Senec. Epiſt. XVIII. docuit. mox, *Orantem accepit* cum caſtigatioribus, pro *Errantem.* nam *erratica Delos* praecedit. *Regia* etiam *Juno*, non *conjux* prim. Baſil. Langerm. Hamburg. & decem alii. ut apud Statium Theb. VII. *nunc regia Juno queretur.* Noſter ipſe hoc libro ſupra 94.

——— *quam regia Juno*
In volucrem vertit.

Sed lib. XIV. 592.

Aſſenſere Dei, nec conjux regia vultus
Immotos tenuit.

Et lib. X. 46. de Proſerpina,

——— *nec regia conjux*
Suſtinet oranti, nec qui regit ima, negare.

HEINSIUS. Citat hos Ovidii & ſequentes aliquot verſus Scholiaſtes MS. Senecae ad Agamem. 371. in Bibliotheca Ultrajectina, qui habet, *regia conjux, & orbem interdixit.* deinde verſu 434. *inſula natat.* v. 335. *incumbens illic.* & 338. *numina vates.* ceterum *errantem* poſſet defendi ex lib. IV. ex Pont. XIV. 58. BURMANNUS.

333. *Quam vix erratica Delos.*] Ita vett. libri: In vulgatis q. male eſt, *quamvis* per ſ. & unica dictione. natus error, quia librarii interdum pro x. ſ. ſcribebant: ut *vix, vis: Aiax, Aias: mox, mos: Aſtyanax, Aſtyanas.* & pleraque alia. Porro ad hunc locum mirifice pertinet, quod recenſet M. Tullius Act. II. lib. I. in Ver. *Latonam*, inquit, *ex longo errore & fuga, gravidam, & jam ad pariendum vicinam, temporibus exactis fugiſſe Delum, atque ibi Apollinem, Dianamque peperiſſe. Qua ex opinione hominum illa inſula eorum Deorum ſacra putatur: tantaque ejus auctoritas religionis & eſt, & ſemper fuit, ut ne Perſae quidem, cum bellum toti Graeciae, diis hominibusque indixiſſent, & mille numero navium claſſem ad Delum appuliſſent, quidquam conarentur aut violare, aut attingere.* CIOFANUS.

335. *Cum Palladis arbore.*] Cum oliva. Significat autem illam & palmae & olivae innixam peperiſſe. REGIUS. Hinc & Catullus in carmine Seculari dixit: *Latona maximi Magna progenies Jovis Quam mater prope Deliam Depoſuit olivam.* Cujus ſen-

Quid prohibetis aquis? usus communis aquarum.
Nec Solem proprium Natura, nec aëra fecit,
Nec tenues undas. ad publica munera veni.
Quae tamen ut detis supplex peto. non ego nostros
Abluere hîc artus, lassataque membra parabam:
Sed relevare sitim. caret os humore loquentis;
Et fauces arent; vixque est via vocis in illis.
Haustus aquae mihi nectar erit: vitamque fatebor
Accepisse simul. vitam dederîtis in undâ.
Hi quoque vos moveant, qui nostro brachia tendunt
Parva sinu. & casu tendebant brachia nati.
Quem non blanda Deae potuissent verba movere?
Hi tamen orantem perstant prohibere: minasque,
Ni procul abscedat, conviciaque insuper addunt.
Nec satis hoc. ipsos etiam pedibusque manuque
Turbavere lacus: imoque è gurgite mollem
Huc illuc limum saltu movêre maligno.
Distulit ira sitim. neque enim jam filia Coei

Suppli-

sententiae etiam accedit comment. Homer. Iliad. A. vers. 9. cujus verba haec sunt: Ζεὺς δὲ ἐρασθεὶς Λητοῦς τῆς Κοίου θυγατρὸς, ἔγκυον αὐτὴν ἐποίησε. ἧτις δεκαμηνιαίου χρόνου διαγενομένου ἐπείγετο διὰ θαλάσσης πρὸς Ἀστερίαν τὴν νῆσον μίαν οὖσαν τῶν Κυκλάδων. Ἐκεῖσε δὲ ἐλθοῦσα, δρεψαμένη δύο φυτῶν, ἐλαίας καὶ φοίνικος, διδύμους ἀτεκύησε παῖδας, Ἄρτεμιν καὶ Ἀπόλλωνα, καὶ τὴν νῆσον ἐκάλεσε, Δῆλον, ὅτι ἐξ ἀδήλου βάσεως ἐβλάστησεν. Quae eo hic adjeci, quod ab aliis de arboribus hisce variatur, plerisque dicentibus laurum & palmam fuisse, quibus Latona innixa pepererit. De qua re & Codrus annotavit in primo sermonum. Micyll. Ad hujus loci intelligentiam vide ea, quae observavit Muretus in Catullum in Carmine Saeculari ad Dianam, ubi hos citat versus. Ciofanus.

337. *Fugisse puerpera.*] *Per avia* Leidensis.

338. *Inque suo portasse sinu.*] *Suos sinus* multi ex melioribus. Forte,

Inque sinu portasse suos, duo numina, natos.
Heinsius.

341. *Sidereo siccata sitim collegerat aestu.*] In quibusdam, *concepit.* Nauger. Duo libri mei, Briantii, duoque Caelest. *Sitim concepit ab aestu.* Abbatis vero, & ambo Maffeiani, *Collegit ab aestu.* Ciof. Vid. lib. v. 446.

342. *Uberaque ebiberant.*] *Ubera combiberant* Sprotii & alius. *uberaque ebiberunt* Thysii. sed vulgatam agnoscit Priscian. lib. x. p. 883.

343. *Forte lacum mediocris aquae.*] *Melioris aquae* conjeceram. quod unus Strozzae confirmat. Heins. *Meliten* fontem vocat Anton. Liber. c. 35. cujus nomen forte in *melioris* hic latet.

348. *Rustica turba vetat.*] Scribe, *vetant*, cum sic exigat τὸ *vetantes*, quod sequitur. vid. ad Ep. xiv. 27. Heins.

349. *Quid prohibetis aquas.*] *Aquis* ex Florentino S. Marci, Neapol. prim. Pal. prim. Vatican. prim. Erfurt. & septem aliis. Adi Notas Artis lib. ii. vs. 335. Idem. Ita apud Serv. ad Virg. Geor. i. 378. (ubi Cereri quaerenti Proserpinam hanc fabulam adscribit) MS. Leidensis Bibliothecae, *tunc eam Lycii rustici potatu prohibuerunt.* Burm.

350. *Nec Solem proprium.*] Respicit ad cognomen solis, qui Κοινὸς Graecis dictus. vide Spanh. ad Julian. Caesares. Add. pag. 327. & comment. ad Petron. cap. 100. Idem.

357. *Vitam dederîtis in unda.*] Videtur esse hemistichium Ennii Poëtae. unde & *dederitis* verbi penultima est producta. Regius. *In unda* meliores. Heins. *Tribuetis in unda* Marg. Edit. Venetae. *praestabitis unda* Cantab. & Thuaneus, sed *dederitis* recte, neque tamen ideo Ennii debet videri, cum saepe Noster, & alii illam syllabam producant. vid. ad Epist. vii. 53. Burm.

360. *Quem non.*] *Quos non* Neap. & Medic. unus.

363. *Nec satis hoc.*] Olim editi, *nec satis est*, & ita scripti plurimi. lib. ii. 358.

Non satis est. truncis avellere corpora tentat.
Sed parum refert: nam saepe hanc formulam varie efferre solet. Ita ix. 85. *Nec satis id fuerat.* & Ep. v. 69. *Non satis id fuerat.* Stat. i. Achil. 600.

Supplicat indignis; nec dicere fuſtinet ultra
Verba minora Deâ. tollensque ad ſidera palmas,
Aeternum ſtagno, dixit, vivatis in iſto.
Eveniunt optata Deae. juvat iſſe ſub undas;
Et modo tota cavâ ſummergere membra palude:
Nunc proferre caput; ſummo modo gurgite nare:
Saepe ſuper ripam ſtagni conſidere: ſaepe
In gelidos reſilire lacus. & nunc quoque turpes
Litibus exercent linguas: pulſoque pudore,
Quamvis ſint ſub aquâ, ſub aquâ maledicere tentant.
Vox quoque jam rauca eſt; inflataque colla tumeſcunt:
Ipſaque dilatant patulos convicia rictus.
Terga caput tangunt; colla intercepta videntur:
Spina viret: venter, pars maxima corporis, albet:
Limoſoque novae ſaliunt in gurgite ranae.

FAB.

Nec ſatis eſt. vid. ad lib. II. Amor. XIV. ult. BURMANNUS.

366. *Diſtulit ira ſitim.*] Mei libri ſcripti, Capran. & quidam alii, *Suſtulit ira ſitim.* quod omnino rectius eſt. CIOF. *Diſtulit* cum melioribus. ſic apud Statium Theb. x. 404. *Diſtulit ira preces.* Theb. VII. 531.

——— *gaudentque in corpore capto*
Securam differre famem.

Val. Flaccus lib. v. 460.

Diſtulerant ſed bella thorum.

Guntherus Ligurini lib. IV.

Diſtulit ira cibos: hoſtili ſanguine malunt
Dilatam ſatiare famem.

HEINS. *Abſtulit* Gronov.

369. *Aeternum ſtagno.*] *Melam* fontem vocari ait Probus ad illud Virg. lib. I. Georgicor. 378.

Et veterem in limo ranae cecinere querelam:

Ejus verba ſunt: *In Lycia Latona aeſtu exhauſtis uberibus educans Apollinem & Dianam infantes, acceſſit ad Melam fontem, & cum vellet bibere, prohibuit eam Neocles paſtor. Cum autem illa pertinacior eſſet, prohibuerunt aqua. Itaque Deae numine mutati ſunt in ranas.* Quo loco Servius etiam haec notat: *Fabula duplex eſt. Nam, ut Ovidius dicit, Ceres cum Proſerpinam quaereret, ad relevandam ſitim acceſſit ad quendam fontem. Tunc eam Lycii ruſtici à potu prohibere coeperunt, & conturbantes pedibus fontem, cum contra eam emitterent turpem naribus ſonum, illa irata eos convertit in ranas: quae nunc quoque ad illius ſoni imitationem coaxant. Sed hoc non eſt valde aptum. Nam illa magis inſultatio fuit, quam querela, & poenam ſacrilegii juſtè pertulerunt: Unde magis Aeſopus eſt ſequendus, qui dicit hoc: Cum Jupiter omnibus animalibus reges daret; & ranis, ni fallor, colendum breviſſimum lignum dediſſet, illae queſtae & aſpernatae ſunt eum, & tunc eis Hydrum iratus dedit, qui veſcitur ranis.* CIOFANUS.

370. *Juvat eſſe ſub undis.*] *Undas* unus Baſil. Lego, *iſſe ſub undas.* Certe in uno Mediceo, *ire ſub undas.* primus Moreti, *ire ſub undis.* HEINS. Recte ita II. Faſt. 403.

Nata ſimul, peritura ſimul, ſimul ite ſub undas
Corpora.

Virg. VIII. Æn. 538.

Quam multa ſub undas
Scuta virum, galeaſque, & fortia corpora volves.

Vid. lib. v. 504. BURM.

373. *Super ripam ſtagni conſiſtere.*] Repone cum ſec. Pal. tert. Medic. & Genev. *conſidere.* HEINS. *Conſurgere* Medic. unus.

374. *Sed nunc quoque.*] Scribe, *& nunc quoque,* quomodo prior Hamburg. pro diverſa lectione. HEINSIUS.

175. *Pulſoque pudore.*] *Poſitoque* Leidenſis. ut VII. 568. vid. Ep. XVII. 259.

376. *Quamvis ſint ſub aqua.*] *Sunt* ſec. Moreti. prim. Gronov. *ſtant.* Puto,

Quamvis nent ſub aquâ.

Virgil. Culice de ranis,

——— *queis nantia limo*
Corpora lympha fovet.

HEINSIUS. *Sub aquis, ſub aquis* Sprotii & Leidenſis.

377. *Tumeſcunt.*] *Videres* pr. Baſil.

379. *Colla intercepta.*] *Interrupta* unus Mediceus & Sprotii. *terga caput tangit* etiam quatuor libri.

380. *Spina viret.*] *Rubet* duo libri, unde, *rubetas* dictas Heinſius notavit. *patet* Mediceus. *virens* unus. *vires* aliis.

381. *In gurgite.*] *Margine* unus Mediceus. HEINSIUS.

Fab. V. Argumentum.

Marſyas in flumen.

Satyrus nomine Marſyas, dum cum Apolline tibiis contendit (quas Minerva inveniſſe proditur) [a] pro audacia, quod Deo cedendum non putaret, ſuſpenſus, [b] ac cute nudatus eſt. Quem Nymphae, [c] ac Satyri, ceterique ruris incolae [d] fletu proſecuti ſunt, quod ejus cantu carituri eſſent, ita ut ex lachrymis eorum flumen [e] increverit, quod ejus nomine [f] in Phrygia Marſyas à [g] prioribus noſtris nuncupari [h] videtur.

Sic ubi neſcio quis Lycià de gente virorum
Retulit exitium; Satyri reminiſcitur alter:
Quem Tritoniacâ Latoïs arundine victum
Adfecit poenâ. Quid me mihi detrahis? inquit.
Ah piget: ah non eſt, clamabat, tibia tanti!

Cla-

[a] *Pro audacia.*] Sic MSS. Editi, quos videre mihi contigit, *per audaciam.* ſed *pro audacia* idem eſt, quod *propter audaciam.* Epiphanius Hiſt. Tripart. Lib. x. pag. 522. Ed. Rhen. *Alios qui pro pane veniebant, alios, qui illuc pro libidinis turpitudine veniebant.* Schol. Horat. lib. iv. od. 12. *pro ſtupro ſororis ad vindictam.* Vet. Interpr. 1 Reg. cap. xv. 23. *Pro eo ergo, quod abjeciſti ſermonem domini.* Eccleſ. xii. 14. *pro omni errato adducet Deus in judicium.* Licinius Ruffinus Collat. Leg. tit. vi. *pro ignorantia juris videntur admiſſa.* Salvian. de Provid. lib. i. *nec pro praeſentibus ſupplicamus.* Sex. Rufus Breviar. cap. 4. *in Africam pro defenſione Siculorum Romana tranſmiſſa* &c. Cap. 24. *Pro qua admiratione Perſae ſuperiores eſſe Romanos confeſſi ſunt.* Immo nec Claſſici ſcriptores loqui ita dubitarunt. Conſule illos, qui de particulis Linguae Latinae ſcripſerunt. Muncker. *Per audaciam* omnes editiones praeter Colon. qui &, *qua deo.*

[b] *Ac cute nudatus eſt.*] MS. Venet. ac Micyll. *A cute nudatus eſt tergore.* Lege, *a Schyte*; vel, *ac a Scythe nudatus eſt tergore.* Vide quae adnotata ſunt nobis ad Hygin. Mythol. cap. 165. Muncker. Cum Micyllo faciunt Parm. & Lugd. *ac nudatus tergore eſt* Colon.

[c] *Ac Satyri.*] *Ac ceteri Saturi ruriſque* Colon.

[d] *Ita fletu.*] *Ita* repetunt mox, *ita ut lacrymis eorum.* Parm. Lugd. ſed ſecundo loco, ut & *ex*, omittunt Raener. Frell. Heinſ. *ita fletu* Colon.

[e] *Videtur.*] Roverium malle, *creditur*, ſibi magis placere *perhibetur*, notaverat Heinſius.

[f] *In Phrygia Marſyas.*] Vibius Sequeſter: *Marſyas Phrygiae urbis Celene.* lege *Celenarum*, & confer quae ſcripſi ad Hygin. Mythol. cap. 165. Munckerus. *Marſia* Lugd. deeſt vero Raener. Heinſ.

[g] *Prioribus noſtris.*] H. e. majoribus. conſule Barth. adv. lib. x. cap. 8. Muncker. de eo ad Val. Flac. iv. 351. videbimus.

[h] *Videtur.*] *Solitum eſt* Colon.

383. *Retulit exitium.*] Ita diſtingue. ubi neſcio quis exitium narravit virorum Lycià de gente. ſic Arondel. Heinsius. Ita diſtinguit etiam S. Petitus lib. i. Obſ. 10.

384. *Tritoniaca arundine.*] Tibia ex arundine Tritoniaca confecta, eſt enim metonymia. *Tritonis* autem palus eſt Libyae, juxta quam Pallas in virginali habitu apparuiſſe fertur, unde Tritonia vocatur. Regius. Arundinem *Tritoniacam*, tibiam a Tritonia, id eſt Pallade inventam, atque ab eadem abjectam interpretare. cujus rei idem poëta in 6. Faſtor. & Proper. in 2. meminere. Cons. Fanens. *Tritoniacam* arundinem intellige, a Tritonia, hoc eſt Pallade primum inventam. quam poſtea ob deformitatem vultus ex flatu intumeſcentis, ab eadem dea rejectam, Satyrus, hoc eſt, Marſyas excepit, ejusque cantu Apollinem provocavit. ſic enim ipſa Pallas apud eundem poëtam vi. Faſtorum 697. ait:

Prima terebrato per rara foramina buxo,
Ut daret effecti, tibia longa ſonos.

Et mox:

Inventam Satyrus primum miratur & uſum
Neſcit, & afflatam ſentit habere ſonum, &c.

Micyllus.

384. *Latöus.*] *Latöis* Strozz. *Latos* Patav. forte, *Latöes.* Heins.

385. *Adfecit poena.*] Melius ſcriberetur, *Adficit ut poena*, & mox, *non es mihi tibia tanti.* ut vi. Faſt. 701. *Valeas mea tibia.* Heins.

386. *Ah*

Clamanti cutis eſt ſummos derepta per artus:
Nec quidquam, niſi vulnus erat. cruor undique manat:
Detectique patent nervi: trepidaeque ſine ullâ
Pelle micant venae. ſalientia viſcera poſſis,
Et perlucentes numerare in pectore fibras.
Illum ruricolae, ſilvarum numina, Fauni,
Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphae flêrunt: & quisquis montibus illis
Lanigerosque greges, armentaque bucera pavit.
Fertilis immaduit, madefactaque terra caducas
Concepit lacrimas, ac venis perbibit imis.
Quas ubi fecit aquam, vacuas emiſit in auras.

Inde

386. *Ah piget, ah non eſt.*] Hic quoque libri ſcripti habent, *Ha piget, ha non eſt.* Qua de re ſuperius. CIOFANUS.

387. *Direpta.*] *Derepta*: monui lib. III. ŷs. 52. HEINSIUS.

390. *Pelle micant venae.*] Ita loquitur M. Tullius lib. II. De Nat. Deor. *Jam vero venae, & arteriae micare deſinunt, quaſi quodam igneo motu.* Et ipſe infra 557.

Radix micat ultima linguae.

Aliter lib. X. 289.

Saliunt tentatae pollice venae.

Et rurſus III. Faſt. 35.

Corda micant regis, totoque à pectore ſanguis.

Plautus in Aulularia IV. 3.

Cor meum in pectus coepit emicare.

Idem in Ciſtellaria 411. 3.

—— *Cor ſalit.* CIOFANUS.

Vid. ad Epiſt. I. 45.

390. *Salientia.*] *Sidentia* Cantabrigienſis. eleganter, Lucanus lib. III. 724.

Excipit haec Juvenis generoſi ſanguinis Argus,
Qua jam non medius deſidit in ilia venter.

Ita ſcribe, cum in multis membranis, *diſcedit* legatur. vulgati, *deſcendit.* ſimilis error eundem Lucanum eodem libro 629. turpavit, ubi de navi agitur:

At poſtquam ruptis pelagus compagibus hauſit,
Ad ſummos repleta foros, deſidit in undas.

Ubi *deſcendit* inſulſe editi ac ſcripti omnes praeter unum optimae notae, in quo *deſedit*, proxime verum. de ea locutione ad Maronem pluribus egimus Æneid. III. 555. Idem Lucanus eodem lib. 674.

Sidentia peſſum
Corpora caeſa tenent. HEINSIUS.

Illud *ſidentia* vix ſe probat mihi, cum quia loca, quibus hoc firmare nititur vir illuſtris, non multum huc facere videntur. tum quia *ſalientia* planius & magis obvium eſt. in Catalectis Pithoei pag. 88.

Pectoris ingenui ſalientia viſcera flammis
Impoſuit.

Senec. Thyeſt. 755.

Erepta vivis exta pectoribus tremunt,
Spirantque venae, corque adhuc pavidum ſalit.

Val. Flac. I. 205.

Protulit ut crinem denſis luctatus in extis
Ignis, & adſcendit ſalientia viſcera tauri.

Praeterea, *pelle livent* unus Heinſii, qui inde, *liquent*, id eſt apparent, faciebat, ut *liveſcunt* pro *liqueſcunt*, ſaepe codices. vid. lib. VII. 551. BURM.

393. *Et tum quoque clarus Olympus.*] Hic Olympus non pro monte, ſed pro Marſyae diſcipulo accipiendus, qui tum quoque clarus eſſet tibiae inflandae peritia. lege primam hecatoſtyn Collectaneorum. cap. 94. CONS. FANENSIS. Non ſatis intelligo. Florentinus S. Marci, *carus.* Puto, *& tu quoque carus, Olympe.* qui Marſyae diſcipulus, aliis frater. Pater Straboni & Apollodoro. Suidas autem nos docet, illum Marſyae in amoribus fuiſſe. Ὄλυμπος Μυσὸς, αὐλήτης μαθητὴς καὶ ἐρώμενος Μαρσύου. ut jam intelligamus, cur *carum* eum Marſyae dixerit Naſo. a Pauſania quoque habitu Pueri jam pubeſcentis deſcribi Olympum videas. HEINS. Ego nihil muto, ut ſenſus ſit, quamvis diſcipulus eſſet Olympus Marſyae, vivente tamen magiſtro jam famam & celebritatem conſecutus erat. Conſtantius in collectaneis ridet eruditum quemdam, qui pro Olympo monte capiebat, ipſe autem Olympi fabulam multis illuſtrat. *celſus Olympus* in Palat. & Berſmanni codicibus eſt. quaſi de monte ageretur. Pontanus quoque in eodem verſatus eſt errore. Olympi meminit Ælian. XIII. 20. ubi vid. Schefferum, & Celeberrimum Perizonium, & Hygin. fab. CLXV. & CCLXXIII. ſic cum Marſya Olympum componit Dio Chryſoſt. Orat. I. principio. & Baſilius in excerptis Grotii Stobaeanis p. 98. BURMANNUS.

394. *Et Nymphae flerunt.*] Ex hoc loco videtur confirmari vetus ſcriptura in Plinianis codicibus, non uno loco, quoties hujus in Phrygia loci mentio

Inde petens rapidum ripis declivibus aequor,
Marſya nomen habet, Phrygiae liquidiſſimus amnis.

Fab. VI. Argumentum.

Pelopis humerus in eburneum.

[a] *Tantalus epulis Jovis cum intereſſet, velletque experiri an futura proſpiceret, invitato ad epulas Pelopem* [b] *nothum ex filiis interemit, viſceraque ejus reliquis dapibus immiſcüit. Quo* [c] *pro merito punito,* [d] *miſericordia deorum, qui convivii participes fuerant, partes viſcerum Pelopis compoſuerunt,* [e] *& humerus, qui deerat,* [f] *de ebore effectus eſt.*

Talibus

mentio fit. *Aulothrenen*, non *Auliocrenen* illi appellant. Heins.

398. *Fecit aquas.*] *Aquam* ex melioribus. Idem.

198. *Vacuas emiſit in auras.*] Dubito an recte: certe Cantabr. & Baſileenſis, *vacuos emiſit in agros*, planiori ſenſu. & ita ſaepe *vacuos agros* Noſter habet. vid. lib. IV. 341. *immiſit* etiam pr. Moreti & duo alii. Burmannus.

400. *Marſya nomen habet, Phrygiae liquidiſſimus amnis.*] Livius lib. XXXVIII. 13. *Et Marſyas amnis haud procul à Maeandri fontibus oriens, in Maeandrum cadit: famaque ita tenet, Celenis Marſyam cum Apolline tibiarum cantu certaſſe.* Et hic Noſter lib. VI. Faſt. 703. loquens de Marſya, ac de ejus tibia, quam antea Minerva abjecerat:

Inventam Satyrus primum miratur, & uſum
Neſcit: & afflatam ſentit habere ſonum.
Et modo dimittit digitos; modo concipit auras:
Jamque inter Nymphas arte ſuperbus erat.
Provocat & Phoebum: Phoebo ſuperante pependit:
Caeſa receſſerunt à cute membra ſua.

Apollodorus ſic de Marſya ait lib. I. *Apollo etiam*, utar B. Ægii interpretatione, *Marſyam Olympi filium occidit. Hic enim, cum tibias inveniſſet, quas Minerva, quod deformem efficerent vultum, abjecit, Apollinem de muſica provocare non dubitavit. Hoc de compacto in certamen deſcendunt, ut victor arbitratu ſuo devictum afficiat. Inito igitur certamine converſa cithara certabat Apollo, idemque ut Marſyas faceret, imperavit. quod cum ille tibiis nequiret, Apollo praeſtantior eſt inventus. Quare ſuſpenſum Marſyam è proximae ac patulae pini ramo, detracta pelle, ita confecit.* Hujus quoque fluvii meminit Q. Curtius lib. III. & Strabo lib. XII. Ovid. ipſe in Ibide 551.

Nudave direpta pateant tua viſcera pelle,
Ut Phrygii, cujus nomina flumen habet. Ciof.

Plutarchus de Flumin. in Marſya, ex ſanguine Marſyae Satyros & Fluvium ortum narrat ex Alexandro Cornelio, ubi vide Mauſſaci notas. ſed apud Athenaeum lib. XIV. cap. 2. ex Teleſtio Selinuntio profert fragmentum, ubi Nymphâ genitum Marſyam vocat, Νυμφαγένεα, quia aqua hujus fluvii ex Nympharum lacrymis nata, ut recte Dalechampius. Ceterum de Patre ejus diverſa tradunt veteres. Hyginus fab. 165. Oeagri filium facit, alii vero Hyagnis: vide ibi Munckeri notas. Celeb. vero Gronovius in Tom. I. Antiq. Graecar. in Marſya *Oeagni* corrigendum in Hygino cenſet. Qua auctoritate, neſcio. in Proverbio ex Vatican. Append. Centur. I. 18. Maeandri filius dicitur, & ejus frater *Babys* vocatur. ubi vide Schott. de Marſya. & ad Zenob. Cent. IV. 81. Male vero Obſopaeus ad Anthol. I. cap. XI. Epig. I. Hyagnin matrem Marſyae facit. & Hyagnin primum tibias inveniſſe docet Ill. Spanhem. ad Callim. Hym. in Dian. 245. reliqua de Marſya obvia ſunt. in eum eſt alterum Epigramma in Anthol. lib. III. cap. VII. p. 321. Ptolem. vero Hephaeſtionis lib. III. narrat eum natum die feſto Apollinis, quo illi Deo ſolebant animantium pelles dereptae dedicari, quod omen ejus ſupplicii fuit. Muſas vero judices inter Apollinem & Marſyam ſediſſe narrat Libanius in Diegem. cap. XIV. & Lucian. Dial. Junonis & Latonae. ubi & injuſte damnatum dicit. A Minerva quoque caeſum Marſyam, quia tibias, quas ipſa projecerat, ſuſtuliſſet, dicit Pauſan. lib. I. cap. 24. ſuſpenſum vero ab Apolline fuiſſe ad platanum, auctor eſt Plinius lib. XVI. 44. ubi Harduinus notat alios, ad pinum pependiſſe, tradere. de ejus pelle plura vide apud Celeb. Periz. ad Ælian. XIII. cap. 21. & quae nos olim ad Petron. cap. XXXVI. Ceterum Aldus edidit, *Marſya numen habet*, quod in nullo Codice repperi. *Phrygiis* etiam Leidenſ. & Argent. Burm.

[a] *Tantalus.*] *Tantalus cum in aedibus ſuis Jupiter ageret, & vellet experiri an futura inſpiceret, eum invitavit ad epulas, Pelopemque unum ex filiis interemtum, viſceraque &c.* Colon.

[b] *Nothum.*] Ita reſcripſi ex Veneta & Micyllliana, cum *notum* praeferret MS. Conſule Hygin.

TAlibus extemplo redit ad praeſentia dictis
Vulgus; & extinctum cum ſtirpe Amphiona lugent.
Mater in invidiâ eſt. tamen hanc quoque dicitur unus
Flêſſe Pelops: humeroque ſuas ad pectora poſtquam
Deduxit veſtes, ebur oſtendiſſe ſiniſtro.
Concolor hic humerus, naſcendi tempore, dextro,
Corporeusque fuit. manibus mox caeſa paternis
Membra ferunt junxiſſe Deos, aliisque repertis,
Qui locus eſt juguli medius, ſummique lacerti,
Defuit. impoſitum eſt non comparentis in uſum
Partis ebur: factoque Pelops fuit integer illo.

Fab. VII. & VIII. Argumentum.

Procne & Philomela in aves. Tereus in volucrem Epopem.

Tereus [a] *Martis filius, cum auxilia multis* [b] *regibus ferret; Pandioni quoque Athenis* [c] *regnanti, cum à proximis civitatibus oppugnaretur, non defuit. Quamobrem filiam ſuam Progen illi* [d] *in matrimonium dedit. Quae deportata in* [e] *mariti regnum cum*

Mythol. cap. 83. & quae ibi annotamus. Raenerius flagitioſe haec pervertit. Muncк. Raener. edidit, *invitato ad epulas Pelopis filii interemti viſcera reliquis dapibus immiſta appoſuit. Invitato eo* Micyll. *Pelopen nothum* Parm. Micyll.

[c] *Pro merito.*] *Pro meritis* Colon.

[d] *Miſericordia deorum.*] *Dii miſericordia moti* Raener. Heinſ. & Marg. Micyll. *numine deorum* Colon.

[e] *Et humerus.*] *Cum autem deeſſet humerus, loco ejus eburneum ſuppoſuerunt* Colon.

[f] *De ebore effectus eſt.*] *Suffectus eſt* Barth. adv. x. cap. 8. Muncker. Male, Vid. ad Ovid. lib. vii. Met. 129.

401. *Talibus exemplis.*] Scribe, *extemplo.* ut optime Florentinus, S. Marci, & unus Strozzae pro diverſa lectione. mox, *lugent* pro *luget* nonnulli. Heinsius.

403. *Hanc tunc quoque dicitur unus.*] *Tamen hanc quoque dicitur* ex primo Gronovii, Arondel. & decem aliis. ni mavis, *ſic hanc quoque.* Idem.

404. *A pectore poſtquam Deduxit veſtes.*] Lego, *diduxit*, id eſt laceravit, ut fiebat in luctibus. Constantius Fanensis. *Ad pectora.* quomodo meus, quem ab Ægidio Menagio habui, & fragmentum Moreti. Dictum Amor. lib. i. El. vii. vs. 48. malim etiam, *humeriſque.* Heins. *Diduxit* volebat Douza.

405. *Ebur oſtendiſſe ſiniſtro.*] Eleganter codex Palatin. *Ebur oſtendiſſe ſiniſtrum.* Dan. Heins.

406. *Concolor huic humerus.*] Multo rectius in quibuſdam, *hic humerus.* Nauger. *Hic humerus* meliores. ſiniſter videlicet. Heins.

408. *Aliiſque repertis.*] *Receptis* Leidenſis. vid. lib. v. 572.

409. *Medius.*] Vid. ad lib. v. 584.

[a] *Martis filius.*] addunt, *Thracum rex* omnes Editiones.

[b] *Regibus.*] Deeſt Colon.

[c] *Regnanti.*] *Roganti* Lugd. ſed tunc *Athenarum* ſcil. *regi* legerem.

[d] *In matrimonium.*] *In matrimonio* Cod. Neap. ut & mox, *regno*, pro *regnum.* Muncker.

[e] *Mariti.*] *Regnum mariti eſt. Ex interc.* Colon.

[f] *Petiit.*] *Petit* Parm. Lugd. Raener. Heinſ.

[g] *Ut adduceret.*] *Adducturus* Raener. Heinſ. *Ut profectus Athenas ſororem ſibi videndam adduceret* Colon.

[h] *Incidit.*] *Exarſit* Colon.

[i] *Mandato uxoris.*] Deeſt Colon.

[k] *Et ſtabulis clauſit.*] Ita MS. cum Veneta. Micyllus una voce auctius, *& corruptam ſtabulis clauſit.* Raenerius multo liberalius, ut ſolet, *ſtabulis autem ſuis violatam clauſit.* Muncker. Cum Micyllo facit & Colon.

[l] *Ut ſine.*] *Ut ad eam ſine ſuſpicione cujuſquam commearet* Colon.

[m] *Linguam truncavit.*] Ita cum MS. Veneta quoque ac Micylli. Raenerius, *Linguam, ne commiſſa eloqui poſſet, ei truncavit.* ſi quid mutandum ſit, legerim, *lingua eam truncavit.* Muncker.

[n] *Et conjugi mentitus eſt.*] *Et conjugi eſt mentitus*

cum ex intercapedine sororem Philomelam desideraret; [f] *petiit à Tereo, ut proficisceretur Athenas, sororem sibi ad sollemne sacrificium* [g] *ut adduceret. Qui ut Athenas pervenit, soceri usus hospitio in Philomelae* [h] *incidit amorem, quam secum digressus* [i] *mandato conjugis duxit in Thraciam,* [k] *& stabulis clausit,* [l] *ut sine cujusquam suspicione ad eam saepius commearet. Ac ne eloqui commissa posset,* [m] *linguam truncavit,* [n] *& conjugi ementitus est. dixit enim* [o] *sororem ejus interiisse. At Philomela* [p] *ea, quae lingua* [q] *prodere non poterat,* [r] *vesti intexuit notis literarum,* [s] *quam uni dedit perferendam sorori. Qua inspecta* [t] *illa, cum conjugis libidinem, casumque germanae comperisset,* [v] *constituit sacra celebrare Libero patri & more Bacchantis ad stabula venit, sororemque raptam in regiam* [x] *duxit. Filium Ityn interemit, ac dapibus immiscuit. Quibus expletus Tereus, cum filium Ityn desideraret, caput in sinum* [y] *abjecerunt,* [z] *Ityn dicentes, inntus habes, quem desideras. Tereus cum intellexisset ejus scelus scelere* [a] *ultum esse, conjugem novissime & sororem conjugis* [b] *dum persequitur, deorum voluntate* [c] *versi sunt in aves; Progne in hirundinem, Philomela in luscíniam, Tereus* [d] *in epopem, Itys in phasianum.* [e] *Pandion dolore natarum tactus, caruit vita: regnumque ejus filius Erichtheus possedit.*

FInitimi proceres coëunt: urbesque propinquae
Oravere suos ire ad solatia reges,
Argosque, & Sparte, Pelopeïadesque Mycenae,

Et

tus Parm. Lugd. Micyll. *Uxori vero mentitus est* Raener. Heinf. *Conjugi Prognae mentitus est* Colon.

[o] *Sororem ejus interiisse.*] *S. e. ob itineris asperitatem interiisse* Margo Micylli, Colon.

[p] *Ea quae.*] *Ea* deeſt Heinf. Raener. Colon.

[q] *Prodere.*] *Prodere scelus* Colon.

[r] *Vesti intexuit.*] *Veste* MS. ut & fab. 10. lib. v. *Cujus liquore Alpheus amnis infunditur* E & l perquam facile inter ſe à librariis permutantur. factum id etiam Catull. carm. 30.

Ut ista vestra diffututa mentula
Ducenties comisset, aut trecenties.

Lege, *comesset*, hoc eſt comederet. Ita flagitant cum antiquitus editi, tum & ratio ipſa Latinitatis. Neque enim *comissare*, ſed *comedere trecenties* recte dixerit. Martial. lib. v. 70. *O quanta est gula, centies comesse?* Muncker. *Veste* Colon.

[s] *Quam sorori.*] *Eamque sor.* Micyll. Marg. in textu omiſit *uni*. *Quae sorori sacrificium ad stabula dedit perferenda.* Parm. *quam ad sororem jussit perferri* Colon.

[t] *Illa.*] Deeſt Raener. Heinſ. *quae inspecta conjugis libidine, casumque g. c. comperisset* Colon.

[v] *Constituit sacra celebrare.*] MS. *Constituit itaque sacra, &c.* Vide ſupra ad lib. 1. fab. 7. Munckerus.

[x] *Duxit.*] *Ducit. Ityn filium interemit, & epulandum patri appoſuit. Quo expl. f. Ityn deſiderat. Ejus caput in Terei ſinum abjecerunt dicentes, intus h. &c.* Raener. Heinſ.

[y] *Abjecerunt.*] *Objecit, atque intus habes, quod poſcis, ait* Colon.

[z] *Ityn, dicentes.*] *Ityn* deeſt Lugd. & Micyll.

[a] *Ultum.*] *Auctum* Colon.

[b] *Dum persequitur.*] *Dum* non habent Raener. Heinſius; & mox, *deorum autem vol. persequeretur* Colon.

[c] *Versi sunt.*] *Versi omnes sunt* Micyll. Colon.

[d] *In Epopem.*] *In Upupam* Lugd. Micyll. Colon. reliqua etiam Parm. & Lugd. non habent, & Micyllus a *Pandion* ad finem uncis incluſit. quae in Parm. & Lugd. ſubjiciuntur ſequenti argumento.

[e] *Pandion.*] *Pandion quoque* Colon.

414. *Argosque & Sparte, Pelopeiadesque Mycenae.*] Has tres urbes Junoni cariſſimas eſſe, ait Homerus lib. IV. Iliad.

Ἄργος τε, Σπάρτη τε, εὐρυάγυιαι Μυκῆναι.

Idem docet ipſa Juno apud Ovidium lib. VI. Faſt. 47. cujus haec ibi leguntur:

Poeniteat, Spartem, Argosque, measque Mycenas.

Duas item ex his ponit Horatius lib. 1. carm. Ode VII.

Plurimus in Junonis honorem
Aptum dicit equis Argos, ditesque Mycenas.

Et Silius lib. 1. 26.

Hic Juno ante Argos (sic credidit alta vetustas)
Ante Agamemnoniam, gratissima tecta, Mycenen,
Optavit profugis aeternam condere sedem.

Livius lib. XXXIV. 224. ait, Argos eſſe in Junonis tutela. Cujus haec ſunt: *Ne istuc, inquit, Juppi-*

415 Et nondum torvae Calydon inviſa Dianae,
Orchomenosque ferax, & nobilis aere Corinthos,
Meſſeneque ferox, Patraeque, humilesque Cleonae,
Et Nelea Pylos, neque adhuc Pittheïa Troezen.

Quaeque

ter opt. max. ſiverit, Junoque Regina, cujus in tutela ſunt Argi, ut illa civitas, &c. De Sparta ita idem Livius ibidem cap. 38. *Fuerat quondam ſine muro Sparta.* Atque hoc ipſum indicat hic Noſter lib. x. 169. *Immoenitamque frequentant Sparten.* Cornelius Nepos in Ageſilao cap. 6. *Idem, cum Epaminondas Spartam oppugnaret, eſſetque ſine muris oppidum, talem ſe imperatorem praebuit, ut eo tempore omnibus aperuerit, niſi ille fuiſſet, Spartam futuram non fuiſſe.* CIOFANUS.

414. *Et Sparte.*] Regio Laconicae Sparta fuit appellata, à Spartis Cadmi: hoc eſt, à ſeminatis à Cadmo, qui eam tenuiſſe à Timagora ſcribuntur. REGIUS. Haec Stephanus fere. at Strabo, item Pauſanias & alii plerique non regionem, ſed urbem Lacedaemoniorum Spartam vocant, eamque à Sparta filia Eurotae nomen accepiſſe Pauſanias autor eſt. Lacedaemonis autem nomen & terrae & urbi commune fuiſſe iidem tradunt. Vide Strabonem lib. VIII. Pauſaniam in Laconicis. MICYLLUS.

414. *Pelopeïadeſque Mycenae.*] Mycaenae urbs eſt Peloponneſi, à Mycenaeo Spartonis Phoronei filio denominatae: quas Pelops auxiſſe fertur, unde & Pelopeïades vocat eas poëta. REGIUS. Non Pelops, ſed Pelopidae, hoc eſt poſteri Pelopis, Mycenas auxerunt: ſic enim Strabo libro octavo εἶθ' αἱ Μυκῆναι, inquit, μείζον' ἐπίδοσιν λαβοῦσαι διὰ τὴν Πελοπιδῶν εἰς αὐτὰς μεθίδρυσιν. Et rurſum: αἵδε Μυκῆναι μετέπεσον εἰς τοὺς Πελοπίδας, ὁρμηθέντας ἐκ τῆς Πισατίδος, &c. Non ergo Pelops, ſed Pelopidae inclareſcere illas, & de ſe Pelopeias vocari fecerunt. Conditas autem Mycenas, & Strabo & Pauſanias tradunt à Perſeo, vocataſque ἀπὸ μύκητος hoc eſt, gladii capulo, qui illi eo loco exciderat. quanquam rurſum ſint, qui eas à Mycene, Inachi filia, Areſtoris uxore nominatas velint. cujus opinionis autor is eſt, cui apud Graecos, poëma, quod ἠοίας μεγάλας vocant, ſcribitur. MICYLLUS.

416. *Orchomenoſque ferax.*] Fertilis. Orchomenos urbs eſt Boeotiae, & Theſſaliae, & Arcadiae, & Ponti. Mons eſt etiam inter Macedoniam & Theſſaliam, nomine Orchomenos, ut ſcribit Apollonii enarrator. Ab Orchomeno autem Jovis & Heſiones filio nomen & urbi & monti inditum fuit. REGIUS. Videtur autem Ovidius de Arcadiae urbe intellexiſſe, quam Homerus πολύμηλον vocat, in Catalogo, ut οἱ Φενεόν τ' ἐνέμοντο, καὶ Ὀρχόμενον πολύμηλον. Quanquam & altera Boeotiae inter opulentas numeratur ab eodem poëta, ut cum ait, Iliad. I. 381.

Οὐδ' ὅς ἔσθ' Ὀρχομενὸν ποτὶ νίσσεται, οὐδ' ὅσα Θήβας
Αἰγυπτίας, &c.

Sed huic Epitheton Μινύειον peculiariter addere ſolet, ut in eodem Catalogo. Οἱ δ' Ἀσπληδόνα ναῖον, οἱδ' Ὀρχόμενον Μινύειον à gente Minyarum videlicet, ut Strabo indicat: Quare de Arcadica hoc loco intelligendum puto. Et ut Homerus πολύμηλον dixit, ita Ovidium *feracem* vocaſſe. MICYLL. Strabo de Orchomeno in Baeotia multa lib. IX. de qua poëtam loqui puto. (Arcadiae non ita nobilis fuit) neque enim de ſolis Peloponneſi urbibus loquitur, quod de Calydone patet. Et *Pitteida* per *i* & *tt* duplici legendum, ut ex Graecis liquet Πιττεύς, unde Πιττήιος deducitur. GLAREANUS. Arcadiae certe intelligenda, nam & Pompon. Mela lib. II. cap. III. Orchomenon inter Arcadiae urbes recenſet. & Noſter lib. V. 605. Stat. lib. IV. 295.

Dives & Orchomenos pecorum & Cynoſura ferarum.

Ubi Tiliobrog. reſcribi jubet, *Orchemenos.* Pindarus, quem Heinſius laudat, de Baeotiae urbe agit, ut & Od. Iſth. I. 51. Scholiaſtes Apoll. Rh. ad lib. II. 1190. enumerat diverſas urbes hoc nomine dictas, & inter illas etiam Arcadiae unam. BURMANNUS.

416. *Ferax.*] Recte *ferax.* nam λιπαρὰν Ὀρχόμενον vocavit Pindarus, Olymp. Od. XIV. 4. ἀφνεὸς Apollonio dicitur Argonauticon tertio. hic tamen id ferri non poteſt, cum verſu proximo *Meſſene* etiam *ferax* dicatur. Vetuſtiores, *Orchomenoſque ferox.* quidam, *Meſſeneque ferox.* Puto ſcribendum, ne quid per ambages lectorem circumducamus:

Orchomenoſque, Pheraeque, & nobilis aere Corinthus.

vel *Pharaeque.* ut à Pheris Theſſaliae diſtinguantur. nam Stephano Φαραὶ tam Meſſenes, quam Achajae oppidum. neque aliter Herodotus. Homero Φάρη. A Ptolemaeo Φεραὶ ad Meſſeniacum ſinum in Peloponneſo ponuntur. Vide Plin. IV. cap. 5. ſic apud Gratium de canibus 182.

Comparat his verſuta ſuas Athamania fraudes,
Argivuſque, Pheraeque & clandeſtinus Acarnan.

ita ſcribo. Vulgati nullo ſenſu, *Acyruſque.* Exaratum fuerat, *Arcivuſque* ſolenni librariorum lapſu, mutato *g* in *c.* *Taygetuſque*, quod doctiſſimo amico meo videbatur, longius abit à veſtigiis membranarum, & de Spartanis ſeu Laconicis aget poſtea Gratius. Ἀργάλιδες inter nobiliores venaticas à Polluce recenſentur. Sequitur non longe poſt apud eundem Gratium, Vs. 221.

Ad-

Quaeque urbes aliae bimari clauduntur ab Isthmo,
Exteriusque sitae bimari spectantur ab Isthmo.
Credere quis possit? solae cessatis Athenae.
Obstitit officio bellum, subvectaque ponto

Bar-

Ad vestram non vile genus, non patria vulgo
Sparta suos & Creta suos promittit alumnos.

Locus contaminatissimus. Scribe,

Par vestro non vile genus, Nonacria, vulgo
Sparta suos, & Creta suos promittit alumnos.

Nihil enim causae erat, cur Gratius canes Arcadas, tantopere in venatu ab omnibus commendatos, omitteret, recensitis aliis longe ignobilioribus. hos recte Spartanis & Cretensibus, qui maxime vulgares, conjungit. quod & Nostor in Actaeonis fabula fecit. eos autem leporinae venationi habiles fuisse existimatos in comperto est. Nostor Artis Am. lib. I. 272.

Maenalius lepori det sua terga canis.

Potest etiam apud Gratium scribi,

Par vestro non vile genus nunc, Caria, vulgo.

Cares enim Cressarum traduces. Certe eos non minus quam Arcadas & Argivos Oppianus commendat. At si vulgatae apud Gratium scripturae credendum, nec Argivos ille, nec Arcadas, nec Caras commendarit. praestat tamen prior conjectura. *vulgus* pro canibus idem Gratius alibi quoque non semel dixit. Nunc ad Nasonem redeamus. Heinsius.

416. *Et nobilis aere Corinthos.*] Quis Corinthum condiderit, docet C. Vel. Pater. lib. I. his verbis: *Paullo ante Haletes, sextus ab Hercule, Hippotis filius, Corinthum, quae antea fuerat Ephyre, claustra Peloponnesi continentem, in Isthmo condidit.* Ciofanus.

416. *Nobilis aere.*] Lucius Florus lib. II. De Bello Achaico: *Quantas opes & abstulerit & cremaverit, hinc scias, quod, quidquid Corinthii aeris orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus. Nam aeris notam pretiosiorem ipsa opulentissimae urbis fecit injuria, quia incendio perustis plurimis statuis, atque simulacris, aeris, auri, argentique venae in commune fluxere.* De aere praeterea hoc vide, quae scribat Plin. lib. XXXIV. Vide etiam Muretum lib. III. cap. V. Variarum lectionum. Idem. Non puto eo tempore Corinthum jam aere suo nobilem fuisse. sed usus est licentia sua Poëta, de qua egimus ad lib. III. 169.

417. *Messeneque ferox.*] Messene & urbs & regio est Peloponnesi, altera est in Sicilia, unde *Messenius* possessivum declinatur. Regius. Quod autem additur, *Ferox*, id eò videtur pertinere, quod pro libertate & imperio suo perpetua propè bella cum Lacedaemoniis, sub quorum potestate ante Heraclidarum descensum fuerunt, Messenii gessere. Neque etiam victi aliquoties, & exciti, domari potuerunt. Ut est videre apud Pausaniam, qui totam illorum historiam prosecutus est. Micyllus. *Ferax* MSS. duo. vitiose, dicitur enim *ferox*, ob susceptа toties pro libertate bella. Bersman. Et ita plurimi melioris notae scripti.

417. *Pataraeque.*] Corrupte trissyllabum legitur. Patrae namque bissyllabum urbs est Achaiae, de qua hoc loco sentit Ovidius. Regius.

417. *Humilesque Cleonae.*] Urbs est Arcadiae parva. Regius. A Pausania & Strabone inter Argolicas urbes numerantur Cleonae. *Humiles* autem poëta vocat, non à situ, sed à quantitate. Modicum enim fuit oppidum, ut Pausanias lib. II. cap. 14. ait. Unde & à Strabone πόλισμα dicitur. Situm autem fuit in loco edito & munito inter Corinthum & Argos, eoque per seipsum satis validum. Quare & Homerus dixit Iliad. β. 570.

Α'φνειόντε Κόρινθον, ἐϋκτιμένασσε Κλεώνας.

Nominatum alii tradunt à Cleone Pelopis filio, alii à filia Asopi Cleone. Non procul autem ab eodem oppido Nemea fuit, & antrum leonis, quem occidit Hercules, quem ob id Cleonaeum interdum vocant poëtae. Micyll. Recte Micyllus, *Humiles* interpretatur, nam Statius lib. IV. 46. vocat *ingenti turritas mole Cleonas.* ubi MSS. pro *Cleonae*, *Dione*, ut & hic *Deones* in Cantabrig. & *Deone* in Oxonienſi erat. altas vero fuisse Cleonas hinc quoque constat quod & mons Cleoneus fuit, qui idem & Nemeus, teste Lutatio, ad Stat. I. 485. & Nemeus Leo & Cleoneus promiscue dicitur a Poëtis, quia vicina inter se loca. vid. & ad lib. IV. 160. & Strabon. lib. VIII. p. 377. qui & in tumulo & bene munitam & habitatam dicit. sic & *humilem Myconon* infr. VII. 426. & *humilem Seriphum*, apud Stat. I. Ach. 205. explicant viri docti, ignobilem. Burmann.

418. *Nec adhuc Pittheia Troezen.*] Lib. vet. *Phitheia.* Ciof.

420 *Exteriusque sitae bimari spectantur ab Isthmo.*] In neutro meorum legitur hic versus: sed deinde aliena manu & atramento in margine utriusque repositus est. Idem. Non habent etiam Junianus & unus Gronovii.

421. *Solae cessatis.*] *Cessatis* & *possit* Meliores. Heinsius.

422. *Subjectaque ponto.*] Adjecta mari Euxino. Reges enim Asiae bellum Athenienſibus indixerant. Regius. Quos Asiae reges hîc intelligat Regius, nescio: neque enim Darium aut Xerxem potest, qui multo posteriores aetate fuerunt. Ego autem accipiendum puto, vel Thracense bellum, quod Eumolpi temporibus gestum traditur, quando Thraces magna manu in Atticam descenderunt,

Barbara Mopſopios terrebant agmina muros.
Threïcius Tereus haec auxiliaribus armis
Fuderat; & clarum vincendo nomen habebat.
Quem ſibi Pandion opibusque virisque potentem,
Et genus à magno ducentem forte Gradivo,
Connubio Procnes junxit. non pronuba Juno,
Non Hymenaeus adeſt, non illi Gratia lecto.
Eumenides tenuere faces de funere raptas:
Eumenides ſtravere torum: tectoque profanus
Incubuit bubo, thalamique in culmine ſedit.
Hac ave ſunt juncti Procne Tereusque; parentes
Hac ave ſunt facti. gratata eſt ſcilicet illis

Thra-

& pugna circa Eleuſim commiſſa Erechtheum regem Athenienſium occiderunt, ut ex Pauſania patet. Et ſic, gens *ſubjecta Ponto*, appellative accipiendum erit, pro accola maris. Nam & Thraces ad mare habitant. Vel rurſum accipiendum de bello Amazonico. Amazones enim aliquando aſſumptis Scytharum auxiliis in Atticam incurſarunt, cujus rei & Juſtinus meminit libro ſecundo, atque hoc temporibus magis reſpondet. Pandion enim, de quo hîc dicitur, Theſei, à quo bellum hoc tandem finitum traditur, avus fuit, Ægei pater. Quanquam non ita de temporibus laborandum videtur, quandoquidem & in aliis rationem hanc confundit Ovidius, & quae poſterioris Pandionis ſunt, ad prioris tempora refert. Ut infrà de Erechtheo dicemus. Quod ſi igitur de Amazonibus hoc loco intelligamus: *Gens Ponto ſubjecta*, proprie accipiendum erit, de Ponto Euxino ſcilicet, ad quem habitarunt Amazones in agris Themiſcyriis, ut inquit Juſtinus, juxta fluvium Thermodontem. Tradit autem & Pauſanias Pandionem cum Tereo affinitatem junxiſſe, δυνάμεως ἕνεκα, inquiens, πρὸς τὸν Θρᾷκα τὸ κήδος ἐποίησε, &c. Porro utriuſque belli meminit & Iſocrates in Panathenaico. Micyllus. Meurſius vero de Reg. Attic. lib. I. c. IV. bellum cum Labdaco fuiſſe docet. ſed non video qua ratione tunc *Barbara agmina*, vocare poſſet, multo minus, *ſubvecta ponto*.

422. *Subjectaque ponto.*] E veteribus lib. quidam habent, *Subvectaque*. Ciofanus.

423. *Barbara Cecropios.*] Libri ſcripti, *Mopſopios*. In duobus vero meis, & Capranic. *Moſopios* ſine primo p. Idem.

423. *Terrebant agmina muros.*] In altero Regio erat à manu prima, *mandros*, quod non de nihilo eſt, neque a librario profectum. legendum vero, *Mopſopias mandras*, id eſt ſepta pecudum, ſtabula, ovilia, ut illa vox ita uſurpatur. Callimach. in Cerer. 106. Χῆραι μὲν μανδραὶ. Vid. & Pollux. lib. IX. cap. 4. & Heſychius Boum & equorum ſtabula reddit. ſed & poſſit capi de antris vel ſpecubus; ut apud Theocritum occurrere notant lexicographi. ſic in Gloſſario, μάνδρα, *ſpelunca*. veteres vero Athenienſes habitaſſe in ſpecubus, & poſtea ab Euryalo & Hyperbio domos exſtructas ex Plinio & aliis docet Meurſ. Fortun. Att. cap. III. neque muri ante Theſeum fuere. apud Martialem quoque lib. V. 23. occurrit haec vox:

Vixque datur longas mulorum vincere mandras.

Ubi Domitius notat legi etiam, *murorum mandras*, hinc quoque *mandrae* in ludo calculorum dictae fuere. & poſteriori aevo *mandras*, monachorum clauſtra, & hinc *Mandritas* & *Archimandritas* dixerunt, de quibus vide Cangii Gloſſarium. pro *Mopſopios* plurimi quoque codices, *Cecropias* habebant. ſed vide Meurſ. de Regn. Att. I. cap. 14. Burmannus.

428. *Connubio Procnes junxit.*] Virg. lib. I. Aeneid. *Connubio jungam ſtabili.* Ciofan.

428. *Procnes.*] Vetuſtiores & hoc, & aliis locis, *Procnes*, Graecorum more. ut *cycnus* pro *cygnus*. πρόκνη καὶ κύκνος neque aliter apud Virgilium lib. IV. Georgic. 15. vetuſtiſſimi codices ſcribunt, & in antiquo marmore Romae:

Caecilia Procne Dianae Valerianae.

Heinsius.

429. *Illi, non gratia lecto.*] In uno meo, *gloria*. Ciof.

430. *Eumenides tenuere faces de funere raptas.*] Dicuntur & *Erinnyes*. Epiſt. VI. 45.

At mihi nec Juno, nec Hymen, ſed triſtis Erinnys
Praetulit infauſtas ſanguinolenta faces.

Et XI. 103.

Ferte faces in me, quas fertis, Erinnyes atrae;
Ut meus ex iſto luceat igne rogus.

De his multa Phurnutus De Natura Deorum. Ciofanus. Gebh. III. Crepund. 12. legit, *tetulere*, in duobus Heinſii erat, *ſtatuere torum*.

431. *Tectoque incubuit.*] *Tectumque* Thyſianus. *tectiſque* unus Mediceus. ſed illud *incubuit* mihi ſuſpe-

Thracia: Dîsque ipſi grates egere: diemque,
Quâque data eſt claro Pandione nata tyranno,
Quàque erat ortus Itys, feſtam juſſere vocari.
Usque adeo latet utilitas. Jam tempora Titan
Quinque per autumnos repetiti duxerat anni:
Cum blandita viro Procne, Si gratia, dixit,
Ulla mea eſt, vel me viſendae mitte ſorori;
Vel ſoror huc veniat. redituram tempore parvo
Promittes ſocero. magni mihi numinis inſtar
Germanam vidiſſe dabis. jubet ille carinas
In freta deduci; veloque & remige portus
Cecropios intrat; Piraeaque litora tangit.

Ut

ſuſpectum eſt, nec τῷ *ſedit* apte jungi poſſe videtur. cum gravius ſit *incubare*, quam in culmine *ſedere*. ſi *inſonuit*, vel *ingemuit* ex MSS. poſſemus reſcribere, magis placeret. ſed ſuſpicionem tantum prodimus. ſimile infauſtum omen ex Ammian. lib. xxx. 5. adſcripſerat Heinſius ubi, *Bubo culminibus regii lavacri inſedisse & occentasse funebria narratur.* Burm.

434. *Hac ave conjuncti.*] *Hac ave ſunt juncti* duo Gronov. & ſex alii.

435. *Diſque ipſis.*] Immo, *ipſi*. quod primus Gronovianus, unus Leid. & Lovan. confirmant. ſuperiori verſu, *gratataque ſcilicet illis*, non *gratata eſt* primus Moreti, Langerman. & quatuor alii. Heinsius.

436. *Quaque data eſt.*] *Quoque* legendum eſſe facile ex eo, quod infertur, adjectivo colligi poteſt. Regius. *Quaque* tam hoc, quam proxime ſequenti verſu meliores, & tum *feſtam* ſcribe, pro *feſtum*. quomodo Gronovianus tertius, & duo alii. Heinsius.

436. *Tyranno.*] *Marito* tres libri.

438. *Usque adeo latet utilitas.*] Ἐπιφώνημα eſt. & ego tamen, quid ſibi proprie velit, vix me explico. Glarean. Senſus minime obſcurus. nimirum Prognen ignoraviſſe, quam inutile ſibi eſſet ſororis ad ſe adventum a marito impetrare.

239. *Repetitis duxerat annis.*] *Repetiti anni* vetuſtiores. Heinsius. *Auxerat* Junian. *torſerat* Bonon.

441. *Mea eſt.*] *Mei eſt* duo Medicei & tres alii. vid. lib. v. 653.

441. *Viſendam mitte ſorori.*] *Viſendae* legendum, quicquid diſſuadent libri veteres. Certe *viſenda* in primo Strozzae & uno Medic. Heins. *Viſuram* Lovan. ut inf. ỳs. 476.

443. *Magni mihi muneris inſtar.*] *Numinis* optimus Thuaneus, Arondelianus, & ſex alii. probe. Epiſt. iii. 105.

Perque trium ſortes animas, mea numina fratrum.
Et Ep. xiii. 159.

Per reditus, corpuſque tuum, mea numina juro.
Lib. xiv. 408.

Numinis inſtar eris ſemper mihi.
Et ibid. 843.

——— *& offer*
Conjugis ora mihi; coelum aſpexiſſe fatebor.

mox, *Piraeaque littora*, non *Pyraeaque*. Graecis πειραῖα. Heins.

446. *Piraeaque littora tangit.*] Attica. nam Piraeeus promontorium eſt Atticae, ut ſcribit Ptolo. Unde Athenarum portus Piraeus fuit appellatus. Regius. Ego vero, *Piraeaque littora* legendum puto, ſic poſtulante verſu. Nam & Stephanus autor eſt, Veteres *Piraeum* dixiſſe, & inde poſſeſſivum, *Piraeus a, um*, tribus ſyllabis, pro quo poſteriores *Pireaeus*, fecerunt. Et apud Terentium legitur: *Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piraeum*, ſive, ut commentator vult, *Piraeo*. Nam neque hic verſus quadriſyllabum *Piraeëum* recipit, cum ſit tetrameter catalecticus. Quanquam vulgo in epiſtolis ad Atticum libro ſeptimo epiſtola tertia, ubi idem hic locus Terentii citatur, *Piraeëum* paſſim quatuor ſyllabis, pro *Piraeum* legitur. Sed illic proprium eſt, hîc poſſeſſivum, ſive gentile. A *Piraeëus* autem, cujus obliqui quatuor ſyllabarum fiunt, Stephanus format gentilia, *Piraeates*, & *Piaeeites*, item *Piraïcus*, nuſquam autem Πειραϊεύς, aut *Piraeeus*. Sed tamen & *Piraeeaque littora*, ſi diceretur, in verſu defendi poterat, ſi quis συνεκφώνησιν admittat, niſi quod compoſitio durior aliquanto fiet, & ab Ovidiana facilitate alienior. Ceterum de ſignificatione vocis Πειραιεὺς, etiam apud Ciceronem quaeritur loco ſupra citato. De portu tamen Athenienſi plerumque intelligitur, in eaque ſignificatione potiſſimum uſurpatur. Pro monte autem, quod hic Regius ait, non facile apud idoneos autores poſitum alibi invenies. Micyll. Πειραιεὺς portus eſt Athenienſium notiſſimus. unde Πειραϊκὸς forma eſſet derivativa. Sed Stephanus admonet, Πειρεὺς & portum

Ut primum ſoceri data copia, dextera dextrae
Jungitur; & fauſto committitur omine ſermo.
Coeperat, adventûs cauſſam, mandata referre
Conjugis; & celeres miſſae ſpondere recurſus:
Ecce venit magno dives Philomela paratu;
Divitior formâ. quales audire ſolemus
Naïdas & Dryadas mediis incedere ſilvis:
Si modo des illi cultus, ſimilesque paratus.
Non ſecus exarſit conſpectâ virgine Tereus;
Quam ſi quis canis ignem ſupponat ariſtis:

Aut

tum ſonare, & aliquem illius portus. Raphaël ait, *Piraeea* a Ptolemaeo Atticae promontorium dici, quod apud Ptolemaeum non reperias. Admonuit & hujus loci nos Eraſmus praeceptor noſter. GLAREANUS.

447. *Dextera dextrae.*] *Dextraque* multi veteres. deinde pro, *infauſto committitur omine ſermo*, cave legas, *ordine:* quod multos codices tam editos, quam ſcriptos occupavit. Virgil. Æneid. XI. 589.

Triſtis ubi infauſto committitur omine pugna.

Valerius Flaccus lib. VII. ῾s. 250.

——— *triſtes thalamos, infauſtaque cerno*
Omina.

ſic ſcribendum. ubi vulgo legitur, *infeſtaque cerno omnia.* Claudianus praefatione lib. II. in Eutropium, II.

Infauſtum populis in ſe convertitur omen.

Et Raptu Proſerpinae III. 124.

Somnia quin etiam variis infauſta figuris
Saepe monent.

Dictys Cretenſis lib. III. 25. *Helenam Velut contagionem infauſti ominis repellite.*

Noſter ipſe Triſt. II. 3.

Carmina fecerunt, ut me cognoſcere vellent
Omine non fauſto.

Güntherus Ligurin. lib. VI. 82.

Nec priſco more tributa
Annua quingentas curabant pendere marcas,
Omine non fauſto.

Lib. VII. 442.

Perterritus hoſtis,
Maenia nota petens, infauſtum civibus omen
Rettulit.

Contra *fauſtum omen.* Lucan. lib. III. 101.

Non omina fauſta
Non fictas laeto voces ſimulare tumultu,
Vix odiſſe vacat.

Sic ſcribe, *omina feſta* nunc legitur minus bene. Silius libro III. 217.

Jamque Deûm regi Martique ſub omine fauſto
Inſtauratus honos.

Libro IX. 3.

Haud ſecus ac ſi fauſta forent & proſpera pugnae
Omina venturae.

Noſter lib. IX. 785.

——— *fauſto tamen omine laeta*
Mater abit templo. HEINS.

Vid. ad Suet. Aug. 57. Calig. 13. & Claud. 27. ubi male quidam, *fauſta nomina* Tacit. I. Ann. 35. *Fauſtis in Germanicum ominibus.* ſic & V. An. 5. ubi male, *feſtis in Caeſarem ominibus* quidam legunt. II. Hiſt. 74. *Fauſta Vitellio omina precantem.* Quale autem id omen fuerit, aut unde captum, non addit Noſter. nec veroſimile Terea initio ſermonis male ominata verba protuliſſe, ſed blandiſſima: quod & dextrarum conjunctio, quae optimi ominis erat, indicat. quare ego cum multis ſcriptis legerem,

Ut primum ſoceri data copia, dextera dextrae
Jungitur, & fauſto committitur omine ſermo.

Crediderunt correctores, quia ſupra Ovidius mala in nuptiis omina enumeraverat, hic etiam debuiſſe infauſta repeti. Sed male: non enim adhuc aliquid ſceleris Tereus meditabatur, ſed ſimpliciter uxoris mandatis perfungebatur, poſtea demum viſa Philomela, in ejus amorem incenſus eſt. ſi cum Heinſio legas, *dextraque dextrae*, inconcinne *jungitur* ſubjici τῷ *data* puto, & *juncta* debuiſſet dicere Naſo. *Et fauſto* vero eſt in Oxon. Thuan. Urbin. Argent. Francof. & tribus aliis ex melioribus. BURM.

450. *Celeres recurſus.*] *Regreſſus* multi codices, ut II. Art. am. 32. eadem varietas in ſcriptis apud Virgil. XI. Æneid. 413.

Neque habet Fortuna regreſſum.

Ubi alii, *recurſum.* Stat. VI. Th. ult.

Et triſtes domino ſpondebat arundo recurſus.

Ita *recurro* Juſt. XXII. 8. *Interea Agathocles profligatis in Africa rebus in Siciliam recurrit.* BURMANNUS.

452. *Divitior forma.*] *Ditior at forma* Cod. Sprotii & excerpta Langerm. *ditior* & multi alii.

454. *Si modo des illis cultus, ſimileſque paratus.*] *Cultus illis* nonnulli. videtur ſcribendum,

Si modo des cultus ſimiles, ſimileſque paratus.

Ne-

Aut frondem, positasque cremet foenilibus herbas.
Digna quidem facies. sed & hunc innata libido
Exstimulat: pronumque genus regionibus illis
In Venerem est. flagrat vitio gentisque suoque.
Impetus est illi, comitum corrumpere curam,
Nutricisque fidem: nec non ingentibus ipsam
Sollicitare datis: totumque impendere regnum:
Aut rapere, & saevo raptam defendere bello.
Et nihil est, quod non effreno captus amore
Ausit: nec capiunt inclusas pectora flammas.

Jam-

Neglexerat librarius geminare τὸ *similes* solenni errore. Heinsius *Des illi* Leidensis scil. Philomelae. nam convenientius est Philomelae dare Nympharum cultum, ut illis similis sit, quam Nymphis Philomelae: similis erat enim Philomela Nymphis, si modo adfuisset ipsi cultus Dearum. elegantius ergo est Philomelam ad Nympharum praestantiam extollere, quam Nymphas deprimere. praeterea si *illis* legas, omnes fere voces in sibilum exirent. quod vitiosum esse notavimus, lib. I. 327. Burm.

455. *Conspecta virgine Tereus.*] *Thracus* in uno Mediceo & uno Ambrosiano. venuste. sic infra 661.

Thracius ingenti mensas clamore repellit.

Ausonius Technop. 21.

Intulit inceptam tibi vim, Philomela, ferus Thrax. Posset & *Threcus* legi. Vide Notas Trist. lib. IV. El. I. v. 21. *Thraca tellus* & *Thraca palus* apud Virgilium, Horatium, Val. Flaccum, alios. *Nicanor genere Thracus* Apulej. Milesius. lib. IV. & eidem in Apologia, *Xamolxis quidam Thraci generis.* Gell. lib. XIX. 12. *ne id accidat, quod cuiquam Thraco, insipienti & rudi.* & post, *Homo Thracus ex ultima Barbaria*; pro convicio & exprobratione. videantur quae observamus ad Epistolam XIX. ℣s. 26. & 100. Heinsius.

456. *Ignem supponat.*] *Submittat* prior Gronovii & duo alii. non male: quia *posita* mox sequitur. Heins. *Si quis siccis* sex libri. *ignes* etiam Leidensis, quod itidem κακόφωνον efficeret.

459. *Pronumque genus.*] Thraces enim maximè in Venerem sunt proni. Regius. Proinde & singuli plures uxores ducebant, ut Mela scribit, & Solinus cap. 15. *Uxorum numero*, inquit, *viri se jactitant, & honoris loco ducunt multiplex conjugium* &c. Quo minus novum aut mirum videri debet, si idem hodie quoque factitant. Jam & Homerus hoc indicat, Martios ac bellicosos homines, cujusmodi Thraces semper habiti, utpote apud quos Mars ipse habitare à poëtis dicitur, in Venerem proclives esse. Id etenim fabula Martis & Veneris sibi velle videtur. Et in exercitu Graecorum illi mulieribus potissimum operam dederunt, qui bellicosissimi fuerunt, ut Achilles, Ajax, Agamemnon, &c. Micyll. Livius lib. XXIII. *Prona semper civitas in luxuriam.* Et XXIX. *Ut sunt ante omnes Barbaros Numidae effusi in Venerem.* Et XXX. *Ut est genus Numidarum in Venerem praeceps.* Cicero in Partit. *Verisimile est adolescentiam proclivorem esse ad libidinem.* Ciofanus. In MSS. deest τὸ *est.* & priori versu, *sed & illum* duo Medic. & unus Moreti. *sed adhuc* Lovanienses. quare legerem:

Sed ad hoc innata libido
Exstimulat, pronumque genus regionibus illis
In Venerem.

Ad hoc, est praeterea. praeterquam quod pulchra erat, libido innata Tereo, & gentilis furor in Venerem exstimulat. Flor. II. 8. *Ad hoc coelestes minae territabant.* & ibid. *Elephantis ad hoc immensae magnitudinis.* III. 9. *Insulam veteribus divitiis abundantem, & ad hoc Veneri sacram.* ita lege cum Freinshemio. & ita saepe alibi idem scriptor. Sallust. Cat. 21. *ad hoc maledictis increpabat omnis bonos.* ubi alii, *ad haec* etiam bene. vide Pincier. Parerg. lib. I. cap. 24. sic apud Quinctil. III. 5. *adhuc adjicitur.* ubi alii *ad hoc*, alii *ad haec.* Burmannus.

461. *Corrumpere curam.*] *Turbam* multi libri.

464. *Defendere bello.*] Multi, *ferro*; sed unus Moreti, *Marte*, cujus alias lectiones glossas esse puto. ita inf. XIII. 255.

Quid Lycii referam Sarpedonis agmina ferro
Devastato meo.

Ubi etiam *Marte* nonnulli. & 275.

Ausum etiam Hectoreo solum concurrere Marti
Se putat.

Et ibi variant codices. Claud. II. in Rufin. 351.

Hic ultrix acies ornatu fulgida Martis.

Ut Heinsius restituit pro *ferri*. *Marte* autem pro bello Noster passim utitur. ut III. Ep. 45. VII. 154. Rem. 465. & alibi. Burmannus

Jamque moras malè fert; cupidoque revertitur ore
Ad mandata Procnes; & agit ſua vota ſub illis.
Facundum faciebat amor. quotiesque rogabat
Ulterius juſto; Procnen ita velle ferebat.
Addidit & lacrimas; tamquam mandaſſet & illas:
Prô Superi, quantum mortalia pectora caecae
Noctis habent! ipſo ſceleris molimine Tereus
Creditur eſſe pius: laudemque à crimine ſumit.
Quid: quod idem Philomela cupit? patriosque lacertis
Blanda tenens humeros, ut eat viſura ſororem,
Perque ſuam, contraque ſuam, petit usque, ſalutem.
Spectat eam Tereus, praecontrectatque videndo:
Oſculaque, & collo circumdata brachia cernens;
Omnia pro ſtimulis, facibusque, ciboque furoris
Accipit. & quoties amplectitur illa parentem;
Eſſe parens vellet: neque enim minus impius eſſet.

Vincitur

465. *Effreno captus amore.*] *Inopino*, teſte Priſciano libro nono. Constantius Fanensis. Inopino Priſcianus lib. IX. pag. 868. & pro diverſa lectione codex Urbinas, & ita agnoſcit Scholiaſtes MS. Juvenalis ad Sat. III. ỳs. 118. quem Oxoniae in collegio Corporis Chriſti vidi. & Perſii Scholiaſtes MS. Bodlejanae Bibliothecae ad Prologum, qui & *hauſit* habent. mox *curas* pro *flammas* unus meus. Vide Notas ad lib. Remed. Amor. verſ. 495. Heinsius.

468. *Mandata ad Progues.*] Vigor numeruſque carminis Ovidiani vix eſt, ut unquam duriter incedat. quare praepoſitione ante poſita, ut in MS. cod. advertimus, legendum duxerim, *ad mandata Procnes:* commutaſſe vero eam neſcientes N literam non liqueſcere ſolum, ſed quandoque etiam amoveri, ut apud Petron. Arbitr. *Teſtis ſilveſtris Aëdon, Atque urbana Progne, quae circum gramina fuſae, ac molies violas cantu ſua rura colebant. Ichneumon* quoque apud Martialem, *Cygnus* in Horatio, nec non Auſonio primam corripiunt. Mariang. Accurs. In Diatribis. Alii, *Ad Prognes mandata.* Vetuſtiores, *Ad mandata Procnes*, eleganter & Graecorum more. ſic in Antholog. lib. I. cap. 9.

Χαῖρε Πρόκνη παρὰ σεῖο κασιγνήτης Φιλομήλης.

Petronius cap. CXXXI.

Dignus amore locus. teſtis ſilveſtris Aëdon,
Atque urbana Procne.

ſic ſcribendum. perperam in vulgatis, *ſilveſter Iaſdon.* Idem Petronius ibid. *Et baccis redimita Daphne.* priore correpta. quomodo & in *cycnus* apud Horatium ac Auſonium, & in *Tecmeſſa* apud Horatium eundem, ſecundam quoque ſyllabam in *Therapnaeus* apud Silium libro XIII. & in *Clytemneſtra* apud Auſonium Epitaphiis Heroum, & in *Ichneumon* primam apud Martialem, VII. 86. correptam invenias. pro *ſub illa*, etiam recte, *illis* unus Mediceus. Heinsius. Hunc locum in animo habuit Salmaſius Epiſt. XCII. qui tunc ipſi non ſuccurrebat. vide & eum Epiſtola ſequenti. & adnotata ad Epiſt. XVI. 250. ſic apud Martial. IX. 106. ubi vulgo:

Quae capta eſt cycno nupta Lacaena alio.

Codex Voſſianus habebat:

Quae capta eſt alio nuda Lacaena cygno.

Quam veram ſcripturam eſſe cenſeo. *Inopino* habuit etiam vetus Gloſſator, ex quo quaedam producit Barth. XXXVII. adv. 5. *Infreno* Moreti unus. Burm.

470. *Ulterius.*] *Liberius* vel *uberius* olim Heinſius malebat. nihil muta. eſt enim, ultra modum juſtum rogabat. ſic *ulterius medio* lib. II. 417. vid. ad Eleg. in Druſ. 50. & de illo *juſto* ad Ep. XXI. 30. Burmannus.

471. *Mandaſſet.*] *Mandavit* Lovan. puto, *mandarit.* Heins.

473. *Molimine Tereus.*] *Molimine demens* Cantabr.

477. *Petit illa ſalutem.*] Corrige, ex optimo libro meo, *Petit uſque ſalutem.* Ciofanus. *Uſque* rectius vetuſtiores, vel *ipſa.* Heinsius. *Iſta* Cantab. & Francof.

478. *Praecontrectatque videndo.*] Haec locutio ſtuporem Clerici indicat, qui in Lactantio ferre non potuit, *Oculis contrectare.* Sed ejus inſcitiam & temeritatem recte contudit Vir Doctiſſimus Chriſt. Auguſtus Heumannus in Parergis Criticis pag.

Vincitur ambarum genitor prece. gaudet, agitque
Illa patri grates: & ſucceſſiſſe duabus
Id putat infelix; quod erit lugubre duabus.
Jam labor exiguus Phoebo reſtabat: equique
Pulſabant pedibus ſpatium declivis Olympi.
Regales epulae menſis, & Bacchus in auro
Ponitur. hinc placido dantur ſua corpora ſomno.
At rex Odryſius, quamvis ſeceſſit, in illâ
Aeſtuat: & repetens faciem, motusque, manusque;
Qualia vult fingit, quae nondum vidit: & ignes
Ipſe ſuos nutrit, curâ removente ſoporem.
Lux erat: &, generi dextram complexus euntis,
Pandion comitem lacrimis commendat obortis:
Hanc ego, care gener, quoniam pia cauſſa coëgit,
[Et voluere ambae, voluiſti tu quoque, Tereu,]
Do tibi: perque fidem, cognataque pectora ſupplex.

Per

pag. 147. quem legere & laudare debes lector. Burmannus.

482. *Neque enim minus impius eſſet.*] Non minus ſe rogari à Philomela pateretur, ut diutius ab ipſa amplecteretur. Const. Fanens. Non minus filiam ſuam corrumperet, ſi eſſet, & rem cum illa haberet.

483. *Amborum.*] *Ambarum* vetuſtiores. ſequentia confirmant. Heins.

485. *Quod erat.*] *Erit* cum altero Hamburgenſi. Idem.

486. *Jam labor exiguus Phoebo reſtabat, equique Pulſabant pedibus ſpatium declivis Olympi.*] Verbo *Pulſandi* ita utitur vetus poëta apud Varronem lib. IV. De Ling. Lat.

Muſae, quae pedibus magnum pulſatis Olympum.

Et Virg. lib. X. 215.

Jamque dies caelo conceſſerat: almaque curru
Noctivago Phoebe medium pulſabat Olympum.

Ciofanus.

488. *Regales epulae menſis.*] Hic locus facile convincit Servium, qui ait, *dapes*, eſſe regum; *epulas*, privatorum. Horatius quoque facit cum poëta noſtro. ejus verba ſunt lib. II. & Satyra ſecunda: *Necdum omnis abacta Pauperies epulis regum.* Eam autem differentiam, ſi quis locum quaeret, ponit ille ad illud primi Æneidos 706.

Qui dapibus menſas onerant. Ciof.

489 *Dantur.*] Nonnulli, *tradunt.* Nauger. Multi etiam, *pectora.* nihil muta. II. Faſt. 327.

Sic epulis functi, ſic dant ſua corpora ſomno.

Et IV. 332.

Dantque levi ſomno corpora functa cibo.

Senec. Med. 422.

Somnoque juſſum lumina ignoto dare
Inſomne monſtrum. Burm.

490. *Othryſius.*] Sic quidem fere legitur, ſed *Adryſius* per *d* legendum eſt: nam *Adryſae* populi ſunt Thraciae, & *Adryſa*, urbs eorum, quae & *Adryſia* dicitur, unde *Adryſius* derivatur. Regius. *Atryſius* etiam ſcripti plurimi, & apud alios Poëtas eadem confuſio. Vid. Barth. ad IV. Theb. 794. & Vinet. ad Auſon. Epigr. I. Burm.

490. *Seceſſit, in illâ Aeſtuat.*] Variant codices: quidam, *ſeceſſit ab illa, Aeſtuat*; *ſeceſſerat illa*, alii aliter. ſed nihil muta. vid. ad lib. IV. 234. *ſucceſſit ab illa* Berſm. editio vitioſe.

491. *Motuſque manuſque.*] *Vultuſque manuſque* Gronov. & tres alii. Heinſius olim malebat, *cultuſque. motumque* Mediceus unus & Edit. Berſm. *motus faciemque* Junianus & alius.

495. *Lacrymis commendat obortis.*] *Committit* prim. Gronov. & duo alii. Heinsius. *Commiſit* Lovan.

497. *Ut voluere ambae.*] Quidam codices hunc verſum ſuperiori praemittunt, ego ejiciendum cenſeo. nonnulli, *Et voluere.* pro *pia cauſa coëgit* alter Hamburg. & unus Mediceus, *ſubegit.* ſic Virgilius aliique paſſim. lib. IV. Georg. 84. ut quidem ſcripti codices uno conſenſu agnoſcunt:

——— *dum gravis aut hos*
Aut hos verſa fuga victor dare terga ſubegit.

nam vulgati, *coëgit.* dixi nonnihil ad Claudianum II. in Rufin. 314. Silius libro I. 635. ex optimis membranis,

——— *populi ferro parere ſubacti.*

Heinsius.

Per Superos oro, patrio tuearis amore:
Et mihi ſollicitae lenimen dulce ſenectae
Quamprimum (omnis erit nobis mora longa) remittas.
Tu quoque quamprimum, (ſatis eſt procul eſſe ſororem)
Si pietas ulla eſt, ad me, Philomela, redito.
Mandabat; pariterque ſuae dabat oſcula natae:
Et lacrimae mites inter mandata cadebant.
Utque fide pignus dextras utriusque popoſcit;
Inter ſeque datas junxit; natamque nepotemque
Abſentes memori pro ſe jubet ore ſalutent:
Supremumque vale, pleno ſingultibus ore,
Vix dixit: timuitque ſuae praeſagia mentis.
Ut ſemel impoſita eſt pictae Philomela carinae;
Admotumque fretum remis, tellusque repulſa:
Vicimus, exclamat: mecum mea vota feruntur.
Exſultatque animo, vix & ſua gaudia differt.

Bar-

Statius x. 184.

Sumere vittas
Veſtra fides, ipſo non diſcordante, ſubegit.

Vid. Heinſ. & Drakenb. ad d. l. Silii.

498. *Cognataque pectora.*] Mallem, *cognataque foedera*; plus enim relationis eſt inter *fidem*, *foedera* & *Deos*; quam ſi hic interſeras *pectora*. Paſſim Noſter, *lecti foedera*, *ſocialia*, *conjugialia jura*, *&c.* SCHEPPER. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

499. *Per Superos.*] Cum ſuperiora per articulum connectat, non recte hic omitti videtur. in Menardi eſt, *perque Deos.* in aliis, *per ſuperoſque.* in Regio, *Et Superos oro.* pro *cognataque pectora*, quae non recte capio, mallem quoque cum Scheppero, ſi per codices liceret, *cognataque foedera*, vel *pignora*, quae voces ſaepe confuſae. Vide Schott. II. obſer. 57. Sic etiam lib. VII. 497. confunduntur. apud Lucianum quoque lib. VII. 325.

Sive quis infeſto cognata in pectora ferro
Ibit, ſeu nullum violabit vulnere pignus.

Plurimi codices habent, *pectus.* & apud Val. Flac. I. 605. *nil me mea pignora tangunt*, recte viri docti pro *pectora* reſcribi juſſerunt. BURM.

499. *Patrio ut tuearis amore.*] Tò *ut* non agnoſcunt ſecundus & quartus Mediceus cum Mureti excerptis. eleganter. pro *ſollicito* lege, *ſollicitae ſenectae* cum utroque Hamburgenſi, & decem aut duodecim aliis. HEINSIUS.

502. *Satis eſt vidiſſe ſororem.*] *Procul eſſe* ſcripti omnes uno Patavino & uno Strozzae exceptis. quod cur rejiciamus, nihil cauſae eſt. HEINS.

504. *Pariterque ſuae dabat.*] Κακόφωνον illud, *mandabat*, *dabat*, evitari poſſet, ſi cum quinque ſcriptis *dedit* legatur.

506. *Utque fide pignus.*] Simplicius in Palatino, *Ut fidei pignus dextras utraſque popoſcit.* DAN. HEINS. Vide ſupr. ad lib. III. 341.

506. *Dextras utraſque popoſcit.*] *Utriuſque* ex Priſciano lib. VIII. p. 781. HEINS.

508. *Rogat ſalutent.*] *Jubet* Sixianus, & unus meus, ex veteri formulâ, *Jubeo ſalvere.* IDEM. Sed *rogat* & *ſalutet* agnoſcit Priſcianus lib. VII. pag. 764.

511. *Ut ſimul impoſita eſt.*] Lege, ex fide meorum lib. aliorumque vet. *Ut ſemel impoſita eſt.* Ut ſit ſimile illi:

Navim cum ſemel conſcendit, viſus eſt numquam. CIOFANUS.

Multi veteres, *ut ſemel.* HEINS. *At ſimul* plurimi, ut lib. VIII. 449. ſed *ut ſemel* placet. ita Epiſt. XIX. 175. *ut ſemel intravit Colchos Pagaſeus Iäſon.* ſic ſupr. *Ys.* 252. *quod ſimul* vid. ad Quinct. decl. VI. 2. *ut primum* unus Moreti. ſic ſupr. verſ. 447. BURMANNUS.

512. *Admotumque fretum remis.*] Hypallage eſt: mari namque remi, non mare admovetur remis. tunc autem remi admoveri dicuntur mari, cum remigatur, naviſque remis impellitur. REGIUS. Immo ſimpliciter intelligendum, ut ſit ἀντίθεσις in *admoto freto*, & *repulſa tellure.* MICYLLUS. Inſolentior haec mihi locutio videtur, niſi per hypallagen capiamus cum Regio. nec Micylli interpretatio placet ſatis. Scio, *admoveri* loca dici, ad quae itur, ut oſtendit Gronov. Diatr. Stat. cap. XL. & ita poſſet capi, pro provecta in altum, ut alii loquuntur. ſed videamus ſcriptos codices. in uno Leidenſi erat, *amotum.* forte ſcripſit, *emotumque.* non male: nam proprie *moveri* & *emoveri* aequor remis dicitur. vide ad verſ. ultimum hujus libri.

Lova-

Barbarus: & nusquam lumen detorquet ab illà.
Non aliter, quam cum pedibus praedator obuncis
Depoſuit nido leporem Jovis ales in alto:
Nulla fuga eſt capto: ſpectat ſua praemia raptor.
Jamque iter effectum; jamque in ſua litora feſſis
Puppibus exierant: cum rex Pandione natam
In ſtabula alta trahit, ſilvis obſcura vetuſtis;
Atque ibi pallentem, trepidamque, & cuncta timentem,
Et jam cum lacrimis, ubi ſit germana, rogantem,
Includit: faſſusque nefas, & virginem, & unam
Vi ſuperat; fruſtra clamato ſaepe parente,
Saepe ſorore ſuà; magnis ſuper omnia Divis.
Illa tremit, velut agna pavens, quae ſaucia cani
Ore excuſſa lupi, nondum ſibi tuta videtur:
Utque columba, ſuo madefactis ſanguine plumis,
Horret adhuc, avidosque timet, quibus haeſerat, ungues.

Mox

Lovanienſis, *peroſſumque fretum.* etiam non male: deinde poſt *repulſa*, *eſt* dele ex trium codicum auctoritate. Burmannus.

513. *Vicimus.*] *Vincimus* Palat. Medic. & quinque alii. vid. lib. IV. 456.

514. *Exſultatque.*] Hic etiam verſus eſt ſuſpectus. Heinsius. Videtur effictum ex lib. IV. 350. & II. 863. poſſet tamen legi,

Exultanſque animo vix jam ſua gaudia differt,

in uno etiam Leidenſi erat, *Exultatque animo & vix.* in Baſileenſi, *Exultatque animo, vix &*: etiam bene.

515. *Lumen detorquet ab illa.*] Variant admodum ſcripti, *diſtorquet*, *deflectit*, *ſua lumina torquet*, vel *flectit* nonnulli. ſed praecipue arridet unius Medicei & Gronoviani lectio, *Lumen declinat ab illa.* Ita & inf. VII. 88.

Nec ſe declinat ab illo.

Uti etiam alii, *detorquet.* Val. Flac. III. 69.

At miſerae declinant lumina Thebae.

Stat. II. Achill. 213.

Ille quoque obliquos dilecta ad moenia vultus
Declinat.

Nunquam etiam multi libri. Burm.

516. *Pedibus aduncis.*] *Obuncis* Florentinus S. Marci, & Neap. cum duobus Mediceis, bene. *abuncis* unus Moreti, & tres alii. vide adnotata noſtra ad Virgil. XI. Æneid. 755 proximo verſu, *nido in alto* multi ex melioribus, pro *ab alto*. Heinsius.

517. *Jovis ales in alto.*] Emenda, ut legitur in vet. *Jovis ales ab alto.* Quod ſenſus videtur poſtulare. Ciofan. Non video, niſi diſtinguas, *Jovis ales. Ab alto nulla fuga eſt* &c. ut Grutero placuiſſe notavit Heinſius in ora codicis ſui.

517. *Jovis ales.*] Περίφρασις eſt Aquilae, quae nunquam à Jovis latere, ut ajunt, diſcedit. Sic & III. Art. 420.

Et Jovis ad multas devolet ales aves.
Ciofanus.

518. *Capto.*] *Rapto* Leidenſ. Lovan. & quatuor alii. *praemia victor* duo Baſil.

519. *Iter effectum.*] *Expletum* Gronov. *in rectum* Leidenſ. *affectum* ſec. Medic. & Neapol.

519. *Feſſis.*] *Feſſi* quatuor ſcripti. *laſſi* Voſſianus ſed nihil mutandum: ita *feſſa carina* III. Art. 748.

522. *Atque ibi.*] *Atque ita* Cantab. & Sprotii. *jamque ita* unus Heinſii. *Cuncta paventem* Baſil. alii, *timentem*, *trementem.*

525. *Vi ſuperat.*] *Vi ſtuprat* Gronov. male. ſic libr. Art. 343.

Ergo age ne dubita cunctas ſuperare puellas.

Ubi nihil mutandum ex hoc loco patet. Burm.

526. *Super omnia.*] In primis, praeſertim, maxime. Sic lib. VIII. 677.

——— *ſuper omnia vultus*
Acceſſere boni, nec iners, pauperque voluntas.
Ciofanus.

527. *Tremit.*] *Fremit* Palatini omnes, duo Baſil. & tres alii. *pavet* Lovan.

528. *Ore.*] *Dente* duo libr. *expulſa* Sprotii & unus Moreti.

529. *Utque.*] *Utve* Medic. unus.

Mox ubi mens rediit; paſſos laniata capillos,
[Lugenti ſimilis, caeſis plangore lacertis,]
Intendens palmas, Prô diris, Barbare factis,
Prô crudelis, ait! nec te mandata parentis
Cum lacrimis movere piis, nec cura ſororis,
Nec mea virginitas, nec conjugialia jura?
Omnia turbaſti. pellex ego facta ſororis:
Tu geminus conjux. non haec mihi debita poena.
Quin animam hanc (ne quod facinus tibi, perfide, reſtet)
Eripis? atque utinam feciſſes ante nefandos
Concubitus! vacuas habuiſſem criminis umbras.
Si tamen haec Superi cernunt; ſi numina Divûm
Sunt aliquid; ſi non pericrunt omnia mecum;
Quandocumque mihi poenas dabis. ipſa, pudore

Pro-

531. *Mox ubi mens rediit.*] Lib. IX. *Mens tamen ut rediit.* Et lib. XIV. uſus eſt priore hemiſtichio. Aliter alibi: *Utque animus rediit, pariter rediere dolores.* Et Terentius in Hecyra:

Iſtoc verbo animus mihi rediit. CIOFANUS.

532. *Lugenti ſimilis.*] Verſus adulterinus. HEINSIUS. *Plangenti ſimilis* tert. Medic. Heinſius tentaverat, *liventeſque ſinus.* vel *fulgenteſque*, vel *lucenteſque.*

533. *O diris, barbare factis.*] Duo veteres, *Proh.* Scribe,

——— *prô diri barbare facti!*
Prô crudelis! ait. HEINSIUS.

535. *Piis.*] *Suis* Junian. *nec cauſſa ſororis.* Idem.

536. *Nec mea virginitas, nec conjugialia jura.*] *Conjugialia* hexaſyllabon eſt, non pentaſyllabon, ut fere codices errant. GLAREANUS. Vid. lib. V. 3.

538. *Tu geminus conjux.*] *Geminis* primus Gronovii. *ſorori* unus meus chartaceus. *Geminus conjux*, quomodo *duplices thalami* Statio de eadem re lib. XII. Theb. 479.

——— *Geticae non plura queruntur*
Hoſpitibus tectis trunco ſermone volucres,
Cum duplices thalamos & iniquum Therea clamant. HEINSIUS.

538. *Non haec mihi debita poena eſt.*] *Hoſtis mihi debita* veteres plerique. Hoc hemiſtichium puto additum à ſciolo: & lacunam eſſe relinquendam, quales in Virgilio etiam multae occurrunt. HEINS. Ovidium reliquiſſe lacunas nulla poteſt eſſe ſuſpicio, cum in ſcriptis ſemper & ubique pleni verſus exhibeantur, aliter atque in Virgilio. puto autem recte ſenſum ſibi conſtare elegantem, ſi modo legatur, *non haec mihi credita poena.* ut *poena* pro calamitate, miſeria, infelici caſu ponatur. ut Lib. II. 99. *poenam pro munere poſcis.* & alibi ſaepe. vid. ad Triſt. II. 507. poſſet & vulgata exponi, non merui hanc poenam. ita *debere poenas* Juvenal. Sat. X. 213.

Et poenas metuet, quaſcumque maritis
Iratis debent.

Et ita *debere* ſaepe ſumi notum eſt. BURMANNUS

539. *Quin animam hanc.*] Multi delent *τὸ hanc.* HEINSIUS. Neque hanc voculam delerem. *hanc*, id eſt, tam vilem nunc, quam poſt dedecus hoc retinere non laboro. I. Triſt. II. 35.

Opprimet hanc animam fluctus.

Val. Fl. I. 675.

Da reddere terris
Has animas.

Et 749.

Quin rapis hanc animam.

VII. 285.

Ut tamen hoc ſaeva corpus de morte receptum,
Hanc animam ſciat eſſe ſuam.

Virgil. I. Æn. 98.

Tuaque animam hanc effundere dextra.

Ubi videndi Servius & Cerda. & ita centies Poëtae. BURM.

539. *Reſtet.*] *Deſit* Junii & Voſſii. parum refert. ita Florus & alii ſaepenumero. vid. ad lib. II. 471.

542. *Si tamen hoc.*] *Haec* meliores. HEINS.

543. *Si non perierunt omnia mecum.*] Ita prae dolore ſaepe omnia ſecum interire miſeros optaſſe, notat Munckerus ad Anton. Liber. cap. 5.

547. *Saxa movebo, &c.*] *implere ſilvas* ita abſolute neſcio, an ex conſuetudine Ovidiana ſit dictum. Certe excerpta Langermanni multo elegantius, meo judicio,

Implebo ſilvas, & conſcia ſaxa querelis.

Ita

Projecto, tua facta loquar. si copia detur,
In populos veniam: si silvis clausa tenebor,
Implebo silvas, & conscia saxa querelis.
Audiat haec aether, & si Deus ullus in illo est.
Talibus ira feri postquam commota tyranni;
Nec minor hac metus est; caussâ stimulatus utrâque,
Quo fuit accinctus, vaginâ liberat ensem:
Arreptamque comâ, flexis post terga lacertis,
Vincla pati cogit. jugulum Philomela parabat;
Spemque suae mortis viso conceperat ense.
Ille indignanti, & nomen patris usque vocanti,
Luctantique loqui compressam forcipe linguam
Abstulit ense fero. radix micat ultima linguae.
Ipsa jacet, terraeque tremens immurmurat atrae.

Utque

Ita lib. II. 371.
Ripas virides, amplumque querelis
Eridanum implêrat, silvamque sororibus auctam.
Lib. III. 179.
Subitisque ululatibus omne Implevere nemus.
Epist. V. 73.
Implevique sacram querulis ululatibus Iden.
IV. Fast. 481.
Quacumque ingreditur, miseris loca cuncta querelis Implet.
Et ita passim Noster. Valer. Flac. II. 167.
Tum voce Deos, tum questibus implent.
Et VI. 726.
Tergaque versa tuens his coelum questibus implet.
VIII. 171.
Similique implet soror omnia questu.
Vide infra ad lib. VII. 120. pro *conscia saxa*, unus Lovanienſis, *concava*. Burm.

548. *Audiet.*] Iidem, *Audiat*. Heins.

551. *Quo fuit accinctus.*] Ita supra de Pyramo IV. 119.
Quoque erat accinctus, demisit in ilia ferrum.
Ciofanus.

551. *Vaginâ liberat ensem.*] Melior est lectio meorum lib. Dominic. atque unius Caelest. & Maffeiani, in quibus est, *Vaginâ deripit ensem*. In altero Caelest. *Traxerat*. Sed illud multo magis mihi arridet. Ita enim loquitur Virgil. lib. X.
Pendenti nitidum vagina deripit ensem. Ciof.
Injuriam fecere Ciofano librarii: hic enim versus est apud Nostrum lib. X. 475. ubi eadem lectionis varietas. ut & lib. II. Fast. 793. apud Virgilium quoque lib. IV. 579. pro, *vaginaque eripit ensem*. quidam codices *liberat* habent. Dictys Cret. lib. IV. cap. II. *Quo Alexander liberato gladio procurrens, adversum hostem per utrumque latus geminato ictu transfigit*. vulgo, *librato*. male etiam ibi, *adversus hostem* legebatur. Heinsius hunc locum recte constituit ad Petron. cap. CXXXVI. Burm.

552. *Arreptamque comâ.*] *Arreptaque* nonnulli. Heins. vid. ad lib. II. 476.

553. *Jugulum parabat.*] Quinctil. decl. CCCV. *jugulum contumaciter parabant.*

555. *Ille indignantem.*] *Indignanti, vocanti*, & *Luctantique loqui*, Arondelianus. quod probo. pro *forcipe* prim. Medic. prim. Erfurt. prim. Vatic. unus Mentel. & Noricus, *forpice*. S. Marci, *forfice*. ut & Spirensis. sic libro IX. 78.
Ceu guttura forcipe pressus.
Et libro XII. 227.
Quod forcipe curva
Cum faber eduxit.
Posteriore loco idem S. Marci codex, *forfice* priori, *forpice* Bernegg. Spir. & prim. Vatic. & sic in illo Maroniano loco libri VIII. 453. variatur in priscis exemplaribus, *versatque tenaci forcipe*. sed enim *forcipe* veram esse illic scripturam Carisius & Servius testantur. Persius Sat. IV.
Elixaque nates labefactant forcipe.
Columella lib. VI. cap. 26. *duabus angustis ligneis regulis, veluti forcipibus, apprehendere testium nervos*, ubi in vetustissimo codice scriptum offendi, *porficibus* pro *forcipibus*. Heins.

556. *Comprensam.*] Plurimi codices, *compressam*, quod majorem vim notat. lib. IX. 78.
Seu guttura forcipe pressus.

556. *Linguam Abstulit.*] Linguam abscidit. Sic loquitur Plautus in Amphitruone, II. I 6. *Quid est? quo modo? jam quidem hercle ego tibi istam scelestam, scelus, linguam abscidam.* Alio modo in Aulularia II. II. 12. *Quoi ego jam linguam praecidam, atque oculos effodiam domi.* Idem alio modo in Mil. Glorioso II. III. 47. *Nonne tibi istam praetruncari linguam Largiloquam jubes?* Anacreon docet, Tereum Hirundini linguam abscidisse:

H

Utque ſalire ſolet mutilatae cauda colubrae,
Palpitat, & moriens dominae veſtigia quaerit.
Hoc quoque poſt facinus (vix auſim credere) fertur
Saepe ſuâ lacerum repetiſſe libidine corpus.
Suſtinet ad Procnen poſt talia facta reverti.
Conjuge quae viſo germanam quaerit: at ille
Dat gemitus fictos, commentaque funera narrat.
Et lacrimae fecere fidem. velamina Procne
Deripit ex humeris, auro fulgentia lato:
Induiturque atras veſtes: & inane ſepulcrum
Conſtituit: falſisque piacula manibus infert:
Et luget non ſic lugendae fata ſororis.
Signa Deus bis ſex acto luſtraverat anno.
Quid faciat Philomela? fugam cuſtodia claudit:

Struĉta

Ἢ μᾶλλον, inquit, ἔνδοθέν σευ
Τὴν γλῶσσαν, ὡς ὁ Τηρεὺς
Ἐκεῖνος, ἐκθερίζω. Ciof.

Abſcidit margo Berſmanni: & *ferox* multi ſcripti, ſed *auferre* etiam Statius hoc ſenſu lib. III. Th. 87.

Media orſa loquentis
Abſtulerat plenum capulo latus.

558. *Tremens immurmurat atrae.*] Puto, *fremens.* quod & alibi non ſemel corruptum. *tremens* enim, & *palpitat*, quod ſequitur, eadem ſunt. Heins. *Immurmurat udae* Lovaniens.

562. *Libidine corpus.*] Dominic. & Caeleſt. *cupidine.* Ciofan.

566. *Et lacrymae fecere fidem.*] Scribe, *Ut lacrymae.* Deinde, *Deripit* pro *Diripit*; ex fide vetuſtiorum. de quo alibi. lib. IX. 635.

—— *à pectore veſtem*
Deripuit.

apud Maronem libro X. 414. in Veterrimis exemplaribus,

Strymonio dextram fulgenti deripit enſe. Heins. Vide ad lib. III. 53. *diripit* Gebhardus volebat, quem refutavit Gronov. Diatr. Stat. cap. 56. *Arripit* unus. *Eripit* duo.

568. *Induiturque atras.*] *Induiturque nigras* unus Moreti.

569. *Conſtituit.*] *Inſtituit* tres libri, quod elegantius mihi videtur. ita I. Faſt. 581. ex MS.

Inſtituitque tibi, quae maxima dicitur, aram.

Vulgo, *conſtituit*: ita enim & Val. Flac. III. 427.

Circum humiles aras, ignotaque nomina divum
Inſtituit.

Ita *inſtituere menſas, toros*, & ſimilia, de quibus latius aliquando ad Valer. Flaccum. *inſtituere arborem* dixit Sueton. Galb. I. & *vitem* Grammat. 23. Burmannus.

569. *Piacula manibus infert.*] Male alii, *offert*; hinc enim & *Inferiae.* pari modo apud Maronem Æneid. V. 652. de inferiis,

— *nec meritos Anchiſae inferret honores.*

Et lib. III. 66. de iiſdem:

Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.

Dictys Cretenſis lib. V. 8. *Inter quae tam ſollicita Caſſandra Deo plena victimas Hectoris tumulo inferri imperat*; ita probe vetuſtus codex apud me. vulgo, *transferre.* Lactantius lib. II. Divin. Inſtit. cap. 4. *Ergo his ludicris & ornatis & grandibus pupis, & unguenta, & thura & odores inferunt. piamina* Arond. voce Naſoniana. Heins. Hinc *in cineres ultima dona tulit*, poſſet defendi lib. III. Am. IX. 50. pro *intulit.*

572. *Cuſtodia claudit.*] *Servat* Leidenſis: ſed ita *iter claudere* Epiſt. XIX. 140. *fuga* vero eſt hic fugiendi facultas; ita inf. lib. XIV. 219. *oravique fugam.* Florus III. 10. *Cum inter moras Caeſar abſtuliſſet fugam* Dictys. lib. IV. 9. *undique ademta fuga.* Burmann.

573. *Solido*] *Rigido* alter Gronovii.

574. *Grande doloris Ingenium eſt.*] *Dolori* in quatuor ſcriptis: ut verbum ſubſtantivum forte ſit tollendum. Heins. *Dolenti's* Oxoniens. ego nihil muto. Petron. c. 135. *Grande quiddam paupertatis ingenium.* Stat. III. 153. *Ingenium crudele necis* ubi vid. Barth. II. Theb. 462. *Nec piger ingenio ſcelerum.* Ita ſaepe Tertullianus. *Ingenium crudelitatis*, de Anima. cap. I. *ingenia veſticinae* de Pallio. cap. 3. *ingenia poenarum.* de Reſurr. car. 8. & ſimilia. Plin. IX. cap. 17. *M. Apicius ad omne luxus ingenium mirus.* ſimile vero huic Ovidiano loco illud Manilii lib. I. 80.

Et labor ingenium miſeris dedit.

Et Martial. Spect. XIV.

O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium.

Quem locum etiam Douza adſcripſerat. alia eſt ve-

10

Structa rigent solido stabulorum moenia saxo:
Os mutum facti caret indice. grande dolori
Ingenium est: miserisque venit sollertia rebus.
Stamina barbaricà suspendit callida telà:
Purpureasque notas filis intexuit albis,
Indicium sceleris: perfectaque tradidit uni:
Utque ferat dominae gestu rogat. ille rogata
Pertulit ad Procnen: nec scit quid tradat in illis.
Evolvit vestes saevi matrona tyranni:
Germanaeque suae carmen miserabile legit:
Et (mirum potuisse) silet: dolor ora repressit:
Verbaque quaerenti satis indignantia linguae
Defuerunt: nec flere vacat. sed fasque nefasque
Confusura ruit: poenaeque in imagine tota est.

Tempus

ro ratio constructionis in illis Statii lib. v. Silv. III. 28.

Da vocem magno pater ingeniumque dolori.

Burmannus.

575. *Sollertia rebus.*] *Curis* Langerm. *Sapientia rebus* Vossian.

576. *Stamina barbaricâ suspendit candida telâ.*] Si *tela* est opus ipsum, quod ex stamine, & trama paulatim conficitur, hic certe abusus videtur nomine, & vel pro jugo, vel transversa pertica in altum suspensa, accipiendum, quomodo texunt, qui pretiosa conficiunt texta. Glareanus. Multi ex vetustioribus, *pallida*. sed *callida* verum est. quomodo Zulichemianus. Cantabrigiensis etiam, & unus meus, cum Moreti fragmento pro diversâ lectione. lib. IV. 43.

Callida per tenebras versato cardine Thisbe,
Egreditur.

Lib. VII. 302.

——— *quas tempore callida parvo*
Colchis amicitiae mendacis imagine cepit.

Simile mendum ex Propertio quoque tollendum libro IV. Eleg. III.

Assidet una soror curis; & callida nutrix
Pejerat hyberni temporis esse moras.

Vafra, inquit, nutrix pejerat moram reditus tui hybernae tempestati esse imputandam. Codices scripti editique perperam illic, *pallida nutrix*. Statius lib. II. Silv. VI. 25.

Non talem Cressa superbum
Callida sollicito revocavit Thesea filo.

Et Achilleidos II. 321

Callida foemineo genetrix velavit amictu. Heins. Vide ad I. Amor. X. 4. unus codex *pendula* hic habebat.

578. *Tradidit.*] *Credidit* unus Leid. & alter Heinsii. *Traditur* Mediceus pr.

579. *Illa rogata.*] *Ille* primus Mediceus, excerpta Calandrae, prior Hamburg. & octo alii. quomodo Urbinas quoque & Neapol. pro diversâ lectione. quod si admittimus, ut admittendum censeo, mox pro, *nec quid tradat in illis*, repono, *quid tradat nescius illi*. nam nonnulli, *quod tradat nescit in illis*, vel, *quid tradat nescia in illis*, aut etiam, *quid nescia tradat in illis*, ut de ancilla sermo sit. lib. IX. 155.

—— *quid tradat nescia, luctus*
Ipsa suos tradit.

Lucanus libro VII. 190.

Moeret, & ignorat causas, animumque dolentem
Corripit, Emathiis quid perdat nescius arvis.

Ita optimae membranae. vulgati, *quid perdat nescit in arvis*. duo veteres, *ille rogatur*. nonnulli, *rogatum*. Heins.

582. *Fortunaeque suae.*] Tres Vossiani, unus Moreti, unus Patav. *Germanaeque suae*. rectius. Heins. *Fortunae crimen* Gronov. ut lib III Met. 141. *Fatum* unus Heins. ut VI. 60. & alibi. *Germanaeque suae casum* Ambros. ut tunc *miserabile* in parentheli ponatur, ut *indignum* & similia apud Nostrum. sed *carmen miserabile* lib. V. 118. paullum alio sensu.

583. *Dolor ora repressit.*] *Dolor ore recrescit* Gronovianus. *pudor*, vel, *timor ora repressit* Urbinas.

585. *Defuerant.*] *Defuerunt* unus Vossii: bene Heins.

585. *Sed fasque nefasque, Confusura ruit, poenaeque in imagine tota est.*] Hoc etiam in loco, nec non vers. 611. ubi ait: *Non est lacrymis hoc, inquit, agendum, sed ferro*, alludit ad Tomyrim Reginam Scytharum ferociissimam, quae filio à Cyro Persarum Rege interfecto, haudquaquam lacrymis foemineo more parentavit, sed ultione plusquam virili. Cyrum namque cum ducentis millibus Persarum, dispositis in montibus insidiis,

Tempus erat, quo ſacra ſolent Triëterica Bacchi
Sithoniae celebrare nurus. nox conſcia ſacris.
Nocte ſonat Rhodope tinnitibus aeris acuti:
Nocte ſuâ eſt egreſſa domo regina: Deique
Ritibus inſtruitur; furialiaque accipit arma.
Vite caput tegitur: lateri cervina ſiniſtro
Vellera dependent: humero levis incubat haſta.
Concita per ſilvas, turbâ comitante ſuarum,
Terribilis Procne, furiisque agitata doloris,
Bacche, tuas ſimulat. venit ad ſtabula avia tandem:
Exululatque, Evoëque ſonat, portasque refringit:
Germanamque rapit: raptaeque inſignia Bacchi
Induit: & vultus hederarum frondibus abdit:
Attonitamque trahens intra ſua limina ducit.
Ut ſenſit tetigiſſe domum Philomela nefandam,
Horruit infelix; totoque expalluit ore.
Nacta locum Procne, ſacrorum pignora demit,
Oraque develat miſerae pudibunda ſorori;

Am-

trucidavit, ut ſcribunt Trogus & Juſtinus. Qua etiam de re tales ſunt Hendecaſyllabi Sidonii Apollinaris, Carm. IX. 28.

Non Cyrum Aſtyagis loquor nepotem,
Nutritum ubere quem ferunt canino,
Cujus non valuit rapacitatem
Vel Lydi ſatiare gaza Croeſi,
Cujus nec feritas ſubacta tunc eſt,
Caeſis millibus ante cum ducentis
In vallis Scythicae coactus arctum
Orbata ad Tomyris veniret utrem.

JACOBUS A CRUCE.

588. *Nox conſcia ſacri.*] *Sacris* meliores. & ſane praeceſſerat *ſacra*, non *ſacrum*. Tibull. I. VIII. 48.

Et levis occultis conſcia ciſta ſacris.

Sic apud Maronem in veterrimo codice Mediceo aliiſque lib. IV. 167. *conſcius aether Connubiis.* Auſonius Parental. carmine IV. ut in Voſſiano ſcribitur exemplari, ex quo Elias olim Vinetus iſtud poëma edidit:

Tu coeli numeros & conſcia ſidera fatis
Callebas.

Fati nunc legitur. neque obſtant Virgilii & Manilii loca à Vineto adducta, cum utrumque ſit in uſu. libro VII. 194. Noſter,

——— *Hecate, quae coeptis conſcia noſtris*
Adjutrix venis.

Quare miror virum maximum in his literis Iſaacum Caſaubonum in Apulei Apologia pro, *hominem tot myſteriis Deum conſcium*, velle reponi, *tot myſteriúm*. Valer. Flaccus I. 211. ex veteri codice:

——— *Noſtris modo conſcius auſis*
Aequoreos vocat ecce Deos Neptunus.

Adi accuratiſſimum Voſſium operis Grammatici libro ultimo de Conſtructione cap. XIII. ubi plura ad rem. Noſter Triſt. III. el. VI.

Nil ita celabas, cui non ego conſcius eſſem.

Sic ibi legendum. Stat. Theb. III.

Annoſum timeant apicem, qui conſcius actis
Noctis. HEINS.

Ego tamen mallem:

Mox conſcia ſacris
Nocte ſonat Rhodope t. ae. a.

Ut paſſim loca *conſcia* dicuntur. Epiſt. XV. 158.

Conſcia deliciis illa fuere meis.

Ubi vide, & Pier. ad Virgil. IV. Aeneid. 167. & plura ad Val. Flac. I. 211. dabimus. BURM.

591. *Accipit arma.*] *Furialia concipit* Leidenſ. & alius, *furioſaque concipit* Ambroſ. Heinſius malebat, *furiataque corripit arma.* ut *furiati ignes* II. Faſt. 761. *ritibus indutus* etiam Cod. Menardi. ſed ita *inſtrumenta* pro cultu lib. XIV. 767. BURM.

592. *Vite caput.*] *Vitta caput tegit* & Medic. Arg. & Viviani.

595. *Furiiſque agitata doloris.*] *Sororis* Gronov. & Lovanienſis, quod fere ſe Heinſio probavit. ſed vide quae ad Petronii cap. I. notavimus. & ad Eleg. in Druſ. Vs. 325.

596. *Stabula avia tandem.*] *Stabularia* fragmentum Moreti & unus Palat. Boxhornii fragmento τὸ *avia* abeſt. Gebhard. III. Crep. 12. etiam *ſtabula-*

Amplexuque petit. ſed non attollere contra
Suſtinet haec oculos; pellex ſibi viſa ſororis:
Dejectoque in humum vultu, jurare volenti,
Teſtarique Deos, per vim ſibi dedecus illud
Illatum, pro voce manus fuit. ardet, & iram
Non capit ipſa ſuam Procne: fletumque ſororis
Corripiens, Non eſt lacrimis hîc, inquit, agendum,
Sed ferro; ſed ſi quid habes, quod vincere ferrum
Poſſit. in omne nefas ego me, germana, paravi.
Aut ego, cum facibus regalia tecta cremâro,
Artificem mediis immittam Terea flammis:
Aut linguam, aut oculos, aut quae tibi membra pudorem
Abſtulerunt, ferro rapiam: aut per vulnera mille
Sontem animam expellam. magnum, quodcumque paravi.
Quid ſit, adhuc dubito. peragit dum talia Procne;
Ad matrem veniebat Itys. quid poſſit, ab illo
Admonita eſt: oculisque tuens immitibus, Ah quam
Es ſimilis patri! dixit. nec plura locuta,

Triſte

bularia legit, & firmat loco Columellae libro VI. cap. 23. de bubus: *Si velut ex militari diſciplina intra ſtabularii caſtra manſerint.* Heinsius. Sed in Columellae loco agitur de ſtabulario vel praefecto ſtabulis; ſic & lib. VIII. 553. *ſtabulata* pro *ſtabula alta* quidam ſcripti. mox, *portaſque refingens*, pro *refringens* MSS. habere teſtatur idem Gebhardus.

598. *Inſignia Bacchi.*] *Bacchae* unus Mediceus. ſed male. ornatus enim ille erant Dei inſignia. ita Juſtin. VIII. 2. *inſignia* Dei Apollinis vocat coronas laureas. ſic *inſignia* Jovis lib. III. Met. 286. Iſidis lib. IX. 775. &c. Burmannus.

599. *Frondibus abdit.*] *Obdit* tres ſcripti. *addit* prim. Vatic. & duo alii. *ambit* quatuor. Heinsius. *Implet* unus Medic.

600. *intra ſua moenia.*] Alii, *limina*. Naugerius. Quidam vet. *intra ſua moenia*. Ciofanus. *Limina* ſec. Palat. Urbin. excerpta Jureti, & ſex alii. quod magis placet, cum à ſequentibus confirmetur. Heinsius. Eadem varietas lib. XIV. 456.

602. *Horruit.*] *Corruit* Oxon. & Florent.

604. *Ora develat ſororis.*] *Sorori* ſeptem veteres. bene. Heinsius. *Denudat* Neap. & quinque alii.

605. *Amplexumque petit.*] *Amplexuſque* tres. duo, *Amplexamque*. Lege, *Amplexuque petit*, cum duobus Mediceis & uno Boſchiano. ora videlicet. ſic Epiſt. XIV. 69.

Dum petis amplexu, ſopitaque brachia jactas.

Ita enim illic ſcribendum. Heins. Vid. ad illum locum notata.

606. *Sororis.*] *Sorori* Leidenſis & ſex alii. vid. ſup. 537.

607. *Dejectoque in humum vultu.*] *Dejectaque* quartus Medic. unus item, *in humo*. Forte,

Dejectaeque in humo vultum jurare volenti.

Heinsius.

610. *Fletumque.*] *Fletuſque* plurimi.

611. *Non eſt lacrymis hoc, inquit, agendum.*] *Hîc* ſcribe. nam duo libri, *his*. Lovanienſis pro diverſa lectione, ut conjecimus. Heinsius. Vide ad lib. I. 278.

612. *Seu ſi quid habes.*] *Sed ſi quid* ex ſcriptis. Heins. Vide ad lib. V. 17. & 507.

614. *Cum facibus.*] *Cum* adverbium temporis eſt, quod plerique *quum* ſcribunt: non autem praepoſitio. Cons. Fanensis. Sed ſi ſequenti verſu legas, *artificem & mediis*, ut in ſex ſcriptis eſt, vel *artificem mediiſque* ut in quinque, *cum* poſſet eſſe praepoſitio. nam illam etiam inſtrumento, quo aliquid agitur, addidiſſe veteres indubium eſt. vid. ad III. Art. 556. Praeterea vulgata *artificem mediis* ſervari poteſt, cum paſſim talia ἀσύνδετα apud Noſtum occurrant. ſed & ſi cum uno Mediceo legas, *cremando*, planior erit ſenſus. Burm.

614. *Cum facibus cremabo.*] Scribe vel invitis libris, *cremaro*. Heins

616. *Et quae tibi membra pudorem Abſtulerunt.*] Ita eſt in lib. praelo ſubjectis. In meo antiquiore, *Abſtulerint*. In aliis omnibus, *Abſtulerant*. Ciofan. *Aut* rectius multi veteres. & *Abſtulerunt*, pro *Abſtulerant* cum melioribus. &, *magnum quodcunque*, ſine *eſt*. Heins. ita apud Claudian. I. in Eutr. 232.

Triſte parat facinus; tacitâque exaeſtuat irâ.
Ut tamen acceſſit natus, matrique ſalutem
Attulit, & parvis adduxit colla lacertis,
Mixtaque blanditiis puerilibus oſcula junxit;
Mota quidem eſt genetrix; infractaque conſtitit ira:
Invitique oculi lacrimis maduere coactis.
Sed ſimul ex nimiâ matrem pietate labare
Senſit: ab hoc iterum eſt ad vultus verſa ſororis;
Inque vicem ſpectans ambos, Cur admovet, inquit,
Alter blanditias; raptâ ſilet altera linguâ?

Quam

Prodigium quodcumque loquor.
Ut Heinſius reſtituit, & hoc Naſonis loco confirmavit.

620. *Ad matrem veniebat Itys.*] *Itys* & appellatio eſt, qua rotae curruſve circumferentia ſignificatur, & pueri Prognes & Terei filii nomen, qui & *Itylus* fuit cognominatus, quod ſignum & argumentum fuerit calamitatis, quae parentibus ipſique evenit. τύλους enim Graeci ſigna miſeriae vocant. Regius. At hoc remotius fuerit ἀπὸ τῶν τύλων vocari *Ityn*, ſive *Itylum*, cur enim propoſita litera I foret? quare *Ityn* à voce hirundinis, quae τὸν ἴτυν θρήνουσα, ἴτυ, ἴτυ, gemebunda voce ſonat, ut & Graeci ſentire videntur; aut certe *Itylum*, & per Apocopen ἴτυν, quaſi νέον, ſive ἁπαλὸν, ſive etiam ὀρφανόν· haec enim Graecis ἴτυλοι ſignificat) dictum puto. Micyll.

620. *Ab illo admonita.*] Barberin. cod. *in illo.*

621. *Immitibus.*] *Non mitibus* unus Moreti. vid. I. Amor. VI. 17.

622. *Et ſimilis patri.*] *Quam ſimilis patri es*, non inconcinna repetitione unus Baſil. & unus Medic. Heins. Haec ex ſchola & declamationibus transtuliſſe Naſonem putat Barth. XLII. Adver. 18.

625. *Et parvis adduxit colla lacertis.*] Matris colla parvis brachiis circumdedit. eſt autem hypallage. collo enim adduci brachia dicuntur potius, quam è diverſo. Regius. *Adducere* conſtringere hoc loco ſignificat. Constant. Fanens. Neſcio, quid hoc loco ſomniet Regius. Verbum autem *Adduxit*, expono amplexus eſt, circumdedit, conſtrinxit. Sic lib. IX. 52. *Adducta brachia* dixit, implicita, connexa: *Adductaque brachia ſolvit.* Aliter loquitur lib. XI. 240.

—— *innectens ambobus colla lacertis.*

Plautus in Aſinaria. III. III. 106.

Circumdato me brachiis, meumque collata complecte.

Ea autem figura, quam hoc loco eſſe ait ille, uti videtur, poëta lib. item IX. 457.

Quod ſua fraterno circumdet brachia collo.

Ciofanus. *Matris lacertis* primus Moreti, prim. Hamburg. & alii duo. *patriis* Moreti fragmentum. Forte, *varis.* lib. IX. 33.

—— *tenens varas in ſtatione manus.*

Lib. XI. 83.

—— *longos quoque brachia vara*
Eſſe putes ramos.

Sic omnino ſcribendum puto. ubi *vera* nunc circumfertur. Martial. lib. VII. Ep. 33.

Vara nec injecto ceromate brachia tendis.

ut ibi legendum viri docti jam monuerunt. Statius Theb. VI. 847.

Collaque demerſere humeris, & brachia late
Vara tenent.

De *varis cornibus* egimus Amor. I. el. III. 24. *varum pedem* habes apud Perſium Sat. IV. 12. & *varum genium* VI. 18. eidem *varicoſi* centuriones dicuntur, ſed de *varicis* & *varicoſis* plura congeſſi Artis amatoriae tertio. ỹs. 304. Heins. Ego *varas manus*, facile patior in viris ad luctam & pugnam aut aliud paratis, ſed infanti matrem amplectenti *parvas* magis convenire puto. Epiſt. VIII. 93.

Non ego captavi brevibus tua colla lacertis.

Et hoc *adduxit* probat, nam cum infantes vix attingere poſſint colla matrum, captant, & inclinantes matris colla adducunt, id eſt attrahunt. male ergo Regius. ſic *adducta funibus arbor* lib. VIII. 775. *adductus ramus* III. ex Pont. V. 9. ſic *adducere vincula* Val. Flac. V. 160. & *adducere laqueis turmas.* idem VI. 133. & ita paſſim Noſtro & aliis *adductus arcus*, quando nervo cornua ejus attrahuntur. vid. ad lib. I. Faſt. 305. Burmann.

627. *Infractaque conſtitit ira.*] Puto, *concidit.* Heinsius. *Conſtitit* rectum eſt. *ceſſavit* aliquantum, nec ulterius iit. nam *conſiſtere* proprie de iis, qui à vehementiori animi motu *quieſcunt.* ut ſaepe apud Noſtrum. vid. ad Petron. cap. XLVI. & ſupr. ad lib. V. 280. & Gronov. IV. obſ. 26. non ergo tota ira concidit, ſed aliquantum infracta quievit, donec iterum vehementius mota eſt. Burm.

629. *Sed ſimul ex nimiâ mentem pietate labare Senſit.*] Duo Vatic. & unus meus, *Sed ſimul eximia.* quod valde probo. Ciofanus.

629. *Mentem.*] *Mortem* Cantabrig. Oxon. ſecundus

Quam vocat hic matrem, cur non vocat illa ſororem?
Cui ſis nupta vide, Pandione nata, marito.
Degeneras. ſcelus eſt pietas in conjuge Tereo.
Nec mora; traxit Ityn: veluti Gangetica cervae
Lactentem foetum per ſilvas tigris opacas.
Utque domûs altae partem tenuere remotam;
Tendentemque manus, & jam ſua fata videntem,
Eia, & jam, mater, clamantem, & colla petentem
Enſe ferit Procne, lateri quà pectus adhaeret.
Nec vultum avertit. ſatis illi ad fata vel unum

Vulnus

cundus Mediceus, prior Erfurt. Spirenſis, uterque Hamburg. & octo aut decem alii. Lege, *matrem* cum tertio Medic. Lovan. & uno Baſil. *matrem*, pro materno adfectu. Seneca Medea 927.

——— *ira decoſſit loco:*
Materque totâ conjuge expulſa redit.

Claud. III. Rapt. 104.

Quod ſi non omnem populiſti pectore matrem.

ſic lib. VIII. 463. de Althaea, Noſter:

—— *pugnant materque ſororque.*

Libro XII. 29.

——— *poſtquam pietatem publica cauſa*
Rexque patrem vicit.

Quod non eſt mutandum. Statius Theb. XI. 659. de Creonte,

——— *jam flectere patrem*
Incipit, atque datis abolere Menoecea regnis.

Et poſtea 668.

Mox redit in regem.

Perſius Sat. I. ubi agit de rure:

Unde Remus, ſulcoque terens dentalia Quinti,
Cui trepida ante boves dictatorem induit Uxor.

Sic arbitror eſſe corrigendum. *dictatorem* pro *dictatura* legi in nonnullis exemplaribus pervetuſtae notae jam alii monuerunt, & nos quoque id ipſum invenimus ſed *cui*, pro *quem*, caſtigari oportere nemo, quod ſciam, viderat. in uno ex tribus codicibus manu exaratis Bibliothecae Leidenſis ſcriptum offendi *cum*, in altero *quam*; proxime veram lectionem. *dictatorem induere* pro habitum induere dictatorium. poſſet etiam legi in Perſio, *quem induit dictatore*, & rectius fortaſſe. ſi *cum induit*, quod Caſaubono arridebat, tum etiam *dictatore* arripias, ut *te* ſubintelligatur. Heinsius. Confirmat Heinſii emendationem Francofurtenſis codex. ſic Grat. Cyneg. 304.

Frangitque induſtria matres.

Claud. IV. conſ. Honor. 157.

Indue mente patrem.

Valer. Max. V. VIII. I. de Bruto, *exuit patrem, ut conſulem ageret.* Noſter, XIII. 187. *Atque in rege tamen pater eſt* Vid. ad declam. Quinctil. I. 2. & XIX. 11. & Calpur. decl. I. & Barth. ad Stat. X. 616. XI. 107. *eximia* vero multi ſcripti: *ex minima* unus. *ex ima* alius. *ut nimia* Regius unus. *exanima* MSS. Berſman. *ſentit* etiam Baſil. & Leidenſ. Burmann.

632. *Rapta.*] *Tacita* plurimi. *muta* Lovan. unde *mutila* Heinſius conjiciebat.

633. *Quam vocat hic matrem, cur non vocat illa ſororem.*] In eodem meo, & Abbatis: *Cur vocat hic matrem? cur non vocat illa ſororem?* Ciofanus.

634. *Cui ſis nupta vide.*] Ita Senecae locum in Medea 171. Heinſius legendum credebat. M. *Medea fugiam?* N. *Mater es.* M. *cui ſim vide.*

635. *Degeneras.*] *Degener ah!* Neap. *degener ha!* Cantabr. & duo alii. & ita ex Palatinis Gebhard. Crep. II. 2. *degener es* nonnulli. *degener ad ſcelus eſt* Gruterus volebat.

636. *Gangetica.*] Urbinas codex, *Gangetia. Gangetida* Gron. & tres alii.

637. *Lactentem.*] *Lactantem* plurimi. *luctantem* unus Medic. *lactantis.* pr. Baſil. & unus Medic.

639. *Videntem.*] *Timentem* Sprotii codex.

640. *Et mater, mater, clamantem.*] In Bernegg. inter utrumque *mater* tres literae erant eraſae. *&*, vel *eia* fuiſſe videbatur. *Et eia mater clamantem* Neapolitanus à manu prima. Scribe,

Eia, & jam mater clamantem.

quod eſt blandientis. Saepe hanc vocem corruptam eſſe jam ſupra monuimus. Apud Senecam Hippolyto Act. II. 412.

Hecate triformis eia ades coeptis favens,
Animum rigentem triſtis Hippolyti doma.

Sic ſcribo. Vulgati, *en.* veterrimus liber, *an.* vid. ad lib. II. 692. & lib. XII. 422. Heins.

640. *Colla petentem.*] Mediceus, *prementem*; quod & admitti poteſt; jam enim tangebat lacertis ſuis, & brachiis adduxerat colla matris, cum furibunda eum ferit mater. Vide ad IV. 596. *tenentem* duo. Burm.

641. *Adhaeret.*] *Inhaeret* unus Heinſii.

642. *Nec vultum vertit.*] Non eſt dubium, quin matris ſaevitia hic exprimatur. ſed ſi ſuum vultum

Vulnus erat: jugulum ferro Philomela reſolvit.
Vivaque adhuc, animaeque aliquid retinentia membra
Dilaniant. pars inde cavis exſultat aënis:
Pars verubus ſtridet: manant penetralia tabo.
His adhibet conjux ignarum Terea menſis:
Et patrii moris ſacrum mentita, quod uni
Fas ſit adire viro, comites famulosque removit.
Inde, ſedens ſolio, Tereus, ſublimis avito,
Veſcitur: inque ſuam ſua viſcera congerit alvum.
Tantaque nox animi eſt, Ityn huc arceſſite, dixit.
Diſſimulare nequit crudelia gaudia Procne:
Jamque ſuae cupiens exſiſtere nuntia cladis;

Intus

dicamus, videtur *vertit*, pro *avertit* poſitum: quod ipſum tamen carmen ſuſpiciebat. Et *dilaniat*, vide an Progne, an Philomela. GLAREANUS. Malim, *avertit* cum uno Voſſiano. HEINSIUS. III. Amor. IX. 45.

Avertit vultus, Erycis quae poſſidet arces.

In Strozzae codice erat, *nec vulnus repetit.* BURM.

643. *Jugulum Philomela reſolvit.*] Hinc vindiciae Virgilio in eclogâ ſextâ:

Quas illi Philomela dapes, quae dona pararit,

Et aliis, qui Philomelam in hirundinem, Prognen in luſciniam mutatam referunt: Πανδαρέου κούρη χλωρῆς ἀηδῶν Παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον, ὃν πότε καλκῷ Κτεῖνε. Hom. Odyſſ. 19. Varro 4. Orig. Luſcinia ex Attica Progne in luctu facta avis. Scholiaſtes Ariſtoph. Πρόκνη εἰς ἀηδόνα. ἡ δὲ Φιλομῆλα εἰς χελιδόνα μεταβληθεῖσα. Sic & Apollodorus lib. III. & Tzetzes 7. Chil. 142. Πρόκνην εἰς ἀηδόνα, τὴν Φιλομήλαν ἥμειψαν θεοὶ εἰς χιλεδόνα. Ovid. ipſe, epiſt. Sapphûs: *Mater Concinit Iſmarium Daulias ales Ityn.* Anacreon, ut ad 557. verſ. ſupra. E contra, plurimorum autorum teſtimonio aſſeritur metamorphoſis Prognes in hirundinem, Philomelae in luſciniam. FARNAB.

645. *Dilaniat.*] *Dilaniant* ex caſtigatioribus. HEINSIUS.

646. *Pars inde cavis exultat ahenis, Pars verubus ſtridet.*] Hunc locum expreſſit Val. Flaccus lib. VIII. 254. *Pars verubus, pars undanti deſpumat aheno.* CIOF. *Pars una cavis* Moreti unus. de verbo *ſtridere* vid. ad Petron. cap. XIV. corruptus in hoc verbo Nonius in *lacerti*, ex Atreo Accii. *Concoquit partem vapore flammam, tribuit verubus lacerta in focos.* ubi mallem, *c. p. vapore flammae ſtridunt verubus lacerta in focis.* Confer & lib. II. Faſt. 373. Seneca Thyeſt. 765. BURM.

650. *Ipſe ſedens.*] Eleganter codex Leidenſis, *inde.* id eſt ex pueri membris. ut paullo ante, *pars inde exſultat.* Appoſite Flor. II. 18. *Sic conſerta manu plurimi occiſi, & quum urgeret fames, aliquantisper inde vixerunt:* id eſt ex occiſorum carne. plura in hanc rem acute dicta invenies in Declam. XII. Quinctiliani ſub nomine edita. Tertul. Apolog. IV. *Infanticidium, & pabulum inde.* II. Faſt. 257. *Inde ſatur.* ſcilicet a pomis. BURMANNUS.

651. *Inque ſuam ſua viſcera congerit alvum.*] Hunc locum forte reſpexit Valer. Max. lib. VII. cap. 6. *Uxores ſuas natoſque ad uſum nefariae dapis verterunt, quoque diutius armata juventus viſcera ſua viſceribus ſuis aleret, infelices cadaverum reliquias ſalire non dubitavit.* quidam codices hic pro *congerit, condidit.* alius, *inque ſuum condit ſua viſcera ventrem.* alius, *atque ſuam ſua viſcera condit in alvum.* ſed nihil mutandum eſſe docet mox oppoſita vox *egerere.* & lib. XV. 89.

Congeſtoque avidum pingueſcere corpore corpus. BURMANNUS.

653. *Tantaque nox animi eſt.*] Supra 472.

Pro Superi, quantum mortalia pectora caecae
Noctis habent! CIOFANUS.

Animo fragm. Boxhornii.

655. *Quem poſcis.*] *Quod poſcis* meliores. HEINSIUS.

657. *Sparſis furiali caede capillis.*] Idem meus; *More capillis.* Quod mihi probatur maxime: licet priorem lectionem non prorſus improbem. CIOFANUS. *Furiali è ſede* malle Gruterum notavit Heinſius.

658. *Profiluit, Ityoſque caput, &c.*] In uno meo & uno Caeleſtino, *Profiliit, Ityoſque.* CIOFANUS. *Profiliit* ex ſcriptis, quia vocalis litera ſequitur. HEINS.

658. *Ityſque caput.*] Quoniam & Ovidio ſervatum ceteriſque pariter, ut prima in *Itys* ſyllaba corripiatur, excudendum putavere, *Ityoſque*, Graeca inclinatione. Cur non autem extaſi figura dictum etiam videri poſſit? ut correpta ſyllaba contra rationem producatur, quale illud, *Exercet Diana choros.* Et, *verſa pulvis inſcribitur haſta.* Aliqui,

Intus habes, quod poſcis, ait. circumſpicit ille,
Atque ubi ſit quaerit; quaerenti, iterumque vocanti,
Sicut erat ſparſis furiali caede capillis,
Profiliit: Ityosque caput Philomela cruentum
Miſit in ora patri: nec tempore maluit ullo
Poſſe loqui, & meritis teſtari gaudia dictis.
Thracius ingenti menſas clamore repellit,
Vipereasque ciet Stygiâ de valle ſorores:
Et modo, ſi poſſit, reſerato pectore diras
Egerere inde dapes, demerſaque viſcera geſtit:
Flet modo, ſeque vocat buſtum miſerabile nati:
Nunc ſequitur nudo genitas Pandione ferro.

Corpora

qui, ſi quid immutandum cenſeretur, longe aptius crediderim, *Itylique*: forma ſane τὸ πάθος & indignitatem exprimente, ut apud Catullum:

Qualia ſub denſis ramorum concinit umbris
Daulias, abſumti fata gemens Ityli.

Mariang. Accurs. in Diatribis. *Ityſque* omnes noſtri contra metrum, uno excepto, in quo, *puerique caput*. Sed ſcribendum haud dubie, *Itylique caput*. atque ita paulo ante etiam lego, *quaerenti Itylumque vocanti*, non *iterumque*, ut eſt in vulgatis. Nam *Itymque vocanti* in quatuor libris vetuſtis exaratum offendi. Homerus Odyſſ. T. ψ. 518.

Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηΐς Ἀηδὼν
Καλὸν ἀείδῃσιν ἔαρος νέον ἰσαμένοιο,
Δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν,
Ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνὴν,
Παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἰτύλον φίλον, ὃν ποτε χαλκῷ
Κτεῖνε δι' ἀφραδίας, κοῦρον Ζήθοιο ἄνακτος.

Quae paucis Catullus expreſſit elegia in obitum fratris:

Qualia ſub denſis ramorum concinit umbris
Daulias, abſumti fata gemens Ityli.

Habes *Itylum* utroque loco, pro *Ityn* ὑποκοριστικῶς. Illud vero mirum, quod obſervant viri eruditi in Catulli exemplaribus nonnullis antiquis pro *Ityli* exaratum eſſe, *Prothoi*. Ceterum Homerus Aëdonem Pandarei filiam, Itylum filium Zethi facit. niſi quod Euſtathius monet in nonnullis Homeri exemplaribus pro Ζήθοιο fuiſſe ſcriptum, Ζήτου. ut Zeten Itylo patrem adſignet. recentiores poëtae in diverſa abeunt cum Ovidio ut plurimum in hac fabula conſentientes. Vide quomodo ex Homeri ſententia eam interpretentur ad illum locum Euſtathius & Didymus. Antoninus Liberalis Metamorphoſi xi. ex Boëi Ornithogoniâ ſic recenſet fabulam, ut Homerum in pleriſque videatur ſequi. Nam & illic Pandareus Epheſius eſt Aëdonis pater. Sed maritus Polytechnus Colophonius, ex quo natus ſit Itys. Heins.

659. *In ora patris.*] *Patri* Francofurt. ſupr. 604. *ora develat ſorori.* ita lib. ix. 770. ex MS.

Crinalem capiti vittam nataeque ſibique
Detrahit.

Non *capitis.* vid. & lib. xii. 294. Lucan. i. 193. ex ſcriptis:

Tum perculit horror
Membra duci.

Vulgo *ducis.* & vii. 318.

Ne caedere quiſquam
Hoſti terga velit.

Ita ſcripti; vulgo *hoſtis.* Martial. viii. 51.

Terga premit pecori geminis Amor aureus alis.

Ita Voſſianus Codex, vulgo *pecoris.* inſuavi geminatione τοῦ *is.* Burm.

660. *Et mentis teſtari gaudia dictis.*] *Meritis dictis* veteres plerique. & recte. Heins.

661. *Thracius ingenti menſas clamore repellit.*] In eodem meo, *clamore replevit.* ad cujus quoque marginem, eadem manu & atramento, ſcriptum eſt, *Levavit*, vel *repellit.* mihi *replevit*, non prorſus diſplicet. Ciofan. Alia ratio eſt locutionis hujus *replevit* ſupr. 547. hic *repellit* omnino retinendum. id eſt evertit, proturbat. ſic lib. ix. 164.

Victa malis poſtquam patientia repulit aras.

Et lib. ii. 157. *repellere repagula.* & xv. 299. *tellurem repellere.* Apulej. ix. *Donec rei nimietate commotus maritus, quod res erat tandem ſuſpicatus, & impulſa menſa protinus, remotaque cavea producit hominem. Removit* hîc Gronovii codex, ſed hoc quieti miniſterii verbum, ut apud Virgil. *menſaeque remotae*; hic furoris omnia plena. Burm.

662. *Vipereaſque ciet.*] *Movet* Urbinas. *vocat* Leidenſis & tres alii. *Stygia de ſede* etiam Moreti fragm.

664. *Immenſaque viſcera geſtit.*] Neque *Immenſa*, neque *Demerſa*, ut Regius legit, placet. Omnino probatur lectio meorum veterum, quae eſt, *Emenſaque viſcera geſtit. Immenſa* autem, & *Demerſa*, hoc quidem loco, monſtra ſane ſunt.

Cio-

Corpora Cecropidum pennis pendere putares;
Pendebant pennis. quarum petit altera ſilvas:
Altera tecta ſubit. neque adhuc de pectore caedis
Effluxere notae; ſignataque ſanguine pluma eſt.
Ille dolore ſuo, poenaeque cupidine velox,
Vertitur in volucrem: cui ſtant in vertice criſtae:
Prominet immodicum pro longâ cuſpide roſtrum.
Nomen Epops volucri: facies armata videtur.
Hic dolor ante diem, longaeque extrema ſenectae
Tempora, Tartareas Pandiona miſit ad umbras.

FAB.

CIOFANUS. *Emerſaque* vel *immerſaque* plurimi veterum. tertius Mediceus, Jureti excerpta, & quatuor alii, *ſemeſaque*. quod verum eſt. neque aliter pro diversâ lectione Neap. ſecund. Mediceus, & prior Hamburg. ſic *ſemeſa corpora* apud Petronium cap. 141. *ſemeſa oſſa* apud Statium lib. II. & Apulej. lib. VIII. & Virgilium. & Silium *ſemeſa praeda* apud eundem, *Semeſa lardi fruſta*, & *ſemeſi piſces*, apud Horatium. apud Silium libro VI. *ſemeſa membra*. HEINS. Mihi prae omnibus, *demerſa* placet: avide enim comederat Tereus, & in alvum ſuam viſcera filii penitus demerſerat, (verſ. 651.) unde non recte *ſemeſa* dici poſſe mihi videntur, neque tam facile egerere poterat. ita Phaedr. IV. fab. 5.

Quas immolatas victor avidis dentibus
Capacis alvi merſit tartareo ſpecu.

Noſter lib. IV. Faſt. 199.

Ille ſuam metuens, ut quaeque erat edita, prolem
Devorat, immerſam viſceribuſque tenet.

Demittere in alvum dixit lib. VIII. 833. & in Ibin. 387.

Ut quas demiſit vaſtam Polyphemus in alvum.

Ubi etiam nonnulli, *demerſit*. vid. ad lib. XV. 205. praeterea excerpta Langerm. habent, *reſecato pectore diras Egerere inde dapes*. venuſte ſane. Gronovianus, *exigere inde dapes*, etiam eleganter. ut VII. 337. *Telisque ſenectam exigite. Evomere* ex MSS. profert Berſmannus. BURMANNUS.

665. *Seque vocat buſtum miſerabile nati.*] Ita Lycophron Caſſ. 159. de Cerere mandente Pelopis humerum dixit, ἐτύμβευσε τάφῳ, ubi Tzetzes dicit συμβολικῶς τάφον dici, pro γαστέρα. & vide ibi Canterum & Meurſium. ſic Attius in Atreo in fragmentis Tragic. Voſſ. p. 106.

Natis ſepulchrum eſt ipſe parens.

Vid. ad lib. XII. 17. BURM.

668. *Quarum petit altera ſilvas.*] Philomelam, quae in Luſciniam verſa eſt, intelligit. Haec avis, ut ait Sappho, eſt veris nuncia. ἦρος ἄγγελος ἱμερόφωνος ἀηδών. Fabulam Terei, Philomelae, & Prognes copiosè tractat Apollodorus lib. III. CIOFANUS.

669. *Altera tecta ſubit.*] Progne, quae in luſciniam fuit transfigurata, inquit Raphaël. poterat autem librariorum error videri, ſi non antea etiam indixiſſet. Progne enim in hirundinem, non in luſciniam, at Philomela in luſciniam mutatae feruntur. GLAREANUS.

669. *Neque adhuc de pectore caedis Exceſſere notae, ſignataque ſanguine pluma eſt.*] Progne, quae in hirundinem mutata eſt. lib. II. De Arte 383. *Altera dira parens, haec eſt, quam cernis hirundo, Aſpice, ſignatum ſanguine pectus habet.* CIOFANUS. Neſcio in qua editione Glareanus legerit Raphaelis illum errorem, certe in meis, quas habeo, Regius Progen in hirundinem mutatam notavit, & Philomelam in luſciniam. at veteres diſſenſiſſe in hac fabula probat Meurſius de Regn. Athen. lib. II. cap. 5. Vide & Cerdam ad Virgil. ecl. VI 79. praeterea in uno Moreti erat, *altera tecta colit*. unde *Urbana Progne* Petron. 131. BURM.

670. *Exceſſere notae.*] Recepimus elegantiſſimam Lovanienſis codicis ſcripturam, *exſiluere*, cujus vulgata gloſſa eſt. ita Sueton. Auguſt. 97. *Sub idem tempus ictu fulminis ex inſcriptione ſtatuae ejus prima nominis litera effluxit.* IDEM.

671 *Dolore ſuo.*] *Dolore furens* olim conjecerat Heinſius. *inde* etiam Cantabrig.

673. *Pro longa cuſpide.*] *Praelonga cuſpide* idem maluerat.

674. *Facies armata videtur.*] Ita enim pennae circa oculos ſunt diſpoſitae, ut eos galea fere tectos habere videatur, ideoque torvo eſt aſpectu haec avis: haec autem omnia in Daulide, quae ſupra Chironiam, ubi Tereus regnavit, perpetrata fuiſſe Thucyd. & Pauſan. ſcribunt. REGIUS. Unde & *Daulias ales* Philomela à poëtis dicitur: ſed eam terram Thraces tum habebant, ut Thucydides ait. quamvis Megarenſes affirment circa fontes, qui Megarides vocantur, illa fuiſſe geſta. eorum vero locorum ditionem Tereus amiſit propter ea, quae & ipſe in Philomelam, & Progne, Philomelaque adverſus Ityn admiſerunt. unde Megaris ſibi ipſe mortem conſcivit Tereus: cui Megarenſes & tumulum ſtatim erexerunt, & ſingulis quibuſque annis

Fab. IX. Argumentum.

Zetes & Calais ex parte in aves.

Aquilo cum Orithyiam [a] *Erechthei filiam diligeret, neque ullis precibus à parentibus puellae impetrare* [b] *potuiſſet, ut ſe in adfinitatem reciperent, viribus uſus ſuis,* [c] *Athenas advenit, & puellam raptam in Thraciam* [d] *pertulit, ibique gravidam fecit: ex qua* [e] *geminos* [f] *Zeten & Calain procreavit:* [g] *quorum humeris alae volucrum increverunt, per quas parentis* [h] *imaginem referrent.*

SCeptra loci, rerumque capit moderamen Erechtheus;
Juſtitiâ dubium, validisne potentior armis.

Quat-

nis ſacra perſolverunt, in quibus calculis pro hordeo utuntur. ibi upupam avem primum viſam aſſerunt; mulieres autem Athenas rediiſſe, lugentes, & querentes quid paſſae eſſent, lacrymiſque ſe miſerabiliter confeciſſe. unde earum in luſciniam, & hirundinem transfigurationes confictae fuere, ea occaſione, quod hae aves neſcio quid miſerabile & luctui ſimile canunt. Haec Pauſanias lib. 1. cap. 41. Micyllus.

674. *Videtur.*] *Armata remanſit* codex Menardi.

[a] *Erechthei.*] Deeſt Colon.

[b] *Potuiſſet.*] *Poſſet* Micyll. Colon.

[c] *Athenas advenit.*] *Venit* Parm. Lugd. Plant. Raener. Heinſ. *devenit* Micyll. Colon.

[d] *Pertulit.*] *Retulit* Micyll.

[e] *Geminos.*] *Gemellos* Micyll. Colon.

[f] *Zeten.*] *Zetum* Parm. Lugd. Micyll. Colon.

[g] *Quorum humeris.*] *Quorum poſtea humeris* Parm. Lugd. Micyll. & reliquae.

[h] *Imaginem.*] *Imagines* Parm. Lugd.

677. *Rerumque capit.*] In quibuſdam, *regnique capit.* Naugerius. *Regni* etiam ſcripti aliquot.

677. *Erechtheus.*] Videtur hoc loco Ovidius ſeriem hiſtoriae, atque ordinem ſucceſſionis regum Atticorum confundere, aut alios ſaltem autores quàm nos habemus, ſecutus eſſe. Nam & Euſebius, & Pauſanias, Erechtheum ſuperioris Pandionis, ejus, qui poſt Cecropem primum, quintus regnavit, ſucceſſorem faciunt. Prognen autem & Philomelam filias Pandioni poſteriori, Erechthei nepoti Pauſanias attribuit, ei videlicet, qui à Metionidis (familia haec Athenis fuit) regno ejectus, Megaris vitam finivit. Poſt cujus mortem ex filiis natu maximus Ægeus, depulſis rurſum Metionidis, Athenis regnavit. Cui rei etiam conſentit quod de Thracenſibus & Eumolpo ſocrates in Panathenaico dixit. Nam Thracenſi bello, quando Θρᾷκες, ut ille inquit, μετ' Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος εἰς Ἀττικὴν ἐνέβαλον, ὃς ἠμφισβήτησεν Ἐρεχθεῖ τῆς πόλεως φάσκων Ποσειδῶνα πρότερον Ἀθηνᾶς καταλαβεῖν αὐτήν, Erechtheus, cujus filiae Procris & Orithya & hîc & apud Euſebium dicuntur, interfectus fuit, ut Pauſanias ait. deinde & Amazonicum bellum, quod aliquanto poſt ſecutum fuit, à Theſeo Ægei filio, Pandionis nepote, confectum eſt, ut vel hinc appareat Pandionem hunc Erechtheo poſteriorem fuiſſe. Jam Prognen & Philomelam poſteriores fuiſſe Procride & Orithya, etiam illa teſtantur, quae de genere Eumolpi à Pauſania lib. 1. cap. 38. traduntur. Fuit enim, inquit ille, Eumolpus is, qui cum Thracenſibus in Atticam venit, Neptuni filius ex Chione. Chione autem Boreae & Orithyae, & cetera. Ceterum ordo ſucceſſionis regum Athenienſium uſque ad Theſeum ita ſe habet. Primus Atticam tenuit Actaeus. Poſt hunc regnavit Cecrops, gener Actaei, qui Diphyes cognominatus fuit. Poſt Cecropem Cranaus, quo per vim ejecto, regnum Amphictyon (non ut vulgo legitur Amphitryon) gener Cranai accepit. Amphictyoni autem ſucceſſit Erichthonius, quem fabulae ex Pallade & Vulcano genitum ferunt. Erichthonio Pandion, Pandioni Erechtheus, is de quo hîc dicitur. Erechtheo deinceps Cecrops poſterior, hinc Pandion poſterior, cujus filiae Progne & Philomela, & filius, praeter ceteros, Ægeus Theſei pater. Haec ex Pauſania & Euſebio. Eadem autem ferè & Commentator Euripidis in Phoeniſſas annotat, niſi quod hic poſteriorem Cecropem omittit, Erechtheoque Pandionem ſucceſſorem facit. Micyllus. Refutat haec Pauſaniae Meurſius lib. 1. Reg. Ath. cap. IV. & V. & Pandionis 1. filias fuiſſe oſtendit.

677. *Erichteus.*] *Erectheus* Florentinus S. Marci. Lege, *Erechtheus*, tam hic, quam alibi. Graecis eſt Ἐρεχθεύς. Heins.

680. *Sortis.*] *Stirpis* duo libri. male. vid. lib. XIII. 651.

Quattuor ille quidem juvenes, totidemque creârat
Femineae fortis: sed erat par forma duarum.
E quibus Aeolides Cephalus te conjuge felix,
Procri fuit: Boreae Tereus Thracesque nocebant:
Dilectâque diu caruit Deus Orithyiâ,
Dum rogat, & precibus mavult, quam viribus, uti.
Aſt ubi blanditiis agitur nihil, horridus irâ,
Quae ſolita eſt illi, nimiumque domeſtica, vento;
Et merito, dixit: quid enim mea tela reliqui,
Saevitiam, & vires, iramque, animosque minaces,

Ad-

680. *Sed erat par forma duarum.*] E quatuor filiabus duas aequales pulchritudine fuiſſe ait, Procrin, quae Cephalo Deionei filio nupſit, & Orithyam, quae a Borea vento dicitur fuiſſe rapta. tametſi Heſagoras in Megaricis ſcribat non à vento, ſed à Borea Strymonis filio Orithyam fuiſſe raptam. Choerilus vero narrat Orithyam flores colligentem juxta fontes Cephiſi fuiſſe raptam: cui Simonides accedit, qui in Naumachia ſcribit, ipſam ex Attica à Borea raptam, & in Thraciam ad Sarpedoniam uſque petram fuiſſe perlatam, ubi & rem cum illa habuiſſe dicitur. Apollonius quoque Orithyae raptum elegantiſſime in primo Argonauticon deſcribit, quem Ovidius potiſſimum ſequi videtur. verſus Apollonii ſunt lib. I. 211.

Ζήτης, αὐ Καλαΐστε Βορήϊοι ὗιες ἴκοντο,
Οὓς ποτ' Ἐρεχθῆϊς Βορέη τέκεν Ὠρίθυια
Ἐσχατιῇ Θρᾴκης δυσχειμένου· ἐνθ' ἄρα τήνγε,
Θρηϊκίοις Βορέης ἀνερίψατο Κεκροπίηθεν
Ἰλισσοῦ προπάροιθε χόρῳ ἐνὶ δινεύουσαν. Micyll.

680. *Forma duarum.*] *Duabus* cum uno Voſſiano. Heins.

681. *E quibus Aeolides Cephalus.*] Cephalus, ut Strabo ait, Deionei filius quidem fuit, qui ab Aeolo genus duxiſſe videtur, unde & *Aeolides* à poëta vocatur, ut in omnibus, quae mihi videre contigit, exemplaribus legitur. ſed quo modo ab Aeolo ducat originem Cephalus, nondum memini me legiſſe. Regius. Plautus in Amphytr. Strabo in x. Pauſanias in Attica, *Deioneum* Cephali patrem fuiſſe teſtantur: quem *Deionem* Callimachus vocat in hymno in Dianam. unde *Aeolides Cephalus* Aeoli filius interpretari non poteſt. vereor autem ne *Deioneus*, vel *Deion* Aeoli filius fuerit: unde *Aeolides* Cephalus Aeoli nepos ſit intelligendus. ſed hoc pro conjectura, non judicio, haberi volumus, dum pateat veritas. Audio nonnullos velle, ut *Eionides* pro *Deionides* hoc loco legatur, id eſt *Deioni* filius. & in ſeptimo, *Aſpicit Eionidem ignota ex arbore factum Ferre manu jaculum.* quoniam conſonantem à dictionis principio Iones demant: ut in *Acco*, *Macco* (quod fuit vetulae inſanientis nomen) videtur. ſed nobis lectio hujuſcemodi non probatur: quia *Deian*, & *Eion* trium, non duarum ſyllabarum eſt nomen. Callimachus in hymno Dianae, καὶ Κεφάλοῦ ξανθὴν ἀλόχον Δηϊονίδαο, id eſt, *& Cephali flavam uxorem Deionidae.* Ovidius in nono 442. *Tunc erat invalidus Deionidenque juventae.* Homerus in x. Iliad. ἐν δὲ σφὶν Ῥῆσος βασιλεὺς παῖς Ἠϊόνῆος, id eſt, *cum ſuis Rheſus rex filius Eionis.* At quoniam de Deioneo, & Eioneo diximus: non praetereamus alterum Deioneum Euryti filium fuiſſe, cujus meminit Plutarchus in Theſeo, tertium Theſſalum Phylaci patrem: cujus meminit Stephanus in Phylaca. Eioneus quoque alter Diae, ob quam Ixion à Jove detruſus in inferos dicitur, pater fuit, de quo à Diodoro in 5. & Apollonii interprete in tertium Argonauticon fit mentio. fuere & duae civitates, quibus nomen Eion, altera in Cherroneſo, altera in Pieria, ut idem Stephanus ſcribit. Constant. Fanens. *Aeolides* legit Raphaël, quod in aliis legitur, *Eionides.* Quod in ſeptimo libro rurſus aſſerit, ubi de Cephalo. Glarean. Deioneus Aeoli filius, fuit frater Salmonei, ut ex commentariis Odyſſeae apparet, ubi Didymus, ſeu quiſquis is fuit, Tyri Salmonei filiam, cum a Neptuno compreſſa, & ob id a patre ejecta fuiſſet, ad Deioneum patruum confugiſſe tradit, qui illam Cretheo fratri collocavit. fuerunt enim fratres Cretheus, Salmoneus, Deioneus, Athamas, & Siſyphus. Micyll. *Equibus Aeolides Cephalus* ſine ulla dubitatione legendum eſt. Hujus rei rationem ſatis probabilem reddit, quicumque Regii Commentario Annotationes addidit. Hoc ideo dixi, quoniam video quoſdam, qui legant, *Eionides.* Sed hi toto, ut dicitur, errant coelo. Ciofan. Vid. ad lib. VII. 673.

683. *Dilectâque.*] *Dilatâque* codex Sixii. Heinsius. In Menardi codice erat, *caluit*; etiam non male.

686. *Quae ſolita.*] Propert. IV. 7.

Et ſolitum digito Beryllon adederat ignis. Douza. Duabus his vocibus *ſolita* & *domeſtica* expreſſiſſe Graecam vocem οἰκεῖος puto Ovidium, de cujus vide Victor. ad Cicer. I. ad Att. 10. Burmann.

687. *Reliquit.*] *Reliquit* Ed. Berſman. quae in margine, *relinquunt*; ſed *reliqui* omnes ſcripti & editi.

690. *Apta*

Admovique preces; quarum me dedecet uſus?
Apta mihi vis eſt. vi triſtia nubila pello:
Vi freta concutio, nodoſaque robora verto,
Induroque nives, & terras grandine pulſo.
Idem ego, cum fratres coelo ſum nactus aperto,
(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor;
Ut medius noſtris concurſibus intonet aether;
Exſiliantque cavis eliſi nubibus ignes.
Idem ego, cum ſubii convexa foramina terrae,
Suppoſuique ferox imis mea terga cavernis;

Solli-

690. *Apta mihi vis eſt. hac triſtia nubila pello: Hac freta concutio, &c.*] Videtur aliquanto melior veterum librorum lectio: in quibus aperte legitur hoc modo:

Apta mihi vis eſt, ut triſtia nubila pellam:
Ut freta concutiam, nodoſaque robora vertam:
Induremque nives, & terras grandine pulſem.

Sed in meo antiquiore eo loco, *Ut freta concutiam*, eſt, *Et freta.* Ciofan. *Ut pellam, ut concutiam* multi veteres. & mox, *vertam, indurem* & *pulſem. ut pello, ut concutio* Florentinus S. Marci, tertius Mediceus, excerpta Mureti, prior Erfurt. prior Strozzae, & duo alii. Scribe, ut monuimus ad Epiſt. xvii. v. 186. ubi ſimile mendum tollebamus,

Apta mihi vis eſt: vi triſtia nubila pello,
Vi freta concutio, nodoſaque robora verto.

Quam conjecturam poſtea confirmavit codex Johannis Georgii Graevii, qui in manus meas pervenit, dum haec praelo typographico committuntur. Noſter paulo poſt:

Non orandus erat, ſed vi faciendus Erechtheus.

Ita enim veteres membranae. Poteſt & pro *verto* legi, *vello* cum uno Mediceo & uno Thuaneo. Certe in uno Leidenſi & uno Ambroſ. *Vi freta concutio.* unus meus, *Vi concutiam. I* & *T* literae in ſcriptis exemplaribus frequenter confunduntur. ita libro proximo ℣s. 208. pro *aut* reſtituimus *avi.* apud Valerium quoque Flaccum libro I. 341. in pulcherrima Aeſonis oratione ſimilis error commiſſus, ubi pro *ut dent* reponendum, *video en.* Audiamus illum:

Sed patriae valuere preces, auditaque magnis
Vota deis. video en noſtro tot in aequore reges,
Teque ducem. tales, tales ego ducere ſuetus.

Pro *video en* legebatur ante Carrionem *videam.* ille ex ſuo codice *ut dent*, proxime verum, repoſuit. recte autem, *noſtro in aequore*; cujus aperti laus Jaſoni ſit ſervata. Heins.

690. *Triſtia nubila pello.*] Adſcripſerat Ger. Voſſius locum Heſychii, "Αιδος κυνέη, ἀόρατον τι νήφος, ὁ περιβάλλονται οἱ θεοὶ, ὅταν θέλωσιν ἀλλήλοις μὴ γινώσκεσθαι· νεφέλη ἀφανὴς, ἣν ὑποδυσάμενοι οἱ θεοὶ ἀθεώρητοι γένονται ἀλλήλοις.

692. *Et terras grandine pulſo.*] Hoc duobus aliis modis dicitur ab Horatio lib. I. od. 3.

Non verberatae grandine vineae.

Et Epiſt. viii. 5.

Haud quia grando contuderit vites. Ciofan.

693. *Idem ego, cum fratres.*] *Fratres* dicit ventos. Ita lib. I. *Tanta eſt diſcordia fratrum. Fratres* vero exiſtimo non ſolum vocaſſe, quod ab uno, ut fabulantur poëtae, geniti ſint; verum, quia inter ſe ſimiles eſſent. Hoc licet cognoſcere à Satyris, quos item poëta noſter *Fratres* appellat: quos ab uno natos eſſe, à nemine, quod ſciam, traditur. Poëtae autem verba ſunt ſuperius hoc ipſo libro:

Et Satyri fratres.

Sciendum praeterea, ut hoc, aliud agens, admoneam, libros, qui ab uno eodemque auctore conſcribuntur, inter ſe *Fratres* vocari. Lib. I. Triſt. eleg. I. 107.

Adſpicies illic poſitos ex ordine fratres,
Quos ſtudium cunctos evigilavit idem.

Quin etiam Scriptor dicitur *Pater*, ſumpta metaphora ab homine, qui filios gignit. Ibid. verſ. 115.

Deque tribus moneo, ſiqua eſt tibi cura parentis.

Et I. Triſt. vi. 35.

Orba parente ſuo quicunque volumina tangis.

Quare alibi libros appellat, *Viſcera.* Verſus, quibus hoc docetur, ſunt lib. I. Triſt. vi. 19.

Sic ego non meritos mecum peritura libellos,
Impoſui rapidis viſcera noſtra rogis.

Eodem modo, quae ſtudendo comparantur, iii. Pont. v. 29. *Pignora* nominavit:

Quod licet, ut videar tecum magis eſſe legendo,
Saepe precor, ſtudii pignora mitte tui.

Ciofanus.

694. *Tanto molimine luctor.*] In Dominic. *Tanto molimine vertor.* Idem.

695. *Concurſibus inſonet aether.*] In uno meo, *reſonet concurſibus aether.* Idem. *Intonet* rectius nonnulli. Heins. *Concuſſibus* ſecundus Palatinus. *incurſibus* Mediceus. nihil muto. lib. xv. 811.

Quae neque concurſum coeli, neque fulminis iram,
Nec metuunt ullas, tuta atque aeterna, ruinas.

Sollicito manes, totumque tremoribus orbem.
Hac ope debueram thalamos petiiſſe: ſocerque
Non orandus erat, ſed vi faciendus, Erechtheus.
Haec Boreas, aut his non inferiora locutus;
Excuſſit pennas. quarum jactatibus omnis
Adflata eſt tellus; latumque perhorruit aequor.
Pulvereamque trahens per ſumma cacumina pallam,
Verrit humum: pavidamque metu caligine tectus
Orithyian amans fulvis amplectitur alis.
Dum volat; arſerunt agitati fortius ignes.

Nec

Vid. & lib XI. 436. XIV. 544. BURM.

697. *Convexa foramina.*] *Devexa* Gronovianus. vid. lib. VIII. 330.

699. *Tremoribus.*] *Tonitrubus* Menardi codex.

701. *Non orandus erat mihi, ſed faciendus.*] Langermannianus & prior Twiſdenius concinne: *Non orandus erat, ſed vi faciendus Erechtheus.* HEINSIUS.

703. *Excuſſit.*] *Concuſſit* ſecundus Mediceus & alius codex. ſed nihil opus. vide ad Petron. CXXVIII. & ad Noſtri lib. I. Amor. VIII. 45. BURMANNUS.

705. *Pulvereamque.*] *Purpureamque* Leidenſis & Regius. *pellem* etiam Vatic. & Medic. tertius.

706. *Pavidamque metu.*] *Petens caligine pectus* MS. Berſmanni.

707. *Orithyiam amans fulvis complectitur alis.*] In veteribus prope omnibus rectius:

Orithyian amans fulvis complectitur alis. NAUGER.

Ita legitur hic verſus in impreſſis, quos ipſe adhuc viderim, omnibus: ſed non recte. Primum, *Orithyiam amans*, M ſequente vocali non abjici & abſumi, eſt contra carminis rationem. Etſi ſcio Ennium eo uſum eſſe: Alii poſtea recentiores non ita. (Licet Lambinus apud Horat. lib. II. Serm. Sat. II. doceat eundem Horat. & Lucret. *m* non extrito ſequenti vocali, uſos eſſe, cujus ego opinionem non damno: idque apud Lucret. notavit etiam Gifanius.) Deinde, ſupereſt alter error A in *amo*, quod, ut vel pueri ſciunt, breve eſt. Libri ſcripti in hoc aliquid afferunt opis & adjumenti, quo rectius, & fortaſſe etiam vere legi poſſit. Ita Abb ita eſt:

Orithyiamque rapit, fulviſque amplectitur alis.

Quod videtur Propertius confirmare libro II. XX. 51.

Crudelem & Boream rapta Orithyia negavit.

Et Apollonius lib. I. 213. Ἔνθ' ἄρα τήνγε Θρῄκιος Βορέης ἀνερείψατο Κεκροπίηδεν. *Ubi certe hanc* (Orithyian) *Thracius Boreas rapuit ab Athenis.* & Apollodorus lib. III. Ὠρείθυιαν δὲ περῶσαν ἐπὶ Ἰλισσοῦ ποταμοῦ, ἁρπάσας Βορέας συνῆλθε. *Interea vero Orithyiam Iliſſum amnem tranſeuntem Boreas rapuit, & cum ea concubuit.* In antiquiore meo, *Orithyiamque adamans fulvis amplectitur alis.* In altero item meo & Capran. *Orithyiamque amans fulvis amplectitur alis.* Quo modo, ſi reciperetur, *que*, in demetiendo neceſſe eſſet non elidi. Hujus rei paſſim exempla occurrunt. In alio Fulvii Urſini aperte ſine ulla litura legitur: *Orithyian adamans fulvis amplectitur alis.* Ceterum acutiores judicent, quî legendum ſit: nolo autem ego judicium interponere. Satis eſt verſum longe meliorem, quàm ille, qui legitur in typis excuſis, reperiſſe. CIOFANUS. *Amplectitur* ſcripti fere omnes. ſed hoc leve. praeterea legendum *Orithyian amans*, cum primo & ſec. Pal. primo Medic. Cantabrig. Oxon. aliiſque compluribus. Florent. S. Marci, Urbinas, Neap. aliique nonnulli, *Orythiam amans*; proxime verum. aliter alii, ſed mendoſe. ſic ultimam in *Iphigenian* corripuit in Pont. III. 2.

——— *feciſſe per auras*
Neſcio quam dicunt Iphigenian iter.

Et apud Statium Achilleidos II. 367.

Quid ſi nunc aliquis patriis abducere ab aris
Deidamian eat, viduaque è ſede revellat
Attonitam?

Quomodo caſtigandi illi verſus. *eat abducere* familiaris Statio Graeciſmus: nunc legitur, *patriis rapturus ab oris. vidua ſede*, pro *patria ſede* e membranis eſt. HEINS. Recte Heinſius, & ita jam conjecerat Berſmannus, & correxerant Farnabius & Pontanus. I. Faſt. 307.

Non ut ferat Oſſan Olympus

IV. 174.

Majan & Electran.

477.

Hinc Camarinan adit.

Vid. ad Epiſt. XVIII. 151. *Avidis ampl. alis* etiam unus Medic. ut VII. 143. & XI. 65. ex MSS. BURMANNUS.

709. *Aerii*

Nec prius aërii cursûs suppressit habenas,
Quam Ciconum tenuit populos, sua moenia, raptor.
Illic & gelidi conjux Actaea tyranni,
Et genetrix facta est; partus enixa gemellos;
Cetera qui matris, pennas genitoris haberent.
Non tamen has una memorant cum corpore natas:
Barbaque dum rutilis aberat submissa capillis;
Implumes Calaïsque puer, Zethesque, fuerunt.
Mox pariter ritu pennae coepere volucrum
Cingere utrumque latus; pariter flavescere malae.

Ergo,

709. *Aërii cursûs.*] Alti volatûs. Ciofanus. *Aërii currûs* unus Heinsii, quod ipsi non displicebat propter *habenas.*

710. *Populos & moenia.*] *Sua moenia* Basileensis eleganti appositione, de qua vid. ad lib. IV. 669. *teneat* etiam duo Medicei. Burm.

711. *Illic & gelidi.*] Scribendum puto, *Egelidi*, una parte orationis, ut in veteri Cod. legimus. Nec ignoramus ea voce & mediocriter, & vehementer gelidum significari: In priori significatu usus Celsus. Ausonius Danubium septentrionalem itidem fluvium, nunc *gelidum*, nunc *egelidum* appellat. *Egelidi* quoque in Val. Flac. secundo Argonauticon. 325. legi malim:

Qualis ubi à gelidi Boreas convallibus Hebri
Tollitur. Mariang. Accursus. in Diatribis. *egelidi* unus Medic. & pr. Palat. a. m. s. Vid. ad lib. II. Amor. XI. 10.

712. *Partus enixa gemellos.*] Sic lib. scripti, & recte. Cave ne legas, ut quidam volunt, *Partuque*, auferendi casu. Ciofanus.

714. *Memorant una.*] *Pariter memorant* quidam. *has plumas mem. ex corpore natas* duo MSS. Bersm.

715. *Subnixa capillis.*] *Submissa* decem libri veteres. sic & *promissam barbam* dicebant. Nisi legendum, *subpexa.* ut *propexa barba* passim apud poëtas. Certe unus meus, *subnexa.* Sed nil mutandum esse existimo, sic apud Maronem IV. 216.

Maeonia mentum mitra crinemque madentem
Subnixus.

Disputat de hoc verbo erudite Gronovius Diatribes Statianae cap LV. qui refutat Gevartium, qui lib. I. Elect. 7. volebat, *subnexa.* Claudian. lib. II. in Eutrop. 443. *Vada caeno tenaci subnixa.* Apud Silium lib. II. habes, *galeam coruscis subnixam cristis.* ceterum pro *Zethes* perperam plerique scripti, *Zetus.* quomodo apud Sidonium Apollinarem Panegyrico Majoriani & alibi quoque apud eundem peccatur:

Pennasque volanti
Dat Calaïs Zetheque mihi.

Zethes & Calaïs fratres, fratres itidem Amphio & Zethus. Heins.

716. *Implumes Calaïsque puer, Zetheque fuerunt.*] In omnibus scriptis est, *Zethus*, non *Zetes.* Atque ita legitur illud Propertii I. XX. 26. in meo scripto lib. quem F. Ursino dono dedi:

Hunc super & Zethus, hunc super & Calais.

Sed emendatius & rectius est *Zethes*, & in Propertio, & hoc loco. Et, quoniam hic de Boreae filiis agitur, sciendum eos ab Hercule interfectos esse. Seneca in Medea:

Stravit Alcides Aquilone natos.

Ad hujus autem fabulae originem intelligendam pertinent quae notavit Parrhasius in Claudianum. Cujus haec sunt: *Fuit & Strymonis filius Boreas, Orithyiae raptor, ut Isagoras in Megaricis tradit, sed poëtae rem ab homine ad ventum transferunt. Hermias vero Platonicus Erechthei filiam Orithyiam Aquilonis impetu ex alto dejectam periisse credit; & inde factum, ut hominum sermone à vento rapta dicatur. Idem docet Aceſilaus, referente Apollodoro* lib. III. Ciofanus. *Calais pueri Zetheque* ex MSS. probabat Heinsius.

719. *Concessit.*] *Succeſſit* Thuaneus.

720. *Radiantia.*] *Flaventia* Cod. Menard.

721. *Non motum.*] In aliquibus codicibus *non notum* legitur. sed utrumque in eandem detlectit sententiam. Constantius Fanensis. Prim. tert. Medicei, & undecim alii, *non tutum.* Legendum forte, *tritum.* duo, *non tactum*, ut, *intacti claustra freti* apud Claudianum bello Getico, princ. ubi agitur de Argo. Valerius Flaccus tamen libro V. Vs. 660. de Jasone,

——— *maria & nondum qui nota subibat.*

tres codices, *mare non totum.* Scribe, *non motum.* & sic unus meus. quomodo & Constantius Fanensis in suis invenerat. sic lib. II. Amor. XI. 5.

O utinam, ne quis remo freta longa moveret,
Argo funestas pressa bibisset aquas.

Val. Flaccus lib. V. 44.

Te sine, Thespiade, nos ulla movebimus ultra
Aequora? Heinsius.

Ergo, ubi conceſſit tempus puerile juventae,
Vellera cum Minyis nitido radiantia villo
Per mare non motum primâ petiere carinâ.

Sic *immotum pontum* pro *ignoto* apud Manilium rectè defendit ſummus Gronov. lib. III. obſ. 15.

721. *Primâ petiere carinâ.*] Primam navem dicit fuiſſe, in quam Argonautae conſcenderunt. Quod non hîc ſolum, verum quoque indicat lib. VIII. Met. 302.

——— *primaeque ratis molitor Iaſon.*

Et I. Am. XII.

Prima malas docuit mirantibus aequoris undis,
Peliaco pinus vertice caeſa vias;
Quae concurrentes inter temeraria cautes,
Conſpicuum fulvo vellere vexit ovem.

Et III. Pont. I. II.

Aequor Iaſonio pulſatum remige primum,
Quaeque nec hoſte fero, nec nive terra cares.

In hac ſententia fuit etiam Salluſtius, cujus haec citat Priſcianus lib. VI. *Namque primum Jaſonem, novo itinere maris, Aeetae hoſpitis domum violaſſe.* Et Seneca in Medea 363. loquens de aureo vellere:

Merces digna prima carina.

Et mox 664.

Ipſe, qui praedam, ſpoliumque juſſit
Aureum prima revehi carina
Uſtus accenſo Pelias, &c.

Piget plura teſtimonia congerere. Non deſunt, qui dicant fuiſſe eam, quae à Danao facta eſt. Sed rejicio lectorem ad Commentarium Mureti in Catullum de nuptiis Pelei, ubi multa ſcitu digna ſtudioſe & diligenter collegit. Carina a parte totum, κατὰ συνεκδοχήν. Ciofanus.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER SEPTIMUS.

Fab. I. Argumentum.

Dentes Draconis in homines.

Jaſon Aeſonis filius, miſſus à Pelia Neptuni filio cum proceribus [a] *Grajorum Colchos ad pellem auream adportandam, adjutricibus Junone ac Minerva, ut* [b] *Acetae Solis filii contigit* [c] *regiam,* [d] *pulchritudine ſuâ perculit Medeam adverſus parentem, ut ſibi potius,* [e] *quam patri conſuleret. Ergo* [f] *obligatum Jaſonem coëgit, ut fidem praeſtaret conjugii erga ſe.* [g] *Nam tauros ſpirantes ignem, & draconem cuſtodientem templum,* [h] *& tergus auratum, venenis atque carminibus coëgit parere Jaſoni;* [i] *ut proſciſſo ſolo dentes obſereret ſerpentis, ex quibus* [k] *ſeges armatorum procreſceret. Inter quos,* [l] *ut ei praeceptum erat à Medea, jactato* [m] *ſilice, coëgit eos inter ſe dimicare. Qui mutuo bello conciderunt. His geſtis, Jaſon cum Medea* [o] *Iolcon abiit.*

Jamque

[a] *Grajorum.*] *Graecorum* Colon.

[b] *Aetae.*] *Oetae* Parm.

[c] *Regiam.*] *Regiam domum* Colon.

[d] *Pulcritudine ſua perculit Medeam.*] Ea de re fabula eſt non protrita apud Tzetzen in Lycophron. pag. 59. Ταύτην οὖν φασὶ τὴν Ἰύγγα πρώτη Ἀφροδίτη Γάτονι δοῦσα ἐδίδαξε ταῦτα, ὅπως Μήδειαν θέλξῃ, λέγουσα ὅτι αὕτη ἡ ἴυγξ γυνὴ ἦν πρότερον, θυγάτηρ Πειθοῦς, ἣ Ἠχοῦς καὶ Πανὸς, Φαρμακεύουσα τὸν Δία εἰς τὸν Ἰοῦς πόθον, ὑφ' Ἥρας ἀπωρνεώθη. Dixerat in praecedentibus, Ἴυγξ δὲ κυρίως ὄρνεον ἐςὶν ἀεὶ σεῖον τὴν οὐρὰν, ἀγωγὸν ἐρώτων. Ἀγωγὸν ἐρώτων eſſe conſtanter tradunt veteres omnes. Sed qui eam avem movere ſemper caudam ajunt, contradicunt Ariſtoteli, Plinio, & Scholiaſtae Pindari, ut oſtendi ad Antoninum Liberalem. Retro tantum cervicem torquet, reliquo corpore quieſcente: unde & *torticollo* ab Italis vulgo appellari ait Victorius Var. Lect. Lib. XXIV. cap. 3. Ab eadem perſuaſione ortum, quod Chil. XI. 380. ſcribit Tzetzes: Ἴυγξ ἡ ὄρνις, ἡ κικλὶς, ἡ σείει τὸ οὐραῖον· Ἥ περ καὶ σειωπύγιον καλοῦμεν φερωνύμως. Scribe, σεισοπύγιον & κιγκλὶς pro κικλὶς. Verum avis iſta, quam innuit, ab aliis κίγκλος, κιγκλὸς, vel κιγκαλος vocatur, non κιγκλὶς: quod longe aliud eſt. Falſum tamen & hoc, κιγκλον eſſe σεισοπυγίδα. Munckerus. In Heinſii edit. omiſſo *ut*, erat, *Aeete S. f. c. regiam, pulchritudineque ſua.* & eadem cum Raenerio addit, *Medeam, avertitque à patre.* ſed *perculit Medeam, ita ut adverſus parentem potius Jaſoni, quam patriae conſuleret* Colon.

[e] *Quam patri.*] *Quam patriae* Parm. Lugd. Micyll. & reliquae omnes.

[f] *Obligatum.*] *Obligatum Jaſonem, ut fidem conjugii ſervaret, foedere coëgit* Colon.

[g] *Nam tauros.*] *Itaque tauros* Raener. Heinſ.

[h] *Et tergus auratum.*] Non habent eaedem Edd. *tergus aureum* Colon.

[i] *Ut proſciſſo.*] *Ita ut in proſc. ſ. d. ſereret* Colon.

[k] *Seges armatorum.*] *Genus arm.* Lugd. Micyll. *ſeges armatorum virorum procrevit* Colon.

[l] *Ut ei.*] *Ut eis* Lugd. Micyll.

[m] *Silice.*] *Lapide* Colon.

[n] *Coëgit eos.*] *Coëgit inter ſ. d. & mutuo bello concidére omnes* Colon.

[o] *Iolcon abiit.*] Perperam MS. cùm Venetâ & Micyll. *Corinthum abiit.* Ait enim Naſo: *Victor Iolciacos tetigit cum conjuge portus.* Non ignoro tamen quomodo & alterum poſſit defendi. Conſule Micylli commentarium in hanc fabulam. Munckerus. *Corinthum* Parm. Lugd. *Iolcon* deeſt Colon.

3. *Phi-*

JAmque fretum Minyae Pagaſaeâ puppe ſecabant,
Perpetuâque trahens inopem ſub nocte ſenectam
Phineus viſus erat; juvenesque Aquilone creati
Virgineas volucres miſeri ſenis ore fugârant;
Multaque perpeſſi claro ſub Iâſone, tandem
Contigerant rapidas limoſi Phaſidos undas.
Dumque adeunt regem, Phryxeaque vellera poſcunt;
Lexque datur numeris magnorum horrenda laborum;
Concipit interea validos Aeetias ignes:
Et luctata diu, poſtquam ratione furorum
Vincere non poterat; Fruſtra, Medea, repugnas;
Neſcio quis Deus obſtat, ait. mirumque, niſi hoc eſt,

Aut

2. *Perpetuaque.*] *Perpetuamque trahens inopi ſub nocte* duo Medicei.

3. *Phineus viſus erat.*] Sic plerique veteres. unus Leidenſis, *juſſus erat.* unus meus, *auſus.* duo Medic. *Phineus ultus erat.* eleganter. Val. Flaccus lib. IV. 750. de Amyco:

Nec vero praecepta mihi ſuprema tyranni
Fata queror, bellove magis laetarer & armis
Occubuiſſe meis; quam lege quod occidit ultus
Ipſe ſuâ.

Porcius Latro in Catilin. *Quid erit, judices, quod dubitetis de ulciſcenda crudeliſſimi ſceleris immanitate?* Salluſtius bello Jugurthino: *Quicquid ſine civium ſanguine ulciſci nequitur, jure factum ſit.* Sic *inultus* quoque tam active quam paſſive ſumitur. HEINS. Vid. ad Epiſt. VIII. 120.

3. *Juveneſque Aquilone creati.*] Calais & Zetes Val. Flaccus IV. 431.

—— *Spes una ſeni, quod pellere ſaevam*
Quondam fata luem dederunt Aquilone creatis.
CIOFANUS.

6. *Limoſi.*] *Limoſae* Florentinus. *limoſi fluminis* prior Gronovianus.

8. *Voxque datur Minyis.*] *Lexque* cum primo Gronovii. &, *numeris laborum*, non *Minyis* cum vetuſtioribus majori ex parte. Senec. Herc. Fur. 832.

Deerat hoc ſolum numero laborum.

Vide Notas ad Pont. II. El. IX. Florent. S. Marci, *Viſque datur.* HEINSIUS. Non damno τὸ *lex.* vid. ad Epiſt. XII. 39. & ita *Lex horrendi carminis* Livius lib. I. 26. ſed & *vox datur* defendi poſſet ex vulgata lectione lib. III. 340.

Prima fide, vociſque datae tentamina ſumſit
Caerula Liriope.

Quod neſcio an movendum: nam de reſponſis, proprie τὸ *dari* dici videbimus ad Val. Flac. I. 534. vid. & quae notavimus ad Noſtri Epiſt. XVI. 279. confunduntur etiam *vox* & *lex*, lib. IV. 588. ubi Gronovianus, *hanc illi legem natura reliquit.* & *vox* de reſponſis ſaepe dicitur. Val. Flac. I. 209.

Vix reddita tandem
Vox horrenda viris.

Numeris etiam in Francofurtenſi erat. Ita & Graecis ἀριθμὸς. Ariſtoph. Plut. Act. II. ſc. 5. φθειρῶν ἀριθμὸν. BURM.

9. *Validos.*] *Rapidos* Leidenſis unus.

10. *Et luctata diu, poſtquam ratione furorem Vincere non poterat.*] Hunc locum expreſſit Seneca, apud quem Medea ipſa loquitur, 123.

Incerta, vecors, mente non ſana feror
Partes in omnes. CIOF.

Eadem fere verba repetit Noſter lib. XIV. 701.

12. *Mirumque quid hoc eſt.*] Alii, *mirorque*; fruſtra. duo Voſſiani, *quis hic eſt. quid hic* Rottendorph. Lovan. *quod hoc ſit.* Scribe, *mirumque, niſi hoc eſt.* Mirum eſt, inquit, niſi amo. ita veteres loquebantur. Plautus Amphytr. Act. I. Sc. I.

Mirum, ni hic me quaſi muraenam exoſſare cogitat.

Et paulo ante:

Mira ſunt, niſi invitavit ſeſe in coenâ plusculum.

Et ſaepe alibi. ſic &, *mirum quin* paſſim apud eundem. ut Amphytr. Act. II. Sc. II. *Mirum, quin te adverſus dicat.* Sulpicius Servaſtus de Cupiditate in Catalectis Pithoei,

Mirum, ni pulcras artes Romana juventus
Diſcat, & egregio ſudet in eloquio. HEINS.

Terent. Andr. III. IV. 19. *mirum ni domi eſt*, & ſaepe alibi. Noſter III. Triſt. XII. 35.

Ille quidem mirum, ni de regione propinqua, &c.
BURMANNUS.

13. *Aut aliquid.*] *Ante aliquid* Edit. Berſman. *anne aliquid* Ed. Janſſonii.

14. *Nimium mihi dura videntur.*] *Tibi* Langermannianus codex, & mox duo Medicei; *ſi poſſes,*

Aut aliquid certè ſimile huic, quod amare vocatur.
Nam cur juſſa patris nimium mihi dura videntur?
Sunt quoque dura nimis. cur quem modo denique vidi,
Ne pereat, timeo? quae tanti cauſſa timoris?
Excute virgineo conceptas pectore flammas,
Si potes, infelix. ſi poſſem, ſanior eſſem.
Sed trahit invitam nova vis; aliudque Cupido,
Mens aliud ſuadet. video meliora, proboque:
Deteriora ſequor. quid in hoſpite, regia virgo,
Ureris? & thalamos alieni concipis orbis?
Haec quoque terra poteſt, quod ames, dare. vivat, an ille
Occidat, in Dîs eſt. vivat tamen. idque precari

Vel

ſes, ſanior eſſes. ut pergat Medea ad ſe ipſam ſermonem convertere. Adi Notas ad Epiſt. x. v. 75. Heinsius.

15. *Sunt quoque.*] *Sunt modo* MSS. Berſmanni.

15. *Cur, quem modo denique vidi! Ne pereat, timeo? quae tanti cauſa timoris?*] Alibi de Medea ipſa: *Hinc amor, hinc timor eſt, ipſum timor auget amorem.* Ciof.

16. *Quae tanti cauſſa timoris?*] In uno meo, *Cauſſa furoris?* Quo modo Claudianus lib. III. De Raptu Proſerpinae, huc forte reſpiciens: *Tanti quae cauſſa furoris?* Ciofanus. *Doloris* Argentin. & duo alii.

17. *Excute virgineo conceptas pectore flammas.*] *Excute flammas:* Metaphora, ſumpta à ſilice, qui cum percutitur, ab eo ſcintilla excutitur. Atque hoc proprie dicitur. Infra lib. VIII. 338. priore illo modo:

—— *Ut excuſſus eliſis nubibus ignis.*

Et XI. 436.

Excutiuntque feris rutilos concurſibus ignes.

Et XII. 280.

Saucius hirſutis avidum de crinibus ignem
Excutit.

Et IX. 745.

— *Et ſtultos excutis ignes.*

Seneca in Medea 112.

Excute ſollemnem digitis marcentibus ignem.

Proprie Virgilius lib. I. Æneid. 174.

Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates.

Et Plinius: *Ad excutiendum*, inquit, *ignem non ſemper lapidis occaſio eſt.* Ciofanus. Non accurata haec ſatis, & confundere videtur Ciofanus diverſa verba, *excudere*, & *excutere*. *excutere* enim eſt jactando abjicere, à ſe depellere, ut ſolemus ex veſtibus & aliis rebus pulverem & ſordes excutere. vid. ad lib. I. Amor. VIII. 46. & ita hic *excutere flammas*, ſumendum, non ut tanquam ignis e ſilice Medea excuderet, ſed contra, ut abjiceret. Sic lib. X. 426. *excutere diros amores. excutere metum*

XIV. Ep. 43. & ſimilia alibi. vid. IX. 745. aliud eſt *excudere ignem*, ut legendum in Virgilii & Plinii loco, qui eſt lib. XVI. cap. 40. Burm.

19. *Sed trahit invitam nova vis.*] In uno meo, *Sed gravat.* Ciofanus. *Gravat* Florentinus S. Marci, primus Vatican. prior Hamburgenſis & unus Bononienſis. ut apud Senecam Hercule Furente 628. *quae domum clades gravat.* ita frequenter veteres. Heins.

20. *Video meliora, proboque. Deteriora ſequor.*] Hanc ſententiam alibi quoque ita expreſſit:

Odi, nec poſſum cupiens non eſſe, quod odi:
Heu quam, quod ſtudeas ponere, ferre grave eſt.

Et:

Quod ſequitur fugio, quod fugit ipſe ſequor.

Et Phaedra apud Senecam in Hippolyto 698.

Et ipſa noſtrae fata cognoſco domus,
Fugienda petimus: ſed mei non ſum potens.

Expreſſa autem eſt haec ſententia ab hoc Noſtro ex Euripidis Medea, ubi ita legitur:

Τὰ χρῆς' ἐπίσταμεσθα, καὶ γιγνώσκομεν,
Οὐκ ἐκπονοῦμεν δὲ. Ciof.

Sequi deteriora illuſtravit Salmaſius ad Jus Atticum pag. 396. ſententiam vero hanc, ad Epictet. pag. 118.

21. *In hoſpite ureris.*] Vid. Turneb. XIX. adv. 27. & ſupr. ad lib. IV. 234.

22. *Concipis.*] *Concupis* Berſmanni & plurimi Heinſii codices. & certe jam bis verbo *concipere* uſus erat. Vs. 9. & 17. nihil tamen audeo mutare. II. Faſt. 761.

Interea juvenis furiatos regius ignes
Concipit.

III. Pont. VII. 29.

Cur ego concepi Scythicis me poſſe carere
Finibus.

Val. Flac. III. 226.

Spemque aetheris amens
Concipit.

Vel ſine amore licet. quid enim commiſit Iäſon?
Quam, niſi crudelem, non tangat Iäſonis aetas,
Et genus, & virtus? quam non, ut cetera deſint,
Forma movere poteſt? certe mea pectora movit.
At, niſi opem tulero, taurorum adflabitur ore:
Concurretque ſuae ſegeti, tellure creatis
Hoſtibus: aut avido dabitur fera praeda draconi.
Hoc ego ſi patiar, tum me de tigride natam,
Tum ferrum & ſcopulos geſtare in corde fatebor.
Cur non & ſpecto pereuntem? oculosque videndo
Conſcelero? cur non tauros exhortor in illum,
Terrigenasque feros, inſopitumque draconem?
Dî meliora velint. quamquam non iſta precanda,
Sed facienda mihi. prodamne ego regna parentis,

Atque

Concipere amorem operis Noſter lib. x. 249. *Mente Aethera* I. 777. *furores* II. 64. & ſimilia. ſic *concipere nefas* Horat. II. od. XIII. 9. *concipere ſcelus* Cicer. II. Catil. 4. BURMANNUS.

23. *Vivat, an ille Occidat, in Diis eſt: vivat tamen.*] Hunc locum imitatus eſt idem Seneca in Medea 140.

Si poteſt vivat meus
Ut fuit, Iäſon; ſin minus, vivat tamen.

CIOFANUS.

25. *Commiſit Jaſon.*] *Iäſon* trium ſyllabarum ubique eſt, non duarum. unde cavendum eſt, ne cum quodam literato ſcriptore offendas in lapidem, qui hoc nomen duarum interdum ſyllabarum eſſe exiſtimat, autoritate hujus carminis:

Quem niſi crudelem non tangat Jaſonis aetas.

cum in ipſo tam trium ſit ſyllabarum, quam in antecedenti, *Quid enim commiſit Iäſon.* CONSTANT. FANENS.

26. *Quem, niſi crudelem.*] *Quam* probe unus Voſſianus pro diverſa lectione. & tum mox quoque, *quam non.* quomodo Lovanienſis, & unus Mediceus. HEINSIUS.

28. *Forma movere poteſt?*] *Ore* multi ex melioribus. quod ſi admittimus, verſu proximo pro, *taurorum ore,* erit reponendum, *igne* cum prim. Moreti, Oxon. prim. Hamburg. & alius duodecim. *afflabitur aura* Graevianus pro diverſa lectione. HEINSIUS.

29. *Taurorum afflabitur ore.*] In Vatic. & Abb. *Igne*, non *Ore.* CIOF.

30. *Concurretque.*] *Occurretque* ſeptem codices. ſed nihil muta. XII. 595. *Concurrere cominus hoſti non datur.* Stat. XI. 185. *Fratri concurro.* eadem diverſitas mox v. 62. praeterea, *ſuae ſegetis* MSS. Berſmanni & plurimi alii, ut & editi quidam: ſed rectius *ſegeti*: nam eſt appoſitio, *ſeges, hoſtes.* BURMANNUS.

32. *Hoc ego ſi patiar, tum me de Tygride natam, Tum ferrum & ſcopulos geſtare in corde fatebor.*] Hoc copioſius dicit infra lib. IX. 612.

——— *neque enim de Tygride natus,*
Nec rigidos ſilices, ſolidumve in pectore ferrum,
Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille Leaenae.

Et III. Triſt. XI. 3.

Natus es è ſcopulis, nutritus lacte ferino,
Et dicam ſilices corpus habere tuum.

Et II. Ep. 134.

Duritia ut ferrum ſuperes, adamantaque, teque.

Et X. Ep. 109.

Illuc tu ſilices, illuc adamanta tuliſti,
Illic qui ſilices Theſea vincat, habes.

Et rurſus VII. Ep. 37.

Te lapis & montes, innataque rupibus altis
Robora, te ſaevae progenuere ferae.
Aut mare quale vides agitari nunc quoque ventis,
Quo tamen adverſis fluctibus ire paras.

CIOFANUS.

34. *Et ſpecto.*] *Exſpecto* plurimi. *conſpecto* quinque. *aſpecto* Barberin. *amplector* pr. Gronov.

37. *Dii meliora velint.*] Tibullus III. IV. 1. *Dii meliora ferant.* Pacuvius in Chryſe. citat Nonius: *Dii monerint meliora.* Plautus in Aulularia: *Dii bene vortant.* Quod uſurpavit Terentius in Adelph. *Dii bene vortant.* Idem Plautus in Bacchidibus: *Dii melius faciant.* CIOF. Puto, *Dî meliora, velim,* ex veteri formula, *Dî meliora*, vel *Dî melius.* cui *ferant* vel *dent* ſubintelligitur. ſic Graecis εὐφήμει. Virgil. *Dî meliora piis.* Cicero Philipp. VIII. *Ergo habet Antonius, quod ſuis polliceatur? quid nos? numquid tale habemus? Di meliora.* Val. Maximus lib. IV. cap. III. *Sophocles aetate jam ſenior cum ab eo quidam quaereret, an etiamnum rebus Venereis uteretur: Di meliora, inquit.* Idem Valerius lib. VI. cap. I. ſub finem: neque aliter Livius non uno loco. De Sophocle narrationem Valerius ex

Cato-

Atque ope nescio quis servabitur advena nostrâ,
Ut per me sospes, sine me, det lintea ventis,
Virque sit alterius; poenae Medea relinquar?
Si facere hoc, aliamve potest praeponere nobis,
Occidat ingratus. sed non is vultus in illo,
Non ea nobilitas animo est, ea gratia formae,
Ut timeam fraudem, meritique oblivia nostri.
Et dabit ante fidem: cogamque in foedera testes
Esse Deos. quid tuta times? accingere; & omnem
Pelle moram. tibi se semper debebit Iäson,
Te face sollemni junget sibi: perque Pelasgas
Servatrix urbes matrum celebrabere turba.
Ergo ego germanam, fratremque, patremque, Deosque,
Et natale solum, ventis ablata, relinquam?

Nempe

Catone Ciceronis hausit, ille ex sui Platonis libro primo de Republicâ. uterque *Dî meliora* in responso Sophoclis reddiderunt, quod apud Platonem, εὐφήμει, ὦ ἄνθρωπε. Noster Remed. 439.

Dî melius, quam nos moneamus talia quenquam. Et II. 388.

Dî melius: vix hoc nupta tenere potest.

Lucanus libro II. 537.

Dî melius, belli tulimus quod damna priores. Libro III. 93.

Dî melius, quod non Latias Eous in oras
Nunc furor incubuit.

Atque ita saepe. Apulejus lib. III. Met. *Dî mihi melius, quam ut mei caussa vel tantillum scrupulum patiare.* nec abludunt ista Gellii XI. cap. 13. *Dî mentem meliorem mihi.* sic & *Dî bene.* de quo Trist. lib. I. El. II. diximus. vers. 41. Heins. Vid. ad II. Art. 388.

38. *Prodamne.*] *Perdamne* Regius & Vivian. & multi alii. male. Epist. XII. 109. *Proditus est genitor.* Ep. VI. 135. *Prodidit illa patrem.* & passim. *regna paterna* etiam Medic. unus.

41. *Virque sit.*] *Utque sit* unus Med.

43. *Occidat.*] *Decidat* Vaticanus & unus Heinsii. vid. lib. VI. 10. & X. 10.

43. *Sed non is vultus in illo, Non ea nobilitas animo est, ea gratia formae.*] Describit ipse Jasonem Ep. XII. 11.

Cur mihi plus aequo flavi placuere capilli?
Et decor & linguae gratia ficta tuae.

Ex hoc postremo versu exprimitur, quod ait Statius in V. Theb. 456.

——— *& si blandus Iäson*
Virginibus dare vincla novis.

Horatius videtur significare fuisse formoso corpore Epod. III. 9.

Ut Argonautas praeter omnes candidum
Medea mirata est ducem.

Et ipse paullo supra:

Forma movere potest? certe mea pectora movit.

Ciofanus. *Non ea mobilitas* Oxon. & quatuor alii, ut *mobilis Aesonides* dicitur Epist. VI. 109. & ita passim has voces confundi scio. sed hic nihil muto. nam *vultus* & *gratia* hic requirunt *nobilitatem.* sensus autem est, non esse nec tam vultu malo, nec degeneri nobilitate, ut posset inde timere Medea. elegans ille vero usus pronominis *is.* sic Justin. V. 6. *Neque is miles erat, qui nomen Athenienſium tueretur, neque eae vires, quibus vincere consueverant, neque ea scientia militaris in his, quos vincula, non castra continuerant.* Lucan. I. 171.

Non erat is populus quem pax tranquilla juvaret. Statius II. Theb. 89. *Nox ea,* ubi Scholiastes exponit *talis.* sic apud Livium lib. XXVIII. 27. legendum: *is denique ego sim, cujus imperii taedere exercitum minime mirandum sit.* male ejecerunt viri docti τὸ *is,* quia in quibusdam codicibus deest, quod accidit ob praecedentis vocis *crediderit is* ultimam syllabam. pluribus etiam hanc elegantiam illustrat Cl. Bentlejus ad Horat. I. Sat. IX. 55. Burmannus.

44. *Ea gratia formae.*] Quia praecesserat, *sed non is vultus in illo,* ne bis idem dicat, videtur rescribendum, *ea gratia morum.* Heins.

46. *In foedera.*] *In foedere* Leidenses.

47. *Quid tuta times?*] *Stulta times* Lovan. & Basileens.

48. *Semper debebit.*] Non damno hanc lectionem; & ita saepe Noster & alii loquuntur. sed neque absurda Regii codicis lectio: *tibi se semper praebebit Iäson.* vide ad I. Amor. VI. 41. Burmann.

50. *Turba.*] *Turma* unus Basileensis & pr. Mediceus. vid. ad II. Amor. XIII. 18. & III. Artis Amat. 2.

51. *Ergo ego germanam, fratremque, patremque, Deosque, Et natale solum, ventis ablata, relinquam?*]

Nempe pater ſaevus, nempe eſt mea barbara tellus,
Frater adhuc infans: ſtant mecum vota ſororis.
Maximus intra me Deus eſt. non magna relinquam;
Magna ſequar: titulum ſervatae pubis Achivae,
Notitiamque loci melioris, & oppida, quorum
Hic quoque fama viget, cultusque, artesque virorum:

Quem-

Hoc ipſum ſe Jaſoni benigne & cumulate praeſtitiſſe, epiſtola, quam ad eum miſit, exclamans, ita conqueritur, ac dolet verſ. 159.

Laeſe pater gaude, Colchi gaudete relicti,
Inferias umbrae fratris habetis mei.
Deferor amiſſis, regno, patriàque, domoque,
Conjuge, qui nobis omnia ſolus erat.
Serpentes igitur domui, tauroſque furentes,
Unum non potui perdomuiſſe virum.

Rurſus in eadem epiſtola, multis interpoſitis carminibus:

Redde torum, pro quo tot res inſana reliqui:
Adde fidem dictis, auxiliumque refer.

Atque hoc Hypſipyle, ſuperior Jaſonis uxor, ipſi Medeae vitio vertit Ep. VI. 133.

Prodidit illa patrem, rapui de caede Thoanta,
Deſeruit Colchon, me mea Lemnos habet.

Et Medea ipſa, apud Valerium Flaccum VIII. 46.

Linquo domos patrias, te propter, opeſque meorum, &c.

Hac de re nonnulla Euripides in Medea: Unde aliquid Poëtam noſtrum ſumpſiſſe arbitror. *Et natale ſolum:* Patriam. Sic & I. ex Pont. III. 35.

Neſcio, qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

CIOFANUS.

53. *Eſt mea barbara.*] *Mihi* plures. quidam τὸ *eſt* non habent, unus Baſil. & *mea.* nihil muta. Epiſt. XVII. 64. *Certè barbara terra tua eſt.* BURMANNUS.

54. *Vota ſororis.*] *Fata* Medic. unus.

56. *Titulum ſervatae pubis Achivae.*] *Pubis* in nonnullis; ſed & *puppis Achivae*, quod in quibuſdam, legi recte poteſt. NAUGER. Veteres fere omnes, *puppis.* CIOFAN. Cave admittas, quod in plurimis exſtat membranis, *puppis Achivae.* apud Val. Flaccum ſimili modo non ſemel peccatur. ut initio lib. VI. ubi, *Grajamque abſumere pubem*, pro *puppem* ſcribendum. ut & libro V. ỳs. 620.

Promiſſaque vellera pubi Theſſalicae.

Et libro IV. 528.

Mox abit, & ſociae victor petit agmina pubis.

Apud Statium quoque libro V. Sylv. Epicedio Filii,

Non ego mercatus Pharia de pube loquaces
Delicias

legendum. ſic *primo* pro *Brimo* apud Propertium lib. II. Eleg. II. & infra hoc libro apud Noſtrum, *ſumma Phoebes* pro *Boebes* conſtanter in membranis. HEINSIUS. *Gentis* Lovanienſ. *Achaeae* unus. Heinſii.

58. *Arteſque virorum.*] In uno meo, duobus Vatic. *Arteſque locorum.* Placet. CIOFAN. *Locorum* plerique vetuſtiores. quod impenſe placeret, niſi jam praeceſſiſſet, *Notitiamque loci melioris.* ſed forte illic *ſoli* reponendum. Vide quae notavi lib. IV. ỳs. 765. *colonum* primus Medic. Bernegger. & unus Moreti. Triſt. III. Eleg. VIII. ex veſtigiis veterum librorum:

Cumque ſolum, moreſque hominum, cultuſque locorum
Cernimus. HEINSIUS.

Neſcio an non praeſtaret, *cultuſque habituſque virorum*, quae ſaepe jungi videmus. Curt. III. 6. *Cultus habituſque paullulum à privato abhorrens.* IV. Faſt. 107.

Prima feros habitus homini detraxit, ab illa
Venerunt cultus, mundaque cura ſui.

Quamquam neque *artes virorum* damnem, ut apud Horat. IV. od. I.

Puer mille artium.

Noſter II. Amor. X. 6.

Artibus in dubio eſt, haec ſit, an illa, prior.

Non male etiam unus Leidenſis, *actuſque virorum*, quò alludit alter Heinſii, qui *artus* habebant. *actus* ſunt *acta.* nam & illo vocabulo utebantur: vid. Barth. ad Claud. I. Laud. Stilic. 14. Val. Flaccus II. 5.

Placitoſque Deis neu deſerat actus.

Juſtin. XXXI. 2. *Senatus ad ſpeculandos actus Hannibalis legatum in Africam Gn. Servilium mittit.* Avienus Orb. Deſcr. 351.

Nec procul illa virum gens incolit, actibus olim
Quae prior humanis leges & jura notavit.

Ita legendum ex veteri codice. perperam vulgati, *humanas.* Sic *actus Apoſtolorum* Sulpicio Severo lib. I. cap. I. & aliis Eccleſiae priſcae ſcriptoribus. BURMANN.

60. *Mutaſſe velim.*] Si *nolim* legeretur, ut Raphaëlem legiſſe ſuſpicor, nulla eſſet difficultas. quia autem carmen poſcit *velim*, videtur hoc dubitativè legendum, hoc ſenſu; ſequar cultus arteſque virorum, & Æſonidem, quem putas, ne velim cum rebus, quas orbis poſſidet, permutare, quaſi diceret minime. GLAR. Nihil eſt quod haereat Glareanus, idem enim ſenſus erit, ſive dicat *nolim*, ſive *velim.* ſi enim potuiſſet per metrum dicere *nolim*, ſenſus eſſet; quem cariorem habeo omnibus rebus, ſi quis mihi eas offerret: ſi *velim*, erit, pro

quo

Quemque ego cum rebus, quas totus poſſidet orbis,
Aeſoniden mutaſſe velim: quo conjuge felix,
Et Dîs cara ferar, & vertice ſidera tangam.
Quid? quod neſcio qui mediis concurrere in undis
Dicuntur montes, ratibuſque inimica Charybdis,
Nunc ſorbere fretum, nunc reddere; cinctaque ſaevis Scylla

quo omnia vellem dare, ſi poſſiderem omnia. *mutare* etiam *Jaſona cum rebus*, & *res cum Jaſone*, ſi dixiſſet, eodem rediret. Vide Doctiſſimi Bentleji notas ad Horat. II. od. XVI. 19. & II. Sermon. VII. 109. ſic lib. XII. 34. ex MS.

Suppoſitam fertur mutaſſe Mycenide cervam.

Ita & *penſare* utroque modo uſos docui ad Vellej. II. 12. & 88. vid. & inf. lib. VIII. 477. praeterea duo codices, *quemque ego non rebus.* quod aeque probum eſt: *mutamus enim rem re*, vel, *cum re.* Juſtin. V. 5. *Ut ex continenti Alcibiadem ducem Conone mutarent.* Noſter III. Faſt. 401.

Jam bene perjuro mutarat conjuge Bacchum.

Ubi codices quidam, *pro juro.* ut forte, *pro duro* poſſet legi, ut & hic quatuor codices: *pro rebus* exhibent. *non ego pro rebus* Baſileenſis unus. BURMANNUS.

60. *Quo conjuge felix, Et Diis cara ferar, & vertice ſidera tangam.*] Auſonius Gallus conſul deſignatus:

Illum ego ſi cernam, tum terque quaterque beatus,
Tunc ero bis conſul, tum tangam vertice coelum.

Cicero ad Attic. lib. II. Epiſt. I. *Noſtri autem principes digito ſe caelum putent attingere.* Et proverbio dicitur: *Capite vel digito caelum attingere.* CIOFANUS.

61. *Cara.*] *Grata* Gronovii unus.

62. *Quid? quod neſcio qui.*] Aliam cauſam aſſignat Medea, qua Jaſonem ſequendum eſſe ſibi perſuadet. Multa namque nova periculoſaque ſe viſuram ait, quales ſunt Cyaneae petrae ad Thracium Boſphorum, quae inter ſe concurrere dicuntur. REGIUS. Imo diverſum facit, metum & pericula ſibi opponens. propterea etiam infra ad hanc objectionem rurſum ſibi ipſa reſpondet:

Nempe tenens quod amo, gremioque in Iaſonis haerens,
Per freta longa ferar, nihil illum amplexa timebo.

MICYLLUS.

62. *Qui mediis incurrere in undis Dicuntur montes.*] In iiſdem lib. & uno Caeleſt. *Occurrere in undis.* In altero meo, *Concurrere.* CIOFANUS. Codices majori ex parte, *occurrere.* ſecundus & tertius Palat. primus Baſil. Rottendorph. & decem alii, *concurrere.* vere. ita de Cyaneis cautibus paſſim ſcriptores. Noſter Amor. lib. II. XI. 2.

Quae concurrentes inter temeraria rupes
Conſpicuam fulvo vellere vexit ovem.

Et Metamorph. lib. XV. 337.

——— *timuit concurſibus Argo*
Undarum ſparſas Symplegadas eliſarum.

Virgil. Æn. VIII. 692.

——— *credas innare revulſas*
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.

Statius Theb. XI. 438.

——— *Cyaneos vetuit concurrere montes.*

Juvenal. Sat. XV. 19.

——— *vel concurrentia ſaxa Cyaneis.*

Claudian. lib. II. in Eutrop. 29. *Concurrêre freti fauces.* & initio libri de Bello Getico, *Deceptum vagae concurſum rupis* dixit agens de Argonautis. Accius Argonautis apud Ciceronem lib. II. de Naturâ Deorum, *undas concurſantes.* Plinius lib. IV. cap. XIII. *Cyäneae, aliis Symplegades appellatae, traditaeque fabulis inter ſe concurriſſe.* Mela lib. II. cap. VII. *Contra Thrasium Boſporum duae parvae, parvoque ſpatio diſtantes, & aliquando creditae dictaeque concurrere, & Cyaneae vocantur & Symplegades.* ſic & Hyginus Fab. XIX. neque aliter paſſim Valerius Flaccus. Theocritus Idyll. XXII. πέτρας εἰς ἓν ξυνιούσας appellavit. à concurrendo συνδρόμιδες dictae. HEINSIUS.

63. *Ratibuſque inimica Charybdis, Nunc ſorbere fretum, nunc reddere.*] De qua XII. Ep. 125.

Quaeque vomit totidem fluctus, totidemque reſorbet. CIOFAN.

63. *Charybdis.*] Hujus & poſtea Scyllae, quî mentionem facere potuerit Medea, vide ad Epiſt. XII. 123.

64. *Cinctaque ſaevis Scylla rapax, &c.*] Dicitur, quod & ex hoc loco ſatis patet, Scylla habere canes ſuccinctos. Ad quod alluſiſſe videtur Cicero, comparans Verrem cum Charybdi & Scylla. Ejus verba ſunt lib. V. Act. II. *Hoc enim iſte inferior, quod pluribus & majoribus canibus ſuccinxerat.* De hac quoque ita III. Amor. XII. 21.

Per nos Scylla patri canos furata capillos,
Pube premit rabidos inguinibuſque canes.

Auſonius in Gripho. 83.

Scylla triplex commiſta tribus, Cane, Virgine, Piſce.

Tibullus III. IV. 89.

Scyllaque virgineam canibus ſuccincta figuram.

Seneca Medeae Vs. 350. ad hunc forte noſtri poëtae locum reſpexit:

Quid cum Siculi virgo Pelori
Rabidos utero ſuccincta canes.

Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?
Nempe tenens quod amo, gremioque in Iaſonis haerens,
Per freta longa trahar. nihil illum amplexa verebor:
Aut, ſi quid metuam, metuam de conjuge ſolo.
Conjugiumne vocas, ſpecioſaque nomina culpae
Imponis, Medea, tuae? quin adſpice quantum

Adgre-

Virgilius in III. Æneid. 424. ſcitè eam deſcribit:

At Scyllam caecis cohibet ſpelunca latebris
Ora exſertantem, & naves in ſaxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulchro pectore Virgo
Pube tenus: poſtrema immani corpore Piſtrix,
Delphinum caudas utero commiſſa luporum. CIOF.

67. *Per freta longa ferar.*] Sic prope lib. VIII. *Per freta longa trahar.* CIOFAN. *Trahar* ſecundus Vatic. prim. Baſil. opt. Thuan. & duo alii. ut lib. VIII. 141.

——— *puppimque amplexa recurvam*
Per freta longa trahar.

Ferar paulo ante praeceſſerat. HEINSIUS. ſic Horat. lib. I. XV.

Paſtor cum traheret per freta navibus
Ideis Helenam.

Et licet verbum *trahere* fere de invitis dicatur. & ita hic Medeae fluctuanti recte convenire poſſit, his tamen locis potius longum iter, & variis erroribus productum notat. ut idem Horatius lib. III. 24. de errantibus Scythis:

Quorum plauſtra vagas
Rite trahunt domos.

Virg. V. Æneid. 709.

Quo fata trahunt, retrahuntque ſequamur.

Val. Flac. VI. 81.

Plauſtriſque ad praelia cunctas
Coralctae traxere manus.

VII. 271.

Ipſae, ego quas mecum per mille pericula traxi,
Defecere Deae.

II. 380.

Me tecum ſolus in aequor
Rerum traxit amor.

Sequar etiam unus Gronov. vid. Epiſt. XVI. 323. *In freta* etiam Leidenſis, non tam bene. BURMANNUS.

67. *Nihil illum amplexa timebo.*] Ita libri veteres. CIOFANUS. *Verebor* eſt in plurimis. *nihil hunc* etiam Gronov. & unus Heinſii.

69. *Putas.*] *Vocas* ſecundus Mediceus, Neap. & duo alii. ut apud Virgil. IV. Æn. 172.

Conjugium vocat, hoc praetexit nomine culpam. HEINSIUS.

69. *Specioſaque.*] *Specioſane* unus Patav. *pretioſaque* Strozzae. *vitioſaque* Langerm.

70. *Imponis.*] *Praeponis* vel *praetendis* Francof.

73. *Conſtiterant.*] *Inſtiterant* pr. Baſil. *contigerant* Sixii. male. vid. Ep. XV. 162. XX. 75.

74. *Ad antiquas Hecates Perſeïdos aras.*] Dixit κατὰ συνεκδοχὴν poëta, *ad antiquas aras*, pro, ad templum. eodem enim modo & apud Apollonium III. 840. unde pleraque haec transſumpta ſunt, Medea ancillis imperat.

Εὐσυμένως ἐρέας ὑποζεύξασθαι ἀπήνῃ,
Οἰκέμεν εἰς Ἑκάτης Φερεκαλλέα νηὸν ἄγοισιν, &c.

Quoniam autem hic locus occaſionem offert, libet aliquantum exſpatiari calamo, & quae de Hecate apud auctores alios atque alios traduntur, ſimul & ſub uno veluti capite, hic exponere. Vetus Dea Hecate fuit χθονίων καὶ νερτέρων πρύτανις, hoc eſt, *inferorum, ac mortuorum rebus praefecta*, eoque etiam magorum & veneficarum carminibus frequentata. Hujus potentiam prolixe deſcribit Heſiodus (Theogon. 412.) illique datam à Jove ait μοῖραν, hoc eſt, partem ac facultatem omnium terreſtrium & maritimorum, καὶ γέρας ἐν γαίῃ τε, καὶ οὐρανῷ ἠδὲ θαλάσσῃ, ſolique omnium Titanici generis, potentiam, atque honores ſuos integros manſiſſe, cum ceteri ad inferos detruderentur ac, damnarentur. proinde eandem etiam aliorum parte fungi, & quaecunque libuiſſet, hominibus elargiri. atque ubicunque, inquit, idem, aliquis

— ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Ῥέζων ἱερὰ καλὰ κατὰ νόμον ἱλάσκηται
Κικλήσκῃ Ἑκάτῃν, πολλὴ δ' οἱ ἵσπετο τιμή.

Quare etiam dictam volunt Ἑκάτην alii quaſi Ἑκάσην, quod ſingulorum curam ac providentiam gerat, ſingulaque ad ipſam referantur: alii ab ἕκατον, quod centenaria, hoc eſt multiplicem, & infinitam poteſtatem habeat. praecipue tamen ac peculiariter illi cura inferorum attribuitur. cujus rei ridiculam quandam rationem afferunt. nam cum intra primos annos adhuc eſſet, Junonem ajunt perſequi illam coepiſſe. illam autem primum in domum puerperae cujuſdam, poſtea ad quoſdam, qui defunctorum corpora offerebant, confugiſſe, quare tum Junonem ἀκαθαρσίας metu videlicet, à perſequendo deſtitiſſe: Jovem autem per Cabiros (ſacerdotum id genus eſt) luſtrari illam iterum praecepiſſe, à quibus cum ad Acheruſiam paludem deducta fuiſſet, mortuorum ibidem curam ac praefecturam ſortitam eſſe. unde & ſacrificiis mortuorum, & expiationibus item & evocationibus illorum adhibetur, χθονίαν que vocant, & νυχίαν, hoc eſt, inferam, & nocturnam. Suntque etiam, qui Ἑκάτην dictam putent, quoniam centum

Adgrediare nefas: &, dum licet, effuge crimen.
Dixit: & ante oculos rectum, pietasque, pudorque
Conſtiterant: & victa dabat jam terga Cupido.
Ibat ad antiquas Hecates Perſeïdos aras:
Quas nemus umbroſum, ſecretaque ſilva tegebant.
Et jam fortis erat, pulſusque reſiderat ardor;

Cum

centum annos vagari pateretur eorum umbras, quorum corpora ſepulta non fuiſſent. plerique eandem cum Proſerpina, ac Luna faciunt, eoque Ἑκάτην, quaſi quae ἑκας, hoc eſt, longe à nobis diſtet, vocatam volunt. A poëtis autem etiam *triformem* inde, & *tricipitem* dici putant, quoniam luna modo plena luceat, modo obſcura tegatur, aliquando partim luceat, partim obſcura ſit. Et rurſum nunc in coelo appareat, nunc apud inferos prematur, interdum circa ſylvas ac montes vagetur, unde etiam nomina illi ſubinde alia, atque alia eſſe, ut nunc Luna, nunc Proſerpina, nunc Diana dicatur. Sed mihi *triformis Hecate* inde potiſſimum dici videtur, quod illi compita, ac trivia antiquitus dicata fuere, in quibus & ſacrificia menſtrua illi fiebant, quas *Hecates coenas* vocabant, ut ex Pluto Ariſtophanis apparet, & ſtatuae triformes, ſive tricipites eidem conſecrabantur. Hinc & Ovidius lib. I. Faſt. 141. dicit:

Ora vides Hecates in tres vergentia partes,
Servet ut in ternas compita ſecta vias.

Quamquam Orpheus, aut quisquis is fuit, in Argonauticis, ℣s. 973. etiam ipſam deam tria capita habere dicit, hominis videlicet, equi, & canis his verſibus:

——— σὺ δ' αἰολόμορφός ἱκανεν,
Τρισσοκέφαλος ἰδεῖν, ὀλοὸν τέρας, ὑπὶ δκητῶ
Ταρταρέοιαις Ἑκάτη· λαιῇ δ' ὤρ' ἐπέσσυθεν ὦμῳ
Ἵππος χαιτήεις, κατὰ δεξιὰ σὴ ἕδεν, ἀθρῆσαι
Λυσσῶπις σκυλακὴ, μέσση δὴ ἔφυ ἀγριόμορφος.

De genere autem, & parentibus hujus deae varie ab auctoribus traditur. nam alii Jovis & Aſteriae, alii Ariſtaei filiam faciunt. rurſum alii Cereris, alii Noctis filiam. Apollonius, & poſt hunc Ovid. *Perſeida* vocant, hoc eſt, Perſae filiam, ſive ille Solis filius, & Æetae frater fuit, ut Diodor. lib. V. & Dionyſ. ille, de quo Regius meminit, tradiderunt; ſive Crei potius, & Euribiae, Titanici generis, ut Heſiodo placet, apud quem in Theogonia 375 ita legitur:

Κρείῳ δ' Εὐρυβίη τέκεν ἐν φιλότητι μιγεῖσα
Ἀστραῖόν τε μέγαν, Πάλλαντά τε, δῖα θεάων,
Πέρσῆν θ', ὃς καὶ πᾶσι μετέπρεπεν ἰδμοσύνῃσι.

Et rurſum 409.

Γείνατο δὴ Ἀστερίῃ εὐώνυμον, ᾧπότε Πέρσης
Ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα φίλῃ κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.
Ἡ δὴ ὑποκυσσάμβη Ἑκάτῃ τέκε· τὴν περὶ πάντων
Ζεὺς Κρονίδης τίμησε, πόρεν δ' εἰ ἀγλαὰ δῶρα.

Vocatur autem eadem haec à poëtis etiam Βριμὼ, hoc eſt terrifica, eo quod terrorem immittat hominibus, & ſpectra, quae ab ipſa ἑκαταῖα dicuntur. item δάειρα, & per contractionem, δαίρα, ἀπὸ τῶν δαδῶν, ut placet grammaticis, quod ſacra illius cum facibus peragantur, qua de cauſſa etiam δαδοῦχος appellatur. Et μονογένεια, quaſi dicas unigenitam, & κουροτρόφος, hoc eſt, quae puellas, ac pueros nutriat. quae tamen nomina etiam Proſerpinae communia ſunt. Ponebantur autem & ſtatuae illius ante domos & valvas potentiorum. Hinc Æſchilus alibi dixit, δέσποιν' Ἑκάτη τῶν βασιλείων προδρόμος μελάθρων. Atque haec de Hecate ab auctoribus fere traduntur. quoniam autem & de Medea hoc loco agitur, & de Æeta, non abs re fuerit illorum quoque genus perſequi. nam & hoc ab auctoribus varie traditur. Medeae igitur matrem alii Eurylytem vocant alii Neaeram, Dionyſius, quem ſupra Regius citavit, & Diodorus, Hecatem. nam Perſen & Æetam fratres fuiſſe, Solis filios; ac Peden quidem ex nympha quadam indigena ſuſtuliſſe Hecaten, veneficiis inſignem, quae patruo ſuo nupſerit, ex eoque Circen, Medeam, & Ægialeum, quem alii Abſyrtum vocant, peperit. quod ideo fictum puto, quod cum veneficiis inſignes fuerunt Circe, & Medea, creditum propterea ſit ex Hecate illas prognatas. Heſiodus autem in Theogonia 958. Idyam vocat Medeae matrem, his verſibus:

Ἀ ἰήτης δ' υἱὸς φαεσιμβρότῳ Ἠελίοιο
Κούρῃ Ὠκεανοῖο τελήεντος ποταμοῖο
Γῆυε θεῶν βουλῇσιν Ἰδυῖαν καλλιπάρῃον,
Ἣ ῥ' ὑ εἰ Μήδειαν ἐϋσφυρον ἐν φιλότητι
Γείνατ' ὑποδμηθεῖσα Διὸς χρυσῷ Ἀφροδίτῃ.

Hunc & Apollonius ſequitur. nam & ipſe Medeam Idyae filiam, Hecates autem ſacerdotem dicit, & proinde circa templum illius verſari. edoctam autem & III. 530.

Φάρμαχ' ὅσ' ἤ Πειρίτε φύῃ, ᾗ νήχυτον ὕδωρ.

Et ℣s. 478.

Φαρμάσσειν Ἑκάτης Περσηίδος ἐννεσίῃσι.

Similis diverſitas auctorum, & circa patris Æetae genus eſt. nam ut patrem hujus Solem eſſe plerique affirmant, ita matrem contra ſunt, qui Ephyren vocent. Homerus Perſam nominat. Heſiodus autem, & poſt hunc etiam Hyginus, Perſeidem, Circemque non filiam, ſed ſororem illius faciunt. Heſiodi verſus ſunt Theog. 956.

Ἠελίῳ

Cum videt Æesoniden: extinctaque flamma revixit.
Et rubuere genae; totoque recanduit ore.

Ut

Ἠελίῳ δ' ἀκάμαντι τέκε κλυτὴ Ὠκεανίνη
Γερσηὶς Κίρκη τε, καὶ Αἰήτῃ βασιλῆϊ.

Homeri autem Odyss. K. 136. hi:

Κίρκη δ' ἐυπλόκαμος, δεινὴ θεὸς, αὐδήεσσα
Αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος Αἰήταο.
Ἄμφω δ' ἐκγεγάτην φαεσιμβρότῳ ἠελίοιο,
Μητρὸς τ' ἐκ Πέρσης τ' Ὠκεανὸς τέκε παῖδα.

Eumelus autem vetus poëta, etiam Antiopem vocat, Æetae matrem, ipsum Corinthium facit, è Corintho autem in Colchos profectum ait. cujus versus, ut quidem in comment. Pindari citantur, ita se habent, Olymp. XIII. 75.

Ἀλλ' ὅτε δ' Αἰήτης, καὶ Ἀλωεὺς ἐξεγενόντο
Ἡελιάδαι, καὶ Ἀντιόπης. τότε δ' ἀνδίχα χώρῳ
Δάσατο παισὶν ἑοῖς Ὑπερίονος ἀγλαὸς υἱός.
Ἣν μὲν ἔχ' Ἀσωπῷ, ταύτῃ πέρε δῖα Ἀλωεῖ,
Τῷ δ' Ἐφύρῳ, κτεάτεσσ' Αἰήτη δῶκεν ἅπασαν.
Αἰήτης δ' ἄρ' ἐκὼν Βούνῳ παρέδωκε φυλάσσειν,
Εἴσοκεν αὐτὸς Ἥκοιτ' ἢ ἐξ αὐτοῖό τις ἄλλος
Ἢ παῖς, ἢ ἠωνὸς. ὁδ' ἵκετο Κολχίδα γαῖαν.

Atque hinc factum alii tradunt, ut Corinthum postea venerit Medea, regnumque paternum repetiverit, quam tamen Corinthii urbe ejecerunt, ac liberos illius, ne quis successor, aut haeres illius amplius relinqueretur, occiderunt, sparsa fabula quasi a matre ex invidia interfecti fuissent. atque haec de Æeta, & ejus genere. Micyllus. De Hecate multa scitu digna collegit Parrhasius in Claudianum lib. I. v. 5. Cujus haec sunt: Hecate Persei fratris Aeetae Colchorum regis filia fuit, ut Dionysius Milesius in Argonautico refert. Ea, dum vaga per saltus venaretur, aconiti vim prima deprehendit: & ita necato parente, regnum occupavit, à suis in coelum post mortem relata, ut apud Diodorum legimus. ejusdem nominis altera ex Asteria, Latonae sorore & Perseo Titane nata, cui Jupiter elementa subjecit, & Coelo Ereboque potentem fecit, ut canit Maro: unde & Hecate dicta, ut discimus ex Hesiodo. Virg. Æneid. IV. *Ter centum tonat ore Deos*; sic enim nos interpretati sumus, ut dicat Hecaten à saga ter invocatam, quam per *centum* obscure quidem, sed peritissime designavit, ad ampliissimam Deae potestatem, & nominis rationem simul alludens. Id ab ἑκατὸν trahitur, quod apud Graecos idem valet quod centum. Ternarius porro numerus in ejusmodi sacris adhibebatur ex ritu, ut ex Homero, Nasone, Tibullo, Papinio colligitur; & Porphyrius ille Philosophus in Responsis abunde disserit. Nec obest quod à poëta statim subjicitur:

Tergeminamque Hecaten tria virginis ora Dianae.

Nam sui moris est, ut etiam Macrobius observavit, in quibus non convenit inter doctos, utramque sententiam complecti: quo fit, ut sibi plerumque non constent, ut Servius, & alii post eum Grammatici notaverunt. Notat diversas in Hecate opiniones, & eam, quam superius attulimus, & eorum, qui cum Junone conjungunt, ut sit eadem Juno, Diana, & Proserpina, ex quibus Hecate, ut est apud Lucanum, commune numen efficiatur. Idcirco ne alterutrum poëta damnaret, utrumque dixit. In haec divertere libuit propter eos, qui anicularum delirrameta sectati à Servio discesserunt. Hecaten Nocte genitam canit Bachyllides, Jove & Asterie Musaeus, eodem & Cerere Orpheus. Pherecides Aristaei Peonis filiam tradit. Eadem Perseis appellatur à patre. Apollonius Argonaut. III. πότνια θεὰ Περσήι. & in IV. νυκτιπόλου Περσήιδος ὄργια κούρης, id est, Noctivagae testor Perseidos orgia Divae. Nec aliud in Cassandra, cum Persei Virginem dicit Lycophron, intellexit. Et Papinius in evocatione Manium ex persona Tiresiae:

Tu separe coetu
Elysios Persea pios, virgaque potenti
Nubilus Arcas agat.

In quo *Persei* quoque legi potest, ut Inachi, Phylli, Amarylli. Hinc apparet eos falli, qui *Perseae* legendum putant; & inerudite Bacchum, vel Mercurium bis inculcant. Orpheus in Argonautico triplex eam caput habere fingit, dextrum equi, sinistrum canis, medium hominis & quidem rustici. Ovidius in Fastis:

Ora vides Hecates in tres vergentia formas.

Alcamenes omnium primus Hecatae triforme signum fecit. Id Athenis visebatur juxta Victoriae statuam, quam, quod alis carebat, implumem vocabant, ut docet Pausanias. Hecatae canes immolabantur, ut Mimorum poëta scribit Sophron. Ciofanus.

75. *Quas nemus umbrosum, secretaque silva tegebat.*] Locus hic ex eo, qui in Medeae epistola est, & ille ex hoc aeque illustratur:

Est nemus & piceis, & frondibus ilicis atrum;
Vix illuc radiis Solis adire licet.
Sunt in eo (fuerant certe) delubra Dianae,
Aurea barbarica stat Dea facta manu. Idem.

Vid. & Parrhas. Quaesit. per Epist. LV.

75. *Secretaque silva.*] In Lovanienси erat, *vestuta*, quod an pro *vetusta* librarius ceperit, an *vestita* nescio. sed nisi vulgata recta sit, ego mallem, *sacrataque silva.* nam mox vers. 95. numen in illo luco fuisse dicit. ita apud Virgil. lib. I. 681. Codices scripti pro,

Aut super Idalium secrata sede recondam,

habent *sacrata.* & II. 157.

Fas mihi Grajorum sacrata resolvere jura.

Etiam

Ut ſolet à ventis alimenta adſumere, quaeque
Parva ſub inductâ latuit ſcintilla favillâ,

Creſce-

etiam nonnulli. Male *ſecreta*. & mox 138. in Mediceo uno erat, *ſacrataſque adjicit artes*: ſed relinquamus *ſecreta*, quod ſacris Magnis, quae arcana erant, convenit. Burm.

75. *Tegebat.*] *Tegebant* primus Regius & multi alii. Heins. *Tenebat* Oxon. & tres alii.

76. *Et jam fractus erat.*] In uno meo, Briantii, Caeleſt. Dominic. & Abbatis, *Et jam fortis erat.* In tribus Vatican. Joannis, & meo antiquiore, & utroque Maffejano eſt ſuperior lectio; quae magis mihi videtur probanda, propter verba, quae ſequuntur: *Pulſusque reſederat ardor.* In hac ſecunda editione mihi hunc locum diligentius conſideranti magis placet, *Et jam fortis erat.* quae verba ad Medeam referenda ſunt, & à poëta dicuntur. Ciofanus. *Fractus erat* multi veteres ex melioribus. *reſiderat* etiam Bernegger. & tres noſtri. Puto,

Et jam fortis erat, fractusque reſiderat ardor.

Heinsius. Tibul. I. 5.

Aſper eram, & bene diſſidium me ferre loquebar,
At mihi nunc longe gloria fortis abeſt.

Douza. Rectè Heinſius *fortis* praefert. vide ad I. Art. 261. ita ipſa Medea apud Val. Flaccum v. 248.

——— *Fortior ante*
Sola fui.

Martial. v. 38.

Quid eſſe noſtro fortius poteſt Poeto,
Ducenties accepit, & tamen vivit.

Infr. IX. 28. & paſſim. ſed *pulſus* non moverem. ſic inf. 290. *pulſa fugit macies.* & ita *pelli morbi* dicuntur. Vid. Remed. 115. Burmannus.

77. *Exſtinctaque flamma reluxit.*] *Revixit* longe elegantius primus Gronovii, Arondel. & alii complures. Remed. Amor. 731.

Ut paene exſtinctum cinerem ſi ſulphure tangas;
Vivet, & è minimo maximus ignis erit.

Faſt. III. 427.

Quas ſanctâ fovet ille manu, bene vivitis ignes,
Vivite inexſtincti flammaque duxque precor.

Plaut. Aulularià I. II. 15.

Nam ſi ignis vivet, tu extinguere extempulo.

Propertius libro IV. Eleg. III.

Hanc Venus, ut vivat, ventilat ipſa facem.

atque ita paſſim optimi Latinitatis auctores. ut & contra *mori.* Noſter Amor. libro I. Eleg. II.

Vidi ego jactatas motâ face creſcere flammas,
Et vidi nullo concutiente mori.

Martiali quoque libro IV. Ep. IV.

——— *ſpurcae moriens lucerna Ledae.*

Sic *vivens favilla* Faſt. IV. 552. & *viva flamma* Faſt. VI. 291. *Vivens quoque favilla* Statio Epicedio Glauci. *Viva lucerna* apud Horatium, *vivi carbones* apud Petronium, & apud Capitolinum in Pertinace, *vivaciſſimi carbones.* Dracontius Hexaëmero:

Jam mortua flamma reſurgit,
Redditur ignis edax redivivo lumine candens.

Flor. III. IV. *Ut exſtincta parum fideliter incendia majore flamma reviviſcunt.* ſic *vivacem ignem* dixit Senec. in Conſolatione ad Marciam cap. 23. *Et vivum torrem* Val. Flac. III. 114. Heinsius. Eodem modo lib. IV. Triſt. V. 3.

Cujus ab adloquiis anima haec moribunda revixit,
Ut vigil infuſâ Pallade flamma ſolet.

Vid. Gebh. III. Crep. 7. Multa in hanc rem undique collegit Th. Crenius Animadv. Philol. & Hiſt. Tom. IX. pag. 144. Vid. & Barth. ad Stat. XII. Theb. 424. Burmannus.

78. *Erubuere genae.*] Ita vet. lib. itaque legendum, non autem, *Et rubuere.* Ciofan. *Et rubuere* meliores. & mox, *Ut ſolet à ventis*, non, *Utque ſolet ventis.* Heins.

78. *Totoque recanduit ore.*] In uno meo, *Totoque excanduit ore.* Quod maxime placet Br. *expalluit.* Ciofanus. *Totoque incanduit* volebat Francius, & ita unus Heinſii habet. *expalluit* plurimi libri. *repalluit* Sprotii codex, quod verbum non temere alibi reperias. ſed vulgata etiam haud temere repudianda lectio. vid. ad Remed. 734. Burmannus.

79. *Ut ſolet à ventis alimenta reſumere.*] In eodem meo, Bri. & uno Caeleſt. *Alimenta aſſumere.* Ciofan.

79. *Quaeque Parva ſubinducta latuit ſcintilla favilla Creſcere, & in veteres agitata reſurgere vires.*] Hoc idem dixit politiſſimus ſcriptor, Q. Curtius lib. VI. *Parva ſaepe ſcintilla contemptæ magnum excitavit incendium.* Et Seneca in Troad. 544.

Sic male relictus igne de magno cinis
Vires reſumit.

Horat. Epiſt. I. XVIII. 85.

Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.

Ciofanus. *Reſumere* hic multi, unde Heinſius, *hinc veteres a. reſumere vires.*

Creſcere; & in veteres agitata reſurgere vires:
Sic jam lentus amor, jam quem languere putares,
[Ut vidit juvenem, ſpecie praeſentis inarſit.]
Et caſu, ſolito formoſior Aeſone natus
Illâ luce fuit. poſſes ignoſcere amanti.
Spectat; & in vultu, veluti nunc denique viſo,
Lumina fixa tenet: nec ſe mortalia demens
Ora videre putat: nec ſe declinat ab illo.
Ut verò coepitque loqui, dextramque prehendit
Hoſpes, & auxilium ſubmiſſâ voce rogavit;
Promiſitque torum; lacrimis ait illa profuſis:
Quid faciam video: nec me ignorantia veri

Deci-

82. *Sic jam lenis.*] Lege ex veteribus libris: *Sic jam levis.* CIOFANUS. *Lentus* primus Reg. & tres alii. de quo ad Epiſt. Sapphûs & Remed. verſ. 768. *laetus* Genev. HEINS.

83. *Ut vidit juvenem, ſpecie praeſentis inarſit.*] Ex hoc quoque loco facile licet perſpicere ac cognoſcere, Jaſonem formoſum & pulchrum fuiſſe. De quo, praeter quae ſuprà adduximus, ita ipſe Naſo in perſona Medeae Ep. XII. 33.

Et vidi, & perii, nec notis ignibus arſi,
Ardet ut ad magnos pinea taeda Deos.
Et formoſus eras, & me mea fata trahebant,
Abſtulerant oculi lumina noſtra tui.

Et Chorus apud Senecam in Medea 75.

Vincit virgineus decor
Longè Cecropias nurus:
Et quas Taygeti jugis
Exercet juvenum modo,
Muris quod caret, opidum:
Et quas Aonius latex,
Alpheuſque ſacer lavat,
Cedent Aeſonio duci,
Si forma velit adſpici. CIOFANUS.

Hic verſus pro ſpurio ἐς κόραξας ablegandus. HEINSIUS. Neque mihi ſatis placet verſus; non enim recte dicitur ipſe amor *inardere ſpecie juvenis*, ſed deſiderari tamen alium, qui reſpondeat praecedenti, & ſenſum perficiat puto, & hunc fortè pro vero ſuppoſitum: nam non ſolet Noſter ita comparationes claudere, ut ſcintilla ſolet reſurgere in veteres iras, ita lentus amor; ſed addi deberet, ſic jam lentus amor & jam languere viſus, nova incrementa capere, vel ſimile quid. BURMANNUS.

84. *Caſu ſolito formoſior.*] *Subito* multi codices: quod non diſplicebat Heinſio ex illo Martial. Spect. 14 *O quantum in ſubitis caſibus ingenium.* & *ſubitum caſum*, Noſtrum etiam dicere novi lib. v. Triſt. 19. IV. Pont. III. 36. ſed implicitus ita eſſet ſenſus, & ambiguam faceret hic ſententiam. nam capi debet, *caſu fuit formoſior ſolito.* vid. ad lib. II. Amor. V. 42. *ſolito* autem Noſter centies hoc modo utitur, ita *uberius ſolito* lib. IX. 105. *ſolito velocius* XIV. 388. & alibi. BURM.

85. *Poſſes ignoſceere amanti.*] *Amori* Gronovius. *poſſis* unus. *ignoſci poſſet* duo. *ut amanti ignoſcere poſſes* unus Heinſii. ut ſimilis caeſura ſupr. 61. vid. ad lib. II. 744. IDEM.

86. *Veluti tum denique viſo.*] In uno meo, & uno Caeleſtino, *Tamquam tum denique viſo.* CIOFANUS. Ita omnes fere ſcripti. ſed Barberin. *veluti nunc denique.* quem ſecutus videtur Heinſius: & maxime placet. dictum autem pro *nunc primum.* ſic lib. III. 650. *tanquam modo denique fraudem ſenſerit.* ubi etiam *tunc denique* alii. forte, *nunc*, ut ſaepe hanc particulam in *tunc* mutaſſe notavimus ad Epiſt. XVIII. 95. & ſup. V. 210. & 471. *tanquam tum denique* quatuor. BURM.

88. *Nec ſe declinat.*] *Detorquet* & hic quidam. Vid. ad VI. 515. *demittit* unus Heinſii.

89. *Ut vero.*] *Ut vidit* Medic. tert. Cantab. & undecim alii cum Gron. *utque viro, coepitque* idem pro var. lect. & Vatic. & Medic.

90. *Et auxilium ſummiſſa voce rogavit.*] De hoc in Epiſtola ad Jaſonem XII. 2.

Ars mea, cum peteres, ut tibi ferret opem.

Et Ÿs. 65.

Orat opem Minyis, petit altera, & altera habebit,
Aeſonio juveni, quod rogat ille, damus.

Et ipſa, apud Valerium Flaccum VII. 385.

Ipſe rogat certe, meque ipſe implorat Iaſon.

CIOFANUS. Regius hic *ſubmiſſa voce* capit, pro ſuppreſſa, ne ab aliis quae dicebat perciperentur. perperam: eo enim ſenſu Latine dici *ſubmiſſa voce* recte negavit Sylvius ad Cicer. pro Sulla cap. 10. ſed *ſuppreſſa voce* dicendum eſſet. *ſubmiſſa* vero voce eſt, ſupplici, precanti. Noſt. IV. Pont. III. 41.

Quid

Decipiet, ſed amor. ſervabere munere noſtro:
Servatus promiſſa dato. per ſacra triformis
Ille Deae, lucoque foret quod numen in illo,
Perque patrem ſoceri cernentem cuncta futuri,
Eventusque ſuos, per tanta pericula jurat.
Creditus, accepit cantatas protinus herbas,
Edidicitque uſum; laetusque in caſtra receſſit.
Poſtera depulerat ſtellas Aurora micantes:
Conveniunt populi ſacrum Mavortis in arvum;
Conſiſtuntque jugis. medio Rex ipſe reſedit
Agmine purpureus, ſceptroque inſignis eburno.
Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant

Aeri-

Quid fuerat Magno majus? tamen ille rogavit
Submiſſa fugiens voce clientis opem.

Stat. II. Achil. 193.

Tunc acer Ullyſſes
Admotus lateri ſubmiſſa voce.

Cicer. Orator. 23. *ſubmiſſus eſt & humilis.* Et 17. *Volet igitur, qui eloquentiae principatum petet, & contenta voce atrociter dicere, & ſummiſſa leniter.* Sic *tendere ſubmiſſas manus* Epiſt. XX. 75. Burmannus.

92. *Quid faciam video.*] *Quid faciam en video* Mediceus unus.

94. *Servata promiſſa dato.*] Ita ineptiſſimè legitur in quibuſdam typis excuſis. Tu vero lege, ut eſt in Maffejanis, & aliis optimis libris ſcriptis, *Servatus promiſſa dato.* Quam lectionem habet & Aldinus. nam de Jaſone eſt intelligendum. Ciofanus.

96. *Cernentem.*] In Baſileenſi uno & Palatino uno erat, *ſervantem*, ut & Gebhardus teſtatur lib. III. Crepund. 15. & certe niſi jam bis illud verbum praeceſſiſſet, recipere auderem: eruditius enim eſt, quam ut rudi librario in mentem veniret. lib. I. Metam. 627.

Cetera ſervabant, atque in ſtatione manebant,

Et 684.

Vincere arundinibus ſervantia lumina tentat.

Burmannus.

97. *Et tanta pericula.*] *Per tanta* primus Gronov. tert. Medic. & tres alii, & deinde *recedit* pro *receſſit* cum iiſdem & optimo Thuan. Heinsius. De repetitione praepoſitionis *per* vid. ad lib. I. Art. 96.

98. *Creditus, accepit.*] In Dominic. *Credulus. Creditus* hoc loco, modo ita ſit legendum, interpretare fidem habens. quamquam *Credulus* non prorſus mihi diſplicet. Ciofanus. *Creditus* hic eſt cum Jaſoni fides eſſet habita a Medea, ita apud Virgil. II. Aen. 246.

Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora Dei juſſu, non umquam credita Teucris.

Ubi Servius dubium eſſe dicit, an *credita Caſſandra*, an *credita ora* debeant intelligi. nonnulli codices hic habent, *creditur.* etiam non male: Terent. Adel. III. V.

Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt.

Quinctil. VIII. Inſt. Or. 6. circa finem, ubi de Hyperbole; quam *mentiri docet, ſed non ita ut mendacio fallere velit. Quo magis intuendum eſt, quo uſque deceat extollere, quod nobis non creditur.* Burmannus.

99. *In tecta receſſit.*] In quae vero *tecta*? an jam advena Jaſon ſedes in Colchide habebat? Lovanienſis codex hic *caſtra* habet, nec dubito quin vera haec ſit lectio. eleganter ita vocat locum, ubi in ſtatione erat navis Argo: & ita conveniet Noſtro cum Apollonio Rhodio lib. III. 1146.

ἦτοι Ἰήσων
Εἰς ἑτάρους καὶ νῆα κεχάρμενος ὧρτο νέεσθαι.

Et ita *caſtra* explicuimus Epiſt. VI. 52.

Hoſpita feminea pellere caſtra manu.

Et plura exempla dabit Paſſeratius ad Propertii lib. III. eleg. VIII. pag. 279. facilis vero lapſus, quia librarii ſaepe voces has, *tecta* & *caſtra* confudere. Vide III. Amor. IX. 14. Burm.

101. *Sacrum Mavortis in arvum.*] In ſacrum Martis lucum. In illo namque vellus aureum ſuper phago arbore collocatum à pervigili dracone ſervabatur. Regius. Falſus eſt hoc loco Regius, qui *arvum* & *lucum* pro eodem accipit. Non enim in luco Martis, ſed in campo, ſive arvo ejus dei, ſub jugum tauri miſſi, & dentes ſerpentis ſeminati fuere. Ita enim & Apollonius vocat, ubi ait lib. III. 1268. ῥίμφα μαλ' ἐς πεδίον τὸ Ἀρήϊον ὑπείγοντο. *Lucus* autem Martis, in quo vellus aureum ſervabatur, alio loco, & ab urbe Colchorum aliquantum remotiore, fuit. Quare etiam navi ad eum tranſiiſſe Jaſonem idem poëta dicit his verſibus lib. IV. 100.

Aeripedes tauri: tactaeque vaporibus herbae
Ardent. utque solent pleni resonare camini,
Aut ubi terrenâ silices fornace soluti
Concipiunt ignem liquidarum adspergine aquarum:
Pectora sic intus clausas volventia flammas,
Gutturaque usta sonant. tamen illis Aesone natus
Obvius it. vertêre truces venientis ad ora
Terribiles vultus, praefixaque cornua ferro;
Pulvereumque solum pede pulsavere bisulco;
Fumificisque locum mugitibus implevere.

Diri-

Η' δέ σφιν ἐς ἱερὸν ἅλσος ἀνώγει
Νῆα θοὴν ἐλάαν αὐτοσχεδὸν, ὄφρ' ἔτι νύκτωρ
Κῶας ἑλόντες ἄγοιντο παρὲκ νόον Αἰήταο.

Et rursum ỳs. 162:

Ενθάδ' ὁ μὲν χρύσειον ἀπὸ δρυὸς αἴνυτο κῶας,
Κούρης κεκλομένης ἡ δ' ἐμπεδὸν ἐσηκνῖτα
Φαρμάκῳ ἔψηχεν ὑηρὸς κάρη, εἴσακε δή μιν
Αὐτὸς ἓὴν 'ἐπὶ νῆα πάλιν τροπάασθαι Ιήσων
Η''νωγεν, λεῖπεν δὲ πολύσκιον ἄλσος Ἄρηος.

Quo loco & illud obiter notandum, δρῦν generaliter accipi pro arbore. Nam alibi eandem arborem, in qua vellus servabatur, fagum vocat, ut!

Φηγὸν ἀπειρεσίην διζημένῳ, ἣ 'ἐπὶ κῶας
Βέβλητο, νεφέλῃ 'ἐναλίγκιον, &c.

Porrò & illud admonendum eodem hoc loco videtur, vellus, de quo hîc dicitur, quod vulgò aureum fuisse fertur, à quibusdam non aureum, sed aurei sive purpurei coloris fuisse dici. Simonides etiam purpuris, sive conchyliis, quae in mari nascuntur, tinctam tradit. Ut quidem in commentariis Euripidis in Medeam annotatur. Micyllus. In uno meo, *in agrum*. Ciofan. Codices hic variant. sex etiam *agrum* habent: duo, *antrum*. tres, *aurum*. unus, *durum Mavortis in arvum*. alius, *magnum*.

102. *Medio rex ipse resedit.*] In eodem meo, & eodem Caelest. *Rex ipse sedebat*. Ciofanus. Et ita multi codices. *consiliterantque simul* Oxon.

103. *Sceptroque insignis eburno.*] *Innixus* in nonnullis veterum. ut lib. I. 178.

Celsior ipse loco, sceptroque innixus eburno.
Heins. Ita & inf. 507

Aeacus in capulo sceptri nitente sinistra.

104. *Adamanteis.*] *Adamantinis* Lovan. & Sprotii.

105. *Aeripedes.*] Aere pedes armatos habentes. Regius. Apollonius non aere armatos sive indutos, sed totos aereos pedes habuisse dicit, à Vulcano factos; praeterea & ora ex aere facta, quas Ovidius adamantinas nares dicit. Apoll. versus sunt lib. III. 228.

Τοῖ' αὖ 'ἐνὶ μεγάροισι Κυταιέος Αἰήταο
Τεχνήεις Η''φαιστος 'ἐμήσατο θέσκελα ἔργα.
Καὶ οἱ χαλκόποδας ταύρους κάμε, χαλκέα δὲ σφέων
Η''νσόματ', 'ἐκ δὲ πυρὸς δεινὸν σέλας ἀμπνείεσκον,
Πρὸς δὲ καὶ αὐτόγυον σιβαροῦ 'αδάμαντος ἄροτρον
'Ηλασεν, ἠελίῳ τίνων χάριν, ὃς ἑά μιν ἵπποις
Δέξατο Φλεγραίῃ κεκμηκότα δηϊοτῆτι. Micyll.

Vide ad Epist. VI. 32.

106. *Ardent.*] *Arent* malim. Vide notas ad lib. VIII. ỳs. 289. Heins.

107. *Terrena.*] Admodum suspecta mihi haec vox, qua Ovidius fere uti solet pro *subterraneo*. quare conjici posset, hic *Tyrrhena fornace* legendum esse; quas voces apud Claudianum lib. III. de Laud. Stil. 360. confusas in MSS. reperi.

——— *Terrenaque Nereus*
Confert monstra suis.

Ubi MSS. quidam, *Tyrrhena*, quamquam perperam in illo loco. &, ut in Etruria multae erant figulinae, ita verosimile est & calcem ibi coctam fuisse. Calcem vero postquam arserit in fornace, aquis accendi, ut mirum notat Plinius lib. XXXVI. 23. nihil tamen movere hic audeo, quia Priscian. lib. v. pag. 655. *Terrena* citat. & *terrena fornax* potest esse ex lateribus coctis constructa. Burmannus.

114. *Impleverunt.*] XV codices, *implevere*. praecessit, *pulsavere*. ita lib. I. 121. & III. 315. inf. 496. MSS. & alibi centies. Idem.

115. *Diriguere metu Minyae: subit ille, nec ignes Sensit anhelatos.*] Sic in veteribus, praeterquam quod non *ignes*, sed *illos*, aut *ullos sensit anhelatos*, aut, *anhelatus*, aut *anhelantes*. varia enim sunt in hoc exemplaria. sed nos *ignes* legendum putavimus, ut & Ovidius Epist. XII. 15.

Isset anhelatos non praemedicatus in ignes.

Naugerius. Sic legitur in impressis quibusdam, sed perperam. In uno meo, Caelest. & Dominic. *Diriguere metu subito Minyae, ille nec ullos Sensit anhelatus*. In ambobus Maffei, *Anhelantes*. In altero meo antiquiore, & Vaticanis, *Ille nec illos Sensit anhelatus*: in reliquis cum aliis antiquis conveniunt,

Dirigere metu Minyae. ſubit ille; nec ignes
Sentit anhelatos, (tantum medicamina poſſunt)
Pendulaque audaci mulcet palearia dextrâ:
Suppoſitosque jugo pondus grave cogit aratri
Ducere, & inſuetum ferro proſcindere campum.
Mirantur Colchi: Minyae clamoribus implent,
Adjiciuntque animos. galeâ tum ſumit aënâ
Vipereos dentes; & aratos ſpargit in agros.
Semina mollit humus, valido praetincta veneno:
Et creſcunt, fiuntque fati nova corpora dentes.

Utque

niunt. Atque ita verſus, ex inſulſo & depravato integer, ut reor, reſtitutus eſt. Ciofanus. Fruſtra plurimi veterum, *illos anhelatus*, vel *illos anhelantes*. Noſter Epiſtola Medeae, 15. ut jam vidit Naugerius:

Iſſet anhelatos non praemedicatus in ignes
Immemor Aeſonides.

Lib. IV. Faſt. de Aetna 580.

Cujus anhelatis ignibus ardet humus.

Sic & *anhelatae flammae* Auſonio in Moſell. 339. Praeterea *ſentit* legendum cum nonnullis. Heinsius

119. *Et inſuetum ferro proſcindere campum.*] Ita Lucilius lib. XXX. citat Nonius:

Tunc jugo jungas me ante, & ſuccedere aratro
Invitum, & glebas ſubigas proſcindere ferro.

Ciofanus. *Praeſcindere* Medic. tert. & novem alii.

120. *Minyae clamoribus augent.*] *Implent* prim. Reg. tert. Mediceus, & quinque alii. recte. nebis idem dicat. *implere* pro hortari. appoſite apud Virg. lib. VII. 474.

Turnus Rutulos animis audacibus implet.

Silius libro I. 105.

Attollitque animos hortando & talibus implet.

Lib. V. 150.

Nunc hos nunc illos adit atque hortatibus implet.

Lib. VIII. 29.

—— *blandis hortatibus implet.*

Val. Flaccus lib. IV. 81.

—— *defert celeranda parentis*
Imperia, atque alacrem laetis hortatibus implet.

Et libro II. 126.

Hanc ſuperincendit Venus, atque his vocibus implet.

Statius Theb. X. 35.

—— *ſic ille truces hortatibus implet*
Labdacidas.

Paulo aliter ſumitur apud Virgilium lib. XI. 896.

—— *Turnum in ſilvis ſaeviſſimus implet.*
Nuncius.

Idem Statius lib. VII. 492.

—— *venit attonitae Cadmeïus heros*
Obvius, & raptam lacrymis gaudentibus implet.

Sic *Muneribus deos implere* infra hoc ipſo libro. Epicedio Druſi 23.

Gradivumque patrem donis implere parabas.

Val. Flaccus lib. II. 167.

—— *tum voce deos, tum queſtibus implent.*

Et *implere ſpes, vota* & ſimilia. Heins. Vid. ad lib. V. 547.

121. *Adjiciuntque animos.*] Terentius in Heautont. *Niſi mihi quidem addit animum.* Plautus in Amphit. *Perduelles penetrant ſe in fugam, ubi noſtris animus additus.* Cic. ad Attic. lib. VII. Epiſt. II. *Libros* (de Repub.) *tu laudando animos mihi addidiſti.* Ciofanus.

122. *Vipereos dentes.*] Serpentis illius, quem in tertio Poëta narravit à Cadmo fuiſſe interfectum: nam ut Pherecydes narrat, pars illorum dentium à Marte & Pallade Cadmo tradita fuit, altera Aeetae Regi Colchorum. ut ante diximus, Regius. Appollonius lib. III. 1175.

Πόρε δέ σφιν ἰοῦσιν
Κρείων Αἰήτης χαλεποὺς ἐς ἄεθλον ὀδόντας
Αἰονίοιο δράκοντος· ὃν ὠγυγίῃ ἐνὶ Θήβῃ
Κάδμος, ὁτ' Εὐρώπην διζήμενος εἰσαφίκανε
Πέφνεν ἀρητιάδῃ κρήνῃ ἐπιούρου ἔοντα·
Τοὺς δὲ θεὰ Τριτωνὶς ὑπ' ἐκ γενύων ἐλάσασα
Αἰήτῃ πόρε δῶρον ὁμῶς αὐτῷ τε φονῆι. Micyll.

Vid. Hygin. fab. 151.

123. *Semina mollit humus.*] In uno meo legitur non *Mollit*, ſed *Tollit*. Cior.

123. *Valido.*] *Gelido* alter Regius. *calido* Cantabrig. & Leidenſis unus. *madido* Junii. *nigro* Baſil. ſed nihil muto. mox 137. *neve parum valeant a ſe data gramina.* ita & inf. IX. 132.

Calido velamina tincta cruore.

Ubi alii codices, *valido.* ut mox 262. *Validum medicamen.* & 316. *validi ſucci.* & ita alibi. *pollentes herbas* dixit. plura ad Val. Fl. VII. 365. dabimus. Burm.

123. *Praeuncta veneno.*] Lego, *praetincta*. Constant. Fanens. *Praecincta* erat in uno Regio & uno Gronov.

124. *Et creſcunt, fiuntque fati nova corpora dentes.*] De toto hoc, quod ad aureum vellus auferendum pertinuiſſe ſcribit, ita Epiſt. VI. II.

Utque hominis ſpeciem maternâ ſumit in alvo,
Perque ſuos intus numeros componitur infans;
Nec niſi maturus communes exit in auras:
Sic ubi viſceribus gravidae telluris imago
Effecta eſt hominis, foeto conſurgit in arvo:
Quodque magis mirum, ſimul edita concutit arma.
Quos ubi viderunt praeacutae cuſpidis haſtas
In caput Haemonii juvenis torquere paratos;
Demiſere metu vultumque animumque Pelasgi.
Ipſa quoque extimuit, quae tutum fecerat illum:
Utque peti juvenem tot vidit ab hoſtibus unum,
Palluit; & ſubito ſine ſanguine frigida ſedit.
Neve parum valeant à ſe data gramina, carmen
Auxiliare canit, ſecretasque advocat artes.
Ille, gravem medios ſilicem jaculatus in hoſtes,
A ſe depulſum Martem convertit in ipſos.

Ter-

Seminibus jactis ſegetes adoleſſe virorum;
Inque necem dextra non eguiſſe tua.
Pervigilem ſpolium pecudis ſervaſſe draconem;
Rapta tamen forti vellera fulva manu. &c.

Et Epiſt. XII. 15.

Iſſet anhelatos non praemedicatus in ignes
Immemor Aeſonides, oraque adunca boum.
Semina jeciſſet, totidem ſumpſiſſet & hoſtes,
Ut caderet cultu cultor ab ipſe ſuo. &c.

CIOFANUS.

126. *Perque ſuos intus numeros.*] *Perque ſuos artus numero* Oxon. & fragm. Boxh. vid. ad lib. I. 428. Lucan. lib. I. 562.

Monſtroſique hominum partus numeroque modoque
Membrorum.

Sic & cape in Catal. Pithoei. pag. 141.

Corpore in exiguo res numeroſa fui.

Et Claudian. praefat. lib. II. de Rapt. Proſerp. 39.

Tergeminique ducis numeroſos dejicis artus.

BURMANNUS.

129. *Effecta eſt hominis.*] In uno meo, & uno Vatic. *Perfecta.* CIOFANUS. Ita & excerpta Moreti. ſed male: *effecta* enim dicuntur, quae quaſi artificis manu perfecta ſunt & elaborata. Quintil. XII. 10. *Phidias diis quam hominibus efficiendis melior artifex traditur.* Dict. Cret. IV. 14. *addiderat etiam vitem quamdam auro effectam.* Lactant. arg. fab. II. libri VI. *& humerus, qui defuerat, ex ebore effectus eſt.* ubi male Barthius, *ſuffectus.* Plura dabit Gronovius ad Statii VI. Theb. 243. Vid. & ad Quintiliani d. l. & ad lib. V. cap. 12. BURMANNUS.

129. *Foeto in arvo.*] *Foetum conſurgit in arvum* unus Heinſii.

130. *Concutit arma.*] *Contulit* Leid. *concitat* unus Gronov.

131. *Peracutae cuſpidis haſtas.*] *Praeacutae* ex ſcriptis pleriſque. ſic *praeacutae ſudes* Salluſtio apud Servium, & Ammiano lib. XVIII. *praeuſtae ſudes* Virgilio. *equeſtris ſpatha praeacuta* Apulejo Mileſ. & libro V. *novacula praeacuta.* & libro VI. *ſilices praeacutae.* & lib. VIII. *ſudes praeacutae.* IX. *gelu praeacuta fruſta:* familiaris quoque vox Plinio in Naturali Hiſtoria. HEINSIUS.

132. *Parantes.*] *Paratos* Mediceus rectius. proprium enim hoc de milite. vide ad Petron. CXXX. & Graev. ad Cicer. III. Catilin. 7. Virg. IX. 158.

Pugnam ſperate parati.

Torquere per aures. MSS. Berſman. Francius malebat *paventes.* BURMANNUS.

133. *Demiſere.*] *Dimiſere* plurimi ſcripti. *dimiſere metum* Oxon. unde Heinſius olim, *diviſere metum vultuque animoque Pelasgi.* ut lib. III. 381. *ſubmiſere* Ambroſianus. *vultuſque animoſque* Mediceus & tres alii.

134. *Ipſa quoque extimuit, quae tutum fecerat illum.*] De hoc ita Ep. XII. 97.

Ipſa ego, quae dederam medicamina, pallida ſedi,
Cum vidi ſubitos arma tenere viros.
Terrigenae pereunt per mutua vulnera fratres.

Et:

Donec terrigenae (facinus miſerabile) fratres
In ſe conſtrictas conſeruere manus.

Medea ipſa, apud Senecam: *Cum juſſu meo Terrigena miles mutua caede occidit.* CIOF.

138. *Advocat artes.*] *Adjicit* quidam. ut VI. 214. alii, *addidit, admovet, adjuvat.* ego nihil muto.

143. *Victo-*

Terrigenae pereunt per mutua vulnera fratres;
Civilique cadunt acie. gratantur Achivi:
Victoremque tenent; avidisque amplexibus haerent.
Tu quoque victorem complecti, barbara, velles;
Obstitit incepto pudor: & complexa fuisses;
Sed te, ne faceres, tenuit reverentia famae.
Quod licet, adfectu tacito laetaris: agisque
Carminibus grates, & Dîs auctoribus horum.
Pervigilem superest herbis sopire draconem;
Qui cristâ linguisque tribus praesignis, & uncis
Dentibus horrendus, custos erat arietis aurei.
Hunc postquam sparsit Lethaei gramine succi;
Verbaque ter dixit placidos facientia somnos,
Quae mare turbatum, quae concita flumina sistant;
Somnus in ignotos oculos subrepit: & auro
Heros Aesonius potitur: spolioque superbus,

Muneris

143. *Victoremque tenent.*] Adludit ad Formulam, *teneo te*, de qua nos ad Petron. CXL. & Gronov. ad Senec. Herc. fur. 623. ita supr. 66. *Nempe tenens quod amo.* conjungit vero eleganter cum amplexibus, ut Epist. XVI. 214. *Te tenet, amplexu perfruiturque tuo.* Justin. XXIII. 2. *Discedentes parvuli flebili ululatu amplexi patrem tenebant.* Burmann.

145. *Obstitit incepto pudor: at complexa fuisses.*] Etiam hunc versum meo tolle periculo. Heinsius. Posset ferri, sed cum antiquis editionibus legerem:

Obstitit incepto pudor. Et complexa fuisses,
Sed te, &c.

149. *Pervigilem draconem.*] Sic Epist. XII. 101.

Pervigil ecce draco squamis crepitantibus horrens
Sibilat, & toto corpore verrit humum.

Apollonius lib. IV. 145. sic hac de re scribit:

Τοῖο δ' ἐλισσομένοιο κατόμματον εἴσατο κούρη,
Ὕπνον ἀοσσηςῆρα, θεῶν ὕπατον, καλέουσα
Ἡδείῃ ἐνοπῇ θέλξαι τέρας.

Hujus (serpentis) *autem rotantis in oculos infudit virgo* (Medea) *somnum opitulatorem; Deorum supremum invocans suavi voce sopire monstrum.* Ciofanus.

150. *Custos erat arboris aureae.*] Synaeresis. Sic & Ep. VI. 49.

Non erat hic aries villo spectabilis aureo:
Non senis Aeetae regia Lemnos erat.

Ex hisce versibus manifeste apparet, potius esse Synaeresin, vel Synizesin, quam versum hypermetrum. Ciof. Nescio an rectè dicatur *arbor aurea*, quod aureum vellus ferat. in altero Hamburgensi pro diversa lectione, *arietis auri*, cum glossa, *celeusmaticus pro dactylo.* Scribe, *arietis aurei.* Epistola XII. 201.

Aureus ille aries villo spectabilis aureo.

Ita passim Latinis aries Pelopeus dictus: κριὸς χρυσόμαλλος Graecis. est autem προκελευσματικὸς, quo pede nihil usitatius, maxime apud Virgilium. qui pari modo τὸ *abiete*, *ariete*, *abietibus*, *arietat*, & similia solet contrahere. Vide quae notamus lib. IV. vers. 221. certe in Norico, qui inter meliores est,

—— *custos erat velleris aurei.*

Apposite & pari licentia apud Senecam Medea, 471.

Adice expetita spolia Phryxei arietis
Somnoque jussum lumina ignota dare
Insomne monstrum.

Festus Avienus Descriptione Terrae, 227.

Altera se cautes similis procul arietis ori
Exerit.

Priscianus periegesi,

Arietis hanc rupem simulantem vertice frontem,
Pro merito Graji Criu dixere metopon. Heins.

152. *Gramine succi.*] *Carmine* plurimi libri. mox, *gravidos somnos* ex Palatinis faciebat Gebhard. III. Crep. 19.

154. *Flumina sistunt.*] *Sistant* ex octo libris. Heinsius. *Flamina* Sprotii liber.

155. *Somnus in ignotos oculos advenit.*] Omnes libri scripti & Aldinus, *Oculos ubi venit.* Ciofan. Interrupta oratio. ab uno Mediceo τὸ *ubi* abest. Editio Gryphii, *advenit.* unus Moreti, *nunc venit.* alius, *huic venit.* unus Vossianus, *sibi venit.* Scribe,

Somnus in ignotos oculos subrepit.

Vel

Muneris auctorem ſecum, ſpolia altera, portans,
Victor Iolciacos tetigit cum conjuge portus.

Fab. II. Argumentum.

Aeſon ex ſene in Juvenem.

Jaſon poſtquam [a] *Medeam* [b] *abductam à parentibus in Graeciam duxit, & promiſſo ſibi conjugio copulavit;* [c] *multis rebus expertus* [d] *ingenium ejus,* [e] *petiit ut parentem ſuum*

Vel, *obrepit.* Statius lib. I. Sylvar. IV. 57.

——— *feſſos penitus ſubrepit in artus*
Inſidioſa quies.

Horat. Arte Poëtica 360.

Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

Ubi ſcribendum, *operi longo.* Statio Theb. VIII. 217.

——— *facilis lacrymis irrepere ſomnus.*

Et Theb. I. 339.

——— *jam ſomnus avaris*
Irrepit curis.

Ita enim ex membranis ſcribendum, vel *ſurrepit*, quod eſt in aliis. vulgati, *Inſerpit.* Paullinus natali ſexto Felicis:

Quid mihi ſopito tam denſum irrepere ſomnum
Paſſus es?

Seneca Troad. 441.

Breviſque feſſis ſomnus obrepſit genis.

Noſter Faſt. III. 19. quae illic vera lectio,

Blanda quies furtim victis obrepit ocellis.

Non, *victos oppreſſit ocellos. ſubit lumina victa ſopor* Epiſtola Herûs. *verguntur lumina ſomno* apud Valerium Flaccum lib. VIII. verſ. 65.

——— *an lumina ſomno*
Vergitur, & domitum potius tibi tradimus anguem!

Ita ſcribo. perperam nunc *Mergitur* in vulgatis exſtat exemplaribus. Elegans Graeciſmus & familiaris Valerio. ſic *declinari ſomno oculi* Propertio dicuntur libro II. Eleg. I.

Seu cum poſcentes ſomnus declinat ocellos.

Ubi tamen *poſcentes ſomnum* cum ſcriptis malim. ut apud Noſtrum lib. II. Faſt. 791.

Functus erat dapibus: poſcunt ſua tempora ſomnum.

Idem Propert. lib. IV. Eleg. VII. *inclinare oculos.*

At mihi non oculos quiſquam inclinavit euntes.

Ubi *hiantes oculos* opinor reponendum eſſe, quo verbo ſaepe utitur Propertius. ſic, *hiantem calamum*, & *hiantes flores*, & *morſus hiantes* alibi. perperam Scaliger, *inclamavit. dulci declinare lumina ſomno* apud Maronem Aeneid. IV. 184. *Declinare genas* Statius Theb. VIII. 653. *Marcentes oculos ad ſoporem demittere* Apulejus Met. IV. non *dimittere. demittit lumina ſomnus* Statius Theb. VII. 463. *ſubmittere* Noſter Amor. lib. III. Eleg. V.

Nox erat & ſomnus laſſos ſubmiſit ocellos.

Oculos ſupinat ſomnus apud Dracontium Hexameron. Malim etiam, *at auro potitur*, pro &. Heins. Nullum dubium eſt, quin eleganter ſomnus *repere, obrepere, ſubrepere*, &c. dicatur. ſed contra ſcriptos codices talia obtrudere periculoſum puto. cum & recte *venire* ſomnus dicatur; ut etiam *abire* poſtea Ys. 643. & IX. 471. *diſcedere* XV. 25. *redire ſomnus* IX. 479. in Francofurtenſi erat *devenit*, non male: pro *ignotos, immotos* Lovanienſ. nihil muta. *ignoti* oculi erant ſomno, qui raro ad inſomnem veniebat. ut contra *ignotum ſomnum inſomni monſtro* de hoc eodem Dracone dixit Senec. Med. 472. Burmannus.

156. *Heros Aeſonius.*] In uno Vatic. *Heros Haemonius.* Ciofan.

156. *Spolioque ſuperbus.*] In uno meo, *Spolioque ſuperbit.* Idem.

158. *Colchiacos portus.*] Sic quidem ferè legitur, ſicque legendum eſſe ego quoque olim contendi: nunc cum in vetuſto exemplari animadverterim, *Iolciacos* ſcriptum eſſe, facile in eam ſum adductus opinionem, ut ſentiam, *Colchiacos* in *Iolciacos* eſſe commutandum. Eſt enim *Iolcos* (quae & *Ioolcos* dicitur ab Homero) urbs Theſſaliae Iaſonis patria ab Iolco Amyri filio dicta: ut Stephanus de Urbibus ſcribit. Unde *Iolcius* & *Iolciacus* declinatur. Tametſi is, qui hoc egregium opus è Latina in Graecam linguam tranſtulit, *Cecropias turres* legat, hoc eſt, κεκροπίους πύργους, ſed & ipſe in depravatum inciderat exemplar. De Iolco autem meminit & Seneca, *An maris vaſti domitrix Iolcos.* Regius. Teſtatur hoc loco Regius ita (*Victor Iolciacos*) legi hunc verſum in vetuſto exemplari. Quod verum fuiſſe non puto. Illud potius crederem, eum, conjectura fretum, ut ita legeret, in hanc veniſſe opinionem. Ego enim hoc loco ſcriptos omnes libros diligenter inſpexi, in quorum nullo eſt lectio, quam Regius ſe inveniſſe affirmat. Itaque in pleriſque erat: *Victor Cecropios tetigit*, & reliqua. In uno meo apertè legitur:

Victor ad Haemonios intrat cum conjuge portus.

In uno Vatican.

Haemonios victor tetigit cum conjuge portus.

Quae quidem lectio illam libri mei non parum ad-

ſuum Aeſonem [f] *ſenectute eliſum in adoleſcentiam* [g] *reduceret.* [h] *At illa, nondum amore depoſito, quem* [i] *ex ejus juventute ceperat, nihil* [k] *denegando ei, ahenum conſtituit, herbarumque genera, quarum* [l] *ſcientiam habebat, variis regionibus quaeſita incoquens, poſtquam animadvertit ſtipitem, quo verſabat herbas, in arborem oleam,* [m] *oneratam baccis, eſſe* [n] *converſum,* [o] *quae deſpumata aheno in terram deciderant, in herbam laetiſſimam eſſe converſa,* [p] *maturatum tempus exiſtimans, Aeſonem interemptum madentibus herbis immiſcuit: & ut promiſerat conjugi,* [q] *ex ſenectute* [r] *in priſtinum vigorem* [s] *videtur perduxiſſe.*

Hae-

adjuvat, ac fulcit. Quam hic Noſter hac de re loquens Epiſt. VI. 23. etiam confirmat:

Nuper ab Haemoniis hoſpes mihi Theſſalus oris
Venerat, & tactum vix bene limen erat.

Et rurſus multo magis Epiſt. XII. 125.

Soſpes ad Haemonias, victorque reverteris urbes,
Ponitur ad patrios aurea lana Deos.

Per portus *Haemonios* intelligere atque accipere debemus Theſſalos. In Theſſalia enim, ut notum eſſe opinor, erat Jaſonis patria. Quare paullo ſuperius vocavit eum Poëta, *juvenem Haemonium:* atque alibi quoque, *maritum Haemonium.* Valerius praeterea Flaccus *Haemonium ducem* dixit. Atque eodem modo Achillem, alioſque, qui è Theſſalia oriundi ſunt. Si quis tamen mallet, ut eſt in libro Vaticano, non magnopere pugnabo. Lectionem libri mei probavit is, cujus famam nulla umquam delebit oblivio, optimus ac clariſſimus vir, Paullus Manutius. Cujus ex obitu Romae anno ∞ D. LXXIV. oct. Id. Aprilis ſub horam vigeſimam, magnam Latinus ſermo accepit jacturam. Is in Epiſtola, quam, cum ab eo hoc cognoſcere averem, ad me miſit, ita ſcribit. Eſtque ita in manibus.

P. MANUTIUS HERCULI CIOFANO S.

Non poſſum non amare vehementer induſtriam tuam, qua te uti video in emendando gentili tuo, poëta ſummo. Perge, ut coepiſti. nam & gloriae tuae conſules, & alios ad eandem laudem excitabis. *Victor ad Haemonios*, magis arridet, quam, *Victor Iolciacos:* accedente praeſertim antiqui libri teſtimonio. Regius autem, inania captans, veritatem quaerebat in tenebris. Tu longè certiora ſequeris. Itaque tibi libenter aſſentior. Vale. Roma XIII. Kal. Apr. ∞ D. LXIX. Ciofanus. Libri magna ex parte, *Colchiacos, Cecropios, Theſſalicos, ad Haemonios.* fruſtra. Scribe, *Iolciacos portus.* Graecis enim eſt Ἰωλκὸς, non Ἴωλχος, portus Theſſaliae, unde Jaſonem cum Argonautis ſolviſſe teſtis Pindarus Pyth. Od. IV. hinc Senecae in Troad. 819. *maris vaſti domitrix Iolcos* dicta. apud Propertium II. 1. 56. eadem vox corrupta,

Colchis Colchiacis urit aëna focis.

Ubi *Iolciacis* legendum, cum ad Aeſonis recocti fabulam alludat, quod video magnum Scaligerum quoque jam vidiſſe. apud Martialem quoque lib. XII. Ep. LVII. legendum aliquando arbitratus ſum:

Cum ſecta Iolco luna vapulat rhombo.

Non *Colcho.* nam lib. IX. Ep. XXX. *Theſſalicum rhombum* dixerat. apud Virgilium in Ciri, *Iolciacis animum figere votis.* apud Horat. denique vera lectio eſt Epod. V. quam codices caſtigatiſſimi adſtruunt:

Herbaſque quas Iolcos atque Iberia
Mittit venenorum ferax.

Perperam nuperae editiones, *Colchos.* Sed ad rem. Dictys Cretenſis lib. II. 26. *Quid Medeam ignoratiſne à Colchis in Iolcorum fines transvectari.* Heſiodus Theogon. 997.

Τοῦς τελέσας ἐς Ἰωλκὸν ἀφίκετο, πόλλα μόγησας,
Ὠκείης ἐπὶ νηὸς ἄγων ἐλικώπιδα κούρην,
Αἰσονίδης, καὶ μιν βαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν.

Heinsius.

158. *Tetigit.*] *Tenuit* Gronov. & quatuor alii. vid. ad lib. III. 2. & III. Faſt. 219.

[a] *Medeam.*] *Medean* Colon.

[b] *Abductam à parentibus.*] *Adductam parentibus* Parm. *abductam parentibus* Lugd. Micyll. *abductam in Graeciam* Raener. Heinſ. *poſtquam à parentibus ſubductam in Gr. duxiſſet, promiſſo conjugio ſibi eam copulavit* Colon.

[c] *Multis.*] *Multiſque in rebus* Colon.

[d] *Ingenium ejus.*] *Ing. hujus* Parm. Lugd. Micyll. Colon.

[e] *Petiit ut.*] *Ut* deeſt Parm. Lugd. *petiit eam ut parentem* Colon. vid. ad Ovid. h. l. ℣s. 296.

[f] *Senectute eliſum.*] Hoc eſt confectum, fractum. Tertull. ad Scap. cap. 4. *Si autem contenditis ad elidendos nos, jam ergo innocentiam expugnatis.* Munckerus. *Confertum* Marg. Micyll. vid. Barth. X. adv. 8. *affectum* Colon.

[g] *Reduceret.*] *Perduceret* MS. Micyll. Et Veneta, quemadmodum in fine, *perduxiſſe videtur.* Fab. tamen III. habes, *Eaſque in adoleſcentiae vigorem reduceret.* Munck. *Perduceret* Parm. Lugd. Micyll.

[h] *At illa.*] *At illa nihil pro amore denegans, ahenum ut conſtituit* Colon.

[i] *Ex ejus juventute.*] *Ejus* omiſit Micyll. & Lugd.

[k] *Denegando.*] *Negando* omnes Edd. fere.

[l] *Scientiam habebat.*] *Scientiam armaturam habebat* Colon.

[m] *Oneratam.*] Ita malo cum Venet. & Micyll. quam *ornatam*. quod Raenerius dedit. Muncker. *Oneratam* Parm. Lugd. Colon.

[n] *Converſum.*] *Converſum & humum in circuitu, ubi exultans ſpuma deciderat, variis vernare herbis & floribus, maturum tempus exiſtimans* Colon.

[o] *Quae deſpumata.*] *Quae quoque ex deſpumato aheno in* &c. Raener. Heinſ.

Haemoniae matres pro gnatis dona receptis,
Grandaevique ferunt patres; congeſtaque flammâ
Tura liquefiunt, inductaque cornibus aurum
Victima vota cadit. ſed abeſt gratantibus Aeſon,
Jam propior leto, feſſuſque ſenilibus annis.
Cum ſic Aeſonides: O cui debere ſalutem
Confiteor, conjux, quamquam mihi cuncta dediſti
Exceſſitque fidem meritorum ſumma tuorum;
Si tamen hoc poſſunt: quid enim non carmina poſſint?
Deme meis annis; & demtos adde parenti.
Nec tenuit lacrimas. mota eſt pietate rogantis:
Diſſimilemque animum ſubiit Aeeta relictus.
Non tamen adfectus tales confeſſa, Quod, inquit,
Excidit ore pio, conjux, ſcelus? ergo ego cuiquam

Poſſe

p *Maturatum tempus.*] Sic & Veneta cum MS. ſed Micyll. & Veneta, *maturum.* Forte, *maturum jam.* Munckerus. *Maturatum* habet Parm. & Lugd. ſed ponunt hoc ordine, *maturatum tempus exiſtimans, quae deſpumata*, &c. *maturum* Raener. Heinſ.

q *Ex ſenectute.*] *A ſenectute* Colon.

r *In priſtinum vigorem.*] *In priſtinum rigorem ſive vigorem* Parm. Lugd.

s *Videtur perduxiſſe.*] *Perduxit* Raener. Colon. Micyll. Heinſ. *produxit* Colon.

159. *Haemoniae matres.*] Hic quoque locus ſatis etiam indicat, ut *Haemonios portus* legatur. Sed in uno libro meo, quod in prima editione teſtari excidit, legitur hic locus:

Victor ad Haemonios tetigit cum conjuge portus.

In altero item meo: *Victor Cecropios intrat, &c.* Ex his diverſis & non integris ſcripturis, ita ut in prima editione edidi, non magna mutatione facta, hunc locum reſtitui poſſe ſum opinatus. Vel ita:

Attigit Haemonios victor cum conjuge portus.

Lector, quod ſibi magis probabitur, ſequatur. Ciofanus.

159. *Pro natis.*] *Gnatis ἀρχαϊκῶς*, quatuor meliores Heins.

161. *Congeſtaque flammâ Tura liquefaciunt.*] Heroicis temporibus ture uſos non eſſe veteres in ſacrificio praeter alios auctores docet Arnobius adverſus Gentes. Sed Ovidius ad ſuae aetatis, quod frequentiſſime faciunt poëtae, conſuetudinem reſpexit. ſic & lib. I. hujus operis:

— *quis ſit laturus in aras Tura.*

Et in lib. III. Faſt. & Virg. lib. I. Aeneidos. Ciofanus. *Flammae* duo veteres. niſi pro *liquefaciunt* malis cum primo Regio & uno meo, *liquefiunt.* quomodo & duo Baſileenſes. eſt enim communis ſyllaba, qualis in *liquefaciunt.* Heins.

161. *Indutaque cornibus aurum.*] *Inductaque* meliores maxima ex parte. quod probum eſt. libro X. 27.

— *pandis inductae cornibus aurum*
Conciderant ictae niveâ cervice juvencae.

Ita & illic membranae veteres. Adi Notas Pont. lib. IV. Eleg. XII. Heins. Vid. ſupr. lib. IV. 408.

162. *Victima.*] Unde dicatur *Victima*, docet ipſe I. Faſt.

Victima, quae cecidit dextra victrice vocatur. Ciof.

162. *Vota facit.*] Imò *cadit* cum Berſmanni codice. primus Gronovianus, *Victima grata cadit.* Amor. lib. II. *pro reditu victima vota cadet.* Pont. IV. Eleg. IX.

Dum caderet juſſu victima ſacra tuo. Heins. I. Faſt. 388.

Nunc quoque pro nulla virgine cerva cadit.

Et ita millies.

162. *Sed abeſt gratantibus Aeſon.*] *Gratantibus?* hoc eſt, ab illis, qui Jaſonem ſoſpitem atque incolumem reverſum gratulabantur. Ciofan. *Gratatibus* unus Heinſii.

163. *Feſſuſque ſenilibus annis.*] Senio confectus. Venus II. Aeneid. de Anchiſe dixit: *Feſſus aetate.* Ciofanus.

164. *Tum ſic.*] *Cum* ex ſcriptis. Heins.

167. *Tamen hoc poſſint.*] *Poſſis* Lovanienſis & duo alii. *& quid enim non poſſint*, Hamburg. non *poſſunt.* neſcio an non illa Virgilii in Ceir. expreſſerit.

Quod ſi non alia poteris ratione parentem
Flectere; ſed poteris, quid enim non unica poſſis.

Heinsius.

168. *Deme meis annis, & demtos adde parenti.*] *Meos annos* Urbin. Neap. duo Medicei. Forte:

Deme meis annos, & demtos adde paternis. Idem.

170. *Subiit pater Acta relictus.*] In nonnullis, *ſubiit Aeta relictus.* Naugerius. Scribo, *Aeta* demta una ſyllaba metri cauſſa, ut in Hypſipyle. *Non hacc Aeſonides nec filia Phaſias Aetae:* Poëtis enim nunc addere, nunc adimere ſyllabas dictionibus

Posse tuae videar spatium transcribere vitae?
Nec sinat hoc Hecate; nec tu petis aequa: sed isto,
Quod petis, experiar majus dare munus, Iäson.
Arte meâ soceri longum tentabimus aevum,
Non annis revocare tuis. modo Diva triformis
Adjuvet; & praesens ingentibus adnuat ausis.
Tres aberant noctes, ut cornua tota coïrent,
Efficerentque orbem. postquam pleniſſima fulsit,
Ac solidâ terras spectavit imagine Luna:
Egreditur tectis, vestes induta recinctas,
Nuda pedem, nudos humeris infusa capillos:
Fertque vagos mediae per muta silentia noctis
Incomitata gradus. homines, volucresque, ferasque
Solverat alta quies: nullo cum murmure sepes,

Immo-

nibus licet, versus necessitate adstrictis. Constant. Fanens. *Tò pater* ejiciunt Florentinus S. Marci, primus Pal. prim. Vatic. Neapol. & Noricus. rectè. ut jam monui ad Epistolam VI. 103. Heins. Ita etiam legit Pierius ad Virg. x. Æneid. 67. In Gronoviano erat adscriptum VACAT. unde Heinsio suspicio erat nata, esse versum superfluum. ceterum non satis placet, *dissimilis ille animus*, etsi scio quomodo explicent; scilicet pietati Jasonis dissimilem; ut ita *dissimilem mentem* dixit Ep. XX. 165. forte tamen *difficilem* dixit *animum*, id est durum & inexorabilem. & solent hae voces confundi. vid. Trist. III. 28.

Ferrea sors vitae difficilisque premit.

Ubi *dissimilis* alii codices. Burm.

172. *Excidit ore tuo.*] *Ore pio* Neapol. Urbin. Bernegg. prior Hamburg. duo alii. bene. Virgilii illa respexit lib. II. 658.

—— *tantumne nefas patrio excidit ore?* Heins.

Fast. III. 326.

Quaeque pio disci vatis ab ore licet.

Et solent librarii *tuus*, *meus*, *suus* commutare cum *pius*. Vid. lib. XIV. 813. & V. Trist. IV. 43.

173. *Videor.*] *Videar* ex quinque scriptis. Heins.

173. *Transcribere.*] Elegans metaphora ab iis, qui nomina, sive pecuniam aliis creditoribus transcribunt. sic Terentius! *Jube illud aurum transcribi denuo.* Micyll. Vid. ad Quinctil. Decl. XII. 18.

174. *Non sinat.*] *Nec sinat* cum melioribus. Heins.

177. *Renovare.*] In quibusdam, *revocare*. Naugerius. *Revocare* meliores. sic & postea puto legendum. ỳs. 216.

—— *per quos revocata senectus*
In florem redeat.

Vel, *revocata juventus*. quod est in nonnullis. Heins. Eadem passim diversitas, & etiam infr. ỳs. 215.

181. *Et solida terras spectavit imagine Luna.*] Plenilunii Periphrasis. Caesar l. IV. De Bello Gallico: *Eadem nocte accidit, ut esset Luna plena, quae maritimos aestus maximos in Oceano efficere consuevit.* Ciof.

182. *Vestes induta recinctas.*] Alii, *vestes exuta relictas. exuta relictis* Cantabrig. & Neap. ut apud Senecam Hercule Furente 846.

Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare mystae.

Alii aliter codices: nisi mavis, *adducta recinctas.* vel, *incincta reductas.* nam in multis veterum, *inducta recinctas.* de *tunica recincta* vide quae notamus ad Amores lib. I. 5. Heins.

183. *Nuda pedem.*] *Pedes* nonnulli. vid. infr. 468.

183. *Nudos humeris.*] Quidam, *nudis humeris.* Naugerius. Nihil muta. IV. 261. *Nudis incompta capillis.* & hic, *incompta capillos* Menardi codex.

186. *Nullo cum murmure serpens.*] Nullus, si hoc pacto legatur, est horum carminum sensus, atque ideo recta sint fortasse nonnulla exemplaria, in quibus medio excluso carmine,

Nullo cum murmure sepes
Immotaeque silent frondes

legitur. sed & recte legi potest, *nullo cum murmure serpens*, ut sit, quies serpens nullo cum murmure; sequentia vero carmina, ut in veteribus quibusdam:

Sopitis similes nullo cum murmure sepes
Immotaeque silent frondes.

Quae lectio & e Planude colligitur. Naugerius. Emenda ex libro Fulvii Ursini, & duobus Vaticanis, *Nullo cum murmure sepes*, *Sopito similis*, *nullo cum murmure serpit.* Hic quoque versus corruptè ac depravatè legitur. In iisdem libris est:

Sopito similis nullo cum murmure serpens.

In utroque meo, Caelest. & Dominicano:

Sopitis similis nullo cum murmure serpens.

Unus Maffei, *nullo cum murmure serpens*, *Sopito similis*, *nullo cum murmure sepes.* Ordine praeposterо. Ciofanus. Sunt qui legunt, *sepes*, *Sopito similis nullo cum murmure serpit.* Sed poëtae ipsius

Immotaeque silent frondes; silet humidus aër.
Sidera sola micant. ad quae sua brachia tendens
Ter se convertit; ter sumtis flumine crinem
Irroravit aquis; ternis ululatibus ora
Solvit: & in durâ submisso poplite terrâ,
Nox, ait, arcanis fidissima, quaeque diurnis
Aurea cum Lunâ succeditis ignibus, astra,
Tuque triceps Hecate, quae coeptis conscia nostris
Adjutrixque venis, cantusque, artesque magarum,
Quaeque magas, Tellus, pollentibus instruis herbis;
Auraeque, & venti, montesque, amnesque, lacusque,
Dique omnes nemorum, Dique omnes noctis adeste:

Quo-

elegantia rejicit ineptam iterationem, & MS. unus meus non admittit versum illum secundum: nihil hic de serpente, sed de nocte, quam Noster exprimere voluit ad illud Virg. II. Æneid. 268.

Tempus erat, cum prima quies mortalibus aegris
Incipit, & divum dono gratissima serpit. FARNAB.

Piget diversas lectiones congerere. Id unum monebo: pro *serpens* multos veteres agnoscere, *sepes.* probe, si versum proxime sequentem tollas. & abest profecto ab uno Mediceo melioris notae. videtur enim inde conflatus, quod in nonnullis exemplaribus pro, *Immotaeque silent frondes*, ut suspicor, legeretur, *Sopitaeque.* quomodo Ovidium scripsisse nullus dubito. sic *sopiti titiones* apud Petronium cap. 22. *sopitus ignis* apud Virgilium lib. v. 743. Scaliger quoque in ora codicis sui versum esse eradendum, quem erasimus, monuerat. HEINSIUS. Mihi *immotae* praeplacet: *sopiti* enim *titiones* (si jam ita scripsit Petronius) *ignis sopitus* & similia, rectius dicuntur, quam *frondes:* nam ignis etiam *vivere* dicitur, ut supra Vs. 78. quod admodum durum esset de frondibus dicere: *immotae* vero sunt, non concussae a vento. *ut moti flamine rami* lib. XI. 600. & ita passim *mobilis silva* Poëtis. *Et mobilia folia* Horat. I. od. 23. Lucan. lib. V. 551. *Sed mihi nec motus nemorum nec litoris ictus Placet.* & lib. VIII. 5.

——— *pavet ille fragorem*
Motorum ventis nemorum.

& ita *naturalem motum* arboris plurimi JCti capiunt in l. 7. ff. de Servit. Praed. Urban. quem male transplantationem interpretatur Forner. lib. II. Rer. Quotid. cap. 12. illa enim manu fit, nec naturalis est. Jan. a Cost. ad §. 31. Inst. de Rer. Div. de radicibus, quas huc & illuc agit arbor. Zoannet. Refut. cap. 25. de incremento, quo arbor excrescit in ramos, &c. quem juvare possent verba Ciceronis lib. V. Tuscul. cap. 13. *neque* est *ullum* (sc. arboris genus) *quod non vigeat interiore quodam motu*, &c. sed magis mihi placet tamen intelligere agitationem a vento ortam, quae recte *naturalis motus* dicitur, quia vix sine eo concipi arbor potest, & est arbori ordinarius. vid. ad Vellej. Paterc. II. 129. *Sepem* vero hic recte restitui docet locus Virgil. Ecl. I. 54.

Hinc tibi, quae semper vicino ab limite sepes
Hyblaeis apibus florem depasta salicti
Saepe levi somnum suadebit inire susurro.

Quamquam ibi susurrus ille non de vento, sed apum murmure dicatur. BURMANNUS.

190. *Ternis & hiatibus ora.*] *Ternisque . . . iatibus* Florent. S. Marci. *ternisque & hiatibus* Neap. in Urbinati penitus erasa vetus lectio. *ternis hiatibus* nonnulli, *ternis ululatibus* primus Basil. Graevianus & tres alii. probe: nisi mavis,

— *ternisque ululatibus ora*
Solvit.

Lib. XIV. 405.

—— *& magicis Hecaten ululatibus orat.*

duo tamen veteres, *latratibus.* qui Magis etiam a Lucano dantur. HEINSIUS. Francof. etiam, *ternis ululatibus.*

191. *In durâ terrâ.*] *In duras terras* primus Regius. *immunda terra* Gronovianus unus. vid. ad Epist. XIV. 100. & II. Art. 524. deinde *demisso poplite* etiam codex Menardi.

192. *Nox, ait, arcanis fidissima, quaeque diurnis, &c.*] Quem subjiciam, locus Senecae ex Hippolyto vers. 406. cum hoc nescio quid similitudinis habere videtur:

Regina nemorum, sola quae montes colis,
Et una solis montibus coleris dea,
Converte tristes omnium in melius minas.
O magna silvas inter & lucos dea,
Clarumque coeli sidus, & noctis decus,
Cujus relucet mundus alterna face,
Hecate triformis: en ades coeptis favens.
CIOFANUS.

195. *Artesque magorum.*] *Magarum*, & mox *magas.*

Quorum ope, cum volui, ripis mirantibus, amnes
In fontes rediere suos: concussaque sisto;
Stantia concutio cantu freta; nubila pello;
Nubilaque induco: ventos abigoque vocoque:
Vipereas rumpo verbis & carmine fauces:
Vivaque saxa, suâ convulsaque robora terrâ,
Et silvas moveo; jubeoque tremiscere montes:
Et mugire solum, manesque exire sepulcris.
Te quoque, Luna, traho, quamvis Temesaea labores
Aera tuos minuant. currus quoque carmine nostro
Pallet avi; pallet nostris Aurora venenis.
Vos mihi taurorum flammas hebetatis; & unco

Haud

magas unus Argent. & Thysii. placet quodammodo. Ita Senec. Hercul. Oet. 523.

——— *Hoc, inquit, magae*
Dixere amorem posse defigi malo. Heins.

196. *Instruis herbis.*] *Armis* Bernegger. Idem.

197. *Auraeque & venti, montesque, &c.*] In lib. Briantii, & Abbatis, *Auraeque ventique, montesque*, emendatum: antea ut in vulgatis. Quae emendatio mihi admodum placet. Ciofanus.

199. *Ripis mirantibus.*] Maluerat Francius, *arentibus.* male. vid. II. Amor. XI. I.

200. *Concussaque sisto.*] Facio, ut commota sistant. Ciofanus.

201. *Stantia concutio cantu freta; nubila pello, &c.*] Totum hoc Epist. VI. 83. aliter describit:

Nec facie, meritisque placet, sed carmina movit,
Diraque cantata pabula falce metit.
Illa reluctantem cursu deducere Lunam
Nititur, & tenebris abdere solis equos.
Illa refrenat aquas: obliquaque flumina sistit:
Illa loco silvas, vivaque saxa movet.
Per tumulos errat sparsis discincta capillis,
Certaque de tepidis colligit ossa rogis.
Devovet absentes, simulacraque cerea fingit,
Et miserum tenues in jecur urget acus.
Ciofanus.

201. *Cantu.*] *Nutu* Vossian.

203. *Vipereas rumpo verbis.*] *Herbis* unus Ambros. *rumpoque herbis* unus Bonon. Forte,
Vipereasque herbis & rumpo carmine fauces.
herbas enim seu gramina in re magicâ passim conjungebant carminibus. lib. III. Amor. VII. 28.

——— *Num misero carmen & herba nocent?*

Sabini Paris ad OEnonem:

Cur cessant herbae, carmina curve tua.

Gratius,

——— *Magicis adjutat cantibus herbas.*

Heinsius. *Pro verbis carmine* Ambros. vid. inf. lib. XIV. 43.

204. *Vivaque saxa, sua.*] *Saxa traho* Leidens. vid. ad Epist. VI. 88. sed sequitur mox.

207. *Te quoque Luna traho.*] Hoc alio modo dicitur *deducere Lunam.* II. Amor. I. 23.

Carmina sanguineae deducunt cornua Lunae.

Et III. Fast. 317.

Hunc tu non poteris per te deducere caelo.

Virgilius VIII. Ecl. 69.

Carmina vel caelo possunt deducere Lunam.

Aliter dicitur *Evocare.* Ipse I. Am. VIII. 17.

Evocat antiquis proavos atavosque sepulcris.

Aliter *Elicere*: ut III. Fast. 327.

Eliciunt caelo te Juppiter.

Sic M. Tullius in interrogatione in Vatinium: *Cum inferorum animas elicere, cum puerorum extis Deos manes placare soleas.* Rursus aliter Silius lib. VIII. 502.

Et Lunam excussisse polo.

Aliter Propertius II. Eleg. XXI. 37.

Et jam Luna negat toties descendere caelo.

Aliter Horatius Epod. V. 45.

Quae sidera excantata voce Thessala,
Lunamque caelo deripit.

Aliter idem Horatius Epod. XVII. 4.

Per atque libros carminum valentium
Refixa caelo devocare sidera. Ciof.

207. *Quamvis temerata labores Aera tuos minuant.*] In bonis codicibus *Temesaea* legimus, non *temerata*, quod magis placet. est enim Temese in Cypro civitas aeris praestantia nobilitata, praecipue apud Latinos Statio & Nasoni. Stephanus *Tamesion* vocat. Festus Pompejus est auctor, Cyprum insulam *Aerosam* antiquitus appellatam fuisse, quod in ea plurimum aeris nasceretur. est & Temese in Brutiis Straboni, aere abundans. sed prior magis celebris. Constantius Fanensis. *Temerata* omnes libri scripti. Sunt, qui affirment in quibusdam veteribus legi, *Temesaea aera.* Quam lectionem ipse comprobat lib. V. Fast. 441.

Rursus aquam tangit, Temesaeaque concrepat aera.

Haud patiens oneris collum preſſiſtis aratro.
Vos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis:
Cuſtodemque rudem ſomni ſopiſtis: & aurum,
Vindice decepto, Grajas miſiſtis in urbes.
Nunc opus eſt ſuccis; per quos renovata ſenectus
In florem redeat, primosque recolligat annos.
Et dabitis: neque enim micuerunt ſidera fruſtra;
Nec fruſtra volucrum tractus cervice draconum

Currus

Et Statius in Silvis I. v. 47.

Nuſquam Temeſaea notabis aera.

Non tamen priorem penitus rejicio. CIOFANUS. *Pulſata* Strozzae. *concuſſa* ſecundus Palat. & quatuor alii. *quamvis infrenata* Vatican. *percuſſa* cod. Menardi.

208. *Aera tuos minuant.*] *Minuunt* Langerm. & Gronov. tert. *vincant* Bonon. & unus Heinſii.

208. *Currus quoque carmine noſtro Pallent, & pallet noſtris Aurora venenis.*] *Pallent aut pallet* prim. Pal. Cantabrig. Neapol. Bernegger. prim. Reg. ſec. tert. quart. Medic. aliique magno numero. Scribe,

—— *currus quoque carmine noſtro*
Pallet avi, pallet noſtris Aurora venenis.

Aeetes Solis filius. unde liquet, quare avum Medea hic vocet Solem. Nihil verius eſt hac conjectura. appoſite de Medea Val. Flaccus lib. VI. 441.

Illius ad fremitus ſparſoſque per avia ſuccos
Sidera fixa pavent, & avi gemit orbita Solis.

Ipſa Medea apud Senecam in cognomine Tragoedia 210.

Avoque clarum Sole deduxi genus. HEINSIUS.

Et ibidem 32. ad Solem eadem:

Da, da per auras curribus patriis vehi,
Committe habenas genitor, & flagrantibus
Ignifero loris tribue moderari juga.

209. *Ac pallet noſtris Aurora venenis.*] Val. Flaccus lib. VII. 586. ait ignem quoque Medeae veneno palleſcere:

—— *& viſo palleſcit flamma veneno.* CIOF.

Et palles Leidenſis unus. *Expallet* ex codice ſuo profert Barth. ad Stat. IV. Th. 505. vide ſupr. ad *ys.* 78. & ad Quinctil. Declam. X. cap. 15.

211. *Impatiens.*] *Haud patiens* meliores. HEINSIUS.

212. *In ſe fera.*] *Nova bella* tertius Regius, unus Leidenſis & tres alii. eadem varietas apud Stat. III. Theb. 444.

Incertuſque animi daret armis jura, novoſque
Gentibus incuteret ſtimulos.

Ubi *feroſque* edidit Gronovius ex MSS. & apud Noſtrum lib. II. Amor. XII. 21.

Femina Trojanos iterum nova bella movere
Impulit.

Ubi Heinſius *fera.* vid. & ad II. Amor. VI. 25. BURMANNUS.

213. *Rudem ſomno ſopiſtis.*] Quidam, *rudem ſomni.* NAUGER. *Rudem ſomno* quidem legitur, exponiturque expertem ſomni draconem atque pervigilem. Sed cum hoc nomen *rudis* genitivo jungatur, aut *ſomni* mihi videtur legendum, aut certè *rudem* in *rubrum* vertendum, quo quidem modo is, qui in Graecam linguam hoc opus convertit, legere videtur, hoc eſt *φοινικοῦν φύλακα*, ut ad criſtas & oculos rubentes referamus. REGIUS. Raphaël pro *ſomno* legendum putat, *ſomni*, quando adjectivum *rudis* genitivum poſtulat, aut certe *rubrum* pro *rudem* reſtituendum. quippe Max. Planudes *φοινικοῦν φύλακα* traduxerit. ad quorum prius dico, *ſomno* ablativum mihi videri, atque adeo regi a verbo *ſopiſtis.* ad alterum, Planudae aliquando credendum, aliquando minime, quippe quod non omnino emendatum exemplar habuiſſe putetur. GLAREAN. Quam periculoſum ſit à veteribus libris diſcedere, praeſertim cum omnes conſentiunt, hic plane locus argumento eſt. Regius, cum neſciret verbum *Rudis* ablativo jungi, ubi eſt *Somno, Somni* reponendum eſſe, dicere auſus eſt. Perperam, &, ſi fas eſt dicere, etiam temere. Rudis enim non ſolùm genitivo adhaeret, ſed cum ablativo quoque rectiſſimè copulatur. C. Vellejus Paterc. lib. poſteriore cap. 9. *Sane*, inquit, *non ignoremus eadem aetate fuiſſe Pomponium ſenſibus celebrem, verbis rudem*, &c. Idem cap. 73. *Hic adoleſcens erat ſtudiis rudis, ſermone barbarus*, & reliqua. Ovid. ipſe II. Triſt. 424.

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Statius VI. 436.

—— *Chromis aſper, & aſper*
Hippodamus, non arte rudis.

Idem:

Atque auro rude fulmen habet.

Verum in uno meo legitur, *Cuſtodemque gravem ſomno ſopiſtis.* Sed non placet. Hunc locum intelligit vir doctrina ſingulari, ac de Latinis Graeciſque litteris optimè meritus, Paullus Manutius, altera epiſtola, quam ad me dedit: Quae eſt,

PAUL-

Currus adeſt. aderat demiſſus ab aethere currus.
Quo ſimul adſcendit; frenataque colla draconum
Permulſit, manibusque leves agitavit habenas;
Sublimis rapitur: ſublataque Theſſala Tempe
Deſpicit, & creteis regionibus adplicat angues:
Et quas Oſſa tulit, quas altus Pelion herbas,
Othrysque, Pindusque, & Pindo major Olympus,
Perſpicit: & placitâ partim radice revellit;

Partim

PAULLUS MANUTIUS HERCULI CIOFANO SUO S.

Inſcriptiones illae nihil habent quod oblectationem, aut doctrinam legentibus afferre poſſint. Quod ſi tibi ſimiles occurrerint, inanem laborem ſuſcipere te nolo. De Ovidii loco, ad tuam ſententiam opinionem meam adſcribas licet. Regius ille ſaepe hallucinatur. Tu ſi perges, ut coepiſti, poëtam ingenioſum, civem tuum, à mendarum labe non mediocri tua cum laude vindicabis. Vale. Romae. Pridie Kalend. Sext. ∞. D. LXIX. CIOFANUS. *Rudem ſomni* bene Junianus. quod in ſuis etiam Naugerius non intellectum invenerat. ſic *rudes operum juvenci* lib. I. Faſt. 83. pro ignaris operum. *rudis armorum* apud Statium lib. IV. Theb. 247. ubi male Scholiaſtes *annorum*. Horat. III. Od. 2. *rudis agminum*. Noſter IV. Faſt. 336. *operum conjugiique rudem*. *rubrum* eſt in multis ſcriptis. *rudis exemplorum* apud Ciceronem pro Balbo. 20. atque ita paſſim ſcriptores. ſic & *rudis malorum* Triſt. lib. III. Eleg. III. ubi plura. HEINS.

215. *Renovata ſenectus.*] *Revocata* Regius & Sprotii. *Juventus* etiam unus Moreti. vid. ſupr. 177. Heinſius tentabat olim, *ſocero renovata ſenectus in florem ut redeat*. BURM.

220. *Quo ſimul aſcendit.*] *Quem* Vaticanus, duo Leidenſes & duo alii. ſic Triſt. III. 8. 1.

Nunc ego Triptolemi cuperem conſcendere currus.

IDEM.

222. *Subjectaque Theſſala Tempe Deſpicit.*] *Theſſala Tempe*: Sic Horatius Oda VII. lib. I. Carm. *Aut Theſſala Tempe*. Quem locum interpretans Joannes Caeſarius, vir ſanè doctus, haec ſcitu digna ibi collegit: Tempe, loca amoeniſſima Theſſaliae inter Olympum & Oſſam, Theſſaliae montes altiſſimos, quae quidem aeſtivo tempore arborum opacitate, fontium ſcaturigine, avium concentu, & leni inſtar olei Penei fluminis fluxu maximam ſpectantibus afferunt hilaritatem: ſiquis horum locorum ſitum cognoſcere velit, legat tertium librum Aeliani de Varia Hiſtoria. Callimachus etiam meminit:

Πηνειὸς ἐλισσόμενος διὰ Τεμπέων.

Peneus, qui voluitur per Tempe. Quare ſine dubio Graecum eſt vocabulum, contra Lutatium, qui putat *Tempe* dicta eſſe à *temperie*. Scitè etiam Tempe deſcribit poëta noſter in primo hujus operis:

Eſt locus Haemoniae, praerupta quod undique claudit
Silva, vocant Tempe; per quae Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumoſis volvitur undis,
Dejectuque gravi tenues agitantia fumos
Nubila conducit, ſummiſque aſpergine ſilvis
Influit, & ſonitu pluſquam vicina fatigat.

Scribit Servius in II. Georg. *Tempe proprie eſſe, quae in Theſſalia ſunt, & abuſivè quamlibet amoenitatem vocari Tempe.* Cujus opinionem probare videtur Cicero, cujus haec ſunt lib. IV. ad Atticum Ep. 15. *Reatini me ad ſua Τέμπη duxerunt, ut agerem cauſſam contra Interamnates apud Conſulem, & decem legatos, quod lacus Velinus à Man. Curio emiſſus, interciſo monte, in Nar defluit.* CIOFANUS. Gronovianus, *ſublataque Theſſala Tempe deſpicit*. Ut Medea ſubintelligatur ſublata, in altum rapta, more plane Ovidiano. ita inf. 355.

Hic ope Nympharum ſublatus in aëra pennis.

Poſſet &, *ſubvectaque*. ut lib. VIII. 796.

— *Illa dato ſubvecta per aëra curru*
Devenit in Scythiam.

Nam *deſpicit* ſufficere videtur, quod eſt ex alto ſubjecta loca ſpectare. ſic III. 43.

Leves erectus in auras
Deſpicit omne nemus.

XI. 552.

Spoliiſque animoſa ſuperſtans
Unda, velut victrix, ſinuatas deſpicit undas.

Et centies. BURM.

223. *Et cretis.*] Secretis ac ſemotis, aut certè viſis & adſpectis. REGIUS. Aut etiam decretis. Nam & alibi invenias *cernere*, pro decernere poſitum. Tacitus 15. Ann. *Illum locum, tempuſque deſtinatum, quid de Armenia cernerent?* MICYLL. *Cretis*. i. ſecretis, & remotis exponit Raphaël, aut certe viſis & aſpectis. ſed ſic à *cerno* eſſet. & *viſis* congruebat etiam carmini. quidam *Cretis* pro *Creteis* exponendum putavere. nam laudatur Theſſalica Creta. ego lectoris judicio relinquo. tertium deinde carmen Jambum habet loco tertio, ſed caeſurâ excuſari poteſt. GLAREANUS. Lege, ex vett. libris,

Partim ſuccidit curvamine falcis aënae.
Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis,
Multa quoque Amphryſi: neque eras immunis, Enipeu:
Nec non Peneae, nec non Spercheïdes undae
Contribuêre aliquid, juncoſaque litora Boebes.
Carpit & Euboïcà vivax Anthedone gramen,

Non-

libris, & Aldino, *Et cretis regionibus.* Ciofanus. *Cretis regionibus* ſcripti fere omnes, niſi quod *certis* nonnulli. An *cretis* pro diſcretis? quomodo *cernere* pro diſcernere Apulejum dixiſſe libello de Deo Socratis nos monuit Joſias Mercerus, Vir elegantis ingenii, *quae & ipſa non uno modo, ſed pluribus cernit.* ita enim membranae veteres. plura exempla a grammaticis vetuſtis proferuntur. ſed & *crevi* pro *vidi*, de quo praeter Non. Marcellum Priſcianus lib. x. In Rottendorphiano τῷ *cretis* haec gloſſa erat addita, *Iſti montes circumeunt Theſſaliam.* optime. Legendum enim, *creteis regionibus*, pro cretoſis. atque ita primus Vaticanus. Politianus in ora libri ſui ex antiquo exemplari, *cretes.* quomodo Florentinus S. Marci. unus Mediceus, *Graecis.* Theſſaliam cretae fuiſſe feraciſſimam quis neſcit? Noſter infra verſ. 463. non diſſimili modo:

—— *cretoſaque rura Cymoli.*

Cretea perſona Lucretio lib. iv. 298. ita enim conſtanter vetuſti codices, quos vidi, pro forma cretea. In Catalectis Petronianis,

Dum ſumit creteam faciem Sertoria, cretam
Perdidit illa ſimul, perdidit & faciem.

Ita puto ſcribendum apud Juvenalem Satyra vi. 66.

Dicite vos neptes Lepidi, caecive Metelli;

Vetuſtus codex Pulmanni, *creteive Metelli*, exhibet, pro *cretici.* ſed & vulgata lectio eſt commoda. *creteis* autem eliſa ſecunda *e.* ſic in *igneus*, *aureus* ſaepe per ſynalaephen. ſic & in *cretacea* apud Seren. Sammon: *Cretaceam dabis in teſtam*, nam ſecunda in *cretaceus* omnino eſt producenda. ſupra lib. vi. 166.

Aureus ut Danaën, Aſopida luſerit igneus.

Lib. x. 275.

—— *non auſus eburnea virgo*
Dicere Pygmalion, ſimilis mea dixit eburneae.

Ita utroque loco caſtigatiſſimi codices. Triſt. i. el. ix.

Illa Corinthiacis primum mihi cognita Cenchreis.

Ita & illic ſcribendum monui, non *Cenchris.* Statius Theb. iv. 429.

ubi limina patrui
Effugit, inque novae melior redit ora Dianae.

Horatius lib. i. Sat. viii.

Abdiderim furtim terris & imagine cereâ,

Sic & in *oſtrea* eliſit lib. ii. Sat. ii. Ipſo verſus initio Virgilius vi. 280.

Ferrique Lumenidum thalami.

Qui plenus horum, ut & Lucretius. Silius Italicus lib. xiii. 250.

Convertunt greſſus, recipique petentes,
(Infandum) excludunt ſocios. tum cardine verſo
Obnixi intorquent obicis munimina ferreae.

Ubi perperam & nullo ſenſu, *obices munimina ferae* nunc legitur. poſſet tamen & *obicis ahenae* reponi. Priſcian. Periegeſi.

Aurea ſpectetur tibi pinguibus inſula glareis.

Sic ſcribo, cum in veterrimo codice reginae Suecorum invenerim, *glaros*: vulgo *glebis.* Heinsius. Durius mihi illud *creteis* videtur, neque Ovidianae venae; cum alia ratio ſit in vocabulis *aureus, igneus*, & ſimilibus, in quibus illa contractio reperitur, ſed fere ſemper in ultima verſus voce. *cretis* vero pro viſis, archaiſmum nimis olet. quamvis & in MSS. illud verbum apud Claudian. i. Rapt. 192. reppererim: ubi vulgo,

Quoties oculos ad tecta retorſit.

Ubi *creta* codex antiquus. mihi minime dubium eſt latere nomen proprium. praecipue moveor gloſſa Rottorphiani codicis, quae notabat ad hoc verbum *eſſe montes, qui circumeunt Theſſaliam.* & ſimiliter in Codice pr. Mediceo erat Gloſſa *cretis*, id eſt, *terrae illius.* cogitaveram quidem:

Deſpicit; Oetaeis regionibus applicat angues.

Nam notiſſima illa regio ad Oetam montem, unde Οἰταῖα ὄρη Straboni lib. ix. pag. 429. ſed copulam puto non recte hic deſiderari. quare nihil definio. *Circes* in Argentinenſi erat. *Certis* in quinque aliis. Non male; ut *certa oſſa* Epiſt. vi. 90. Burmannus.

225. *Otryxque & Pindus, & Pindo.*] Libri mei, atque aliquot alii habent, *Otrysque, Pinduſque, & Pindo.* Rectius. Ciofan. *Otryſque Pinduſque* primus Palat. tert. & quart. Medicei. prior Hamburg. Arondel. prim. Baſil. Cantabrig. multique alii. Ne dubita, quin vere. Heins.

226. *Placitas radice revellit.*] *Placitâ* prim. Vatic. ſecundus Mediceus, Oxon. & tres alii. revellit cum placita radice. Idem.

227. *Curvamine falcis ahenae.*] Signate dictum, quoniam ſenectutis morbum volebat exigere. lege Macrob. 5. Saturn. 19. Constantius Fanensis. Imitatur hoc loco Virgilium poëta. Nam & ille de Didone eodem modo inquit, lib. iv. 513.

Falcibus & meſſae ad Lunam quaeruntur ahenis
Pubentes herbae nigri cum lacte veneni, &c.

Cujus rei exemplum Macrobius oſtendit ex Graeco Sophocle acceptum eſſe, qui & ipſe Medeam fingit nudis pedibus & ahenis falcibus maleficas herbas

Nondum mutato vulgatum corpore Glauci.
Et jam nona dies curru penniſque draconum,
Nonaque nox omnes luſtrantem viderat agros;
Cum rediit: neque erant tacti, niſi odore, dracones;
Et tamen annoſae pellem poſuere ſenectae.
Conſtitit adveniens citra limenque, foresque;

Et

bas ſuccidiſſe. Nam omnino ad rem divinam faciendam vaſa atque arma ahena adhibuiſſe veteres, idem Macrobius autor eſt. Sophoclis verſus in hunc modum citantur:

Αἱ δὲ καλύπτραι κίγχαι ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς·
Ἃς ἡ δὲ βοῶσ' ἀλαλαζομένη γυμνὴ,
Χαλκέοισιν ἥμα δρεπάνοις τομάς. Micyll.

Aduncae Junii, ut lib. xiv. 628. *acutae* Leidenſis. nihil muta. aeris enim multus uſus in magicis. Vide inf. ad ŷs. 247.

228. *Multa quoque Apidani.*] Et hic *Eridani* in omnibus. ſed ego iiſdem rationibus, quas ſuperius primo libro adduxi, permotus, quod ſcilicet hic etiam Theſſaliae loca & flumina ab Ovidio percenſeantur, inter quae non magis ſit Attico, quam Gallico Eridano locus, eos, qui *Apidani* caſtigarunt, ſecutus ſum. idque eo libentius feci, quod Planudes etiam, qui in primo, ubi idem error, cum ceteris erraverat, ſic etiam hoc carmen interpretatur. *Πολλαὶ δ' αὐτῇ κ' ἂν ταῖς ὀχθαῖς τοῦ Ἀπιδανοῦ ἥρεσαν.* Naugerius. Non ſolum inquit in montibus, ſed etiam in fluviorum ripis herbas collegit Medea. Cum autem Theſſaliae fluvios enumeret poëta, importunè admodum de Theſſalia in Italiam Atticamve (nam utriuſque fluvius eſt Eridanus) fingitur tranſiliiſſe Medea. Quare loco *Eridani* contenderim *Apidani* eſſe legendum, cum praeſertim Apidanus (ut ante quoque diximus) notiſſimus Theſſaliae ſit fluvius. Regius. Ita falſo & hîc & in primo libro Regius contendit legendum eſſe. quibus in locis foediſſime hallucinatur. Tu vero lege, ut eſt in omnibus calamo notatis, *Multa quoque Eridani.* De quo lib. i. 580. diximus. Ciofanus. *Epidani* unus Baſileenſis.

229. *Nec eras immunis Enipeu.*] Apoſtrophe ad fluvium, quem immunem, hoc eſt, ſine munere, non fuiſſe ait, quia Medea in illius quoque ripis multas collegit herbas. Regius. Scripti omnes libri, *Enipheu*, per *ph.* qua de re in primo ŷs. 579. & in ſexto ŷs. 116. abunde egimus. Ciof.

230. *Nec non Peneus.*] *Peneos* Thuan. *Peneidos* Bernegger. & multi alii; vel *Peneides. Penei* unus Gronov. *Peneios* Cantabr. & quatuor alii. Forte,

Nec non & Penei.

Ut apud Virgilium Georg. iv. 355.

Penei genitoris ad undam.

Sperchеides etiam, non *Sperchiades* in melioribus. Puto,

Nec non Peneae, nec non Spercheides undae. Heinsius.

231. *Juncoſaque littora Phoebes.*] Sic quidem legitur, ſed corruptè, ut mihi videtur. Neque enim *Phoebe* locus eſſe in Theſſalia, quod ſciam, invenitur. Tametſi quidam imperiti *Phoeben* pro Delo inſula putent accipiendam: quod *Phoebi* & *Phoebes*, hoc eſt, Apollinis & Dianae patria eſſe dicatur. Sed cum Theſſaliae loca peragraſſe Medeam poëta ſcribat, inepta eſſe iſta expoſitio coarguitur. Mihi vero loco *Phoebes* placet, *Boebes* legendum, ut quam minimum poſſumus à ſimilitudine nominum diſcedamus. Nam (ut in nono refert Strabo) Boebe urbs Theſſaliae fuit Boebeidi lacui adjacens. Videtur autem poëta, *Boeben* pro Boebeide lacu poſuiſſe, cujus littora *juncoſa* à juncorum multitudine vocat. Huic autem meae correctioni etiam Apollonii interpres ille Graecus adſtipulatur. Regius. *Juncoſaque litora Boebes* arbitratur Regius legi debere; & quidem abſurdum non eſt. Manuſcripti verò ad unum habent, *Phoebes.* Quod fortaſſe etiam retineri poſſet: ſiquidem poëtae regionum loca interdum non ſervant, ſed multa confundunt. Atque in ſequenti verſu à Theſſaliae locis diſcedit. Hoc quoque modo quiſpiam ſuſpicari poteſt feciſſe poëtam noſtrum. Sed nihil affirmo. Volo enim hoc atque alia doctiorum hominum judicio permittere. Interim mihi poſtulo & judicium ampliari meum, & otium, quo id praeſtare poſſim, concedi. Ciof.

232. *Carpſit.*] *Carpit* rectius alii. Heinsius.

232. *Et Euboica vivax Anthedone gramen.*] *Vivax gramen*, ab effectu, quod vitam reddat, & conſervet. Haec Regius. Quod fortaſſe aliis placebit: mihi certe non probatur. Nam, ut agricolae teſtantur, gramen niſi ſepties jumentum digeſſerit, numquam areſcit. Vidi ego gramen è terra evulſum, ſolique deinde per biennium fere expoſitum non ſatis aridum fuiſſe: ſed poſtea terra contectum optimè repullulavit. Quomodo videtur poëta noſter dixiſſe, *vivax gramen.* Sic & lib. iv. Faſt. 397.

Et modo carpebant vivax è ceſpite gramen. Ciofanus.

234. *Nona dies illam.*] *Et jam* plerique. *Et jam nona dies* octo. probe. Heins.

236. *Neque erant tacti niſi odore dracones.*] *Paſti* alter Twiſdenius, & pro diverſa lectione duo Medicei, eleganter. Appoſite Juvenalis Sat. v. 140.

Et tantum coelo tegitur: refugitque viriles
Contactus; ſtatuitque aras è ceſpite binas,
Dexteriore Hecates, at laevâ parte Juventae.
Quas ubi verbenis, ſilvâque incinxit agreſti;
Haud procul egeſtâ ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit: cultrosque in guttura velleris atri
Conjicit; & patulas perfundit ſanguine foſſas.
Tum ſuper invergens liquidi carcheſia Bacchi,
Aeneaque invergens tepidi carcheſia lactis;
Verba ſimul fundit, terrenaque numina poſcit:
Umbrarumque rogat raptâ cum conjuge regem,
Ne properent artus animâ fraudare ſeniles.
Quos ubi placavit precibusque & murmure longo;
Aeſonis effoetum proferri corpus ad aras

Juſſit:

Virro ſibi & reliquis Virronibus illa jubebit
Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore.

Videtur autem alluſiſſe illic Juvenalis ad gentem quandam Indicam, quam ſolo pomorum odore victitare, ſcriptores ajunt. Solinus in India: *Odore vivunt pomorum ſylveſtrium, & eorum olfactu aluntur.* Martialis I. 93.

Paſceris & nigrae ſolo nidore culinae. Heinsius. Ego *tacti* retinui, quia ſequitur, tantam fuiſſe vim veneni, ut etiam deponerent exuvias, quod non mirum, ſi paſti fuiſſent; ſed ſolo tactu & afflatu hoc accidiſſe mirabile. ita *tactae rore aves* IV. Faſt. 166. & ſupr. verſ. 105. *tactae vaporibus herbae.* vid. ad lib. IV. Faſt. 740. Burm.

238. *Foreſque.*] *Foremque* Patavinus.

241. *At laeva.*] *Aſt* vetuſtiores. Heinsius. *Dexteriorem* etiam plurimi libri. *Hecatae* Leidenſis. pro *ceſpite*, de *ceſpite* Neap. & Arg. & Berſmanni duo.

242. *Silvaque incinxit.*] *Ulvaque* unus Strozzae. unde Heinſius olim conjiciebat, *ulva incinxitque paluſtri*, vel, *atque ulva incinxit aqueſtri.* deinde *includit* Junian. *incuſſit* Strozzae. *intexit* Medic. & alius.

243. *Haud procul egeſtâ ſcrobibus tellure duabus Sacra facit.*] Ex XI. Odyſſ. acceptum hoc eſſe agnoſcet, qui Homerum eo loco diligenter inſpiciet. introducit enim Ulyſſem ſcrobem quandam facientem & ſanguine mactatarum bidentum, mulſo, vino dulci, & polenta implentem ad manes exciendos. Cons. Fanens.

243. *Egeſta.*] *Ejecta* fere omnes ſcripti qualis varietas etiam lib. X. 136. ſed male. ſic *regeſta* inf. lib. XI. 188. ut & Stat. VI. Theb. 621.

ipſe regeſta.

Parthenopaeus humo.

Ubi & codices Behotii, *rejecta*; male. vid. ad Quinctil. Inſt. II. II. adducit hunc verſum Priſcianus lib. V. pag. 657. ut probat *ſcrobs* eſſe feminini generis. Burm.

245. *Conjicit*] Proprium in hac re verbum, de quo vide Gronov. I. Obſerv. 13.

246. *Tum ſuper invergens liquidi Carcheſia vini.*] Emendavi ex antiquis libris meis, aliiſque, *Carcheſia mellis.* Sed in uno meo non eſt, *Invergens*, ſed, *Infundens.* Ciofanus. Melle Hecatae rem divinam fieri ſolitam teſtis eſt Apollon. III. Argon. Bersman. *Bacchi* pro diverſa lectione Neapolitanus & prior Hamburgenſis. quod placet. infra lib. XIII. 639.

Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.

Virgil. lib. V. 77.

Hic duo rite mero libans Carcheſia Baccho.

Et in Georg. IV. 380.

Cape Maeonii carcheſia Bacchi.

In plurimis. *liquidi mellis.* Heins.

247. *Alteraque invergens tepidi carcheſia lactis.*] Ita eſt in antiquis, & recte id quidem. Dicant, quidquid alii volunt: ſed ſomniare mihi videntur. Ciofanus. *Aeneaque* primus Palat. Neapol. Urbin. ſecundus Mediceus, alter Hamburg. & prior Erfurt. at Cantabrig. pro diverſa lectione *Aereaque.* quod verum eſt. Æris enim plurimus in magicis uſus. hinc *falcem aënam* ſupra habuimus. & lib. II. Faſt. 577. ubi ſacra diis inferis fiunt, *acum aënam.* apud Maronem in ſacris magicis Didûs IV. 513.

Falcibus & meſſae ad lunam quaeruntur ahenis
Pubentes herbae.

De quo loco diſputavit erudite Macrobius Saturnal. V. cap. XVIII. idem lib. VII. cap. ultimo aes putredini reſiſtere argumento non uno evincit. de Carcheſiis idem Macrob. eodem libro cap. XX. Heinsius.

248. *Terrenaque numina lenit.*] Plerique veterum, *poſcit. levit* primus Mediceus. Florentinus S. Marci, *livit.* Forte pro aſperſit. ut apud Virgil.

Juſſit: & in plenos reſolutum carmine ſomnos,
Exanimi ſimilem, ſtratis porrexit in herbis.
Hinc procul Aeſoniden, procul hinc jubet ire miniſtros:
Et monet arcanis oculos removere profanos.
Diffugiunt juſſi. ſparſis Medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras:
Multifidasque faces in foſsâ ſanguinis atrâ
Tinguit: & intinctas geminis accendit in aris.
Terque ſenem flammâ, ter aquâ, ter ſulfure luſtrat.
Interea validum poſito medicamen aëno
Fervet; & exſultat; ſpumiſque tumentibus albet.
Illic Haemoniâ radices valle reſectas,
Seminaque, floresque, & ſuccos incoquit acres.
Adjicit extremo lapides Oriente petitos,

Et,

IV. Georg. 99. *paribus lita corpora guttis.* Diomedes Grammaticus. *lino, livi, relino, relivi*, ut Terentius, *relivi omnia dolia*, ubi nunc *relevi* circumfertur. an *civit?* Statius Theb. I. 553.

——— *Phoebum ante alios, Phoebum omnis ad aras*
Laude ciet comitum.

Sic *manes excire* paſſim apud poëtas. Virgil. lib. IV. 490.

Nocturnoſque ciet manes.

Certe idem Florentinus *fudit* quoque pro diverſa lectione. quomodo primus Vatican. ſecundus Palatin. & tres alii. Putabam aliquando,

——— *terrenaque numina paſcit.*

Ut lib. II. Faſtor. 566.

——— *nunc poſito paſcitur umbra cibo.*

Sic & *paſcere aras.* Adi Notas Triſt. IV. El. IV. ŷs. 64. Heinsius. *mulcet* Moreti unus, *placet* Patavinus.

250. *Ne properent artus anima privare ſenili.*] Senſus eſt, ut dii ſinerent Aeſonem adhuc aliquandiu vivum, ut poſſet ei juventutem reducere. nam mortuum reſuſcitare ſe poſſe deſperat. & vide carmine inde quinto, cujus caſus putes eſſe illud *exanimi*, & utrum a nominativo *exanimus*, an *exanimis*. ab altero enim *exanimi* venit genitivus, ab altero dativus. Glareanus. In uno Caeleſtino, meo, & Dominic. *fraudare ſeniles.* Ciof.

251. *Murmure.*] *Carmine* Voſſian. & tres alii. utroque in ſacris magicis uti ſolent Poëtae.

252. *Proferri corpus ad aras Juſſit.*] In libro Abbatis, *Produci corpus ad aras.* Terentius eodem fortè modo in Eunucho I. II. 54. dixit: *Illico, producit, vendit.* Ciofanus. *Produci* Cantabrig. & multi alii. *perduci* duo. *ad auras* undecim. *in auras* quinque.

254. *Stratis in herbis.*] *Stratas in herbas* unus Heinſii. *fractis in herbis* alter. *ſtractis* Mediceus. *in aris* Voſſianus. *exanimo* etiam Ambroſian. unus.

256. *Oculos removere profanos.*] Exſecrandos, vel invidos. Ciofanus. *Revocare* Mediceus unus. & *jubet* Medic. & Gronov.

257. *Paſſis.*] *Sparſis* omnes fere ſcripti. quod Bacchanti convenientius. *Sparſis per colla* Leidenſ.

259. *In foſſa ſanguinis atri.*] *Atra* meliores. Heinsius.

260. *Et infectas geminis.*] *Infectas*, tinctas. Ciofanus. *Et intinctas* Bernegger. prior Hamburg. & ſex alii. quales repetitiones Naſoni in deliciis. Heins. Recte: ſic v. Faſt. 256.

Tangitur, & tacto concipit illa ſinu.

Vide ſupr. ad lib. III. 416. *ab aris* etiam volebat Francius.

261. *Sulfure luſtrat.*] *Sanguine* Argent. *ſulfure purgat.* Menard. & unus Heinſii. *ſpargit* Strozzae.

262. *Calido poſitum medicamen aheno.*] *Validum poſito* Florentinus S. Marci, Bernegg. & duo alii. quidam, *validum poſitum*, vel *valido poſitum.* proxime verum. ſic lib. XV. 533.

Apollineae valido medicamine prolis. Heins.

Vide ſupr. ad ŷs. 123.

264. *Valle reſectas.*] *Falce* unus Heinſii. *Falce* ut ſupr. 227. & inf. 314. *Haemonio cultro.*

265. *Seminaque & flores.*] In meo libro praeclariore & Joannis legitur, *Seminaque floreſque.* idque multo rectius. Hanc quoque lectionem in vet. lib. Gifanius ſe repperiſſe affirmat. Ciofan. *Seminaque floreſque*, Naſoniano more, Florentinus S. Marci, Bernegger. prim. Pal. prim. Vatican. prim. Medic. & tres alii cum Norico. deinde *ſuccos acres* cum multis meliorum reponi placet. ſic apud Gratium, *venas dum ſuccus comprimat acer. validos ſuccos* Noſter infra dicturus eſt. Apud Apulejum libro VII. *Spinas acerrimas & punctu venenato viroſas*,

Et, quas Oceani refluum mare lavit, arenas.
Addit & exceptas Lunâ pernocte pruinas,
Et ſtrigis infames, ipſis cum carnibus, alas;
Inque virum ſoliti vultus mutare ferinos
Ambigui profecta lupi. nec defuit illic
Squamea Cinyphii tenuis membrana chelydri,
Vivacisque jecur cervi: quibus inſuper addit
Ora caputque novem cornicis ſecula paſſae.
His & mille aliis poſtquam ſine nomine rebus
Propoſitum inſtruxit mortari barbara munus;
Arenti ramo jampridem mitis olivae
Omnia confundit; ſummisque immiſcuit ima.

Ecce

ubi tamen *ſpinas aſperrimas* legendum eſt. Claudianus lib. II. de laude Stiliconis, 134.

Membraque Circaeis effeminat acrius herbis.

HEINS. Vid. Gifan. ind. Lucret. in *e longum*; & Cl. Drakenb. ad Sil. v. 154.

266. *Adjicit extremo.*] Liber Dominic. *addidit extremo.* CIOFANUS. Ita & Thuan. & Menard. *addit* & plurimi.

267. *Mare lavit arenas.*] Lucretius lib. II. 376.

Littoris incurvi bibulam lavit aequor arenam.

Sic nempe ex Nonio legendum, licet editi ac ſcripti, quos vidi, codices, *pavit* agnoſcant. HEINSIUS.

268. *Addidit exceptas.*] In uno meo, *addit* & *exceptas.* CIOFANUS. *Addit* & meliores. HEINS.

268. *De nocte.*] Eam partem noctis, quae quarta vigilia nuncupatur, ſignificat, vel potius unam, aut alteram horam ante diem notat: tunc enim pruina cadit. Leonardus Malaſpina, ſi hunc vidiſſet locum, interpretans illud Ciceronis ad Atticum lib. VIII. Ep. 6. *Obſignata jam Epiſtola, quam de nocte daturus eram, ſicut dedi*; nihil aptius & accommodatius ad ea, quae ibi conatus eſt probare, poterat invenire. Qui ut, quod ſentio, libere dicam, non implet meas aures. Totum autem hunc verſum à poëta noſtro accepit Lucanus lib VI. CIOFANUS. *Luna de nocte* unus Patav. Lovan. & Langerm. *lunae* & *de nocte* duo Mediceï. *per Lunam nocte* primus Gronovii. unus meus, *Luna ſub nocte*, cum altero Erfurt. at Florentinus S. Marci, *Lunae per nota.* Unde ilico conjeci, *Lunâ pernocte*, quod poſtea in Viri Illuſtris Conſtantini Hugenii Zulichemii codice, qui magni Lipſii olim fuerat, pro diversâ lectione inveni adſcriptum, cum hac gloſsâ, *pernox*, *pernoctis.* Ne dubita, quin vere & eleganter. ſic *Phoebe pernox* Senecae Hippolyto, & *Trivia pernox* Medeâ. *Luna pernox* Livio lib. V. & Plinio lib. II. cap. IX. Hiſt. Nat. Germanicus Arateis:

Qua latus ac flexum ſinuoſi reſpicit anguis
Caſſiopea, virum reſidet ſublimis ad ipſum,
Clara etiam pernox cum coelo luna refulſit.

Ita locus ille ex optimis membranis ſcribendus. Livius lib. XXI. cap. 42. *praeſenſum tamen eſt, quia luna pernox erat. perdia* & *pernox* apud Apulejum Met. V. & lib. IX. quae illic vera ſcriptura eſt. *pernox Eleuſin* Statio Theb. VII. *pernox tuba.* lib. XII. Th. *pernox cura* Auſonio in Idylliis. *pernox alea* Juvenali VIII. 10. quam vocem Manilio bis reddidit ad Hiſtoriam Auguſtam Salmaſius. Val. Flaccus lib. III. 117.

Linquit & *undantes menſas infectaque pernox*
Sacra Medon.

Et ibid. 414.

——— *luſtralia pernox*
Vota fero.

Videtur autem *ſpumam Lunae*, quam Lucanus dicit, innuere. eam & *Lunare virus* idem vocat. lib. VI. 669.

Et virus large lunare miniſtrat.

Stat. Theb. II. 284.

Spumis lunaribus ungit
Callidus.

Val. Flac. VI. 447.

Quamvis Atracio lunam ſpumare veneno
Sciret.

Apulejus lib. I. Miles. *ſolem inhiberi*, *lunam deſpumari*, *ſtellas evelli.* ubi forte rectius, *deſpumare.* Lucan. de Luna VI. 505.

Et patitur tantos cantu deprenſa dolores
Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas. HEINS.

Hunc verſum quidam codices Lucano inſerunt lib. VI. poſt. 506. ſed meliores non agnoſcunt; *media de nocte* Leidenſ. & Sixi. *lunares nocte* unus Heinſii & Thyſii. *per lunam nocte* Gronov.

269. *Infames alas.*] Recte ita dici poſſe, nullus dubito. ſed elegantiorem eſſe Leidenſis codicis lectionem, *informes* puto, id eſt foedas, implumes. ut ita *informes virgae* Stat. VII. 226. Sine fronde.

infor-

Ecce vetus calido verſatus ſtipes aëno
Fit viridis primo: nec longo tempore frondem
Induit; & ſubitò gravidis oneratur olivis.
At quacumque cavo ſpumas ejecit aëno
Ignis, & in terram guttae cecidere calentes;
Vernat humus: floresque, & mollia pabula ſurgunt.
Quod ſimul ac vidit; ſtricto Medea recludit
Enſe ſenis jugulum: veteremque exire cruorem
Paſſa, replet ſuccis. quos poſtquam combibit Aeſon
Aut ore acceptos, aut vulnere; barba comaeque
Canitie poſitâ nigrum rapuere colorem.
Pulſa fugit macies: abeunt pallorque ſitusque;

Adje-

informes trunci Lucan. II. 169. *informia ſimulacra* eidem IV. 412. Tertul. de Vel. Virg. I. *Fructus rudis aliquamdiu & informis.* Burm.

271. *Ambigui.*] *Ambiguum* Leidenſis, ut ad *virum* referatur, quod non diſplicet, ne duobus epithetis *lupi* onerentur. & ita *ambiguus* Proteus lib. II. 8. *ambigua virgo* III. Amor. XII. 28. ubi vide. *inque hominem* Heinſianus unus. *inque homines* alius. Burmannus.

271. *Defuit illis.*] *Illi* in pleriſque. atſeptem, *illic.* quod ſequor. Heins.

272. *Squamea Cinyphei tenuis membrana chelydri.*] Vix hoc in loco effugiemus, quin concedere cogamur duo epitheta uni tributa ſubſtantivo, niſi *tenuis* ſit determinativum *Cinyphei Chelydri*, ut ſit ſenſus, non cujuslibet Cinyphei Chelydri, ſed tenuis, nam *ſquamea tenuis membrana* vix quadrat. Glarean. *Colubri* Gronov.

274. *Ora caputque cornicis.*] Non video quid inter *ora* & *caput* interſit. Quare arbitror ſcribendum, *Ova.* ſic *ſtrigis ova* magicis adhiberi docet Horatius Epod. v. Noſter in Amoribus lib. I. Eleg. XII. de arbore infelici,

Vultur in ramis & ſtrigis ova tulit. Heins.

De uſu Ovorum bubonis in magicis vide Plin. lib. XIX. 4. Sed de ovis cornicis nihil legi.

274 *Novem cornicis ſaecula paſſae.*] Sic eſt in omnibus ſcriptis libris. Alii peſſimè legunt, *Foedera paſſae.* De qua ſic II. Amor. VI. 35.

Vivit & armiferae cornix inviſa Minervae,
Illa quidem ſaeclis vix moritura novem.

Aratus in Phaenomenis:

——— ἐννεάγηρυ κορώνη.

Porphyrio ad illud Horatii lib. III. Od. 17. *Annoſa cornix*, ſic inquit: *Annoſa autem, ait Horatius, quoniam mille annos vivere affirmatur.* Ciofanus. Vid. ad lib. III. 194.

276. *Propoſitum inſtruxit mortali.*] Forte, *mortari.* Nam Gloſſa codicis Urbinatis, *mortali, id eſt, in mortario.* atque ita Barthium in Adverſariis lib. XXXI. 3. conjeciſſe video. Hactenus tamen auctorem deſidero, qui *mortare* dixerit. *mortaria* bis occurrunt apud auctorem Moreti. Juvenalis Satyra VII. 170.

Fuſa venena ſilent, malus ingratuſque maritus,
Et quae jam veteres ſanant mortaria caecos.

Mortalis Cantabr. & tres alii. unus, *mortalia.* pro *barbara* vox alia fuerat in Berneggeriano, ſed eraſa. Omnino arbitror majoris rei ulcus latere. nam quamquam & *barbara* alibi a Naſone dicta Medea, tamen τὸ *mortari* id vocabulum hoc loco vix admittit. Quare ſit, ut accedam V. Cl. Chriſtiano Daumio, qui legendum contendebat, *mortari marmore*, pro in marmore mortarii, vel in mortario marmoreo, ſic tota difficultas fuerit ſublata. Heins. Nec mihi Daumii correctio diſplicet. ſic *purum marmor* pro mortario dixit Medic. fac. 64.

278. *Confudit.*] *Confundit* omnes fere libri. *perfundit* unus Heinſii. deinde, *admiſcuit* Patav. *remiſcuit* Genev. quod placet. Senec. de Conſtant. Sapient. cap. VII. *Aliquis mihi venenum dedit, ſed vim ſuam remixtam cibo perdidit.* Horat. IV. Od. 15. *remixto carmine tibiis.* & Art. Poët. 151. *ſic veris falſa remiſcet.* Burmann.

281. *Induit.*] In Baſileenſi erat, *invenit.* non invenuſte. inf. lib. X. 7.

Nullos invenit motibus ignes.

Et II. Art. 441.

Sed tamen extinctas admoto ſulfure flammas
Invenit.

Multi in hac voce Poëtae de iis, quae ſubito & praeter exſpectationem eveniunt. Sil. IV. 140.

Sic elangueſcens, & jam caſura, petitum
Invenit vulnus.

Vid. Lucan. III. 582. Stat. VIII. 526. XI. 512. & alios. *frondem* etiam Junian. & Mediceus. Burmannus.

282. *Ejecit.*] *Ejectat* codex Menardi. alii, *ſubjecit*, *injecit*, *adjecit*, *dejecit.* mox, *ſpumae calentes* Leidenſ. *guttae recentes* Vatic. *cruentae* tres libri. pro *vernat* etiam *floret* Argent. *fervet* Baſil. & *pabula creſcunt* quinque codices. *ſumit* Leidenſ.

Adjectoque cavae ſupplentur ſanguine venae;
Membraque luxuriant. Aeſon miratur, & olim
Ante quater denos hunc ſe reminiſcitur annos.

Fab. III. Argumentum.

Liberi nutrices in Juventam.

Liber Pater [a] *ut animadvertit Aeſonis ſenectutem remediis Medeam expuliſſe, petit* [b] *ut*

285. *Stricto Medea recludit.*] In uno meo, *reclusit.* Ciofanus. *Resolvit* ſecundus Palatinus & duo alii. ut lib. I. 227. & VI. 643. *recidit* tres alii libri.

288. *Aut ore exceptos.*] *Acceptos* plerique. Heins. Recte. Juſt. XII. 10. *qua* (herba) *in potu accepta ſtatim periculo liberatus eſt.* Neron. 33. *in quo genere cibi venenum acceperat.* Vid. ad Quinct. Decl. XV. 6. Burmannus.

289. *Rapuere.*] *Cepere* Leid. *ſumpſere* Lovan. vid. lib. I. 411. ſed efficacius *rapuere. poſuere* etiam unus Heinſ.

291. *Corpore rugae.*] In Caeleſt. *Corpore venae.* Quomodo à veteribus creditum ſit, Medeam homines è ſenibus juvenes reddidiſſe, docet Palaephatus his verbis ab aliis Latinè redditis: *Medea, ut dicitur, ſeniores homines coquens, juvenes eos faciebat. Fuit verò ſimile quid, Medea talis naturae florem quendam prima invenit; qui capillos albos nigros faciendi poteſtatem habebat. Quibuſcumque igitur hominibus qui ex canicie exire delectarentur, nigros capillos apparere faciebat. Prima quoque haec experimentum calidi lavacri cujuſdam vim medicam habentis invenit, quo volentibus omnibus medebatur: atque haec non in publico, ſed clam quidem agebat, nequis medicorum talia addiſcere poſſet. Huic verò compoſitioni qua utebatur, nomen erat Parepſeſis, hoc eſt decoctio. Quicumque igitur homines hac decoctione utebantur, agiliores prorſus, magiſque ſani fiebant. Ex hoc Medeae ſeparationem hanc quicumque videbant, lebetes ſcilicet, ligna, & ignem, quod homines Medea elixando coqueret, exiſtimabant. Pelias verò homo ſenex & imbecillus hac decoctione cum uſus eſſet, quod eam ſuſtinere prae ſenectutis debilitate non potuit, conſumptus eſt.* Ciof. *Sanguine venae* rectius prim. Moreti, aliique complures. ſic infra 334.

Ut repleam vacuas juvenili ſanguine venas. Heins. Vulgatam tamen lectionem poſſet aliquis exponere, ut *corpus* ponatur, pro pinguedine, ita ut rugoſus, exſuccus & macilentus antea ſenex, nunc plenus & bene habito corpore exceſſerit: quo ſenſu *corpus facere* apud Phaedrum III. Fab. 7. & alios. & ita explicaret, latius hoc verſu, more ſuo luxurians Poëta, quod in priori dixerat, *pulſa fugit macies.* ſed malo tamen *ſanguine*, propter τὸ *cavae.* cavitas enim venarum non corpore ſed ſanguine impletur. & melius puto *cavas* venas, quam rugas dici. *adjectoque* etiam Gronov. non ineleganter. alii *adductoque, ejectoque, abjectoque, abductoque.* Burm.

293. *Hunc ſe reminiſcitur.*] Cum in omnibus, *nunc ſe reminiſcitur.* nos, *hunc ſe*, legendum credidimus, quam lectionem & Planudes ſecutus eſt, quod vero ſequebatur carmen, quod in pluribus id antiquis exemplaribus non invenitur, & ſuperfluere videtur, expungendum duximus. Naugerius. Hoc eſt, ſe ante quadraginta annos natum fuiſſe recordatur, per quod ſignificat, Æſonem ex decrepito ſene in virum quadraginta annos natum, aut citra etiam, prout annos ſenectutis illius definias, fuiſſe converſum. Regius. Raphaël haec ita exponit: ſe ante quadraginta annos natum fuiſſe recordatur, per quod ſignificat Æſonem ex decrepito ſene in virum 40. annos natum fuiſſe converſum. at ego puto poëtam dicere, Æſon reminiſcitur ſe nunc eum eſſe, qui erat olim ante annos 40. ut intelligamus de Aeſonis ſenio demptos 40. annos. ſi igitur Aeſon erat 70. annos natus, relinquebatur, poſt innovationem, annorum 30. atque id veriſimilius. Porro ſequente carmine *ſubiit*, quod ſyncopen paſſum eſt, ultimam producit, quod apud hunc poëtam non eſt infrequens, & nos etiam antea admonuimus. Glarean. Sic Naugerius conjecit. & ſic primus Baſil. reliqui cum vulgatis, *nunc.* Val. Flaccus lib. VII. 479.

—— *Sed te quoque tangat*
Cura mei quocunque loco, quoſcunque per annos,
Atque hunc te meminiſſe velis. Heins.

Recte viri docti *hunc* praetulere, id eſt in eodem fuiſſe vigore, quo nunc erat. *hunc* id eſt talem. Virg. X. Æn. 481.

Hunc ego te Euryale aſpicio.

Ubi Servius, *id eſt talem.* plura dabimus ad Val. Flac. VII. 481. Burm.

294. *Diſſimilemque animum ſubiit aetate relicta.*] Hic verſus in plurimis antiquis codicibus non reperitur, nec in hunc locum admittendus videtur. atqui ipſum contenderim eſſe verſum illum, quem ſuperius emendavi, *Diſſimilemque animum ſubiit puer Aeta relictus*, & neſcio quo caſu ab hallucinanti ſcriptore hic interpoſitum. Constant. Fanens. Poſt verſum illum, *Ante quater*, &c. in

qui-

[b] *ut proinde ſuis nutricibus ferret auxilium, eaſque in adoleſcentiae vigorem* [c] *reduceret. cujus auctoritate compulſa eiſdem remediis, quibus Aeſonem,* [d] *in primitias reduxit,* [e] *Liberoque aeternum beneficium dedit.*

Viderat ex alto tanti miracula monſtri
Liber: & admonitus juvenes nutricibus annos
Poſſe ſuis reddi; petit hoc Æetida munus.

Fab.

quibuſdam iſtum inveniſſe ſe Gruterus notat, *Diſſimilemque animum ſubiit aetate relicta.* Ex quo aliud atque aliud fecerunt Critici: quibus, credo, in mentem non venit, verſum peſſime huc translatum eſſe, ex eo, qui aliquot ante paginis legitur, *Diſſimilemque animum ſubiit pater Aeta relictus.* Dan. Heinsius. In multis codicibus hic verſus legitur, poſt verſ. 291. in aliis hoc loco. Vivianus cenſet admittendum.

[a] *Ut animadvertit.*] *Cum animadvertit Aeſonem ſenectutem remediis Medeae depuliſſe.* Colon.

[b] *Ut proinde ſuis, &c.*] Haec lectio eſt MS. & Venetae. Non placuit tamen Raenerio, ut qui pro ea reſcripſerit, *ut ſuis quoque.* Offendit, puto, eum τὸ *proinde*, quod idem hic eſt, quod *perinde*, quomodo Micyll habet. Fruſtra. Salluſt. pag. 4. *Proinde quaſi praetura & conſulatus, atque alia omnia hujuscemodi per ſe ipſa clara & magnifica ſint.* Columell. lib. II. cap. 5. *Nunc autem proinde ac ſi temperatae regioni praecepta dabimus.* Adde quae Stewechius habet in de Partic. Ling. Lat. lib. I. pag. 255. Ceterum deceptum heic eſſe Lactantium depravata lectione Ovidiani loci, *capit hoc à Colchide munus* luculenter demonſtrat Heinſius not. in Met. Ovid. lib. VII. ỳs. 297. Muncker. *Petiit ut perinde* Colon. Micyll.

[c] *Perduceret.*] *Redigeret* Colon.

[d] *In primitias.*] H. e. in principium juventutis. Gloſſ. Philox. *Primitium* τὸ Πρώτον. contra *initia* pro *primitiis* poni interdum deprehendi. vetus Interpr. I. Reg. cap. XV. 13. *Et Saul offerebat holocauſtum Domino de initiis praedarum* οἱ ὁ. τὰ Πρῶτα τῶν σκύλων, &c. Munckerus. Micyll. in marg. *priſtinam aetatem. in priſtinam reduxit juventutem* Colon. Vid. Barth. x. adv. 8.

[e] *Liberoque.*] *Libero* Micyll. Colon.

29c. *Admonitus.*] *Attonitus* Cantabrig.

296. *Petit hoc à Colchide munus*] *Ab Aethide* primus Mediceus & ſex alii. *ab Oetide* primus Vatican. aliique quinque. *ab Aethide* Cantabrig. *ab Etheide* Arondel. *ab Ethelide* primus Moreti. *à Theide* tertius Medic. *à Cetide* primus Palat. & quartus Medic. *à Esthide* ſec. Palat. In nonnullis vetus lectio penitus eraſa. alter Hamburgenſis & Genev. *à Thetide.* Scribendum poteſt videri, *à Tethye.* apud quam Bacchum latuiſſe, dum Lycurgum fugit, ex fabulis diſcimus. *tanae Tethyi* habes apud Catullum in caſu tertio. Silius lib. v. 395.

Ceu pater Oceanus cum ſaevâ Tethye Calpen
Herculeam ferit.

Ita ex veſtigiis veterum librorum reſtituendum; cum *ſaevior aethere* antea legeretur. veterrimus Silii codex Colonienſis, *ſaeva Cetye,* videtur illa Lucani è libro primo 554. imitatus:

——— *Tethys majoribus undis*
Heſperiam Calpen ſummumque implevit Atlanta.

Avienus in Arateis:

——— *abditur alta*
Tethye, & occidui tegitur Padus aequore ponti.

Tethya pro *Tethyn* nove dixerunt Priſcianus in Periegeſi, & Solinus in fragmento Ponticorum. Ceterum cum Scholiaſtes Euripidis in argumento Medeae, auctor argumentorum in Metamorphoſes, & Hyginus fab. CLXXXII. Medeae hoc, non Tethyi tribuant, conſiderato veteris ſcripturae ductu, verius eſt ut legamus, *petit hoc Aeetida munus:* rogandi enim verba geminum regere caſum docuit pater Voſſius de Conſtructione cap. 40 ita lib. XIV. 787. ex MSS. *hos petit auxilium.* Praeterea malo, *petit hos munus*, quam *hoc*, annos videlicet, ut *nitidam cape munera vaccam* lib. II. 694. Heins. Recte, ut puto, *petit hoc Aeetida munus.* ita apud Quinctil. Decl. IX. 2. ex MS. *qui quidquid petii patrem, exoravi.* Sic & in argumento lib. VII. fab. 2. in editione Colon. legitur, *petiit eam ut parentem &c. reduceret.* & apud Phaedr. I. 2. *regem petierunt Jovem*, ut quidam legunt ſic Schegk. ad Vellej. Paterc. II. 102. ex MSS. apud Tacitum lib. XII. Annal. legit, *Barbaros malle Romam regem petere*, & exemplis aliis confirmat. apud Noſtrum lib. XIV. 139. unus Heinſii Codex habebat. *Hunc peterem juvenes annos.* Burmannus.

Fab. IV. Argumentum.

Peliades, Peliae filiae, [a] *herbis impulsae, postquam viderunt arietem gravatum aetate in agni speciem transfiguratum, ambitiosius* [b] *à Medea petere coeperunt, ut Peliae* [c] *parenti earum restitueret, quam* [d] *temporis processione amisisset, juventutem; quod ut illa accepit,* [e] *cupiens inimicum Jasonis data occasione punire;* [f] *impulit eas parentem interficerent, & lacceratum in ahenum fervens* [g] *dimitterent. Quod ut factum est, currum draconibus junctum conscendit, & per aëra* [h] *elata,* [i] *conspectum inimicorum profugit.*

NEve doli cessent; odium cum conjuge falsum
Phasias adsimulat: Peliaeque ad limina supplex
Confugit. atque illam (quoniam gravis ipse senectâ)
Excipiunt natae. quas tempore callida parvo

Col-

[a] *Herbis impulsae.*] Sic MS. & Veneta quoque cum Micyllo. vitii nonnihil haec contraxisse videtur, & Raenerius vidisse, cum omiserit. sic enim solet cum vel non intelligit aliquid, vel quomodo emendandum sit, non videt. Existimo scripsisse auctorem, *verbis*, vel, *his rebus impulsae.* Muncker. *Verbis* habet marg. Micyll. *verbis Medeae* Colon. *Peliades P. f. ut viderunt arietem aetate gravatum herbis a Medea in agnum transfiguratum, am. ab ea petere c. ut P. p. restitueret, &c.* Raener. Heins.

[b] *A Medea.*] *Ab ea* Colon.

[c] *Parenti earum.*] *Parenti suo* Colon.

[d] *Temporis processione.*] *Tempore provectiore* Colon.

[e] *Cupiens.*] *Quod ut illa accepit, cupiens* Parm. Lugd. Micyll. & reliquae, quae verba cur omiserit Munckerus nescio. *quod illa ut percepit, rata occasionem puniendi Jasonis inimicum datam esse* Colon.

[f] *Impulit eas parentem interficerent.*] Ita MS. Sed Veneta & Micyll. unâ voculâ auctius, *impulit eas ut parentem* &c. Vide supr. ad Lib. II. fab. 12. Muncker. *Ut* etiam Parm. Lugd. Micyll. Colon. *impulit e. p. interficere*, & mox *dimittere* Raener. Heins.

[g] *Dimitterent.*] Malo, *demitterent.*

[h] *Elata.*] *Vecta* Colon.

[i] *Conspectum inimicorum profugit.*] Sic lib. IX. fab. 9. *Patriam profugit.* Lib. VIII. 3. *Minoem profugere vellet.* Et, *profugerent regis imperium.* Confer quae annotavi ad Hyg. Myth. cap. 277. Munckerus.

297. *Neve doli cessent, odium, &c.*] Incipit exponere qua via Jason Medeae opera Peliam perdendum curasset. Quam rem sic Hyginus narrat cap. XXXIV. *Jason cum Peliae patrui sui jussu tot pericula adisset, cogitare coepit, quo modo eum sine suspicione interficeret. Hoc Medea se facturam pollicetur. Itaque cum jam longe à Colchis essent, navem jussit in occulto collocari, & ipsa ad Peliae filias pro sacerdote Dianae venit: eis pollicetur se patrem earum Peliam ex sene juvenem facturam. Idque Alcestis major filia negavit fieri posse. Medea quo facilius eam perduceret ad suam voluntatem, caliginem eis objecit, & ex venenis multa miracula fecit, quae verisimilia esse viderentur, arietemque vetulum in ahenum conjecit, unde agnus pulcherrimus prosiluisse visus est, eodemque modo inde Peliades, id est, Alcestis, Pelopia, Medusa, Isidoce, Hippothoë, Medeae impulsu patrem suum occisum in aheno coxerunt: cum se deceptas esse vident, à patria profugerunt. At Jason signo à Medea accepto, regiâ est potitus: Acastoque Peliae filio fratri Peliadum, quod secum Colchos ierat, regnum paternum tradidit, ipse cum Medea Corinthum profectus est.* Ciofanus.

299. *Gravis illa senecta.*] Lovanienses, *senectae*, quod Heinsio non displicebat. ut dictum sit, quemadmodum *grandis maturus aevi.* de quo vide ad lib. VI. 321. *graves* vero proprie senes dicuntur. ita apud Lucan. II. 65.

Oderuntque graves vivacis fata senectae.

Ita ex MSS. lego; vulgo, *gravis vivacia.* graves ibi sunt senes, qui oderant fata vicacis senectae. apud Teren. Heaut. IV. 1. etiam *animus natu gravior.* pro homine gravi aetate ponitur. & ita apud Virgilium lib. X. 207. dubitat Servius, an *Gravem Aulestem* explicet, vel animo, vel aetate, vel propter navem. & II. Aeneid. 436. *Iphitus aevo jam gravior.* & ita Βαρὺς apud Graecos. Soph. Oedip. Tyr. 17.

Οἱ δὲ σὺν γήρᾳ Βαρεῖς
Ἱερεῖς.

Ubi Schol. Βαρὺς & de anima dici, & de corpore notat, & in Aedip. Col. 864. Χρόνῳ βραδὺς, ubi

Colchis amicitiae mendacis imagine cepit.
Dumque refert, inter meritorum maxima, demtos
Æsonis esse situs; atque hac in parte moratur;
Spes est virginibus Pelia subjecta creatis,
Arte suum parili revirescere posse parentem.
Jamque petunt: pretiumque jubent sine fine pacisci.
Illa brevi spatio silet; & dubitare videtur:
Suspenditque animos ficta gravitate rogantes.
Mox ubi pollicita est, Quo sit fiducia major
Muneris hujus, ait: qui vestras maximus aevo est

Dux

ubi & Βαρὺς scribi docet Scholiastes. Aelian. IX. Var. I. Βαρὺς ὢν ὑπὸ γήρως. *gravidum forte* dixit. etiam Val. Flac. V. 22. Burmannus.

300. *Excipiunt.*] *accipiunt* Thuan. vid. ad Epist. XII. 29.

301. *Colchis amicitiae fallacis imagine cepit.*] In duobus meis, Caelestinis, Briantii, Joannis, & Dominic. *Colchis amicitiae mendacis.* Utrumque rectè. A Juvenale enim dicitur X. Sat. 174. *quidquid Graecia mendax Audet in historia.* Et à Seneca: *Te duce succidit mendax Dardaniae domus.* A Valerio vero Flacco VIII. 275. *Te Graecia fallax Prosequor.* M. Tullius, de Graecis loquens, ita scribit Epist. I. lib. I. ad Q. Fratrem: *Sic vero fallaces sunt permulti, & leves, & diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi.* Ciofan. Eadem varietas lib. III. Am. III. 44. Sed praeterea in Argentino codice erat, *imagine duxit*, quod doctius, quam ut à librario veniret, cui vulgare *cepit* acceptum refero. *ducere* enim est blanditiis sensim suas facere, & fallaciis convenientissimum verbum. inf. VIII. 122.

Nec mater imagine tauri
Ducta tua est.

Propertius III. eleg. 13.

Mentiri noctem, promissis ducere amantes.

Terent. Andr. I. 1. *duci falso gaudio.* & IV. 1. *etiam nunc me istis dictis ducere postulas.* Phor. III. 2. *phaleratis dictis ducere.* Cicer. pro Cluent. 61. *nisi forte ineptiis ac fabulis ducimur.* Vide Brouk. ad Tibul. I. VII. 1. ubi & *inducere* ita poni docet. & eo sensu cape illa Horatii III. od. 27.

Impios parrae recinentis omen
Ducat.

Non cum Crucquio, pro sit dux itineris. Burm.

304. *Subjecta.*] *Sublata* Gronovii, unde Heinsius olim faciebat, *subnata.* ego nihil muto. elegans enim locutio. ita & Quinct. Declam. III. 1. *furenti tribuno mens subjecta est.* Idem.

305. *Revirescere.*] *Revivisce* contra metrum Priscianus lib. V. & multi ex vetustioribus scriptis. *juvenescere* septem. quod arridet. Heinsius. Vide lib. IX. 430. & Flor. praefat.

306. *Idque petunt: pretiumque jubent sine fine pacisci.*] In uno meo legitur, *Idque petunt; pretium juvenis sine fine pacisci.* In altero: *Atque petunt pretium, &c.* Ad cujus marginem notatum est: *Atque petunt pretium juvenes, sine fine rogantque.* In Brian. *Idque petunt, pretiumque volunt sine fine pacisci.* Videant alii, quo modo sit legendum. Ciofanus. *Pretium juvenis, juvenes, juveni, juvenem* libri veteres. Tu versum totum hinc abliga: est enim spurius. Heinsius. Posset servari versus, si legeretur cum uno Heinsii, *jamque petunt.* ut impatientia declaretur: simul ac spes est subjecta, petunt jam hoc munus a Medea. quidam habent, *atque petunt*, sed *jam* est particula celeritatis, quae centies idem notat, quod statim, vide Gifan. indic. Lucret. Nost. Ep. XVIII. 16.

Jam tibi formosam porriget illa manum.

Terent. Eun. I. 2. *accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis.* Heaut. IV. 4. 16. *atqui jam dabitur.* & passim etiam alii. Burmannus.

308. *Animos rogantum.*] Elegantius omnino, *rogantes*; quod Florentinus S. Marci, Neapol. secundus Mediceus, & prior Hamburgensis agnoscunt. sic *dextram precantem* dixit Virgilius lib. XII. 930. Claudian. in II. Laud. Stilic. 13.

Quo tandem flexus trabeas auctore rogantes
Induerit.

Quod perperam mutaverant. sic & *vittae precantes* Statio Theb. XII. & *manus precantes.* Statius Theb. I. 400.

Tantum in corde sedens aegrescit cura paventi.

Ita optimus codex. non *parentis.* Adi notas ad Epist. II. ŷs. 93. mox pro *vestri gregis* meliores, *vestras inter oves.* Heinsius.

310. *Qui vestri maximus aevo est.*] Sic Lucanus in primo ŷs. 585.

——— *quorum maximus aevo*
Aruns incoluit desertae moenia Lunae.

Et Virgilius lib. XI. 237.

Sedet in mediis & maximus aevo.

Ciofanus. *Nostri* unus.

Dux gregis inter oves, agnus medicamine fiet.
Protinus innumeris effoetus laniger annis
Attrahitur, flexo circum cava tempora cornu:
Cujus ut Haemonio marcentia guttura cultro
Fodit, & exiguo maculavit ſanguine ferrum;
Membra ſimul pecudis, validosque venefica ſuccos
Mergit in aere cavo. minuuntur corporis artus:
Cornuaque exuitur, nec non cum cornibus annos:
Et tener auditur medio balatus aëno.
Nec mora; balatum mirantibus, exſilit agnus:
Laſcivitque fugâ; lactantiaque ubera quaerit.
Obſtupuere ſatae Pelia: promiſſaque poſtquam
Exhibuere fidem; tum verò impenſius inſtant.
Ter juga Phoebus equis, in Ibero gurgite merſis,
Demſerat; & quartà radiantia nocte micabant
Sidera; cum rapido fallax Aeetias igni
Imponit purum laticem, & ſine viribus herbas.
Jamque neci ſimilis, reſoluto corpore, regem,

Et

314. *Cava tempora.*] *Sua t.* Moreti & octo alii.

317. *Minuunt ea corporis artus, Cornuaque exuruntur.*] Quaenam ſunt ea, quae artus arietis minuunt? nam minui quae coquuntur, aut aſſantur, certum eſt. legendum certare auſim, *minuuntur corporis artus.* atque ita emendavi. & verſu ſequenti, *cornuaque exuitur*, ex manuſcripto, Graeca ſyntaxi, ut Lipſienſis editio adnotat in ora libri. PONTANUS. *Minuunt en* Cantabrig. *minuunt è* unus meus: alius ex meis, & unus Ambroſ. *minuuntur.* & pro *exuerunt* alter Erfurtanus, *exurit.* Graevianus, *exſurgunt. exuitur* Berſmanni codex ſcriptus. Refinge,

——— *minuuntur corporis artus,*
Cornuaque exuitur,

familiari Graeciſmo. quomodo vidi poſtea Farnabium, ex neſcio quibus antiquis libris, edidiſſe. HEINSIUS. Ex Heinſiano codice, qui *minuunt e* habet, forte poſſet legi, *minuunt ſe corporis artus:* niſi quis, *minuunt en*, pro minuuntur, vellet capere, ut ita *muto*, *verto* & ſimilia paſſim paſſiva ſignificatione occurrunt. BURMANNUS.

321. *Laſcivitque fuga.*] *Fugam* Florentinus S. Marci, poſt τὸ *fuga* in Berneggeriano codice litera erat eraſa. Puto *fugax* reponendum. Seneca Hercule Furente 144.

Errat curſu levis incerto
Molli petulans hoedus in herba.

Agni petulci Lucretio II. 368. In Catalectis veterum poetarum de menſibus:

Tempus vernum, hoedus petulans, & garrula hirundo.

Ita ſcribo ex vetuſto codice non, *Tempus ver.* HEINSIUS.

321. *Lactentiaque ubera quaerit.*] *Lacto*, id eſt lac praebeo, & matris eſt. *Lacteo*, id eſt, lac ſugo, & eſt foetus, lib. VI. 342. de Apolline & Diana infantibus, *Uberaque ebiberant avidi lactantia nati.* quo in loco plerique codices *lactentia* perperam habent. in ea quoque ſignificatione hic ponitur, ſi modo haec differentia perpetua ſervata eſt. & nota hoc in loco *Ubera* de ove, quae praedicto lib. VI. loco de Latona. & Æn. item lib. VI. *& ab ubere raptos Abſtulit atra dies*, de infantibus loquens, ut non omnino aberraverit, qui Lucae undecimo traduxit, *Et ubera quae ſuxiſti*, pro mammis. GLAREANUS. Gebh. III. Crepund. 7. legit *lactantiaque ubera*, & exponit copiâ lactis exſtantia, turgentia. inepte prorſus. *ubera* autem pro mammis paſſim ponuntur. vid. lib. IV. 324. BURM.

324. *Ter juga Phoebus equis in Ibero flumine merſis Dempſerat.*] Sic IV. Faſt. 688. *Dempſerat emeritis jam juga Phoebus equis.* CIOFANUS. *Gurgite* excerpta Calandrae, Lovan. & Genev. ut apud Virgilium lib. XI. 913.

Ni roſeus feſſos jam gurgite Phoebus Ibero
Tingat equos.

Columella lib. X.

——— *cum Phoebus equos in gurgite mergat Hibero.*

Statius

Et cum rege ſuo cuſtodes ſomnus habebat,
Quem dederant cantus, magicaeque potentia linguae.
Intrârant juſſae cum Colchide limina natae:
Ambierantque torum: Quid nunc dubitatis inertes?
Stringite, ait, gladios: veteremque haurite cruorem;
Ut repleam vacuas juvenili ſanguine venas.
[In manibus veſtris vita eſt aetasque parentis.]
Si pietas ulla eſt, nec ſpes agitatis inanes;
Officium praeſtate patri: telisque ſenectam
Exigite; & ſaniem conjecto emittite ferro.
His, ut quaeque pia eſt, hortatibus impia prima eſt:
Et ne ſit ſcelerata, facit ſcelus. haud tamen ictus
Ulla ſuos ſpectare poteſt: oculoſque reflectunt;
Caecaque dant ſaevis averſae vulnera dextris.
Ille, cruore fluens, cubito tamen adlevat artus;
Semilacerque toro conſurgere tentat: & inter
Tot medius gladios pallentia brachia tendens;
Quid facitis, gnatae? quid vos in fata parentis

Armat,

Statius lib. XII. 227.

Jam pater Heſperio flagrantem gurgite currum
Abdiderat Titan.

ſed & *flumine* ferri poteſt. ſic Homerus ubi agit de occidente ſole περικαλλέα λίμνην dixit. Tibullus libro III. IV. 18. itidem de Sole,

——— *Coeruleo laverat amne rotas.*

Et libro II. v. 62.

Solis anhelantes abluit amnis equos. Heinsius.

Pro *demſerat*, *preſſerat* erat in ſeptem libris. *merſerat* Gronov.

326. *Rapido.*] *Calido* Leidenſis forte pro *valido*, ut ſaepe *ignis* dicitur. ſed & *rapidus* non minus elegans & uſitatum, vid. ad III. Amor. X. 27. ita lib. XII. 274. pro *rapida flamma* Gebhardus reponebat, *valida*. quae eadem varietas in Nuce. 162. ſed *rapax ignis* VIII. Met. 837. *rapidus* II. Triſt. 425. *rapida flamma* II. Met. 123. & ſimilia paſſim. Burmannus.

328. *Similis.*] *Similem* Gronov. Moreti & undecim alii.

329. *Cum rege ſuos cuſtodes.*] *Suo* meliores, & mox, *dederant cantus*, pro *dederat*. Heinsius.

332. *Quid nunc dubitatis.*] *Tὸ nunc* in primo Vaticano à manu ſecunda exſtabat, veteri lectione eraſa. Forte, *quid iὸ dubitatis*, quae vox frequenter eſt corrupta, imprimis apud Martialem, apud quem lib. XII. 3. pro,

Ibis iὸ Romam tu peregrine liber,

Ibis nunc repoſuerant pari modo homines inſciti. Heins. Minime movenda particula elegantis uſus & efficacitatis. *nunc*, id eſt, cum manifeſta & probata jam ſit vis medicaminum meorum ex ariete in agnum verſo. vid. Victor. ad Cicer. II. ad Att. 3. Burm.

333. *Haurite.*] *Auferte* unus Bonon.

335. *In manibus veſtris vita eſt.*] Ne hic quidem verſus meo calculo inter Naſonianos eſt admittendus. Heins.

338. *Exigite.*] Iterum antiquarius ille Gebhardus lib. III. Crep. 7. Ovidio, ut ſaepe alias, caſcum illud verbum *Exicite* obtrudere tentat. & *Exſicere*, ut *diſſicere*, *proſicere*, dictum eſſe vult. ſed nullum ejus exemplum profert. nihil mutemus. Val. Flac. III. 381.

Ferroque morantes
Exigite hinc animas.

Lib. VI. 572.

Illum exigit haſta.

Ita *ſtilo exigere gracilitatem* eleganti translatione dixit Quinctil. I. Inſt. Orat. 9. quidam codices hic, *excutite*, *eximite*, quae verba ſaepe pro *exigere* a librariis poſita, ut alibi obſervamus. Burm.

343. *Ille cruore fluens, ſubito tamen allevat artus.*] Placet, quod ex aliis codicibus affertur, *cubito tamen allevat artus.* Dan. Heinsius. *Cubito* excerpta Calandrae, unus Moreti, unus Argent. & unus Baſil. quod & Ciofanus jam monuit. *ſubitos artus* prim. Vatican. prim. Gronov. & Cantabr. Pont. lib. III. Eleg. III.

Territus in cubitum relevo mea membra ſiniſtrum.

Sic & infra Met. VIII. 731. IX. 518. XI. 621. Epiſt. XXI. 16. & Faſt. II. 349. Virgilius quoque in Ciri,

Armat, ait? cecidere illis animique manusque.
Plura locuturo cum verbis guttura Colchis
Abstulit, & calidis laniatum mersit aënis.

Fab. V. VI. VII. VIII. & IX. Argumenta.

Cerambus in Avem. Draco in saxum. [a] Juvencus in cervi figuram. [b] Corythus in speciem monumenti. Maera in canis figuram.

[c] *Medeam fugientem* [d] *docet Othryn montem Thessaliae petiisse*, [e] *in quem diluvio Deucalionis* [f] *Cerambus Nympharum auxilio pennis* [g] *delatus sit*, [h] *& in montem Parnasum*,

Noctem illam sic moesta super moerentis alumnae
Frigidulos cubito subnixa pependit ocellos.
ubi *morientis* perperam legitur. Propertius libro I. Eleg. III.
Sic ait in molli fixa toro cubitum,
ubi malim reponi, *nixa*. Virgilius IV. 690.
Ter sese attollens cubitoque innixa levavit.
Idem Propertius paulo ante hac ipsa elegia,
—— *non certis nixa caput manibus.*
Hegesippus libr. I. de Herode, *paulisper sese attollens, cubitoque annixus.* Auctor vitae Pompon. Attici in fine, *in cubitum nixus*. Heinsius. Petronius CXXXI. *erectus in cubitum*. ubi vide notata.

344. *Tentat consurgere.*] *Consurgere tentat* quatuor libri, quod mollius.

346. *Natae.*] Vetustiores, *gnatae*. &, *quid vos*, pro *quis*. prim. sec. Pal. & sex alii. Heins. *In funera patris* Gronov. & Patavin.

347. *Animique manusque.*] *Animusque* quatuordecim scripti. Vide supr. IV. 229. & ad I. Art. Amat. 81.

349. *Mersit in undis.*] *Mersit ahenis* rectius sex scripti. Propertius libro II. Eleg. I.
Colchis Iolciacis urat ahena focis.
Seneca Thyeste 1060. apposite,
Et haec ferventibus
Demersi ahenis. & ita saepius in eadem tragoedia. Heins. *Jugulatum* Basileensis. *misit* tres. *mittit* Langerm. supr. 317. *mergit in aere cavo.*

[a] *Juvencus.*] *Juvencus liberi* Parm.

[b] *Corythus.*] *Cobidus* Parm.

[c] *Medeam.*] *Hinc Medeam dicunt Pelion & Othryn montes* Colon.

[d] *Docet.*] *Docet Hesiodus* Parm. Lugd. Micyll. *Medea fugiens, ut docet Hesiodus O. m. T. petiit* Raener. Heins.

[e] *In quem.*] *In quo Deucalionis imbres fugiens.* Colon.

[f] *Cerambus.*] Existimo hunc esse Cerambum illum, de quo Anton. Liberal. cap. 22. Nam conjecturae ejus, qui *Terambum* transformat in *Cerambum*, favere mirifice hunc Ovidii locum alias dixi. Ἐγένετο, inquit Antonius, ὑλοφάγος κεράμβυξ, φαίνεται δὲ ἐπὶ τῶν ξύλων, καὶ ἔχιν ἀγκύλος ἐκ τῶν ὀδόντων, καὶ συνεχῶς τὰ γένεια κινεῖ &c. Quae verba ita verterim: *Factus est cerambyx, quod est insectum frondivorum, conspiciturque in arboribus, curvis dentibus, maxillas semper movens* &c. Ξύλα sunt arbores. Genes. cap. III. Ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν &c. Psalm. I. ℣s. 3. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων. Ecclesiast. cap. II. ℣s. 5. Ἐφύτευσα ἐν αὐτοῖς ξύλον πᾶν καρπεῦ. Et sic saepe alibi illi interpretes. Etiam Graecorum more Ambrosius Hexaëm. lib. I. cap. 4. *ligna fructifera* appellat arbores fructum edentes. *Lignum pomiferum* est apud Vet. Interpr. Genes. cap. I. ℣s. II. Ubi Junilius Episcop. Afric. *Patet ex his verbis Dei, quia verno tempore mundi perfectus est ornatus. In hoc enim solent herbae virentes apparere in terrâ, & ligna pomis onustari.* Τ'λοφάγον verto *frondivorum*, ut apud Diodorum Sicul. Lib. III. pag. 159. Οἱ δὲ ὑλοφάγοι μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἐπὶ τὰς νομὰς ἐξιόντες, ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὰ δένδρα, καὶ τοὺς ἁπαλοὺς τῶν ἀκρεμόνων προσφέρονται. Pro κινεῖν legendum, κινεῖ. Sed hoc jam antehac monui, ut & γένεια ibi esse *genas*: adeo ut frustra apud Apollod. pag. 19. Καθειμένοι βαθεῖαν κόμην ἐκ κεφαλῆς καὶ γενύων, pro γενείων rescribat Clariss. Tanaq. Faber. Hesiod. Asp. ℣s. 167. Μελάνθησαν δὲ γένεια, *denigrataeque illis erant maxillae.* Diaconus: Τὰ δὲ γένεια τῶν δρακόντων, ἤγουν ὁ περὶ τὸ στόμα καὶ τὰς σιαγόνας τόπος μέλας ἦν. Muncker.

[g] *Delatus sit.*] *D. fuit* Parm. Lugd. Mic. & mox, *relinquens vidit*, & *adiit.*

[h] *Et in montem &c.*] Haec desunt Colon. qui post *sit*, habet, *hinc quoque fugientem narrant, Pitane urbem & simulacrum Draconis in saxum transfiguratum à laeva reliquisse.*

[i] *Deinde Idaeum.*] *Deinde dicam eam Idaeum* Colon.

[k] *In quo Liber pater juvencum.*] Ita reposui ex Venetâ, quâ cum & MS. facit, nisi quod perperam *Liberi patris* exhibet. Raenerium haec ex Regianis

naſum, qui eſt altiſſimus. Hinc Pitanen Aeoliae urbem relinquentem, vidiſſe draconem in ſaxum eſſe transfiguratum. [i] *Deinde Idaeum nemus adiſſe,* [k] *in quo Liber pater juvencum transfiguratum in cervi figuram ſubtraxit.* [l] *Nec minus, qua Corythi pater parvo conditus eſt ſepulchro:* [m] *& qua Maera in canis figuram eſt converſa.*

Quod niſi pennatis ſerpentibus îſſet in auras;
Non exemta foret poenae. fugit alta; ſuperque
Pelion umbroſum, Philyrëia tecta, ſuperque
Othryn, & eventu veteris loca nota Cerambi.
Hic ope Nympharum ſublatus in aëra pennis,
Cum gravis infuſo tellus foret obruta ponto,
Deucalioneas effugit inobrutus undas.

Aeo-

gianis Commentariis interpolaſſe deprehendet, ſi quis conferre voluerit. Muncker. *In quo Liber pater Thyoneum filium, qui à paſtoribus Phrygiis juvencum abegerat, in venatorem vertit, ne à paſtoribus perſequentibus agnoſceretur, juvencum vero in c. f. transfiguravit.* Raener. Heinſ. *Juvencum tr. in cervi formam occuluit* Colon.

[l] *Nec minus.*] *Nec minus patrem Corythi parvo conditum ſepulchro* Parm. Lugd. & Micyll. qui dedit, *nec minus & patrem parvo conditum ſepulchro*, ut & Colon. *Tranſit & qua Corythi &c.* Raener. Heinſ.

[m] *Et qua Maera.*] *Item Maeram in figuram canis eſſe converſam* Parm. Lugd. Micyll. Colon.

350. *Quae niſi.*] *Quod niſi* rectius meliores. Heinsius. *At niſi* Lovan.

350. *Pennatis ſerpentibus iſſet, &c.*] Hodeporicon Medeae hoc loco deſcribit poëta, quo videlicet itinere, & per quas regiones ex Theſſalia, ubi Pelias regnaverat, Corinthum, & mox perpetrata caede filiorum, & arce cum nova Jaſonis conjuge incendio conſumpta, e Corintho Athenas ad Aegeum Theſei patrem pervenerit, perſtringens breviter (id quod Hodeporicis familiare eſt) quae quibuſque locis fabuloſa, aut aliàs memorabilia accidiſſent, imitatus, ut ex Lactantii argumentis apparet, Heſiodum, in opere opinor, quod illi ἡοιῶν μεγάλων titulo Graeci adſcribunt. quod quia non exſtat, neque item quos νόστους vocant, quaeque ὀρφικὰ aut ναυπάκτια, & id genus veterum poëmata fabulis referta, nemo facile explicaverit eas fabulas, quae hic notantur, aut etiam quicquam ferè aliud attulerit, quam hic a Lactantio dicitur. Ubi rurſum praeter cetera incommoda etiam hoc accedit, quod neque ipſius Lactantii verba, ſive argumenta ſatis integra aut plena ſunt, temporum ſive etiam fatorum iniquitate, ut aliis pleriſque, ita his quoque vitiatis, &, ut ita dicam, adeſis; deinde, ut fit, aliis atque aliis locum etiam quae interciderant, inſertis, & ſecundum quod cuique commodum viſum, affictis. Micyll.

352. *Exempta.*] *Excepta* tres libri, *erepta* unus Leidenſis & duo alii. quae omnes lectiones habent, quo ſe tueantur.

353. *Pelion umbroſum, Phylireaque tecta.*] Aut hoc modo legendum, aut hoc altero, *Pelion umbroſum, Philyreïa tecta.* nam *Philyra* ſecundam ſemper corripit Graecis Latiniſque. primam autem habet communem, ut ſuperius diximus. in II. Metamorph. & VI. Faſt. *Phillyrius* pro *Philyreïus* corrupte legitur; ſi quis eos tibi verſus forte objiciat. Ceterum hemiſtichium hoc Naſonis ex hymno Callimachi in Delum 118. ſumptum eſſe videtur, qui ait, Πηλίου ὦ Φιλύρης νυμφήιον *Pelium Philyreum cubiculum.* Const. Fanensis. *Philyreïa tecta* prior Hamburg. Arondel. aliique complures. optime. ſic libro III. 204.

Quid faciat? repetatne domum, regalia tecta?

Ita paſſim Noſter. Heins.

353. *Cerambi.*] Tametſi alias, quod ſciam, nihil exſtet de hac fabula, invenio tamen in commentariis Graecorum κέρκμβον etiam κάνθαρον, hoc eſt, Scarabaeum ſignificare, quaſi κέρατα ἔχοντα. Ut ex eo ſuſpicari quiſpiam poſſet, Cerambum, de quo hîc dicitur, non in avem, ſed in ſcarabaeum potius mutatum fuiſſe. praeſertim quando hic nihil aliud additur, quam quod ſublatus in aëra pennis fuerit. Nam & Scarabaei volant. Sed de hoc alii judicent. Eſt autem & mons Paphlagoniae Cerambis. cujus Apollonius meminit, & Crambis filius Phinei ex Cleopatra filia Boreae & Orithyiae. Micyllus. Hunc Cerambum eſſe, qui ab Antonino Liberali Terambus vocatur, & cujus Metamorphoſis longe aliter ab eo narratur cap. XXII. credit Munckerus, imo Berkelius apud Antoninum *Cerambum* reſtituendum cenſet. MSS. variè hic nomen exhibent, *carambi, cerambri, cheraubi, cherauli, cheambi, celandri.* Cerambis vero Promontorium hinc longius remotum eſt. & quod *Carambis* ſemper dicitur, vel *Crambis*, nomen habens a Crambi Phinei & Cleopatrae filio ſecundum Scholiaſten Apollon. II. 140. & 178.

Aeoliam Pitanen à laevâ parte relinquit,
Factaque de saxo longi simulacra draconis:
Idaeumque nemus: quo, nati furta, juvencum
Occuluit Liber falsi sub imagine cervi;

Quâque

latere hic ignotiorem vulgo fabulam puto. Burm.

355. *Infuso.*] *Effuso* Junianus.

356. *Deucalioneas undas.*] Interpres Statii negat diluvium exstitisse Deucalionis tempestate. Atqui Xenophon multa recenset diluvia, inter quae illud ponit, & Diodorus lib. I. cap. II. Ciofanus.

357. *Aeoliam Pitanen.*] Pitane urbs est Aeolica, unde & Æoliam poëta appellat, non quod ibi Æolus regnarit, ut quidam putant. Ex Pitana Arcesilaus Academicus fuit, qui cum Zenone apud Polemonem didicit. Tradunt apud Pitanam lateres super aquis fluitare. Regius. Vetusta exemplaria, *Aeoliam Phitanen*, per *ph.* Sic Latinè, opinor, reddendum est. Atque argumento sit βόσπορος, quod verbum Latinè dicitur *Bosphorus.* Sic etiam Ἐνιπεύς, Latinè *Enipheus*, ut superius ex vetustis libris probavimus. Sic quoque τρόπαιον, Latinè *trophaeum:* & eodem modo pleraque alia. In hac sententia est etiam vir summa doctrina, atque omnis antiquitatis intelligentia praestans, Fulvius Ursinus: & M. Antonius Gadaldinus, litterarum Graecarum vir bene peritus. Ciofanus. Aeoliam addit, quia alia in Laconica, de qua vid. Schol. Pindari od. Olymp. VI. 46. & Spanh. ad Callim. Hym. in Dian. 172.

357. *Reliquit.*] *Relinquit* meliores. Heinsius.

358. *Factaque de saxo.*] Metamorphosin serpentis in lapidem signat. Hîc autem videtur esse ille Draco, qui spectantibus Graecorum ducibus apud Aulidem significavit decimo tandem anno Trojam esse capiendam, cùm enim in arborem ascendisset, in qua avicularum nidus erat, novem pullos primum, deinde eorum matrem devoravit. Quod cum vidisset Calchas, decimo demum anno Trojam capi posse praedixit. Serpens vero illa ad perpetuam rei memoriam in saxeam Draconis imaginem fuit commutata. Regius. Regius hoc loco de Dracone intelligit, qui annos belli Trojani Graecis significavit. de quo Homerus lib. II. Iliados meminit. Sed repugnat locus. Nam Draco, de quo apud Homerum dicitur, in Aulide conversus fuit. Ovidius autem hîc in descriptione littoris Asiatici, non Graeci, sive Boeotici, adhuc versatur. Quare ego de Lesbio serpente, de quo etiam infrà XI. 58. mentio fit, intelligendum magis puto: qui quod Orphei caput, in Hebrum abjectum, & ad Lesbum inde delatum violare morsu voluisset, ab Apolline in saxum mutatus fuit. Nam Lesbus insula potissima pars Æolidis fuit, ut etiam Strabo testatur. Unde & Sappho, quae Lesbia fuit, ab Horatio *Aeolia puella* appellatur. Micyllus. Grammaticis is serpens accipiendus videtur, qui Graecis in Aulide sacrificantibus prodigio fuit, tunc cum in platanum arae incumbentem repsit, passeresque octo, & matrem denique supervolitantem laniavit, in silicemque obriguit. Nota res ex secundo Iliados (cujus versus per otium a se conversos refert in II. de Divin. M. Tullius) & Ovidio XII. Metam. Verum quoniam haec ipsa conjectura nituntur, atque alia fortasse fabula significari potest, illud affirmaverim, si alterutra earum sit legitima putanda, verae propiorem esse, quam ipsi ad libr. XI. 56. attulimus, quando loca id arguunt. Est enim Aeolis Lesbo adversa, ut in ordine aliter omnino recenseri non debuerint. Accedit etiam quod citra tempora Trojana, & cum nondum conjuratae mille naves in Aulide consedissent, sublimis rapta Medea monstrum id despicere non potuit. Orphei autem mors an contigerit tum quidem nescimus. Contigisse certe potuit. Nam Firmianus in I. Divin. Inst. cum dixerit fuisse Orpheum per eadem fere tempora, quibus Faunus, dubitavit & ipse quis aetate praecesserit. *Siquidem*, inquit, *per eosdem annos Latinus Priamusque regnarunt. Item patres eorum Faunus & Laomedon. Quo regnante Orpheus cum Argonautis ad Ilienſium litus accessit.* Verum ea observatio, ut ullius hoc apud Ovidium loci momenti est, ita saepe etiam nullius esse, videre est apud Poëtas, quibus plerumque moris est, ut loca transferant, personas invertant, ordinem confundant, tempora praetereant, nominibus abutantur. Mariangelus Accursius in Diatribis.

359. *Idaeumque nemus.*] Idas duas esse certum est: Alteram in Creta, alteram in Phrygia. de Phrygia nunc videtur poëta sentire. Regius.

359. *Quo nati furta.*] Thyoneus Bacchi filius (ut quidam ajunt) juvencum Phrygiis pastoribus abegerat: eum cum pastores persequerentur, Bacchus Thyoneum quidem in venatorem, juvencum vero in cervum convertit, quod cum rustici vidissent, à persequendo Thyoneo destiterunt. Thyoneus autem Bacchus quoque dicitur à Thyone vel matre, vel nutrice, vel (ut quidam ajunt) παρὰ τὸ θύειν, hoc est, à sacrificando. Regius. Neque de hac fabula alibi certius aliquid exstat, quod quidem ego sciam. Nisi quod *Thyonei* etiam Acro meminit in 17. Oden lib. I. Car. Horatii, filium Bacchi dicens, patrem Thoantis, ejus qui Hipsipylen genuit, regnasseque in insula Chio. Quod hîc adjicere libuit, loci potissimum causa. Nam Regius locorum ac regionum ordinem in hac itineris descriptione parum alioqui observasse videtur. Micyllus. Quae Regius de Thyoneo notat

fere

Quâque pater Corythi parvâ tumulatur arenâ:
Et quos Maera novo latratu terruit agros.

FAB.

fere iisdem verbis exstabant in glossa Codicis Menardi unde suspicor illum in simili codice ea invenisse.

359. *Nati furta juvencum.*] Multi ex melioribus, *raptum furta juvencum. prati furta* prim. Med. & duo alii. HEINS.

361. *Quaque.*] Et qua in parte, ubi. Vide quae notavi lib. 1. De Ponto eleg. 1. & Virg. lib. II. Aeneid. *qua deficit ignis.* CIOFAN.

361. *Pater Corythi.*] Quis Corythi pater fuerit, aut ubi sit sepultus, non memini me legisse. Sic quidem olim ingenuè professus sum. Nunc verò à Lycophronis enarratore admonitus video patrem Corythi Paridem fuisse. Nam Paris ex Oenone filium Corythum suscepit, quem mater à Paride relicta, ducem itineris euntibus adversus Trojanos Graecis dedit. id quod apud Lycophronem Cassandra futurum esse vaticinatur. Paris autem ipse in Cebrina Trojadis urbe sepultus fuisse scribitur à Strabone lib. XIII REGIUS. Corythi autem etiam Parthenius meminit in Eroticis, cap. XXXIV. qui ex Paride & Oenone natum dicit, & cum Trojam venisset, ibi Helenes amore captum, atque à patre deprehensum, occisum esse. Quanquam rursus Nicander, non Oenones, sed Helenae filium fuisse tradit, ut apud eundem autorem legitur. MICYLLUS. *Corythi.* κορυθὸς Graecis, Paridis & Oenones filius. pro *tumulatus arena est*, ex melioribus *tumulatur.* HEINSIUS. Vidit veram hujus loci explicationem Parrhasius ad Claud. 1. de Rapt. 199. qui ante se hunc locum Gordiano nodo inexplicabiliorem visum ait. de Corytho Lycophronis locum Cass. vs. 57. intelligit Tzetzes, & Meursius, repugnante Cantero; ubi etiam vide Potteri notas, qui Parthenium male Helenes filium, ex Nicandro perperam intellecto, docet. vid. & Conon. narrat. 23. Helenes etiam filium facit Dictys Cretens. lib. v. cap. 5. Servius etiam notat quosdam haec Virgilii verba lib. III. 170. *Corythum terrasque require Ausonias*, de Oenones & Paridis filio capere, qui urbem Corythum condidit. quam numquam exstitisse probat Cluverius lib. II. Antiq. Italia, cap. 3. Alium Corythum in pugna Lapitharum memorat Noster lib. XII. 290. BURMANNUS.

362. *Et quos Maera suo latratu.*] Maera (ut scribit Hyginus fab. 130.) Icari Athenienses Erigones patris fuit canis, quae Icarum à rusticis occisum suis ululatibus Erigonae indicavit, quorum casum Juppiter miseratus in astris corpora eorum deformavit. Itaque Icarum Bootem, Erigonem Virginem; Canem autem sua appellatione & specie Caniculam dixerunt, quae à Graecis, quòd ante majorem canem exoritur, procyon appellatur. REGIUS. Etiam hoc loco, quae ad regionum ordinem ac situm pertinent, parum animadvertisse Regius videtur. Nam quae hîc de cane Icarii, Maera appellata, ab illo afferuntur, ea ab aliis in Attica accidisse narrantur. Id quod ex Hygino apparet, & nos suprà de Erigone quoque meminimus. Deinde etiam repugnat epitheton. *Novo* enim *latratu*, inquit Ovidius, *terruit agros*, quod de cane nata intelligi non potest, cujus proprium est latrare. Nisi vero demus Icarii Maeram, fuisse ab initio puellam, postea autem in canem versam, ac tum demum ad Icarium perveniisse. Nam de puella in canem versa accipiendum esse etiam ex Lactantii argumento patet. Sed haec quae fuerit, nusquam alibi apertè traditur. Duae autem apud Graecos scriptores Maerae nomine, quod sciam, memorantur. Altera Arcadica, Atlantis filia, quae Tegeatae nupta fuit, Lycaonis filio, cujus etiam monumentum apud Arcadas ostendi solitum Pausanias tradit. Altera Antaeae & Proeti filia, ejus qui patre Thersandro, avo autem Sisypho, natus fuit. Haec servata virginitate perpetua è vivis excessisse traditur. Atque de hac Homerum quoque intellexisse in Odyssea, ubi ait:

Μαῖράν τε Κλυμένήν τε ἰδον, συγερήντ' Ἐριφύλην.

Et Pausanias lib. x. 30. autor est, & is qui Scholia in Odysseam composuit. Pherecydes autem, ut in iisdem scholiis legitur, Maeram, cujus mentio apud Homerum fit, Proeti & Antaeae filiam quidem facit, sed eam propter pulchritudinem à Jove amatam & compressam addit. atque inde Locrum peperisse, qui Amphioni & Zetho in condendis Thebis adfuit. postremò à Diana telis confixam, eo quòd coetus illius propter vitium à Jove oblatum, vitaret. Haec ille. Verum neutrius historia, ad ea quae hîc ab Ovidio dicuntur, adhuc quadrat. Quare & hunc locum inter obscuros relinquamus. MICYLLUS. Ineptissimè quidam pro *latratu*, *lustratu* legunt. CIOFANUS. Maera etiam sacerdos Veneris apud Statium lib. VII. Theb. 477. ubi Barthius agit de pluribus hujus nominis feminis. de Maera cane Icarii vid. Schol. Germanici ad canem. pag. 128. Edit. Comm. & Meurs. Reg. Att. II. 2. Posset vero quis suspicari, hic de Hecuba agi, & Cynossema intelligi, per prolepsin: nam Noster lib. XIII. 406. fere eodem modo de Hecuba loquitur. *Externaque novo latratu terruit auras.* illud vero nomen *Maera* hic intrusum esse pro alio quo Hecuba appellabatur; in scriptis enim quibusdam est, *Quoque chymera.* in uno regio, *Quoque Megera.* in duobus, *Megora.* in altero, *Meira. quos quoque mera* Basileensis. *meta* Gronov. unus. *quoque meera* Argentin. *& qua maera* Gronov. quae varietates lectionum suspectum locum faciunt. Sed quia Cynossema in Thessalia fuit, & hic de locis Asiae agitur, relinquamus potius conjecturas.

Fab. X. XI. & XII. Argumenta.

Coae matronae in boves. Telchines in ſcopulos. Alcidamantis filia in columbam.

* *Ab his regionibus digreſſam Eurypyli urbem contigiſſe, in qua* [a] *Coae matronae* [b] *in cornutas boves transfiguratae ſunt,* [c] *propter effectum, quod Veneri ſuam formam antepoſuerunt. Dehinc* [d] *Telchinas Jalyſios transgreſſam, quos Jupiter propter odium conjugis ſuae Junonis ſubjecit mari. quorum regione relicta* [e] *ad Caeam urbem perveniſſe, in qua Alcadamantem ſcribit ex filia vidiſſe procreatam columbam eſſe.*

Eury-

ras. licet loca hîc diverſarum regionum pateat non ſuo ordine referri. nam mox in Boeotiam Noſter regreditur, & deinde loca plurima, in quibus haerent interpretes, adjacentia enumerat, non admodum inter ſe vicina. Burmannus.

* Haec argumenta ita interpolavit Raenerius. *Ab his regionibus digreſſa Eurypyli urbem contigit, in qua à Junone Coae matronae in cornutas boves transfiguratae ſunt, cui conviciabantur, aegre ferentes illius impulſu armenta Geryonia, rapta ac Hercule, per ſuos agros acta fuiſſe. Dehinc Telchinas Jalyſios transgreſſa eſt: quos, quod faſcinatores eſſent, & malefici, ſuo aſpectu omnia in pejus commutantes, Jupiter in ſcopulos verſos ſubjecit mari. Horum regione relicta pervenit in Caeam urbem, in qua Alcidamas vidit ex filia procreatam columbam.*

[a] *Coae.*] *Coae* Parm. & in textu ut & Lugd.

[b] *In cornutas boves.*] Ita & Veneta & Micyll. MS. non agnoſcis τὸ *boves*. Nec ſane *boum* diſertim meminit poëta. Rurſus dicendum, etiam huic fabulae aſſutas eſſe lacinias ex Regianis a Raenerio, immo talia, quae pugnent plane cum Lactantianis. Illuſtrare tamen iſta inſtituit Barth. Adverſ. lib. VIII. cap. 17. ut ſi a Lactantio eſſent profecta. Munckerus. *In vaccas tr. ſ.* Colon.

[c] *Propter effectum.*] Sic & MS. cum Veneta. Micyllus *propter affectum.* forte, *propterea id factum.* Munckerus. *Quod Herculi Geryonis armenta invidiſſent.* Colon. in qua reliqua argumenta ad fab. XXV. deſunt.

[d] *Telchinas.*] Qui faſcinatores inſignes erant. Unde Baſilius in Exercit. Grammat. Τέλχιν, ὁ Βάσκανος. Et Heſych. Τελχῖνες Βάσκανοι, γόητες, φθονεροὶ, ἢ παρὰ τὴν τῆξιν, ἢ παρὰ τὸ θέλγειν. Munckerus. *Maleficos*, quod habet Raenerius, Barth. VIII. ad 17. & X. 8. incantatores interpretatur.

[e] *Ad Caeam.*] *Caean urbem* Parm. *Caeam* Lugd. omiſſo *ad.*

363. *Eurypylique urbem.*] Eurypylus Herculis fuit filius, qui in Co inſula regnavit, augur peritiſſimus, de quo Virg. II. 114. *Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phoebi Mittimus.* Cos inſula eſt Aegei, a qua *Cous* derivatur, non *Caeus*, unde *Coae* mihi legendum videtur. Mulieres autem *Coae* cum aegre ferrent, ab Hercule armenta Geryoni erepta per agros ſuos fuiſſe acta, Junoni dicuntur conviciatae. quare Juno indignata eas omnes in vaccas transfiguravit. Sanè Eurypyli tres fuerunt à poëtis decantati, quorum primus Telephi filius regioni Theutraniae Caico vicinae imperavit. alter Ormenii nepos. nam Ormenius duos procreavit filios, Amyntorem & Euaemonem. è quorum altero Phoenicem, ex altero Eurypylum ortos eſſe Strabo refert. tertius Herculis filius. Eurypyli vero Con eſſe accipiendam, admonet etiam Hom. in Catalogo, cum inquit: *Quique Niſyron habent celſam, Carpathumque, Caſumque, Eurypylique urbem Con, aequoreaſque Calydnas.* Regius. Verſus Homeri ſunt, Iliad. B. 676.

Οἱ δ' ἄρα Νίσυρον τ' εἶχον, Κράπαθόντε, Κάσοντε,
Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσουσε Καλύδνας,
Τῶν δ' αὖ Φειδιππός τε, καὶ Ἄντιφος ἡγησάσθην.

Rurſus autem falſus eſt hoc loco Regius, qui ea, quae Eurypyli ejus ſunt, qui cum Graecis ad Trojam profectus fuit, illi attribuit, qui in inſula Co regnavit. nam cur alios duces ſecuti eſſent Coi, rege ipſorum ſuperſtite, & eodem, quo ceteri ad Trojam ſcilicet profectus? & is, de quo Virgilius meminit, quem Sinon ad oraculum ſciſcitandum miſſum fingit, Euaemonis filius fuit, Theſſalus natione, non Cous. ille autem, qui Cous fuit, ab aliis Herculis filius ex Chalciope, ab aliis Neptuni dicitur, neque ad Trojam ipſe profectus, ſed ante ea tempora mortuus eſſe memoratur. Ceterum, ultra hos duos etiam tertius fuit Eurypylus, Telephi filius, dux Myſorum, quem Trojanis auxilio venientem Neoptolemus occidit, ut Calaber ſcribit lib. VIII. & Homerus meminit lib. II. Odyſſ. Apollonius autem & quartum quendam addit, Neptuni filium, & Celaenus ejus, quae fuit Atlantis, ſed hic nihil ad rem praeſentem. illud verò non praetereundum hoc loco, quod quae Regius hic de Cois mulieribus tradit, ob convicium Junoni factum, in vaccas mutatis, hoc alii Proeti filiabus adſcribunt. inde & Virg. dixit lib. VI. 48.

Proetides implerunt falſis mugitibus auras.

Lactantius autem in argumento, non à Junone, ſed à Venere furorem hunc illis immiſſum, eo quod formam ſuam deae antepoſuiſſent. proinde & de reliqua fabulae parte dubitari poteſt. nam quod Hercules boves, quos ex Hiſpania abegerat, ir

inſu

EUrypylique urbem, quâ Coae cornua matres
Gesserunt, tum cum discederet Herculis agmen:
Phoebeamque Rhodon, & Ialysios Telchinas,
Quorum oculos ipso vitiantes omnia visu
Juppiter exosus, fraternis subdidit undis.
Transit & antiquae Cartheïa moenia Ceae,

Qua

insulam Con deportarit, neque rationem habet, neque alibi traditur. obsidione autem aliquando cinxisse urbem Coorum Herculem. id vero colligitur, partim ex commen. Theocriti, ubi legitur: ἐξορεῖται δὲ περὶ Εὐρυπύλον καὶ Κλυτίας, ὅτι οὗτοι εἰσὶν οἱ ἐπεὶ τῆς Ἡρακλέους πολιορκίας τὴν Κῶ κατοικήσαντες, καὶ ὑποδεδεγμένοι τὴν Δήμητράν καθ' ὃν καιρὸν περιήει ζητοῦσα τὴν κόρην. partim ex comment. Iliad. ξ. ubi traditur Herculem, postquam ab expugnatione Trojae rediret, tempestate & odio Junonis in insulam Con delatum. ubi cum à Cois urbe excluderetur, Eurypylum regem Coorum una cum filiis occidisse, filiaque illius Chalciope compressa, Thessalum genuisse, cujus filii Phidippus & Antiphus fuere. quibus similia & in comment. Pindari, Ode 4. Nemeorum leguntur. nisi quòd ibi Chalciopes amore impulsus Hercules ad oppugnandos Coos venisse dicitur. Quare videtur hic locus eo modo accipi posse, ut intelligamus Coas mulieres in furorem à Venere actas eo tempore, quo Hercules obsidione soluta illinc cum agmine, hoc est, exercitu discederet. nam & Pindarus citato loco exercitus mentionem facit, quando Telamonem quoque huic bello adfuisse scribit. sic enim de Hercule, σὺν ᾧ ποτὲ Τρωίαν, inquit, καρτερὸς Τελάμων πόρθησε καὶ Μέροπας. fuerunt enim Coi aliquando Μέροπες appellati, à Merope quodam rege ipsorum, ut in iisdem commentariis habetur. Micyllus. Alterius Eurypyli, quem à Coo diversum facit, meminit Schol. Euripidis Hippol. 408. Euripylus vero Neptuni filius non fuit Cous, sed Libyae rex, vide Schol. Apollon. IV. 1561. & Spanh. ad Callim. Hymn. Apoll. 92. & qui Euphemo Argonautae dedit glebam. v. Pindar. Pyth. IV. 36. & ibi Schol. & inf. ad lib. XIII. 357. Burmannus.

363. *Qua Coae.*] Libri veteres, *Ceae.* Ita mox: *Transit & antiquae Carthaeïa moenia Ceae.* Ciofanus.

365. *Phoebeamque Rhodon.*] Propterea quòd, ut ait Solinus, nullus dies adeo nubilus est, ut ibi sol non appareat. Ciofanus.

365. *Et Ialysios Telchinas.*] Ialysus una est ex Rhodi urbibus. Telchines autem Rhodi populi fuerunt, qui cum omnia suo aspectu in pejus commutarent, ab Jove fuere submersi. unde & Rhodos prius Telchinis fuit appellata. nam *Ophiusa* primum & *Aethrea* fuit dicta, deinde *Telchinis*, eo quod Telchines insulam incolerent, quos nonnulli fascinatores & maleficos fuisse ajunt, quod stygiam aquam animalibus & stirpibus perniciei gratia aspergerent. nonnulli contrarium sentiunt, quod artibus praestantes à similibus artificibus invidia haberentur. unde hanc infamiam, ut Strabo refert lib. XIV. sunt assecuti: & primum ex Creta in Cyprum venerunt, postea in Rhodon, primique ferrum & aes in usu habuisse dicuntur. nam etiam harpen Saturno fecerunt. [Eadem ferè Diodor. libr. IX. de Telchinibus.] *Telchis* etiam urbs est Aethiopiae juxta Libyam, unde *Telchites*, & *Telchinius* deducuntur. Creta quoque, & Sicyon, *Telchinia* fuit appellata, ejusque incolae *Telchines.* Regius. Jalysi imaginem à Rhodiis magni aestimatam fuisse, quam Protogenes pinxerat, ex A. Gellio discimus lib. XV. cap. ult. Telchinas & Caryates adversus Phoronea & Parrhasios bellum anceps olim gessisse Orosius testatur lib. I. cap. 7. & Hieronymus in Chronico Eusebiano, eosdem victos ac Peloponneso pulsos, Rhodum concessisse, quae prius Ophiusa dicta sit. ceteri scriptores hujus rei non meminerunt, sed ex Rhodo in Cyprum, & deinde partim in Boeotiam, partim in Cretam transfretasse illos asseverant. Telchinas esse Curetas Idaeos dicit Sch. German. pag. 90. Ed. Com. sunt ex Mythologis, qui Acteonis canes in Telchinas conversos esse testentur. Straboni dicuntur Telchines ex Cypro Rhodum emigrasse. Telchiniacam Historiam Athenaeo dicitur scripsisse Epimenides Cretensis, qui floruit sub Olympiade XLIV. Vide Meursii Rhod. lib. I. cap. 9. qui errorem Hieronymi de nomine Ophiusae refellit. De Telchinibus vide etiam Illustr. Spanhem. ad Callim. Hym. in Del. 31. Duces Telchinum, Simonem & Niconem memorat Zenob. Centur. V. Paroem. 41. quorum unus corruptè, Μιμὼν pro Σιμὼν dicitur a Tzetze Chil. VII. 113. qui & Actaeum, Ormenum, & Lycum inter eos refert ibidem, & Chil. XII. 447. Vid. & Barth. ad Stat. II. Theb. 472. Burm.

366. *Vitiantes.*] *Mutantes* antiquae editiones & multi scripti. *imitantes* Medic. *ipsoque imitantes* Ambr. *vitantes* Medic. alius, *subito mutantes* Barber. Idem.

368. *Antiquae Ceae.*] Caea insula est, quae à Graecis & *Cos* & *Hydrusa* vocatur, avulsa Euboeae, ut scribit Plinius. sed Ovidius aliam esse à Co insula sentit. quingentis longa stadiis fuit quondam, mox quatuor ferè partibus, quae ad Boeotiam vergebant, mari devoratis. Oppida, ut dixi,

Quâ pater Alcidamas placidam de corpore natae
Miraturus erat naſci potuiſſe columbam.

Fab. XIII. & XIV. Argumenta.

Cycnus in Olorem. Hyrie in ſtagnum.

Poſt haec lacum Hyries, & Cycni [a] *Tempe: in quibus locis cum Phyllius quidam gravi* [b] *amore pueri teneretur, & imperio ejus volucres indomitas ac leonem* [c] *manum pati coëgiſſet, taurumque viciſſet, neque ideo* [d] *labor ejus potiendi merces exſtitiſſet, indignatus,* [e] *cum ſe ex praecipiti loco odio laboris jaceret, in volucrem Olorem converſus eſt.* [f] *Hyrie autem mater ejus flendo adſidue caſum filii ſui, in ſtagnum deorum miſericordia* [g] *delicuit, quod ſui nominis eſſet.*

Inde

quatuor habebat, Julida, Carthaee, Careſſam, & Phoceſſam, ex quibus duo intercidêre Cereſſa, & Phoceſſa. ex hac profectam delectationi foeminis veſtem, auctor eſt Varro. Regius. Stephanum ſecutus eſt hic Regius, qui *Con* & *Ceon* eandem facit, ſed falſo: ſunt enim diverſae inſulae. id quod & gentilia inde facta indicant. à *Cos* enim *Cous* fit, ut *Cous Philetas* apud Propertium. à *Ceos* autem, quam & *Ceam* Latinis dici, Plinius auctor eſt, *Ceus e* longa, & *Cëius* tribus ſyllabis, perinde ut à *Teos*, *Tëius*. & Con inter Caricas inſulas Plinius recenſet, Ceam autem inter Graecas & Aegeas. Micyllus.

368. *Carchesia moenia.*] Sic quidem legitur, ſed corruptè, ut mihi videtur, *Carthaeia* verò eſt legendum. nam Carthaea una eſt ex quatuor urbibus Caeae inſulae à Carthaeo ibi mortuo cognominata. Carthaea item urbs eſt Iberiae. Regius. Hoc eſt, Hiſpaniae, ſed haec poſterior abſque aſpiratione ſcribitur etiam apud Stephanum, ex quo haec à Regio tranſlata ſunt. Porro quod ad fabulam attinet, qua Alcidamantem morte praeventum fertur, ne filiam in columbam mutatam videret, de hac alibi, praeterquam quod à Lactantio in periocha dicitur, nihil traditum invenimus. propterea quod auctores, qui obſcuriores hujuſmodi tractarunt, neque apud Graecos, neque apud Latinos certi atque idonei aliqui reſtant. Micyllus. *Ceae* legendum Graecis Κεΐος, *Cea* Latinis. nam quod apud Phaedrum lib. iv. fab. 21. de Simonide legitur:

Erat autem natus, ut ajunt, in Ceo inſula.

Scribendum opinor, *in Cea inſula*, vix enim aliter Romani ſcriptores. Heinsius. Confundi has inſulas docuit Broukh. ad Propert. i. eleg. ii. 2. fabulam hanc latius refert Antonin. Liberalis cap. 1. qui filiam Alcidamantis Cteſyllam vocat, & non in Carthaea, ſed Julide Ceae urbe accidiſſe narrat. *Carthaea arva* infr. lib. x. 109. Aliam Metamorphoſin Periſterae Nymphae in columbam narrat Lutat. ad Stat. iv. Th. 226. Burmannus.

369. *Placidam.*] *Placidae* Cantab. & quinque alii. *placitam* pr. Moret. *placido* unus Gronov. *pectore* Leid. & Ambr.

[a] *Tempe.*] *Tempe vidit* Raener. Heinſ.

[b] *Amore pueri.*] *Amore Cycni Hyries filii t. ejuſque imper. vo. i. a. t. cepiſſet, ac ubi manum pati coëgiſſet, ei tradidiſſet, neque ideo potitus eo fuiſſet, indignatus cum noviſſime taurum viciſſet, petenti puero negavit. quod aegre ferens puer, cum ſe ex praecipiti loco jaceret in v. o. c. e.* Raener. Heinſ.

[c] *Manum pati.*] Id eſt manſuetum nec ferum, ſed facilem & commodum eſſe, Barth. Adv. viii. 17. & x. 8. ita & Lutatius lib. x. 3. *cervum patientem manus.* Quinctil. Decl. cclx. *Muta animalia, quae venire ad manum & manſueſcere queunt.* Locutio inde deſumta, quod manſueta mulceri ſe manu, cibos ſibi porrigi & ſimilia patiantur. Lucanus lib. iv. 237.

Sic ubi deſuetae ſilvis in carcere clauſo
Manſuevere ferae, & vultus poſuere minaces,
Atque hominem didicere pati.

Ubi *hominem pati*, idem eſt quod Noſtro, *manum pati.* Burmannus.

[d] *Labor ejus potiendi merces exſtitiſſet.*] Juſtin. lib. i. cap. 7. *Brevi poſt tempore caedes Candauli nuptiarum pretium fuit.* Ita omnino legendum cum ſummo viro J. Fred. Gronovio. non merebatur elegans iſta loquendi ratio, ut à Raenerio obliteraretur. Fabulam hanc luculenter narrat Antonin. Liberal. cap. 12. Munckerus.

[e] *Cum ſe.*] *Ex pr. l. cum ſe o. laborum jaceret* Parm. Lugd. Micyll.

[f] *Hyrie.*] *Hyries mater in ſtagnum* Parm.

[g] *Delicuit.*] *Elicuit* Parm.

371. *Inde lacus Hyries.*] Hyrie fluvius eſt Boeotiae, de quo Homerus in ii. Iliad. eſt & Hyrie regio juxta Aulidem: eſt & urbs Iſauriae juxta Seleuciam: eſt etiam in Japygia Cretenſium opus. ſed lacus Hyries juxta Tempe eſſe innuit poëta, ſic dictos à caſu Hyries, quae flendo amiſſum filium in fontem ſui nominis converſa fuit. nam Phyllius

qui-

INde lacus Hyries videt, & Cycneïa Tempe,
Quae ſubitus celebravit olor. nam Phyllius illic
Imperio pueri volucresque ferumque leonem
Tradiderat domitos: taurum quoque vincere juſſus
Vicerat; &, ſpreto toties iratus amore,
Praemia poſcenti taurum ſuprema negarat.
Ille indignatus, Cupies dare, dixit: & alto
Deſiluit ſaxo. cunctí cecidiſſe putabant:
Factus olor niveis pendebat in aëra pennis.
At genetrix Hyrie, ſervati neſcia, flendo
Delicuit: ſtagnumque ſuo de nomine fecit.

FAB.

quidam, amore filii Hyries captus, cum multa imperio pueri peregiſſet, ei taurum domitum negavit. quod quidem aegrè ferens puer, ſe ex alto monte praecipitem dedit, ſed miſeratione deorum in cygnum fuit converſus. Regius. De fluvio Hyrie, qui hic à Regio dicitur, nihil alibi reperio. Homeri autem, quem idem citat, verſus ſunt Il. B. 496.

Οἱθ' Τ῾ρίην ἐνέμοντο, καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν,
Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως, καὶ Λήϊτος ἦρχον.

Ubi com. ait, Τ῾ρίὰ χωρίον πλησίον τῆς Αὐλίδος, ὃ ἔκτισεν Τ῾ριεὺς ὁ Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης, ἢ ὡς τίνες εἶπον, Βοιωτὸς ὁ Ω῾ριωνος πατὴρ. Quibus eadem fere & Steph. & Strabo. Micyllus. Hujus fabulae qui meminiſſet neminem vidi praeter Antoninum Liberalem. is ex Nicandri ἑτεροιουμένων libris narrat Metamorphoſi XII. apud quem θυρίη eſt, non ὑρίη, & Amphinomi filia dicitur. unus ex meis, *videt haec.* unus Mediceus, *vidit* &. Puto,

Inde lacus Hyries adiit, Cycneïa tempe.

Sic paulo ante habuimus, *Pelion*, *Philyreïa tecta.* pro *Phyllius* multi veterum, *filius.* Scribe, *Phylius.* Φύλιος eſt Antonino Liberali multis locis. Ceterum Conopa Κωνώπη lacus hic Antonino dicitur, cujus exemplaria in hac narratione ſunt mutila. Heinſius. Hyrien Mecionicen matrem Euphemi vocat Heſiodus apud Schol. Pindar. Pyth. IV. 36. quae an huc faciat neſcio. apud Tzetz. ad Lycoph. 886. hic Euphemus dicitur filius Μηκιονίκης, ἡ Ω῾ριδος, ubi Codex Baroc. Δώριδος. in qua voce an Hyrie lateat videri poſſet, ſed vix puto. Burmannus.

471. *Cygneia Tempe.*] Non accipiendum de Theſſaliae loco, per quem *Peneus ab imo Effuſus Pindo ſpumoſis volvitur undis*, ut ſupra lib. I. dicitur. neque enim Medeam credendum eſt, cum tantum jam ſpatium emenſa eſſet, retro, atque ultra quam coeperat, ſubito actam fuiſſe. ſed de Boeotiae loco intelligendum, quem eundem & *Teumeſia Tempe* à vicino monte Teumeſo appellant. ita & itineris ratio poſtulat, & item quod eodem referunt, *lacus Hyries*, & *Cigneïa Tempe.* atque huic ſententiae etiam Volaterranus ſubſcribit. Regius. Cujus verba ſunt lib. VIII. Geograph. *Memorantur & Tempe Teumeſia (quanquam vulgo corrupte legatur Neumeſia) quae ab Ovidio Cygnea dicuntur. Sicut & Heloria in Sicilia, ex amnis nomine. Nam vocabulum hoc Graeci ad omnem piſcoſi loci ac virentis amoenitatem traducunt.* Haec ille. *Cygneia* autem Ovidius vocaſſe videtur ab eventu, quod circa haec puer, de quo hîc dicitur, in cygnum converſus fuerit. Tametſi neque de hac fabula alibi apud eos autores, qui exſtant, quicquam legamus. Micyllus.

372. *Celebravit.*] *Celebrabat* unus Med. leg. *celebrarat.* & ita mox *negarat* unus Baſil.

373. *Volucreſque.*] Vultures, Antonino teſte, mirae magnitudinis. ita *volucres* pro *vulturibus* poſuit Sueton. Aug. 13. *jam iſtam in volucrum fore poteſtatem.* & ita ὠγνοὶ proprie γύπες Graecis dicuntur, teſte Scholiaſte Sophoc. ad Ajac. 837. mox pro *Leonem* in uno Baſileenſi & Berneggeri codice erat, *draconem.* ſed perperam, ut ex Antonino patet. *volucreſque ſaevumque Leonem* Gronov. Burm.

375. *Et ſtricto.*] *Spreto* in nonnullis. Nauger. Lego, *ſpreto* ex Archaeotypis. Constantius Fanensis. Libri mei, Bri. & Caeleſt. *Et ſtricto.* Rectius, & probabilius. Ciof. Melius quid è libris ſuis adfert Ciofanus, *& ſpreto toties iratus amore.* Dan. Heinsius. *Stracto* unus Mediceus. Forte pro *tracto*, id eſt, dilato. Naugerius, Conſtantius Fanenſis, & Ciofanus *ſpreto* in ſuis invenerant. quod ſequor. Petron. CVIII.

Sed contemtus amor vires habet. Heins.

In Mediceo & Ambroſiano erat, *deluſus.* Forte, *pacto toties deluſus amore.* nam *ſtricto amore*, quid ſit nemo, credo, intelligit. *amori* edidit etiam Berſman. & Pontanus.

376. *Suprema negavit.*] In quibuſdam vet. *negabat.* Ciofanus.

380. *Servatum neſcia.*] Florent. S. Marci, Bernegger. & prior Hamburg. *ſervari.* Puto, *ſervati*, quod in uno Mediceo exſtabat. & paulo ante,

FAB. XV. XVI. XVII. XVIII. & XIX. ARGUMENTA.

[a] Combe in avem. [b] Calaureae rex cum conjuge in volucrem. Menephron in feram. [c] Cephisi nepos in Phocam. Eumeli filia in volucrem.

[d] *Ab his locis digressam* [e] *Pleurona pervenisse, in quâ urbe* [f] *Combe,* [g] *cum Phasnei filii occiderentur, deorum misericordiâ effectum est, ut in avem transformaretur.* [h] *Ab his Calauream Latoniam, ubi regem cum conjuge in volucrem versum. Deinde Cyllenen adiisse,*

in aëra, non *aëre* meliores. sic & postea 390. meliores,

Eumelique domum lugentis in aëra natam. HEINS. Vid. inf. vs. 786. & II. 165.

381. *Delituit.*] Sic quidem legitur, sed cum à *deliquendo* veniat, *delicuit* per *c* scribendum videtur, ut intelligamus eam in liquorem fuisse resolutam. REGIUS. Ita citat Priscian. lib. IX. pag. 865.

781. *Fecit.*] *Dixit* Medic. & Moreti.

[a] *Combe.*] *Cambe in avem sui* Parm.

[b] *Calaureae.*] *Latois ex viro in volucrem* Parm.

[c] *Cephisi.*] *Cephisis in Phocam* Parm.

[d] *Ab his locis.*] *Ab his digressam* Parm. Lugd. Micyll. Haec ita interpolavit Raenerius, *Ab his locis digressa Medea, Pleurona pervenit: in qua urbe, Combe ne à filiis (centum enim peperisse fertur) occideretur, deorum misericordiâ effectum est, ut in avem transformaretur.*

[e] *Pleurona.*] *Braurona* Marg. Micyll.

[f] *Combe.*] *Jambe* Lugd. Micyll.

[g] *Cum Phasnei filii occiderentur.*] Sic Veneta & Micylliana. MS. *Fasnei.* Corruptè omnino. Sed cum fabula ista mihi alibi lecta non sit, quid exsculpi inde debeat non video. Nisi cui placeat, *in quâ urbe Combe Ophias, cum à filiis occideretur* &c. Raenerius ex Regianis commentariis, *Ne à filiis (centum enim peperisse fertur) occideretur.* Hesych. Κόμβη, Κυρήτων μήτηρ. Vide ibi Palmerium. MUNCKER.

[h] *Ab his Calauream Lateniam* &c.] Haec desumsi ex Micylli editione. Veneta, *Ab his Galauream Lathoum regem cum conjuge in volucrem.* Nihilo melius MS. *Ab his Calauream Letoi regem cum conjuge in volucres.* Raenerius, quemadmodum solet, ad Regianos commentarios etiam heic confugit. MUNCKER. *Galanteam Lathoum regem c. c. in volucrem* Parm. cum Veneta facit Lugd. *dein Calauream, ubi Latona maxime colebatur, cujus rex cum conjuge in volucres versi sunt.* Raener. Heinsius.

[i] *Menephron.*] Vide Hyg. Mythol. cap. 253. Non valde dissimilem huic fabulam habes apud Anton. Liberal. cap. 5. ubi *Neophron* vocatur, cujus scelestis artibus accidit, ut Aegypius cum matre concumberet. MUNCKER. *Adiit & Cyllenen, ubi* &c. Heinsius. Raener. *ubi hic* Parm. Lugd. Micyll.

[k] *Post eorum casum.*] *Post horum casum vidisse Ciphisi nepotis exitum defl. q. a. A. in Phocen* (*Phocem* Lugd. *Phocam* Mic.) *tr. est* Parm. Lugd. Micyll. *Inde profecta vidit,* &c. Raener. Heinsius.

[l] *Eumeli.*] Admeti regis filii. Apud Antoninum Liberal. cap. 15. Eumelus est Meropis filius, cujus duae filiae Byssa & Meropis, & filius Agron, in aves transformantur. Habitabat autem Eumelus ille Κῶν τὴν Μεροπίδα νῆσον, ut ait Antoninus. Verum id non probatur τῷ δείνα, qui emendatum it, τὴν Μεροπίδων νῆσον. Frustra, ut ostendi in notis meis ad eundem scriptorem; quibus addas licet illud Callimach. Hymn. in Delum ὑs. 160. Ὠγυγίην δ' ἤπειτα Κόων Μεροπηίδα νῆσον Ἵκετο. Schol. Homer. ad Iliad. ξ. ὑs. 255. Κατασυρθείς τε εἰς Κῶν τὴν Μεροπίδα, ἐκωλύθη ἐπιβῆσαι τῆς νήσου. Eustath. in Homer. Iliad. pag. 73. Ed. Basil. Εὑρηνται δὲ καὶ οἱ Κῶοι, τουτέστιν οἱ τῆς Κῶ τῆς νήσου ἔποικοι, μέροπες ἰδίως καλούμενοι, ὀνόματι ἐθνικῷ, καὶ ἡ νῆσος αὐτῶν Κῶς Μεροπηΐς. Apud anonymum modo laudatum invenio etiam ad Iliad. A. ὑs. 590. Προσέσχε τῇ Κῷ τῆς Μεροπίδος. Posset ergo refingi, Κῶν τὴν Μεροπίδος νῆσον. Sed non placet. MUNCKERUS. *Vidit & domum Eumeli, Admeti regis filii, l. &c.* Raener. Frell. Heinsius.

382. *Adjacet his Pleuron, in qua.*] Pleuron Aetoliae urbs est, unde *Pleuronius.* REGIUS. Nisi hoc de volatu Medeae intelligamus, quo longissimè videre poterat, non video quo pacto hoc intelligi queat. neque enim Pleuron est ad Hyrie lacum qui in Boeotia est, sed in Aetolia. mihi nomen *Pleuron* suspectum, nimium enim distat: cum septimo deinde carmine de Cephiso amne longe propiore dicat, *Cephison procul hinc deflentem fata nepotis Respicit.* certum est hunc volatum, ut volatum liberum descripsisse poëtam. nam quomodo alioqui intelligetur quod eodem loco legitur, *Dextera Cyllene* est. talia exponenda erant commentatoribus: sed ut nota transiliuntur. GLAREAN. Mendosus hic locus videtur. Nam quo pacto subitò adeò Medea à littore Euboico in Aetoliam, atque ultra quam tendebat, venisset? Deinde post paulum in Calauream rediret, atque inde denuò Corinthum. Neque enim credibile est, poëtam voluisse circinationem talem in aurigatione Medeae tra-

adiisse, ubi [i] *Menephron, ne cum matre concumberet, à Jove in ferae speciem transfiguratus est.* [k] *Post eorum casum profectam vidisse Cephisum nepotis sui exitium deflentem, qui ab Apolline in phocam transfiguratus fuerat. Item domum* [l] *Eumeli adisse, lugentis filiam in volucrem cessisse.*

ADjacet his Pleuron: in quâ trepidantibus alis
Ophias effugit natorum vulnera Combe.
Inde Calaureae Letoïdos adspicit arva,

In

tradere, perinde ac si non curru, sed circi alicujus, aut milvii alis usa fuisset. Sed quod suprà aliquoties, idem hîc quoque Regio accidit, ut ordinem itineris non observaret. Quid igitur? pro *Pleuron*, *Brauron* legendum existimo. Est enim in eodem littore, in quo *Hyrie*, cui haec adjacere dicitur, vicus seu pagus Atticus *Brauron*, oppidum olim, ut & Plinius & Mela tradunt, ex duodecim illis, quae in unam civitatem postea redacta esse Strabo autor est, celebre signo Tauricae Dianae, quod Iphigenia in Graeciam cum fratre Oreste reversa, secum attulisse, ibique reliquisse dicitur. Unde & eidem deae cognomento *Brauroniae*, certis ibidem sacris capra quotannis immolari solebat. Et cum hac lectione etiam consentit, quod Parrhasius, & alii quidam, Comben hanc, de qua praesenti fabula agitur, Euboicam fuisse, & alio nomine Chalcidem appellatam volunt. Est enim Euboia è regione Attici agri, seu littoris, in quo Brauron, Hyrie & cetera memorantur. Micyllus. *Pleuros* Gronov.

383. *Ophias Combe.*] Ophii filia, quae perperam *Jambe* ab interprete Graeco dicta, in avem, ne à filiorum multitudine (ad centum enim fertur periisse) vulneribus conficeretur, fuit commutata. Haec omnium prima aes in Euboea inveniisse narratur, unde & Chalcis ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ, id est, ab aere, fuit appellata. *Combe* legendum esse argumento sunt vetusta exemplaria, quamvis ab eo, qui Metamorphosin in Graecam vertit linguam, *Jambe* legatur. Regius. Ut Regius, ita quidem & Janus Parrhasius in hunc locum annotavit. Sed tamen neque hic, neque Regius de filiis, aut patre Combes, certi quicquam tradunt, neque etiam cur matri à filiis metuendum, aut fugiendum fuerit. Cum tamen uterque Planudem reprehendat, quod *Jamben*, pro *Comben*, verterit: ego quando neque de Combe, neque de Jambe hactenus inveni, quod ad hanc fabulam faceret, utramque lectionem in medio relinquo. Micyllus. Qui *Jambe* legunt, an recte legant, ipsi viderint. ego *Combem* apud Stephanum, (licet depravato codice) Asopi filiam fuisse invenio: quae quia aerea arma prima invenit, Chalcis fuit cognominata, autore Zenobio. nam χαλκὸς aes dicitur. eandem ait Zenobius, cum viro adhaesisset, centum filiarum matrem exstitisse. cujus rei praeter Euboicarum rerum scriptores Aristum etiam Salaminum citat autorem. inde factum proverbium in plures habentem filias, ὥσπερ Χαλκίδικη τέτοκεν ἡμῖν γυνή. *tanquam Chalcidica peperit nobis mulier.* ob haec autem *natarum* libentius, quam *natorum* in hoc versu receperim. sed tamen hoc posterum amplio, dum fabulae textum ab aliis narratum inveniam. Constantius Fanensis. *Combe* legitur in antiquis. Ciofanus. Combe haec Curetum mater ab Hesychio dicitur Κόμβη, *Κουρήτων μήτηρ.* Curetes vero siti in Aetolia olim fuere, cujus pars à monte Curio etiam *Curetica* dicta fuit, quae eadem, quae *Pleuronia: Pleuron* enim ad montem Curium. vide Palmer. Graec. Antiq. lib. IV. 16. unde apparet perperam τὸ *Pleuron* hic suspectum esse viris doctis. & idem Palmerius ibid. c 5. rectè docet hanc Comben Ophiam dictam, quia erat gente Ophiensis; ubi & corrigit alterum Hesychii locum, ubi Comben, *Coronen* à Pleuroniis dictam esse docet. plura dixerat in notis ad Hesychium in Κόμβα, quas ad Schrevelium se misisse ait. *Iphias Combe* volebat Scaliger, teste Heinsio. Superest vero difficultas, qua ratione Pleuron adjacuisse Hyries lacui dicatur ab Ovidio. quem hîc in errorem lapsum crediderim, quia nova Pleuron ad montem Aracynthum fuit sita, ut Palmerius ostendit; jam vero illum multi in Boeotia statuebant, ex malè intellecto Virgilii loco Eclog. II. 24. & ubi Servius Boeotiae montem facit, sed quem melius explicat Palmerius. Schol. quoque Statii ad lib. IV. Theb. 103. Pleuronem *Boeotiae* urbem facit, ubi tamen Barthius *Aetholiae* reponendum censet. ut idem Scholiastes ad lib. I. 401. & VIII. 483. alia autem est forte *Combe*, *Chalcis* cognomine laudata Zenobio. Centur. VI. proverbio 50. de qua & Parrhas. ad Claud. I. rapt. 74. ubi male quosdam *Iamben* pro *Combe* substituisse docet. Burmann.

384. *Inde Calaureae Latoidos.*] Calaurea insula est juxta Cretam, à Calauro Neptuni filio declinata. Est etiam urbs Locrorum, in qua maximè Latona colebatur, unde & *Latois* vocatur. Regius. De urbe *Calaurea* Regius viderit. ego de insula accipiendum arbitror: ea enim inter Cretam & Peloponnesum sita est, non procul à Troezene. *Latoidem* autem inde dictam ab Ovidio puto, quo-

385 In volucrem verſi cum conjuge conſcia regis.
Dextera Cyllene eſt: in quâ cum matre Menephron
Concubiturus erat, ſaevarum more ferarum.
Cephiſon procul hinc deflentem fata nepotis
Reſpicit in tumidam Phocen ab Apolline verſi:
390 Eumelique domum lugentis in aëre natam.

FAB.

niam ea Latonae ab initio aſſignata fuerit, mox facta inter Neptunum & Latonam permutatione pro hac, Delum Latona, pro illa autem Neptunus hanc acceperit. Id quod etiam alii quidem in hunc locum annotarunt. Eſt autem celebris haec inſula morte Demoſthenis quoque: ibi enim ille in templo & aſylo Neptuni, cum Archias ab Antipatro miſſus, ut in Macedoniam pertraheret, ſumpto veneno, voluntaria morte ſupplicium tyranni praevertit. MICYLLUS. Plerique hoc loco *Calauream Latoida* appellatam putant, à Latona, quae illam ab initio poſſederit: poſtea commutatione facta, Neptuno conceſſerit. Pauſanias autem in Corinth. & item in Phocic. non Latonae, ſed Apollinis propriam hanc fuiſſe dicit, & cum Neptuno, pro Delphis permutatam. Cujus rei teſtes & verſus hos citat,

Ἶσον τοι Δῆλόν τε, Καλαυρείαν τε νέμεσθαι,
Πυθώ τ' ἠγαθέην, καὶ Ταίναρον ἠνεμοέσσαις.

IDEM. *Letoidos* primus Palat. primus Vatic. primus Medic. Florent. Neap. Urbin. & octo alii. ſic ſaepe in antiquis libris apud Noſtrum, ut ſuo loco monebimus. Triſt. lib. III. Eleg. II Λητοΐδος Graecis. pro *aſpicit*, quidam ex vetuſtioribus, *attigit*, vel, *aſtitit*. & mox, *Cyllene*, pro *Cyllena* iidem. Noricus, *adſtat in arva*. HEINS. *Calaureae* etiam &, *adſtat in arva* legit Herm. Barbar. ad Plin. IV. 12. *Calauriam* correpta penultima dixit Avien. Deſcr. Orb. 670. & Priſcian. Perieg. 525. Apollini ſacram fuiſſe & deinde Delphis commutatam Neptuno tradit & Schol. Apollon. III. ὑs. 1241. & Aeſchyl. Eumen. 30. ubi vid. Stanl. BURMANNUS.

385. *In volucrem verſi.*] Hic fuiſſe videtur Ceyx rex Trachinis, qui cum tempeſtate in mari periiſſet, Halcyoneque ipſius uxor Aeoli filia flendo perire vellet, ambo in aves Halcyonides converſi fuerunt, ut in XI. poëta plenè deſcribit. REGIUS. Rectè fortaſſis haberet haec expoſitio, ſed daremus Medeam retro Theſſaliam verſus denuo actam. Fuit enim Theſſaliae oppidum Trachin, ubi Ceyx regnavit, ſub Oeta monte, ab Hercule, ut ait Stephanus, conditum. Verum quia Corinthum tendebat illa, conſentaneum eſt, Ovidium de alio quodam rege cum uxore in volucrem converſo, hîc intelligere. Qui tamen quo nomine fuerit, aut qua de cauſa transformatus, aliis explicandum relinquimus. MICYLLUS.

386. *Dextera Cyllene eſt.*] Cyllene mons eſt Arcadiae, Mercurii nativitate notiſſimus, à Cyllene nympha cognominatus. Eſt etiam Cyllene Elienſium navale. REGIUS. Sunt qui de portu hoc loco accipiunt, id quod propemodum rationem habet, ſi totam Peloponneſum circumvectam Medeam intelligamus, antequam Corinthum pervenerit. Sed tamen ut de monte accipiamus, etiam Hygini, fab. 253. teſtimonium facit, apud quem de hac fabula in hunc modum legitur. *Menephron cum Cyllene filia in Arcada, & cum Bliade* (ſic enim vulgata editio habet) *matre ſua concubuit*, &c. Cap. de iis qui contra fas concub. Porrò Cyllenem montem, à Cyllene Elati filio Arcade, dictum Pauſanias autor eſt, atque inde etiam Mercurium. Mela autem Mercurium Cyllenium à Cyllene portu, ſive navalibus Elienſium, ubi & natum illum arbitrantur, appellatum dicit. MICYLLUS. *Eſt* non apparet in plurimis ſcriptis.

387. *Saevarum.*] *Rapidarum* Vatic. forte, *rabidarum*. Vid. ad Epiſt. X. 96. HEINSIUS.

388. *Cephiſon.*] Cephiſus fluvius eſt Boeotiae, praeterlabens Delphos, cujus filius ab Apolline in Phocam, hoc eſt, vitulum marinum, fuit converſus. REGIUS. Quem hîc nepotem Cephiſi intelligat, incertum. filii autem Cephiſi feruntur Narciſſus, de quo ſuprà, & Eteocles, is, qui primus ſacrificaſſe Gratiis dicitur, ut eſt in Comment. Pindari. Quamquam rurſus Strabo plures Cephiſos enumerat libro IX. cujus verba ſunt: Ἔστι δὲ Κηφισσὸς ὁ, τε Φωκικὸς, καὶ ὁ Ἀθήνησι, καὶ ὁ ἐν Σαλαμῖνι, τέταρτος δὲ καὶ πέμπτος ὁ ἐν Σικυῶνι, καὶ ὁ ἐν Σκύρῳ. ἕκτος δὲ ὁ ἐν Ἄργει τὰς πηγὰς ἔχων ἐκ Λυρκείου. Ἐν Ἀπολλωνίᾳ δὲ τῇ πρὸς Ἐπιδάμνῳ πηγή ἐστι κατὰ τὸ γυμνάσιον, ἣν καλοῦσι Κήφισσον. Haec adjicere placuit, ſi fortè quis alium Cephiſum hîc, quàm Boeotium intelligendum putet. Porrò Pauſanias lib. II. 15. Cephiſum tradit, unum ex judicibus fuiſſe, qui Neptuno & Junone pro Argis jurgantibus, ſecundum Junonem ſententiam tulerunt, ob quam rem indignatum Neptunum aquas illis ſubtraxiſſe, ut niſi pluat, plerumque ſicci reperiantur. Fuerunt autem judices reliqui, Inachus & Aſterion. MICYLLUS. Cephiſi filia, nomine Praxithea, nupta fuit Erechtheo, ex qua ille octo liberos ſuſcepit, teſte Noſtro lib. VI. 679. quamquam alii ſeptem, alii plures tribuant; ex quatuor ergo filiis *Cecrope*, *Orneo*, *Pandoro*, *Metione*, unus

hic

Fab. XX. XXI. & XXII. Argumenta.

Ephyre in ſerpentem. Phineus & Periphas in aves. Polypemonis neptis in volucrem.

* [a] *Aliquando etiam Ephyren contigiſſe verſam pennis* [b] *viperinis, in quâ urbe primum* [c] *ex fungis edita exiſtimantur corpora.* [d] *Ibi cum parente Creuſam conſumptam venenis,*

hic videtur notari. Vid. Meurſ. Regn. Ath. II. 13. *fata ſororis* Palat. & duo alii. Lilaeam unam Najadum Cephiſi filiam memorat etiam Pauſan. lib. x. 33. Burmannus.

389. *Reſpicit.*] Puto, *Deſpicit.* pro *tumidam Phocen* quoque ſex ſcripti, *timidam.* quanquam nec male *tumidae* dicantur Phocae. cum tumido & inflato ſint corpore. In duobus, *nitidam.* Heins.

390. *Eumelique domum.*] Eumelus filius fuit Admeti regis Theſſaliae, cujus filiam in avem converſam fuiſſe ait Ovidius. Regius. Rurſus in Theſſaliam abripitur Regius, non obſervata Corintho, adeo jam propinqua. Ceterum ego per domum Eumeli, *Patras* intelligo Achaiae urbem. Nam hîc primus regnaſſe Eumelus αὐτόχθων dicitur, qui Triptolemum ex Attica venientem hoſpitio accepit, & ab eodem rationem frugum ſerendarum edoctus eſt. Unde idem & urbem à ſe conditam, tum *Aroën*, ἀπὸ τοῦ ἀροῦν, hoc eſt, arando nominavit, quam poſteriore aetate Patreus quidam à ſe ampliatam atque munitam Patras vocavit. Hujus Eumeli filius fuit Antheas, qui dormiente aliquando Triptolemo (ut autor eſt Pauſanias lib. VII. 18.) currum illius conſcendit, & in ſublime raptus, cum & ipſe ſerere frumenta vellet, curru excidit. In cujus memoriam communi nomine Eumelus pater & Triptolemus urbem Antheam exſtruxerunt. Quantum igitur conjecturâ conſequi licet, de hoc Anthea hoc loco accipiendum legendumque pro *natam*, *natum*, maſculino genere. Vel rurſum, cum urbis nomen *Anthea* ſit, non filium ſed filiam Eumeli fuiſſe Antheam intelligendum, quae Graecorum laſcivia eſt, in iiſdem fabulis variè tradendis. Nam & Volaterranus, filiam pro filio Eumeli Antheam, (ſive ut illic corruptè legitur, *Antyam*) ex Pauſania vertit. Quanquam Ovidii verba ſcilicet lugentis in aëre natam, id ſonare videntur, quaſi ipſe Eumelus in avem converſus fuerit, dum in aëre exiſtens, videlicet natum, ſive natam, luget. Micyllus. Mire variant codices. Ego nihil cenſeo mutandum. Micyllum etiam fruſtra interpretes nuperi ſequuntur. Eumelus Cous in corvum mutatus à Mercurio, Diana, & Minerva. Ejus etiam filiae Byſſa ac Meropis in aves converſae cum filio Agrone. Exſtat fabula apud Antoninum Liberalem. cap. XV. ubi videatur. ut fortaſſis *natas*, aut *natum* pro *natam* in Ovidio ſit legendum. Apud eundem Antoninum cap. XVIII. Eumeli Boeotii exſtat fabula, cujus filius Botres ab Apolline in aëropum ſit mutatus. Ac de eo potius intelligendum ordo geographicus requirit; nam Coae inſulae jam ante mentio erat facta. Heinsius. *Eumeli* Dei patrii, cui gentiles *Eumelidae* poſuerunt monumentum, meminit Lapis Neapolitanus apud Sponium Miſcel. p. 108. quem de Patrenſi interpretatus Sponius. *Eumeli* titulo Tragoediam ſcripſit Sophocles. Vid. Meurſ. in Sophocle. quae an ad hunc Eumelum ſpectet, neſcio. Eumelum inter eos, qui ad Trojanum bellum profecti ſunt, memorat Hygin. fab. XCVII. & Homer. Il. B. 713. & alibi. idem Hyginus eum & inter procos Penelopes numerat. fab. LXXI. Alius Eumelus memoratur Virgilio lib. v. 665. Meminit etiam *Eumelidis* Stat. IV. Silv. VIII. 49. quam Domit. Calderinus à Parthenope Eumeli filiam eſſe dictam tradit, quae dux Chalcidenſis Coloniae ad augurium columbae Neapolim condidit: quae illum ex antiquo Scholiaſte hauſiſſe haud vane ſuſpicatur Barthius. *in aëra* Oxon. Vatic. Medic. Moret. & tres alii. Burm.

* *Aliquando.*] Haec ita interpolavit Raenerius. *Corinthum quoque, ubi Pirene fons eſt, curru alatis draconibus vecto acceſſit, ubi olim è fungis ortos homines ferunt. Reverſa tandem, ut vidit ab Jaſone Creuſam Creontis Corinthiorum regis filiam ſibi praelatam; regiam incendit, arſitque Creuſa cum patre: natos quoque ſuos ex Jaſone ſuſceptos interemit. Inſpectis itaque miſerorum caſibus, Athenas fugit: quae quidem Athenae Phineum, Peripham, neptemque Polyphemonis volantes videre. ibi enim olim in aves converſi fuerant.* Vide Barth. Adverſ. VIII. 17.

[a] *Aliquando etiam Ephyren contigiſſe verſam &c.*] Ita cum MS. habuit, tum & Veneta habet. Adſtruit praeterea etiam lemma ipſum, *Ephyre in ſerpentem*, eam lectionem. Inſulſiſſima tamen eſt, & arguit ſupinitatem inſignem auctoris: immo apertè oſtendit non intellexiſſe eum verſum illum Naſonis, *Tandem vipereis Ephyren, Pirenida pennis Contigit.* Geminum huic prorſus & germanum, quod Lib. III. fab. 10. narrat, ex Tyrrhenis nonnullos in aves eſſe mutatos, quod Naſo dicat, *In ſpatium reſilire manus breve vidit, & illas Jam non eſſe manus; jam pinnas poſſe vocari.* Munckerus. *Ac tandem etiam* Micyll.

[b] *Viperinis.*] *Vipereis* Parm. Lugd. Micyll.

[c] *Ex fungis.*] Fabulam hanc de funginis hominibus irridet Lucianus venuſte lib. II. Verar. Hiſtor. ubi civitatem in magno ſubere conditam, & homi-

venenis, nec minus natos ab ipsâ interemtos, Iasone relicto. Inspectis itaque casibus miserorum, veniſſe [c] *etiam Athenas,* [f] *ubi Phineum &* [g] *Peripham in aves conversos. Item neptem Polypemonis volucrum expleſſe numerum.*

Tandem

mines ſuberinis pedibus iter per flumina facientes fingit. Barth. VIII. Adver. 17.

[d] *Ibi cum parente.*] *Indicat Colchis cum parente Aesone Cr. &c.* Parm. Lugd.

[c] *Etiam Athenas.*] *Tandem Ath.* Marg. Micyll.

[f] *Ubi Phineum.*] *Hicque Phenen. Item neptem* Parm. in Lugd. poſt *Athenas* finis erat hujus argumenti. & deinde novum ab *Item neptem* incipiebat.

[g] *Peripham.*] *Periphantem* fuiſſet ſcribendum. Fabulam hanc, id quod interpretes fugit, narrat Antoninus Liberalis cap. 6. Ζεὺς δὲ ἐλθὼν εἰς τὰ οἰκία τοῦ Περίφαντος, καὶ καταλαβὼν ὁμιλοῦντα τῇ γυναικὶ, πιέσας ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν, ἐποίησεν ὄρνιθα αἰετόν. Τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ δεηθεῖσαν καὶ αὐτὴν ὄρνιθα ποιῆσαι σύννομον τῷ Περίφαντι, ἐποίησε φήνην. hoc eſt, *oſſifragam*; quam & *barbatam* dictam Plinius refert lib. x. cap. 3. *Oſſifragus* eſt Iſidoro lib. XII. 7. Orig. Inter accipitres numerat Aelian. Animal. Hiſt. lib. XII. cap. 4. Ariſtoteles περὶ Θαυμασ. Ἀκουσμ. pag. 97. Ed. Sylb. Ἐκ τοῦ ζεύγους δὲ τῶν ἀετῶν θάτερον τῶν ἀγόνων (ἐκγόνων Geſn.) ἀλιαίετος γίνεται παραλλαξ, ἕως ἂν σύζυγα γένηται. ἐκ δὲ τῶν ἀλιαιέτων φήνη γίνεται &c. *Φίνις* dicitur à Dioſcoride lib. II. c. 58. Φίνις τὸ ὄρνεον, inquit, ὃ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν ὀσσίφραγον. Sed hanc non meam eſſe, ſed Boſcharti obſervationem ait Vir Clariſſimus, ſiquidem in ſuo Hierozoico ex Dioſcoride hunc locum adducit alicubi Boſchartus. Fateor bilem movere mihi tam jejunam malignitatem. Nemo, opinor, ferat me ita ſcribentem: *Φίνιν* eſſe Romanorum oſſifragam docet ex Dioſcoride in Lexico ſuo Criſpinus; ergo non Boſcharti haec, ſed Criſpini obſervatio eſt, & hic ab illo compilatus. Quaſi vero τῶν ἀδυνάτων ἓν eſſet, ut duo idem legerint. Atqui ille tam rigidus aliorum cenſor ipſe duorum locorum emendationes in annotationibus prioribus ad Anton. cap. XXXI. ſibi confidenter vindicat, quas in ſecundis curis, neſcio quâ motus cauſſâ, ſimpliciter vero auctori, hoc eſt, Cluverio acceptas refert. Aut fateatur heic neceſſe eſt, idem ſibi, quod Cluverio, veniſſe in mentem, aut eas à ſe Cluverio ſubiectas. In Antonini loco modo adducto ſuſpectum mihi eſſe ſcripſeram nuper τὸ οἰκία, & rectius videri οἰκεῖα, quo utitur eodem ſenſu idem ſcriptor cap. 5. 10. 12. & 30. Sed omnia illa loca corrupta eſſe affirmare non dubitat Vir Cl. & in illis οἰκία reſcribendum: non pati enim naturam vocis & genium linguae Graecae, ut οἰκεῖα dicamus aedes noſtras. At quid linguae Graecae genius patiatur, non aliunde nobis, quam ex veterum monumentis diſcendum, in quibus ſi οἰκεῖα ſaepiculè pro domo & ſede domeſticâ poni invenerimus, nemo genio id linguae illius repugnare dixerit. Praeter Theophraſt. cujus eſt illud in de Cauſ. Plant. Lib. IV. cap. 15. ὅταν σῖτος εἰς τὰ οἰκεῖα τέθῃ, addo nunc ita loqui etiam Parthenium Erot. cap. 27. Καὶ ἐργασαμένην ἑνιαυτὸν ὕςερον ἐκ τῶν οἰκείων ἐλάσαι, *aedibus expuliſſe.* Aelian. Var. Hiſt. lib. III. cap. 17. Ἀγαγεῖν τὴν ὀπίσω εἰς τὰ οἰκεῖα, *domum reducere.* Lucian. in Aſino: Πρὸ τῆς ἑσπέρας ἥξομεν εἰς τὰ οἰκεῖα, *domum venimus.* Tzetz. in Lycophron. pag. 150. Ed. Baſ. Ἀϊαντος τοῦ Λοκροῦ περὶ τὰς Γυρέας πέτρας ναυαγήσαντος, οἱ Λοκροὶ μόλις σωθέντες ἦλθον εἰς τὰ οἰκεῖα, *domum venerunt.* Adhaec quemadmodum apud Latinos *domus* pro patriâ, ita & apud Graecos τὰ οἰκεῖα ponuntur interdum. Parthenius Erot. cap. 4. Πόλεμον ἐπάξεται τοῖς οἰκείοις, *bellum patriae inferet.* Et quid mirum οἰκεῖα pro domo accipi, cum συνώνυμον ejus ἴδια eo ſenſu accipi nonnunquam deprehendatur? I. Eſdr. cap. VI. ℣s. 32. Ληφθῆναι ξύλον ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοῦ, *ut ſumatur lignum de domo ejus*, ſane in Eſdr. Canon. cap. VI. ℣s. 11. pro ἐκ τῶν ἰδίων habetur, ἐκ τῆς οἰκίας. Vulgata tranſtulit, *ut ſumatur lignum de ſuis propriis.* Nimirum *ſua* vel *propria* vocant etiam Latini ſedes ſuas domeſticas. Amm. Marcel. lib. XVI. pag. 136. Ed. Boxh. *Rapta ſarcinarum & jumentorum cum calonibus parte maxima redit ad ſua.* Lib. XVII. pag. 158. *Ut ponte compacto transgreſſus in ſuis requireret barbaros, cum nullum reliquiſſet in noſtris.* Et pag. 163. *Repedavit ad ſua.* Interpres Abdiae Babyl. lib. III. pag. 20. *Abiit unuſquiſque ad propria.* pag. 34. *Cum revertiſſet ad propria.* Euagrius in vita Antonii, *abibat ad ſua.* Petron. Fragm. Trag. pag. 50. Ed. Blav. *Oſculatique menſam, rogamus nocturnas, ut ſuis ſe teneant, dum redimus à caena.* h. e. ἐν τοῖς οἰκείοις. Etiam Plinius lib. I. Ep. 4. *ſi quando in noſtra diverteris.* Οἰκία non eſſe uſitatum πεζογράφοις vel inde liquet, quod tanquam rarum quid in Arriano id annotet Euſtathius. At frequenter apud Herodotum occurrit. non nego, ſed inde fieri id ajo, quod ſcriptor ille Jonicus ſit. Nam Ionum eſt ex maſculinis vel foemininis facere neutra. Colligo ex Schol. Apollon. ad lib. III. verſ. 137. & Schol. Homer. ad Iliad. E. verſ. 772. illius verba ſunt: Κύκλα λέγει τοὺς ῥόμβους, κυκλώματα. Ἰωνικῶς δὲ τὰ κύκλα ἀντὶ τοὺς κύκλους, ὡς λύχνα καὶ δίφρα. Confer Etymol. Magni Auctorem pag. 585. Ed. Sylburg. Muncker.

191. *Eby-*

Tandem vipereis Ephyren Pirenida pennis
Contigit. hîc aevo veteres mortalia primo
Corpora vulgarunt pluvialibus edita fungis.
Sed poſtquam Colchis arſit nova nupta venenis,
Flagrantemque domum regis mare vidit utrumque;
Sanguine natorum perfunditur impius enſis:

[Ulta-

391. *Ephyren Pirenida.*] Corinthum, in qua fons eſt Pirene. Scitè autem *Pirenida* adjecit, nam multae urbes eodem nomine vocantur, ut diximus. Regius. Ceterùm *Ephyren*, ab Ephyre Oceani filia, quae prima eo loci habitarit, dictam tradunt. *Pirenem* autem fontem Pauſanias II. 2. quidem, Pirene Oebali, ſive, ut alii malunt, Acheloi filia, dictum putat, quae cum ex Neptuno Cenchrim & Lechen peperiſſet, unde & portuum nomina ibidem, mox interfecto à Diana caſu quodam Cenchrea, ita moerore & luctu contabuit, ut in fontem ejuſdem nominis, poſtremò delicuerit. Commentaria autem Euripidis Pirenem fontem ab Aſopo inventum, & Siſypho regi commonſtratum dicunt, praemii loco, quum ille Aeginam filiam à Jove raptam, patri Aſopo prodidiſſet, conſpicatus illam ex arce Corinthiaca, quae ob id ſpeculae nomen deinceps retinuerit. Apud Corinthum verò antiquitus homines ferunt ex fungis ortos. Micyllus.

394. *Nova nupta.*] *Creuſa* Creontis Corinthiorum regis filia. Regius. Pauſanias lib. II. 3. & alii *Glaucen* vocant, quam hîc *Creuſam* Regius: & inde etiam *fons Glauces* appellatur, in qua illa venenum abluere voluit, quo ex veſte à Medea miſſa infecta fuerat. Nam praeter coronam, de qua hîc dicitur, etiam veſtem veneno tinctam à Medea illi miſſam tradunt. Praeterea neque de patre Creuſae ſive Glauces, autores conſentiunt. Nam alii Creontem vocant, alii Hippoten, Creontis filium. Nam poſt Bellerophontis obitum, Corinthi regnavit Lycaethus, poſt Lycaethum Creon, poſt Creontem Hippotes, cujus filiam duxiſſe uxorem Jaſon traditur: autor Commentator Euripidis in Medea. ỳs. 20. Micyll. Videntur quidam hoc loco Regium quodammodo carpere ac vellicare, cum per *novam nuptam* Creuſam Creontis Corinthiorum regis filiam, intellexerit. Sed hi fruſtra agunt. & recte atque optime Raphaël noſter. Ovidius XII. Ep. 53.

Quam tibi tunc longè regnum dotale Creuſae,
Et ſoror, & magni nupta Creontis erat.

Et I. Art. 335.

Cui non deſleta eſt Ephyraeae flamma Creuſae?

Propertius II XVII. II.

Colchida ſic hoſpes quondam decepit Iäſon;
Ejecta eſt: tenuit namque Creuſa domum.

Seneca in Medea 816.

Tu nunc veſtes tingue Creuſae.

Et 921.

Quidquid ex illo tuum eſt
Creuſa peperit. ——

Verùm Euripides in Medea, & Apollodorus eam Glaucen vocant. Nec ob id fallitur Regius: non enim à poëtis eſt quaerenda veritas. Ciof. *Glaucam* etiam Lucianus aliquoties vocat; ut de Saltat. p. 512. & 521. & Lutatius ad Stat. v. 403. & 456. quae diverſitas inde provenit, quia *Creuſa* nomen non eſt proprium; ſed quod filiam regis notat; unde plures etiam *Creuſae* memorantur. ut etiam *Creontes*, id eſt reges. veſtem vero miſſam Creuſae etiam alii teſtantur. Horat. Epod. v.

Cur dira barbarae minus
Venena Medeae valent?
Quibus ſuperbam fugit ulta pellicem
Magni Creontis filiam,
Cum palla, tabo munus imbutum, novam
Incendio nuptam abſtulit.

Ubi Schol. *ſunt qui Medeam non pallam, ſed coronam Glaucae dediſſe volunt.* idem quoque ad Epod. III.

Hoc delibutis ulta donis pellicem
Serpente fugit alite.

Donis exponit *veſtibus.* Valer. Flac. lib. v. 449. utramque conjungit:

Turbataque pellice conjux
Pallam, & gemmiferae donum exitiale coronae,
Adparat.

Et ita Senec. Med. 570. ubi Gronovius videndus, qui notat quoſdam tria dona miſſa agnoſcere; ſed perperam. infecit vero *Naptha*, ut jam Regius & Munckerus ad Hygin. fab. 25. oſtenderunt. Vide Plin. II. 105. *Colcha* vero *venena* appellat Noſter, non quia Naptha in Colchide naſcitur, ſed quia Medea Colchica eâ uſa fuit, unde Μηδείας ἔλαιον vocari docuit Salmaſ. Exercitat. Plin. pag. 171. Ubi plura de Naptha; & recte docet à quibuſdam *Colchicon* confundi cum *Naptha*, quia oleum Medeae *Naptha*, dici Colchicon etiam crediderint. & ita paſſim Poëtae *Colcha* & *Colchica* venena vocant, quibus Medea uſa fuit. Vid. Epiſt. VI. 131. & alibi. Burmann.

396. *Utroque ſanguine natorum perfunditur impius enſis.*] Locum hunc illuſtravi in meis in lib. II. Triſt. Scholiis. Ciofanus. *Utrumque* tredecim ex vetuſtioribus. Unde ſagaciſſimus Gronovius ad Senec. Med. 148. veram lectionem unius literae mutatione eruebat,

[Ultaque ſe male mater, Iaſonis effugit arma.]
Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arces: quae te, juſtiſſime Phineu,
Teque, ſenex Peripha, pariter vidêre volantes,
Innixamque novis neptem Polypemonis alis.

Fab. XXIII. Argumentum.

Spuma Cerberi in venenum.

Ab his noviſſime excipitur ab Aegeo, [a] *nec minus jungit foedus. Inter haec Theſeus Aegei filius, errore & laboribus plenus, excipitur à patre, cui protinus Medea parat venenum, quod* [b] *Aconiton adpellatur. Hercules enim cum ad inferos deſcendiſſet, miſſus ab Eury-*

Flagrantemque domum regis mare vidit utrumque.
De Iſthmo Corinthiaco agit. de quo Noſter Epiſt. IV. 106.
Et tenuis tellus audit utrumque mare.
Propertius libro III. Eleg. XX.
Iſthmos qua terris arcet utrumque mare.
Quae illic vera ſcriptura. Senec. Med. 35.
Gemino Corinthus litori opponens moras
Cremata flammis maria committet duo.
Heinsius.

397. *Ulta male.*] Quoniam cum mater eſſet, communes filios interfecit. Regius. Horum nomina à Pauſania recenſentur *Mermerus & Pheres.* Sed hos ille non à matre, ſed à populo Corinthi lapidibus obrutos dicit, ſive quod ipſi dona illa lethalia à matre miſſa ad Glaucen portaſſent, ſive etiam, quod matrem fugientem, ipſi parvuli adhuc, conſequi non potuiſſent. Quare etiam poſtea ſecutam peſtem publicam eſſe, plurimoſque Corinthiorum interiiſſe, donec conſulto oraculo interfectorum manes certis inſtitutis ſacrificiis placarentur. Atque eadem ferè in Commentariis Euripidis leguntur. Contrà autem qui Naupactia compoſuit, in Corcyra periiſſe Jaſonis filium Mermerum tradit in venatione ab apro occiſum. Nam Jaſonem poſt interfectum Peliam cum Medea in Corcyram abiiſſe. Sed Ovidius Euripidem & ceteros, quorum communior opinio eſt, ſequitur. Porrò Cinaethon Lacedaemonius etiam filiam Jaſoni fuiſſe ex Medea addit, nomine Eriopen. Jam neque illud hoc loco praetereundum, quod in Commentario Euripidis legitur, vulgatam hanc famam de Euripide fuiſſe, quod accepta pecunia, caedem, quam Corinthii perpetrarunt, in Medeam tranſtulerit. Nam liberos Medeae à Corinthiis fuiſſe occiſos, eò quod illa Corinthium regnum, ut paternum & avitum, repetiſſet. De qua re & ſuprà annotavimus ex poëta Eumelo. Micyllus.

397. *Ultaque ſe male mater.*] Hic etiam verſus pro genuino vix cenſendus. Heins.

398. *Titaniacis draconibus.*] Qui ex Titanum ſanguine nati eſſe dicuntur, [ut Pindarus ait in principio Θηριακῶν.] Regius. Vel etiam, quod à Titane, hoc eſt, Sole, currum illum cum draconibus alatis, acceperat, ut Graeci tradunt. Micyllus. Pindarum pro Nicandro hic ſive Regium, ſive alium poſuiſſe puto: hic enim Theriac. verſ. 10.

Τιτάνων ἐνέπουσιν ἀφ' αἵματος. Burm.

398. *Draconibus.*] Varro Marcipore: *Dixe Regi Medeam advectam per aëra in rheda anguibus.* Seneca in Medea:

Ego inter auras aliti curru vehar. Ciofan.

399. *Palladias arces.*] Athenas, ubi Phineus, Periphas, & Polyphemonis neptis in aves fuere converſi. Hae vero fabulae mihi ſunt ignotae. Regius. De *Phineo* ac *Peripha* (ſeu *Periphante* dicendum magis) neque ipſe habeo, quod addam aliud, quam quod à Lactantio dicitur. Pro *Polyphemone* autem, *Polypemone* legendum arbitror. Ita enim & Procruſtes vocatus fuit, quem apud Cephiſum, eum qui Eleuſim praeterfluit, latrocinantem Theſeus occidit. Hunc autem habuiſſe filium, ex quo neptis fortaſſe ea, de qua hîc dicitur, ex carmine in Ibin patet, ubi legitur vſ. 507.

Ut Sinis & Scyron, & cum Polypemone natus,
Quique homo parte ſui, parte juvencus erat.

Sed quod nomen vel filio vel nepoti fuerit, alibi hactenus, non reperi. Sunt qui patrem Polypemona, filium autem Procruſten vocent, ſed nullo certo autore. In Commentariis autem Euripidis in Oreſte, *Sinin* legimus *Polypemonis*, ſive (ut illic eſt) *Pemonis* filium fuiſſe. Quam opinionem ſi dabimus Ovidium hîc ſecutum eſſe, licebit neptem hanc Polypemonis *Periginem* intelligere. Ea enim Sinidis filia etiam à Plutarcho dicitur, ex qua Theſeus Menalippum genuit, patrem Ioxi, à quo Ioxides poſtea in Caria appellati. Sed de hoc doctiores judicent. Micyllus. Periphantis fabula exſtat apud Antonin. Liberal. cap. VI. qui tamen nul-

Euryſtheo, ut canem tricipitem ad ſuperos perduceret, [c] *poſtquam eum in regionem Ponticam perduxit, territum animadvertit ex novitate aëris vomitum profudiſſe. Notato itaque loco,* [d] *ſpumam ejus converſam in venenum eſſe* [e] *repertum eſt, quod Graeci* [f] *Aconiton nominant,* [g] *quia naſcitur in cautibus.*

EXcipit hanc Aegeus, facto damnandus in uno:
Nec ſatis hoſpitium eſt, thalami quoque foedere jungit.
Jamque aderat Theſeus, proles ignara parenti;
Qui virtute ſuâ bimarem pacaverat Iſthmon.
Hujus in exitium miſcet Medea, quod olim
Attulerat ſecum Scythicis aconiton ab oris.
Illud Echidneae memorant è dentibus ortum

Eſſe

nullam Phinei mentionem facit, ſed Periphantem in Aquilam converſum, uxorem in Phanam narrat.

401. *Innexamque novis neptem Polyphemonis alis.*] Libentius *innixam*, quam *innexam* legerim: nam *inniti alis* propriè aves dicuntur, cum iis expanſis in aëre ſuſtentantur. Neptem autem Polyphemonis Halcyonem dicit Scironis Polyphemonis filii filiam, quae quod corpus vulgaſſet, à patre in mare dejecta in ſui nominis avem fuit transmutata. auctor hujus fabulae Probus Virgilianus interpres 1. Georg. 399. teſtem citans Theodorum, qui fabularum opus condidit auctore in Paralellis Plutarcho: cui titulum fecit Metamorphoſeon. lege primam collectaneorum hecatoſtyn. c. 72. Cons. Fanensis. Duo mei, & Caeleſt. *Adnexamque.* Briant. *Adnixamque.* Virgilius IV. 252.

Paribuſque nitens Cyllenius alis Conſtitit.

Horatius IV. od. 2.

Ceratis ope Daedalea nititur pennis. Ciof.

Innixamque prim. ſec. tertius Medicei. Florentinus S. Marci, Urbin. Neapolit. Bernegg. aliique multi. quod verum eſt. ſic *ceratis niti pennis* apud Horatium libro IV. Ode II. Heinsius. Recte Conſtantius & Heinſius. ita & II. ex Pont. VII. 27. *Et quot aves motis nitantur in aëra pennis.* & ita *inſolitos niſus* dixit Horat. IV. Od. 4. 8. *adnixamque* ſex ſcripti. *annexamque* plurimi. *advectamque* unus.

[a] *Nec minus, &c.*] Ita & Veneta & Micylliana. Raenerii heic nulla habenda ratio, cum nova ille cudat, non vetera revocet. MS. *nec mora jungit foedus.* Muncker. Raenerii haec ſunt. *Medeam Athenas ingreſſam, hoſpitioque ſuſceptam, Aegeus rex matrimonio ſibi junxit. Inter haec Theſeus Aegei filius, quem nunquam antea viderat pater, errore, & laboribus plenus advenit. Quem verita Medea, protinus ei venenum parat, quod Aconitum appellant.*

[b] *Aconitum appellatur.*] *Appellant* Parm. Lugd. Micyll.

[c] *Poſtquam eum.*] *Cum eum i. r. p. perduxiſſet* Raener. Heinſ.

[d] *Spumam ejus.*] *Spumam ejus converſam invenerunt in praeſentiſſimi veneni herbam, quam Aconitum nominant, quia, &c* Eaedem.

[e] *Repertum eſt.*] Veneta non agnoſcit iſta verba. Agnoſcit tamen Micyllus. Muncker. Non habent Parm. Lugd.

[f] *Aconiton.*] *Aconas* Parm.

[g] *Quia naſcitur in cautibus.*] *Cotibus* Micyll. MS. *quia à cane nomen accepit.* Naſo: *Quae quia naſcuntur dura vivavia caute, Agreſtes aconita vocant.* Nimirum Ἀκόναι *cautes* ſive *cotes* Graecis ſunt. Schol. Nicandr. in Alexipharm. Ἱστορεῖται δὲ τὸ Κέρβερον ἐξ ᾅδου ἀνενεχθέντα μὴ δύναασθαι ὑπομεῖναι τὰς αὐγὰς τοῦ ἡλίου καὶ ἔμεσαι, καὶ ἐκ τοῦ ἐμέτου ταύτην γένεσθαι τὴν βοτάνην. ἀγρωστιδι δ' ἔοικεν. Ἀχέρων δ' ποταμὸς ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Ποντικῇ, ἔνθα τοῦ ᾅδου κύνα ὁ Ἡρακλῆς ἐξήγαγε. καὶ ὁ λόφος ἀκόνιτος λέγεται. Muncker. *Aconiton à cane nomen accepit* Parm. quae Micyllus ex Schol. Nicandri adducit, jam Barth. Adv. VIII. cap. 17. dedit.

403. *Foedere jungit.*] *Foedera* Junii & Florentinus codex. nec male. ut in argumento, & ita paſſim. Noſter Epiſt. IV. 147.

Tolle moras tantum, properataque foedera junge.

Virg. VIII. 641.

Caesâ jungebant foedera porcâ.

Lib. IV. 113.

Miſcerive probet populos, aut foedera jungi.

Ubi etiam *foedere* quoſdam legiſſe notat Servius. VII. 546.

Dic in amicitiam coëant, & foedera jungant.

Sic *tedae jura coïſſent*, non *jure* lib. IV. 60. quidam etiam codices, *Hoſpitio, hoſpitio eſt, hoſpitii eſt.* Burm.

404. *Ignara.*] *Ignota* legendum mihi videtur, quamvis fere *ignara* legatur. Regius. Nihil mutandum. vide ad lib. I. 134. & inf. 772. & lib. II. 496. & alibi. & Pier. ad Virg. x. Aeneid. 702. Idem.

405. *Qui virtute.*] Ita ex melioribus reſcripſit Heinſius. veteres, *ut* vel, *& virtute.*

Eſſe canis. ſpecus eſt tenebroſo caecus hiatu:
Eſt via declivis, per quam Tirynthius heros
Reſtantem, contraque diem radiosque micantes
Obliquantem oculos, nexis adamante catenis,
Cerberon abſtraxit: rabidâ qui concitus irâ
Implevit pariter ternis latratibus auras:
Et ſparſit virides ſpumis albentibus agros.
Has concrêſſe putant; nactasque alimenta feracis
Fecundique ſoli, vires cepiſſe nocendi.
Quae, quia naſcuntur durâ vivacia caute,
Agreſtes aconita vocant. ea conjugis aſtu
Ipſe parens Aegeus nato porrexit, ut hoſti.

Sum-

407. *Aconiton.*] Plinius quoque Hiſt. Nat. xxvi. cap. 11. Aconiton ex ſpuma Cerberi extracti ex inferis natum dicit, & Scholiaſtes Nicandri in Alexiphar. & Pomp. Mela 1. 19. & Servius ad Virg. 11. Georg. 151. Alia fabula eſt de Aconito apud Auſon. Idyll. v. de Hiſtoriis. qui ex Promethei ſanguine generari contendit. vid. Plinium xxvii. 2. de Aconito. Heins.

408. *Echidneae canis.*] Cerberi canis tricipitis. Nam (ut refert Plinius in 26. Naturalis Hiſtoriae) fabulae narravere aconitum è ſpumis Cerberi canis ortum, extrahente eam ab inferis Hercule; ideoque apud Heracleam Ponticam, ubi monſtratur ejus ad inferos aditus, gigni. Euphorion autem & Herodotus narrant Cerberum ex inferis ab Hercule extractum atram bilem evomuiſſe, ex qua aconitum ſit natum. Regius. Scio canis communis eſſe generis, at pro Cerbero vix credo ita inveniri. fortaſſis autem *Echidnaeae canis*, id eſt hydrae ſerpentis nocentiſſimae, intelligendum. in hoc ſane mihi annotatur, ut aliis ſit judicium. Glareanus. *Echidnaeae canis* dicit, quia ex Echidna monſtro Cerberus natus fingitur. Vid. Heſiod. Theog. 308. Quia autem alias *Cerberus* maſculino genere dicitur, dubitant quidam, an etiam hoc loco pro *Echidnaeae canis* legendum ſit, *Echidnaei*, maſculino genere. Micyll. *Lethaei* tres ex melioribus. Stat. iii. Silv. ii. 112.

Cur ſervet Pharias Letheus janitor aras.

Forte, *Lernaei:* ex hydra enim natus Cerberus dicitur. Sed *Echidnaeae* rectum eſt, ut pluribus ad Valer. Flaccum oſtendemus. Echidna verò Graecis, quae Latinis *hydra.* Met. ix. 69. Faſt. v. 405.

Sanguine Centauri Lernaeae ſanguis Echidnae
Mixtus.

Imo *Hydra* Echidnae filia ſtatuitur. *Orthus* quoque canis biceps ab Hercule trucidatus, ex Echidna genitus. Excerpta Rhetor. Allatii pag. 337. Apud Palaephatum corrupte *orcis* legitur. Vid. Tzetz. Chiliad. 36. p. 151. 152. Heins. Vid. Schott. ii. ob. 25. ex Typhoeo & Echidna natum Cerberum tradit Cointus Smyrn. lib. vi. 261.

409. *Specus eſt.*] Juxta Heracleam Ponticam, ubi Herculis ad inferos deſcenſus monſtratur. nam, ut in 2. Argonaut. Apollonius ait, juxta Heracleam Ponticam eſt Acheruſias promontorium, ex cujus vaſto ſpecu, per quem deſcenditur ad inferos, Acheron oritur. Regius.

409. *Tenebroſo caecus.*] *Caeco tenebroſus* Argentin. Menardi & duo alii.

410. *Et via.*] In duobus Vatic. utroque meo & aliis, *Eſt via:* Magis placet, ut ſit repetitio. Ciofanus. Mirum videbatur Heinſio Ovidium non expreſſiſſe locum, cum quod praeceſſit de *Scythicis oris* non ſatisfaciat, quia illae latiſſime pateant, neque ibi Aconitum natum, ſed in Mariandinis. quare ille ſuſpicabatur legendum:

Specus eſt tenebroſo caecus hiatu
In Maryandinis.

Vel, *in Peryandinis*, apud quos Aconitum naſci narrat Theophraſt. lib. ix. cap. 16. ita olim conjecerat, & ſic vitari poſſe incommodam repetitionem τοῦ *eſt* credebat: quamquam etiam adſcripſerat forte legendum, *fert via*, vel *& via.* ſed ſi mutandum quid ſit, praeferrem, *in Maryandinis*; nam & in Theophraſti loco Salmaſius *Maryandinos* reſtituit Exerc. Plin. pag. 619. quamquam contra codices nihil movere audeo. Specus vero hujus & Acherontis fluvii deſcriptio luculenta eſt apud Apollon. lib. ii. 353. Ammian. Marcel. lib. xxii. 8. & Plin. lib. vi. 1. & xxvii. 2. & alios. Vid. & Spanhem. ad Callim. in Del. 291. Burm.

412. *Obliquantem oculos.*] Senec. Thyeſt. 160. *Obliquatque oculos, oraque comprimit.*

413. *Cerberon attraxit.*] Quo facto Hercules Theſeum praeſentiſſimo periculo exemit, cum à Cerbero Pirithous jam eſſet devoratus. teſtis Philochorus Atthidos libro ſecundo apud Euſebium in Chronicis. Ceterum rectius in primo Palatino ac multis aliis, *Cerberon abſtraxit.* appoſite Sophocles apud Ciceronem de hac ipſa re:

Hic

Sumſerat ignarâ Theſeus data pocula dextrâ;
Cum pater in capulo gladii cognovit eburno
Signa ſui generis; facinusque excuſſit ab ore.
Effugit illa necem, nebulis per carmina motis.

Fab. XXIV. Argumentum.

Sciron in Petram.

Poſt haec referunt, feſtos dies agentes laudes Theſei, quemadmodum taurum Marathonium

Hic è Tartarea tenebricoſa abſtractum plaga,
Tricipitem eduxit hydra prognatum canem.
Appoſite etiam Seneca Hippolyto vſ. 844.

——— *finis Alcides fuit.*
Qui cum revulſum Tartaro abſtraheret canem,
Me quoque ſupernas pariter ad ſedes tulit.

Ita optimus codex Florentinus. in vulgatis, *extraheret*, quod nec prorſus damnandum, nam & apud Pomponium Melam habes 1. 19. *Juxta ſpecus eſt Acheruſia ad manes, ut ajunt, pervius: atque inde extractum Cerberum exiſtimant.* Plinius xxvii. 2. *Ortum fabulae narravere ſpumis Cerberi canis extrahente Hercule*, de Aconito. Sed aliter is ipſe Seneca eadem tragoedia, 93.

Fortis per altas invii retro lacus
Vadat tenebras, miles audacis proci,
Solio ut revulſam regis inferni abſtrahat.

In Catalectis Pithoei de duodecim laboribus Herculis:

Undecimo abſtractus vidit nova Cerberus aſtra.

Nec aliter ſcribi oportere apud Silium Italicum libro iii. 35. arbitror:

At Stygius ſaevis terrens latratibus umbras
Janitor inferno tum primum abſtractus ab antro.

Dionyſius Periegetes 789.

- - - μέγαν κύνα χαλκεόφωνον
Χερσὶν ἀνελκόμενον μεγαλόφρονος Ἡρακλῆος.

Attraxit perperam bis apud Apulejum vulgo circumferri adverto, aliò euntibus optimis membranis: Metamorph. iii. *Et infecta manu me renitentem clementi violentia ſecum abſtraxit.* libro ix. *Juſſo tantum Myrmece per conſervos vincto forum verſus abſtrahi.* Heinsius.

415. *Agros.*] *Herbas* Thuanei duo.

416. *Nactaſque alimenta feracis Foecundique ſoli.*] Videndum, an rejiciendum, quod è Palatino ſuppeditat Gruterus, *nactaſque alimenta furoris, Foecundique ſoli.* nam de aconito agit. Dan. Heins.

418. *Quae quia naſcuntur.*] Sic & Plinius lib. xxvii. 3. quamvis aliam quoque nominis originem aſſignet his quidem verbis: *Naſcitur in nudis cautibus, quas Aconas vocant, & inde aconitum dixere, nullo juxta ne pulvere quidem nutriente. hanc aliqui rationem nominis attulere, alii quoniam vis eadem in mortem eſſet, quae cotibus ad ferri aciem deterendam, ſtatimque admota velocitas ſentiretur.* Regius. Plinii ſententiam etiam Nicander confirmat, apud quem in Alexiphar verſ. 42. legitur:

Ἐν δ' ἀκοναίοις
Θήλειην ἀκόνιτον ἀνεβλάστησεν ὀρόγκοις. Micyll.

Naſcantur cum uno Baſil. & tum mox *vocent* pro *vocant* ſcribendum. Heinsius. Alii ab *Acone*, vel *Aconis* portu Heracleae Ponticae, quas refellit Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 619. hinc enim *Aconicum*, aut *Aconium* rectius diceretur.

422. *In capulo.*] Hunc locum reſpexit & expreſſit Senec. Hippol. 899.

Regale parvis aſperum ſignis ebur
Capulo refulget gentis Actaeae decus.

Ubi verba noſtri Naſonis citans Gronovius videtur pro *cognovit*, *conſpexit* legiſſe, niſi memoria impoſuerit viro ſummo. Heinſius pro *parvis* legebat, *patriis ſignis.* ut jam Meurſius laudaverat lib. iii. Reg. Att. cap. 1. ubi de hoc enſe latius agit. an vero de cicada, quam Athenienſium nobiliſſimi oſtentabant, ſint haec ſigna capienda, cum Gronovio dubito, cum de Aegidis tantum, qui à Neptuno ducebant genus, agi videatur: alii ſimpliciter ex gladio, quem Aegeus abſcondiderat ſub ſaxo, & Theſeus, monſtrante matre, ſumſerat, agnitum, dum carnes in convivio μαχαίρᾳ vult ſcindere. vid. Plutarch. in Theſeo. & Meurſ. Theſ. cap. 8. & lib. iii. de Regn. Athen. cap. 1. In capulis vero inſignia geſtaſſe veteres, ex Hiſtoria Pauſaniae, qui Philippum occidit, patet apud Val. Max. 1. cap. viii. Exter. 9. ubi Colerus Ciceronis locum de Fato cap. 3. adducens, *aut Philippus haſce in capulo quadrigas vitare monebatur?* haeret in τῷ *haſce*, quod ipſi otioſum videtur, vel *haſtae* corrigit. Heinſius vero, *Acinacis in capulo.* Vide plura apud Barth. ad Claudian. ii. Laud. Stil. 91. & ad Stat. v. Theb. 725. Scheffer. de Re vehic. ii. 13. & hinc ſaepe agnitiones factas legimus. vid. Hygin. fab. 88. pro *eburno*, unus Med. *eburneo.* duo alii, *eburni.* male. nam ſimiliter & capulum eburneum Perſeus invenit, in loco ubi Mycenas condidit. Plutarch.

thonium interemisset, ut etiam Procrusten, [a] *Cercionisque necem peregerit,* [b] *qui trabes opponebat hostibus, ita ut victi exanimarentur ab eis: Sironem quoque Neptuni, solitum iter facientibus tendere insidias: qui postquam à Theseo est interfectus,* [c] *ejus ossa fluctibus agitata scopulis inhaeserunt: unde Sironides petrae sunt adpellatae ab ejus nomine.*

425 AT genitor, quamquam laetatur sospite nato;
Attonitus tantum, leti discrimine parvo,
Committi potuisse nefas, fovet ignibus aras,
Muneribusque Deos implet: feriuntque secures

Colla

de flumine b. in Inacho: & in fragmento Alcaei, quod ex Hephaestione edidit Fulvius Ursin. p. 105.

Ἦλθες ἐκ Περάτων γᾶς, ἐλεφαντίναν
Λαοδάν τῷ ξίφεϊ χρυσοδέταν ἔχων.

BURMANNUS.

424. *Nebulis.*] *Tenebris* Palatini duo.

In hoc argumentum violenter grassatus est Raenerius, qui ita edidit, *Ægeus agnito filio Theseo, ingenti laetitia perfusus dies festos indixit; quos agentes Thesei laudes referunt. quemadmodum taurum Marathonium interemisset: ut suem saevissimam, apri Calydonii, ac Erymanthii matrem, juxta Cremyona; ut Procrusten; ut Periphetam latronem Vulcani filium juxta Epidaurum; ut Scinem quoque latronem. Referunt praeterea Cercyonis necem: qui trabes opponebat postibus; ita ut victi exanimarentur ab eis. Sironem quoque Neptuni filium, solitum iter facientibus insidias tendere: qui postquam à Theseo est interfectus, ejus fluctibus agitatus propter crudelitatem scopulo inhaesit: unde Sironides petrae sunt nominatae ab ejus nomine.*

[a] *Cercionis necem peregerit.*] Τὸ *peregerit* non habet Veneta. At habet Micylliana. Sed τὸ *Procrusten* tum mutare malim in *Procrustae.* MUNCKER. *Peregerit* deest Parm. Lugd.

[b] *Qui trabes opponebat hostibus.*] Atqui hoc non Cercioni, sed Sinidi tribuitur cum ab aliis, tum à Nasone ipso. Confer. Hyg. Myth. cap. 38. MUNCKERUS. Barth. VIII. ad. 17. transpositione opus esse, & haec ad alterum latronem referenda notat.

[c] *Ejus ossa.*] Ita Micyllus. Veneta, *ejus fluctibus agitatum scopulis inhaesit.* Videtur voluisse *corpus fluctibus, &c.* MUNCKER. *Interfectus & subjecto mari praecipitatus, & corpus ejus fluctibus agitatum propter crudelitatem scopulo inhaesit.* Parm. cum Veneta facit Lugdunensis.

426. *Attonitus tamen est, ingens discrimine parvo, Committi potuisse nefas.*] In omnibus libris scriptis, *geniti discrimine parvo, &c.* Sed in uno Vatic. *Leti discrimine.* Quod non displicet. CIOFANUS. *Tamen est geniti* vel *lethi* veteres plerique. pro *tamen* unus meus & unus Leid. *tantum.* Scribe,

Attonitus tantum, lethi discrimine parvo,
Committi potuisse nefas.

Virgilianum hemistichium lib. III. 685.

Inter utramque viam, lethi discrimine parvo,
Ni teneant cursum.

Lib. IX. 143.

——— *lethi discrimina parva*
Dant animos.

Lib. X. 510.

——— *sed certior auctor*
Advolat Aeneae, tenui discrimine lethi
Esse suos.

Columella libro X. de Malis Persicis,

At nunc expositi parvo discrimine lethi,
Ambrosios praebent succos oblita nocenda.

Hinc castigandus Silius Italicus lib. VII. 585. de Minucio:

Atque hic Dardanius parvo discrimine ductor
Jam Styga & aeternas intrarat mente tenebras.

Cum in editis libris sit, *pravo certamine.* in scriptis *parvo certamine.* forte etiam *intrarat paene.* idem Silius libro XII. 267.

Avehitur raptus ductor discrimine lethi,
Turbatus cursumque furens ad castra capessit.

Ubi *ferens* male legitur, sic contra *vitae discrimen* lib. X. Noster,

——— *caraeque jubet discrimine vitae*
Conjugium petere hoc. HEINSIUS.

Vid. inf. X. 242.

427. *Committi.*] *Admitti* unus Moreti. utrumque recte, ut jam saepe vidimus.

430. *Erechtidis.*] *Erechteidis* Basil. *Erechtaeis* plurimi. *Erechteidis* MSS. Bersmanni.

431. *Illuxisse dies.*] M. Tullius ad Brutum Epist. undevigesima: *Ego enim, D. Bruto liberato, cum laetissimus ille civitati dies illuxisset.* Idem Philippica prima: *Dicerem, Dolabella, qui rectè factorum fructus esset, nisi te paullisper esse expertum videremus, quem potes recordari in vita tibi illuxisse diem laetiorem, quam, cùm expiato foro, dissipato concursu impiorum, principibus sceleris poena affectis, te domum recepisti.* Seneca in Hercule Oeteo:

Nec ulla nobis segnis illuxit dies.

M. Piso: *Pro Dii immortales, qui hic illuxit dies:* Livius lib XXXVIII. *Hic speciosus ultimus dies P. Scipioni illuxit.* Silius lib. X.

sibi

Colla torosa boum, vinctorum cornua vittis.
Nullus Erechthidis fertur celebratior illo
Illuxisse dies. agitant convivia patres,
Et medium vulgus: nec non & carmina, vino
Ingenium faciente, canunt. te, maxime Theseu,
Mirata est Marathon Cretaei sanguine tauri:
Quodque Suis securus arat Cromyona colonus,
Munus, opusque tuum est. tellus Epidauria per te
Clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem:
Vidit & immitem Cepheias ora Procrusten:

Cercyo-

——— *sibi tristius illum*
Illuxisse diem. Ciofan.

431. *Agitant convivia patres.*] *Celebrant* unus Mediceus, quod glossatoris puto. *agitare* enim proprium in hac re verbum. Suet. Claud. 32. *Convivia agitavit & ampla & assidua.* Terent. Hecyr. I. II. 17.

Antiqua ut consuetudine
Agitarem inter vos libere convivium.

Et Heaut. IV. 4. *Apud eum miles Dionysia agitat.* & alii. Burm.

433. *Te maxime Theseu.*] Sic solitum fuit; super coenas cantatae laudes Heroum: ita apud Virgilium Herculis laudes & facta carmine ferunt. lib. VIII. 287. Vide Junii animad. III. cap. 7. Burmannus.

434. *Cretaei tauri.*] Cretenses. ex Creta enim ab Hercule ad Eurystheum ductus est. nam Minos, ut fertur, Neptuno sacrificaturus victimam optavit majestate illius dignam, cui Neptunus taurum obtulit pulcherrimum. eum cum servare vellet Minos, iratus Neptunus tauro furorem immisit, à quo tota fere insula fuit devastata. ad eum domandum missus est Hercules, quem vinctum ad Eurystheum duxit. ab eo vero dimissus, cum Atticam devastaret, à Theseo fuit interfectus. Regius. Diod. lib. v. non statim interfectum, sed ad patrem Aegeum adductum scribit, à quo postea Apollini sacratus fuerit. Micyllus. Vide Meursii Theseа cap. x.

435 *Quodque suam Cremyona*] *Cremyon* vicus est juxta Corinthum, qui diu à Cremyonia sue, matre & Calidonii & Erimanthii aprorum, fuit vexatus, quae a Theseo interfecta securos illius loci colonos praestitit. est etiam *Cromyon*, sed per *o*, urbs Libyae, unde *Cromyonius* derivatur. *Cremyon* quidem a Graecis per duplex *m* scribitur, sed alterum ab Ovidio versus gratia praetermissum videtur. Regius. Apud Stephanum, Κρεμμύων legitur, apud Pausaniam autem & Diodorum *Cromyon* per *o*, a *Cromo*, videlicet Neptuni filio, deducto nomine, ut Pausanias ait. ipsa autem sus, *Phaea* peculiari nomine appellata fuit, auctore Steph. Micyllus. *Suum* duo veteres. Scribe, *suis securus* cum Dionysio Salvagnio Boëssio ad Ibid. 409. & nostro Gronovio. de sue Cromyonio res est notissima. *Securus amorum Germanae* apud Virgilium. Elegans secundi casus usus est & frequens apud optimos ac elegantissimos scriptores. Emenda Statium in hac locutione lib. II. Silv. I. 99.

Jam secura patris Thuscis regnabat in undis
Ilia.

Quomodo in vetusta Parmensi editione recte scribitur. cum nunc *secura parens* circumferatur. *Securus pelagi Chiron* Achill. I. *securus vulgi* Persio Satyra VI. Non absimile mendum ex Valerio Flacco tollendum lib. VI. ỳs. 266.

Parte alia infestis (*nam fors advexit*) *in armis*
Styrus adest, laetusque viri cognoscit Anausin.

Sic scribendum. non, *fors adjunxit*, & *laetusque virum.* Pleni horum Virgilius, Statius, hic ipse Flaccus, & prae ceteris Silius Italicus. vulgata lectio vehementer friget. pari modo *laetus opum* apud eundem Valerium lib. III. 659.

Laetus opum pacisque meae, tutusque manerem,
Quis genitor materque, locis.

Et libro I. ỳs. 485.

Ductor ovans laetusque doli cognoscit Acastum,
Horrentem in jaculis.

Ita & ibi censeo scribendum. Vulgati, *avens laetusque dolis agnoscit.* nam quod apud eundem Valerium lib. VI. ỳs. 74. *Moesta necis* legitur, locus est mendosus:

Moesta necis saevae lucos reditura Dianae.

Cum scribendum sit:

Moesta, nec in saevae lucos reditura Dianae.

Ita *laetum animi & ingenii Marcum Marcellum* Vellejus Paterculus vocavit I. II. 93. Heins. Vide de sue Crommyonio Meurs. Thes. VI.

437. *Clavigeram prolem Vulcani.*] Periphrasis est Periphetae latronis, qui juxta Epidaurum, cum hospites perimeret clava quadam, quae *Coryna* vocabatur, *Corynetus* fuit cognominatus. is à Theseo tandem, ut scribit Diodorus, fuit interfectus. Regius. De hac re Paus. in principio Corinthiacorum, ita meminit: ᾧ ὁ Ἐπιδαύρῳ τῇ ἱερᾷ Περιφήτῃ, Ἡφαίστου νομιζόμενον, κορυνὴν χαλκῆν χρώμενον,

Cercyonis letum vidit Cerealis Eleuſin.
Occidit ille Sinis, magnis male viribus uſus;
Qui poterat curvare trabes; & agebat ab alto
Ad terram latè ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad Alcathoën, Lelegeïa moenia, limes
Compoſito Scirone patet: ſparſique latronis
Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus unda:
Quae jactata diu fertur duraſſe vetuſtas
In ſcopulos. ſcopulis nomen Scironis inhaeret.
Si titulos annoſque tuos numerare velimus;
Facta premant annos. pro te, fortiſſime, vota
Publica ſuſcipimus: Bacchi tibi ſumimus hauſtus.

Con-

νον εἰς τὰς μαίχας, & cetera, occidit ſcilicet, inquit. Micyllus. Vid. Meurſ. Theſ. cap. v. ubi & de Sini. cap. vero vii. de Cercyone & Procruſte plurima congeſſit.

438. *Cephiſias ora.*] Regio, quae à Cephiſo, Boeotiae fluvio, alluitur. Non intelligit hic Ovidius Cephiſum ut in Boeotia eſt, ſed qua Eleuſim praeterfluit. nam ad hunc locum Polypemon, qui & Procruſtes, à Theſeo occiſus fuit Pauſanias lib. i. cap. 38. Γεῖ ὃ Κηφισὸς πρὸς Ἐλευσῖνι βιαιότερον παρεχόμενος τὸ ῥεῦμα. καὶ παρ αὐτῷ καλέσαι Ἐρινεὸν λέγοντες τὸν Πλάτωνα ὅτε ἥρπασε τὴν Κορῖν καταδῆναι ταύτῃ. πρὸς τέτῳ τῷ Κηφισῷ λῃσὴ Πολυπήμονα ὄνομα, Προκρύστην ὃ ἐπίκλησιν, Θησεῦς ἀπέκτεινε. Regius. Bene *Cephiſias*, quia ad Cephiſum fluvium ipſe eſt interfectus, auctore Pauſania lib. i. Constant. Fanensis.

439. *Cercyonis letum.*] *Cercyon* item latro Arcadicus, qui apud Eleuſinen viatores ad certamen provocabat, victosque interficiebat, à Theſeo fuit interemptus. Regius. De Cercyone Pauſanias lib. i. cap. 39. hoc modo: Μετὰ δὲ τῶν Ἀργείων τὰς τάφους, ἔστιν Ἀλόπης μνῆμα, ἣν τεκεῖσαν Ἱπποθόοντα ὑπὸ Ποσειδῶνι, ἀποθανεῖν σὺν αὐτῇ φησὶν ὑπὸ τῆ πατρὸς Κερκύονι, εἶναι δὲ ὁ Κερκύων λέγεται, καὶ τὰ ἄλλα ἀδίκῳ εἰς τοὺς ξένους, καὶ παλαίειν ἀναγκαζομένοις. καὶ ὁ τόπος ἔτι παλαίστρα, καὶ εἰς ἐμὲ, ἐκαλεῖτο Κερκύονος. ὀλίγον τοῦ ταφου τὸ Ἀλόπης ἀπέχων. Λέγεται δὲ ὁ Κερκύων τοὺς καταστάντας ἐς πάλην ἀμφθεῖραι πλὴν Θησέως, Θησεὺς δὲ κατεπάλαισεν αὐτὸν σοφίᾳ τὸ πλέον· παλαιστικὴ γὰρ εὗρε τέχνην Θησεὺς πρῶτος. Micyllus.

439. *Eleuſis.*] *Eleuſin* prim. tert. quart. Medicei. prim. ſec. Pal. prim. Reg. prior Erfurt. Noricus, quatuor alii. de quo ad Epiſt. iv. 67. *Cepheſias* quoque *ora* meliores, non *Cephiſias*. Heins. *Cephaſias* Regius codex. *Cepheias* Ox. & alius.

440. *Occidit ille Sinis.*] Sinis latro fuit, Iſthmum obſidens, (ut in quinto refert Diodorus) qui duas pinus flectebat, ac utrique hominis brachia alligabat: deinde ſurſum emittens corpus vi diſcerptum maximo cruciatu afficiebat. iſtum quoque Theſeus interemit. Regius. Eodem modo, ut inquit Pauſanias. Hic filiam habuit Perigimen nomine, ex qua Theſeus Menalippum genuit, patrem Troxianis Plutarchus. Micyllus. De hoc ſic Propertius iii. xxi. 37.

Arboreaſque cruces Scinis, & non hoſpita Grajis
Saxa, & curvatas in ſua fata trabes. Ciof.

Sinis. Graecis Σίνις. de quo ad Epiſt. ii. 73 certe *Senis* eſt in nonnullis MS. Heinsius. In MS. Bodlejano Claudiani ad lib. i. in Rufin. 254. citabatur in gloſſa hic verſus, hoc modo:

Occidit ille Senex pravis male viribus uſus.

Sinis etiam in optimis exemplaribus apud Senec. de Clement. ii. 4. ubi & Procruſti jungitur. Vid. Hartung. Decur ii. 1. *Ille ferox* Vivianus in ſuis. *Senex* Junian. & quidam alii. *Sparſurus* mox quidam ſcripti, ut & Berſmanni. Burm.

443. *Tutus ad Alcathoën.*] Alcathoë eadem eſſe videtur cum Megaris, urbs media inter Peloponneſum, Atticam & Boeotiam, quae ab Alcathoo, Pelopis filio, qui Megareo regi (ut Pauſanias ſcribit) in regno ſucceſſit, fuit denominata. cum enim leo, quem Citheronium appellarunt, Euippum, Megarei regis filium, interfeciſſet; Megareus ipſe & filiae nuptias & regni ſucceſſionem ei propoſuit, qui leonem Citheronium ſtraviſſet: Alcathous verò, Pelopis filius, cum propter caedis Chryſippi fratris ſuſpicionem Megaram confugiſſet, feram aggreſſus cum victor evaſiſſet, regnum ſuſcepit, ac inter alia, quae geſſit, templum aedificavit, quod agreſtis & Apollinis & Dianae voluit appellari. Regius. *Alcathoen* nominat poëta Megarenſium urbem, eò quod poſt bellum Minois & Cretenſium, ſublato Niſo, & urbe ipſa vaſtata, Alcathous veniens ex Elide, & muros inſtauravit, & cetera urbis reſtituit. auctor Pauſan. lib. i. cap. 41. Micyllus. Vide ad Art. Am. ii. 421. & inf. lib. viii. 8. de Scirone vide Meurſ. Theſ. vi. *Alcathoi*

Consonat adsensu populi, precibusque faventum
Regia: nec totâ tristis locus ullus in urbe est.

Fab. XXV. Argumentum.

Arne in avem monedulam.

[a] *Arne cum* [b] *insulam Sithona, in quâ genita esset,* [c] *hosti Athenas oppugnanti, capta pulchritudine auri,* [d] *vendidisset, ne pro meritis supplicia penderet, in volucrem monedulam est transfigurata, quae adhuc amore splendoris ejus tenetur.*

NEc tamen (usque adeo nulli sincera voluptas;
Sollicitique aliquid laetis intervenit) Aegeus

Gau-

cathoi legit Schott. II. Obs. 8. quod nec mihi displicet.

444. *Compositо Scirone.*] Interfecto, sublato. nam *componere* interdum finire significat. qui autem necantur, finiuntur. Sciron autem latro fuit, qui ea Megaridis loca habitavit, quae ab eo Scironia saxa vocantur. is peregrinos illac transeuntes cogebat se ipsos de praecipiti loco jactare, vel deductos supra scopulum abruptum ipse calce in mare projiciebat. Theseus autem inde illum in mare dejecit, unde multos ante ipse deturbaverat, ut ex statua, quae Athenis in regia spectabatur, colligi poterat. nam Theseus Scironem in mare projiciens effictus erat, ut Pausanias refert lib. I. cap. ult. Regius. In comment. Eurip. Hippol. 979. legitur, Scironem solitum viatores ad lavandos sibi pedes cogere, interque lavandum in mare de scopulo propellere, atque ita Chelonae, quam ille eo loco alebat, devorandos objicere. Micyllus. *Depositо* Regius. Bersmannus explicat pacato, quem de rupe praecipitaverat. Mihi hic aqua haeret. nam *componere Scironem* insolens locutio videtur, nisi pro sepelire vel ossa ejus componere capiatur. atqui hoc sequentia non admittunt: nam sparsa fuere ossa. nisi capiamus jactata diu, coaluisse in scopulos, & ita *compositus* Sciron dicatur. quod tamen vix placet. pro pacato etiam vix capi posse puto, ut *compositum mare* & similia dicuntur. quare *depositо* praeferrem, quod esset depulso, dejecto. ita apud Lucan. lib. I. 288. *socerum deponere regno* Langerm. Codex habebat, pro *depellere. depositam* urbem pro eversa capit Barth. ad Stat. I. Silv. IV. 91. licet ibi melius desperatae salutis, ut aegri *depositi* dicuntur, posses interpretari. posset & *depositus* pro dejecto sumi, nam in mare Sciron projectus fuit. sic fere Dictys Cret. lib. II. 15. *eum nihil insidiosi* (ita lege cum Heinsio, vulgo *insidiose*) *metuentem adminiculo funis usum deponunt*, id est demittunt in puteum. Burm.

444. *Sparsisque.*] *Sparsique* Regius & tres alii.

448. *Annosque tuos numerare.*] *Animosque* multi codices. *annosque suos* pr. Med. *memorare* duo.

449. *Prement.*] *Premant* meliores. Heinsius. *premunt* multi etiam.

449. *Pro te fortissime vota Publica susсipimus.*] In uno meo, *succipimus*, per duplex *cc.* Ita Virg. lib. I. 175. Aeneid. *Succepitque ignem foliis.* Ciof. Vid. ibi interpretes, & ad VI. Aeneid. 249.

449. *Fortissime.*] *Justissime* MSS. Bersmanni. *fidissime* Thuaneus. *Certissima vota* Sixii.

450. *Bacchi tibi sumimus haustus.*] Malebam aliquando, *ducimus.* vide Notas lib. XII. v. 316. Heinsius. Nihil muto contra codices. *sumere* enim etiam pro bibere. Cicero III. de Nat. Deor. 31. *Meracius vinum sumere.* Plaut. Mil. II. 6. 70. *Nam ex uno puteo similior numquam potest aqua aquae sumi.* ut Scaliger explicat. Noster II. Fast. 636.

Parca precaturae sumite vina manus.

Sic *antidotum sumere* Suet. Calig. 23. Quod Justin. XXXVII. 2. *bibere* dixit, vid. ad Amor. II. XIX. 302. & III. Art. 215. Burmann.

451. *Assensu.*] *Assensus* Gronov. & Bernegg. & alius. *affectu* pr. Med. & unus Basil.

[a] *Arne cum.*] Colon. ita habet, *Faemella quaedam Sithonuis* (lege, *Sithonis*) *Arnen insulam hostibus eam oppugnantibus, cum auri illecta cupiditate prodidisset, in volucrem &c.*

[b] *Insulam Sithona.*] Ita Raenerius edidit. Micyll. *Sithon.* Venet. *Scython.* Legendum esse *Siphon* vult Nob. Heinsius. Vide quae dixi in Praefatione ad Lectorem. Muncker. *Scython* Parm. *Scyton* Lugd. *Scithona* Heins.

[c] *Hosti.*] *Hosti Minoi capta* Raener. Heins. & certe *Athenas* hic videtur non convenire, nisi *Athenarum* sit legendum, vel *Athenas oppugnanti* positum sit, pro bellum Athenienfibus facienti.

[d] *Vendidisset.*] *Vendidisset patriam* Parm. Lugd. Micyll. in Parmensi erat etiam, *pro vendidisset.*

453. *Nec tamen.*] Sic in eodem meo. In altero

Gaudia percepit nato ſecura recepto.
Bella parat Minos: qui quamquam milite, quamquam
Claſſe valet; patriâ tamen eſt firmiſſimus irâ:
Androgeïque necem juſtis ulciſcitur armis.
Ante tamen bellum vires adquirit amicas:
Quàque potens habitus, volucri freta claſſe pererrat.

Hinc

& duobus Vatic. *Sed tamen.* Illa verior videtur lectio. Ciof. Ita & Regius. *at tamen* alter Regius, Cantab. Bern. & duodecim alii. *Et tamen* Neapol. & duo alii. *non tamen* unus.

453. *Uſque adeo nulla eſt.*] Parentheſis eſt, ſententiam loco maxime accommodatam continens. ſumpta autem haec ſententia eſſe videtur ex IV. Argon. Apollonii, ubi Jaſonis Medeaeque nuptiae in Corcyro antro celebratae deſcribuntur. *Semper enim,* inquit, *miſerorum hominum laetitiis amara aliqua ineſt triſtitia.* Regius. *Nulli eſt* unus meus. *nulli* Regius alter. ita & lege apud Juven. VI. 22.

Nulli umquam de morte hominis cunctatio longa eſt.

Et poſtea, *ſollicitique aliquid*, non *ſollicitumque* unus Mediceus. Heinsius. Dubito an non rectius, *nulla eſt.* ut inf. 566.

Et nulla, quid utile, cura:
Utile enim nihil eſt.

Sed praecipue movet imitatio Guntheri lib. I. 603.

Uſque adeo nulla eſt homini ſincera voluptas.

Sincera eſt nulla Bernegg. *ſecura* Sprotii codex pro var. lect. Burm.

455. *Percepit.*] *Suſcepit* Cantabr. & duo alii. *praecepit* quatuor. *non cepit* Lovan. & Boxh.

457. *Firmiſſimus.*] Plurimi codices, *fortiſſimus*, ſollemni librariorum aberratione. ſed fruſtra. III. Faſt. 279.

Inde datae leges, ne firmior omnia poſſet.

Ubi etiam multi libri, *fortior.* ſic & apud Plin. I. Ep. 12. ex Mediceo codice, quem contulit Heinſius, reſcribendum: *Ego tamen tamquam & juvenis, & firmiſſimi, mortem doleo.* vulgo, *fortiſſimi.* & lib. III. Ep. 9. *qui robuſtiſſimum & firmiſſimum militem juſſit caudam equi. reliqua noſti.* ita codex. apud Lucanum quoque lib. II. 473. optimae notae libri:

Quamquam firmiſſima pubes
His ſedeat caſtris.

Vide Gronov. ad Liv. XXIII. 25. Burm.

458. *Juſtis.*] *Dignis* Langerman.

459. *Ante tamen bello.*] *Ante bellum* cum tertio Mediceo, & quinque aliis. Heins.

459. *Vires adquirit.*] Lucan. lib. II. 647.

Macedonumque novas acquirite vires. Ciof.

Macetumque in Lucani loco legendum. *adquirere* vero pro parare etiam Juſtinus dixit lib. III. cap. 3. *Tantus furor Spartanorum erat, ut duobus bellis impliciti, tertium non recuſarent, dummodo inimicis ſuis hoſtes acquirerent.* & cap. 7. *ſperantes acquirere ſe illi poſſe aut periculum ex invidia, aut ex ſuſpicione proditionis infamiam.* Solinus cap. XV. *Quamlibet Olympias Alexandri mater nobiliorem ei patrem acquirere adfectaverit.* Burm.

460. *Quaque patent aditus.*] *Patens* multi ex vetuſtioribus. ſed probe Florentinus S. Marci à manu prima, *Quaque potens habitus.* claſſe nimirum. Hinc θαλασσοκρατῶν dictus Diodoro Siculo, Euſebio in Chronicis, Cedreno. quod Hieronymus vertit, *Minos mare obtinuit. Aegaea Minos claſſe perdomuit freta.* Phaedro lib. IV. fab. 6. *potens*, ut apud Paterculum lib. I. 2. *Tyria claſſis plurimum pollet mari.* Heins.

461. *Et hinc Styphaleïa.*] Stymphalus quidem urbs eſt Arcadiae, ſed de hac mihi poëta ſentire non videtur, cum inſulas enumeret ſibi à Minoë conciliatas. forſitan autem depravatus eſt hic verſus, qui hinc adverbio eraſo, *Aſtypaleïa* expoſcere videtur. eſt enim Aſtypalaea inſula, una ex Cycladibus ab Aſtypalaea Antaei matre denominata. nam antea à Caribus habitata *Pyrrea* primum, deinde *Palaea*, tum θεῶν τραπέζα, hoc eſt, *deorum menſa*, fuit appellata, ut inquit Stephan. eſt autem etiam alia ejuſdem nominis cum urbe inter Rhodon & Cretam. eſt & nomen duarum urbium, quarum altera eſt in Co inſula, altera in Samo, unde *Aſtypalaeus* & *Aſtypalaeata* declinantur. Regius. Praeterea & Sami habitatores *Aſtypalenſes* aliquando vocati fuere, id quod ex Nicandro patet. Micyllus.

461. *Hinc Anaphen ſibi jungit, & Aſtypaleïa regna: Promiſſis Anaphen, regna Aſtypaleïa bello.*] Ne quiſquam amiſſos ſaepe verſus demiretur, additos quoque interim deprendimus; ut ſit ſuccenſendi locus non levius quam pro materia librariis oppidoque praelicenter ſingula vertentibus. Nam cum mirum eſt allucinatione verſus praetermitti; tum mirius, nec niſi vitio vertendum, vulgo conceptos conculcari alios & plerumque barbaros. Sed hi nota obeliſcoque confodiendi, ſummovendique è Poëtarum familiis. ſunt igitur hoc loco unus vidélicet:

Promiſſis Anaphen, regna Aſtypaleïa bello.
Tum ſequenti libro duo vs. 70.
Merſa vident, quaeruntque ſuae pia culmina villae
Sola loco ſtabant, dum deflent fata ſuorum.

Nec vetuſta quaedam exemplaria, nec Planudes recipiunt; & tam utique non admittendi videntur,

quam

Hinc Anaphen ſibi jungit, & Aſtypaleïa regna;
Promiſſis Anaphen, regna Aſtypaleïa bello:
Hinc humilem Myconon, cretoſaque rura Cimoli,
Florentemque Cythnon, Scyron, planamque Seriphon,
Mar-

quam ſubdititii adulterinique, ut acrius intuenti conſtant. Mariang. Accurs. in Diatrib. In duobus meis, Capranic. & in libro Urſini, poſterius carmen deſideratur; & ſuperior hoc modo legitur: *Hinc Anaphen ſibi jungit, & hinc Styphaleïa bello.* Statuant eruditi, utra lectio retinenda ſit. Mariang. ait verſum illum, *Promiſſis Anaphen &c.* additum eſſe & Ovidii non eſſe. Crofanus. Deeſt etiam multis codicibus, quos Heinſius conſuluit.

463. *Hinc humilem Myconem.*] Hanc inſulam tam *Myconen*, quam & *Myconum* vocari obtinuit. Neque Strabo aut Graeci tantum *Myconen* appellant, ſed & noſtris etiam Pomponius, Plinius, Antoninus ac Solinus. Cumque in vetuſtis omnibus Ovidii codicibus haud aliter quam *Myconen* invenerim, eſt ut ita legi malim, atque ita ſcriptum reliquiſſe potius exiſtimem. Sed quod eam vocet *humilem*, quam *celſam* Maro dixerit in III. Aeneid. atque eſſe talem conſtet, verendum eſt, ne ut dubitandi, ita immutandi cauſa ullis eſſe poſſit, velut in ſequenti carmine jam contigit: ubi pro *plana Seripho, parvam* emendandum cenſuere, quod planam eſſe eam (licet *humilem* in Achill. I. 205. Papinius dixerit) nequaquam ſit traditum, lapidoſam vero, ac non magnam, plane conſtet. Ceterum meminiſſe oportet Poëtarum more quaedam à contrario plerumque dici. Quod nec apud Homerum Strabo etiam inficiatur. Alioquin notiſſima illa quis ignorat? bellum Charonta, Furias εὐμενίδας, ſtultum ἐνήθεν, noctem εὐφρόνην, tum etiam Pontum Euxinum, quod Ammianus Marcel. autumat, ac nobis quoque ſit veriſimilius, cum (licet aliquando minus) maxime inhoſpitalis ſemper fuerit. Cuſtodienda itaque Ovidiana lectio, atque τούμπαλιν (ſi vel nulla potior ſe offerat tuendi ratio) accipienda. Scimus enim & in carmine Homerico ex IX. Odyſſ. quod eſt Αὐτὴ δὲ χθαμαλὴ πυγυπερτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται, humilem Ithacam non pro depreſſa, ſed pro continenti finitima, quibusdam interpretibus accipi. Rurſus ſummam eam, non celſiſſimam intelligi, verum ſuper omnes extremam ad Arctonque converſam. Quam quidem explicationem Strabo haudquaquam contemnit. Meminiſſe quoque expedit Virgiliani carminis, *Humilemque videmus Italiam*, tum quo intellectu Servius id ipſum cenſeat accipiendum. Mariang. Accurs. in Diatribis. *Myconon* ex ſcriptis. adi notas ad Epiſt. XXI. ῾Ys. 81. Heinsius. ſic *humiles Cleonae* lib. VI. 417. ubi vide.

463. *Cretoſaque rura Tymoli.*] Sic quidem corruptè. *Cimoli* verò per *c* rectè legitur. Eſt enim Cimolus, quae & Echinuſa dicitur, inſula in Cretico mari, una ex Sporadibus, à qua terra Cimolia nuncupatur, ut Strabo ſcribit. Ad quod alludens poëta Cretoſa Cimoli rura appellat. In illa namque effoditur creta, quae Cimolia dicitur, purgandis veſtibus apta. Regius.

464. *Florentemque Cythnon, Syron, planamque Seriphon.*] In omnibus, *Florentemque Tyron, Cypron, planamque Seriphon.* Nos neutrum probamus. *Cypron* & *Tyron*, quae longiſſime abſunt à Cycladibus, legi nullo pacto poteſt. uti tamen *Cypron* è *Cythno* depravatum, ut alio etiam in loco ſuperius diximus: ita non auſim *Cythnon* prima correpta loco *Tyri* ponere, & *Syron* illi *Cypron* ſubſtituere. ac mea quidem ſententia, *Cythnon planamque Seriphon*, recte legitur, quid vero *Tyri* loco ſit reponendum, quaerant alii. Naugerius. Hic quoque verſus mihi videtur eſſe depravatus. Cum enim poëta enumeret inſulas Cretae vicinas, quas ſibi Minos adjunxit, imperitè admodum Sporadibus atque Cycladibus *Tyron*, quae Phoeniciae adjacet, ac *Cypron*, quae Syriae, admiſceret. Forſitan autem non *Tyron* ac *Cypron*, ſed *Cythnon* & *Scyron* eſt legendum. Cythnos enim inſula eſt Cimolo propinqua, viſu ſpectabilis, à Cythno Sunii filio dicta. Nam ante illum Merope vocabatur & Acis, ut Plinius ſcribit. Scyros autem una eſt & ipſa ex Cycladibus prima, Lycomedis, Achillis & Deidamiae nuptiis clara. Regius. Ego ſic, *Florentemque Gyron, Siphnon, parvamque Seriphon. Gyros* enim (niſi mendoſus ſit Plinii codex) una eſt Sporadum, *Syphnos* una Cycladum, & oppidum in Melo inſula ex Sporadibus una. *Parvam Seriphon* appellat, quod ejus circuitus duodecim tantum millia paſſuum, teſte eodem Plinio, amplectatur. unde in V. hujus operis Naſo hoc eodem epitheto utitur cum ait: *Te tamen, o parvae rector Polydecta Seriphi.* & Juven. Sat. VI. dicens: *Et parva tandem caruiſſe Seripho.* item in X. *Aeſluat ut clauſus Gyaris, parvaque Seripho.* Si *planam* Seriphon voles legere, Euſtathius & Strabo contra te ſentirent: qui adeo lapidoſam hanc inſulam eſſe ajunt, ut inde fabula decantaverit, Perſeum ibidem educatum, oſtenſo Gorgonis capite, incolas mutaſſe in ſaxa; niſi tueri hoc modo lectionem hanc velles, quod lapidoſus eſſe aliquis locus poteſt, & tamen planus eſſe, id eſt in planicie, non in colle locatus. Cons. Fanens. Atque hoc quidem modo plerique locum hunc emendant, ut pro *Tyro, Cythnum*, pro *Cypro, Scyron*, aut *Syron* etiam legant. Eſt enim & *Syros* Cycladum una, quam Homerus *Syrien* dixit, ut ſupra ex Strabone annotavimus. Quamquam autem vetus lectio haud dubiè corrupta eſt, mihi tamen

465 Marmoreamque Paron, quâque impia prodidit arcem
Sithonis accepto, quod avara popoſcerat, auro.

Mutata

men neque poſterior haec ſatis probatur. Primum quod epitheton, *florentem*, otioſe ponitur. Debuerat enim cauſa, ſive ſubjectum adjici: hoc eſt, quare floreret. Deinde, quod *Scyron*, ſive *Syron* abſque epitheto, & ἀσυνδέτως cum priore proprio connectitur, quod hìc in ceteris non fit. Nam cùm binas ferè inſulas uno verſu comprehendat poëta, ſuum cuique proprium epitheton attribuit, ut cum *Myconen humilem*, *Seriphum planam*, *Paron marmoream* vocat. Quid igitur? inquiet quiſpiam: equidem non facilè dixerim, quonam pacto à poëta ſcriptum fuiſſe putem. Neque enim in ejusmodi exemplaria hactenus incidi, unde certior aliqua conjectura fieri poſſet. Sed tamen quod melius non habeo, interim eo utor, quod veteri lectioni quam proximè reſpondeat, ſcilicet, ut pro *Tyro* prioribus duabus literis immutatis, *auro*, pro *Cypro*, *Siphnon* legam, hoc modo:

Florentemque auro Siphnon, planamque Seriphon.

Nam & *Siphnus* inter Cycladas recenſetur à Strabone & Plinio, & Pauſanias in Phocic. oſtendit inſulam hanc aliquando auri metallis abundaſſe, quamdiu ſcilicet inde incolae ejus decimas Apollini Delphos mittebant. Poſtea autem, quum ex avaritia decimas eas retinere coepiſſet, facta maris inundatione, metalla quoque evanuiſſe. Sed hanc ipſe lectionem, ut dixi, ita probo, ut nihil aſſeram, eaque tantiſper utar, dum melior ac certior aliqua offeratur. Nam legi alioqui etiam poterat: *Florentemque viris Siphnon*: quod eadem haec inſula aliquando Meropia dicta fuit, teſte Plinio; μέροπας autem homines Homerus vocet. Aut, *Florentemque viris Syron*, quod Syrus ab Homero celebretur Odyſ. O. 406.

Εὔβοτος, ἔυμηλος, οἰνοπληθὴς, πολύπυρος,
Πείνη δ' οὔποτε δῆμον ἐπέρχεται, οὐδέτις ἄλλη
Νοῦσος 'επεὶ συγερὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.

At rurſum: *Florentemque viro Scyron*, propter Achillem, qui circa illa tempora apud Lycomedem ſervabatur. Mycillus. Plerique lib. ſcripti, *Florentemque Tyron*, *Cypron* &c. & alii quidam: *Florentemque Cython*, *Syron*, *planamque Seriphon*. Dixi equidem ſuperius, Poëtas caelum ac terras miſcere. Ego, quid hìc affirmem, non habeo: Vetat enim Hippocrates deſperatis adhibere medicinam. Cioranus. Virgilius in Ciri, *Florenteſque videt jam Cycladas*. Non Naſonis verba, ſed conjecturas male feriatorum interpretum hic agnoſco: nihil enim tale in membranis invenias. Raphaëlis Regii commentum eſt, quod nunc circumfertur. Locus peſſime adfectus: Florentinus S. Marci, Neapolitanus, & alii vetuſtiores maxima ex parte, *Florentemque Tyron*, *Cyprum*, niſi quod Berneggerianus aliique nonnulli non *Cyprum*, ſed *Cypron* exhibebant. Praeterea tres quatuorve ſcripti, *Florentemque Ciron*. unus Thuaneus *Chiron*, ſed illis obnotam minime vetuſtam parum defero. Excerpta Vaticana Calandrae, *Florentemque Cyron*, *Siphon*. ut *Siphno* hic locus poſſit eſſe. Unus Mentelianus, & tertius ex Baſileenſibus; *Florentemque Tyros cyprum*. Sed *Florentem* dixiſſe non erat ſatis, niſi adderetur, quare floreret inſula. Mycillus caſtigabat, *Florentemque viris Syron*, vel, *Florentemque auro Siphnon*. Laudatae enim antiquis aurifodinae Siphniae, quas tamen deſiiſſe poſtea per maris inundationem dicunt, quod incolae neglexiſſent decimas Apollini Delphico praeſtare. rem narrat in Phocicis Pauſanias. *Siphnos* autem Cycladum una, quod ex Geographis ſatis fit manifeſtum. Idem Mycillus etiam tentabat, *Florentemque viris Siphnon*: quod Siphnos antiquitus *Meropia* ſit dicta ob incolarum, uti ille opinatur, frequentiam. Caſtigandum ego arbitror mutatione minima, ne quid Lectorem morer, *Florentemque thymo Cythnon*, vel *Syron*. Laudatiſſimum enim mel omne Cycladium. Strabo ſub finem libri decimi id Attico proximum facit, praeſertim Calymnium. de quo melle complura diximus ad ℣s. 79. libri ſecundi Artis Amatoriae. De Syro potiſſimum cur hic cogitarim, reddet pro me rationem Columella libro IX. Rei Ruſticae cap. XIV. *Ceterum Celſus adjicit, paucis locis eam felicitatem ſuppetere, ut apibus alia pabula hiberna, atque alia praebeantur aeſtiva. Itaque quibus locis poſt veris tempora flores idonei deficiunt, negat oportere immota examina relinqui, ſed vernis paſtionibus abſumptis in ea loca transferri, quae ſerotinis floribus thymi & origani thymbraeque benignius apes alere poſſint. Quod fieri ait & Achaiae regionibus, ubi transferuntur in Atticas paſtiones, & Euboea, & rurſus in inſulis Cycladibus, cum ex aliis transportantur Syrum, nec minus in Sicilia, cum ex reliquis ejus partibus in Hyblam conferuntur.* Ita haec ex auctoritate optimi & veterrimi codicis ſunt conſtituenda. Vides mel Atticum, Cycladium & Siculum componi, ut omnium praeſtantiſſima. quod pluribus exemplis ad librum ſecundum Artis Amatoriae loco jam deſignato adſtruximus. In vulgatis exemplaribus Columellae legebatur, *cum ex aliis transferuntur Scyrum*: ſed membranae à me conſultae, *Syrum*. Si quis praefracte τὸ *Cypron* vel *Cyprum*, quod ſcriptis exemplaribus mordicus inhaeret, non mutandum cenſet apud Naſonem, quamquam Cyprus nihil ad Cycladas, Pliniana auctoritate ſententiam tueatur licet. Plinius enim inter mella praecipua Cyprium & Creticum recenſet. & ſane mella inſulana commendari à Strabone ſub finem libri X. ſcimus: Ἅπαν μὲν οὖν τὸ νησιωτικὸν μέλι, ὡς ἐπιτοπολὺ ἀσεῖον ἐστὶ, καὶ ἐναμιλλον τῷ Ἀττικῷ. τὸ δ' ἐν ταῖς νήσοις διαφερόντως. μάλιστα δὲ τὸ Καλύμνιον. Cum autem in inſulis

Mutata est in avem, quae nunc quoque diligit aurum;
Nigra pedem; nigris velata monedula pennis.

FAB.

sulis mel optimum proveniat, causam opinor esse, quod thymus adflatu marino multum gaudeat, uti etiam à Plinio observatum Hist. Natural. libro XXI. cap. 10. Nam Corsicum mel ingratissimi saporis meritò fuit habitum, quod absynthium & taxus illic ubertim proveniat. At vero *Cypro* non est locus oportunus apud Nasonem, qui in situ Cycladum describendo totus nunc occupatur. In *Syro* priorem produci ex Strabonis libro decimo apparet. apparet & ex Eustathii commentariis tam in Odysseam Homeri, quàm in Dionysii Alexandrini Periegesin. Ceterum quod non concoquunt interpretes *planam Seriphon* à Nasone describi, cum geographis omnibus petrosa appelletur, in eo falsi sunt. Nam & loca plana atque campestria possunt esse lapidosa, qualis & Seriphos putanda. Non fuisse montosam Seriphon aut elatam vel hinc patet, quod magna illic ranarum frequentia exstiterit, unde natum adagium, quod apud paroemiographos occurrit crebro: *βάτραχος ἐκ Σερίφου*, & *βάτραχος Σερίφιος*. Ubi ranas progigni mutas ob nimiam aquae frigiditatem Aelianus in Historia Animalium libro III. cap. XXXVII. Tzetzes Chiliad. VIII. Hist. 167. Apostolius in *βάτραχοι Σερίφιοι*. apud Suidam in hoc adagio forte legendum, *οἱ ἐν Σερίφῳ βάτραχοι κομισθέντες εἰς Σύρον οὐκ ἐφθέγγοντο*, non *εἰς Σκύρον*, quod nunc circumfertur. Certe Statius Papinius cum Scyron accurate describat in sua Achilleide, nec ranarum huc ex Seripho deferri solitarum, nec Scyriarum apum mentionem vel minimam facit. Pro *Syro* etiam mendose *Scyri* nomen apud alios scriptores inculcatum offenditur. Sed operosius aequo fortassis hunc Nasonis locum illustravimus. Praesertim cum & in sequentibus non desit, quo occupemur. HEINSIUS.

464. *Planamque Seriphon.*] Seriphos una est ex Cycladibus adeo lapidosa, ut qui Seriphiis conviciantur, id inspecta obvenisse Gorgone causentur. Nam (ut refert Strabo libr. X.) in illa facta vulgantur, quae à poëtis ficta fuerunt. Dictyen piscatorem arcam adduxisse retibus, in qua Perseus cum matre Danaë continebatur, cum utrumque pater Acrisius in mare projecisset. In illa vero insula Perseus educatus fuisse proditur, qui cum caput Gorgonis allatum Seriphiis ostendisset, universos mutasse in lapides, idque in matris ultionem factitasse, quia illis adjutoribus Seriphi rex Polydectes ad nuptias invitam adegisset. REGIUS. *Planam* ergo vocat Ovid. vel *κατ' ἀντίφρασιν*, quasi quae minime plana sit, sed aspera ac petricosa: vel, ut supra, *planam* ac *humilem*. MICYLL. Sciunt omnes Seriphon non esse planam, quod ex veteribus hodiernisque Geographis constat. legendum itaque *parva*. ut in lib. V.

Parvae nector Polydecta Seriphi.

TAN. FABER. Lib. II. Epist. 69. sed hoc jam occupavit Constantius Fanensis. Miratur etiam Scaliger, cur Ovidius *planam* dicat, ad Cirin. pag. 82. nec certe satisfacit Heinsii ratio à ranis petita. nam in montana insula etiam lacus in vallibus esse possunt. *Plenamque* est in uno Leidensi, & MSS. Berfmanni. quae vox passim cum *plana* solet commutari. Sed licet pro divite possimus capere, non tamen satisfacit, quia inter asperas & fere desertas solet recenseri insulas. si *planam* capias pro depressa *humili* ut Statio I. Achil. 205. metuo ut & hoc placeat de saxosa insula, quare & Barthius *humilem* non admodum celebrem interpretatur. sed nodus hic maneat nobis non solvendus. BURMANN.

465. *Marmoreamque Paron.*] Virg. III. Aeneid. ob marmoris candorem *niveam* vocat. CIOFANUS.

465. *Quamque impia prodidit Arnen Sithonis.*] Quaenam fuerit illa Sithonis puella, quae accepto auro hostibus Arnen insulam prodiderit, atque in monedulam avem auri maxime furacem conversa fuerit, non memini me legisse. REGIUS. *Arnen* Boeotiae urbem invenio fuisse, ab *Arne* Aeoli filia dictam. Item, alteram Thessalicam, à superiore deductam, ut Stephanus ait. De insula autem *Arne*, nihil alibi reperio. Sed locum hunc corruptum esse, etiam verborum contextus arguit, quando duo verba indicativa, *prodidit*, videlicet, & *mutata est*, in eadem periodo sese absque conjunctione sequuntur. Quanquam igitur alias de tota hac fabula nihil hactenus inveniam, ex Lactantii tamen sententia, lego *Arne*, nominativo casu. pro *Sithonis* autem *Cythnon* cum particula *&*, vel, *ubi*, quam is, qui locum hunc immutavit, versus gratia sustulisse videtur, hoc modo:

Quanquam impia prodidit Arne
Cythnon, & accepto quod avara poposcerat auro,
Mutata est in avem, &c.

Nam Lactant. Arnen prodidisse patriam hosti, non Sithonida, aut Thraciam aliquam, ut hîc Regius sentire videtur, in argumentis dicit. Quanquam & haec lectio mea ita accipi debet, ut ne pro praetorio edicto habeatur. MICYLLUS. In uno meo, *Sithon & accepto, quod avara poposcerat, auro.* Plautus in Curculione I. I. 63. *Alias me poscit pro illa triginta minas, alias talentum magnum.* Idem in Bacchidibus IV. IV. 52. *Ceterum quam lubet me poscitote aurum.* CIOFANUS. Hic denuo grassati sunt impune interpretes. Scripta veterum membranarum lectio eò recidit, ut aut, *quamque impia prodidit Arne* exhibeat, aut *quamque, Arnen*, aut denique, *quaque impia prodidit Arnen*, sive, *Arnem* nullo *arcis* relicto usquam vestigio. Praeter haec Berneggerianus, *Sithon & accepto.* quod & in uno codicum suorum invenerat Ciofanus. alii nonnulli, *Scythonis accepto.* Pro *Arne* stat omnino vetustus

Fab. XXVI. Argumentum.

Formicae in homines.

Aeacus Jovis & Aeginae filius cum [a] *Aſopidem inſulam conjugis nomine incoleret, & gravi peſtilentiâ, Junonis irâ, populum amiſiſſet, precibus* [b] *& miſericordiâ à Jove impetravit, ut, vaſtatâ inſulâ, quot formicae in eâ adparuiſſent, tot verſae in hominum facies*

ſcriptor, quicumque argumenta in Metamorphoſes concinnavit. idem Berneggerianis membranis quodammodo ſubſcribit. *Arne cum inſulam Scithona*, (leg. *Cythnon.*) *in qua genita eſſet, hoſti Minoi, capta pulchritudine auri vendidiſſet.* Sed & illum codices mendoſi non ſemel deceperunt, ut alibi eſt demonſtratum. Certe optimum argumentorum exemplar veterrimumque quod Florentiae ad D. Marci ſervatur, nil hic à vulgatis differebat, niſi quod pro, *hoſti Minoi* exhibet, *hoſti Athenas oppugnanti*, omiſſo Minois nomine. Idem codex in contextu Naſonis, *quamque impia prodidit Arne Sithon accepto*, mutilata voce. Si quid ſcripti accuratioris ad nos perveniſſet de expeditione Minois Attica, facili negotio defungeremur in vera hujuſce loci ſcriptura indaganda. Opinor tamen ſcribi oportere, *quamque impia prodidit Arne Siphnon. & accepto* &c. quod Berneggeriano codici proxime reſpondet. Certe perſuadeor ut credam hîc alludi ad aurifodinas Siphnias, de quibus loco proxime praecedenti in tranſcurſu agebamus. Pauſanias libro x. Σιφνίων ἡ νῆσος χρυσοῦ μέταλλα ἤνεγκε, καὶ αὐτοὺς τῶν προσιόντων ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς ἀποφέρειν δέκατην εἰς Δελφούς. οἱ δὲ τὸν θησαυρὸν ᾠκοδομήσαντο, καὶ ἀπέφερον, τὴν δεκάτην. ὡς δὲ ὑπὸ ἀπλησίας ἐξέλιπον τὴν φορὰν, ἐπικλύσασα ἡ θάλασσα ἀφανῆ τὰ μέταλλα σφίσιν ἐποίησεν. Siphnon Cretae propinquam ſtatuit Stephanus Byzantius, quo fit, ut argumentorum auctori credam de Siphno Minoi vendita. In excerptis Diodori Siculi Valeſianis pag. 338. narratur Hiſtoria de Siphno à Cretenſibus per falſas pollicitationes capta, ſed id longe poſt Minois tempora evenit. de ingenti quoque praeda, quâ tum potiti ſint Cretes, verba illic ſiunt. De Siphniorum divitiis Suidas: Σίφνιοι. οὗτοι πλουσιώτατοι ἐγένοντο οὐ μόνον τῶν νησιωτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἠπειρωτῶν εὖ μάλα συχνῶν. Deinde omnem hiſtoriam percenſet de Siphniis ad paupertatem redactis inundatione maris, quae argentifodinas eorum interverterit. nam argentifodinas Siphniorum, non aurifodinas, is agnoſcit in Siphno. ἀργυρεῖα μέταλλα. quomodo & Herodotus libro III cap. 57. ſed ille aurea etiam metalla illis aſſignat; ἐόντων αὐτοῖσι ἐν τῇ Νήσῳ χρυσέων καὶ ἀργυρέων μετάλλων. qui Siphnon opulentiſſimam quoque facit: Τὰ δὲ τῶν Σιφνίων πρήγματα ἤκμασε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ νησιωτέων μάλιστα ἐπλούτεον. & quae illic ſequuntur. addit & nonnulla de bello, quod cum Samiis geſſere Syphnii. meminit hujus opulentiae Euſtathius quoque in Periegeten. Ab immenſis Siphniorum opibus profecta opinor adagia illa antiqua, Σίφνιος ἀρράβων, καὶ Σιφνία ποτήρια, pro luculento arrabone, & pro poculis ſplendidis ac lautis. Σιφνίων ποτηρίων meminit Stephanus Byzantius in Σίφνος. Sed explicationem adagii non addit. Σίφνιος ἀρράβων apud Heſychium & Suidam occurrit. meminit & ἀσραγάλου Σιφνίου Euſtathius Scholiis in Dionyſii Periegeſin, quod vir doctiſſimus Hadrianus Junius noſtras de mendo nequicquam ſuſpectum habet. Sive id ad aſtragalos aleatorios refers, ſive ad architectonicos. Videntur enim Siphnii aleae non minus dediti fuiſſe, quam ceteris luxuriae inſtrumentis, quae divitias ut plurimum ſequuntur. Sed & architectonicae ſplendidioris ſtudioſos Siphnios ex Herodoto ſcimus: qui laudat ſtructuram templi ex marmore Pario apud illos erecti; ſed proverbium ad aleam referri malo. uſus eodem quoque proverbio eſt Strabo, qui tamen aliam ejus dat rationem: Ἐνθενὴ Σίφνος ἐν ὄψει ἐστὶν, ἐφ' ἣ λέγουσι Σίφνιον ἀσράγαλον διὰ τὴν εὐτέλειαν. A Siphniis deductum quoque τὸ Σιφνιάζειν verbum obſcaenum, quomodo Λεσβιάζειν, cujus complures ex grammaticis antiquis meminerunt, quod ad Siphniorum libidinem videtur eſſe referendum. Ex his, quae de Siphniis in medium jam produximus, manifeſtum fit, vivam illos imaginem fuiſſe luxus Sybaritici. Aeſtuavit etiam in hoc Naſonis loco enodando Micyllus: ac proinde corrigendum cenſebat, *quamque impia prodidit Arne Cythnon & accepto auro.* quod ſerus animadverti. Ego nihilominus *Siphnon* hic loci repoſitam malo ob rationes jam in medium prolatas. ex Boei Ornithogonia hanc hiſtoriam, puto, mutuatus erat Naſo. Si Micylli *Cythnon* hic admittimus, capiendum erit fortaſſe de occupata ab Amphitryone Thebano Cythno. unde adagia, Κυϑνώσεις σύμφοραι, & Κυϑνώδης de homine perdite miſero. mox *nigra pedem*, non *pedes* ſcripti potiores magno numero; quod & nos eſſe admittendum cenſemus. Heinsius. Francius legebat, *quâ, quae impia.* ſed ſi de Cythno hic ſenſerit Poëta, poſſet ex veſtigiis corruptae lectionis legi:

Quamque impia prodidit arcem
Cythnias, accepto quod avara popoſcerit auro.

Ut Arne, cujus nomen Gloſſator adſcripſerat, intelli-

facies deſideratam multitudinem explerent. [c] *Neque immerito,* [d] *ſiquidem ex hujuſmodi animalibus creverant, Myrmidones ſunt adpellati. Formicae enim Graecè myrmices adpellantur. Porro autem ſenſus hos Cephalo ſciſcitanti* [e] *narrat Aeacus.*

AT non Oliaros, Didymaeque, & Tenos, & Andros,
Et Gyaros, nitidaeque ferax Peparethos olivae,
Gnoſiacas juvere rates: latere inde ſiniſtro
Oenopiam Minos petit, Aeacideïa regna.

Oeno-

telligatur, quae Cythno oriunda erat, & patriam ſuam arcem Minoi prodiderat. Burm.

468. *Velata monedula.*] Tecta, cooperta. *Monedula* verò avis eſt è gracculorum genere, ſic dicta, quaſi *monetula*, quod monetae & pecuniae amore capiatur. Nam (ut Plinius ſcribit) huic ſoli avi mira ingenita eſt furacitas auri & argenti. Sunt autem cornicibus ſimiles, niſi quod ſunt nigriores, quibus pedes & roſtra rubent: quare non *Nigra pedes*, ſed *Rubra* forſitan ab Ovidio ſcriptum fuit: quamvis *nigra* in exemplaribus legatur. Regius. Quam *monedulam* hic intelligat Regius, neſcio. Apud nos certè, quae hoc nomine accipiuntur, non rubros, ſed nigros pedes habent. Id quod & ceteri annotarunt. Micyllus. Raphaël pro *nigra* ſuſpicatur legendum, *rubra*, quia his avibus pedes ac roſtra rubent. quod ego admodum miror, qualem ipſe avem monedulam exiſtimaverit. nam furax illa avis, nota etiam garrulitate, nigros habet pedes. Glarean.

[a] *Aſopidem inſulam conjugis nomine.*] Falſum hoc, tametſi & MS. & antiquitus excuſi omnes ita praeferant. Vidit & Raenerius hoc. Itaque ſubſtituit: *Oenopiam, quam poſtea de matris nomine Æginam appellavit.* Illa Ægina erat *Aſopis*, hoc eſt, Aſopi filia. Hinc Aeacus Ꝟs. 616. Lib. VII. Met. *Jupiter ô, dixi, ſi te non falſa loquuntur Iſſe ſub amplexus Aſopidos Æginai.* Muncker. *Cum Æginam inſulam de nomine genitricis dictam incoleret, & gravis peſtilentia ira Junonis populos peremiſſet* Colon.

[b] *Et miſericordia.*] Omiſit haec Raener. qui, *imperavit, ut quot formicae in quercu apparuiſſent.* ſed Colon. *precibus a. I. i. ut formae, quas in arbore vidiſſet, in homines verſae.*

[c] *Neque immerito.*] Haec non habet Colon.

[d] *Siquidem ex &c.*] Ita & Veneta cum Micyll. Sed MS. *qui ex &c.* Quod praefero. Muncker. *Si qui ex* Parm. *qui quoniam* Raener. *quicumque autem ex h. a. ſunt procreati m. appellantur*, reliquis quae ſequuntur rejectis. Colon.

[e] *Narrat Æacus.*] Sic Raenerius. Sed Venet. Micyll. & MS. *edocet Æacus.* Quod ſoloecam reddit orationem. Notat Barth Adverſ. lib. VIII. 47. *Senſus* eſſe hiſtorias & narrationes. Mihi haec poſtrema periodus de gloſſa ſuſpecta eſt. Confer quae dixi ad fab. I. libri VI. Muncker.

469. *At non Oliaros.*] In longe vetuſtiſſimo Virgilii codice bibliothecae Mediceae lib. III. Aeneid. 126. *Olearos* ſcribitur. quomodo & alii cum hoc Mediceo, quotquot videre contigit codices. Ὠλίαρος etiam Straboni eſt. at Stephano & Ptolemaeo Ὠλίαρος. Neque aliter apud Statium initio lib. II. Achilleidos 3. etſi Barthius *Oliaros* praeferebat. Heinsius.

469. *Didymeque.*] *Didyme* inſula eſt ex Cycladibus una, à figura ſic appellata: gemella namque videtur. *Didymi* enim gemelli dicuntur, eodem nomine inſula eſt in freto Siculo una ex Acoliis. Regius. Apud Stephan. Δίδυμοι, pluraliter neutro genere, dicuntur, quare conjectura ducor & hoc loco legendum eſſe, *Didymaeque* (vel *i*) *& Tenos & Andros*, &c. Duae enim inſulae à Stephano dicuntur eſſe, non longè à Syro ſitae. Micyllus.

472. *Oenopiam Minos petit.*] Sic quidem in omnibus, quae mihi videre contigit, exemplaribus legitur. Sed niſi apud Strabonem eſt mendum, *Oenonam* legendum eſt. Nam quae inſula poſtea *Aegina* fuit appellata, ab Aegina Aeaci matre, quam Juppiter (ut ſcribit Diod.) ex Phliunte raptam in illam inſulam tranſtulit, antea *Oenona* (ut Stephanus etiam ſcribit) appellabatur, unde *Oenoneus*, *Oenoniuſque* declinatur. Denique apud Graecorum quenquam non memini me *Oenopiam* legiſſe. Fuit autem inſula nobiliſſima, ut quae & maris olim tenuerit imperium, & Aeacidarum origo fuerit. Sanè *Aegina* locus eſt etiam Epidauriae terrae. Regius. Contendit hoc loco Regius, & item alii quidam, pro *Oenopia*, legendum eſſe *Oenonem*, quoniam apud Stephanum, Strab. Plin. & ceteros pleroſque tradatur hoc nomine Aeginam aliquando dictam fuiſſe. Quod quidem ut concedamus illis hoc verſu fieri poſſe, quo pacto idem fiat verſu, qui infrà ſequitur?

Claſſis ab Oenopiis etiam tunc Lyctia muris, &c. Neque enim ibi *Oenoniis*, pro *Oenopiis*, eodem nomine ſubſtitui poterit, ſyllaba repugnante ſecunda, quae in Οἰνώνη longa eſt. Sed nemo unus omnia poteſt, aut videt. Quodque Regius fatetur ſe apud nullum ſcriptorem hactenus legiſſe, id nos apud Pind. invenimus Ode ultima Iſthmiorum, ubi ille de Aegina his verbis meminit: Σὲ δ' ἐς νᾶσον Οἰνοπίαν ἐνεγκὼν Κοιμᾶτο. δῖον ἔνδυ τέκες Αἴακον, βαρυσφαράγῳ πατρὶ κεδνότατον ἐπιχθονίων,

ὃς

Oenopiam veteres adpellavere: ſed ipſe
Aeacus Aeginan genetricis nomine dixit.
Turba ruit, tantaeque virum cognoſcere famae
Expetit. occurrunt illi Telamonque, minorque
Quam Telamon, Peleus, & proles tertia Phocus.
Ipſe quoque egreditur, tardus gravitate ſenili,
Aeacus; & quae ſit veniendi cauſſa requirit.
Admonitus patrii luctus ſuſpirat, & illi
Dicta refert rector populorum talia centum:
Arma juves oro pro gnato ſumta; piaeque
Pars ſis militiae. tumulo ſolatia poſco.
Huic Aſopiades, Petis irrita, dixit, & urbi
Haud facienda meae: neque enim conjunctior ulla
Cecropidis hac eſt tellus. ea foedera nobis.
Triſtis abit, Stabuntque tibi tua foedera magno,
Dixit: & utilius bellum putat eſſe minari,

Quam

ὃς καὶ Δαιμόνεσσι δίκας ἐπείρανε, &c. Rectè igitur lectio habet, neque emendationis alicujus indiget. Micyllus. Hunc vero locum rectè emendavit Regius, eſt enim legendum *Oenonen*, ut ipſe admonet. Glareanus. *Oenopiam* omnes veteres. Ciofanus. *Oenonen* habent etiam excerpta Calandrae, & ita Hermolaus Barbarus ad Plin. lib. iv. 12. hic legendum contendit, ſed refutatus à Pintiano, qui *Oenopiam* à Pindaro jam dictam oſtendit. Licet & Pindarus Nem. od iv. 75. & viii. 12. & Iſthm. v. 44. *Oenonen* dixerit. & Lycoph. 175. ubi vide Tzetzen. Burm.

474. *Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.*] Ptolemaeus ait, Aeginam adjacere Peloponneſo. Ciofanus. *Aeginan* Junianus. Heinsius. Vid. lib. vi. 707.

475. *Turba ruit.*] *Ruunt* Sixianus.

476. *Expetit.*] *Excipit* Florent. S. Marci, Neap. Urbin. prim. & ſec. Pal. Cantabrig. prim. Gronov. uterque Erfurt. aliique complures. quomodo apud Silium Italicum libro xiii. 687.

Excipit inde ſuos frater conjungere caſus.

duo, *Expedit.* in nonnullis vetus lectio penitus eraſa. an, *Percupit?* an *Exigit*, cum uno meo? Sed verius, *Rex cupit*, vel *Plebs cupit*, vel *Plebs avet.* Heins.

478. *Egreditur.*] *Ingreditur* Langermannianus, ut infr. 864. *aggreditur* Mediceus.

481. *Centum populorum.*] Periphraſis Cretae. De qua Epiſt. x. 67.

Non ego te centum Crete digeſta per urbes
Adſpiciam puero cognita terra Jovi.

Et i. Art. 297.

—— *non hoc quae centum ſuſtinet urbes,*
Quamvis ſit mendax Creta, negare ſolet.

Horatius Epod. ix. 29. *Aut ille centum nobilem Cretam urbibus ventis iturus non ſuis.* Seneca in Hercule Oeteo 1873. *fleat Alcidem Caerula Crete, & magno tellus clara tonante, Centum populi brachia pulſent.* Et Homerus lib. ii. Iliad. 849.

Ἄλλοι θ' οἳ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφιέμοντο.

Aliique, qui Cretam centum urbium habitabant. Non defuerunt, qui dixerunt, Cretam habuiſſe Urbes xc. Vide Strabonem lib. x. Cio.

482. *Pro nato.*] *Gnato* vetuſtiores. Heinsius.

482. *Piae pars ſis militiae.*] Suprà dixit: *Arma juſta; Androgeique necem juſtis ulciſcitur armis.* Ciofanus.

486. *Hac eſt.*] *Eſt hac*, meliores. Heins.

486. *Ea foedera.*] Statius iii. Theb. 341.

Vim, noctem, ſcelus, arma, dolos, ea foedera paſſum.

487. *Stabuntque tibi tua foedera magno.*] In uno Vatic. & uno meo, *foedera damno.* Ciofanus. *Damno* etiam Cantabr. Junianus & plures alii.

488. *Bellum.*] *Bello* Gronov. & Thuaneus. *bellis* Lovanienſis.

490. *Etiamnum.*] Ita praeſtantiores tam hîc quam paulo poſt. *dedere* quoque pro *dederunt.* Heinsius.

491. *Pleno concita velo.*] Scio rectè & eleganter dici *velum plenum*, ſed hoc tamen loco quia, τῷ *concita* magis convenit malim cum tribus ſcriptis, *pleno vento.* ut ii. Amor. xii. 41.

Ipſa roges, Zephyri veniant in lintea pleni.

Et ita apud Lucanum forte lib. ii. 682. legendum:

Saepe noto pleno, tenſiſque rudentibus actae.

Vulgo, *plenae.* ita *velum* pro *vento* reſcripſimus. Epiſt.

Quam gerere, atque ſuas ibi praeconſumere vires.
Claſſis ab Oenopiis etiamnum Lyctia muris
Spectari poterat; cum pleno concita velo
Attica puppis adeſt, in portusque intrat amicos,
Quae Cephalum, patriaeque ſimul mandata ferebat.
Aeacidae longo juvenes poſt tempore vitum
Agnovere tamen Cephalum; dextrasque dedere,
Inque patris duxere domum. ſpectabilis heros,
Et veteris retinens etiamnum pignora formae,
Ingreditur; ramumque tenens popularis olivae:
A dextrâ laevâque duos aetate minores
Major habet, Clyton & Buten, Pallante creatos.
Poſtquam congreſſus primi ſua verba tulerunt;
Cecropidum Cephalus peragit mandata, rogatque
Auxilium; foedusque refert, & jura parentum:
Imperiumque peti totius Achaïdos addit.

Sic

Epiſt. x. 149. & eadem varietas eſt lib. II. ex Pont. VI. 9. Burm.

492. *Et portus intrat amicos.*] In eodem meo, *In portaſque intrat amicos.* Ciofan. *In portus* Florent. S. Marci, Neap. ſec. tert. Medic. Spir. Oxon. & octo alii. Lege, *in portuſque* cum Urbinati & altero Hamburgenſi. ſic *intrare in domum*, *in Capitolium*, paſſim apud ſcriptores optimos, imprimis Ciceronem. Avienus Deſcriptione Terrae:

Qua porrecta mari terrae juga longius intrant
In Pelagus.

Martial. lib. III. 93.

Intrare in iſtum ſola fax poteſt.

Idem lib. IV. 19.

Nec madidos intret penetrabile frigus in artus.

Vetus interpres Euangelii Matthaei cap. XVIII. 3. *Non intrabitis in regnum coelorum:* eleganter Graecum expreſſit, μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν Βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. & ℣s. 9. εἰς τὴν ζωὴν εἰσέλθειν, *in vitam intrare*, capite etiam XX. ℣s. 23. 24. atque ita frequenter infinitis propemodum locis, Statius lib. II. Sil. VI. 6.

——— *Intrat*
Altius in ſenſus, majoraque vulnera vincit
Plaga minor.

Auctor Octaviae 416.

Sed in parentis viſcera intravit ſuae
Deterior aetas.

Inire ad aliquem Aurelius Opitius apud Gell. lib. I. c. XXV. & ita *ingredi in viam.* Plaut. Pſeud. dixit & Paenulo III. III. 41. *ingredi in ſycophantiam*, & ita ille ſaepius. A. Gellius lib. I. c. 23. *ingredi in curiam. invadere in cubiculum* ſic dixit Plinius lib. VI. Ep. 20. *Praeceſſerat per multos dies tremor terrae minus formidoloſus, qui Campaniae ſolitus non ſolum caſtella, verum etiam oppida non moveri omnia, ſed verti credebantur. invaſit in cubiculum meum mater.* quae à vulgatis multum diſcrepant; forte ex duobus ſcripturis ſic concinnandus locus: *Praeceſſerat per multos dies tremor terrae minus formidoloſus, quia Campaniae ſolitus: illa vero nocte ita invaluit, ut non ſolum caſtella, verum etiam oppida omnia non moveri ſed everti crederentur. Invaſit in cubiculum meum mater.* Heinsius.

493. *Cephalum.*] *Cephalon* unus Heinſii, ut inf. 665. *patriaeque ſuae* maluerat olim Heinſius.

498. *Ramumque tenens.*] *Ferens* duo Med. *candentis olivae* Gronov. pr. pro quo *canentis* Heinſius malebat.

499. *Et dextrâ laevâque duos aetate minores Major habet.*] Livius lib. XL. *Latera regis duo filii juvenes cingebant.* Et mox: *Duo ſoli tua tegentes latera pater praevecti ſumus.* Curtius lib. III. *Dextra laevaque regem ducenti ferme nobiliſſimi propinquorum comitabantur.* Ciofan. *A dextra* ex iiſdem. Heinsius. ut lib. III. 161.

500. *Buten.*] Meurſius de Regno Attic. lib. II. c. 6. ex MSS. qui habent *Bruten*, legit *Bryten*: ut eum intelligat, unde *Brytiadarum*, vel *Brytadarum* familia apud Athenienſes deſcendebat, ut à *Bute*, *Butadae*, qui Apoſtolio VIII. Prov. 62. Eteobutadae &c. aliis dicuntur. Heinſius etiam in margine conjecerat, *Teleonte creatos.* Burm.

501. *Poſtquam congreſſi, primi ſua verba tulerunt Cecropidae.*] *Congreſſu primo* multi veteres. quidam, *congreſſi primo*, vel, *primum. Congreſſus primi* opt. Florent. & Neapol. prim. ſec. Palat. prim. Vatican. tert. Medic. prior Hamburgenſis, aliique nonnulli. Scribe,

Sic ubi mandatam juvit facundia cauſſam;
Aeacus in capulo ſceptri nitente ſiniſtrâ,
Ne petite auxilium, ſed ſumite, dixit, Athenae.
Nec dubiè vires, quas haec habet inſula, veſtras
Ducite, & omnis eat rerum ſtatus iſte mearum.
Robora non deſunt: ſuperat mihi miles, & hoſti.
Gratia Dîs; felix & inexcuſabile tempus.
Immo ita ſit, Cephalus, creſcat tua civibus opto
Res, ait. adveniens equidem modo gaudia cepi;
Cum tam pulchra mihi, tam par aetate juventus

Obvia

Poſtquam congreſſus primi ſua verba tulerunt, Cecropidum Cephalus peragit mandata.
Sic ſupra,
—— *neque enim conjunctior ulla Cecropidis hac eſt tellus.*
Et hoc venerat in mentem Gronovio noſtro, niſi quod ille, *Cecropidis Cephalus.* HEINS.

506. *In capulo regni.*] Scribe, *in capulo ſceptri.* quomodo unus Baſil. & unus Bonon. in priore Erfurtano pro gloſſa id erat adſcriptum. ſec. Pal. & unus Baſil. *in ſceptro regni.* Noricus pro diverſa lectione, *in capulo gladii.* HEINSIUS. Vid. ſupr. verſ. 103.

507. *Athenae.*] De Athenis ſic litteris conſignavit M. Tullius lib. 1. De Orat. *Atque, ut omittam illas omnium doctrinarum inventrices Athenas, in quibus ſumma dicendi vis & inventa eſt & perfecta.* Idem in Orat. pro L. Flacco de Athenienſibus loquens: *Unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortae, atque in omnes terras diſtributae putantur.* De quibus etiam ſic Lutatius: *Primùm Athenienſes inter bona reliqua legum tabulas invenerunt: ſic ergo huc confugiunt, ceu ad leges & humanos ritus.* Et paucis interpoſitis verbis, ſubdit: Ovidius de Athenis:

Et tandem Tritonida conſpicit arcem,
Ingeniis, opibuſque & feſta pace virentem;
Vixque tenet lacrymas.

Haec ille, explanans illud Statii lib. XII.

Ceu leges, hominemque novum, rituſque ſacrorum. CIOFANUS.

508. *Nec dubie vires, quas haec habet inſula, veſtras Ducite.*] Subintelligendum verbum *ſunt.* ſed mirum, cur non *dubias vireis* legatur potius. & quod tertio deinde dicitur verſu ambigue dictum, *Superat mihi miles & hoſti*, intelligitur tamen. de quarto item verſu idem judicamus, *gratia diis, felix &c.* GLAREANUS. In uno meo legitur, *Nec dubias vires.* Pro *Ducite* alii volunt, *Dicite.* Quae lectio, etſi eſt in meis, & Joann. prior tamen probabilior mihi videtur. Alii veteres habent, ut impreſſi. CIOFAN.

509. *Ducite, & omnis rerum ſtatus.*] In pluribus, *dicite*, non *ducite.* quin & melius fortaſſe dividatur carmen, quo pacto Planudes:

Dicite: & omnis eat rerum ſtatus iſte mearum. NAUGER.

Pro *omnis eat*, prim. Pal. prim. Medic. Arondel. Hamburg. & octo alii, *ait. erat* Cantabr. & alii duo. totidem, *erit. eait* prim. Ambroſ. *& omnia quae* veterrimus Florentinus à manu prima. Locus mendi ſuſpectus. Fontem erroris indagemus. Scriptum primo fuerat *comnis*, pro *communis.* unde perperam iterata ultima τοῦ *Ducite* proxime praecedentis litera, *& omnis* factum. Deinde fulciendo verſui τὸ *ait* ex gloſſa interlineari additum, quod poſtea in *eat* mutatum eſt, cum ſenſum commodum non efficeret. *communis rerum ſtatus iſte mearum eſt.* mihi videlicet cum Athenis. hinc & *communicare.* Unde adagium κοινὸς Ἑρμῆς, quando duobus unà ambulantibus alter in via aliquid inveniebat, alter κοινὸς Ἑρμῆς acclamabat, ut aberuditis jam eſt animadverſum. id Romani *in commune* dicebant. Senec. Ep. CXX. *quoties aliquid inveni, non exſpecto donec dicas, in commune, ipſe mihi dico.* Phaedrus v. fab. 6.

Eia, inquit, in commune quodcumque eſt lucri.

Similis uſus τοῦ κοινοῦ apud Graecos lib. 11. Am. v. 31.

Haec mihi ſunt tecum, tibi ſunt communia mecum; In bona cur quiſquam tertius iſta venit?

Sic *communis Graecia* apud Noſtrum lib. XIII. 199. & Cornelium Nepotem Vita Alcibiadis. apud eundem Vita Ariſtidae, *commune aerarium*, & *communis claſſis*, *in commune conſulere* apud Scriptores. praeſtat etiam *ducite*, etſi pro altero *dicite* digladietur Zinzerling. Promulſ. c. XXI. HEINSIUS.

510. *Robora nam deſunt: ſuperat mihi miles, & hoſti.*] Imo *non deſunt*] cum melioribus; poſtea, *hoſtis* prim. Palat. tert. Medic. prior Erfurt. uterque Hamburg. Florentinus S. Marci, Neapol. Urbin. & duodecim alii. primus Vatican. *hoſtes. hoc eſt* Excerpta Calandrae. pro *ſuperat* quinque, *ſupereſt.* Scribo,

—— *Superat ſat militis, hoſpes.*

Ut

Obvia proceſſit. multos tamen inde requiro,
Quos quondam vidi veſtrâ prius urbe receptus.
Aeacus ingemuit; triſtique ita voce locutus:
Flebile principium melior fortuna ſequetur.
Hanc utinam poſſem vobis memorare! ſine ullo
Ordine nunc repetam. neu longâ ambage morer vos;
Oſſa ciniſque jacent, memori quos mente requiris.
Et quota pars illi rerum periere mearum!
Dira lues irâ populis Junonis iniquae
Incidit, exoſae dictas à pellice terras.

Dum

Ut τὸ *mihi* ex cognatione literarum vocis proximae, vel ex gloſſa interlineari, in contextum irrepſerit. *hoſpes*, in *hoſtes* facile depravari potuit. unde *hoſtis* poſtea, atque ex eo *hoſti* factum ſit. Sic Metam. lib. IV. Perſeus quoque Atlantem vocat *hoſpitem*. Gronovio videbatur:

Ducite, & o maneat rerum ſtatus iſte mearum,
Robora non deſunt; ſuperat mihi miles, & hoc eſt
Gratia dis felix, &c.

Mox lego,

Imo ita: ſic, Cephalus, creſcat tua civibus opto
Urbs, ait: ut veniens equidem modo gaudia cepi.

Vel *Res ait* cum Cantabrig. fragmento Boxhorn. & Sixiano libro. quomodo ſupra,

——— *rerum ſtatus iſte mearum.*

Rem Danaam ſimiliter dixit lib. XIII. Noſter, & *rem Romanam*. Virgil. Aeneid. VI. Et Noſter XIV. 808. & XV. 438. *Res Trojana*. ſic & *res Macedonica* Solino. cap. IX. Heins. Heinſius mihi nimis hic indulſiſſe conjecturis ſuis videtur. ego totum locum ita conſtituerem:

Nec dubie vires, quas haec habet inſula, veſtras
Ducite, &, ut rerum nunc eſt ſtatus ille mearum,
Robora non deſunt. ſuperat mihi miles in hoſtem.

Vel *ſupereſt*, de quo ad II. Triſt. 69. poſſet &,

Nec dubita vires, quas haec habet inſula, veſtras
Ducere.

Pro *in hoſtem*, vel *in hoſtes*, ut etiam non male legeretur, vel *in hoſtis* antiquo modo, poſſet &, *ſupereſt mihi miles, ut hoſti*, aeque atque hoſtis tuus, inſtructus ſum militibus; ut nunc meae res ſunt, quae nuper erant adflictiſſimae. in ſequentibus nihil movemus etiam: *imo ita* eſt voventis formula, ut contra, *non ita* apud Lucam XVI. Act. 37. οὐ γαρ Latinus interpres vertit *non ita* elegantiſſime. ſic enim & Virgil. II. Aeneid. 583. *Non ita*. ſic *idque ita* v. Triſt. III. 35. *atque ita* lib. I. Met. 377. Burm.

510. *Et hoſti.*] In duobus antiquis, *& hoſtis*. Ciofanus.

517. *Voce locutus.*] *Voce profatus* unus Moreti.

518. *Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt.*] In uno meo & Vaticano, *Fortuna ſequetur*. Ciof. *Sequetur* prim. Gronov. & excerpta Langermanni. in narratione mea videlicet. quod placet. nec aliter Graevianus pro diverſa lectione. Heinsius. Cl. Heinſius hîc legit, *ſequetur*; ſed vir magnus circa armos & brachia obhaeſit, ubi jugulum premere debuerat. Sequenti enim verſui erat ſuccurrendum, qui vitio laborat, ut nec ei ipſi, nec poſteriori etiam ſenſus aut ratio conſtet. Quid enim ineptius, quàm votis expetere, quod ex nobis pendet? Deinde vereor, ne quis contra mentem Poëtae credat, haec ſine ullo ordine ab Aeaco propoſitum iri, cum neſcio an uſpiam ordinem & numeros exactius obſervatos reperias. Quare minimi commatis & vix unius literulae mutatione nobiſcum lege:

Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt;
Hanc utinam vobis poſſem memorare ſine illo;
Ordine nunc referam, ne longa ambage morer vos.

Sine illo, hoc eſt, *ſine flebili illo principio*; malebat enim Aeacus tam caris hoſpitibus omnia laeta ac jucunda proponere, quam tragicomoedum agere, triſtique hoc interpellatione melioris fortunae ſeriem turbare. quam lectionem, etſi ſatis claram, clariorem adhuc reddent ſequentia, ubi neceſſario legendum, *ordine nunc referam*, ſi mentem & genium Poëtae ſequi velimus. ſic lib. IX. 5. *referam tamen ordine*. & lib. IV. 473. *referens triſtes ex ordine caſus*. Sed haec multis probare putidum. Schepperus apud Tan. Faber. Lib. II. Ep. 71. ſed ſi omnia laeta vellet hoſpitibus proponere, cur ante ſermonem, *ingemuit?* & cur *triſti voce* loquitur? huic ergo gemitui & flebili orationis principio, dicit meliorem fortunam ſucceſſuram.

519. *Hanc utinam vobis poſſem memorare.*] Accelerabat Aeacus, ut haec innuunt verba, ne *longa ambage morer vos*. nihil enim alioqui impedimenti narratur, ſequenti autem carmine. ſyllepſis eſt. vult itaque dicere, quos ille norit minimam perditarum fuiſſe rerum portionem. quibus verbis non eos elevat, ſed ingens damnum innuere conatur. Glarean. Heinſius in ora codicis conjecerat:

Dum viſum mortale malum, tantaeque latebat
Cauſſa nocens cladis; pugnatum eſt arte medendi.
Exitium ſuperabat opem; quae victa jacebat.
Principio coelum ſpiſſa caligine terras
Preſſit; & ignavos incluſit nubibus aeſtus.
Dumque quater junctis implevit cornibus orbem
Luna; quater plenum tenuata retexuit orbem,
Letiferis calidi ſpirarunt flatibus Auſtri.
Conſtat & in fontes vitium veniſſe, lacusque;
Milliaque incultos ſerpentum multa per agros
Erraſſe; atque ſuis fluvios temeraſſe venenis.
Strage canum primâ, volucrumque, oviumque, boumque,
Inque

Hanc u. v. p. memorare ſine ullo
Ordine. Ne repetam, neu longa ambage morer vos, &c.

520. *Morer vos.*] Florentinus S. Marci, prim. Vatican. prim. Medic. & duodecim alii, *moreris.* tres, *morer te.* HEINS.

524. *Incidit.*] Male multi codices, *excidit:* proprie enim *incidunt* mala. ita Celſus in praefatione ter quaterve utitur de morbis. Suet. Gal. VII. *Cum ſubita ei valetudo quotidie incideret.* Columel. I. 6. *quod genus exitii cum incidit.* & ita νόσους ἐπιπίπτειν Thucydidem dixiſſe notat Stephanus. quo verbo & Lucas frequenter utitur de rebus noxiis & repentinis. vid. Euang. I. 12. Act. XIII. 11. & XII. 17. & alibi. plura notavit optimus Broukh. ad Prop. I. XV. 28. BURM.

526. *Nocens.*] *Recens* tres libri. *nocens cladi* Mediceus unus.

527. *Exitium ſuperabat opem, quae victa jacebat.*] In duobus Vatic. itemque meis, Capran. Joannis, Briant. & Caeleſt. *Exitium ſuperabat opes, victaeque jacebant.* Quod omnino probabilius mihi videtur. CIOFAN. *Exitium ſuperabat opem, quae victa jacebat*, Florentinus S. Marci, & alii duo. In reliquis, *opes victaeque jacebant.* Valde metuo, ne hoc poſterius hemiſtichium ſit ab aliena manu, quae ſupplere verſum à Naſone mutilum relictum voluerit. niſi videtur reſcribendum, *ſpes victa jacebat.* ut ex *opem ſpes, opes* ſit factum. Certe in primo Gronoviano, *victaque jacebat.* ſic Noſter lib. I. 149.

Victa jacet pietas.

Paulò ante malim, *arte medenti*, quam *medendi.* pro arte medicâ. ut lib. XV. 627. *artes nil poſſe medentum.* & Epiſt. Oenones 147. *radixque medenti Utilis*, non *medendi.* HEINSIUS. Vide ad II. Art. 735.

528. *Principio coelum ſpiſſa caligine terras.*] Incipit optima & eruditiſſima Peſtis deſcriptio. Haec à viris doctis, praeſertim à Julio Caeſare Scaligero, ſummè laudatur, ſicut illa Homeri, Lucretii, & Virgilii. Peſtis autem unde gignatur, rationes ſatis probabiles reddit Lucretius extremo lib. VI. CIOFANUS.

530. *Dumque quater plenis explevit cornibus orbem.*] In uno meo legitur, *Dumque quater plenum complevit cornibus orbem.* Quod ſequens carmen indicat melius eſſe. In Capr. *Dumque quater plenum expletum, &c.* Sed poſtea emendatum, *plenis explevit.* Male, ut puto. IDEM. *Junctis cornibus* primus Gronovii & alter Hamburgenſis. bene. *implevit* quoque idem primus Gronovianus, ſecundus Palatinus, & duodecim alii. ſic lib. II. 344.

Luna quater junctis implêrat cornibus orbem.

Et lib. II. Faſtorum 175.

Luna novum decies implêrat cornibus orbem.

Seneca Hippolyto 745. de Luna,

Cum ſuos ignes coëunte cornu
Junxit.

Sic contra *dividua Lunae cornua.* de quibus Notae ad lib. III. 683. Vidit jam veram hujus loci lectionem doctiſſimus Gronovius. Obſervat. lib. IV. cap. XV. HEINSIUS.

532. *Letiferis calidi ſpirarunt aeſtibus Auſtri.*] In eodem meo legitur non *aeſtibus*, ſed *flatibus Auſtri.* Quod mihi probatur maximè. CIOFANUS. *Aeſtus* jam praeceſſerat; quare verius tres noſtri, unus Thuan. & unus Ciofani, *flatibus.* Noſter lib. XI. 664.

Auſter & ingenti jactatam flamine ſolvit.

Cicero Arateis,

Aram, quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri.

Plura Triſt. lib. I. Eleg. X. ubi de navi, *propulſaque flatibus Auſtri*, ut quidem codices nonnulli. Feſtus Avienus Deſcriptione Orbis 1140.

Inde Favoni
Qua plaga foecundos alit almis flatibus agros.

Ita ſcribo. peſſime nunc illic circumfertur, *alit almos fluctibus agros.* HEINSIUS. *Letiferos aeſtus* dixit Silius lib. XIV. 621.

535. *Te-*

Inque feris ſubiti deprenſa potentia morbi.
Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros; medioque recumbere ſulco.
Lanigeris gregibus, balatus dantibus aegros,
Sponte ſua lanaeque cadunt, & corpora tabent.
Acer equus quondam, magnaeque in pulvere famae,
Degenerat palmas; veterumque oblitus honorum,
Ad praeſepe gemit, leto moriturus inerti.
Non aper iraſci meminit; nec fidere curſu
Cerva; nec armentis incurrere fortibus urſi:
Omnia languor habet. ſilvisque, agrisque, viisque
Corpora foeda jacent. vitiantur odoribus aurae.

Mira

135. *Temeraſſe venenis.*] *Vitiaſſe* Gronovianus. tres alii, *violaſſe*, ut Florus lib. II. cap. XX. *medicaminibus impuris ſacroſanĉta Romanorum arma violare.* Nihil tamen muto. Burm.

536. *Strage canum primo.*] Haec ex primo Iliados ſumpta eſſe videntur, nam Homerus peſtem in exercitum Graecorum Apollinis ira immiſſam deſcribens, aſſerit primò canes muloſque interiiſſe. Regius. Verſus Homeri ſunt Iliados primo, hi:

Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς·
Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἀφίει,
Βαλλ' αἰεὶ δ' πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.

Micyllus.

536. *Volucrumque, aviumque, boumque.*] Vide an ſit potius legendum, *oviumque*, etiamſi Planudes, Πετεεινῶν καὶ ὀρνίθων. Mariang. Accurs. in Diatribis. Emenda, ex vett. ferè omnibus: *Volucrumque, oviumque, boumque.* In Capran.

——— *primo pecudumque aviumque, boumque.* Ciofan.

Oviumque rectè vetuſtiores. nam de quadrupedibus eſt ſermo. deinde, *Strage canum primâ* rectius duo Medicei & unus Bononienſis, quam *primo.* Heinsius. *Ovium* quoque probat Schottus II. Obſ. 18.

538. *Concidere infelix validos miratur arator Inter opus tauros.*] Virgilius lib. III. Georg. 515.

Ecce autem duro fumans ſub vomere, taurus
Concidit. & Inter opus ut.

Idem Virg. ibid.

——— *it triſtis arator*
Maerentem abjungens fraterna morte juvencum,
Atque opere in medio defixa reliquit aratra.

Ciofanus. *Decidere* unus. *occidere* duo libri, ſollemni variatione.

540. *Balatus dantibus aegros.*] *Balare* propriè oves dicuntur. Varro Aboriginibus: *Bos mugit, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat.* Ciofanus.

542. *Acer equus &c.*] Nobiliſſimi verſus & Apolline digni; illud autem *degener* fecit aliquando, ut dubitarem (& nunc quoque dubito) num legendum eſſet, *veterumque oblitus avorum*; nam ut *parentes* equorum dicimus, ita & *avos* & *proavos.* Quod neceſſe non eſt probari. Vel Juvenalis ſat erit. locus eſt notiſſimus. Tan. Faber Lib. II. Ep. 69.

543. *Degenerat palmae.*] Alii, *Degener ad palmas.* at vetuſtiores magno numero, *Degenerat palmas.* quomodo & Zinzerlingius Promulſide Criticâ cap. 13. Adi omnino Notas noſtras lib. III. Pont. eleg 1. Heinsius.

544. *Ad praeſepe gemit, morbo moriturus inerti.*] Duo Vatic. unus meus & Caeleſt. *Leto moriturus inerti.* Perplacet. Ciof. Veteres multi, *letho inerti.* plures ex vetuſtioribus, *longo inerti.* Scripſerit fortaſſe Naſo, *languore obiturus*, vel *torpore.* quia *languor* ſequitur. Ita apud Senec. Agam. 161. in Mediceo codice erat ſcriptum *longo* pro *languore.* Heinsius. Ego *leto* praetuli, ut evitetur κακοφωνία, in *morbo moriturus*, ita infr. VIII. 518.

Quod tamen ignavo cadit & ſine ſanguine leto.

Sic apud Juſt. XI. 8. *pro indubitato morbo, morte* reſtituerunt viri docti. poſſet & legi *tabo.* quae vox ſaepe cum *morbo* à librariis eſt permutata, vide inf. XV. 627. & Virgil. III. Georg. 557. Burm.

545. *Non aper iraſci meminit, nec fidere curſu Cerva, nec armentis incurrere fortibus urſi.*] Haec duo carmina citat eloquentiſſ. Seneca lib. De Ira. Cinfanus.

547. *Omnia languor habet.*] Lib. III. Triſtium VIII. 24.

Et mihi perpetuus corpora languor habet.

Et II. Art. 317.

Dum modò frigoribus premimur, modò ſolvimur aeſtu,
Aëre non certo corpora languor habet. Ciof.

Omnia plangor habet Neapol. & duo Medic. etiam non male.

547. *Silvis, agriſque, viiſque.*] In uno meo, Joannis, & iiſdem Vatic. *Silviſque, agriſque* Ciofanus.

Mira loquor. non illa canes, avidaeque volucres,
Non cani tetigere lupi: dilapſa liqueſcunt;
Adflatuque nocent; & agunt contagia latè.
Pervenit ad miſeros damno graviore colonos
Peſtis, & in magnae dominatur moenibus urbis.
Viſcera torrentur primo: flammaeque latentis
Indicium rubor eſt, & ductus anhelitus aegrè.
Aſpera lingua tumet; trepidiſque arentia venis
Ora patent: auraeque graves captantur hiatu.
Non ſtratum, non ulla pati velamina poſſunt:
Dura ſed in terrâ ponunt praecordia: nec fit
Corpus humo gelidum, ſed humus de corpore fervet.
Nec moderator adeſt: inque ipſos ſaeva medentes
Erumpit clades; obſuntque auctoribus artes.

Quo

FANUS. *Agriſque jugiſque* duo Medicei. HEINSIUS. *Antriſque viiſque* Mediceus unus. *arviſque viiſque* Gronov. *fluviiſque, agriſque, viiſque* unus Heinſii.

548. *Vitiantur odoribus aurae.*] Ita veteres libri. Quidam malunt *Herbae.* quos audiendos non puto, cum nullum ſcriptum librum habeant auctorem. CIOFANUS *Herbae* tamen eſt in uno Thuani, Neapolitano & ſecundo Mediceo. vid. lib. III. 76.

549. *Mira loquar: non illa canes, avidaeque volucres, Non cani tetigere lupi.*] Tale quippiam narrat Livius lib. XLI. *Cadavera intacta à canibus ac vulturibus tabes abſumebat.* CIOFAN. *Loquor* meliores. HEINSIUS. Vid. ad Epiſt. XIV. 45. & VI. Faſt. 612.

550. *Non cani.*] *Avidi* unus Mediceus. forte, *Ravi.* HEINSIUS.

553. *In magnae.*] *Magnis* Menard. & Voſſii. male: *magna urbs* eſt metropolis, caput inſulae, vid. lib. VI. 147. & XI. 137.

554. *Viſcera torrentur primò, flammaeque latentis.*] Regius legit, *flammiſque fatiſcunt.* Atque ita libri omnes veteres. Quae lectio quare ab aliis rejecta ſit, non ſanè video. Silius enim eam comprobat. cujus haec ſunt lib. II. 315.

——— *num gentibus iſtis*
Mortales animi? aut ferro flammaque fatiſcunt?

Virgilius quoque eodem utitur verbo lib. I. Aeneid. 123. *Rimiſque fatiſcunt.* CIOFANUS. *Viſcera torpeſcunt* fragm. Boxhor.

555. *Indicium rubor eſt.*] Lucretius lib. V.

Et ſimul ulceribus quaſi inuſtis omne rubere
Corpus. CIOFAN.

555. *Et ductus anhelitus igni.*] *Igne* plurimi veteres, quos inter Oxon. prim. Gronov. prim. Hamburgenſis. *oris* prim. Moret. Arondel. & alii quatuor. quatuor itidem, *ore.* Legendum arbitror, *& ductus anhelitus aegro.* Virgilio IX. 814.

——— *laſſos quatit aeger anhelitus artus.*

Statius Theb. VII.

Et jam utrumque labor ſuſpiriaque aegra fatigant.

Ibid.

Flatibus alternis aegroque effoetus hiatu.

Terentianus Maurus de Metris,

Genua cum labant Daretis, aeger eſt anhelitus.

Alcimus Avitus lib. V.

Atque repercuſſus vexatur anhelitus aeger.

Apud Perſium Satyra III.

——— ——— *aegris*
Faucibus exſuperat halitus.

Ubi pro *exſuperat* Theodorus Marcilius reponebat, *Exſpirat.* Lucilius apud Nonium in *Deponere*:

Exſpirans animam pulmonibus aeger agebat.

Sic *aegre reſpirare.* HEINSIUS. Barth. ad Stat. IV. Theb. 756. legit, *& durus anhelitus: igni aſpera lingua tumet trepidiſque, &c.*

556. *Tepidiſque arentia ventis.*] *Trepidiſque ventis* prim. Vatican. prim. Baſil. ſec. Medic. & Neapol. niſi quod in illis duobus poſterioribus pro diverſa lectione, *venis. venis* quoque Cantabr. ſec. Pal. prim. & tert. Medic. prim. Moreti, & complures alii. Scribendum *trepidiſque venis.* atque ita prior Hamburgenſis. lib. VII. 389. de Marſya:

——— *trepidaeque ſine ullâ*
Pelle micant venae.

Vide Notas lib. III. ỳs. 125. de Peſte Virgilius Georg. III. 482.

Nec via mortis erat ſimplex: ſed ubi ignea venis
Omnibus acta ſuis miſeros adduxerat artus.

Prudentius Apotheoſi:

Jamque inſertato reſerabat viſcera cultro
Vittatus de more ſenex, manibuſque cruentis
Tractabat trepidas lethali frigore fibras.

Mox pro, *auraeque graves captantur hiatu,* malim, *gravi hiatu.* quod Baſileenſis unus confirmat. HEINSIUS.

559. *Dura*

Quo propior quiſque eſt, ſervitque fidelius aegro;
In partem leti citius venit. utque ſalutis
Spes abiit, finemque vident in funere morbi;
Indulgent animis: & nulla, quid utile, cura eſt:
Utile enim nihil eſt. paſſim, poſitoque pudore,
Fontibus, & fluviis, puteisque capacibus haerent:
Nec prius eſt exſtincta ſitis, quam vita, bibendo.
Inde graves multi nequeunt conſurgere; & ipſis
Immoriuntur aquis: alius tamen haurit & illas.
Tantaque ſunt miſeris inviſi taedia lecti;
Proſiliunt: aut, ſi prohibent conſiſtere vires,
Corpora devolvunt in humum, fugiuntque penates
Quiſque ſuos: ſua cuique domus funeſta videtur.
Et quia cauſſa latet, locus eſt in crimine. notis

Sema-

559. *Dura ſed in terra.*] Pro τῷ *dura* legendum eſſe *nuda* contextus docet. haec etſi levia in mentem mihi revocant locum, qui legitur lib. I. Amor. El. 2. De Cupidine loquitur:

His tu militibus ſuperas hominesque deosque,
Haec tibi ſi demas commoda, nudus eris.

Nil novi, ſi *nudus amor.* quare legendum ſuſpicor, *nullus eris.* oppoſitione fortiori & phraſi Ovidiana. ſic lib. XI. Met. 580. *Proque viro, qui nullus erat.* & 683. *nulla eſt Halcyone, nulla eſt.* ſic *nullus ſum* paſſim apud Comicos. Schepperus apud Fabr. lib. II. Ep. 71. *dura* non movendum; nam antea dixit *viſcera torreri*, inde dura facta & arida.

561. *In ipſos medentes.*] Senec. Oedipo. *Cadunt medentes.* Ciofanus.

564. *Atque ſalutis.*] Aliter in quibuſdam, & fortaſſe rectius, *utque ſalutis.* Nauger. Melius, quod Aldini, & alii, *utque ſalutis Spes abiit, finemque vident in funere morbi; Indulgent animis.* Dan. Heinsius. *Utque* cum Florentino S. Marci, primo Vatic. Calandrino, aliiſque multis. Heinsius.

565. *In funere.*] *Cum funere* Lovan.

566. *Et nulla, quid utile, cura eſt.*] *Et cura quid utile, nulli eſt* rectius tertius Mediceus. Heinsius. Vid. ſupr. 454.

567. *Paſſim poſitoque pudore.*] Nota conjunctionem copulativam inter adverbium ac ablativum regimine ſolutum. & vide num ſeptimo deinde verſu *conſiſtere* capiatur pro exilire. Glareanus. Copulativa *que* recte ponitur: diſtinguendum enim, *paſſim, poſitoque pudore Fontibus, &c.* ubique haerent, etiam ad fontes & fluvios. Burm.

568. *Fontibus & fluviis, puteiſque capacibus haerent.*] Lucret. lib. VI. 1170.

In fluvios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabant, nudum jacientes corpus in undas:
Multi praecipites lymphis putealibus altè
Inciderunt ipſo venientes ore patente.

Quo loco haec notat ex Thucydide vir doctiſſ. D. Lambinus: ἤδιζάτε ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν. καὶ πολλοὶ, &c. & mox, καὶ εἰς φρέατα, τῇ δίψῃ ἀπαύςῳ συνεχόμενοι. Id eſt, *libentiſſimè in aquam frigidam ſeipſos conjiciebant, & in puteos multi ſe praecipites egerunt inexplebili ſiti cruciati.* Ciof. In Argentinenſi erat, pro *haerent*, *implent*; ut ad ſitim referatur, quae ſequitur: ſed hoc non ſatis commode, neque video, cur tunc dicat, *poſito pudore*, quis enim pudor implere ſitim ex fontibus & fluviis? ſed quia praeceſſit *indulgent animis*, poſſet hic *haerent* de amplexibus, & ipſo etiam coitu capi, cui miſeri, poſtquam omnis ſpes ſalutis abiit, indulgent extremum. ut nebulo ille Petronianus cap. CXIV. in praeſentiſſimo naufragii periculo, *ad oſcula, dum licet, & ultimum hoc gaudium fatis properantibus rape. haerere* vero de coitu ſaepe dicitur. Noſter II. Artis ῾s. 484.

Haeret adulterio, cum cane nexa canis.

Petron. LXXIX.

Haeſimus calentes.

Et cap. XXVI. *Quia conſiderantium haeſerant vultus.* Sed nihilominus ſimpliciter *haerent*, intelligi poteſt, pro incumbunt fontibus &c. quia ſequitur de ſiti. & *haerere* cum ablativo conſtrui, vidimus ad lib. IV. 27. Burm.

570. *Inde graves multi.*] *Graves morbo* multi ex vetuſtioribus. Mihi verſus hic cum proxime ſequenti nonnihil ſunt ſuſpecti. nam quid ſibi volunt iſta, *aliquis tamen haurit & illas*, cum paulo ante è puteis bibiſſe jam dixerit? quare malebam olim, *aliquis tunc haurit & illas. Jamque graves multi.* Cantabrig. non male. Heins. Facilis nimis Heinſius in confingendo verſus, quorum ſenſus eſt optimus; ſi modo cum Juniano legatur, *alius tamen haurit*

Semanimes errare viis, dum ſtare valebant,
Adſpiceres; flentes alios, terraeque jacentes;
Laſſaque verſantes ſupremo lumina motu.
Membraque pendentis tendunt ad ſidera coeli,
Hîc, illic ubi mors deprenderat, exhalantes.
Quid mihi tunc animi fuit? an, quod debuit eſſe,
Ut vitam odiſſem, & cuperem pars eſſe meorum?
Quo ſe cumque acies oculorum flexerat; illic
Vulgus erat ſtratum. veluti cum putria motis
Poma cadunt ramis; agitatàque ilice glandes.
Templa vides contra, gradibus ſublimia longis:
Juppiter illa tenet. quis non altaribus illis

Irrita

haurit & illas. etſi plures viderent immori noxiis aquis, tamen alii non deterriti eaſdem jam cadaveribus infectas bibere non reformidant. BURMANNUS.

575. *Si prohibent conſiſtere vires.*] Sic eſt legendum ex omnibus ſcriptis libris, non autem *conſurgere*; ut quidam volunt, qui opus hoc ſuis notis potius depravant, quam corrigunt. CIOFAN. *Conſurgere* plurimi, ſed modo praeceſſit.

576. *Locus eſt in crimine ſolus.*] Melior eſt lectio vet. librorum: hoc eſt unius Vatic. utriuſque mei, *Locus in crimine notus.* In alio Vatic. *In crimine magno:* Joannis verò liber habet, *in crimine totus.* CIOF. Alii, *in crimine totus.* vel, *morbi.* vel, *magno.* prim. Gronov. *natus.* Florent. S. Marci, Neapol. Urbin. prim. Medic. tres alii cum Norico, *parvus. parvo* prim. Vatic. Bernegg. ſec. Medic. & duo alii. *pravo* Cantabr. & primus Gronovii. mihi *τὸ morbi* placet imprimis. niſi ſcribas:

——— *locus eſt in crimine: totis*
Semanimes errare viis.

Vel, *notis viis.* Sed, ne quid diſſimulem, etiam hic verſus inter ſuſpectos referendus. HEINSIUS. Neque facile hunc verſum expungerem, quia *in crimine eſſe* elegantius dictum videtur. ut apud Ciceron. IV. Verr. 45. *ut is eo crimine damnaretur, ne ipſe eſſet in crimine.* & *in noxa eſſe* Terent. Phorm. II. 1. 36. & *in infamia ſum* Heaut. II. III. 81. Sed vox ultima turbata: poſſemus tamen ita capere; *locus notus*, id eſt domus, quam antea aſſidue frequentabant, eſt in crimine, quaſi inde oriretur peſtilentia. vel diſtinguere cum Heinſio, *locus eſt in crimine: notis Semanimes errare viis.* ita paſſim *notae ſilvae, noti amnes. nota vada* lib. I. Met. 370. *Notae ripae* Manil. IV. 416. Horat. I. Od. 2.

Nota quae ſedes fuerat
Columbis.

Virgil. I. ecl. 52.

Hic inter flumina nota.

Jul. Caeſ. I. de Bell. Civil. 28. *notis itineribus ad naves decurrunt.* Ubi Servius *clara* explicat. & plura notat Emmeneſſius. idem Mar. IV. 155.

Certos novere penates.

Ubi Servius *cariſſima habent.* & ita paſſim Noſter & alii. & ita *ignotus locus* pro urbe peregrina, Phaedr. I. 14. Vide plura ad Phaedr. lib. I. cap. II. 11. 4. BURMANN.

577. *Dum ſtare valebant.*] In uno Vatic. *Dum ſtare putabant.* CIOFAN.

578. *Terraeque jacentes.*] *Terraque* rectius Arondelianus & duo alii. HEINSIUS. Vide ad III. Amor. II. 25. & alibi.

579. *Laſſaque verſantes.*] In Dominicano, *Feſſaque.* CIOFANUS. *Limina* Edit. Dan. Heinſii. ſed vitio puto operarum.

580. *Membraque pendentis tendunt ad ſidera coeli.*] *Tendentia ſidera* Florent. S. Marci, *tendentia ſidere* prim. Medic. *tendentes ſidera* prim. Pal. *pendentia ſidera laeti* Spirenſis. alii aliter. Piget enim in his quiſquilis haerere. Eſt videlicet verſus ſcuticâ dignus, non Naſoniana elegantiâ. HEINS.

581. *Hic illic ubi mors deprenderat exhalantes.*] Etiam hic ejiciendus, tanquam minime Latinus, niſi emendatione placet ſuccurri, ut reſcribatur:

Hic, ubi mors, animam deprenderat, exhalantes. HEINSIUS.

Neque hos auderem damnare: *pendens* enim coelum, quod ſupr. vſ. 528. dixit, *preſſiſſe terras ſpiſſa caligine.* vel legi poſſet, *perdentis*, quia cauſſa peſtilentiae erat. in altero, *hic illic* eleganter pro ubique, paſſim. ut *huc illuc* III. Am. VIII. 8. & *hinc illinc* Terent. Adel IV. v. 50. ſupr. lib. IV. 342. *huc it, & hinc illuc.* Vid. ad Epiſt. XX. 130. *exhalare* abſolute poni ipſe Heinſius voluit ad lib. V. 62. BURMANNUS.

582. *Aut quid debuit eſſe, Ni vitam odiſſem.*] *Ut vitam* plerique vetuſtiores. Florentinus S. Marci, & Urbinas, *an quod debuit.* Neapolit. *an quid.* Scribe,

Quid

Irrita tura tulit? quoties pro conjuge conjux,
Pro gnato genitor, dum verba precantia dicit,
Non exoratis animam finivit in aris:
Inque manu turis pars inconſumta reperta eſt.
Admoti quoties templis, dum vota ſacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum,
Haud exſpectato ceciderunt vulnere tauri!
Ipſe ego ſacra Jovi pro me, patriâque, tribuſque
Cum facerem natis, mugitus victima diros
Edidit: & ſubito collapſa ſine ictibus ullis
Exiguo tinxit ſubjectos ſanguine cultros.
Fibra quoque aegra notas veri monituſque Deorum

Pro

Quid mihi tunc animi fuit: an, quod debuit eſſe,
Ut vitam odiſſem?
Libro v. 626.
Quid mihi tunc animi miſerae fuit? anne, quod
agnae eſt?
pro *odiſſem* Zulichemianus, *odirem*; ἀρχαϊκῶς. Heinsius.

585. *Cum putria motis Poma cadunt ramis.*] Conjiciebam aliquando, *cum mitia.* id eſt, matura. de qua voce Faſt. lib. II. ỳs. 286. plurimi veteres, *putrida.* ſec. Medic. *putrea.* primus Medic. & unus meus, *patria.* unus Bonon. *putea.* unus Thuaneus, *Punica.* ſed *putria* bene ſe habet. Poma enim putreſcentia facillimè fluunt ex arbore. A. Gellius lib. XIII. cap. II. *Quod in pomis eſt, itidem eſſe ajunt in ingeniis, quae dura & acerba naſcuntur, poſt fiunt mitia & jucunda, ſed quae gignuntur ſtatim vieta & mollia, atque in principio ſunt uvida, non matura mox fiunt, ſed putria.* alluſit manifeſte ad poma. Servius ad Virg. I. Georg. 26. *matura poma* proprie dici obſervat, *quae nec acerba ſunt, nec putrida:* ut & τὸ *putrida* in Naſone, quod codices multi hoc loco, uti modo dicebam, amplectuntur, poſſit admitti. Idem.

586. *Agitataque ilice glandes.*] Ita aperte eſt in amb. meis, Joan. & Caeleſt. in quibuſdam verò, *Agitataeque ilice glandes.* Superior eſt magis probanda; quod & ſenſus, & ratio poſtulat. Ciofan. Recte: à vento ſcilicet agitatâ ilice. Vide ad Epiſt. XIV. 39.

587. *Longis.*] *Celſis* unus Moreti, ut III. Triſt. I. 59.
Inde tenore pari, gradibus ſublimia celſis,
Ducor ad intonſi candida tecta dei.
Niſi *longos* gradus pro multis capiamus, ut ita *longam catenam* dixit lib. I. Amor. VI. ubi vide. & ita Noſter *quadraginta gradus* in templo Dianae Tauricae fuiſſe dicit libr. III. ex Ponto II. 50. Burm.

590. *Pro nato.*] *Gnato* vetuſtiores. Heinsius. *Genetrix* Baſil. & Moreti. recte. matres enim magis in vota preceſque pro filiis ardent. *tura tulit* etiam Florentin. S. Marci & Gronov. *dona dedit* Leidenſis. *dabat* Gronovian. alter.

590. *Dum verba precantia dicit.*] In uno meo, *fudit.* Ciofan. Sic & lib. IX. 215. *timide verba excuſantia dicit.* Sed *fundit* etiam Cantabrigienſis. ut & Menardi codex, quod melius *irritis* convenit. lib. XII. 469.
Verbaque tot fudit vacuas animoſus in auras.
Sic apud Stat. I. Theb. 655.
Supremaque fundunt
Vota mihi.
Ita MSS. Barthii. Vulgo, *fiunt.* lib. V. 275.
Nec dictis quae plurima fudi
Ante Jovem fruſtra, lacrimiſque avertere luctus
Contigit.
X. 511.
Fundentiſque preces.
Terent. Adel. V. II.
Jam tu verba fundis hic Sapientia.
Ubi non dubitare debebat Donatus, an *ſapientia* eſſet ablativi caſus, cum ſit quarti, ut hic *verba precantia.* recte vero explicat, *perdis. funditare verba* ſaepe Plautus. in ſequenti etiam verſu non invenuſta repetitione verbi ejuſdem cognationis, *animam profudit in aris* alter Regius, ut ſit imitatio Virgiliana IV. Aen. 621.
—— *Hanc vocem extremam cum ſanguine fundo.*
Et rectiùs hoc dici puto, quam *finire animam.* & *profundere animam, vitam, ſpiritum* Ciceroni & aliis uſitatiſſimum. ſed quia mox iterum *fundit* ſequitur, nihil temere moveo, & *animam* pro vita capio. ut *finere vitam* III. Triſt. VII. 49. & alibi. hic etiam *vitam finivit* MS. Berſmanni. *exoratas ad aras* etiam unus Heinſii. Burm.

592. *Pars inconſumpta.*] *Pars inconcuſſa* pr. Medic. unde olim Heinſius, *incombuſta.*

594. *Et fundit purum inter cornua vinum.*] Ex multis locis licet cognoſcere, antiquos in ſacrificio vinum adhibuiſſe. Ciofan.

599. *Sanguine cultros.*] Veteres in victimis mactandis pro ſacrificio utebantur cultro, ut tum ex

Prodiderat. triſtes penetrant ad viſcera morbi.
Ante ſacros vidi projecta cadavera poſtes:
Ante ipſas, quo mors foret invidioſior, aras.
Pars animam laqueo claudunt; mortiſque timorem
Morte fugant: ultroque vocant venientia fata.
Corpora miſſa neci nullis de more feruntur
Funeribus: neque enim capiebant funera portae.
Aut inhumata premunt terras: aut dantur in altos
Indotata rogos. & jam reverentia nulla eſt:
Deque rogis pugnant: alieniſque ignibus ardent.

Qui

ipſo Ovidio, tum ex Livio patet. Virg. lib. III. Georg.

Ac vix ſuppoſiti tinguntur ſanguine cultri.

Seneca in Oedipi choro ỹs. 135.

Colla taĉturus fleterat Sacerdos,
Dum manus certum parat alta vulnus,
Aureo Taurus rutilante cornu
Labitur ſegnis; patuit ſub iĉtu
Ponderis vaſti reſoluta cervix:
Nec cruor ferrum maculavit, atra
Turpis è plaga ſanies profuſa eſt. CIOFAN.

Tinguit plurimi ſcripti.

600. *Fibra quoque aegra notas veri perdiderat.*] *Prodiderat* ſecundus Palat. & ſeptem alii cum Norico. HEINS. Probat Gruter. ad Liv. I. 13. *perdiderant* etiam nonnulli.

604. *Pars animam laqueo claudunt.*] De hoc ſuprà. CIOFAN.

605. *Ultroque vocant venientia fata.*] *Vehementia* unus Argent. an, *renuentia?* ſic, *renuente deo aliquid facere* apud Propertium & Martialem. Vide Notas l. IX. ỹs. 506. HEINSIUS. Nihil muta. Faſt. VI. 535.

Nunc ait, ô vates, venientia fata reſigna.

Sic Perſ. Satyr. III. 64.

Venienti occurrite morbo.

Flor. IV. II. *Venienti bello occurrere.*] & ita notat Servius *venturos* plus eſſe quam *futuros*, quaſi jam eſſent. ad III. Æn. 158. BURMANNUS.

606. *Corpora miſſa neci.*] Cadavera. CIOFAN.

606. *Feruntur.*] Idem Terent. in Andria dixit I. I. *effertur.* IDEM.

607. *Funeribus.*] Sepulcris. *Funus*, ut ait Aelius Donatus, à funalibus dictum eſt: & eſt funus pompa exſequiarum. Etenim noctu efferebantur propter ſacrorum celebrationem diurnam. IDEM. Immo, *exſequiis.* I Triſt. III. 89.

607. *Neque enim capiebant funera portae.*] Antiquam tangit conſuetudinem, quae fuit, ut extra urbes mortuorum corpora ſepelirentur. unde *efferre* & *educere* mortuos dicimus. CONSTANTIUS FANENSIS. Ad hunc locum reſpexit Seneca in Oedipo 129. ubi loquitur chorus: *Et turbae tumulos petenti Non ſatis ſeptem patuere portae.* CIOFANUS. *Nullae capiebant funera portae* unus Medic. Vid. & Euang. Lucae VII. 12.

608. *Aut dantur in altos Indotata rogos.*] Aut, inquit, ſine ullo ſepulturae honore in ignes mittuntur. Nam cadavera apud antiquos cum ſuis ornamentis comburebantur, amicis & proximis munera quaedam, ceu dotem, in rogum conferentibus. REGIUS. Illud *indotata* quid proprie hic ſignificet, lectori conjiciendum relinquo. Raphaël videtur expoſuiſſe id ſine ullo ſepulturae honore. Illud item, *Deque rogis pugnant*, utrum pugnant pro rogis, qui ſtruxerant, an qui non? ſed de utriſque loqui videtur. quòd autem tertio deinde ſequitur carmine, *Natorumque*, tollendum initio alterum *que*, cum *mater* priorem natura producat. rurſus quinto deinde verſu, recte emendavit verſum Raphaël, *Iſſe ſub amplexus Aeginae Aſopidos olim. Aſopis* enim primam longat. GLAREANUS.

610. *Pugnant.*] *Certant* tres libri.

610. *Alieniſque ignibus ardent.*] Ad eundem quoque locum reſpexit idem Seneca ibidem: ỹs. 64.

Tum propria flammis corpora alienis cremant.

Quo loco cum alios poëtas, tum hunc noſtrum, ut ſolet, potiſſimum imitatus, peſtem ſatis diligenter & eruditè deſcripſit. CIOF.

614. *Natorumque matrumque animae.*] Lege, *Natorum matrumque*, ne claudicet verſus: vel, ut quidam codices habent, *Natorumque virûmque.* CONS. FANENS. *Natorum matrumque* duo veteres & editiones nonnullae. Legendum, *Natarum matrumque*, vel *Natorumque patrumque.* HEINSIUS. Forte, *Natorum nuruumque animae*, nam in uno Mediceo & alio erat, *natorumque utrumque.* BURMANNUS.

616. *Iſſe ſub amplexus Aſopidos Aeginae.*] Sic nos legendum putavimus, atque id ex veteribus quibuſdam collegimus, ut dividatur ſcilicet diphthongus, ut apud Virgilium, *Neptuno Aegaeo.* NAUGER. Hic verſus aliquid vitii contraxiſſe videtur, quod

Qui lacriment, desunt: indefletaeque vagantur
Natarum matrumque animae, juvenumque senumque.
Nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in ignes.
Attonitus tanto miserarum turbine rerum,
Juppiter ô, dixi, si te non falsa loquuntur
Dicta, sub amplexus Aeginae Asopidos isse:
Nec te, magne pater, nostri pudet esse parentem;
Aut mihi redde meos: aut me quoque conde sepulcro.
Ille notam fulgore dedit, tonitruque secundo.
Accipio, sintque ista precor felicia mentis

Signa

quod quidem si opus poëta emendasset, facile sustulisset. forsitan autem sic esset legendum, *Isse sub amplexus Aeginae Asopidos olim.* nam *Asopus* secundam producit. sic autem versus mendis caret. in quodam tamen exemplari sic scriptum legitur: *Aeginae amplexus quondam sub Asopidos isse.* quae lectio si tibi placet, accipe. Castigate legitur hic vers. in antiquo exemplari hoc modo: *Isse sub amplexus Aeginae Asopidos olim.* Regius. Carmen id cum multifariam non semel, nec ab uno tractatum fuerit, hanc nos emendationem fovebamus, quam in nostro codice comperimus, videlicet, *isse sub amplexus Aeginae Asopidos olim.* Nunc autem mihi videtur ita prorsus corrigendum, ut in uno Vaticanae Bibliothecae scriptum denique animadverti. ut scilicet in fede ejus ultima legatur *ignes*, aut *ignem*, *Isse sub amplexus Aeginae Asopidos ignem.* Jupiter enim (quod est notissimum) in ignem mutatus virginem compressit. hinc dictum priore libro, *Asopida luserit ignis.* Mariang. Accurs. in Diatribis. Multi sincerae formae hoc carmen restituere tentaverunt: nulli potuerunt. sic ipsum redintegrandum omnino est, *Sub quondam amplexus Aeginae Asopidos esse.* vel, *Aeginae amplexus sub quondam Asopidos isse.* Advertendum enim est *Asopum* primam & secundam nunquam corripere. Constantius Fanensis. Est & hic locus τῶν ἀπορουμένων unus, hoc est, de quibus merito dubitare possis, γνήσιος ac verus sit, an secus. nam sive hoc, sive illo modo versum legas, incommodi aliquid habet. illo, ut particula, *olim*, in fine otiose ferè ponatur; quod contra decorum & elegantiam Heroici carminis sit. hoc autem, ut syllaba prima *Asopidis* corripiatur, quae aliàs longa est, ut primo Arg. Apollonius: 117.

Πατρὸς ἑοῦ, πηγῇσιν ἐφέζιος Ἀσωποῖο.

Et apud Statium lib. VII. 315. *Asopus genuisse datur, &c.* Quo loco etiam fabulam Jovis & Aeginae idem poëta exponit. Item apud Lucanum lib. VI. 374. *Accipit Asopus cursus, Phoenixque, Melasque, &c.* Sed tamen priorem lectionem, hoc est, emendationem Regii retineamus, dum melior alia offeratur. Micyllus. Variè legitur hic versus. Nam alii legunt: *Sub quondam amplexus Aeginae Asopidos isse.* Constantius Fanensis hoc modo: *Aeginae amplexus sub quondam Asopidos isse.* Vel, *Sub quondam amplexus Aeginae Asopidos isse.* Apage Constanti, non placent. Regius emendavit, modò ita sit dicendum: *Isse sub amplexus Aeginae Asopidos olim.* In libro Dominicano & uno Maffei est: *Dicta sub amplexus Aeginae Asopidos isse.* Vox *Dicta* conjungi debet, modò recipiatur ea lectio, cum verbo *falsa*: ut sit sensus: O Juppiter, si dicta non falsa loquuntur te iviisse sub amplexus Aeginae Asopidos. In duobus Vatic. Briantii, Gifanii, Capran. Joannis, uno meo, Caelest. & altero Maffei, legitur: *Isse sub amplexus quondam Asopidos Aeginae.* In alio Vatic. & altero meo, *Isse sub amplexus Aginae Asopidos igne.* Quam lectionem Ovidius ipse videtur confirmare lib. VI. ubi ita est:

Aureus in Danaën, Asopida luserit ignis.

Mariangelus ex uno Vatic. legit: *Aeginae Asopidos ignem.* Ciofan. Prima in *Asopus* producitur, ut Amor. lib. III. Eleg. II.

Quid referam Asopon?

Unde apparet hanc lectionem ferri non posse: Scripti magnâ ex parte, ut & alii observant,

——— *Isse sub amplexus Aginae Asopidos olim,*

Vel, *ignem.* Nec pauciores:

Isse sub amplexus quondam Asopidos Aeginae.

unde legendum olim conjiciebam:

Isse sub amplexus Asopidos Aeginai.

ut Ennii aut alterius antiqui poëtae hemistichium exprimat. Alii codices aliter. sed quid sibi vult, *non falsa loquuntur?* Sordet mihi haec locutio. Quare accedo optimo Florentino S. Marci, & Argentin. in quibus:

——— *si te non falsa loquuntur*
Dicta, sub amplexus Aeginae Asopidos isse.

Neque aliter unus Ambrosianus. huc alludit etiam primi Vaticani scriptura:

Isse sub amplexus Aeginae Asopidos isse. Heins.

Gifan. Ind. Lucret. in *m* legit:

Isse sub amplexus quondam Asopidos Aegnae.

Signa tuae, dixi: quod das mihi, pigneror, omen.
Forte fuit juxta patulis rariſſima ramis,
Sacra Jovi, quercus de ſemine Dodonaeo.
Hìc nos frugilegas adſpeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes,
Rugoſoque ſuum ſervantes cortice callem.
Dum numerum miror, Totidem, pater optime, dixi,
Tu mihi da cives: & inania moenia reple.
Intremuit, ramiſque ſonum ſine flamine motis
Alta dedit quercus. pavido mihi membra timore
Horruerant, ſtabantque comae. tamen oſcula terrae,
Roboribusque dedi: nec me ſperare fatebar;

Spera-

Vel, *Aſopidos Aeginae*, ut *os* producatur. Berſmannus hanc quoque in ſuis lectionem invenit, ſed in uno, *Eginis*, unde *Aegines* facit. in altero, *Egynnae*. BURMANN.

621. *Quae das mihi pignoris omen.*] Ita duo Vatican. In utroque meo, alio Vatican. Brian. & Caeleſtino, *quae das mihi pignora numen.* Sed in uno meo notata eſt ad marginem ſuperior lectio. CIOF. Acutius, quod Palatini ad oram, *quod das mihi, pigneror omen.* DAN. HEINSIUS. *Quod das mihi pignoris omen*, vel *pignora numen* veteres plerique. Florent. S. Marci, duo Palat. prim. Gronov. & ſex aut ſeptem alii. *quod das mihi, pigneror, omen.* verè. ſic apud Ciceronem Philipp. XIV. cap. XII. *Mars ipſe in acie fortiſſimum quemque pignerari ſolet.* Vide Nonium in *Pignerari.* ita etiam in Indice Lucretiano Gifanium reſtituiſſe jam video, voce *Porgere.* Monet & A. Gellius Noct. Attic. libro XVIII. cap. 12. dixiſſe *pignerari* pro *pignerare.* Apulejus Met. III. *Tuum mancipium irremunerabili beneficio ſic tibi perpetuo pignera.* Paulo ante pro *tonitruque ſecundo* prim. Medic. & quatuor alii, *tonitrumque ſecundum.* Forte,

Ille notam fulgurque dedit tonitrumque ſecundum.

ut ſit appoſitio. ſic contra apud Claudianum Bello Getic. 253.

——— *adverſamque notam duxere futuri.*

Tonitrum pro *tonitru* etiam alibi habes. ut *cornum* pro *cornu.* lib. XIV. 542.

——— *tonitrumque ſecuti*
Cum ſaliente graves ceciderunt grandine nimbi.

Atque ita paſſim Lucretius. HEINSIUS. *Pigneror* probo. ita Sueton. Claud. 10. *fidem militum praemio pignerat.* Epigramma vetus in Catal. Pith. pag. 115.

Pignerat haec tellus terrae felicis alumnum
Fundorum.

Tonitruſque ſecundos etiam Sprotii codex & alius: qui pro fauſtis & faventibus poſſunt ſumi, ſed & proprie pro repetitis: non enim unum ſufficiebat augurium, niſi confirmaretur ex ſimili. quod *firmare omina* dixiſſe docuimus in Jove Fulgerat. cap. IX. BURMANNUS.

622. *Forte fuit juxta patulis rariſſima ramis.*] Vide qua ratione vocet quercum *rariſſimam.* utrum ut *rarus* opponatur *denſo*, an potius quòd in ea inſula nulla ejuſmodi erat de ſemine Dodonaeo. GLAREAN. Suſpectam Heinſio fuiſſe vocem *rariſſima* patet, quia margini adſcripſerat forte, *latiſſima.* an aliis id in mentem venerit neſcio, ſed caſu olim deprehendi ita laudari in Scholaſtico libro, qui gradus ad Parnaſſum vulgo dicitur, in voce *quercus.* & certe ſi *patuli* rami, qua ratione *rariſſima* dici quercus poſſit vix video, cum melius *denſiſſima* deberet eſſe. forte, *clariſſima*, nam *rarus* & *clarus* paſſim confuderunt librarii. ut lib. II. Pont. III. 55. *juvenis rariſſime*, ubi alii, *clariſſime*, vel *cariſſime.* & ita alibi. pro *juxta* unus Leidenſis, *dextra.* ſi cui *rariſſima* placet, debet explicare, quales raro videntur. poſſet & *altiſſima* legi, ſi codices addicerent. ſed ſequitur vſ. 630. Servius ad Virgil. II. Æn. 7. dicit ficum fuiſſe. BURM.

624. *Frugilegas.*] *Fructilegas* Voſſian. *frugiferas* Junian. & duo alii.

624. *Agmine longo.*] *Ordine* Vatican. & quatuor alii. *denſo* Ambroſ. & Medic. qui ſollemnes ſunt librariorum luſus. Vid. ad Epiſt. XVI. 183. BURMANNUS.

621. *Inania moenia ſupple.*] Alii, *comple.* ſeptem, *reple.* eſt enim communis ſyllaba. Virgil. lib. XI. 140.

Evandrum, Evandrique domos & moenia replet.

Ita vetuſtiſſimus Florentinus, aliique ex praeſtantioribus; non *complet.* mox dicet,

——— *ſed non replenda eſt curia verbis.*

Statius quoque priorem producit lib. IV. Silv. III. 122.

En

Sperabam tamen: atque animo mea vota fovebam.
Nox ſubit: & curis exercita corpora ſomnus
Occupat. ante oculos eadem mihi quercus adeſſe,
Et ramos totidem, totidemque animalia ramis
Ferre ſuis viſa eſt; parilique tremiſcere motu:
Graniferumque agmen ſubjectis ſpargere in arvis.
Creſcere quod ſubito, & majus majuſque videri,
Ac ſe tollere humo: rectoque adſiſtere trunco;
Et maciem numerumque pedum, nigrumque colorem
Ponere; & humanam membris inducere formam.
Somnus abit. damno vigilans mea viſa; querorque
In Superis opis eſſe nihil. at in aedibus ingens

Mur-

En ea colla rotat, noviſque late
Bacchatur ſpatiis, viamque replet.

Et Martial. lib. VII. 19.

Miſto lagenam replet ad pedes vino. Heins.

Sic & Silius XI. 337.

Polluta hoſpitia ac tabo repleta cruento.

Lucan. III. 630.

Ad ſummos repleta foros.

Et lib. IV. 747. ex MSS.

Undique repletis clauſerunt montibus agmen.

Ubi *completis* ediderunt. Burmann.

630. *Pavido mihi membra timore Horruerant.*] Sic omnes libri ſcripti. & rectè. Qui pro *Timore*, *Pudore* legunt, errant. lib. X. 423.

——— *Gelidos nutricis in artus,*
Oſſaque, ſenſit enim, penetrat tremor, albaque toto
Vertice canicies rigidis ſtetit hirta capillis.

Virgilius II. Aen. 774.

Steteruntque comae, & vox faucibus haeſit. Ciof.

Vide ad lib. II. 66. *tremore* Cantab. Oxon. & quidam alii. *pavore* unus Medic. *cruore* Leid.

631. *Horruerant.*] *Horruerunt* Gronov. *torpuerant* Palat. *obruerant* tres. deinde, *rigentque comae* Voſſ.

634. *Corpora.*] *Pectora* Mediceus. vid. lib. VI. 489. & X. 368.

636. *Et rami totidem.*] Rectius in quibuſdam: *Et ramos totidem.* Nauger. *Ramos* omnino legendum cum uno meo, uno Mediceo, & Gryphiana editione. atque ita Naugeriani codices. Heins. Oxonienſis addebat:

Et totidem pro formicis animalia ramis.

637. *Pariterque tremiſcere motu.*] Scribe, *parilique motu.* quae vox Naſoni noſtro in deliciis. libro V. 478.

——— *parilique irata colonos*
Ruricolaſque boves leto dedit.

Libro VII. 305.

Arte ſuum parili revireſcere poſſe parentem.

Lib. VIII. 569.

Quoſque alios parili fuerat dignatus honore.

Et mox 631.

Sed pia Baucis anus, parilique aetate Philemon.

Libro XIV. 29.

Optantemque eadem parilique cupidine captam.

Libro X. 115.

——— *parilique ex aere nitebant*
Auribus è geminis circum cava tempora baccae.

Qui locus vulgo mendoſiſſimus circumfertur. *noctes pariles diebus* apud Lucretium I. lib. 1066. & *parili ratione* II. 374. *Conſimili ſpecie ſtellas parilique nitore* dixit Cicero in Arateis. ſic & *diſparile* apud eundem Tullium alioſque ſcriptores occurrit. Heinsius.

637. *Tremiſcere motu.*] In uno meo, *Tremeſcere*, per *e* in ſecunda ſyllaba. Ciofan.

639. *Creſcere quòd ſubito.*] In eodem meo, *Creſcere dein ſubito.* In Caeleſt. *Dehinc ſubito.* Idem.

639. *Majus majuſque videtur.*] *Videri* meliores magno numero, quos inter Florentinus S. Marci, qui etiam, *deſubito.* quomodo & Urbin. uterque Erfurt. prim. Pal. prim. Vatican. prim. Gronov. Oxon. & octo alii. Vide Nonium in *Deſubito*, qui monet Ciceronem quoque eâ voce uſum. Aruſianus Meſſius antiquus Grammaticus apud me ineditus, *deſubito cum praepoſitione.* Terent. Heaut. *Bolum mihi tamquam ereptum tam deſubito ex faucibus.* at tertius Medic. prim. Moreti, prim. Baſ. prim. Hamburg. & decem alii, *dehinc ſubito.* quod placet. Scribe,

Creſcere dehinc ſubito, & majus majuſque videri.

Ut apud Statium:

Dehinc ſociare choros, caſtisque accedere ſacris.

Niſi mavis, *Creſcere dein ſubito.* qua voce Catullus non ſemel uſus eſt. Silius libro XV. 741.

Murmur erat: vocesque hominum exaudire videbar,
Jam mihi desuetas. dum suspicor has quoque somni;
Ecce venit Telamon properus: foribusque reclusis,
Speque fideque, pater, dixit, majora videbis.
Egredere. egredior; qualesque in imagine somni
Visus eram vidisse viros; ex ordine tales
Adspicio, agnoscoque. adeunt; regemque salutant.
Vota Jovi solvo, populisque recentibus urbem
Partior, & vacuos priscis cultoribus agros;
Myrmidonasque voco: nec origine nomina fraudo.
Corpora vidisti. mores, quos ante gerebant,
Nunc quoque habent; parcumque genus, patiensque laborum,
Quaesitique tenax, & qui quaesita reservent.
Hi te ad bella, pares annis animisque, sequentur;
Cum primum, qui te feliciter attulit, Eurus
(Eurus enim attulerat) fuerit mutatus in Austros.

FAB.

Celsus ceu primâ reflorescente juventâ
Ibat consul ovans, major majorque videri.
HEINSIUS.

640. *Assistere.*] *Insistere* Barberin. & Medic.

644. *In superis opis esse nihil. at in aedibus ingens.*] Hunc versum temerè mutarunt quidam, putantes *nihil* ultimam syllabam productam non habere. Mutatio haec erat. Ubi est *At*, reposuerunt *sed*; contra omnium librorum fidem. Usus est etiam *nihil* eodem modo lib. III. De Ponto I. 113.

Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela.

Et Terentius in Eunucho IV. IX. 21. *Satis credo. nihil est Thaide hac, frater, tua dignius.* Ita hunc locum legit ex fide veterum librorum doctissimus vir, M. A. Muretus in suis eruditis frugiferisque Scholiis, quae in Comicum anno abhinc duodevigesimo edidit. Ubi etiam illud, quod diximus esse in III. De Ponto carmen citat. CIOFANUS. Ciofanus, ex omnium librorum fide, contendit legendum esse, *nihil*; *at in aedibus.* quod & MSS. mei agnoscunt. FARNAB. *Sed in* sec. Palat. & quatuor alii; *in moenibus* tres. *at moenibus* decem. vid. supr. ad lib. II. 743.

648. *Venit Telamon properus.*] In illo Fulvii Ursini, *properans rex.* In uno meo, *properè*, adverbium. CIOFAN. Vid. ad lib. III. Amor. VI. 2.

647. *Somni. Ecce venit.*] Duo Pall. aliique complures, concinnius. nec invenuste Lovaniensis & alter Twisdenius, *Ecce meus.* ut τὸ *venit* subintelligatur. sed nec male unus Ambros. *dum suspicor has quoque somnum.* HEINS. Sic Heinsius in Vellej. II. 117. reponebat: *Ecce è Germania epistolae.*

649. *Qualesque in imagine somni.*] Praecessit jam bis vox eadem, quare si libri addicerent, lubentius crederem Ovidium hic scripsisse, *in imagine noctis*; sed mutasse librarios in notiorem vocem. sic lib. IX. 423.

Tacitae quid vult sibi noctis imago.

Et ita *nocturna imago* III. Amor. 5. & alibi. BURM.

651. *Aspicio, noscoque.*] Ita vetustiores magnâ ex parte. nisi quod prim. Pal. *noscique.* Cantabrig. sec. Palat. prim. Gronov. Arond. multique praeterea. *nos mox adeunt.* prim. tert. Medic. ac alii decem, *nos hiique adeunt.* alii aliter. Scribo, *aspicio agnoscoque.* lib. XI. 686.

—— *vidi, agnovique, manumque*
Ad discedentem, cupiens retinere, tetendi.
HEINSIUS.

654. *Myrmidonasque voco.*] Ἀπὸ τῶν μυρμήκων, hoc est, formicis. A formicis quidem Myrmidonas appellatos fuisse ait poëta, ut qui fabulae adstipuletur. Strabo autem scribit Aeginenses Myrmidonas dictos, non ut in fabulis canitur, quòd magna invalescente pestilentia formicae Aeaco precante in homines versae fuerint, sed quia formicarum more terram fodientes ad petras eam apportarent, ut agri colendi materiam haberent, ac fossas incolerent, ne latericiam facere atque aedificare cogerentur. REGIUS. Eadem ferè in Commentariis Pindari ode tertia Nemeorum ℣s. 21. ex Theogene quodam citantur. Hesiodus autem, ut in iisdem Commentariis citatur, fabulae meminit in hunc modum:

Ἠδ' ὑποκυσαμένη τέκεν Αἴακον ἱππιοχάρμην.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἥβης πολυηράτου ἵκετο μέτρον,
Μοῦνος ἐὼν ἤσχαλλε, πατὴρ ἀνδρῶντε θεῶντε
Ὅσσοι ἔσαν μύρμηκες ἐπηράτου ἔνδοθι νήσου,
Τοὺς ἀνδρας ποίησε, βαθυζώνους τε γυναῖκας.
Οἳ δήτοι πρῶτον ζεῦξαν νέας ἀμφιελίσσας, &c.

MICYL-

Fab. XXVII. Argumentum.

Cephalus ab Aurora immutatur.

[a] *Cephalus de donis refert invicem Aeaco de Procride conjuge, & cur, aut unde telum gereret.* [b] *Cum in monte Hymetto Atticae regionis venaretur,* [c] *ab Aurora ob speciem raptus est. quem* [d] *ut comperit Procridis prioris conjugis amore implicatum* [e] *à se velle* [f] *diverti,* [g] *fecit ut mutata specie* [h] *remissus Cephalus Athenas contenderet, & eam pollicitis muneribusque tentaret, an pudicitiam puram posset servare. Pluribus itaque rebus ad usum feminarum comparatis, quibus capi posset, fallacia* [i] *mentem Procridis elicuit. Quod ut illa comperit; à marito se esse deceptam, pudore exterrita, ut conspectum ejus vitaret, altis se recondidit saltibus.* [k] *Cephalus autem amoris impatientia, cum ejus absentiam ferre non posset, precibus impetravit, ut ad se rediret: reversaque canem ei dedit velocissimum, & jaculum inevitabile, quod numquam frustra jaceretur.*

Talibus

Micyllus. Vid. Serv. ad Virg. II. Aeneid. 7. & IV. 401. Schol. Stat. ad lib. VII. 310. dicit, *Aeaci socios ex formicis armatos exstitisse.* Arnobius lib. IV. Jovem in formiculam parvulam versum, ex Clitoris filia Myrmidonem Thessalum genuisse notat. Fabulam explicat Tzetz. Chiliad. VII. pag. 126. & ad Lycophr. vers. 176. Burm.

654. *Nomina fraudo.*] *Fallo* Sprotii & Vossian. *frango* Thuan.

655. *Vidisti.*] *Vidistis* sec. Palat. & duo alii. sic supr. 519. & 520. cum dixisset *vos*, deinde 527. *requiris* in singulari addit.

655. *Gerebant.*] *Regebant* Florent. S. Marci.

656. *Parcum genus est.*] Melius sex scripti, *parcumque genus.* pro *quod reservet* Florent. S. Marci, *qui reservent.* Heinsius. Vid. ad lib. I. 162.

660. *Austros.*] *Austrum* Gronov. & sex alii. *Austro* Cantab. & Vossian.

[a] *Cephalus de donis.*] Haec est lectio MS. ut & Venetae ac Micyllianae. sed eam cum non intelligeret Raenerius, satius duxit ita rescribere, *Cephalus refert invicem Aeaco de donis à Procride conjuge acceptis.* lege tu, *Cephalus Deïonis*, Sc. filius. Est elegans helleniſmus, quem per imperitiam auctori huic ereptam aliquoties restituere necesse habuimus. Vide quae annotavi ad Fab. 13. lib. VI. Muncker. *Cephalus rogatus à Phoco filio Aeaci de telo, quod manu tenebat, unde acceperit, narrat, quod cum aliquando in monte* Colon.

[b] *Cum in.*] *Cum enim Cephalus in* Raener. Heinſ.

[c] *Ab aurora.*] *Visus ab aurora, ob speciem suam captus fuit, quem dea ut comperit conjugis sui Procridis* Colon.

[d] *Ut comperit.*] *Ut comperit Dea* omnes editi. ut & *implicitum.*

[e] *A se velle.*] *Et vellet* Colon.

[f] *Diverti.*] *Divertere* Colon. Raener. Heinſ.

[g] *Fecit.*] *Divertere, ei à se dimisso suspicionem ingessit, quod Procris fidem conjugii non bene servarit. figura ergo sibi à dea immutata Athenas non cognoscendus tendit, ut conjugis pudicitiam pertentaret, quam cum innumeris promissionibus tandem coëgisset dubitare, malam exclamans, vultum detexit. Illa deceptam se sentiens, & prae pudore maritum deserens in sylvam profugit, & Dianae studiis arctius inhaesit, à qua certum munus accepit, canem scilicet cursu invictum, & jaculum sine ullo errore consequens quidquid eo peteretur* Colon.

[h] *Remissus.*] *Remissus Cephalus* omnes editi.

[i] *Mentem.*] *Mentem Procridis* Raener.

[k] *Cephalus autem.*] Haec de suo addidit Raenerius. Certe nec in MS. nec in antiquitus excusis comparent. Muncker. Editi olim hic continuant argumentum fabulae XXIX. *hic cum assidue.* Colonienſis Editio ita exhibet sequentia argumenta ad finem libri: *Tandem cum amissae conjugis amorem Cephalus ferre non posset, orare veniam, & se peccasse in tentando fidem salvae conjugis fateri non desiit, adeo ut cupitam eandem reduceret, cum qua postea diu dulciter admodum vixit. Dona autem, quae à Diana acceperat, jaculum scilicet & canem, marito suo velut pro redintegratione amoris contulit. Ex quibus canis quidem cum post feram missus, mira eam velocitate prosequeretur, nec fera tardior urgentem effugeret, volentibus diis cursu ambos invictos esse, in marmoris effigiem transformavit, jaculi autem multo gravior fuit eventus. Nam cum post receptam conjugem Cephalus solito venandi studio insisteret, & ex consuetudine, postquam feras insequendo fessus esset, vallium umbras & frigus peteret, ibi*

Auram

TAlibus atque aliis longum ſermonibus illi
Implevere diem. lucis pars ultima menſae
Eſt data, nox ſomnis. jubar aureus extulerat Sol:
Flabat adhuc Eurus; redituraque vela tenebat.
Ad Cephalum Pallante fati, cui grandior aëtas,
Ad regem Cephalus, ſimul & Pallante creati
Conveniunt. ſed adhuc regem ſopor altus habebat.
Excipit Aeacides illos in limine Phocus:

Nam

Auram orare coepit, ut ſe recreatum adveniret, ſaepiuſque invocare. Qua aliquis voce deceptus, & credidit, & ad Procrin pertulit Cephalum amicae ſuae amoribus in ſaltibus oblectari. Quod ut ocius agnoſceret ſylvas petens ſeſe occuluit, & Cephalum more ſuo Auram compellare audiens, jam pellicem credens, gemitus inter frutices edere coepit. At Cephalus feram arbitrans, nimis certum eo vibrans jaculum, charae conjugis pectus transfixit, miſſumque inſecutus ſemianimem reperit uxorem. Tandem nominis errorem cognovit, & fruſtra eam moribundam edocuit.

661. *Implevere.*] *Detinuere* ex Palatino Gebhardus 1. Crepund. 9. ſed vide ad lib. 1. 683. *implicuere* unus Ambroſ.

662. *Lucis pars optima menſae Eſt data.*] MSS. Codices, *pars ultima*, hoc eſt ſuprema tempeſtas: mane quidem optima diei pars eſt, hinc dictum à Macrobio in 1. Saturn. cap. ult. *Reſervandus ergo eſt Virgilius noſter ad meliorem partem diei, ut mane novum inſpiciendo per ordinem carmini deſtinemus.* Et de aurora ab Heſiodo Εργ. 178. ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν. Niſi dici voluerimus *optimam*, id eſt, maximam cadentis jam diei partem convivio datam. ut *bona pars procerum* pro *magna*. Nam & Planudes *plurimum diei* interpretatur. ut intelligas, quinam ei codices obtigerint. noſtra tamen emendatio mihi caſtior ſemper viſa. Mariang. Accurs. in Diatribis. In uno Vatic. & eodem meo, & Urſini, *Lucis pars ultima.* Ciofanus. *Pars ultima* prim. & ſec. Palat. Calandr. duo Regii, aliique ſeptem. bene. nam prandia vetuſtiori aevo prorſus ignota. Heinsius. Mallem, *cetera*: ita enim paſſim Naſo loqui amat. ſic lib. XII. 580. *nox eſt data cetera ſomno.* & lib. XIII. 302.

Primaque ſunt illi data tempora cetera vobis.

Et XIX. 152.

Sacra tulere ſuam, pars eſt data cetera menſis.

Scheppervs apud Tan. Fab. lib. II. Ep. 71. *Maxima* etiam Ambroſianus, & alter. Gruter. III. Suſpic. 4. *Pars extima.* ſed hoc vocabulum ab Ovidio profectum non credimus. *Ultima* rectum eſt. Ut etiam corrigebat Petrus Viola de Veteri Novaque Roman. temporum ratione. pag. 186. Tom. VIII. Theſaur. Antiq. Romanarum. Ita Epiſt. XIX. 14.

Diluitur poſito ſerior hora mero.

Silius XVI. 225.

Suadendi modus hic, quodque eſt de parte diei
Exacti ſuper, ad menſas & pocula vertunt.

Eadem varietas infr. X. 672. *Pars ultima curſus Reſtabat.* Ubi *pars optima* unus Moreti. Similiter & II. Faſt. 570.

Ultima placandis manibus illa dies.

Ubi MSS. habent, *optima*: & ibidem ℣s. 635.

Suadet placidos nox ultima ſomnos.

Ubi vid. Heinſ. Burm.

663. *Jubar aureus.*] *Niveum jubar* duo libri. *clarum jubar* unus Palat. *clarus jubar* Moret. *attulerat* Regius & Leidenſis unus.

665. *Ad Cephalum.*] *Cephaelon* unus Heinſii, & Thyſii. ita & ſupr. 493.

667. *Altus.*] *Artus* unus Heinſii.

669. *Fraterque viros ad bella legebant.*] In eodem meo, *ad bella movebant.* In altero & duobus Vatic. Briantii, & Caeleſt. *Ad bella parabant.* Ciofanus. In plurimis veterum, *movebant, monebant, parabant, regebant.* in aliis, *gerebant, vocabant, premebant.* Fruſtra. hinc *delectus* ſeu *dilectus militum.* in uno tamen Palatino, pro diversâ lectione, *ciebant.* non male. Heinsius. *Legebant* non movendum. Virgil. VIII. 547.

Quorum de numero, qui ſeſe in bella ſequantur
Praeſtantes virtute legit.

Claud. Bell. Getic. 401.

Et bello quaeſivit opes, legitque precantes
Auxilium.

Spartian. Carac. cap. VI. *Legi etiam validos ad militiam praecepit, eos autem qui legerat occidi.* Juſtin. XIII. 1. *quos Philippus, mox Alexander tanta cura legerat.* & ita *vir virum legere*, & ſimilia paſſim obvia. Burm.

670. *Pul-*

Nam Telamon, fraterque, viros ad bella legebant.
Phocus in interius ſpatium pulchroſque receſſus
Cecropidas ducit: cum quîs ſimul ipſe reſedit,
Adſpicit Aeoliden ignotà ex arbore factum
Ferre manu jaculum; cujus fuit aurea cuſpis.
Pauca prius mediis ſermonibus ille locutus,
Sum nemorum ſtudioſus, ait, caedisque ferinae:
Quà tamen è ſilvà teneas haſtile reciſum,

Jam-

670. *Pulchroſque receſſus.*] *Puroſque* MSS. Berſmanni. in uno Gronovii erat, *pleroſque.* ſub qua voce forte alia latet.

671. *Cum quis ſimul ipſe reſedit.*] Ita diſtingue. *ſimul* pro *ſimulac.* de quo Faſt. IV. ℣s. 496. *ducit* pro *duxit* meliores. Heins.

672. *Adſpicit Eioniden.*] Lege, ut veteres habent libri. *Adſpicit Aeoliden.* Ciofan. *Eioniden* legunt viri eruditi. ut & lib. VI. 681.

E quibus Eionides Cephalus te conjuge felix,
Procri, fuit.

Deionei filium Cephalum facit Callimachus hymno in Dianam, Apollodorus, Antoninus Liberalis, Palaephatus, Tzetzes Chiliad. fab. XX. Euſtathius in Homerum. Hyginus fab. CLX. Mercurii ex Creuſa Erechthei filia natum ait. ſic & fab. CXCVIII. Niſum Deionei filium facit, & fab CCLXX. *Pandionis filium.* quod ipſum quoque pro *Deionei* mendoſum, vel *Deionis.* Scholiaſtes Euripidis ad Hippolytum vſ. 455. Κέφαλος εἷς ἦν τῶν ἐξ Ἐνδουμίωνος ſatis perplexe. ſed legendum, τῶν ἐξ Δηιώνεος, vel Δηίονος. Nam Apollodoro Δηΐων non Δηιώνευς dicitur, ut & Antonino Liberali, atque Hygino. Hunc Phocidi imperaſſe idem Apollodorus teſtatur. Apud Hyginum fab. XLVIII. male Cephalus *Deionei filius* dicitur, pro *Deioni.* quomodo bene fab. CCXLI. & CCLXXIII. apud eundem exſtat. Callimacho eſt Κέφαλος Δηϊονιδης. Apud Apoſtolium paroemia, Τελαμωσία ἀλώπηξ, Cephalus Δήϊονος υἱὸς occurrit pro Δηΐονος. corrupte etiam. Fuerunt itaque, ut jam monui, viri inſignes, qui pro *Aeolides*, *Eionides* ſcribendum cenſerent: *Eioneus* enim & *Deioneus* iidem. Tzetzes Chiliad. IX. Hiſtor. CCLXXIII.

Γ'ξίων ὁ Φλεγύου παῖς, ὢν Λαπιθῶν ἐκ γένους,
Ἔσχε πρὸς γάμον σύνευνον Δῆαν Δηϊονέως
Ἄ'λλοις Ηϊόνεως δὲ, παρεγραφῆς τοῦ δέλτα.

Quomodo *Thamyris* idem qui *Amyris* eſt. Apud Suidam certe, Zenobium, Diogenianum & Apoſtolium in paroemiis modo Ἄμυρις μαίνεται, modo Θάμυρις μαίνεται occurrit. Et ſane diſcrimen nominis Euſtathius quoque notavit ad Iliados B. verſ. 595. Sic apud Dictyn Cretenſem libr. II. 45. opinor ſcribi debere: *Per idem tempus Rheſus Deioneo genitus, haud alienus à Priami amicitia*, nam in vetuſto Codice, quem poſſideo, *Rheſus Deioneo genitus*, vulgo, *de Eroneo.* Homero Ῥῆσος παῖς Ηιονῆος, unde Mercerus, *Eione genitus.* Ceterum mihi lectio vulgata non videtur ſollicitanda in hoc Naſonis loco. Apud Apollodorum enim Deioneus, vel Deion, inter liberos Aeoli recenſetur cum Cretheo, Siſypho, Athamante, Salmoneo, Magnete & Periere. Scholiaſtes quoque Homeri in Odyſſ. Α. Τυρὼ ἦλθε παρὰ Δϊωνέα τὸν θεῖον, ὁ δὲ καταχὼν αὐτὴν εἰς Θεσσαλίαν δίδωσι Κρηθεῖ τῷ ἀδελφῷ; ubi Cretheum & Deioneum fratres habes. Cretheum autem Aeoli fuiſſe filium ex priſcae hiſtoriae ſcriptoribus ſatis liquet. Alius eſt Deioneus apud Plutarchum in Theſeo, Euryti regis Oechaliae filius, Ioles frater; qui Perigunen Sinidis latronis filiam à Theſeo compreſſam duxit uxorem. *Miletus* quoque *Deionides* Noſtro dicitur Metam. libro X. 442. Mercurii vero filium à nonnullis habitum Cephalum ex Hygino & Apollodoro jam patet. Quare ſollicitanda non eſt lectio apud Noſtrum lib. II. Artis Amatoriae 725.

Ecce redit ſilvis Cephalus Cyllenia proles.

Apollodorus matrem ei Herſen quoque aſſignat. Quam à Mercurio adamatam fuiſſe, vel ex Noſtro manifeſtum eſt, qui libro II. Metamorph. ſub finem hos amores copioſe enarrat. Heinsius. De Cephalo Deïonei filio vide & Parrhaſ. ad Claud. libro de Rapt. II. 19. & Leopard. Emendat. l. VII. 23.

672. *Ignota ex arbore.*] *Ignara* prim. Ambroſ. prim. Moreti, ſec. Palat. & quatuor alii. ſic Tacitus ſaepe pro ignota. Vide Triſt. III. Eleg. VIII. Gellius quoque lib. IX. cap. 12. notat *ignarum* dici, tam qui ignoratur, quam qui ignorat. ſic & apud Virgilium Eclog. VI. Vaticanus codex literis uncialibus ſcriptus:

Rara per ignaros errent animalia montes.

Ubi plura à me dicentur. Apulejus Metam. VIII. *baculo, quem gerebat, obverberans, per obliquam ignaramque me ducebat viam.* ita ſcripti & prima editio. non *gravemque.* idque jam Pricaeum illic loci occupaſſe animadverto, qui conſulendus pag. 385. Heinsius.

673. *Aurea cuſpis.*] Niſi pro aurata capiamus; ut Cupidinis telum erat lib. I. 470. mallem hic, *aenea:* nam aureae cuſpidis haſta non valuiſſet in feras. Burm.

Jamdudum dubito: certè, ſi fraxinus eſſet,
Fulva colore foret: ſi cornus; nodus ineſſet,
Unde ſit ignoro: ſed non formoſius iſto
Viderunt oculi telum jaculabile noſtri.
Excipit Actaeis è fratribus alter: &, Uſum
Majorem ſpecie mirabere, dixit, in iſto.
Conſequitur, quodcumque petit: Fortunaque miſſum
Non regit; & revolat, nullo referente, cruentum.
Tum verò juvenis Nereïus omnia quaerit:
Cur ſit, & unde datum; quis tanti muneris auctor?
Quae petit, ille refert, ſed, quae narrare pudori eſt,
Quâ tulerit mercede, ſilet: tactusque dolore
Conjugis amiſſae, lacrimis ita fatur obortis:
Hoc me, nate Deâ, (quis poſſit credere?) telum

Flere

674. *Ille locutus.*] *Ante* multi: puto, *inde.* HEINSIUS.

680. *Jaculabile.*] *Jactabile* Neapol. ſec. Medic. & MS. Berſmanni.

681. *E fratribus.*] *De fratribus* Voſſian.

683. *Conſequitur quodcumque petit, &c.*] Si vera ſunt, quae apud Plinium libr. XXIV. leguntur, non omnino fabuloſum Cephali hoc eſſe jaculum potuit, ſed ex aquifolia confectum. ita enim ſcribit, *Eaculum ex aquifolia factum, in quodvis animal miſſum, etiam ſi citra reciderit, defectu mittentis, ipſum per ſe recubitu propius allabi. eam praecipuam naturam ineſſe arbori.* Haec ille in quibus non *baculum*, ſed *jaculum* emendandum crediderim. MARIANG. ACCURS. in Diatribis.

684. *Revolat.*] Haec citat Lutat. ad Stat. VI. Theb. 938.

685. *Juvenis Nereïus.*] Phocus Nerei nepos. nam Aeacus eum ex Pſamathe Nerei filia ſuſtulit. REGIUS. Reliquos autem duos, Peleum & Telamonem ex Endeide Chironis, vel ut apud Pauſaniam II. 29. legitur, Cironis filia. MICYLL. Apollodor. lib. III. ex Pſamathe Nerei filia natum ait. Pauſanias lib. II. 29. ex Thetidis ſorore. fuerit ergo Pſamathe ſoror Thetidis. Schol. Pindar. ad od. Olymp. VIII. 39. ex Pſamathe etiam Nereide natum, & à fratribus, quaſi nothus eſſet, occiſum narrat. Vid. & Anton Liber. cap. XXXVIII. & hinc Arnob. lib. IV. pag. 145. dicit, *Nereidem arſiſſe in Aeacum*, ubi Canterus ſimilem ex Clemente Alex. locum profert. Phoci autem filii fuere Criſſus & Panopeus. ex Criſſo Strophius, cujus filius Pylades, qui *Phoceus* paſſim à Noſtro dicitur. alia Pſamathe fuit Crotopi filia, mater Lini, de qua vide Lutat. ad Stat. I. Theb. 570. & VI. 69. & Pauſan. lib. I. cap. 43. & II. cap. 19. Phocus diverſus à Noſtro Ornytionis ſive Neptuni filius, Pauſaniae II. cap. 4. & alibi memoratus. Item Phocus Caenei filius, de quo inter argonautas ad Valer. Flacc. agemus. BURM.

687. *Et cetera nota pudore.*] Ordo eſt & ſenſus, ſilet ac reticet Cephalus ob pudorem cetera, quae nota erant, qua mercede illud jaculum ab uxore acceperit. Neque enim refert Cephalus ſe ob pulchritudinem ſuam ab uxore accepiſſe. REGIUS. Vel potius ſic: ille refert quae petit, ſcilicet Phocus, de jaculo & unde datum ſit, & cetera nota; ſed qua mercede idem acceperit, id verò pudore tacet. MICYLLUS. Mihi non ſatisfecit, nec ego tamen me explico. illud enim *nota*, & illud *mercede*, cum poſtea omnia narret, merito lectorem morantur; ſed in omnibus nimis ſollicitum eſſe vitio datur. ideoque ad alios libros deſcendimus. GLAREANUS. *Pudori* in nonnullis vetuſtioribus. alii:

Quae patitur pudor, ille refert: & cetera narrat.

Vel, *& cetera differt.* nonnulli utrumque verſum agnoſcunt. at Florentinus S. Marci,

Quae petit ille refert, ceterum narrare pudori.

ſcripſerat, puto, Noſter:

Quae petit ille, refert, ſed, quae narrare pudori eſt,
Qua tulerit mercede, ſilet.

Scriptum fuerat, *cae* pro *quae*, ex quo & *narra* procuderunt *cetera.* hic fons erroris. Vulgatâ lectione nihil inſulſius. mox, *Poſſit credere* caſtigatiores. HEINSIUS. Forte:

Qua patitur pudor, ille refert; & cetera narrans
Qua tulerit mercede, ſilet.

689. *Conjugis amiſſae.*] *Avulſae* Mediceus unus. Triſt. I. III.

Non potes avelli, ſimul ah, ſimul ibimus inquit. BURMANN.

689. *Lacrymis ita fatur obortis.*] Libri omnes ſcripti, *Lacrimis*, per *I* noſtrum, & hic, & ubique. Vide, quae de hac ſcriptura dixi libro primo. CIOFANUS.

694. *Si*

Flere facit, facietque diu, ſi vivere nobis
Fata diu dederint. hoc me cum conjuge carâ
Perdidit. hoc utinam caruiſſem munere ſemper!
Procris erat (ſi forte magis pervenit ad aures
Orithyïa tuas) raptae ſoror Orithyïae.
Si faciem moresque velis conferre duarum
Dignior ipſa rapi. pater hanc mihi junxit Erechtheus:
Hanc mihi junxit Amor. felix dicebar, eramque:
(Non ita Dîs viſum eſt) ac nunc quoque forſitan eſſem.
Alter agebatur poſt ſacra jugalia menſis;
Cum me, cornigeris tendentem retia cervis,
Vertice de ſummo ſemper florentis Hymetti
Lutea mane videt pulſis Aurora tenebris:
Invitumque rapit. liceat mihi vera referre

Pace

694. *Si fortè magis pervenit ad aures, Orithyïa, tuas.*] Ita infrà lib. IX. 8. *Nomine ſiqua tuo tandem pervenit ad aures, Deïanira, tuas.* Et 137. *Cum fama loquax pervenit ad aures, Deïanira, tuas.* CIOFAN.

695. *Magnae ſoror Orithyïae.*] In Vaticanis, & Dominic. *Raptae ſoror Orithyïae.* quod non diſplicet. Vide extremo lib. VI. CIOFANUS. *Raptae ſoror* vetuſtiores plerique. Propertius lib. II. Eleg. XXVI.

Crudelem & Borean rapta Orythyïa negavit.

& lib. III. Eleg. VI.

Infelix Borea raptae memor Orythyïae.

Noſter Amor. lib. I. Eleg. VI.

Si ſatis es raptae Borea memor Orythyïae.

Stat. Theb. XII. 630.

—— *raptae qui conſcius Orythyïae*
Celavit Geticos ripis Iliſſos amores.

In primo Gronovii, & Bernegger. pro diverſa lectione, *Spartae.* quod prim. Medic. & tert. & Spirenſis, & Noricus, alii duo quoque agnoſcunt. quod non intelligo, niſi *ſpretae* reponas, à me videlicet. nam in uno erat *Sptae.* in priore Erfurtano, *parvae.* ſed τὸ *raptae* ſequentia confirmant. mox, *Dignior ipſa rapi* ex melioribus. HEINSIUS.

696. *Velis.*] *Velim* unus Leidenſis & unus Thuani.

697. *Junxit Erechteus.*] De patre Procridis accurate agit, & in Ovidii hanc fabulam inquirit Meurſius de Regn. Att. lib. II. cap. 13.

698. *Hanc mihi junxit amor.*] *Amor* in Urbinati erat repoſitum, veteri lectione penitus deleta. Forte, *Hanc mihi junxit Hymen.* HEINS.

699. *Et nunc quoque forſitan eſſem.*] *At* plerique vetuſtiores. *haut* Florent. S. Marci, Thuan. & alii duo. *ac* tres. *ut* ſec. Mediceus. Forte:

—— *quin nunc quoque forſitan eſſem.*

HEINSIUS.

700. *Alter agebatur poſt ſacra jugalia menſis.*] *Agebatur*: id eſt ingrediebatur, incipiebat. Haec eſt propria ejus verbi vis. Ovidius Epiſtola XVII.

Septima nox agitur, ſpatium mihi longius anno.

Livius lib. XLII. *Tertius & viceſimus annus agebatur, ex quo petenti Philippo data pax erat.* Terentius in Hecyra: *Tum poſtquam ad te venit, menſis hic agitur ſeptimus.* CIOFANUS.

700. *Poſt ſacra.*] *Acta* Urbin. Neapol. ſec. Medic. Scribe, *poſt pacta jugalia.* ſponſalia intelligit. quae *pactum* ſaepe vocantur. Apulejus lib. IV. Met. *Votis nuptialibus, pacto jugali deſtinatus, tabulis etiam maritus nuncupatus.* Noſter lib. XIV. 36.

—— *unoque duas ulciſcere pacto.*

Sic & ibi videtur ſcribendum. Statius Theb. VIII. 629.

Dum mea neſcio quo ſpondentur foedera pacto.

Idem lib. III. 171.

—— *nec te connubia coelo*
Pacta, nec hae quicquam lacrymae, furibunde, morantur.

Ita emendandum. nam in membranis multis, *Facta*, in libris vulgatis, *Feſta.* in Achilleide II. 354.

—— *quid enim illicitis genialia rumpi*
Pacta dolis?

Quomodo ſcribendum. In multis veterum, *Quid enim genialia foedera rumpi Pacta dolis.* Vulgati, *capta.* ſic apud Silium lib. XVII. 79. inſulſe vulgo circumfertur, *facta hoſpita ſervet*, pro *pacta. connubia coelo pacta, pactos Hymenaeos* Virgilius dixiſſet. hinc & *pactae* pro ſponſis Vellejus Paterculus lib. I. cap. 1. de Oreſte, *qui ſe à Pyrrho Achillis filio virtute vindicavit, quod pactae ejus Hermiones nuptias occupaverat.* Statius Theb. VIII. 554.

Pactus Agenoream primis Atys ibat in armis
Iſmenen.

Noſter lib. XIV. 451. *pactaque furit pro conjuge Turnus. pacta virgo* Valerio Flacco. HEINS. Vid. Heinſ.

Pace Deae, quod ſit roſeo ſpectabilis ore,
Quod teneat lucis, teneat confinia noctis,
Nectareis quod alatur aquis; ego Procrin amabam:
Pectore Procris erat, Procris mihi ſemper in ore.
Sacra tori, coïtusque novos, thalamosque recentes,
Primaque deſerti referebam foedera lecti.
Mota Dea eſt: &, Siſte tuas, ingrate, querelas;
Procrin habe, dixit. quod ſi mea provida mens eſt;
Non habuiſſe voles. meque illi irata remiſit.
Dum redeo, mecumque Deae memorata retracto,
Eſſe metus coepit, ne jura jugalia conjux
Non bene ſervaſſet. faciesque aetasque jubebant
Credere adulterium: prohibebant credere mores.
Sed tamen abfueram: ſed & haec erat, unde redibam,
Criminis exemplum: ſed cuncta timemus amantes.
Quaerere, quo doleam, ſtudeo; donisque pudicam
Sollicitare fidem. favet huic Aurora timori:
Immutatque meam (videor ſenſiſſe) figuram.

Palla-

ad Vell. Paterc. II. 65. & ad Ovid. Ep. XX. 18. *poſt feſta* hic etiam codex Strozzae. *nonus agebatur* etiam Moreti unus.

703. *Lutea.*] *Aurea* Lovan. ſed *Lutea* Virgilio etiam VII. Aeneid. 26. Juliano in Catal. Pith. pag. 166. Noſtro lib. IV. Faſt. 714. & aliis dicitur. *Tenebris aurora fugatis* Sprotii codex, quod repetitum ex lib. II. 144.

705. *Roſeo ſpectabilis ore.*] Sequitur mox, *in ore.* quare parum abfuit, quin Voſſiani codicis ſcripturam amplecterer, *roſeo auro.* ita mox lib. VIII. 26. *ore, aere, & auro* confuderunt librarii. de *auro* vide Heinſ. ad Val. Flac. II. 58. BURM

707. *Aquis.*] *Equis* duo Leidenſ. & unus Gronov.

709. *Coituſque.*] *Coetuſque* Medic. *cultuſque* ſec. Medic.

710. *Referebam.*] *Referam quoque* plurimi. *referam cur* unus Med. Heinſius volebat, *referam quo?*

711. *Ingrate.*] *Ignare* Bononienſis. eleganter. ſcilicet morum uxoris tuae: ita apud Stat. III. Silv. III. 186. *Ad manes ignare furis*, ubi *ingrate* etiam alii. & V. Silv. ult. 75. *heu munera noſtra Ridebas ignarus adhuc.* ubi ſimiliter MS. *ingratus.* VIII. 487.

Ignaro cui tunc Thebana bipennis
In galeam librata venit. Id eſt, non exſpectanti. HEINSIUS.

712. *Quod ſi mea.*] *Quae ſi* Junian. Heinſius malebat:

Quam, ſi mihi provida mens eſt,
Non habuiſſe voles.

715. *Eſſe metus coepit.*] *Ecce metus coepit* ex quatuor ſcriptis. & praecedenti verſu, *Ut redeo*, pro *Dum.* HEINS. *Dum remeo* MSS. Berſmanni.

216. *Jubebant.*] *Jubebat* plurimi ut & Berſmanni codices.

719. *Criminis.*] *Ominis* unus Heinſii.

719. *Sed cuncta timemus amantes.*] Epiſt. I. 12. *Res eſt ſolliciti plena timoris amor.* CIOF.

720. *Quaerere, quod doleam, ſtatuo.*] *Quid doleam* multi veteres. ut lib. X. 413. unus, *quae.* tres, *quo. & ſtudeo* Cantabrig. prim. Baſil. quart. Medic. prim. Erfurt. & duodecim alii. HEINS. Sic lib. I. 757. *Quodque magis doleas* ex Cantabrig. & lib. VI. 130. *doluit ſucceſſus flava virago* ex MSS. ita, *quod*, vel *quo gaudere* lib. XII. 607. Sic *moerere* cum utroque caſu poni vidimus ad Quinctil. III. Inſt. 6. & ſupr. lib. I. 664. Sulp. Sever. I. Hiſt. Sacr. 44. *Achab Nabuthei mortem doluiſſe refertur.* BURMANN.

720. *Quaerere.*] Aliter narratur haec fabula ab Antonio Liberali. Κέφαλος, inquit, ὁ Δηίονος ἔγημεν, &c. *Cephalus Deionis filius Procrin Erechthei filiam in Thorico Atticae duxit. Erat is Cephalus juvenis forma & fortitudine excellens, cujus pulchritudine mota Aurora eum rapuit, ſibique maritum adſcivit. Tum igitur Cephalus Procrin tentavit, an matrimonii fidem & illa ſervatura eſſet. Venatum aliquando ſe ire ſimulat, ad Procrin autem mittit ſervum ignotum; qui magnam auri vim ferens, hoc ei à peregrino quodam ipſius amore capto, dari ait, ſi ſui copiam faceret. Procris renuit, ſed cum duplum mitteretur, conſentit. Cephalus ubi eam domum ingredi animadvertit, jamque ad ſe, quem alium*

Palladias ineo, non cognoſcendus, Athenas:
Ingrediorque domum. culpâ domus ipſa carebat;
Caſtaque ſigna dabat; dominoque erat anxia rapto.
Vix aditu per mille dolos ad Erechtida facto;
Ut vidi, obſtupui: meditataque pene reliqui
Tentamenta fide: male me, quin vera faterer,
Continui; male quin, ut oportuit, oſcula ferrem.
Triſtis erat: ſed nulla tamen formoſior illâ
Eſſe poteſt triſti; deſiderioque calebat
Conjugis abrepti. tu collige, qualis in illâ,
Phoce, decor fuerit; quam ſic dolor ipſe decebat.
Quid referam, quoties tentamina noſtra pudici
Repulerint mores? quoties, Ego, dixerit, uni
Servor, ubicumque eſt: uni mea gaudia ſervo?
Cui non iſta fide ſatis experientia ſano
Magna foret? non ſum contentus; & in mea pugno
Vulnera; dum cenſus dare me pro nocte paciſcor.
Muneraque augendo tandem dubitare coëgi.

Excla-

alium putabat, accumbere, facem ardentem inſert, facinuſque ejus arguit. 41. fab. Tzetzes I. Chil. 20. narrat deprehenſam à Cephalo cum Pteleonte juvene, à quo acceperat auream coronam. Hyginus fab. 189. Farn.

723. *Palladiaſque ineo non cognoſcendus.*] Lib. vet. *Palladias*, ſine *que.* Ciofanus. *Palladiaſque intro* Ambroſ. vid. ad Epiſt. IV. 67. *non agnoſcendus* Medic. & Palatin.

725. *Anxia rapto.*] *Tardo* Mediceus. non male. nam raptum eſſe ignorabat Procris, ſed quia ceſſabat anxia erat.

726. *Aditus factus.*] Cicero act. II. lib. II. in Verr. *Itaque majoribus noſtris in Africam ex hac provincia gradus imperii factus eſt.* Ciofanus. *Aditu facto* Florent S. Marci, Bernegg. & unus Medic. probe. ita ſaepe peccatum. Val. Flaccus lib. I. initio:

——— *versâ proles tua pandet Idume*
(*Namque poteſt*) *Solymo nigrantem pulvere fratrem.*

Sic ſcribendum, vel *pandat. verſam Idumen* editiones nunc circumferunt, unde variae conjecturae promanarunt. nec diſſimile mendum ejuſdem Flacci codices inſedit libro V. ỳs. 95.

——— *atque ea vix dum*
Viſa viris: atrâ nox protinus abſtulit umbrâ.

Sthenelum videlicet. *atram umbram* vulgati; fruſtra. Heinsius.

727. *Ut vidi, obſtupui.*] Forte, *ut ſtupui.* conſule quae notamus ad Epiſt. Medeae. vſ. 33. Idem.

730. *Formoſior.*] Vid. Steph. Schediaſ. V. 7.

731. *Deſiderioque calebat Conjugis erepti.*] Plerique veteres lib. habent, *Deſiderioque calebat Conjugis arrepti.* Atque ita Regius. Ciof. pro *dolebat, Calebat* eleganter ſcripti majori ex parte. & mox, *Conjugis abrepti*, pro *erepti.* Silius lib. III. *abripitur divulſa marito.* apud Noſtrum libro X. 160. *Abripit Iliaden* libri optimi. Val. Flac. lib. IV. 143.

——— *ut dictis perſtantem cernit in iſdem.*
Abripit, & ſociis, quae ſint ea promere cogit.

Hoc eſt, ſecum abducit. libro I. 153.

Non juvenem in caſus eademque pericula Acaſtum
Abripiam?

Propertius lib. II. Eleg. VIII.

Ille etiam abreptâ deſertus conjuge Achilles.

Apulejus Met. III. *E mediis capillis meis capillos jam abſconditos abripuit.* non *arripuit.* Heins.

737. *Cui non iſta fide ſatis experientia ſano.*] In Vatican. & uno meo, *Cui non iſta ſatis fidei.* Ciof. *Fide* pro *fidei*, Archaiſmus. A. Gellius IX. 14.

Libra die ſomnique pares ubi fecerat horas.

Virg. I. Georg. vid. lib. III. 341. Farnab. *Iſta fides* Cantabr. Leidenſis & quatuor alii.

739. *Dare me promitto, loquendo, Muneraque augendo.*] Unus Vatican. & Caeleſt. *Dare me pro nocte loquendo.* Alius & unus meus, *pro nocte paciſcor.* Judicent qui pollent ingenio & judicio, quî ſit legendum. *Paciſci pro nocte*, alibi quoque dixit:

Parcite, formoſae, pretium pro nocte paciſci;
Non habet eventus ſordida praeda bonos. Ciof.

Pro nocte loquendo plurimi veteres. *pro nocte paciſcor* Mureti excerpta, & decem aut duodecim ex

Exclamo: Male tectus ego en, male pactus adulter
Verus eram conjux: me, perfida, teste teneris.
Illa nihil: tacito tantummodo victa pudore
Insidiosa malo cum conjuge limina fugit:
Offensâque mei genus omne perosa virorum
Montibus errabat, studiis operata Dianae.
Tum mihi deserto violentior ignis ad ossa
Pervenit: orabam veniam; & peccasse fatebar.
Et potuisse datis simili succumbere culpae
Me quoque muneribus; si munera tanta darentur.
Hoc mihi confesso, laesum prius ulta pudorem,
Redditur, & dulces concorditer exigit annos.
Dat mihi praeterea, tamquam se parva dedisset
Dona, canem munus: quem cum sua traderet illi
Cynthia, Currendo superabit, dixerat, omnes.
Dat simul & jaculum; manibus quod (cernis) habemus.

Muneris

nostris. quod secutus sum. Noster in Amoribus lib. 1. Eleg. 10.

Parcite, formosae, pretium pro nocte pacisci.

pro nocte spopondi sec. Palat. tert. *ferendo* unus Moreti, *pro nocte locando.* forte, *locanda.* sic Amor. 1. 10. *sola locat noctem. dare me pacisci*, pro *daturum me pacisci.* Apulejus 11. Metam. *qui mecum jamdudum grandi praemio pepigit, reducere paulisper ab inferis spiritum.* sed & *noctem pacisci* apud eundem lib. x. *grandi denique pretio cum altore meo depacta est nocte unius concubitum.* Heins.

741. *Exclamo, mala: pectora detego: fictus adulter.*] Ita in uno meo. In altero & Caelest. *Pactus adulter.* sic in Capran. in cujus ora hae duae aliae varietates notatae sunt, *Exc. mala pactus ego, male p. a.* Vel, *exc. male pacta nego, male p. ad.* In Briantii: *Exc. mala pectora*, &c. ut in Vat. cujus est haec lectio, *Exclamo: mea pectora detego: tectus adulter.* In alio, & in uno Fulvii Ursini, *Exclamo: male pacta nego male pactus adulter.* Qui versus est omnium optimus. Sed alii duo libri Vatic. eum habent collocatum post illum: *Exclamo: mala pectora detego, &c.* In uno Maffei, *Exclamo, male pactus ego, male fictus adulter.* In altero: *Exclamo, male fictor adest, male fictus adulter.* Ego non audeo in tanta varietate meum judicium interponere. Fortasse, si huic Nostro licuisset, hunc emendasset versum. Non est profecto illes se dignus. Licet mihi non displiceat ille: *Exclamo; male pacta nego: male pactus adulter.* Ciof. Mira lectionum diversitas in hoc versu. Spirensis cum vulgatis facit, nisi quod in eo, *pacta nego.* Vetustiores alii plerique:

Exclamo, male fictor adest, male fictus adulter.

aut etiam, *ego fictus.* vel,

Exclamo, mala pectora detego, pactus adulter.

Vel,

Exclamo, male pacta ego sum, male pactus adulter.

Vel,

Exclamo, mea pacta nego.

Longe plura sunt, quae proferri poterant. sed taedet hisce sordibus chartam inquinare. Puto scribendum:

Exclamo, Male tectus ego en, male pactus adulter.

Nisi malis,

Exclamo me fassus, Ego en male pactus (vel *tectus*) *adulter,*
Verus eram conjux.

quod verum est. Scriptum fuerat, *Exclamo me pactus*, pro *me fassus.* vox utraque alibi etiam, praesertim in Fastis, apud nostrum nonnunquam confunditur. libro VIII. Met. 453. *Fassaque me flammasque meas.* Heins. Ego mallem:

Male tectus ego, male fictus adulter
Verus eram conjux.

Vis istius particulae *male* est, ut se jam doleat tectum fuisse & damno hoc ei esse, quod tam bene se texerit, ut uxorem ad adulterium deduxerit. sic centies *male* apud Nostrum & alios. Burm.

746. *Operata Dianae.*] In duobus Vatic. *Operosa.* Ciofanus. *Studiisque operata*, pr. Moreti. *operosa* quatuor.

751. *Haec mihi confesso.*] *Hoc* cum melioribus. Heinsius.

752. *Concorditer.*] Plaut. in Curcul. *Sanè illi inter se congruunt concorditer.* Ennius: *Alternum feritote diem concorditer ambo.* Ciof.

752. *Exi-*

Muneris alterius quae ſit fortuna requiris?
Accipe. mirandi novitate movebere facti.

Fab. XXVIII. Argumentum.

Canis & vulpes in ſaxum.

[a] *Thebani, Naiadibus Nymphiſque futura praedicentibus, Themidis Deae, obſcura dantis reſponſa, templum everterunt. Indignata Dea* [b] *feram immiſit, quae pecora & agreſtes vexabat. Ad quam opprimendam cum reliqua Graeciae juventute convenit Cephalus, cum jaculo & Laelape cane, à Procride accepto. Qui cum miſſus vulpem perſequeretur, eſſetque Cephalus telum conjecturus, utrumque adſpexit in ſaxum commutatum.*

760 CArmina Laïades non intellecta priorum
Solverat ingeniis; & praecipitata jacebat,

Imme-

752. *Exigit.*] *Egimus* plurimi. ita in Ennii verbis ex lib. I. Ann. apud Chariſium lib. II. pag. 177. Heinſius legebat, *Aeternum exigitote diem concorditer ambo.*

753. *Dat mihi praeterea, tanquam ſi parva dediſſet Dona, canem munus.*] De hoc cane lege quae ſcripſimus in primae Collectan. Hecatoſtys. cap. 22. Cons. Fanens. Repone ex Florentino S. Marci, Spirenſi, Bernegger. & tribus aliis, *tanquam ſe parva dediſſet Dona.* tanquam ſe ipſam parvum dediſſet munus. Elegantiſſime. *tanquam ſi* minus elegans, quod tamen bis terve apud A. Gellium occurrit. ut libro II. cap. 6. & libro IV. cap. 10. Heinsius.

754. *Quem cum ſua traderet illi Cynthia.*] Atqui Minoëm Procridi tam canem, quam jaculum tradidiſſe ait Antoninus Liberalis ſub finem Metamorphoſeon, & Tzetzes Chiliad. I. XX. De Cane id ipſum adfirmant, Pollux Ononomaſtici lib. V. cap. 5. Hyginus Poëtic. Aſtron. lib. II. Scholiaſtes Germanici Caeſaris. Servius ad vſ. 448. lib. VI. Æn. ab Aurora Cephalum cane hoc velociſſimo & duobus haſtilibus, quae vitari non poſſent, fuiſſe donatum aſſeverat. Sed Pauſanias lib. IX. Boeot. cum Ovidio conſentit. Pollux hunc Canem à Vulcano ex aere Moneſio fabricatum, atque animâ inditâ Jovi fuiſſe donatum narrat. quem Jupiter Europae, Europa Minoi dono dederit, Minos Procridi. Servius ad vſ. 218. lib. I. Georgic. *Hunc Canem alii Icari putant patris Erigonae, qui mortem patris filiae nunciavit. Alii hunc eſſe à Jove datum cuſtodem Europae, quem nulla fera potuit effugere, quique à vulpe quondam liberaverit Thebas.* Sic locus ille legendus. Paria habes de hoc cane Europae appoſitè apud Scholiaſtem Germanici in Sirio. Vid. & Heracl. de Incredibil. cap. 30. Heins.

756. *Dat ſimul & jaculum.*] Hinc Πρόκριδος ἀκόντια in proverbium abierunt. vide Apoſtolium. Idem.

766. *Manibus.*] And. Naugerius edidit, *Quod nos, ut cernis, habemus.* Farn. Scripti plerique, *manibus quod cernis habemus.* vel, *quod cernis habere.* Scribe, *manibus quod cernis haberi.* vel, quod malo, *manibus quod (cernis) habemus.* ut in illo Maronis VI. 760.

Ille (vides) purâ juvenis qui nititur haſtâ
Proxima ſorte tenet lucis loca.

Vidit jam veram lectionem Gronovius Obſervat. lib. IV. cap. XVIII. qui illic adeundus. Heins.

758. *Accipe mirandum.*] Scribe vel invitis libris:

Accipe: mirandi novitate movebere facti.

Niſi *monſtri* malis cum Arondeliano. ſic *mirabile monſtrum* lib. V. Fs. 258. ubi Notae noſtrae videantur. Idem.

[a] *Thebani.*] Nec hoc argumentum in MS. vel Vett. Edd. invenitur. Immo κατὰ πόδα à Raenerio deſcriptum eſt è Regianis commentariis. Muncker.

[b] *Feram.*] *Feram vulpem* Raener. Heinſ.

759. *Carmina Naïades.*] Ita veteres omnes libri. Jacobus tamen Taurellus legit, *Carmina Laïades.* Ciofan. Haec nihili ſunt. Conatus tamen eſt locum illuſtrare Janus Parrhaſius Epiſt. Quaeſt. XXXVIII. Quae enim iſtae *Naïades* fatidicae? pro *Solvunt.* prim. Gronov. prim. Ambroſ. Arond. & aliter Erfurt. *Solverat.* unde veram lectionem ſum ſubodoratus. Florentinus S. Marci & Spirenſis, *ſolvitur.* In tertio Mediceo aliiſque nonnullis vox *Naïades* in litura cubabat. tres quatuorve, *Naïadum.* Lege minimâ mutatione:

Carmina Laïades non intellecta priorum
Solverat ingeniis.

De

Immemor ambagum, vates obſcura, ſuarum.
Scilicet alma Themis non talia linquit inulta.
Protinus Aoniis immittitur altera Thebis
Peſtis; & exitio multi pecorumque ſuoque
Rurigenae pavere feram. vicina juventus
Venimus; & latos indagine cinximus agros.
Illa levi velox ſuperabat retia ſaltu:
Summaque tranſibat poſitarum lina plagarum.
Copula detrahitur canibus, quas illa ſequentes
Effugit, & volucri non ſegnius alite ludit.

Poſcor

De Oedipo Laji filio agitur. ſequentia diſtinctione ſunt juvanda, ut vates illa obſcura, quae jacebat praecipitata, non ſit Themis, ut in vulgatis libris, ſed Sphinx. quare, *non talia linquit inulta* cum melioribus reponendum, pro *nec talia liquit. infandam* vatem vocat Sphingem Oedipus apud Senecam Ÿs. 92. ex optimis membranis Florentinis:

Nec Sphinga caecis verba nectentem modis
Fugi: cruentos peſtis infandae tuli
Ictus.

Ubi codex *vatis infandae* habet. Omnia jam plana ſunt & perſpicua. Inciderat tamen antiquus quoque auctor argumentorum, in haſce fabulas editorum, in mendoſos codices; ut errorem de Naïadibus inveteratum eſſe appareat. de *Laïade* aliquid hic loci viſus eſt deprehendiſſe Jacobus Taurellus, teſte Ciofano. ſed quid ille vellet, bonus Ciofanus non intellexit. Et mihi Taurelli ſcriptorum videre nihil contigit. Sphinges Latini *Spinturnices*, & *Spinturnicia* appellabant, uti ad Solinum monuit Salmaſius. eas Graeci ac Latini perperam alatas deſcribebant, aliter Ægyptii, & recte: Sphinges enim Cercopithecorum genus. Heins.

760. *Solvunt ingeniis.*] In meo antiquiore eſt, *Solverat.* Rectius. Ciofanus.

762. *Scilicet alma Themis.*] A Baccho vulpem fuiſſe immiſſam Pauſanias lib. ix. Boeot. aſſeverat. Vulpes autem Teumeſia haec Palaephato, Apollodoro paroemia Τευμησία ἀλώπηξ καὶ κύων, Etymologici auctori, Suidae, Straboni, Stephano de Urbibus, Pauſaniae, Tzetzae Chiliad. Hiſt. xx. aliiſque dicitur. Ex horum tamen numero Τελμησία ἀλώπηξ, vel τελμισία nonnullis dicitur. ſed minus bene. Ceterum vulpem hanc Thebanis immiſſam fuiſſe à Diis, quod Cadmaeos ejeciſſent ex Thebaicis Chreſtodemus, narrat Apollodorus. Heins.

763. *Protinus Aoniis immiſſa eſt bellua Thebis.*] Lege quae de hac vulpe ibidem diximus, & in cane Hyginus recitavit. Constant. Fanens. In quibuſdam vett. *Peſtia.* Vide quae collegi ex Germanico in Obſervat. in lib. iv. Faſtorum. Ciofanus. *Immittitur bellua* manu prima Neapol. & uterque Hamburgenſis, & Berneggerianus. *immittitur altera* Florentinus S. Marci & Spirenſis. mox pro *pecorique ſibique*, idem, *pecorumque ſuumque.* alii aliter. at Cantabrig. prim. Gronov. ſec. Med. Spir. & complures praeterea, *pecorumque ſuoque.* quod verum eſt. niſi malis cum duobus, *pecoriſque ſuoque.* quo multi ex vetuſtioribus alludunt, atque eos inter prim. Palat. in quibus, *pecorique ſuoque. multi* etiam pro *multis* Zulichemianus, & *Rurigenae* caſtigatiores pro *Ruricolae.* Scribe,

Protinus Aoniis immittitur altera Thebis
Peſtis: & exitio multi pecorumque ſuoque
Rurigenae pavere feram.

De vera hujus loci ſcriptura opportune me monuit vir in reſtituendis veterum ſcriptorum depravatis locis feliciſſimi ſucceſſus, noſter Gronovius, cum in prima editione, *immittitur altera, pecorumque ſuoque*, & *rurigenae* exprimendum curaſſem. *peſtis*, ut lib. xi. *peſtis Nemeaea* pro leone Nemeaeo. ita enim libri nonnulli veteres illo loco. Neque aliter paſſim principes poëtae. Heins.

764. *Ceſſit & exitio multis pecoriſque ſibique.*] Sic in veteribus multis. ſed fortaſſe rectius quod in quibuſdam, *Ceſſit & exitio multis, pecorumque ſuumque*, ut ſit multis pecorum & ſuum: quam lectionem & Planudes agnoſcit, ſic hoc carmen interpretatus, καὶ πολλοῖς εἰς ὄλεθρον προβάτων καὶ χείρων γέγονεν, quod vero ſequitur, *ruricolae*, in nonnullis, *rurigenae.* Planudes *indigenae*, qui ſic interpretatur. ἐδείσαν δὲ καὶ οἱ ἐπαγενεῖς τὸ πήριον quod fortaſſe ſit rectius: ſequitur enim, *vicina juventus.* Naugerius. Narrat Ant. Liberalis fab. ult. rapuiſſe pueros Cadmaeorum: eique puerum trigeſimo quoque die expoſitum, quem illa ablatum devorabat, ὡς ἐπ' ὀλέθρῳ τραφεὶη Θηβάιων. Pauſ. Boeotic. Farnab.

764. *Pecorique ſibique.*] Ita in eodem meo & Briant. In altero, *Pecorique ſuique.* In aliis aliquot, *Pecorumque ſuumque.* Ciof.

768. *Pe-*

Poſcor & ipſe meum conſenſu Laelapa magno.
Muneris hoc nomen. jamdudum vincula pugnat
Exuere ipſe ſibi, colloque morantia tendit.
Vix bene miſſus erat, nec jam poteramus, ubi eſſet,
Scire. pedum calidus veſtigia pulvis habebat;
Ipſe oculis ereptus erat. non ocior illo
Haſta, nec excuſſae contorto verbere glandes,
Nec Gortyniaco calamus levis exit ab arcu.
Collis apex medii ſubjectis imminet arvis:
Tollor eò, capioque novi ſpectacula curſûs:

Quo

768. *Poſitarum lina plagarum.*] *Pictarum* non male Baſileenſis primae notae. Ep. Oenon. ℣s. 19.

Retia ſaepe comes maculis diſtincta tetendi.

Senecae Hypol. 46. *Picta rubenti linea pinna* dicitur. Hanc *formidinem* etiam appellabant, quae variis plumarum coloribus diſtinguebatur. videndi Gratius & Nemeſianus in Cynegetico. hinc Noſtro in Remedio Amoris 203. *varia formido* dicitur. Ennodio in Epiſtolis, *mentita pennarum formido diſcoloribus fucis.* eadem & *metus* Latinis, & φόβος Graecis. ſed de his accurate ad Gratium doctiſſimus Vlitius noſter. Heinsius. *Poſitarum* retineri poſſet. vid. ad lib. I. Art. 45.

769. *Copula detrahitur canibus, quos illa frequentes Effugit, & caetum non ſegnior alite ludit.*] Alter horum verſuum à quibuſdam corripitur, ne pauca notaſſe videantur. Neque enim *effudit*, ut fingitur. Sed *effugit* legitur. Prior autem depravatus nihil corrigitur. Nam *ſequentes*, ut eſt in vetuſto exemplari, non *frequentes* ſenſus expoſcit. Regius. Hoc verbo *Copula*, utitur quoque hic Noſter in eadem ſignificatione lib. v. Triſtium IX. 27.

Utque canem pavidae natum veſtigia cervae
Latrantem fruſtra copula dura tenet.

In qua quidem ſignificatione apud alium auctorem Latinum reperiri non puto: id eſt, pro funiculo illo, quo venatores in ducendis ad venationem canibus utuntur. Apud Corn. Nepotem, ita enim cum eruditis viris vocare placet, in Datame cap. III. invenitur pro quolibet vinculo: cujus haec ſunt: *Ornavit etiam torque, & armillis aureis, ceteroque regio cultu: ipſe agreſti duplici amiculo circumdatus, hirtaque tunica, gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam, ſiniſtra copulam, qua vinctum ante ſe Thyum agebat, ut ſi feram beſtiam captam duceret.* Rurſum, quam hoc loco *Copulam* dixit, ſequenti libro 332. vocavit *Vincula.*

Vincula pars adimunt canibus.

Lege vero, auctoritate vet. librorum, *illa ſequentes.* Ciofan. *Diſtrahitur* pr. Palatin. ut raptam impetu canum ſignificet. quod mox *exuere vincula* dicit. *Quas* prim. Ambroſianus. Vide Notas lib. III. vſ. 140. Heins.

770. *Et coetum non ſegnior alite ludit.*] In uno meo, *& volucri non ſequius alite.* quomodo primus Gronovii & Sixius pro diverſa lectione. Scribe, *& coetum non ſecius alite ludit.* In Norico, *ſequior* à manu prima. Adi quae notamus lib. II. ℣s. 809. Idem. Ego hic *ſegnius* retinui auctoritate duorum codicum. reliqui *ſegnior*, etiam bene.

773. *Exuere ipſe ſibi.*] *Excutere* unus Baſil. Mediceus & Lovanienſis. ut mox 777. *exutae* pro *excuſſae* in Thuaneo codice erat. ita & inf. IX. 52. eadem eſt varietas: *Exuit amplexus.* Ubi alii codices, *excutit.* Valer. Flac. II. 398.

Thalamos excuſſaque vincla quod auſae
Induere. Burm.

775. *Pedum calidus veſtigia pulvis habebat.*] Puto, *obibat.* Vide Notas lib. I. verſ. 552. Heins.

776. *Ipſe oculis ereptus erat.*] Sic Ariadna ad Theſeum: *Jamque oculis ereptus eras.* Ciof.

776. *Non ocyor illo Haſta.*] Libri ſcripti omnes, *ocior*, per *i* noſtrum. Idque è Romana conſuetudine. Ciof.

777. *Nec exutae contorto verbere glandes.*] Melius è Palatinis Gruterus, *nec excuſſae contorto verbere glandes.* Dan. Heinsius. *Nec excuſſae* prim. Vatican. Cantabrig. aliique plurimi. quod placet. Lucanus libro III. 710. appoſite:

Lygdamus excuſſa balearis tortor habenae
Glande petens ſolido fregit cava tempora plumbo.

Ita ſcribe ex veterrimis libris. non *excuſſae.* Livius Hiſt. libro XXVII. apud Priſcianum: *Ne fluxa habena volutetur in jactu glans, ſed librata cum ſederit, velut nervo miſſa excutiatur.* ſic *glande fundis excuſſa* apud Ammianum quoque lib. XXXI. 7. & *fundae amento excuſſo.* ibid. cap. 15. ſic *haſta manu excuſſa*, & *cupiens excuti haſta* Senecae in Phoeniſſis, quae vulgo Thebaïs. ibidem 468.

Quaeſo trementem jamque cupientem excuti
Haſtam ſolo defige.

arundo, quam Cydon excuſſit manu Hercule Oetaeo. 820. Prudentius Hamartig.

Quo modo deprendi, modo se subducere ab ipso
Vulnere visa fera est. nec limite callida recto,
In spatiumve fugit; sed decipit ora sequentis:
Et redit in gyrum, ne sit suus impetus hosti.
Imminet hic, sequiturque parem: similisque tenenti
Non tenet, & vacuos exercet in aëra morsus.
Ad jaculi vertebar opem: quod dextera librat
Dum mea; dum digitos amentis indere tento;
Lumina deflexi, revocataque rursus eodem
Retuleram, medio (mirum!) duo marmora campo
Adspicio; fugere hoc, illud latrare putares.
Scilicet invictos ambo certamine cursûs
Esse Deus voluit; si quis Deus adfuit illis.

FAB.

——— *magis est medicata sagitta,*
Quam jacit umbrosi dominatio lubrica mundi,
Eludens excussa oculos.

Silius libro VII. 655.

——— *sed totam pectoris iram*
Mandat atrox hastae, telumque volatile nodo
Excutit.

Tacitus Annalium lib. II. 20. *Funditores libratoresque excutere tela, & praeturbare hostem jubere.* at primus Moreti, *exsitae.* alii, *exustae, exussae, haesurae, exitae.* Unde *excitae* videbatur scribendum. quomodo Rottendorpianus & duo alii. ut infra lib. VIII. 338. *Hinc aper excitus*, & lib. XI. 384. *conjux excita tumultu.* apud Lucanum lib. I. 239. *stratis excita juventus. expulsae* alter Erfurt. pro *ocyor hastâ* malim, *ocyus.* ut ad *τὸ exit* referatur. HEINSIUS.

779. *Collis.*] Collem hunc *Teumessum* intelligi puto. Hinc enim & *Teumessia* vulpes haec ab autoribus dicitur. Pausan. in Descriptione Boeotiae lib. IX. 19. Ἐπὶ ταύτῃ τῇ λεωφόρῳ, inquit, χωρίον ἐστὶ Τευμησσός. Εὐρωπὴν δὲ ὑπὸ Διὸς κρυφθῆναί φασιν ἐνταῦθα. ἕτερος δὲ ἐς ἀλώπεκα ἐπίκλησιν Τευμησσίαν, λόγος ἐστί. ὡς ἐκ μηνίματος Διονύσου τὸ θηρίον ἐπ' ὀλέθρῳ τραφθείη Θηβαίων καὶ ὡς ὑπὸ τοῦ κυνὸς, ὃν Προκρίδι τῇ Ἐρεχθέως ἔδωκεν Ἄρτεμις ἁλίσκεσθαι μέλλουσα, αὕτη τε λιθος ἐγένετο ἡ ἀλώπηξ καὶ ὁ κυὼν οὗτος. Vides hic omnia consentire his, quae ab Ovidio de vulpe dicuntur, praeterquam quòd irâ non Themidis, sed Dionysii, immissam illam Thebano agro Pausanias tradit. MICYLLUS. Vide Antonin. Liberal. cap. ult.

779. *Apex medius.*] *Medii* veteres plerique. pro *Tollor in hunc*, Florent. S. Marci. prim. Vatican. prim. Gronov. prior Erfurt. & sex aut septem alii, *Tollor eo.* quod praestat. sic apud Horatium lib. III. Od. I.

——— *sed timor & minae*
Scandunt eodem, quo dominus. HEINS.

Vide ad Epist. XVIII. 205. *Mediis* Editio Bersmanni, qui tamen *medii* probat. *Medio* etiam Heinsius olim volebat. Vide mox 790. *Sublatis arvis* ejusdem codices.

781. *Quo modo deprendi.*] *Quae* Cantabr. & Arondel. Puto, *Quom.* nulla fere mutatione, pro *Cum*, vel, *Qua*, unde, ex quo loco. HEINSIUS. *Et modo* duo libri. confer cum his lib. I. 535. & de Ceto Manil. 425. *Intentans morsum similis jam jamque tenentis*, quae forte hinc sumsit.

783. *In spatiumque.*] *Spatiumve* Urbinas codex. *In spatioque* Mediceus unus. Vid. ad lib. II. 197.

783. *Sed decipit.*] *Sic decipit* Cantabr. & alius. *sequentum* Gronov.

786. *Et vanos exercet in aëre morsus.*] Alii, *vanos motus.* &, *in aëra* meliores. *vacuos motus* prim. Gronov. prim. Moreti, & tres alii. prior Erfurt. Neap. aliique complures, *vacuos morsus.* ut apud Statium Theb. II. de Leone 680. *vacuis ferit aëra malis.* & Val. Flac. lib. III. 589.

Frangit & absentem vacuis sub dentibus hostem.

Ammianus lib. XXIX. cap. 4. *Ubi tanquam leo, ob cervum amissum vel capream, morsus vacuos concrepans.* HEINSIUS. Eadem diversitas apud Claudian. II. in Eutrop. 431.

Vanos scopulis illidit hiatus.

Ubi *vacuos* prior Moreti. plura ad Valerium Fl. dabimus. in *aëra* ut supr. 379.

788. *Digitos amentis addere.*] Pervetustus codex, *indere.* Quod omnino magis placet MARIANG. ACCURS. in Diatribis. *Indere* prim. Palat. prim. Strozz. Oxon. alter Hamburg. & pro diversa lectione prim. Vatic. probe. quod etiam in veterrimo codice invenerat Mariangelus Accursius. De *addendi* tamen verbo vide quae notat erudite Gronovius ad Senecae Herc. Fur. 1237. HEINS. *Indere* praetuli, ut

Fab. XXIX. Argumentum.

Procris pro fera occisa.

[a] *Hic cum adsiduè Dianae studio feras persequeretur, & ambigua vox* [b] *refrigerantis Cephali ad eam esset perlata, qui ex nimio aestu auram saepius invocaret, non immemor pristini amoris, dum virgultis se recondit, ut specularetur, an effet aliqua aura nomine, cujus ille cupiditate impulsus à se alienaretur, Cephalus procul speculatus vehementius moveri virgulta, dum latere feram existimat eo loco reconditam, jaculo emisso, conjugem imprudens interfecit.* [c] *Fertur autem* [d] *id telum cum cane ab eadem conjuge Procride Cephalo tributum, cujus vim ob iram Aurorae, similiter ut ferae ab eo percussae, maximo cum luctu viri experta est.*

Hacte-

ut lib. XII. 321. dixit, *inserit amento digitos. flectere* pr. Bonon. & unus Leidens. *vertere*, alius. *amentum digitis tendere* dixit Senec. Hippol. 812.

788. *Deflexi.*] *Reflexi* Basil. *Dum flexi*, Leid. & Lovan. Burm.

790. *Medio campo.*] *Campi* unus Patavinus. ut Fast. III. 219.

Ut medium campi scissis tenuere capillis.

Ceterum in plurimis veterum, *& medio.* Forte *en medio.* Heins. Ita lib. VI. 325.

Ecce lacus medio.

Virgil. IX. 230.

Castrorum & campi medio.

Sic alibi variant codices, *orbe in medio, vel orbis.* Vid. lib. X. 167. XII. 39. & ad lib. I. Art. 113. Burmannus.

791. *Fugere hoc, illud.*] *Fugere illud, hoc* quart. Medic. Puto,

—— *fugere illud, at hoc latrare putares.*

Heinsius.

792. *Invictos ambos.*] *Ambo* Florent. S. Marci, sec. Medic. Neap. Berneggerianus. ἀρχαϊκῶς. neque aliter prima Aldi editio. Virgil. Eclog. VI. 18.

—— *nam saepe senex spe carminis ambo*
Luserat.

Ubi vide quae adnotamus. Georg. IV. 88.

Verum ubi ductores acie revocaveris ambo.

Sic castigatiores libri utroque loco. quod pluribus exemplis adstruit Charisius. Heinsius. Vid. I. Met. 327.

Hoc argumentum ita finxit Raenerius. *Cephalus cum Dianae studio feras assidue persequeretur, saepeque ex nimio aestu refrigerari cupiens, auram invocaret, nymphum aliquis arbitratus vocari, Procridi ejus uxori indicavit. At illa in virgultis se recondidit, ut specularetur an esset aliqua Aura nomine, cujus ille cupiditate impulsus à se alienaretur. Cephalus procul speculatus moveri virgulta, dum latere feram existimat eo loco, reconditam jaculo emisso conjugem imprudens interfecit. Itaque teli, quod marito dederat Procris, ob iram Aurorae, vim maximo cum ipsius viri luctu experta est.*

[a] *Hic cum assidue.*] Ita MSS. & Vett. Edd. quae hoc argumentum annectunt fab. XXVI. Muncker.

[b] *Refrigerantis Cephali.*] Ἴσως, *refrigerari cupientis Cephali.* Idem.

[c] *Fertur autem id telum cum cane, &c.*] Sic malui cum Micyll. quam *& telum* cum Venetâ. Ceterum telum illud ut & canem Laelapem acceperat à Minoë Procris, quod sanasset eum morbo laborantem sanequam monstroso. Nam, ut cap. 41. narrat Antoninus Liberalis, ὁ Μίνως ἔφεις καὶ σκορπίους καὶ σκολοπένδρας εὑρεσκεν, καὶ ἀπέθνησκον αἱ γυναῖκες, ὅσαις ἐμίγνυτο. Sic rectè eum locum ordinabat Salmasius. Sed τὸ εὕρεσκεν cum non valde placere mihi, quod nimis Ionicum videretur, nuper scripsissem, regessit Vir Cl. neminem debere offendi eâ voce, cum ipse complura Ionismi vestigia in hoc deprehenderit scriptore. In hunc ei censum venit cap. 32. Πολυδῶρης pro Πολυδώρας. Sed quis dixit ei Πολυδώρη esse Ionicum? Ionissat ergo etiam Apollodorus lib. III. cap. 12. Καὶ γίνεται θυγάτηρ αὐτῷ Πολυδώρη. Ego Atticum potius dixerim. Etym. magni auctor Col. 32. Ed. Sylburg. Αἶθρα τὸ κοινὸν. καὶ Ἀττικὸν, αἴθρη. Remanserint ista & id genus alia ex Ionismo in Atticâ linguâ. Una enim Attica olim & Ionica dialectus, ut inter alios notavit & Eustathius ad Dionys. pag. 109. Ed. Steph. Pro ἔφασε, quod etiam cap. 32. legitur, & Doricum facit Vir Cl. omnino legendum ἔφασκε. Parthen. Erot. cap. 4. Ἡ δὲ συνιέναι μὲν ἔφασκεν εἰς τὸ παρόν. Aelian. Multifar. Histor. lib. VI. cap. 4. Οὐ δὲ ἔφασκεν ἄξεσθαι. Lucrtius in Aristotel. pag. 311. Ed. Casaub. Τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκεν εὑρηκέναι πυροὺς καὶ νόμους. Schol. Hom. in Odyss. M. ψ. 70. Οἱ δὲ ἔφασκεν χρῆναι αὐτόν. Adde his, quae adduxi ad Anton. pag. 256. Tamen δωριάζει interdum Antoninus. Quomodo hoc probas, vir doctissime? quia ἔφασαν dicit. Nempe hanc ab ἔφασα vis esse tertiam personam pluralem. Ergo ego, quem tam contemptim praetextatorum magistrum appellas, conjugare te magnum doctorem docebo? S. Ἔφην, ἔφης, ἔφη. D. Ἔφατον, ἐφάτην. P. Ἔφαμεν, ἔφατε, ἔφασαν.

HActenus: & tacuit. Jaculo quod crimen in ipso?
Phocus ait. jaculi sic crimina reddidit ille.
Gaudia principium nostri sint, Phoce, doloris.
Illa prius referam. juvat ô meminisse beati
Temporis, Aeacida, quo primos rite per annos
Conjuge eram felix; felix erat illa marito.
Mutua cura duos, & amor socialis habebat.
Nec Jovis illa meo thalamos praeferret amori:
Nec me quae caperet, non si Venus ipsa veniret,
Ulla erat. aequales urebant pectora flammae.
Sole ferè radiis feriente cacumina primis,

Ve-

σαν. Sed in Ioniſmo Liberali aſſerendo felicius rem geris. Cap. 39. γενέων legitur pro γενῶν. Falſum hoc. Γονέων ſcribere voluiſti. Habetur enim ibi, γονέων οὐκ ἐπιφανῶν, *parentibus obſcuris natum.* Jam declinare neſcis, ut qui ignores, quod vel praetextati mei norunt, tertiam contractorum in genitivo plurali non pati contractionem. At cap. 41. γονέας pro γονεῖς. Falſum; nec vola, nec veſtigium comparet. Κουρὰν, quod Ionicè pro κορὰν eſſe dictum vis, utique ibi reperitur, ἐξαλλάξασα τὴν ἐσθῆτα, καὶ τὴν κουρὰν τῆς κεφαλῆς εἰς ἄνδρα, *Mutato habitu, & tonſo capillo, ut vir videretur.* Sed κουρὰν qui Ionicum vult eſſe, pro κορὰν, ille profecto cor non habet, & explodi aequè dignus, ac ille, quem Var. Lect. lib. XII. cap. 17. exagitat Muretus, quod Ariſtophanis iſtum verſiculum, Πώγωνα τίλλει κουρέων ὑπ' ὠλέναις, verterit *Barbam velle à puerorum ulnis.* Reſtant ex Ioniſmo tuo cap. 17. παῖς κοῦρος. & cap. 32. Τιτῆνας. Quod ad poſterius attinet, quin pro eo Τιτᾶνας ſit reponendum nemo ambiget. Dein κόρος pro κοῦρος flagitare ipſum Liberalem ſibi reſtitui oſtendi in notis ad eum ſcriptorem pag. 146. Ab Ionicâ & Doricâ dialecto venis tandem ad Aeolicam, & eam etiam vindicas Antonino, quia dixit cap. 41. εἶγε ἐθελήσειεν &c. Ergo cenſendum Aeolicè quoque loqui Platonem, Lucianum, Aelianum, Parthenium, alioſque complures, apud quos paſſim reperire eſt optativi aoriſtos primos illà formâ. Audi non me, ſed Etymol. magni auctorem: Τίσειαν, ἀόριστος πρῶτος, εὐκτικὸν Αἰολικὸν τρίτου προσώπου τῶν πληθυντικῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ τὸ τύψαιμι τύψειε λέγουσι. Τὸ δεύτερον, τυψείας. Τὸ τρίτον, τύψειε. Καὶ τῷ μὲν πρώτῳ χρῶνται οἱ Αἰολεῖς, τοῖς δὲ λοιποῖς προσώποις ἡ κοινὴ συνήθεια καὶ διάλεκτος. Ejuſdem farinae eſt, quod ad cap. 1. notas Aeoles dicere βῆρες, pro φῆρες, cum contrarium verum eſſe liqueat ex Euſtath. ad Hom. Iliad. p. 76. & Odyſſ. 627. Ed. Baſ. Quod ſi ego tantum flagitiorum in meis Antoninianis animadverſionibus admiſiſſem, nemo, opinor, ferre te potuiſſet, ut qui quacunque occaſione, & ſaepenumero injuſtiſſimâ de cauſâ adeo inſolenter mihi inſultes, ut ſi prae te non infimi ſubſellii magiſtellus, ſed omnino puer eſſem. Certè in omnibus oſtendis, quam vehementer tibi placeas tuâ Graeci ſermonis notitiâ, immemor prorſus ὄιησιν eſſe τῆς προκοπῆς ἐγκοπήν. Ignoſce vera dicenti, Vir Clariſſime. Solitus ſum non literas tantum, ſed & mores docere pueros. Eſſe adhuc, quae diſcas, cum haec oſtendunt, quae propemodum omnia in unà pagellà peccaſti, tum & complura alia, quae vel alibi jam dicta ſunt, vel porro, ubi occaſio ſe obtulerit, dicentur. Unum heic aut alterum adhuc ſubjungam. Legitur cap. 4. Ἢ πειρώτας ὑπ' αὐτοῦ κρατηθῆναι, ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς συνελθόντες ἀφελέσθαι. Pro συνελθόντες in priori editione reſtitui jubebas, συνέλθον τὸ ἀφελέσθαι. Id quod ridiculum eſt, & digniſſimum, quod exagitaretur. Sed id alieniſſimum à moribus meis eſt, nec unquam à me factum. Diſſimulato errore illo tuo puerili, dixi legendum videri, συνῆλθον τοῦ ἀφελέσθαι. Οἱ ὁ. Zachar. cap. VII. ℣s. II. Καὶ τὰ ὦτα ἐβάρυναν τοῦ μὴ εἰσακούειν. Jobi cap. I. ℣s. 16. & aliquot ſeqq. Σωθεὶς ἐγὼ μόνος ἦλθον τοῦ ἀπαγγεῖλαί σοι. Subauditur ἕνεκα. quod addit Palaephatus in Praefat. Τοῦ θαυμάζειν ἕνεκα τοὺς ἀνθρώπους. Quod etſi tu vidiſſes, mutato tantum τῷ συνέλθον in συνῆλθον, legi nihilominus voluiſti, συνῆλθον τὸ ἀφελέσθαι. Sed quaeſo te, quis Graecorum ad eum modum loqueretur? συνέρχεται ὁ λαὸς τὸ ἀκούειν. Scuticam, mehercules, meretur, ut & illud, quod eod. cap. in iſta oratione (ἔλεγχῳ) αὐτὸς ἐν τῇ πόλῃ παῦσαι πλειστάκις ἐμφύλιον πόλεμον, pro αὐτὸς affirmas ſenſum flagitare αὐτόν. Vin' tertium proferam? Immo flagitat id feſtivitas ejus. Cum legiſſes cap. 13. Ἡ τὸ σῶμα καθαίρησις τὸ τῆς ἀδελφῆς. Quaſi καθαίρω *purgo* & καθαιρῶ *depono* idem eſſent, annotandum duxiſti ad iſta verba, *Solebant veteres defunctorum cadavera lavare & à ſordibus purgare.* Annotaſſes potius καθαιρεῖσθαι propriè dici de illis, qui ſuſpenſi ſunt. Joſuae cap. X. ℣s. 27. Καθεῖλον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ξύλων. Et cap. VIII. 29. Καθεῖλοσαν τὸ σῶμα αὐτὸ ἀπὸ τῶ ξύλω.

Luc.

Venatum in ſilvas juveniliter ire ſolebam:
Nec mecum famulos, nec equos, nec naribus acres
Ire canes, nec lina ſequi nodoſa ſinebam.
Tutus eram jaculo. ſed cum ſatiata ferinae
Dextera caedis erat; repetebam frigus, & umbras,
Et, quae de gelidis halabat vallibus, auram.
Aura petebatur medio mihi lenis in aeſtu:
Auram exſpectabam, requies erat illa labori.
Aura (recordor enim) venias, cantare ſolebam:
Meque juves, intresque ſinus, gratiſſima, noſtros:

Utque

Luc. cap. XXII. 53. Καθελὼν αὐτὸ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σίνδονι. Actor. cap. XIII. 29. Καθελόντες ἀπὸ ξύλου. Ubique verbo Latino *depono* Gr. καθαιρῶ expreſſit Vetus Interpres. Ut & Abdiae Babylon. metaphraſtes Lib. I. *Propriis manibus de cruce depoſuit.* Sed taedet iſtis quiſquiliis diutius immorari. Unum hoc addam tantum, locum priorem ex cap. IV. re accuratius penſitata, non tam emendationem, quam explicationem flagitare mihi viſum. Dicere enim poſſumus συνελθόντες poſitum eſſe pro συνελθόντες ἦσαν, vel συνῆλθον. Vide Tzetz. ad Heſiod. pag. 20. Ed. Heinſ. & Schol. Hom. ad Iliad. Θ. verſ. 307. quorum hic Aeolicum, ille Atticum id ſchema facit. Sic οἱ ὁ. Neem. cap. VI. verſ. 2. Καὶ αὐτοὶ λογιζόμενοι ποιῆσαι μοι πονηρίαν. hoc eſt, λογιζομενοι ἦσαν. Eſdr. cap. IX. verſ. 4. Κἀγὼ καθήμενος ἠρεμάζων ἕως τῆς θυσίας τῆς ἑσπερινῆς. h. e. καθήμενος ἦν. I. Petr. cap. 3. verſ. I. Ὁμοίως αἱ γυναῖκες ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν. hoc eſt, ὑποτασσομεναι ἦσαν. Poſſis etiam dicere ὅτε ἀφελέσθαι dictum eſſe pro ὅτε ἀφείλοντο, quemadmodum ὅτε ἁλῶσθαι αὐτὸν, *cum ipſe erraret*, in Pericle dixit Plutarchus. Quod Atticum eſſe dixi ſupra τὸ Πολυδώρης, in eo me confirmant etiam iſta verba Schol. Ariſtoph. in Plut. Act. III. ſc. 2. Ἀθάρα, μόνη ἡ σεμίδαλις Ἀττικοὶ ᾶ ἀλφὶ ᾷ ἡ ἀθάρης, Ἀιωλεῖς ἀθήρας. ἡ ᾶ κοινὴ ἀλφίτου ἀλφὶ ᾷ α. ἀθάρας. Muncker.

d *Id telum.*] *Et telum* Parm. Lugd.

795. *Reddidit.*] *Rettulit* pr. Bonon. & Sprotii vid. lib. III. 387.

796. *Sunt, Phoce, doloris.*] *Sint* cum Cantabr. Norico & duobus aliis. Heins.

798. *Aeacide.*] *Aeacida* Florentinus, S. Marci & Berneggerianus cum primo Vaticano & ſex aliis. adi Notas Epiſt. III. vs. 87. Heins.

799. *Felix erat illa marito.*] In meo antiquo & uno Caeleſt. eſt melior lectio, *felix fuit illa marito.* Ciofanus. Ita etiam tredecim codices.

801. *Meo thalamos.*] *Nec Jovis illa meis thalamis praeferret amorem* Palatinus. *meo thalamo p. amorem* Leidenſis. mox, *vel ſi Venus* unus. *quamvis Venus* Gronov. *nec ſi* nonnulli.

803. *Pectora flammae.*] *Curae* Leidenſis. ſed praeceſſit. vide eandem varietatem lib. VI. 466. & alibi.

804. *Cacumina primis.*] In uno meo, *Cacumina montis.* Ciofanus.

806. *Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres Ire canes, nec lina ſequi nodoſa ſolebant.*] Aliter omnino, & quo prorſus modo legi malim, hos verſus in quibuſdam MSS. invenimus. Ita enim habentur, *Nec mecum famulos, nec equos, nec naribus acres Ire canes, nec lina ſequi nodoſa ſinebam.* Nec praeterea ab re videri dici poteſt, *ſequi retia*, cum Xenophon in hanc ſententiam praecipiat: *Venator cum neglecta tenuique veſte, atque calceo venatum exeat, manu baculum geſtans, retium vero cuſtos ſequatur.* Mariang. Accurs. in Diatribis. In uno meo, duobus Vatic. & uno Caeleſt. *Nec mecum famulos, nec equos, nec naribus acres Ire canes, nec lina ſequi nodoſa ſinebam.* Quam lect. in vet. quibuſdam & Mariang. invenit; eamque merito laudat. Ciofanus. Herc. Ciofanus ex uno ſuo, duobus Vaticanis & uno Caeleſt. lectionem hanc aſſerit: *Nec mecum famulos, nec equos, nec naribus acres Ire canes, nec lina ſequi nodoſa ſinebam.* Quam lect. in vet. quibuſdam Mariangelus invenit. & ego in uno MS. meo, quam ingenuam credo; neque enim voluiſſe Noſtrum tot in eadem vicinia verſus claudere uno verbo *ſolebam.* Farnab. *Nec mecum famulos, nec equos* &c. *ire ſinebam* meliores. & mox *umbras* pro *umbram*, niſi quod *frigus opacum* in uno Mediceo. ut apud Virgilium Eclog. I. 53. *frigus captamus opacum.* Heinsius.

809. *Frigus & umbram.*] Opacum frigus, vel umbram frigidam; ἓν διὰ δύο. Sic Virgilius eclog. II.

Umbras & frigora captant. Ciofanus.

& umbras plurimi.

810. *Exibat vallibus.*] In meo & Caeleſt. *Exalat.* Ciof. *Exhalat* plurimi veteres. tres, *exhalabat.* Scribe, *halabat.* ſic Lucretio VI. 220. *gravis halantes ſulphuris aurae.* Heinsius. Vid. lib. IV. 393. & VIII. 675. *veniebat* unus Gronovii. *exhala-*

Utque facis, relevare velis, quibus urimur, aestus.
Forsitan addiderim (sic me mea fata trahebant)
Blanditias plures: &, Tu mihi magna voluptas,
Dicere sim solitus: tu me reficisque fovesque:
Tu facis, ut silvas, ut amem loca sola: meoque
Spiritus iste tuus semper captatur ab ore.
Vocibus ambiguis deceptam praebuit aurem
Nescio quis: nomenque aurae tam saepe vocatum
Esse putans Nymphae, Nympham mihi credit amari.
Criminis extemplo ficti temerarius auctor
Procrin adit: linguâque refert audita susurrâ.
Credula res amor est. subito collapsa dolore,
Ut sibi narratur, cecidit: longoque refecta
Tempore; se miseram, se fati dixi iniqui:

Deque

re absolute etiam dixit Stat. x. Theb. 102. & *halare* Claud. II. Rapt. 287.

812. *Labori.*] *Laboris* Lovan. & nonnulli alii. *laborum* Junianus & Thuan.

815. *Utque facis.*] *Utque soles* Vatican. deinde *ignes* Bonon.

817. *Tu mihi magna voluptas.*] In eodem meo. *Blanda voluptas.* CIOFAN. *Blanda* Bonon. & Lovan. *grata* Vossian.

818. *Dicere sum solitus.*] In eodem, *Dicere sic solitus.* CIOF. *Sim* cum primo Pal. secundo Medic. Neap. Bernegger. & tribus aliis. praecedentia id requirunt. HEINS.

818. *Reficisque fovesque.*] Unus Basileensis, *Refovesque fovesque*; ut lib. VIII. 536.

Corpus refoventque foventque.

Unde forte huc transiit.

820. *Semper capiatur ob ore.*] *Captatur* legendum cum Florent. S. Marci, sec. Medic. & tredecim aliis, vel *captetur* cum Neapol. primo Moreti & Barber. sic supra 557.

—— *auraeque gravi captantur hiatu.*

Lib. IV. 72.

Inque vicem fuerat captatus anhelitus oris.

HEINSIUS.

821. *Deceptam.*] Sixii codex, *incertam.* ut *incertos oculos* Horat. II. Ep. I. 188. ubi Schol. explicat, qui falli possunt. Neque ibi quidquam mutandum censeo, ut ita *incertas manus* Nolter & alii dixerunt. BURM.

823. *Esse putat Nymphae.*] *Putans* ex Cantabrig. Spir. sec. quart. Mediceis, Neapol. prior. Erfurt. & sex aliis. HEINS. *Nympham me credit amare* Lovan. & novem alii.

824. *Criminis extemplo ficti.*] In eodem, *Facti.* Recte. CIOFANUS. & ita plurimi scripti.

824. *Index.*] Unus Gronovianus, *auctor*, cujus alterum glossam esse puto. *Auctor* pro nuntio. lib. XI. 666.

Non haec tibi nuntiat auctor
Ambiguus.

Lib. XII. 58. *auditis aliquid novus adjicit auctor*; & vers. 61. *dubioque auctore susurri.* qui locus huic geminus. Stat. IX. Theb. 39.

Sed postquam haud dubio clades auctore reperta est.

Just. XI. 2. *Producto in concionem auctore, qui in eo proelio, in quo rex ceciderit, se quoque vulneratum diceret.* ita saepe Livium & pariter Propertium dixisse *auctorem lucis* Gallum Gallinaceum, qui nuntiat lucem, notavit Passeratius ad lib. IV. eleg. 3. p. 590. BURM.

825. *Susurra.*] In Thesauro Fabri adducitur, quasi esset nominativus pluralis à *susurrum*, & cum *audita* jungendum: & ita reperi in Neapolitano Codice lib. XII. 61.

Dubioque auctore susurra.

Sed rectius corrigens se auctor Thesauri esse ablativum addit; *linguâ susurra. linguaeque susurra* Basil. & unus Heinsii. Gronovium legisse, *lenique refert audita susurro*, Francius notaverat. BURMANN.

826. *Credula res amor est.*] Sic apud ipsum Hypsiphyle Ep. VI. 21.

Credula res amor est: utinam temeraria dicar,
Criminibus falsis insimulasse virum.

CIOFANUS.

827. *Ut mihi narratur.*] In uno meo, *Ut sibi.* IDEM. *Ut sibi* cum melioribus. HEINS. Sic Ep. V. 37. *geliduque cucurrit, ut mihi narrasti, dura per ossa tremor.*

833. *Spe-*

Deque fide queſta eſt: & crimine concita vano,
Quod nihil eſt, metuit; metuit ſine corpore nomen:
Et dolet infelix veluti de pellice verâ.
Saepe tamen dubitat; ſperatque miſerrima falli:
Indicioque fidem negat; &, niſi viderit ipſa,
Damnatura ſui non eſt delicta mariti.
Poſtera depulerant Aurorae lumina noctem;
Egredior, ſilvasque peto: victorque per herbas,
Aura veni, dixi, noſtroque medere labori.
Et ſubitò gemitus inter mea verba videbar
Neſcio quos audiſſe. Veni, tamen, optima, dixi.
Fronde levem rurſus ſtrepitum faciente caducâ,
Sum ratus eſſe feram: telumque volatile miſi.
Procris erat: medioque tenens in pectore vulnus,
Hei mihi! conclamat. vox eſt ubi cognita fidae
Conjugis; ad vocem praeceps amensque cucurri.

Sema-

833. *Speratque miſerrima falli.*] Multi codices etiam ex vetuſtioribus, *metuitque miſerrima falli.* unus atque alter, *creditque.* vulgata ſcriptura optime ſe habet. ita & Atticis ἐλπίζειν in malam ponitur partem. Notum illud Maronis:

At ſperare deos memores fandi atque nefandi.

Et,

Hunc ego ſi tantum potui ſperare dolorem.

Tertullianus de Pallio, qui liber Graeciſmis eſt refertus: *Quo magis de montibus ſuis Campania ſperet, metuat ſibi à Veſuvio.* Spartianus in Didio Juliano. *Sed Julianus ſperans laeſum fautorem Severi, juſſit eum occidi.* Heins.

835. *Depulerant.*] *Deplerant* ex MSS. Gebhardus, lib. III. Crep. 23. qui jure eo nomine vapulat Barthio ad Stat. lib. I. Achil. 8. nihil vulgatius Poëtis, quam Auroram *fugare* & *pellere* ſidera. Vide ſupra h. l. vſ. 100. & mox libro ſequente in principio, & millies alibi. vid. ad lib. I. Amor. XIII. 28. *depulerant auroram lumina: nocte Egredior,* Mediceus & Florent. S. Marci. *Progradior* tert. Med *progredior* alius. Burm.

839. *Veni tamen optima dicens.*] In ambobus meis, *optima dixit.* Ciofanus. Melius ad ſenſum Palatinus, *Veni tamen optima dixi, Fronde levem rurſus.* Dan. Heinsius. *Dixi* caſtigatiores. quare paulo ante, *Ut ſubito* puto ſcribendum pro *Et.* niſi mavis *En* cum uno Mediceo. Heins. *At ſubito* Baſileenſis.

840. *Strepitum.*] *Gemitum* Baſil. *ſonitum* Thuaneus.

842. *Tenens in pectore vulnus.*] *Tuens* unus Medic. & poſtea, *vox prodita* pro *cognita* chartaceus probae notae in eadem bibliotheca. Heins. *Tenens in gutture ferrum* Voſſian.

842. *In pectore vulnus.*] *In gutture ferrum* Voſſian. quod minime repudiem.

843. *Hei mihi conclamat.*] In duobus meis, *Ei* ſine adſpiratione, de qua ſcriptura alibi. In Urſini, *Heu mihi.* quod non ſequor; *Ei* autem ſine *h*, cùm ab aliis pronomen putaretur, apud Terentium è medio ſublatum eſt, eo loco in Andria Act. I. ſc. I.

——— *O factum bene!*
Beaſti: metui à Chryſide.

Ita eſt in vulgatis omnibus. At apud Priſcianum lib. VIII. & in impreſſis & ſcriptis libris apertè legitur:

Beaſti: ei metui à Chryſide.

Quo modo legitur & in duobus illis optimis ac vetuſtiſſ. Terentiis Vaticanis: & in alio quodam item ſcripto. In alio libro eruditiſſ. Galeſii, *Hei* cum adſpiratione ſcriptum legi. Miror Faërnum, hominem & eruditum, & in his rebus in primis exercitatum, hunc locum ſilentio praeteriiſſe: qui eoſdem, quos dixi, libros evolvit. Sed ignoſcendum interdum eſt, ſi quid, quod magni refert, omittitur. Qui locus me etiam admonet, quando in politiſſimum auctorem, atque ad linguam Latinam perdiſcendam aptiſſimum incidi, ut ſtudioſis pateſaciam ex Donato emendandum eſſe alterum locum ejuſdem poëtae ex eadem comoedia, Scena II. ubi in impreſſis legitur omnibus. *Sed dico tibi,* malè: Donatus enim, cui major fides eſt habenda, exponens illud ejuſdem comoed. act. III. ſcena II. *Edixin' tibi? Interminatus ſum, ne faceres?*

apertè

Semaninem, & ſparſas foedantem ſanguine veſtes,
Et ſua (me miſerum!) de vulnere dona trahentem
Invenio: corpusque meo mihi carius ulnis
Sontibus attollo: ſciſſàque à pectore veſte
Vulnera ſaeva ligo: conorque inhibere cruorem:
Neu me morte ſuà ſceleratum deſerat, oro.
Viribus illa carens, & jam moribunda, coëgit
Haec ſe pauca loqui: Per noſtri foedera lecti,
Perque Deos ſupplex oro, ſuperosque, meosque;
Per ſi quid merui de te bene; perque manentem
Nunc quoque, cum pereo, cauſſam mihi mortis, amorem;
Ne thalamis Auram patiare innubere noſtris.
Dixit: & errorem tum denique nominis eſſe
Et ſenſi, & docui. ſed quid docuiſſe juvabat?
Labitur; & parvae fugiunt cum ſanguine vires.
Dumque aliquid ſpectare poteſt; me ſpectat: & in me
Infelicem animam noſtroque exhalat in ore.
Sed vultu meliore mori ſecura videtur.

Flentibus

apertè hoc loco legit, *edico tibi.* Donati verba ſunt. Hic illud reddit: *Edico tibi ne temere facias.* Quae lectio multo melior & aptior eſt. Anſa autem depravandi locum fuit, ſuperius *s.* verbi, *fallis*, & *d.* alterius, ſequentis verbi, *dico.* Item illud act. v. ſc. prima. Chr. *at rogitas? perpuliſti me*, &c. Ita enim rectius legitur in duobus Vatican. lib. non autem, *ah rogitas?* In quibus Vatic. lib. perpetuo eſt *ei*, ut impreſſum legimus in Terentio Faërni. CIOFANUS.

843. *Cognita.*] *Prodita* Medic. unus. etiam non male. vid. ad lib. I. 657.

844. *Praeceps amenſque.*] *Praecepſque amenſque* Thyſii. idem hemiſtichium habes III. Amor. XI. 25.

845. *Sparſas foedantem ſanguine veſtes.*] In Langermi *ſanguine vultus*, unde Heinſius, *cultus*, nam mox *verte* ſequitur. *ſanguine multo* Urbinas. à manu prima; forte, *& ſparſo foedantem ſanguine vultum.* vel *ſparſum*, ut *ſparſi caede capilli* VI. Fs. 657. *& manus ſparſa cruore* Ep. VII. 128. *ſemianimam* etiam Junian. Voſſ. & duo alii.

847. *Corpuſque meo mihi carius.*] *Mihi me carius* prim. Palat. Arondel. alter Hamburg. & unus Argent. lib. VIII. 405.

——— *ô me mihi carior, inquit,*
Pars animae conſiſte meae.

Triſt. v. Eleg. ult.

O mihi me conjux carior. HEINS.

848. *Ulnis Mollibus attollo.*] *Ulnis ſontibus* longe efficacius ſecundus Pal. & pro diversâ lectione unus Mediceus. ſic & poſtea *ſceleratum* ſe vocat. Redde eandem vocem Gratii Cynegetico 448.

——— *procul hinc extorribus ire*
Edico praeſente Deo, praeſentibus aris,
Quis ſcelus aut manibus, ſonti aut in pectore motum eſt.

Manibus ſumptum perperam ibi circumfertur, & parum Latine. Ceterum, ut hoc obiter addam, agit ibi Gratius de colle quodam in Sicilia, qui Vulcano ſacer eſt. ejus deſcriptionem habes apud Solinum cap. v. ubi agit de Sicilia, cum illic loci Salmaſius neget, de hac rupe alibi quidquam ſibi lectum eſſe, & nonnulla prorſus ἀπροσδιόνυσα addat de Egnatia Sallentinorum oppido. HEINS.

850. *Sceleratum deſerat.*] *Deſinat* tres ſcripti. Adeantur Notae lib. II. Artis. v. 725. IDEM.

855. *Cum pereo.*] *Dum pereo* Medic. *qua pereo* Gronov. & Leidenſ. pro Var. lect.

856. *Innubere.*] Variant codices: quidam, *patiaris nubere*, alii, *enubere*, alii, *incumbere*, ut Editi Berſman. ſed nihil muto Lucan. III. 23.

Innupſit tepido pellex Cornelia buſto.

Quinct. Decl. CCCXXXVIII. *Atque eſſet ea domo, in quam virgo innupſerat*, ut ſcribendum credimus. contrarium eſt *enubere.* vid. Sigon. ad Liv. XXVI. 34. & inf. ad lib. XII. 196. BURM.

857. *Dixit: & errorem.*] *At errorem* ſcribo. vel, *dixerat, errorem.* HEINS.

858. *Sed*

Flentibus haec lacrimans heros memorabat; & ecce
Aeacus ingreditur duplici cum prole, novoque
Milite; quem Cephalus cum fortibus accipit armis.

858. *Sed quid docuiſſe.*] *Si quid docuiſſe juvabit.* Arondel. Forte, *ſi quid docuiſſe juvaret.* Idem.

858. *Juvabat.*] *Valebat* unus Gronov.

859. *Cum ſanguine vires.*] *De corpore vires* tres libri. *cum corpore venae* duae. *parvo* etiam Leidenſis unus.

862. *Secura.*] *Et ſecura* ex uno ſuo volebat Heinſius.

864. *Ingreditur.*] *Egreditur* unus Heinſii & Medic. ut ſupr. 477. & 649. *gemina cum prole* Voſſian. mox etiam *excipit* undecim libri.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER OCTAVUS.

Fab. I. Argumentum.

Scylla Nisi filia in avem Cirin, & Nisus pater ejus in avem haliaeëtum.

Minos Jovis & Europae filius, cum propter filium Androgeum interemptum ab Athenienſibus poenas [a] *repeteret;* [b] *Megara, in qua urbe regnabat Niſus,* [c] *continuo cum Athenienſibus acceſſit. Qua expugnata, animo conceperat, occiſis hoſtium praeſidiis,* [d] *victoriam*

[a] *Repeteret.*] *Peteret* Colon.

[b] *Megara.*] Ita MS. & Veneta, ſed Micyll. & Raen. *Megaram.* & ſane ita declinavit etiam Livius hoc vocabulum lib. XXXI. cap. 22. & 25. ubi tamen *Megara* reponendum cenſet ſummus vir J. Fred. Gronovius. vide ejus notas. Muncker. *Megaram* omnes, quas vidi, editiones. in editione vero Munckeri legebatur, *in qua urbe regnabat Minos*, ſupina admodum negligentia.

[c] *Continuo cum Athenienſibus.*] Venet. & Cod. Neap. *continua.* Micyll. *continue* ſed *continuo* bene habet: verum pro *Athenienſibus* Hiſtoria poſcit, *Cretenſibus.* Munckerus. *Continua* Parm. Lugd. *contiguam* Micyll. in Marg. ut forte ſcribendum, *contiguâ Athenienſibus:* nam vicina erant Megara Athenis: Colon. habet, *Megaram, in qua Niſus rex regnabat, contiguam Athenienſibus obſedit.* omiſit vero haec tria verba Raener. qui edidit, *Niſus, acceſſit; animo enim conceperat ea expugnata, occiſiſque h. p. ſe facile victoriam conſecuturum.*

[d] *Victoriam faciliter conſecuturum.*] Ita MS. ſed Edd. τὸ *faciliter* ignorant, vel *ſe* pro eo exhibent, ut forſan ſcripſerit auctor, *facile ſe conſecuturum*; niſi mavis, *faciliter conſecuturum.* Munckerus. *Se facile vict. c.* jam Raenerius edidit. Sed *faciliter* non habent Lugd. Parm. & Micyll. Colonienſis ita interpolavit: *Obſedit. Cum vero dubius inter utroſque victores jactaretur eventus, interim Scylla Niſi filia ſaepe turrim aſcendens, propter lapidem vocalem, qui ab Apollinis cithara ſuperpoſita ſonum acceperat.* Raenerius hoc modo: *aſcendit delectandi gratia, propter lapides ejus vocales. ſi quis enim eos calculo percuſſiſſet, haud aliter ac pulſata cithara inſonabant: Apollo enim aedificando muro navaturus operam, lyram ſuper lapides depoſuit: cujus ſonus in eos tranſiit. E muro igitur Minoëm urbi aſſidentem, cultu regali bellicis rebus intereſſe ut animadvertit, pulchritudine ejus exarſit. & cum potiundi nullam viam inveniret aliam, victorem hoſtem fecit; purpureum patri dormienti crinem abſcindens, quo patriae fata continebantur. quem cum reſeratis portis accepto hoſte ad Minoëm pertuliſſet, ille impium facinus averſatus eſt. Noviſſime eam navigio recipere noluit: Patre jam in avem transfigurato, qui Graecis halyaëtus dicitur, & perſequente filiam, illa quoque in volucrem Cirim verſa eſt*

[e] *Adſcendit.*] *Aſcendens* Micylliana. Muncker. *Saepe murum adſcendit* Parm. Raen. *ſaepe murum adſcendens* Lugd. Micyll.

[f] *Delectandi gratia.*] Παϑητικῶς accipe. Juſtin. Lib. XVII. 3. *Athenas quoque erudiendi gratiâ miſſus, quanto doctior majoribus, tanto & gratior populo fuit.* Nepos Attic. cap. 9. *Hoſtis Antonius judicatus Italiâ ceſſerat, ſpes reſtituendi nulla erat.* Infr. Lib. XII. fab. 1. *Inter ſacrificandum obductis nubibus, à Dianâ rapta eſt.* Muncker.

[g] *Qui Apollinis.*] Lege, *cui.* Interpres Abdiae Babyl. Lib. 1. *Qui cum promiſiſſem, exegit à me ſacramentum perſeverantiae.* Etiam iſtic *cui* reponendum. Sed vide tamen, quae annotavi ad Hyg. Mythol. cap. 220. Idem.

[h] *Poſitus.*] *Suppoſitus* Micyll. Marg. *ſonum* etiam Parm. Lugd. Micyll. qui in Marg. *ſonum attraxerat*, vel *didicerat.*

[i] *Urbi aſſidentem.*] *Urbem obſidentem* Colon.

[k] *Bellicisque rebus.*] *Bellicis rebus* Colon. qui &, *in*

riam faciliter consecuturum. Inter quae Scylla Nisi filia murum [e] *adscendit* [f] *delectandi gratia, propter lapidem vocalem,* [g] *qui Apollinis citharae* [h] *positus sonitum adjecerat. Ut animadvertit Minoem* [i] *urbi adsidentem cultu regali,* [k] *belliciſque rebus interesse, pulchritudine ejus exarsit. Et cum potiendi nullam viam inveniret,* [l] *ut victorem hostem faceret gloriosiorem, crinem purpureum* [n] *patri dormienti abscidit, quo fata patriae continebantur. Quem cum, reseratis portis* [o] *accepto hoste, ad Minoëm pertulisset, ille impium facinus aversatus, noviſſimè eam navigio recipere noluit. Patre jam* [p] *in avem piscatoriam transfigurato, quam Graeci* [q] *haliaeëton dicunt, ac persequente filiam, illa quoque in volucrem* [r] *Cirin transfigurata est.*

JAm nitidum retegente diem, noctiſque fugante
Tempore Lucifero, cadit Eurus; & humida surgunt
Nubila. dant placidi cursum redeuntibus Austri
Aeacidis, Cephaloque, quibus feliciter acti

Ante

in pulchritudinem ejus exarsit ut lib. VI. fab. 7. *in Philomelae exarsit amorem.* & ita seq. fab. eadem editio Colon.

[l] *Ut victorem.*] *Ut victoriam hosti faceret gloriosam* Colon. *ut v. hostem. f. gloriosum* Parm. Lugd. Micyll. & codex vetus Heinsii.

[n] *Patri.*] *Genitori* Parm. Lugd. Micyll. & V. C. Heinsii.

[o] *Accepto hoste.*] *Ac recepta hoste a. M. p. & ille facinus aversatus noviſſime eam nav. r. nollet, Pater in avem transfiguratus est, q. G. h. d. persequentem Scyllam, Scylla quoque i. v. c. mutata est* Colon.

[p] *In avem piscatoriam.*] Ita reposui ex MS. Aquilam *piscarien* appellat Servius ad Ecl. II. forte, *piscatoriam*, ut heic. Sed & haec & plura huc facientia dicta jam à nobis sunt ad Hygin. Mythol. cap. 198. ubi hanc fabulam habet. Munckerus. *Patre igitur in avem transf.* Micyll. Marg.

[q] *Haliaeëton.*] *Qui Gr. Haliaeëtos* V. C. Heinsii.

[r] *Cirin.*] *Cirinem* Parm. Lugd.

1. *Retegente.*] *Regente* ferè legitur, sed corruptè, ut mihi quidem videtur. Nam *retegente* ut legatur, & sensus exposcit & metri ratio & celeritas, qua Cephalum cum militibus ab Aeaco traditis Athenas rediisse poëta ostendit. Solent enim poëtae rerum naturae, quas describunt, ita compositionem accommodare, ut si quid celeriter factum velint, pedibus utantur plures syllabas breves habentibus, & contrà. *Retegente* igitur legatur, ut intelligamus aperiente & ostendente. Nam *retegere* est ostendere atque aperire, ut diximus. Regius. *Retegente* veteres omnes libri: & ita legendum rectè admonuit Regius. Eadem sententia supra lib. VII. 708.

Lutea mane videt pulsis Aurora tenebris.

Virg. lib. X. 156.

——— *& jam revoluta ruebat*
Matura jam luce dies, noctemque fugarat.

Seneca initio Octaviae:

Jam vaga caelo sidera fulgens
Aurora fugat: surgit Titan
Radiante coma, mundoque diem
Reddit clarum. Ciofanus.

2. *Cadit Eurus.*] Eurum ait Nonius dictum ἀπὸ τῆς ῥοῦς ῥέοντα, quòd flatus ejus ab Oriente sit hiemali. Idem.

3. *Dant placidi cursum redeuntibus Austri.*] *Cursum*, navigandi facultatem. Cicero lib. V. ad Atticum: *Sed cursum exspectabamus.* Ovidius in Epist. ad Leandrum vers. 75.

Protinus ut similis detur tibi copia cursus.

Sed, hoc versu, *Cursus copia*, est natandi facultas. Idem.

3. *Austri.*] Austrum, ut inquit, quem modò nominavi, Nonius, qui Graecè νότος, dictum ab humore & nebula, quòd νότις Graecè, humor Latina interpretatione dicatur, ac sit is ventus sudoris effector, ut ait. Homerus: κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἱδρώς. Idem.

4. *Quibus feliciter acti.*] *Usi* quatuor veteres. ut Epist. X. 29. *nam ventis quoque sum crudelibus usa.* l. XIII. Met. 419. *jubet uti navita ventis.* sic & alibi. sed vulgatam nihilominus lectionem probo. Heinsius. Eadem varietas in MSS. inf. 347. sed ego *acti* praefero: majorem enim celeritatem cursus notat. Valer. Fl. lib. IV. 106.

Advectet ratis acta notis tibi pabula dira.

Et eodem libro 606.

Ne tibi nunc horrenda rapax ad litora puppim
Ventus agat.

Noster lib. II. Amor. X. 9.

Ut ventis discordibus acta phaselus.

Ante exſpectatum portus tenuere petitos.
Interea Minos Lelegeïa litora vaſtat:
Praetentatque ſui vires Mavortis in urbe
Alcathoi, quam Niſus habet; cui ſplendidus oſtro
Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inhaerebat, magni fiducia regni.
Sexta reſurgebant orientis cornua Phoebes:
Et pendebat adhuc belli Fortuna; diuque
Inter utrumque volat dubiis Victoria pennis.
Regia turris erat vocalibus addita muris:

In

11. Met. 184.

——— *ut acta*
Praecipiti pinus borea.

Epiſt. xv. 72.

Non agitur vento noſtra carina ſuo.

Et ſaepe alibi. BURM.

5. *Tenuere portus.*] Sic Livius lib. XXXVII. 11. *Polyxenidas poſt ſolis occaſum ſeptuaginta navibus tectis vento adverſo, ante lucem Pygela portum tenuit.* Horatius Ode XIV. lib. I. Metaphoricos dixit: *Occupare portum.* CIOFAN.

6. *Litora.*] *Moenia* Cod. Menardi & undecim alii.

8. *In urbe Alcathoë.*] *In urbem* primus Medic. Noricus & tres alii. *in urbe Alcathoi* puto. de qua lectione dictum Artis Amator lib. II. verſ. 421. HEINSIUS. De verbo *praetentare* vide inf. ad lib. XIV. 189. *in arce* Junian. & pr. Gronovii, ut inf. ℣s. 54. *patrias arces* dixit. ubi etiam *urbes* unus Heinſii.

11. *Orientis cornua Lunae.*] *Cornua Phoebes* unus Med. & unus Ambroſ. recte. niſi mavis, *orienti Phoebae.* nam alter Twiſdenius, *orienti Lunae.* ſic ſaepe alibi *Phoeben* pro Luna ponit. paulo ante *pro medio de vertice* Florent. S. Marci & alii, *medioque in vertice. medio ſub* Neap. Urbin. & ſec. Medic. HEINS.

12. *Pendebat.*] Ambigua & incerta erat. CIOFANUS.

13. *Diuque Inter utrumque volat dubiis victoria pennis.*] Verum eſt, quod ait hoc loco Regius, alatam Victoriam à poëta effingi, lib. III. Amor. eleg. 2.

Prima loco fertur ſparſis Victoria pennis.

Et II. Triſt ℣s. 169. ad Auguſtum:

Sic aſſueta tuis ſemper victoria caſtris,
Nunc quoque ſe praeſtet, notaque ſigna petat:
Auſoniumque Ducem ſolitis circumvolet alis,
Ponat & in nitida laurea ſerta coma.

Aelius Lampridius in vita Alexandri Severi: *Pater eadem nocte in ſomniis vidit ſe alis Romanae victoriae, quae eſt in ſenatu, ad caelum vehi.* CIOF. *Vagat* Florent. S. Marei, unus Medic. & unus Bon. ſic Plautus Milite Glorioſo II. v. 13.

Te alloquor vitii probrique plena, quae circum vicinos vagas.

Prudentius Cathemerin. Hymno VI. 29.

Liber vagat per auras Rapido vigore ſenſus.

Ita vetuſtiores codices. alii, *vacat*, vel *vagas.* Vide Nonium in eo verbo. Qui plura ejus exempla producit ex Plauto, Sereno, Pacuvio, Attio, Turpilio, Ennio, Varrone & Pomponio. idque Gruterus reponebat leg. XLIV. in fine, ad Senatusconſultum Silanum. Forte tamen tam apud Naſonem quam Prudentium ſcribendum, *vacat.* ſic *vacat ars.* de quo Triſt. IV. Eleg. III. v. 77. poſſit & legi, *vaga eſt.* idque recte, ut opinor. HEINSIUS. Nihil mutarem. Volucris enim paſſim & pennis inſtructa Fortuna pingitur. vide ad Petronii cap. CXX. & ita in MSS. lib. v. Triſt. VIII. 15. *Volatilis* dicitur.

14. *Vocalibus addita muris.*] Sic libri ſcripti omnes. CIOFAN. *Regalibus* Sec. Medic. Neapol. & Urbinas, *abdita* etiam unus Leidenſis.

15. *Auratam lyram.*] *Inauratam* dixit lib. II. Art. 493.

Haec ego cùm canerem, ſubito manifeſtus Apollo
Movit inauratae pollice chorda lyrae.

CIOFANUS.

15. *Proles Latonia.*] *Latoïa* Neapol. Thuan. prim. Reg. Arond. & ſex alii. Florent. S. Marci, *Letoia.* bene. quo etiam alludit tertius Medic. in quo *Letonia.* Vide notas Triſt. III. Eleg. II. verſ. 3. HEINSIUS. ita & lib. VII. 384. *Letoïdos arva.* & XI. 196. *Letoius* ex MSS.

16. *Sonus ejus inhaeſit.*] Hic alter ex Ovidio locus, credo, eſt, in quo τὸ *ejus* uſum notat Cl. Bentlejus: quam vocilam à Poëſi ſublimiore fere exſulare vult ad Horat. lib. III. od. XI. 18. nec facile, certe ad fulciendum verſum, ut miſeri hodie Poëtaſtri frequenter effarcire ſolent, adhibendam quoque cenſeo. immo & auctoribus MSS. hinc proſcribere licebit: nam in Lovanienſi & Thyſii codi-

In quibus auratam proles Letoïa fertur
Depoſuiſſe lyram: ſaxo ſonus ejus inhaeſit.
Saepe illuc ſolita eſt adſcendere filia Niſi;
Et petere exiguo reſonantia ſaxa lapillo,
Tum cum pax eſſet. bello quoque ſaepe ſolebat
Spectare ex illâ rigidi certamina Martis.
Jamque morâ belli procerum quoque nomina norat,
Armaque, equosque, habitusque, Cydoneasque pharetras.
Noverat ante alios faciem ducis Europaei;
Plus etiam, quam noſſe fat eſt. hac judice, Minos,

Seu

codicibus legitur, *ſaxo ſonus haeſit in illo.* quod tamen etiam poſſet diſplicere, quia poſt *vocales muros*, non apte ſubjici videtur, *ſaxo in illo.* Quare retineamus *ejus*, cujus uſum nec Tibullus rejecit. qui lib. I. El. VII. 25.

Saepe velut gemmas ejus, ſignumve probarem.

Ubi certe etiam abeſſe poterat ſalvo ſenſu. nec reformidavit cenſuram Propertius, qui lib. IV. VI. 67.

Actius hinc traxit Phoebus monumenta, quod ejus
Una decem vicit miſſa ſagitta rates.

Quare tutius nihil temere contra ſcriptorum fidem movere, cum profecto veteribus certior linguae ſuae, & vocularum, etiam exilium & humilium, ut nobis nunc videri poſſit, ratio conſtiterit, quam noſtri aevi eruditis. Et pronomen illud *is* ſaepe abundare notavit Donatus ad Terent. Adel. III. IV. 6. an vero Horatianae ſublimitati ſit conveniens τὸ *ejus* nunc non vacat diſquirere: in Tribus codicibus aliis & ſecundo Palatino erat, *ſonus ejus adhaeſit.* Burm.

17. *Illuc.*] *Illic* multi codices.

19. *Bello quoque ſaepe ſolebat.*] *Bellum quoque turre ſolebat* ſecundus Mediceus & Neap. at Urbinas,

——— *bellum quoque ſaepe ſolebat*
Spectare eque illâ.

Bellum etiam à manu prima Berneggerianus. Lege:

——— *bellum quoque turre ſolebat*
Spectare, eque illâ rigidi certamina Martis.

Heinsius. Numeri aliquanto languidiores, qui erigentur, ſi cum Leidenſi legas, *cum pax tuta foret.* in reliquis vulgata lectio mihi placet, nam illud *eque illa* minime arridet, & magis tautologum facit Ovidium Heinſiana conjectura, ſi ſpectare *bellum* & *certamina Martis* dixiſſet, quamvis hoc per ἓν διὰ δυοῖν facile excuſari poſſe ſciam. ſed *bello* mihi multo elegantius videtur, pro tempore belli. ſic enim ſaepe ſolent veteres res ipſas ponere, pro tempore, quo eae aguntur vel fiunt. ita Sueton. Caeſ. cap. XII. *Proſcriptione* dixit pro tempore proſcriptionis. Aug. XLV. *Ludis & ſcena*, id eſt cum ludi ederentur. iterum Caeſar LXXIX. *ſacrificio Latinarum*, pro tempore feriarum Latinarum. ſic *Gladiatoribus* dici notarunt viri docti. vid. Gronov. lib. IV. de Pec. Vet. I. & ad Livii lib. II. 36. Caeſar Bell. Gal. II. I. *Imperio noſtro*, quod recte D. Voſſius, quando imperium noſtrum eſt: quam elegantiam etiam Livio lib. V. cap. 34. vindicavit ſummus Gronovius. ſic Noſter lib. IV. Faſt. 627. dixit *hac grandine*, pro die grandinoſa. ita & apud Virgil. IV. Georg. 561. *Caeſar dum Magnus ad altum Fulminat Euphratem bello.* id eſt, bellum ibi gerens. Burm.

21. *Jamque mora belli.*] *Moras belli* Neapol & prior Erfurt. ut *nomina procerum belli moras* appellet. ſic apud Lucanum I. 100. *Craſſus erat belli medius mora.* & apud Silium lib. I. *Romani Murrus belli mora.* quanquam paulo alio ſenſu. ſed vulgata bene ſe habet. Heins. *Moram* etiam hic pro diuturnitate recte capit Regius; neque hic argutari debemus. Flor. lib. II. 15. *Quanta urbs deleta ſit, vel ignium mora probari poteſt. quippe per continuos decem & ſeptem dies vix potuit incendium extingui* & IV. 2. *ſi moram belli (inſpicias) quatuor anni.* Burm.

22. *Cydoneaſque pharetras.*] In meo antiquiore rectius legitur, *Cydoniaſque.* Eodem modo Virgilius ecloga ultima dixit *Cydonia ſpicula*:

—— *libet Partho torquere Cydonia cornu*
Spicula.

Cydonius, a, um, à Cydonia Cretae urbe eximia, cujus meminit Strabo lib. X. cujus verba Latinè ita faciebam: *Cùm autem plurimae in Creta urbes ſint, eximiae tamen tres atque illuſtriſſimae antecellunt Gnoſſus, Gortyna, Cydonia.* Ciofan. *Cydoneaſque* mutari non debet. ſic lib. I. Art. 293. *Cydoneae juvencae.* licet Berkelius ad Stephan. in Κυδωνία velit *Cydonaeaſque* eſſe ſcribendum. Ceterum in Gronoviano libro erat:

Armaque, equoſque, viroſque Cinereïadaſque ſagittas. Burmann.

Seu caput abdiderat criſtatâ caſſide pennis,
In galeâ formoſus erat: ſeu ſumſerat auro
Fulgentem clypeum, clypeum ſumſiſſe decebat.
Torſerat adductis haſtilia lenta lacertis:
Laudabat virgo junctam cum viribus artem.
Impoſito patulos calamo ſinuaverat arcus:
Sic Phoebum ſumtis jurabat ſtare ſagittis.
Cum verò faciem demto nudaverat aere,
Purpureusque albi ſtratis inſignia pictis
Terga premebat equi, ſpumantiaque ora regebat:
Vix ſua, vix ſanae virgo Niſeïa compos
Mentis erat. felix jaculum, quod tangeret ille,
Quaeque manu premeret, felicia frena vocabat.
Impetus eſt illi, (liceat modo) ferre per agmen
Virgineos hoſtile gradus: eſt impetus illi,
Turribus è ſummis in Gnoſia mittere corpus

Caſtra;

26. *Sumſerat aere Fulgentem clypeum.*] *Ore* prim. Vatic. & duo alii. prior Regius, *auro.* bene. lib. XIII. 105.

Ipſe nitor galeae claro radiantis ab auro.

HEINSIUS.

28. *Adductis.*] Multi ex ſcriptis, *abductis*, inter quos Cantabrig. & Francof. ſed fruſtra. IV. Triſt. II. 5.

Candidaque adducta collum percuſſa ſecuri
Victima.

& ita rectè apud Auſonium in conſulatu Vinetus correxit, *nemo adductius jacula contorſit*, cum *abductius* vulgo circumferretur. Virgil. XI. 561.

Adducto contortum haſtile lacerto
Immittit.

Ita *adductae palmae* X. Ep. 15. *manus* ibid. ℣s. 104. *brachia adducta* IX. Met. 52. & ſimilia. Vide Heinſ. ad Val. Flac. III. 139. & eodem ſenſu *reducta cuſpide* Petronius CLXXXIX. ubi nos plura. BURMANN.

30. *Impoſitis calamis patulos ſinuaverat arcus.*] In uno meo, utroque Maffeiano & Briant. eſt, *Impoſito calamo*, &c. Placet. CIOFANUS. *Impoſito patulos calamo* unus Medic. *impoſitus calamus* Francof. & tres alii. *impoſiti calami* Leidenſis unus. *ſuppoſito calamo* Baſileenſ.

33. *Albi ſtratis inſignia pictis Terga premebat equi.*] Non damno hanc lectionem, arridet tamen quod pro diverſa lectione Graevianus exhibebat, *phaleris pictis*; ut apud Maronem lib. V. 310.

Primus equum phaleris inſignem victor habeto.

Atque ita Graeci quoque paſſim. Achilles Stat. lib. I. ubi ornatum deſcribit φαλάρας ἀιγύρας addit inter cetera. ſed vide doctiſſ. Pricae. ad Apulej. X. Met. p. 621. Sedulius lib. IV.

Nec terga frementis
Ardua preſſit equi, faleris qui pictus & auro,
Ore cruentatum mandanti concutit aurum.

HEINSIUS. In Baſileenſi erat, *Algi.* Albo quidem equo reges & duces uſos ſaepe legimus. & ita mox quoque *candida tentoria* Minoï dat. ſed an credibile eſt Minoa in obſidione equo albo ſe hoſtibus notabilem & conſpicuum dediſſe, quo praeter alios unus praecipue peteretur, jam ſatis purpura inſignis? quare neſcio an non forte rectius, *Alti* legatur, ut Scylla eum, eſſe ducem, quia altiore equo uteretur, conjiceret. ita Stat. VII. Theb. 755.

Antiphus alto
Nil defenſus equo.

Appoſite Valer. Flac. VI. 28.

— *Mars ſaevus ab altis,*
Hoſtis io, conclamat equis.

Stratis vero minime mutandum: non enim Phaleraе in tergis equorum, ſed in pectore equorum erant, ut notiſſimum. Petron. XLV. *qui aſinum non poteſt, ſtratum caedit.* BURM.

34. *Regebat.*] Cohibebat, coërcebat. CIOF.

41. *Recludere.*] *Decludere* unus Leidenſ.

42. *Utque ſedebat.*] *Solebat* non male ſeptem veteres. & Neapol. ſec. tert. Medic. pro diverſâ lectione. HEINS. Eadem varietas lib. I. Faſt. 137. & II. 814. & V. 19.

46. *Sed niſi bella forent, numquam mihi cognitus eſſet.*] Tale propè alibi dixit:

Hectora quis noſſet, felix ſi Troja fuiſſet?

CIOFANUS. *Nunquid* cum primo Mediceo & Norico. HEINS.

47. *Me tamen accepta poterat deponere bellum.*] In Dominic. *Dimittere bellum.* CIOFAN. Pro *deponere bel-*

Caſtra; vel aeratas hoſti recludere portas:
Vel ſi quid Minos aliud velit. utque ſedebat
Candida Dictaei ſpectans tentoria regis;
Laeter, ait, doleamne geri lacrimabile bellum,
In dubio eſt. doleo quod Minos hoſtis amanti eſt.
Sed niſi bella forent, numquid mihi cognitus eſſet?
Me tamen acceptâ poterat deponere bellum
Obſide: me comitem, me pacis pignus habere.
Si, quae te genuit, talis, pulcherrime rerum,
Qualis es ipſe, fuit; merito Deus arſit in illâ.
O ego ter felix, ſi pennis lapſa per auras
Gnoſiaci poſſim caſtris inſiſtere regis:
Faſſaque me, flammasque meas, quâ dote, rogarem,
Vellet emi! tantum patrias ne poſceret arces.
Nam pereant potius ſperata cubilia; quam ſim
Proditione potens. quamvis ſaepe utile vinci

Victo-

bellum quinque codices, *dimittere.* ut apud Statium Theb. VI. 514.

Tiſiphone, quantum poteras dimittere bellum?

ſic Noſter Met. XIII. 217.

Rex jubet incepti curam dimittere belli.

Apud Senecam Phoeniſſis, *infauſtas, ajo, dimittite pugnas.* Heinsius. *Poterit* etiam Vaticanus & decem alii. vid. lib. I. 679. & mox. ỳs. 63. de τῷ *dimittere* vide ad lib. I. 209. ſimilis varietas in *deponere* & *dimittere* eſt lib. I. Amor. VI. 35. & ſupra lib. II. Met. 865. & alibi. Burm.

47. *Me accepta obſide.*] Ita Caeſar lib. I. De Bel. Gall. *Helvetios à majoribus ſuis inſtitutos eſſe, uti obſides accipere, non dare, conſueverint.* Idem lib. VII. *Progreſſus in Nitiobriges & Gabalos ab utriſque obſides accipit, & magna coacta manu in provinciam Narbonam verſus eruptionem facere contendit.* M. Tullius lib. IV. ad Att. *Obſidibus acceptis, nulla praeda,* &c. Ciofan.

47. *Me accepta obſide.*] Hoc è Romanorum more dictum eſſe videri poteſt: nam regum liberos obſides ſibi dari volebant. Hujus rei hanc cauſſam ſcribit Corn. Tacitus lib XII. *Ideò regum obſides liberos dari, ut, ſi domeſtici imperii taedeat, ſit regreſſus ad principem, patreſque, quorum moribus aſſuefactus rex melior adſciſceretur.* Quam opinionem probare etiam videtur Livius lib XXXIV. *Inter haec obſides accepti, inter quos Demetrius Philippi filius.* Idem.

48. *Et me pacis pignus haberet.*] In duobus meis & Caeleſt. *Me pignus pacis haberet:* abſque *Et.* Sic etiam in lib. Brian. & Aldino, ſed in his eſt *pignus pacis.* Itaque eam ſequor ſcripturam, quae & conjunctionem non habet. Idem.

48. *Pacis pignus.*] Livius lib. XL. *Pacis pignus fui.* Loquitur de Demetrio Philippi filio. Idem. Malim, *habere.* Heinsius. Et ita Francofurtenſis codex.

49. *Si quae te peperit.*] In Vatic. & meis, *Si quae te genuit.* Ciofan. Plerique codices, *genuit,* quod mutarunt, qui de femina rectius *peperit* dici crederent. at Senec. Herc. Oet. 1009.

Quid tale Juno genuit.

Sed haec obvia.

50. *Pulcherrime regum.*] *Rerum* decem veteres. omnino rectius. ut Art. Am. I. 213.

Ergo erit illa dies, qua tu, pulcherrime rerum,
Quattuor in niveis aureus ibis equis;

Sic *fortiſſime rerum,* & ſimilia. mox *ipſa fuit,* non *ipſe* meliores. Heinsius. Epiſt. IV. 125.

O utinam nocitura tibi, pulcherrime rerum,
In medio niſu viſcera rupta forent.

51. *O ego ter felix.*] *Quam felix* nonnulli. Heinsius.

52. *Inſiſtere.*] *Conſiſtere* Mediceus & ſex alii. *inſidere* unus Baſil.

53. *Qua dote rogarem Vellet emi.*] Antiquam tangit conſuetudinem, qua vir & uxor ſe invicem emebant; teſte Servio ad Virg. I. Georg. *Teque ſibi generum Tethys emat omnibus undis.* Boëthius in primum Top. *Tribus modis uxor habebatur, uſu, farre, coëmptione. ſed confarreatio ſolis pontificibus conveniebat. quae autem in manum per coëmptionem venerant, hae matresfamilias vocabantur: quae vero uſu vel farre, minime. coëmptio certis ſolemnitatibus peragebatur, & ſeſe in coëmendo invicem interrogabant. vir ita, An ſibi mulier materfamilias eſſe vellet. illa reſpondebat, Velle. eadem mulier interrogabat, An ſibi vir paterfamilias eſſe vellet. ille reſpondebat, Velle. itaque mulier viri conveniebat*

in

Victoris placidi fecit clementia multis.
Justa facit certè pro nato bella peremto:
In causſàque valet. causſamque tuentibus armis,
Ut puto, vincemur. qui si manet exitus urbem,
Cur suus haec illi referabit moenia Mavors,
Et non noster amor? melius sine caede morâque,
Impensâque sui poterit superare cruoris.
Quam metuo certè, ne quis tua pectora, Minos,
Vulneret imprudens! quis enim tam dirus, ut in te
Dirigere immitem, nisi nescius, audeat hastam?
Coepta placent, & stat sententia tradere mecum
Dotalem patriam, finemque imponere bello.

Verùm

in manum: & vocabantur hae nuptiae per coëmptionem. & erat materfamilias viro loco filiae. CONSTANT. FANENS.

55. *Nam pereant.*] *Ha pereant* Gebh. Crepund. II. 2. & ita Vossian. & unus Thuan. *ah* Vivianus & multi Heinsii.

56. *Quamvis saepe utile vinci Victoris placidi fecit clementia multis.*] Fortè hoc ex Caesaris victoria dictum esse, suspicari licet. in qua quidem victoria ille ita moderatum clementemque se praebuit, ut à Cicerone, qui tum ei inimicus erat, summis laudibus eo nomine sublatus sit. Qua de re exstat oratio pro M. Marcello; atque apud ipsum Tullium quamplurimi alii loci. CIOF.

58. *Justa gerit bella.*] Superius: *Androgeique necem justis ulciscitur armis.* CIOFAN. In Lovanienſi erat, *facit.* eleganter mehercule, de eo, qui ultro infert bellum, cum *gerat* etiam, qui repellit. Flor. III. 7. *Creticum bellum, si vera volumus noscere, nos fecimus.* Just. III. 6. *Peloponnenses immiserе, qui bellum Athenienſibus faceret.* nec dubitare debebat Vorstius, an ita apud Valer. Maxim. lib. V. cap. IV. §. 3. sit rescribendum, maxime post ea, quae adnotaverat vir summus Gronovius ad Livii lib. XXXI. 18. BURMANN.

59. *Et causſâque valet.*] Emendo, *in causſaque valet.* CONS. FANENS. In Caelest. Statii, Capran. Briantii, & uno Vatic. *In causſaque valet.* In uno meo, *Atque valet causſa.* In altero verò, & altero Caelest. *In causſamque valet.* Utravis lectio absque dubitatione vulgatae praeferri potest. CIOFANUS. Multi veterum, *In causſaque.* Columella lib. III. c. 11. *Vitis eligitur, quae & in fructu valet & in materia.* & *in ira valere* Gratio Ÿs. 454.

Illum agat infandae comes huic audacia culpae?
Discet commissa quantum Deus ultor in ira
Pone sequens valeat.

Deinde pro *causſamque tuentibus armis*, Florent. S. Marci, Bernegg. Cantabr. sec. Medic. Spirens. uterque Erfurt. prim. Hamburg. & quinque alii, *tenentibus.* quod verum puto, hoc est, per quae causa tenetur. Formula juris. Noster libro XIII. 190.

Difficilem tenui sub iniquo judice causſam. Paulo ante primus Vatic. *quamvis tamen utile vinci*, pro *quamvis saepe.* HEINSIUS. *Valere in dicendo* dixit Quinctil. II. Inst. 17. ubi vide quae notavimus. *in causſam* etiam defendi posset ex illis, quae diximus ad lib. I. Amor. VII. 26. *per causſamque* etiam Vatican. & duo alii. reliqui codices admodum discrepant. *& sua causſa valet* septem. *& quia causſa* duo. *& valet in causſa* Regius. *hinc quoque causſa* Junian. *Hic causſaque* alius. *justaque causſa* item alius. quidam etiam Ciofano memoratas lectiones exhibent. BURM.

60. *Qui si manet exitus orbem.*] In duobus meis, Capran. Brian. & Vatic. *Quis enim manet exitus urbem?* cum interrogationis nota. Quae lectio, ut omnium optima, mihi valde probatur. CIOFANUS.

61. *Cur suus haec illi referet mea moenia Mavors.*] *Referabit* prim. Gronov. rectius. Malim tamen, *referarit.* HEINS.

64. *Nam metuo certè.*] In uno meo, *Jam metuo.* In Vatic. *Ha metuo.* Lectio, quae est in meo, magis probatur P. Galesio, & optimae spei nobilissimoque adolescenti CAROLO BELPRATO, Anversae Comiti, quibus ego assentior. Est autem *jam* inceptiva particula. CIOFAN. *Non metuam* Florent. S. Marci, Thuan. Bernegger. primus Medic. prim. Erfurt. Spirens. & unus meus. alii ex vetustioribus, *Nam metuam*, vel, *Non metuo.* prim. Moreti & alius, *Jam metuo.* Scribe, *Quam metuo!* sic lib. IX. 474.

Quam nolim, rata sit!

Virgil. Aen. VI. 694.

Quam metui, ne quid Libyae tibi regna nocerent?

Juvenal. Sat. X. 84.

Quam timeo victus ne poenas exigat Ajax.

Propertius lib. I. Eleg. XIX.

Quam

Verùm velle parum eſt. aditus cuſtodia ſervat:
Clauſtraque portarum genitor tenet: hunc ego ſolum
Infelix timeo: ſolus mea vota moratur.
Dî facerent, ſine patre forem! ſibi quisque profecto
Fit Deus. ignavis precibus Fortuna repugnat.
Altera jamdudum ſuccenſa Cupidine tanto
Perdere gauderet, quodcumque obſtaret amori.
Et cur ulla foret me fortior? ire per ignes,
Per gladios auſim. neque in hoc tamen ignibus ullis,
Aut gladiis opus eſt: opus eſt mihi crine paterno.
Illa mihi eſt auro pretioſior: illa beatam
Purpura me, votique mei factura potentem.

Talia

Quam vereor, ne te contempto, Cynthia, buſto
Abſtrahat è noſtro pulvere iniquus Amor! Heins.
Vide Heinſii notas ad Val. Flac. I. 173.

65. *Quis enim tam durus.*] *Dirus* praeſtantiores multi. quod efficacius. pro *non inſcius*, rectè etiam, *niſi neſcius*, duo meliores Moreti, & ſex alii cum Graevio. neque aliter pro diverſa lectione primus Vaticanus. invenit etiam id in ſuis Vivianus. ſex alii, *niſi inſcius*, verum proxime. Heinsius.

67. *Et ſtat ſententia.*] *Exſtat* Genev. Scribe, *en ſtat.* niſi malis. *tradere ſecum Dotalem patriam*, pro *mecum* cum Florentino S. Marci & primo Vaticano. ut poëtae interloquentis ſint verba. Heinsius.

69. *Aditus cuſtodia ſervat.*] In uno Vatic. *Cuſtodia claudit.* Ciofanus. *Claudit* etiam Lovanienſ. & duo alii. ſic Epiſt. XVIII. 43.

Si quis tibi claudere vellet
Aërios aditus.

Sic *aditum obſidere* lib. IV. Met. 489. Et ita Cicero & alii locuti. quia tamen hic additur *cuſtodia*, & ſequitur *clauſtraque*, retineo vulgatam. Burm.

72. *Sibi quiſque profecto Eſt Deus.*] *Fit Deus* in primo Gronovii, ut apud Maronem IX. 185.

—— *ſua cuique Deus fit dira cupido.*

Heinsius.

73. *Ignavis precibus fortuna repugnat.*] Seneca in Medea: *Fortuna fortes metuit, ignavos premit.* Ciofanus.

73. *Fortuna repugnat.*] In eodem Vatic. *Natura.* Idem.

74. *Cupidine tanto.*] Unus Vatic. & Statii, *tanta.* Idem. *Tanta* etiam in Thuani codice. ſed maſculino genere etiam Plautus Amphit. II. II. 210. & Noſter infr. lib. IX. 733. X. 636. VI. Faſt. 575. Sil. IV. 99. & VI. 614. v. Muret. I. Var Lect. 4. & ita ex MS. Florentino lib. I. Met. 234. *ſolitoque cupidine caedis.* Heins.

75. *Perdere gauderet.*] *Prodere* tres ſcripti. Vide Feſtum in eo verbo. at Mediceus primae notae, *Pendere.* pro Impendere, vel diſcrimini objicere.

ſumtum à lancis examine. unde *pendere tributum, vectigal, pœnam* & ſimilia. ſic Calpurnius Eclogâ VI.

Hunc ego, qualemcunque vides in valle, paciſcor
Pendere: dum ſciat hic ſe non ſine pignore vinci.

Noſter libro X. 611.

Atque ita; Quis Deus hunc formoſis, inquit, iniquus,
Pendere vult? caraeque jubet diſcrimine vitae
Conjugium petere hoc!

ita illic optimus Cantabrig. cum uno Baſileen. *penſius cogitare* Auſonio in Gratiarum Actione. *penſas herbas* proponderatis Noſter dixit Met. XIV. in fabula Circes Auſonius Idyll. VIII.

—— *juſto trutinae ſe examine pendit.*

ita veterrimus codex, non *penſat* cum vulgatis. Epiſtola V. ad Theonem, idem codex *dependere* pro *deprendere:*

Quas tamen explicitis nequeas dependere chartis.

Quibus tamen locis nil temere muto. apud Statium quoque Achilleidos primo ſub finem in nonnullis codicibus eſt legere:

Sed, pater; ante igni ferroque exciſa peribit
Scyros, & in tumidas ibunt everſa procellas
Moenia, quam ſaevo mea tu connubia pendas
Funere.

Non *perdas*, quod eſt in vulgatis. primo tamen verſu ſcribendum cenſeo, *Sed patria ante igni. patria Scyros.* Heins.

77. *Et gladios auſim.*] *Per gladios* cum uno Voſſiano, uno Gronovii, priore Twiſdenio & Mediceo uno. *Per gladias* etiam in uno Berſmanni exſtabat. Heins. De repetitione illa praepoſitionis *per*, vide ad I. Art. 96.

77. *Nec in hoc*] In Caeleſt. *neque ad hoc.* in Vatican. *neque ad haec.* Ciofanus. *Neque in hoc*, non *ad hoc*, cum melioribus. *In hoc* vero rectum puto. Vide notas Schefferi & noſtras ad Phaedr. Prolog. lib. V. Noſtef lib. IV. 149.

Eſt & mihi ſortis in unum
Hoc manus.

Talia dicenti, curarum maxima nutrix
Nox intervenit; tenebrisque audacia crevit.
Prima quies aderat; quà curis fessa diurnis
Pectora somnus habet. thalamos taciturna paternos
Intrat: & (heu facinus!) fatali nata parentem
Crine suum spoliat: praedàque potita nefandà
Fert secum spolium sceleris; progressaque portà
Per medios hostes (meritis fiducia tanta est)
Pervenit ad regem: quem sic adfata paventem:
Suasit amor facinus. proles ego regia Nisi
Scylla, tibi trado patriosque meosque Penates.
Praemia nulla peto, nisi te. cape pignus amoris

Pur-

Lib. x. 409.

Et in hoc mea (pone timorem)
Sedulitas erit apta tibi. Burmann.

79. *Ille mihi.*] *Illa* Junian. ut ad *purpuram* referatur, & mox *factura potentem est* Leidensis unus & Gronov. & majorem vim habere repetitionem τοῦ *est* credebat Heinsius.

82. *Tenebrisque.*] *Tenebris* Leid. duo regii & tres alii. similis locutio Plinii lib. ix. 42. *ubi licentiâ audacia crevit.* & Claudian. praef. lib. i. de Rapt. Pros. *Ast ubi paullatim praeceps audacia crevit.*

85. *Fatali nata parentem Crine suum spoliat.*] Hac de re sic Propertius lib. iii. eleg. 17.

Tuque ô Minoa venumdata, Scylla, figura,
Tondens purpurea regna paterna coma.
Hanc igitur dotem Virgo desponderat hosti!
Nisi, tuas portas fraude reclusit amor.
At vos, innuptae, felicius urite taedas,
Pendet Cretaea tracta puella rate.
Non tamen immerito Minos sedet arbiter Orci,
Victor erat quamvis, aequus in hoste fuit.
Ciofanus.

85. *Fatali.*] *Vitali* in vetustioribus nonnullis. Heinsius. Male. fatum enim erat crinis ille, ut Palladium Trojae & similia.

87. *Spolium sceleris.*] Ubi *sceleris* legitur, *celeris* emendamus, cum ex antiquo codice, tum ex Prisciano locum hunc ita citante. Hicque ordo erit, *ipsa celeris*, hoc est, festina, *fert secum spolium.* Jac. a Cruce. Crinem purpureum, quo sceleratè nimium patrem spoliarat. quidam tamen pro *sceleris*, *celeris* substituunt. sed quàm bene, ipsi viderint. Regius. *Sceleris* omnes libri scripti, illo Statii excepto, in quo antea legebatur, *celeris*, cui postea recenti manu, & atramento additum est *s*, factumque *sceleris.* Priscianus etiam legit, *celeris.* ejus verba sunt lib. v. *Et adjectivis exceptis, quae si non in his faciunt feminina, necessariò communia sunt, ut Celer masculinum Celeris facit femininum, cujus in e neutrum.* Ovid. viii. Metamorph.

— *praedaque potita nefanda;*
Fert secum spolium celeris, progressaque porta.

Terentius in Phormione:

Nullus es Geta nisi consilium aliquod celere repereris. Ciofanus.

Celeris in primo Mediceo, priore Erfurt. Calandr. Juret. Spirenf. & quinque aliis. quomodo & Priscianus agnoscit, & in veterrimo libro Vivianus invenit. Sed vel sic versum hunc tollendum censeo. Certe in optimo S. Marci codice margini adscriptus erat, idque manu recentiori. Heinsius.

88. *Meriti fiducia tanta est.*] *Meritis* duo. unus Leidensis, *menti.* non male. Idem. Vid. ad Epist. xvii. 19.

91. *Patriamque meosque penates.*] *Patriosque* ex melioribus. Heins. *Patriaeque* Francof. Cantab. & sex alii.

92. *Pignus amoris.*] *Munus* Junian. & Leid. male. vid. ad Epist. xv. 104.

94. *Sceleratque dextra Munera porrexit.*] Exaggerat poëta tetrum facinus Scyllae. Ciof.

96. *Imagine facti.*] *Monstri* unus Gronovii. sed mox sequitur. eadem diversitas supr. lib. v. 258. Burm.

97. *Dii te summoveant.*] Hoc idem, opinor, aliis verbis dixit Terentius: *Dii te eradicent.* Et: *At Dii perdant.* Plautus in Aulularia: *Juppiter te, Diique omnes perdant.* Idem in Rudente, *Di te infelicitent.* Idem in Casina: *Ut illum Di omnes perdant Deaeque.* Ad quem locum respexit Terentius in Eunucho: *Ut Di illum Deaeque senium perdant.* Ciofanus.

98. *Orbe suo.*] *Orbe polus* Neapol. Florent. S. Marci, & Spir. *Orbe tuo* quartus Medic. *Orbe meo.* Scribe, *Orbe pio.* postea *negentur* pro *negetur* Mediceus chartaceus. Heinsius. *Orbe suo* retinendum, quia mox sequitur, *Creta, quae meus est orbis.* intelligit vero totum orbem, in quem deorum est potestas. Burmann.

98. *Pon-*

Purpureum crinem. nec me nunc tradere crinem,
Sed patrium tibi crede caput. ſceleratáque dextrâ
Munera porrexit. Minos porrecta refugit;
Turbatusque novi reſpondit imagine facti:
Dî te ſubmoveant, ô noſtri infamia ſecli,
Orbe ſuo: tellusque tibi pontusque negentur.
Certè ego non patiar Jovis incunabula Creten,
Quae meus eſt orbis, tantum contingere monſtrum,
Dixit: &, ut leges captis juſtiſſimus auctor
Hoſtibus impoſuit, claſſis retinacula ſolvi
Juſſit; & aeratas impelli remige puppes.
Scylla, freto poſtquam deductas nare carinas,

Nec

98. *Pontuſque negetur.*] In uno meo & Vat. *Caelumque negetur.* Ciofanus. ita & Regius Thuan. & tres quatuorve alii.

99. *Certe ego non patiar Jovis incunabula Creten.*] De Jove in Creta nutrito ſic ipſe lib. III. Amor. X. 19.

Cretes erunt teſtes, nec fingunt omnia Cretes,
Cretes, nutrito terra ſuperba Jove.

Seneca in Hercule Oeteo 1873.

Fleat Alciden
Caerula Crete, magno tellus
Clara Tonante, centum populi
Brachia pulſant.

De Cretae ſitu ſic Ptolemaeus lib. III. *Creta terminatur ab occaſu mari Hadriatico, à Septemtrione Cretenſi, à Meridie Punico, ab Oriente Carpathio.* Ciof.

100 *Qui meus.*] *Quae meus* Urbin. & duodecim alii. Heins.

101. *Juſtiſſimus auctor.*] Sic & lib. II. Art. 25. & lib. III. Am. X. 41.

Sit modus exſilio, dixit, juſtiſſime Minos.

Alibi *Legiferum* vocat, videlicet quòd primum Cretenſibus leges dederit:

Optavit Minos ſimiles ſibi legifer annos.

De Minoë ita ſcribit Val. Maximus lib. I. cap. II. *Minos Cretenſium Rex nono quoque anno in quoddam praealtum ex vetuſta religione conſecratum ſpecus ſecedere ſolebat, & in eo moratus, tamquam à Jove, quo ſe ortum ferebat, traditas ſibi leges praerogabat.* De hoc etiam Plutarchus in Theſeo. Ciofanus. Olim *ultor* legebam. ut ſupra VII. 458.

Androgeique necem juſtis ulciſcitur armis.

Et apud Guntherum libro IV. Ligurini.

Aliorum guttura duro
Elidi laqueo juſtiſſimus imperat ultor.

Et libro IX.

Riſit, & appenſum ligno juſtiſſimus ultor,
Faucibus eliſis condigna morte peremit.

Nunc nihil muto. Nam *auctor* ad leges referendum: unde & *legifer* Noſtro dictus eſt in Amoribus. ſic de Auguſto lib. XV. 833.

—— *legeſque feret juſtiſſimus auctor.* Heins.

Ita in vita Virgilii, à Foca Grammatico conſcripti, poſſet legi:

Itur ad auctorem legum.

Vulgo, *rerum.* Burm.

103. *Et aeratas impleri remige puppes.*] In meo antiquiore legitur, *Impelli remige puppes.* Omnino rectius. Retinet & verae lectionis clariſſima veſtigia Brian. lib. in quo eſt, *impellit.* Quam Tacitus lib. II. apertiſſimè confirmat: *Ac primo placidum aequor mille navium remis ſtrepere, aut velis impelli.* & ipſe Epiſt. III. *Sive paras impellere remige claſſem.* Denique carmen ipſum ſuperius & inferius manifeſtiſſimè id requirit. Ciofan. Imo, *impelli.* quod praeter unum codicem Ciofani, & Mureti excerpta, quinque noſtri exhibent. ſic *inſidum remis impellere marmor* Maroni in Georgicis. I. 254. & Aeneid. IV. *impellite remos.* Noſter Epiſt. III.

—— *ſive paras impellere remige claſſem.*

Val. Flac. I. Arg. 340.

Concuſſoque ratem gauderem pellere remo.

Silius lib. I. 567.

Ite citi, remis veliſque impellite puppim. Heins.

Virg. V. 119.

Triplici pubes quam Dardana verſu
Impellunt, terno conſurgunt ordine remi.

104. *Deductas carinas.*] E terra in mare miſſas, aut tractas. ſic lib. VI. 444. *jubet ille carinas In mare deduci.* Vide eruditiſſ. Servium lib. I. Aeneid. 551. Ciofanus. *Deductis nare carinis* Junian. *ut nare* pro navigare ponatur. vid. ad Epiſt. XIX. 185. ſed vulgatam praeſtare puto. nam naves etiam eleganter *natare* dicuntur. ſic forte apud Propert. lib. II. Eleg. VII. 68.

Aut mea ſi naret puppis in Oceano.

Legi poſſet, pro *ſtaret.* Apud Senecam Thyeſt. 180.

Nec praeſtare ducem ſceleris ſibi praemia vidit;
Conſumtis precibus violentam tranſit in iram:
Intendensque manus, ſparſis furibunda capillis,
Quo fugis, exclamat, meritorum auctore relictâ,
O patriae praelate meae, praelate parenti?
Quo fugis, immitis? cujus victoria noſtrum
Et ſcelus & meritum eſt. nec te data munera, nec te
Noſter movit amor; nec quod ſpes omnis in unum

Te

Fremere jam totus tuis
Debebat armis orbis, & geminum mare
Utrimque claſſes agere.
Ita edidit Gronovius. ſed nec abſurdam aliarum editionum ſcripturam puto, *& geminum mare Innare claſſes.* BURM.

105. *Praeſtare ducem ſceleris ſibi praemia.*] *Sceleris ſua* unus Moreti. Puto, *ſceleri ſua praemia.* HEINSIUS.

107. *Paſſis.*] *Sparſis* omnes fere codices. quod furibundae magis convenire vidimus ad lib. III. Art. 709. *Sciſis* etiam unus Thuaneus. pro quo duo habebant, *foſſis.* vid. IV. Faſt. 458. *furioſa* etiam Sprotii.

108. *Quo fugis, exclamat, &c.*] Federicus Ranaldus, vir optimus, & Graecae & Latinae linguae eruditus, animi cauſſa cùm hoc poëma percurreret, atque ad hunc locum perveniſſet, admonuit me, Ovidium hoc ipſo in loco ad univerſam illam Didonis querelam lib. IV. Aeneid. 306. reſpexiſſe. ejus verba ſunt:

——— *tacituſque mea decedere terra?*
Nec te noſter amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?

Et poſtea nonnullis omiſſis:

Mene fugis? CIOF.

110. *Cujus victoria noſtrum Et ſcelus & meritum.*] *Victoria natura inſolens & ſuperba eſt* M. Tullius pro Marcello. IDEM.

112. *Movit.*] *Tenuit* Cantabr. Medic. & alius.

112. *In unum.*] *Uno* prim. Moret. & ſex alii. HEINSIUS. *Conjecta eſt* Regius, Leid. & Lovan. & quinque alii. vid. ad I. Am. IX. 12.

113. *Quonam deſerta revertar? In patriam?*] Tale quippiam exclamat Ariadne apud Catullum, cùm à Theſeo in litore relicta fuiſſet:

Nam quò me referam? quali ſpe perdita nitar?
Idaeosne petam montes? an gurgite vaſto
Diſcernens pontum truculentum ubi dividit aequor?
An patris auxilium ſperem? quemne ipſa reliqui,
Reſperſum juvenem fraterna caede ſecuta?

Quod feliciſſimè imitatus videtur hic Noſter in epiſtola ipſius Ariadnes ad Theſeum ℣s. 59.

Quid faciam? quò ſola ferar? vacat inſula cultu:
Non hominum video, non ego facta boum.
Omne latus terrae cingit mare, navita nuſquam eſt,
Nulla per ambiguas puppis itura vias.
Finge dari comiteſque mihi ventoſque, ratemque,
Quid ſequar? acceſſus terra paterna negat.

CIOFANUS.

115. *Patris ad ora.*] In uno meo, *Ab ore.* In altero, Vatican. Brian. & Dominic. & Caeleſt. *Ob ora.* CIOFAN. Pro *ad ora.* Urbin. prim. Pal. Cantabr. prim. Vatic. tert. Medic. prim. Gronov. aliique plurimi, *ob ora*; optime. Virgilius lib. XII. 865.

——— *Turni ſe peſtis ob ora*
Fertque refertque ſonans.

Ubi adeantur quae notamus. Sec. Medic. *ob oram.* Alii nonnulli, *ab ore.* HEINSIUS. De eleganti illa locutione *ob ora* vide Daviſ. ad Cicer. III. Quaeſt. Tuſc. 13. ſic Apulej. II. Met. *Herbulam ter ob os corporis, & aliam pectori ejus impoſuit.* ubi alii, *in os.* & libr. IV. princip. *beſtiis & id genus pecudibus occurrentibus ob os introëuntium. ad ora* tamen etiam Val. Flac. IV. 227. ubi plura dicemus. BURMANN.

116. *Quem tibi.*] *Quae* ex caſtigatioribus. HEINSIUS.

116. *Cives odere merentem: Finitimi exemplum metuunt.*] Ibidem Dido:

Te propter Libycae gentes, Nomadumque Tyranni
Odere. CIOF.

117. *Obſtruximus urbem Terrarum.*] Vatican. & Statii. *Orbem.* Rectius: quam lectionem habent Ald. & Briant. libri. CIOFAN. Sine libris antiquis eſſet, non auderem controverſiam huic loco movere. Sed cum in membranis nonnullis exploratae fidei duo priora vocabula in mendo cubent, cumque in Neapolitano, qui inter praecipuos eſt, Spirenſi fragmento praeſtantiſſimo, Urbinati, ſecundo Mediceo ac Thyſiano, *exponimus orbem* legatur, non *obſtruximus orbem*, in primo Baſileenſi, *exponimur orbem*; in Florentino S. Marci omnium caſtigatiſſimo, ac uno Mediceo notae praeſtantis, *exponimur orbe*; aliquid reconditae antiquitatis ac elegantiae huic loco ſubeſſe confeſtim deprehendi. ſcribendum videlicet ac diſtinguendum:

——— *Ex-*

Te mea congesta est? nam quo deserta revertar?
In patriam? superata jacet. sed finge manere:
Proditione meâ clausa est mihi. patris ad ora?
Quae tibi donavi. cives odere merentem:
Finitimi exemplum metuunt. obstruximus orbem
Terrarum, nobis ut Crete sola pateret.
Hac quoque si prohibes, si nos, ingrate, relinquis,
Non genetrix Europa tibi, sed inhospita Syrtis,

Arme-

——— *Exponimur orbe;*
Terrarum nobis ut Crete sola pateret.

Modum loquendi desumptum ab infantibus, qui exponebantur, olim credebam, ac proinde legendum, *exponimur orbe*, quomodo *puellam expositiiam* habemus in Plauto. vel, *exponimur orbi*, quomodo apud Lucanum lib. v. 102. *expositum cunctis nullique negatum Numen*, & apud Nostrum III. Pont. I. 49.

Exposuit memet populis fortuna videndum.

Et apud Statium Theb. v. 622.

Ipsa ego te (quid enim dubitem moritura fateri)
Exposui fatis.

Et apud Florum libro III. cap. II. *Eodem duce ductus exercitus undique hosti exponitur.* Sic *expositus solibus locus*, *expositus ventis navis*, & mille talia. Adeundus in *Exponere* Nonius Marcellus. hinc & *exponere nomen virginitatis* in Arnobio, virginitatem prostituere. *exponere* & *includere* inter se opponuntur apud Tertullianum de Pallio: *toga humerum vel exponit*, *vel includit*, & *toga exponitur* pro exsuitur apud eundem. Sed aliud est *exponi orbi*, aliud *orbe exponi.* imo prorsus sunt contraria. *Exponi orbe*, ut *exponi domo.* hoc est excludi toto orbe & tamquam arceri ac repelli. Addunt plerumque *de* vel *ex* praepositionem. ut in illo Maronis X. 23. *Socios de puppibus altis Pontibus exponit.* Caesar libro IV. Belli Gallici: *ex navibus cum essent expositi milites.* Sic & Nasonianum istud hoc loco, *exponimur orbe*, tantundum est, ac si dixisset, *ex orbe universo exponimur.* atque ita Florentini codicis scriptura illibata restabit. Heins. Licet posset Heinsii emendatio alicui placere, nobis tamen tam molestе scripsisse Poëtam facillimum, minime fit verosimile, neque phrasim illam *exponimur orbe*, eo sensu, quo Heinsius exponit, ullo idoneo auctoris exemplo adstrui posse credimus, cum quae adduxerit vir acutissimus, alio spectent. de quo egimus lib. I. Art. 408. & ad Quinctil. II. 5. quare nos vel unius Codicis Medicei lectionem, *Occlusimus orbem*, malumus sequi: ut sit oppositio inter *occludere* & *patere.* & praeterea manifesta sit imitatio Virgiliana, ex lib. I. Aeneid. 334.

Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.

Vel cum aliis libris MSS. legere, *obstruximus orbem.* ita Cicer. III. ad Att. 15. *Sin omnia sint obstructa; id ipsum fac ut sciamus.* ut inf. 186.

Terras licet, inquit, & undas
Obstruat.

Quamvis ibi diversus paullum sit sensus: hic enim exprobrat Scylla Minoi omnia, quae in gratiam ejus fecerat, quibus omnium odium & exsecrationem merita esset, ut soli modo Minoi placeret. & contendit, ut rejectam & exclusam ab aliis, & cui nullus aditus ad reliquum orbem pateret, reciperet regno suo. deinde melius procedet sententia, si sequenti versu legamus,

Hac quoque si prohibes, si nos, ingrate, relinquis,
Non genetrix Europa.

Solet enim Noster illud *si* repetere, ut lib. II. 298. & alibi. vid. ad III. Amor. IX. I. Burm.

119. *Hanc quoque si prohibes, & nos, ingrate, relinquis.*] *Hac prohibes* ex iisdem, de quo Artis Amatoriae lib. II. vs. 335. Deinde, *sic prohibes* bene tert. Mediceus & duo alii. *sic nos relinquis.* etiam ex Palatinis unus. alius, *si relinquis.* Heins.

120. *Non genetrix Europa tibi est, sed inhospita Syrtis, Armeniae Tigres, Austroque agitata Charybdis.*] Nihil his saevius atque inhumanius esse significat. Hoc etiam indicat Ariadne apud Catullum, his verbis:

Quae Syrtis, quae Scylla vorax, quae vasta Charybdis?

Hujusmodi alia collegi lib. superiore: quae nullo negotio quisque poterit invenire. Ciof.

120. *Inhospita Syrtis.*] Sallustius De Bello Jugurthino cap. 78. duas Syrtes ponit, majorem & minorem; atque ait à tractu nominatas. Quod eas describens docet his verbis: *Nam duo sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura: quorum proxima terrae praealta sunt, cetera, ut fors tulit, aliàs alta sunt, aliàs in tempestate vadosa. Nam, ubi mare magnum esse, & saevire coepit ventis, limum arenamque & saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur: Syrtes ab tractu nominatae.* Ovid. lib. II. Am. XVI. 21. item duas facere videtur, ac per eas maximum quodque periculum significat:

Cum Domina Libycas ausim perrumpere Syrtes.

Et Lucanus in primo 498.

——— *qualis cùm turbidus Auster*
Reppulit à Libycis immensum Syrtibus aequor.

Armeniaeve tigres, Auſtrove agitata Charybdis.
Nec Jove tu natus: nec mater imagine tauri
Ducta tua eſt. (generis falſa eſt ea fabula veſtri)
Et ferus, & captus nullius amore juvencae
Qui te progenuit, taurus fuit. exige poenas;
Niſe pater. gaudete malis modo prodita noſtris
Moenia: nam fateor, merui; & ſum digna perire.
Me tamen ex illis aliquis, quos impia laeſi,
Me perimat. cur, qui viciſti crimine noſtro,
Inſequeris crimen? ſcelus hoc patriaeque patrique,
Officium tibi ſit. te verè conjuge digna eſt,
Quae torvum ligno decepit adultera taurum;

Diſſor-

De Syrtibus multa Strabo extremo lib. XVII. ubi eadem deſcribit pericula. De his etiam Dionyſius de Situ orbis, & ejus interpres Euſtathius. CIOF. Lucan. lib. I. 367.

Duc age per Scythiae populos, per inhoſpita Syrtis Litora.

121. *Armeniae Tigres.*] Lib. II. Am. XIV. 35. quoque hic Noſter docet Tigres in Armenia eſſe:

Haec neque in Armeniis tigres fecere latebris.

Et Propertius lib. I. IX. 19.

Tum magis Armenias cupies accendere tigres.

CIOFANUS. *Armeniaeve* Lovan. Reg. & Berneg. *Armeniae tigres* plurimi alii. Heinſius maluerat olim, *Armeniae aut Tigres.* ſed mihi *Armeniaeve Tigres* placet; nam ſyllabam primam in *Tigres* corripi à Manilio oſtendit ad Horat. I. Ep. XVIII. 56. Cl. Bentlejus. ſed & ab ipſo Horatio exemplum capere licet, qui Art. Poët. 393.

Dictus ob hoc lenire tigres, rabidoſque leones.

Et à Claudiano VI. Conſ. Hon. 619.

Cingunt arva tigres.

Et ita etiam fluvii nomen corripit Horat. IV. XIV. 4[5].

Te rapidus Tigris, &c.

Vid. ad lib. XV. 86. BURM.

122. *Nec mater imagine tauri Luſa tua eſt. (generis falſa eſt ea fabula.*] In lib. Dominic. legitur: *Falſa nec imagine tauri Luſa tua eſt genitrix: falſa eſt ea fabula.* In uno meo, *Falſi nec imagine tauri.* Cetera ut Dominic. Quae lectio admodum mihi probatur. CIOFAN. In Cantabrig. & multis aliis eadem lectio, quam Ciofanus laudat ex ſuis, conſpicitur.

123. *Verum & ferus.*] In nonnullis *verus*, non *verum:* mihi *verum* magis placet. NAUGERIUS. In altero meo, *verus, & ferus.* Quo modo legi placuit Mariangelo (in Diatrib. Ovid.) cujus haec ſunt: *Legi equidem malim, Verus. ut concinna veri ferique annominatio commodius etiam ad ſuperiora reſpiciat.* CIOFAN. *Verus* in multis Veterum. unus meus, *rerum, vel veri.* Aſſentior Joanni Guilielmo Capoferreo, qui dum hae obſervationes praelo committuntur, opportune reſcribendum monuit:

——— *generis falſa eſt ea fabula veſtri.*

pro *mater luſa tua eſt* in Neapol. *capta.* in optimo S. Marci, Florentino, *Ducta.* eleganter; *Duci* pro trahi, etiam pro induci vel ſeduci. Vide Nonium Marcellum de eo verbo. Unde *ductari dolis* apud Comicos. Sed hic pro trahi & capi ponitur. A. Gellius Noct. Attic. libro XV. cap. 7. *cum epiſtolas D. Auguſti legeremus, duceremurque elegantia ſermonis.* Noſter denuo lib. XIV. 229.

Invidiae ſocios praedaeque cupidine ductos.

ita liber optimus. apud Horatium lib. II. Sat. II. *Ducit te ſpecies; video.* Propertius lib. II. Eleg. VII.

Uxor me nunquam, nunquam me ducet amica.

Apud Perſium Satyra V.

Jus habet ille ſui palpo, quem ducit hiantem Cretata ambitio;

Male Pithaeus repoſuit, *tollit hiantem.* Lucilius apud Macrobium, *Illum lumina ducebant, atque altilium lanx.* Sed finis exemplorum non eſſet. pro vulgata tamen lectione quae faciant, vide notata à nobis ad lib. IV. verſ. 698. *Agi* pro duci & delectari Solinus videtur poſuiſſe, ut eſt in quibuſdam membranis cap. XXVIII. *hoc aguntur.* de amantium gente. Barthius Adverſar. lib. III. cap. 21. ſcribendum contendit:

Et ferus & captus nullius amore puellae.

Idem poſtea & ad alias conjecturas ſe convertit, quibus abſtinuiſſet mallem. *Ferus*, inquit, taurus, hoc eſt urus, & quidem nullius vaccae amore unquam correptus, te progenuit. HEINS. Ita infr. lib. X. 182. in MSS. *Ludique cupidine ductus.* Vide quae nos ad Quinctil. VII. Inſt. Orat. 2. ſequentia (*generis falſa eſt ea fabula veſtri*) parentheſi includenda ſunt, & deinde legendum, *ſed ferus, & captus*, &c. in uno Heinſii erat etiam, *fabula veſtri,*

Diſſortemque utero foetum tulit. ecquid ad aures
Perveniunt mea dicta tuas? an inania venti
Verba ferunt; idemque tuas, ingrate, carinas?
Jam jam Paſiphaën non eſt mirabile taurum
Praepoſuiſſe tibi: tu plus feritatis habebas.
Me miſeram! properare juvat: divulſaque remis
Unda ſonat. mecum ſimul ah! mea terra recedit.
Nil agis, ô fruſtra meritorum oblite meorum.
Inſequar invitum: puppimque amplexa recurvam,
Per freta longa trahar. vix dixerat; inſilit undas;
Conſequiturque rates, faciente Cupidine vires.
Gnoſiacaeque haeret comes invidioſa carinae.

Quam

ſtri, quod conjecturam Capoferrei confirmat. Burmann.

128. *Sed tamen ex illis aliquis.*] *Me tamen* appoſita & efficaci repetitione unus Gronovianus. Heins. Sic Virg. IX. 427.

Me, me (adſum qui feci) in me convertite ferrum.

129. *Crimine noſtro.*] *Munere noſtro* Leidenſis pro varia lectione.

130. *Inſequeris crimen.*] Non obvia verbi hujus ſignificatio pro inſectaris: & ita ſumi apud Hiſtoriae Auguſtae ſcriptores docuit Salmaſius ad Spartian. Hadrian. cap. IV. & Lamprid. Elagab. VIII. Burmann.

131. *Officium tibi ſit.*] *Tibi ſit* Cantabrig. & pro diversâ lectione prior Erfurt. & prior Hamburgenſis Deinde ex melioribus, *te vere conjuge digna eſt*, non *vero*. Heins.

133. *Diſcordemque utero foetum tulit.*] Quicquid obloquuntur libri veteres, repone, *Diſſortem foetum*, & adi quae notamus ad Epiſtolam Ulyſſis Sabiniani vſ. 35. Certe in fragmento Boxhorniano *Diſcortemque*. Columella tamen libro VI. cap. 36. *Diſcordantem utero ſuo generis alieni ſtirpem inſitam facile recipiat*, de equabus. Heins.

135. *Iidemque tuas.*] *Idem*, etiamſi ſynaereſi diſyllabon factum eſt, tamen duplici *i* ſcribendum erat, minus enim ſic incautos fallet. Glareanus.

138. *Me miſeram, properare jubet.*] Omnes libri ſcripti, *Properare juvat*. Quod ſanè retinendum videtur. Ciof. *Properare juvat* meliores. utrumque probum eſt. Heinsius.

138. *Divulſaque remis Unda ſonat.*] In eodem meo, *Diviſaque remis*. Ciofan. *Diviſaque* etiam plurimi ſcripti. niſi quod *diverſaque* quatuor, *diffuſaque* unus Bononienſis; *dimiſſaque* alius. Heinſius conjecerat, *diffiſaque*.

139. *Mecumque ſimul mea terra recedit.*] *Mecum ſimul ah mea terra* Florent. S. Marci, prior Hamburg. prim. Medic. Noricus & duo alii. *mecum ſimul &* alter Erfurt. & Bernegger. in quo vetus lectio penitus erat eraſa. *mecum ſimul mea* Arondel. *ſine me ſimul & mea terra* Zulichemianus & Genevenſis. Latet acumen aliquod, quod elicies, ni fallor, ſi reſcribas, *mecum ſine me mea terra recedit*. ſic lib. XI. 701. *Et ſine me me pontus habet*, ubi *ſine te* legebatur; frigide mehercules. Heins.

140. *O fruſtra.*] Vide ad quid referendum adverbium *fruſtra*; ſed ad *oblite* referetur, opinor, ſequitur enim: *Inſequar invitum*, ergo *fruſtra oblite*, quaſi diceret fruſtra impie. Glar.

142. *Per freta longa trahar.*] *Ferar* Leidenſis, Moreti, Gronovii & undecim alii. Vid. ad lib. VII. 67.

142. *Inſilit undis.*] *Undas* tertius Mediceus & tres alii. probe. ſic Statius Theb. II. 208.

Nec minus Ogygias eadem dea turbida Thebas
Inſilit.

Horatius Art. Poëtica 465.

—— *ardentem frigidus Aetnam*
Inſiluit.

Val. Flaccus lib. VIII. 132.

—— *mox attonita cum virgine puppem*
Inſilit.

Lucanus libro III. 626.

Inſiluit ſolo nociturus pondere puppim.

Solinus cap. X. *feminae inſiliunt defunctorum rogos conjugum.* Apulejus Mileſior. III. *pro juvene Baeotio geſtientes fores inſiliunt.* ubi malo, *aditum ſepientes*, ut lib. VIII. de Canibus, *totos praecingunt aditus.* Idem Apulejus lib. VIII. de Apro, *quem primum inſiluit cunctabunda miratur. inſilire in cocleatum equuleum* Pomponius Decuma Fullonis apud Nonium. Gunther. Ligur. lib. X. 404.

Quoſdamque viriliter auſos
Inſiluiſſe levi trepidantia moenia ſaltu
Obtruncant ferro.

Pari modo cum alii. tum idem Guntherus lib. II. dixerunt. *aſſilire hoſtes.* ſic *& inſultare fores* Ter. Eun. II. III. Et *inſultare multos bonos ab adoleſcentia*

Sallu-

Quam pater ut vidit, (nam jam pendebat in auras,
Et modo factus erat fulvis Halyaeëtos alis)
Ibat, ut haerentem roſtro laniaret adunco.
Illa metu puppim dimittit: at aura cadentem
Suſtinuiſſe levis, ne tangeret aequora, viſa eſt.
Pluma fuit. plumis in avem mutata vocatur
Ciris: & à tonſo eſt hoc nomen adepta capillo.

Fab. II. Argumentum.

Ariadne in coronam.

Minos victor, cum ſtipendium Athenienſibus impoſuiſſet, & nobilium liberi [a] *quotannis ad labyrinthum à Daedalo factum mitterentur, qui Minotauro objicerentur, quem Paſiphaë Solis filia, Minois uxor, ejuſdem Daedali fabri ope juncta tauro, enixa fuerat;*

Salluſtius. ſimiliter Feſtus Avienus Deſcriptione orbis & orae maritimae, *incumbere*. & Statius VI. Theb. 575.

Tum Palladios non inſcius hauſtus
Incubuit.

Idem Avienus cum quarto caſu jungit, & *invehere*. *invehere ſe undas*, Deſcr. Orb. 793.

Carmani qua ſe pelagi procul invehit undas.

Ubi male *Carmanidis* circumfertur. *influere*, *incidere*, *inrepere*, *inlabi*, *incubare*, *inruere*, *invigilare*, ut Ys 1314.

Pars Indi procurat ſegmina dentis
Aut ebur invigilat

Inferre idem Ora Marit. 383.

Nullus carinas aequor illud intulit.

Noſter *incidere* cum quarto caſu junxit, libro VII. 524.

Incidit exoſae dictas à Pallade terras.

Et Guntherus lib. VIII. 60.

Nam ſi quis Ligurum fatis agitatus iniquis
Illorum quandoque manus infeſtaque tela
Inciderat.

Et lib. X. 90.

Tacitas improvidus hoſtis
Incidit inſidias.

Sic *immurmurare ſilvas*, Virgil. Georg. IV. 261.

Frigidus ut quondam ſilvas immurmurat Auſter.

Ita enim veterrimus codex. proximus verſus, *Inſequiturque rates* eſt adulterinus & inſulſus. Heins. Vide Voſſium de Conſtructione cap. XLIII. apud Lucanum tamen lib. IX. 251.

Sic ille profatus
Inſiluit puppi.

Et lib. X. 507.

Sed caeca nocte carinis
Inſiluit Caeſar.

In quibus locis nihil variant codices, ut nec apud Noſtrum lib. XII. 341. Vide & inf. ad lib. XI. 731. ſic *impluere* cum quarto caſu lib. I. 573. conſtrui Heinſius docuit. Burm.

143. *Conſequitur rates.*] In meo antiquiore, *ratem*, numero unitatis: quae verior eſt lectio. Ciofanus.

145. *In auras.*] *In auris* unus Regius. *ad auras* Menard.

146. *Et modò factus erat fulvis Haliaetus in alis.*] Uſus eſt Poëta Synaereſi contractis *a* & *e* in unam ſyllabam: nam ἁλιάετος per ſe quadriſyllabum eſt. Micyll. In eodem meo & Statii, *Et modò factus avis Haliaetus in alis.* Sic vett. libri. Alii non rectè legunt, *Haliaeetus alis*. Ciofanus. *Halyaeëtos* Neap. prim. Palat. tert. Medic. Cantabrig. prior Erfurt. duo alii. ut apud Virgil. Ceiri 204. 528. & alibi. & Hygin. fab. 198. & mox, *laniaret* pro *lacerraret* meliores. Heins.

147. *Adunco.*] *Abunco* Francof.

148. *Dimiſit.*] *Dimittit* iidem. deinde, *at aura*, non *&*, cum Mediceo chartaceo. Heins.

149. *Viſa eſt.*] *Fertur* tres libri.

150. *Pluma fuit.*] De Scylla in avem converſa ita lib. I. Art. Amat. 331. breviter commemorat, ubi eandem, quam hîc, cauſſam fuiſſe tradit:

Filia purpureos Niſo furata capillos
Puppe cadens celſa, facta refertur avis.

Ciofanus.

151. *Ciris.*] Quaenam avis propriè ſit Ciris, apertius aut planius alibi nuſquam traditur. Graecorum quidam commentarii exponunt ἱέρακα hoc eſt, accipitrem, τὴν ἀλκυόνα intelligi volunt. Ex noſtris ſunt, qui alaudam interpretentur. Virgilius autem, ſeu quiſquis is fuit, qui carmen illud de Ciri compoſuit, ſolitariam avem hanc videtur facere, quae in ſolis rupibus ac ſcopulis & littoribus deſertis, ut ipſe ait, exigat aevum, vertice in medio criſtam purpuream habens, ceteris plumis

varie

Vat; tertio ſtipendio Theſeus, [b] *Ægei & Æthrae filius, in inſulam Cretam* [c] *devectus,* [d] *Ariadnae Minois & Paſiphaës filiae,* [e] *quae pulchritudine ejus exarſerat, amore periculum capitis effugit. Digrediens itaque Athenas cum virgine* [f] *abducta,* [g] *ut Diam inſulam contigit,* [h] *Liberum patrem habuit in malis: deſertam enim à Theſeo ſibi copulavit Deus,* [i] *utque ſui in eam amoris memoria exſiſteret, coronam nomine ejus in coelum transtulit.*

VOta Jovi Minos taurorum corpora centum
Solvit, ut egreſſus ratibus Curetida terram
Contigit; & ſpoliis decorata eſt regia fixis.
Creverat opprobrium generis: foedumque patebat
Matris adulterium monſtri novitate biformis.

Deſti-

variè coloratis. Et quod hic Ovidius leviter innuit, Niſum ubique perſequi Scyllam, id idem ille latius explicat his verſibus:

Quacunque illa levem fugiens ſecat aëra pennis,
Ecce inimicus atrox, magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus: quà ſe fert Niſus ad auras,
Illa levem fugiens raptim ſecat aethera pennis.

Micyll. Quae autem de Niſo & urbis captivitate à poëta memorantur, Megarenſes (ut Pauſanias ſcribit) vera fuiſſe negant. Nolunt enim iis aſſentiri, qui urbem ſuam Niſo regnante captam fuiſſe ajunt. Sed Megareum Niſi generum in regnum ſucceſſiſſe, & deinceps Alcathoum Megarei filium aſſerunt. Videtur quidem Alcathous eo tempore ex Elide veniſſe, inquit, quo Niſus mortuus eſt, Megarenſium rebus afflictis: cujus rei argumentum eſt, quòd ſtatim murum aedificavit, quod vetus jam dirutus eſſet à Cretenſibus. Regius.

151. *A tonſo.*] *A rapto* unus Medic. *ab rapto* Palat. unus.

[a] *Quotannis.*] Ita quidem & Hyginus Myth. cap. 41. & alii nonnulli voluere. At Naſo vii. Met. ỳs. 171. nono quoque anno ſolutum vult id tributum ab Athenienſibus. Quam ſententiam & Plutarchus amplectitur in Theſeo, & à plurimis veterum aſſeri ait. Muncker.

[b] *Aegei.*] *Aegei regis* Colon.

[c] *Devectus.*] *Deductus opera Ar.* Colon. & mox *amore* omittit.

[d] *Ariadnae.*] *Ariadnes* Raen. & Col.

[e] *Quae pulchritudine.*] *Quae ejus exarſerat amore, periculum* Raen. *Quae in pulchritudinem ejus exarſerat, periculum mortis evaſit* Colon.

[f] *Abducta.*] *Adducta* Parm.

[g] *Ut Diam.*] *In Diam inſ. appulit, ibique Ariadnen dormientem inde ſolvens reliquit. Deſertam autem à Th. Liber pater ſibi copulavit.* Raener.

[h] *Liberum Patrem.*] Sic quidem MSS. cum Veneta. Plenius Micylliana, *ut Diam inſulam contigit eam deſeruit. Quae poſt multas lachrymas Liberum patrem in malis habuit adjutorem. deſertam, &c.* Munckerus. Ita & Colon. niſi quod *Chiam* habeat.

[i] *Utque ſui.*] *Memoria ut amoris exiſteret: corona in nomine ejus inter ſydera eſt.* Parm. Lugd. quae vitioſe, *memoria ut memoris*, &c. *Et ut memoria amoris exiſteret, coronam nomine ejus inter ſidera collocavit.* Micyll. *Utque ſ. i. e. a. m. ex. ejus coronam in caelum tranſtulit* Raen. *& ob memoriam ejus amoris coronam à capite ejus ſumptam inter ſydera collocavit*, Colon.

152. *Taurorum ſanguine centum Solvit.*] In Caeleſt. Dominic. & uno Maffei, *Taurorum corpora centum Solvit.* Quod dictum eſt, ſi ita legatur, per appoſitionem, ut Grammatici vocant. *centum taurorum:* fortaſſe eſt numerus finitus pro infinito. Ciofanus. *Vota taurorum corpora* Florent. S. Marci, Neapol. ſec. Medic. Bernegger. prior Hamburg. Cantabrig. aliique complures. optime. de quo alibi. *voti boves centum* apud Livium lib. xxviii. cap. 38. *votum* victimarum *ſanguinem* Noſter hoc ipſo libro infra 265. l. vii. ỳs. 162. *victima vota. vota ſacra* lib. ix. 136. lib. x. ỳs. 694. ex optimis codicibus *vota ſimulacra. delubra vota* lib. xiii. 634. ex membranis. *munera vota*, Amor. ii. Eleg. xiii. & eodem libro Eleg. xviii. *vota lyra.* Heinsius.

153. *Ut egreſſus.*] Lib. Brian. Domin. Vat. & Stat. *& egreſſus.* Ciofanus. *Ut egreſſus* cum nonnullis codicibus. Deinde, *Curetida terram* vetuſtiores magno numero. optime. Nam *Curetis terra* dicta antiquitus Creta, teſte Plinio lib. iv. cap. 12. Solino quoque & Marciano Capellae. *antiquas Curetum oras* vocat Cretam Virgilius lib. iii. 131. ubi v. Servius. hinc *Curetica tecta* apud Silium lib. xv. 307. nam quod in Ciri Virgiliana reponunt Scaliger & Contarenus Var. Lect. c. 8.

Carpathium fugiens & flumina Curetea.

pro *Caerataea.* non aſſentior. Sic apud Martial. lib. ix. 21. recte viri docti ex MSS. repoſuere:

Curetes texere Jovem.

Vetus Scholiaſtes ad illa Callimachi Hymno in Dia-

Deſtinat hunc Minos thalamis removere pudorem;
Multiplicique domo, caecisque includere tectis.
Daedalus, ingenio fabrae celeberrimus artis,
Ponit opus: turbatque notas, & lumina flexum
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Non ſecus ac liquidus Phrygiis Maeandros in arvis
Ludit; & ambiguo lapſu refluitque fluitque:
Occurrensque ſibi venturas adſpicit undas:

Et

nam, ỷs. 44. Χαῖρε δὲ Καίρατος ποταμὸς μέγα, haec notat, Ποταμὸς Κρήτης καὶ πόλις ἡ Καίρατος, οὕτω λεγομένη. Idem Silius lib. II. 93.

Cres erat aeriſonis Curetûm advectus ab antris,
Dictaeos agitare puer levioribus annis
Pennata ſaltus aſſuetus arundine Mopſus.

Nec Creta tantum dicta *Curetis*, ſed Acarnania quoque. *Curetes* enim, qui trans Acheloum fluvium habitabant, Acarnanes dicti. Pauſanias & Plinius. Denique & *Aëria*, & *Macaroneſus*, & *Chtonia*, & *Idaea*. videndus Stephanus Byzantinus. HEINS.

155. *Foedumque*] In Gronoviano erat, *crebrumque*; forte pro *tetrumque*.

156. *Matris adulterium.*] Sunt, qui in dubium revocent, quo nomine appellata fuerit illa, ex qua ſuſceptus eſt Minotaurus. Alii intelligunt Paſiphaën, alii verò Clymenen. Et fortè Ovidius ipſe, cum hoc variè à Scriptoribus traditum eſſe videret, ambiguè dixerit Epiſt. x. 91.

Cui pater eſt Minos, cui mater filia Phoebi.

Atque Ep. IV. 57. Paſiphaën, ut quam plurimi alii auctores, vocat:

Paſiphaë mater decepto ſubdita tauro
Enixa eſt utero crimen onuſque ſuo.

Ac, quod hic dixit *Opprobrium*, illic *Crimen*. & rurſus II. Art. 23.

Daedalus ut clauſit conceptum crimine matris,
Semibovemque virum, ſemivirumque bovem.

CIOFANUS.

156. *Monſtri biformis.*] Minotauri, qui media parte virum, altera taurum prae ſe ferebat. Qui avet ſcire, quis hic fuerit, ac quo modo emanaverit haec fabula, cognoſcet è Servio in VI. Aeneid. 14. exponente illud:

Daedalus, ut fama eſt, fugiens Minoïa regna.

Vide & Palaephatum. CIOFAN.

157. *Deſtinat hunc Minos thalami.*] In uno meo legitur, *Thalamis Deſtinat hunc, &c.* De hoc labyrintho ſic poëtarum princeps libro quinto ỷs. 588.

Ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta
Parietibus textum caecis iter, ancipitemque
Mille viis habuiſſe dolum: qua ſigna ſequendi
Falleret indeprenſus & irremeabilis error. CIOF.

Thalamis multi veterum cum prim. Reg. & Urbin. prim. Vatican. & prim. Medic. at Neapol. Cant. ſec. Medic. primus Baſil. & tres alii, *thalamo*. lib. I. Triſt. III. 13.

Ut tamen hanc animo nubem dolor ipſe removit.

Guntherus tamen Ligur. VII. 686.

Teutonicaeque parat gentis removere pudorem.

HEINSIUS.

158. *Caeciſque includere tectis.*] *Caecis* quart. Medic. & quindecim alii. ut labyrinthum caeca vocet tecta. & ſit appoſitio. ut lib. III. 204.

Repetatne domum, regalia tecta. HEINS.

Multipliciſque domi caecis incl. Ambroſ. *multificique* Palatin. unde Gebhard. *multifidaque.*

159. *Daedalus ingenio.*] Hinc *Daedalea* vocant Graeci opera αὐτόματα, hoc eſt, quae ſponte ſua moventur, aut vocem edunt. de quibus Platonis illud ex fabula quadam ab iiſdem citatur:

Οὗτος τὶς εἰ λέγε ταχὺ, τὶ σιγᾶς; οὐκ ἐρεῖς;
Ἑρμῆς ἔγωγε Δαιδάλου, φωνὴν ἔχων,
Ξυλινὸς, βαδίζων δ' αὐτομάτως ἐλήλυθα.

De parentibus autem Daedali varie ab auctoribus traditur. Lactantius, ut alii quidam, Eupalami filium facit Daedalum; Pauſanias in Baeoticis, Palamonis; Plato in Ione, item Pherecydes, ut in commentariis Sophoclis citatur, Metionis, quem Metionem rurſus idem Pherecydes Erechthei filium vocat. Diodorus autem contrà Eupalami, ipſum autem Eupalamum filium Athenaei, Erechtheique nepotem. eodem modo & de matre Daedali variant. nam Pherecydes ex Iphinoë natum dicit, Plutarchus in Theſeo ex Merope Erechthei filia. Quae diverſitas tametſi ad hunc locum non ita faciat, haudquaquam tamen omittenda viſa eſt. MICYLL. Proditum eſt litterarum monumentis, Daedalum adeò ingenio praeſtitiſſe, ut, quotieſcumque ingenioſum aliquem virum ſignificare volumus, Daedalum dicamus. Seneca in Hippolyto 119. *Quis meas miſerias Deus, aut quis juvare Daedalus flammas queat?* Sed poteſt hic quoque accipi pro quolibet, qui alicui opem fert. CIOF. *Daedalus interea* Moreti & Junian.

160. *Ponet opus.*] *In ſe ponit opus, turbatque notas & limina flectens* ſec. Med.

160. *Et limina flexu.*] Hic vide ut duo ablativi, *flexu*, atque *ambage* ſimul ponantur abſque copula. GLAREAN. Imo quod eſt in Palatinis, *& lumina flexu*

Et nunc ad fontes, nunc in mare verſus apertum,
Incertas exercet aquas. ita Daedalus implet
Innumeras errore vias: vixque ipſe reverti
Ad limen potuit; tanta eſt fallacia tecti.
Quo poſtquam tauri geminam juvenisque figuram
Clauſit; & Actaeo bis paſtum ſanguine monſtrum
Tertia fors annis domuit repetita novenis;
Utque ope virgineà, nullis iterata priorum,

Janua

flexu ducit in errorem. Dan. Heins. Sec. Palat. Neap. Florent. S. Marci. Spirenſis, tres alii, *flexum.* ut ad errorem referatur. prim. Palat. & unus Medic. *flexui.* duo veteres, *flexa.* nimirum ambage. Seneca Oedipo 214.

Ambage flexâ Delphico mos eſt Deo
Arcana tegere.

Ita optimus Mediceus, non *nexa* cum vulgatis. Lucanus lib. I. 637.

—— *flexâ ſic omina Thuſcus*
Involvens multaque tegens ambage canebat.

Ubi perperam *flexu* reponunt. ſed & *omina* illic legendum. Statius Theb. IV. 645. *flexâ dubios ambage relinquit. flexum iter*, Lucretio lib. IV. 91. & ℣s. 307. *flexi aditus.* Prudent. Apotheoſ.

Hos omnes quamvis anceps labyrinthus & error
Circumflexus agat.

Apud eundem libro II. contra Symmach.

—— *via neſcia flecti*
In deverticulum, biviis nec pluribus anceps.

Idem Cathemerin. hymno VII. *flexuoſa viarum diſpendia* dixit. idem Apotheoſi,

Artam ſalutis vix viam diſcernere eſt
Inter reflexas ſemitas:
Tam multa ſurgunt perfidorum compita
Tortis polita erroribus.
Obliqua ſeſe conſerunt divortia
Hinc inde textis orbitis.

Sic codex longe vetuſtiſſimus Puteanorum fratrum. non, *Obliqua ſeſe conſerunt divortia.* at apud Naſonem hoc loco codices quidam, *flexus.* an *flexim? lumina* etiam prior Hamburg. aliique ex antiquioribus multi. rectè. Heinsius. *Et lumina fallit* unus Medic.

161. *Ambage viarum.*] Eodem fortè modo Livius libro XXXVIII. dixit *Amfractus viarum.* Sic & Cornelius Tacitus lib. XI. Ciofanus.

162. *Non ſecus, ac liquidis Phrygius Maeander in undis Ludit.*] In uno meo, Caeleſt. Ald. & Briantii, *Maeandros.* In altero meo & Vatic. *Maeandrus.* Quovis modo rectè. *Non ſecus, ac liquidis Phrygius Maeander in undis Ludit; in ambiguo lapſu,* vel, ut eſt in uno Vatican. *fluxu.* Ciofanus. *Liquidus Phrygiis Maeandros in arvis* probe caſtigatiores. at prior Twiſdenius, argute & ingenioſe mehercules:

Non ſecus ac liquidos Phrygius Maeandros in arcus
Ludit.

Hoc eſt, in arcuata curvamina, ut alibi Noſter de Iride, lib. XI. *niger arcus aquarum.* uſus eadem comparatione Silius libro VII. 139.

Qualis Maeonia paſſim Maeandrus in ora,
Cum ſibi gurgitibus flexis revolutus oberrat.

Seneca Herc. Furenti, 683.

Qualis incertis vagus
Maeander undis errat, ludit & cedit ſibi,
Inſtatque, dubius litus an fontem petat.

Ita vetuſtus codex Etruſcus, ubi ambiguam ſcripturam licet agnoſcere. *τὸ ludit* hic Naſonis locus tuetur. Τὸ *arvis* tuetur locus Senecae. Phoen. 605.

Nec laetis minus
Maeandros arvis flectit errantes aquas.

Τὸ *errat* in Senecae loco ea tuentur quae adnotavimus ad Epiſt. IX. 55. Heins.

163. *Refluitque fluitque, Occurrenſque ſibi venturas adſpicit undas, &c.*] Ad hujus loci comparationem reſpexit Seneca in Hercule Furente:

Demitque curas, neve remeandi amplius
Pateat facultas: flexibus multis gravem
Involvit amnem. Qualis incerta vagus
Maeander unda ludit. & cedit ſibi,
Inſtatque dubius, litus an fontem petat.

De quo & ipſe alibi hoc modo:

Maeander toties, qui terris errat in iiſdem,
Qui lapſas in ſe ſaepe retorquet aquas. Ciofan.

165. *Ad mare verſus.*] *In mare* iidem: paulo ante pro *venturas aſpicit undas,* Arondelianus, *proſpicit.* argute. Heins.

166. *Incertas.*] *Inventas* unus Bonon. *diverſas* unus Medic. *& dubias* Vivian. & Cantabr. & duo alii. *inceſtas excurſat* Menard. à m. pr.

168. *Fallacia tecti.*] Gronovium maluiſſe *texti,* Heinſius notaverat. ſequenti verſu, *quod poſtquam* eſt in D. Heinſii editione, ſed contra ſcriptos & editos. *qua* unus Leidenſ. a m. pr.

171. *Annis novenis.*] *Annis novenis* exponit Raphaël, id eſt poſt novem annos. ſed ego puto *novenis annis* exponendum, vigeſimo ſeptimo anno, propter diſtributivum *novenis.* quanquam apud poëtas ea diſtributiva pro cardinalibus, ut vocant, ponuntur. Glarean. Variat autem hoc loco nonnihil à ceteris poëta. nam Virgilius, item Diodo-

Janua difficilis filo eſt inventa relecto;
Protinus Aegides, raptâ Minoïde, Dian
Vela dedit: comitemque ſuam crudelis in illo
Litore deſeruit. deſertae, & multa querenti,
Amplexus & opem Liber tulit. utque perenni
Sidere clara foret, ſumtam de fronte coronam
Immiſit coelo. tenues volat illa per auras:
Dumque volat; gemmae ſubitos vertuntur in ignes:
Conſiſtuntque loco, ſpecie remanente Coronae,
Qui medius nixique genu eſt, anguemque tenentis.

FAB.

rus, atque alii plerique non nono demum anno, ſed ſingulis annis, Athenienſium liberos in Cretam pro tributo miſſos dicunt. Virg. verſus ſunt lib. VI. 30.

In foribus letum Androgeo, tum pendere poenas
Cecropidae juſſi, miſerum ſeptena quotannis
Corpora natorum, ſtat ductis ſortibus urna, &c.

Sed tamen Ovidii ſententiam etiam Plutarchus approbat in Theſeo, qui eodem modo plurimos auctores ſentire ſcribit. MICYLLUS. Hyginus quoque Fabul. 41. quotannis miſſas ſcribit. alii ſeptenis annis. v. Meurſ. Regn. Attic. lib. III. cap. 2.

172. *Nullis iterata priorum Janua.*] Spirenſis liber inter vetuſtiores, *nulli ſuperata.* Neapol. & ſec. Medic. *nullis ſuperata.* Spirenſem lectionem veriorem puto. *gravido ſuperant vix ubere limen* apud Virgilium. HEINS. Nihil puto mutandum. Vid. ad Epiſt. XVIII. 135.

173. *Janua difficilis filo eſt inventa relecto.*] Hoc & ſuperius carmen ex iis, quae ſubjiciam, facilius intelligitur. Epiſt. IV. 59.

Perfidus Ægides, ducentia fila ſecutus,
Curva meae fugit tecta ſororis ope.

Ep. X. 71.

Cùm tibi ne victus tecto morerere recurvo,
Quae regerent paſſus, pro duce fila dedi.

Et Ys. 103.

Nec tibi, quae reditus monſtrarent fila dediſſem.
Fila per adductas ſaepe recepta manus.

Et III. Faſt. 462.

Quae dedit ingrato fila legenda viro.

Catullus LXIV. 113.

Errabunda regens tenui veſtigia filo,
Ne labyrintheis è flexibus egredientem
Tecti fruſtraretur inobſervabilis error. CIOFANUS.

Eleganter Palatinus, *filo relecto.* DAN. HEINSIUS. *Relecto* Palatinus unus, & pro diversâ lectione Arondelianus optime. ſic apud Horatium Od. XXXIV. libri primi puto ſcribendum:

——— *nunc retrorſum*
Vela dare, atque iterare curſus
Cogor relectos.

Sic ſua *veſtigia relegere. relegere campum* dixit Val. Flaccus lib. VIII. 121. & *relegere viam* lib. IV. 45. Adi Notas Faſtor. lib. III. v. 462. *Relegere ora* de Luna Statius Epicedio Patris v. Silv. III. 29.

Nam me ter relegens caelo, terque ora retexens
Luna videt reſidem.

A textricibus ſumpto loquendi modo. *retexere orbem* de Luna Noſter hoc ipſo loco dicturus eſt. forte tamen *relegens caelum* ſcripſerat Statius. Idem Theb. I. 271.

Incipe fluctivaga qua praeterlabitur unda
Sicanios longe relegens Alpheus amores.

Sic & Symmachus lib. II. Ep. 50. *relegere iter.* & III. Ep. 162. & Stat. initio Achilleidos:

Culpatum relegebat iter.

Sic *collecto filo* dicit. Senec Hypol. 649. & Scholiaſtes Stat. lib. XII. 674. dicit *filum relegere.* mox *Dian* pro *Diam* ſec. Pal. & duo alii. totidem, *Chian.* HEINS. *Chiem* Gronovian. *Chien* duo alii. *Dictem* Oxon. *Chiam* Medic. *relecto* jam etiam reſtituit Gebhard. III. Crep. 23.

175. *In illo Litore deſtituit.*] *In udo*, vel *alto* unus Leidenſis. ut apud Statium III. Silv. I. 68.

Forte diem Triviae dum litore ducimus udo.

Horat. lib. I. Od. XXXII.

Sive jactatam religarat udo
Litore navim.

Pro *deſtituit* quinque veteres, *deſeruit*, cui eleganter reſpondet τὸ *deſerta.* Multus eſt in hiſce repetitionibus Noſter. HEINS.

176. *Deſertae, & multa querenti, Amplexuſque & opem Liber tulit.*] *Deſertae* Ariadnae, quam à Theſeo relictam Bacchus duxit uxorem. Qua de re exſtat elogium illud ipſius Ep. II. 79.

Illa (nec invideo) fruitur meliore marito,
Inque capiſtratis tigribus alta ſedet.

De

Fab. III. Argumentum.

Perdix in avem ſui nominis.

Daedalus [a] *Eupalami filius ſupradictus, cum propter commiſſa Minoëm, à quo clauſus tenebatur,* [b] *profugere vellet, pennas ſibi & filio Icaro aptavit, quibus, ut volucres, profugerent regis imperium. Quorum Icarus, quia praeceptis parentis obtemperare* [c] *nequiverat, in inſulam maris decidit,* [d] *quae ab ejus nomine* [e] *Icaria dicta eſt. Daedalus autem in Siciliam* [f] *ad Cocalum regem, ſepulto filio, profugit; Cujus caſum* [g] *Perdix, Calai filius, Athenienſis pro gaudio tulit.* [h] *nam cum is à matre propter cognationem fratri datus eſſet in diſciplinam, quia primus ſerrae inventor fuerat; ob invidiam ingenii à Daedalo praecipitatus eſt.* [i] *cui in malis Minerva decidenti opem tulit. Ante enim, quam terram contingeret, ab ea in volucrem eſt verſus, quae à nomine ejus perdix vocatur.*

Daedalus

De hac etiam Ariadna, quam Juppiter immortalem & ſenectutis expertem fecit, ſic Heſiod. in Theogonia 947.

Χρυσοκόμης δὲ Διώνυσος ξανθὴν Ἀριάδνην,
Κούρην Μίνωος, θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν,
Τὴν δὲ, &c.

Sed aureo crine conſpicuus Bacchus flavam Ariadnam, filiam Minois, in flore exiſtentem duxit uxorem: Hanc autem, &c. Non defuerunt, qui dixerint, Ariadnas fuiſſe duas; alteram, quae Libero nupſit, ſeniorem; alteram juniorem, quae Theſeo. Ciofanus.

177. *Amplexus & opem.*] *Amplexuſque & opem* Voſſian. Med. & duo alii. Edit. Gryph. & aliae.

179. *Immiſit.*] *Impoſuit* Sprotii codex. ut lib. II. 507. IV. 613. X. 162. ſed quia ſequitur *volat*, vulgatam lectionem retineo.

180. *Gemmae nitidos vertuntur in ignes.*] De Ariadna in caelum evecta, deque ejus corona in ſtellas converſa, ita loquitur Bacchus ipſe III. Faſtorum 511.

Tu mihi juncta toro mihi juncta vocabula ſumes:
Nam tibi mutatae Libera nomen erit.
Sintque tuae tecum faciam monumenta coronae:
Vulcanus Veneri quam dedit, illa mihi.
Dicta facit, gemmaſque novem transformat in ignes,
Aurea per ſtellas nunc micat illa novem.

Ubi eſt à quo accepta ſit, & quibus conſtet ſtellis. Sed de ſtellis aliter Hyginus. Ciofan. *Subitos* prim. & ſec. Palat. aliique complures. recte. Lovan. & unus Medic. *rutilos.* Heins.

182. *Nixique genu.*] *Flexique genu* Argentin. & Moreti. *niſique* quinque: *anguemque tuentis* Leidenſ. & alius.

[a] *Eupalami.*] *Eupalmi* Colon. in qua editione longe aliis verbis argumentum hoc concipitur. quae referre piget.

[b] *Profugere vellet.*] *Fugere* Parm. Lugd. Micyll. *effugere* Colon.

[c] *Nequiverat.*] *Nequiret* Parm. Lugd. Micyll. Raen.

[d] *Quae ab ejus.*] *Quae ejus nomine* Parm. Lugd. Micyll. *in mare decidit, quod ejus nomine Icarium dictum eſt* Raener.

[e] *Icaria.*] *Icaros* eſt aliis. Vide Not. ad Hyg. Myth. cap. 40. Muncker. *Icarea* Parm. Lugd. *Icaras* Colon.

[f] *Ad regem.*] Haec varie interpolavit Raenerius: *Ad regem profugit; ſepulto filio in inſula, illi mari, in quo* (*quod* Heinſ.) *ceciderat vicina, quae de ejus quoque nomine Icaros dicta eſt. Patrem autem filium ſepelientem vidit Perdix, ſororis ipſius Daedali filius, ejuſque caſum cum gaudio tulit.*

[g] *Perdix, Calai filius.*] Ita & MS. & Veneta. *Cali* Micyllus. rectius omnino. ſed diſcedit heic ab aliis Lactantius, qui puerum, non patrem appellatum volunt *Talum*, vel *Calum*. Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 39. Muncker. *Catai fil.* Parm. Lugd. *Talus Caliſti filius* Colon.

[h] *Nam cum is à matre.*] *Nam cum à matre fratri datus e. i. d. q. p. ſerram invenerat o. i. i. ex muro à D. p. e.* Raener. *Nam cum is à matre cognato ſuo Dedalo d. e. i. d. q. p. ſerrae & circini inventor fuit. o. i. i. ex muro, &c.* Colon. *Nam dum is cum à matre p c. datus eſſet in d. &c. ex muro. &c.* Parm. Lugd. Micyll.

[i] *Cui in malis.*] *Cui decidenti Min.* Colon. *cui Minerva opem tulit* Raener.

DAedalus interea Creten, longumque perosus
Exsilium, tractusque soli natalis amore;
Clausus erat pelago. Terras licet, inquit, & undas
Obstruat: at coelum certè patet. ibimus illac.
Omnia possideat; non possidet aëra Minos.
Dixit: & ignotas animum dimittit in artes:
Naturamque novat. nam ponit in ordine pennas,
A minimâ coeptas, longam breviore sequenti:
Ut clivo crevisse putes. sic rustica quondam
Fistula disparibus paullatim surgit avenis.
Tum lino medias, & ceris adligat imas.
Atque ita compositas parvo curvamine flectit;
Ut veras imitentur aves. puer Icarus unà
Stabat: &, ignarus sua se tractare pericla,
Ore renidenti, modo quas vaga moverat aura,
Captabat plumas: flavam modo pollice ceram

Molli-

183. *Daedalus interea Creten, longumque perosus Exsilium.*] De Daedali exsilio & volatu copiose etiam scribit initio lib. II. De Arte. Unde nos, quoniam nihil aptius appositiusque ad hujus loci intelligentiam reperiri posse arbitramur, multa sumemus, ac loca cum locis, quam diligentissimè fieri poterit, conferemus. CIOFAN.

184. *Tactus.*] Lib. Briant. *Captus.* IDEM. Utraque lectio exemplis sat multis illustrari potest. infr. *ys.* 435. *longeque tuo sit captus amore*
Auctor.
IX. 510.
Si tamen ipse mei captus prior esset amore.
Et Ep. XV. 63. ubi vide. Sic II. Amor. I. 6. & mox *ys.* 224. eadem varietas est in scriptis, ubi & *tractus* alii libri. quod & hic in Mediceo codice erat. non male etiam. sic & IV. Trist. v. II. *tractaque cupidine laudis.* ubi etiam variant codices. & lib. X. 636. Phaedr. I. 23. *tacta invidiâ*, ubi Scheff. Vide Graevium ad Sueton. Tiber. XXI. BURMANNUS.

184. *Loci natalis amore.*] *Soli natalis* in uno Leidensi. rectius. ut I. Pont. III. 35.
Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit.
Statius Sylvar. lib. III. v. 81.
—— *nam nec mihi barbara Thrace,*
Nec Libye natale solum.
Theb. VIII. 320.
—— *omne homini natale solum.*
Seneca Thyeste 405.
Tectum soli natalis, & patrios deos.
Et Medea 333.
—— *nisi quas tulerat*
Natale solum, non norat opes.
Atque ita passim optimi scriptores. HEINS. Supr. VII 52.
Et natale solum, ventis ablata, relinquam.

185. *Terras licet, inquit, & undas Obstruat, at caelum certè patet, &c.*] Lib. II. Art. 35. est:
Possidet & terras, & possidet aequora Minos,
Nec tellus nostrae, nec patet unda fugae.
Restat iter Caeli, Caelo tentabimus ire.
Sciendum est Minoëm primum in sacrificio tus & vinum adhibuisse. Hoc videtur indicare Tranquillus in Tiberio, cujus haec sunt cap. LXX. *Minoïs exemplo, ture quidem ac vino supplicavit.* CIOFANUS.

188. *Ignotas animum dimittit in artes.*] Alii, *demittit. convertit* Argentinensis unus. quatuor, *divertit.* puto, *animo devertit.* nam *animos dimittit* in primo Vaticano. Adi Notas Amor. lib. II. Eleg. VI. vs. 9. Metam. lib. IX. 62.
Inferior virtute meas devertor ad artes.
Praeterea *ignaras artes* unus Moreti. de quo alibi. HEINS. Nihil mutandum puto & dictum esse, ut lib. III. 381. *Aciem partes dimisit in omnes.* indicat enim varia agitasse animo consilia, ut nova aliqua arte effugeret Minoa. *curam dimittit* Lovaniensis. mox Heinsius malebat, *Naturamque novans disponit in ordine pennas. novam* certe unus Bonon. BURM.

189. *Naturamque novat.*] Illic:
Sunt mihi naturae jura novanda meae. CIOFAN.

189. *Nam ponit in ordine pennas.*] Illic:
Remigium volucrum disponit in ordine pennas.
IDEM.

191. *Ut clivo crevisse putes.*] *Putes*, potentialis modus, sed illud *clivo* commentatori explicandum erat,

Mollibat; luſuque ſuo mirabile patris
Impediebat opus. poſtquam manus ultima coeptis
Impoſita eſt; geminas opifex libravit in alas
Ipſe ſuum corpus: motâque pependit in aurâ.
Inſtruit & natum: Medioque ut limite curras,
Icare, ait, moneo. ne, ſi demiſſior ibis,
Unda gravet pennas; ſi celſior, ignis adurat.
Inter utrumque vola. nec te ſpectare Boöten,
Aut Helicen jubeo, ſtrictumve Orionis enſem.
Me duce, carpe viam. pariter praecepta volandi
Tradit; & ignotas humeris adcommodat alas.
Inter opus monitusque genae maduere ſeniles:
Et patriae tremuere manus. dedit oſcula nato
Non iterum repetenda ſuo: pennisque levatus
Ante volat; comitique timet. velut ales, ab alto
Quae teneram prolem producit in aëra nido.

Horta-

erat, ut poëta ipſe expoſuit per ruſticam fiſtulam: qualem me videre vellem. Ciof.

193. *Tunc lino medias, & ceris alligat imas.*] Illic:

Et leve per lini vincula nectit opus:
Imaque pars ceris adſtringitur igne ſolutis.
Idem.

194. *Compoſitas.*] *Diſpoſitas* tres libri. *parvoque cacumine* Junian.

195. *Ut veras imitetur aves.*] *Imitentur*, pennae videlicet, prim. Moret. Cantabr. quart. Medic. & ſex alii. Heinsius.

195. *Puer Icarus unà Stabat, & ignarus ſua ſe tractare pericla Ore renidenti, &c.*] Illic:

Tractabat ceramque puer, pennaſque renidens,
Neſcius haec humeris arma parata ſuis.
Ciofanus.

197. *Ore renidenti.*] Valer. Flaccus lib. iv. 234. *Ore renidenti luſtrans obit.* Idem.
Moreque ludentis Berneg. pro var. lect.

197. *Moverat aura.*] Heinſius malebat, *moverit.* deinde, *optabat plumas* Leid. Idem conjiciebat, *afflabat*, vel *tractabat.* mox *luſoque ſuo* Vatican. *viſuque* ſec. Med. *plauſuque* unus Baſil. & Heinſ. *Luxuque* Junian. *Lapſuque* prim. Gron. & Medic.

200. *Poſtquam manus ultima coepto Impoſita eſt.*] Illic:

Finituſque novae jam labor artis erat. Ciof.
Meliores, *Coeptis.* Heins.

201. *Geminas Opifex libravit in alas, &c.*] Illic:

Me pennis ſectare datis, ego praevius ibo:
Sit tibi cura ſequi: me duce tutus eris.
Nam, ſive aetherias vicina ſole per auras
Ibimus, impatiens cera caloris erit.
Sive humiles propiore freto jactabimus alas,
Mobilis aequoreis penna madeſcet aquis. Ciof.

Vibravit Regius unus & alii; male. vid. i. Faſt. 429. & ad ii. Amor. vi. ii. *geminis in alis* Argent.

203. *Medioque ut limite.*] *Medio tu* Gronov. *medioque in* Baſil. Jun. Gron. & unus Heinſ. *medio ne* Excerpt. Theatin. quae & *limine*, ut nonnulli alii. mox, *Icare te moneo* Leidenſ.

206. *Inter utrumque vola.*] Illic:

Inter utrumque vola, ventos quoque nate caveto;
Quaque ferent aurae, vela ſecunda dato.
Ciofanus.

206. *Nec te ſpectare Boötem, Aut Helicen jubeo, ſtrictumque Orionis enſem.*] Illic:

Sed tibi non virgo Tegeaea, Comeſque Boötes,
Enſifer Orion adſpiciendus erit. Idem.

Neu te plurimi ex vetuſtioribus. Forte, *neu te jubeam.* Heins. *Strictumve* cum uno Gronoviano & Heinſii altero legendum.

207. *Me duce carpe viam. Pariter praecepta volandi Tradit; & ignotas humeris accommodat alas, &c.*] Illic:

Dum monet, aptat opus puero, monſtratque moveri,
Erudit infirmas ut ſua mater aves.
Inde ſuis factas humeris accommodat alas,
Perque novum timidus corpora librat iter.
Jamque volaturus parvo dedit oſcula nato:
Nec patriae lacrimas continuere genae. Ciof.

Carpe vias Junian.

210. *Monituſque.*] *Gemituſque* Leidenſ.

211. *Et patriae tremuere manus.*] *Cecidere* alter Ham-

Hortaturque ſequi; damnoſasque erudit artes:
Et movet ipſe ſuas, & nati reſpicit alas.
Hos aliquis, tremulà dum captat arundine piſces,
Aut paſtor baculo, ſtivâve innixus arator,
Vidit; & obſtupuit: quique aethera carpere poſſent,
Credidit eſſe Deos. & jam Junonia laevâ
Parte Samos fuerant, Delosque, Parosque relictae:
Dextra Lebynthos erant, fecundaque melle Calymne.
Cum puer audaci coepit gaudere volatu;
Deſeruitque ducem: coelique cupidine tractus
Altius egit iter. rapidi vicinia Solis
Mollit odoratas, pennarum vincula, ceras.
Tabuerant cerae: nudos quatit ille lacertos:
Remigioque carens non ullas percipit auras.

Ora-

Hamburgenſis: ut de Daedalo quoque poëtarum Princeps lib. VI. 32.

Bis conatus erat caſus effingere in auro:
Bis patriae cecidere manus.

Epiſt. XIV. 46. *Ter male ſublato recidit enſe manus.* HEINSIUS.

212. *Repetenda.*] *Capienda* Leidenſ. *praebenda* Langerm.

213. *Velut ales, ab alto Quae teneram prolem produxit in aëra nido, Hortaturque ſequi.*] Ad hunc locum reſpexit Valer. Flaccus lib. VII. 374.

Qualis adhuc teneros ſupremum pallida foetus
Mater ab excelſo produxit in aëra nido,
Hortaturque ſequi, brevibuſque inſurgere pinnis.

In lib. Dominic. & Briantii non *produxit*, ſed *deduxit*, legitur. CIOFAN. *Deduxit* Cantab. & Oxon. & tres alii. *perduxit* Junian. *diduxit* Gronov. nihil muta. ſic apud Claudian. praefat. Conſul. III. Honor.

Parvos non aquilis fas eſt educere foetus
Ante fidem ſolis, judiciumque poli.

Ubi MSS. *deducere* & *producere* etiam exhibent, quod ultimum verum puto. *producit* hic etiam Leidenſ. Sprotii & duo alii. etiam bene. BURM.

215. *Hortaturque ſequi.*] Subaudi, ita. CIOF.

216. *Et movet ipſe ſuas, & nati reſpicit alas.*] Illic totum hunc dixit verſum &:

Hos aliquis tremula dum captat arundine piſces.

Hoc verſu ibi quoque uſus erat. IDEM.

218. *Stivâve.*] Veteres editiones, *ſtivae*, quod ex ſuis codicibus mutavit Heinſius: ſed Columella lib. I. c. 9. *Nam longiſſimum, quem aratorem faciemus, & propter id, quod paullo ante retuli, & quod in re ruſtica nullo minus opere fatigatur prolixior, quia in arando ſtivae pene rectus innititur.* ſaepe apud Noſtrum occurrit, *innixus ſceptro, capulo*, &c. ſed ubi caſus definiri certus nequit. ablativo utitur lib. XV. 726. *innixus moderamine navis.* ex Livio producitur, *haſta innixus* lib. IV. 19. forte & ita Catullus carm. LXVIII.

Trito fulgentem in limine plantam
Innixa argutâ conſtituit ſolea.

Ubi jungenda ſunt, *innixa ſoleâ argutâ*. hîc vero parum referre puto, & codices optimos eſſe ſequendos, ut autem *ſtivâ innixus* hic, ita *aratro ſuo innixum* Dictatorem ruſticum Quinctium narrat Flor. I. II. *Palae innixum* dicit Livius lib. III. 26. BURM.

219. *Qui aethera carpere poſſent.*] Illic:

Ingenium mala ſaepe movent: quis crederet unquam
Aerias hominem carpere poſſe vias? CIOF.

220. *Et jam Junonia laeva Parte Samos fuerat, Deloſque Paroſque relictae, Dextra Lebynthos erat, fecundaque melle Calymna.*] Illic paullò copioſius:

Jam Samos à laeva fuerat, Naxoſque relictae,
Et Paros, & Clario Delos amata Deo.
Dextra Lebynthos erat, ſilviſque umbroſa Calymna,
Cinctaque piſcoſis Aſtyphaleia vadis. IDEM.

Fuerant rectius ſeptem ſcripti. mox duo, *erant*. & pro *Calymna* veteres plerique, *Calymne*. niſi quod *Calydne* in uno meo. de qua Art. II. initio. HEINS.

222. *Calymna.*] Homerum hoc loco imitatus videtur poëta, qui eodem modo, ſed pluraliter, Καλύδνας dixit, pro ea inſula, quae alio nomine Καλύμνα vocatur. ut Iliados β'. 676.

Οἱ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόντε, Κάσον τε
Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσους τε Καλύδνας.

Ita enim Sceptius Grammaticus hunc locum interpretatur, autore Strabone libro decimo. Quanquam alii non tantum Calymnam, ſed & vicinas Calymnae inſulas, per Καλύδνας intelligi putent. De Calymnio autem melle idem Strabo in hunc modum: Ἅπαν μὲν οὖν τὸ νησιωτικὸν μέλι, inquit, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀσθενὲς ἐστι, καὶ ἐνάμιλλον τῷ Ἀττικῷ,

Oraque caeruleâ, patrium clamantia nomen,
Excipiuntur aquâ: quae nomen traxit ab illo.
At pater infelix, nec jam pater, Icare, dixit,
Icare, dixit, ubi es? quâ te regione requiram?
Icare, dicebat: pennas adſpexit in undis,
Devovitque ſuas artes; corpusque ſepulcro
Condidit, & tellus à nomine dicta ſepulti.
Hunc miſeri tumulo ponentem corpora nati
Garrula ramoſâ proſpexit ab ilice perdix:
Et plauſit pennis: teſtataque gaudia cantu eſt;
Unica tunc volucris; nec viſa prioribus annis,
Factaque nuper avis, longum tibi, Daedale, crimen.
Namque huic tradiderat, fatorum ignara, docendam
Progeniem germana ſuam, natalibus actis

Bis

κῷ, τὸ δ' ἐν ταῖς νήσοις, διαφερόντως· μάλιϛα δὲ τὸ Καλύμνιον. Micyll.

223. *Cum puer audaci coepit gaudere volatu, Deſeruitque ducem & caeli cupidine tactus Altius egit iter.*] Quidam veteres libri, *cupidine captus.* Illic:

Cum puer incautis nimium temerarius annis
Altius egit iter, deſeruitque patrem. Ciof.

Tractus Florentinus S. Marci, Spirenſis & quatuor alii. quidam, *captus.* Heinsius. Vid. ſupr. ad ỳs. 184.

225. *Rapidi vicinia Solis.*] In duobus Vatic. *Rapidi ad vicinia Solis.* In uno meo, Statii, Briant. & Caeleſt. *At vicinia Solis. Ad*, pro *At*, & contrà, apud antiquos ſcriptitatum eſſe, conſtat. Et planè hoc loco ſenſus illud *At* videtur requirere. Illic autem:

Vincla labant, & cera Deo propiore liqueſcit,
Nec tenues venti brachia mota tenent. Ciof.

Rabidi Bernegg. vid. ad 11. Faſt. 311. *rapidi ad vicinia*, vel *at* multi hic codices. & duo.

226. *Odoratas.*] Heinſius mallet, *adornatas.* & certe *odoratae* cerae hic minus placent, neque *vinculis* conveniunt ſatis. ſi per codices liceret, & verbo iſti auctoritas conſtaret, mallem, *adaptatas*, ut 11. Art. 65. *aptat opus puero.* ſupr. ỳs. 209. *accommodat humeris* dixit. ſed quia dubia eſt auctoritas, mallem, *molliit aptatas*: nam praecedentia etiam tempore praeterito efferuntur, *deſeruit*, *egit.* & ſic egregie τὸ *vincula* huic verbo congruerit. ut lib. x. 381. *aptabat pallenti vincula collo.* haec ſcripſeram, cum *odoratas* retineri poſſe viderem ex notis Heinſii ad Prud. Cathem. Hym. v. 22. ubi vitio memoriae citat, *ſolvit odoratas.* Burmann.

227. *Tabuerant cerae: nudos quatit ille lacertos.*] Illic eſt totus hic verſus. Ciofan. *Tabuerunt* unus Med.

228. *Remigioque latens non ullas concipit auras.*] In duobus Vatic. & uno meo, *Percipit auras.* Ad hujus verſus ſententiam videtur reſpondere ille:

Et trepidat, nec, quo ſuſtineatur, habet. Ciof.

Accipit unus liber. *concipit* ſeptem & editiones plurimae. nec male ex illis Quinctil. lib. xi. de Inſtit. Orat. cap. iii. in fin. ſe tueri poteſt, *ingrediendo ventum concipere veſte. jam nullas percipit.* prim. Vatican.

229. *Oraque caeruleâ patrium clamantia nomen, Excipiuntur aqua.*] Illic:

Decidit atque cadens, pater, ô pater auferor, inquit:
Clauſerunt virides ora loquentis aquae.
Ciofanus.

231. *Pennas conſpexit.*] In uno meo', Aldino & utroque Maffei legitur, *Adſpexit*, quod magis placet: Nam ita eſt in 11. De Arte, ut videbis:

At pater infelix, non jam pater, Icare, clamat,
Icare, clamat, ubi es? quove ſub axe volas?
Icare, clamabat, pennas adſpexit in undis,
Oſſa tegit tellus, aequora nomen habent. Idem.

Adſpexit & Menardi codex & tres alii: *proſpexit* unus Moreti. *in undas* etiam Vatican.

232. *Qua te regione requiram?*] Claud. lib. 11. De Rapt. Proſerp. *quo te ſub cardine quaeram?* Ciofanus.

235. *Sepulti.*] *Sepulto* unus Bonon.

237. *Garrula ramoſâ.*] *Clamoſâ* pr. Moreti, unde Heinſius *glandoſa* faciebat. ſed & *ramoſa ilex* 111. Art. 149. an vero apte *perdicem* ex arbore proſpicientem fingat Poëta, dijudicandum venatoribus relinquo, qui hanc avem ſemper humi reſidentem offendere ſolent. nullum ſaltem audivi dicere ſe vidiſſe perdicem in arbore, quae corporis gravitate prohibetur ſublime petere, & in terra facit cunabula. vid. Plin. x. 33. & ipſe Noſter mox ỳs. 256. & ſeqq. agnoſcit, & velut excuſat ſe Poë-

Bis puerum ſenis, animi ad praecepta capacis.
Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit in exemplum: ferroque incidit acuto
Perpetuos dentes; & ſerrae reperit uſum.
Primus & ex uno duo ferrea brachia nodo
Vinxit; ut, aequali ſpatio diſtantibus illis,
Altera pars ſtaret; pars altera duceret orbem.
Daedalus invidit, ſacràque ex arce Minervae
Praecipitem mittit, lapſum mentitus. at illum,
Quae favet ingeniis, excepit Pallas: avemque
Reddidit, & medio velavit in aere pennis.
Sed vigor ingenii quondam velocis in alas,
Inque pedes abiit. nomen, quod & ante, remanſit.
Non tamen haec altè volucris ſua corpora tollit,

Nec

ta, quod prima illa & unica tunc avis ſublimius volaverit, reliquae deinde humilius. BURM.

238. *Et plauſit pennis.*] *Et plauſa eſt pennis* Palatinus & unus Heinſii. *plauſis pennis* Junianus. ita *plangi* Heinſius reſtituit lib. v. 675. Noſter lib. xiv. 507. *remus plauſis circumſonat alis.* & 577. *cineres plauſis everberat alis.*

238. *Teſtata gaudia cantu.*] In Caeleſt. & uno meo, *Gaudia voce eſt.* CIOF. & ita plurimi ſcripti.

239. *Tunc volucris.*] *Nunc* unus Heinſii. vid. ad Epiſt. xviii. 95.

240. *Longum.*] *Magnum* Gronov.

242. *Natalibus actis.*] *Natalibus auctum* unus Strozzae & Baſil. quae eadem varietas eſt lib. xiii. 753. vid. ad lib. ii. 497.

243. *Animi ad praecepta capacis.*] *Rapacis* eleganter Florent. S. Marci, Neap. Urbin. Bernegger. prim. Pal. ſec. Medic. prim. Baſil. prior Erfurt. prior Hamburgenſis, Arondel. Spir. & tres alii ex melioribus. *rapacis* pro rapidi. nam *ingenii velocis* poſtea eſt dicturus. ſic *celeriter arripere quae traduntur*, auctor vitae Pomponii Attici, & auctor vitae Catonis. Seneca conſolatione ad Helviam. c. xvi. *Beneficium tamen rapacis ingenii plusquam pro tempore hauſiſti.* Idem appoſite Epiſt. xcv. *unde iſta tam rapacia virtutis ingenia, vel ex ſe fertilia. Animas* etiam *rapax* apud Henricum Altiſſiodurenſem de Vita S. Germani non longe ab initio. ſed liber nunc non eſt ad manum. nec diſſimile illud, quod apud Sophoclem initio Ajacis Lorarii occurrit, συναρπάζειν φρενὶ, *mente corripere, mente raptim percipere.* Plin. lib. xxv. c. ii. *minus hoc quam par erat, celebravere noſtri omnium utilitatum & virtutum rapaciſſimi.* Idem Plinius lib. xxxviii. c. iii. *rapaciſſimum ignium electrum.* In Laelio Ciceronis: *Nihil appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius quam natura.* Prudentius Cathemerin. Hymno vii.

Satis beatus, quiſque dextram porrigit
Laudis rapacem, prodigam pecuniae.

Lucanus lib. i. 460.

——— *inde ruendi*
In ferrum mens prona viris, animaeque rapaces
Mortis.

Ita legendum ex optimis membranis. Quomodo in ſuis etiam invenit Barth. Adverſ. lib. xxx. cap. 19. HEINSIUS. Barth. in Curis prioribus ad Claudian. ii. in Rufin. 8. & ad Grat. Cyneg. 194. ſimilia jam notavit, & licet *rapax* animus ſatis placeat propter conſenſum tot codicum, quibus accedit Francofurt. neſcio tamen an dicere liceat, *rapax ad praecepta*, cum *capax* ita ſaepe conſtrui ſoleat, ut vel Lexica docere poſſunt. *capacem* vero *animum* Noſter etiam alibi dicat, & *ingenium capax*, inf. 533. ideoque nihil temere mutarem. BURMANN.

246. *Perpetuos dentes.*] Illuſtravit hunc locum Heinſius ad vi. Faſt. 229. ſic *dentes* ſerrae tribuit Sympoſ. Aenigm. lx.

Dentibus innumeris toto ſum corpore plena.

Perſpicuos dentes unus Moreti. *inducit* etiam *pro incidit* Med. & tres alii.

247. *Brachia nodo Junxit.*] In aliquot vet. *Nodo vinxit.* Utrumque placet. CIOFAN. *Primus & exiguo* Sixii & unus Leid. *eximo* ſec. Med. *ex imo* duo. *Vinxit* meliores magna ex parte. pro *diſtantibus illis* unus Gronov. *alis.* ut alae ſint eaedem quae brachia. HEINS.

250. *Ex arce.*] *Ex aede* Leidenſ. *ſacraeque* unus Medic. *Dianae* etiam unus Leidenſ. ut & mox 264.

251. *Praecipitem miſit.*] *Mittit* prim. Baſil. HEINSIUS.

252. *Favet ingeniis.*] Sic quoque loquitur M. Tullius lib. iv. ut vocant, Familiarium: *Sed, mihi crede, etiam is, qui omnia tenet, favet ingeniis.*

CIO-

Nec facit in ramis, altoque cacumine, nidos;
Propter humum volitat: ponitque in ſepibus ova:
Antiquique memor metuit ſublimia caſûs.

Fab. IV. Argumentum.

Meleagrides in aves.

Oeneus Parthaonis filius quia in ſacrificio [a] *cogendorum fructuum conſulto praeterierat Dianam;* [b] *aper* [c] *ab ea miſſus eſt, qui Calydoniae agros vaſtaret. Perſeverante Oeneo* [d] *in deſpectu deae; Meleager ejus filius convocatis principibus Graeciae,* [e] *aprum venari ingreſſus eſt. Cum quibus* [f] *Atalante Schoenei filia ex Arcadiâ digreſſa, quae prima aprum vulneravit.* [g] *Cujus virtutem & ſpeciem miratus Meleager, interempto apro, exuvias ei conceſſit, quas Plexippus, Toxeus,* [h] *Agenor, Theſtii filii, virgini ereptas*

Ciofan. Pro *Quae favet ingeniis*, Arondelianus, *Quae facit.* ſic Triſt. lib. III. Eleg. XIV.

Cultor & antiſtes doctorum ſancte virorum,
Qui facis ingenio ſemper, amice, meo.

Pro *faves.* Art. Amat. lib. III. 57.

Dum facit ingenio, petite hinc praecepta, puellae.

Ita puto ſcribendum, ut ad Venerem referatur. Vulgati *ingenium*, ne illud quidem omnino male. ut Triſt. lib. III. Eleg. XI.

Nec caelum, nec aquae faciunt, nec terra, nec aurae.

Vide quae notamus ad Epiſt. II. ỳs. 39. Heins.

252. *Excepit.*] *Suſcepit* Lovan. *accepit* pr. Gron. & tres alii.

253. *Velavit.*] *Velatur* Cod. Menard. Vat. Pal. & novem alii. *plumis* etiam vel *pennis* nonnulli.

255. *Ingenii velocis.*] Juvenalis Satyr. III. 73. de Graecis:

Ingenium velox, audacia perdita, ſermo
Promtus & Iſaeo torrentior. Heins.

255. *Quod & ante.*] *Nomenque quod ante* Jun. Regius & plurimi alii. *nomenque ut ante* Gronov. nihil mutandum. vid. ad lib. II. 524.

458. *Propter humum volitat.*] Quam plurimi libri, tum ſcripti, tum typis excuſi, malè habent, *Praeter humum.* Illo modo optimi quique manuſcripti & Aldinus. *Propter*, hoc loco, ut & apud Terentium & apud Ciceronem, valet juxta: & ita interpretatur Nonius illud Siſennae, lib. IV. Hiſtor. *Partem cohortium propter mare collocat in litore.* Quamquam *praeter* etiam ferri poteſt. Plautus in Sticho III. II.

Muſtella murem mihi abſtulit praeter pedes.

Et hic Noſter Epiſt. VI. 5.

Nam, ne pacta tibi praeter mea regna redires,
Cum cuperes; ventos non habuiſſe potes. Ciof.

Vide ad lib. II. 159.

259. *Metuit ſublimia.*] *Vitat* unus Heinſii. nil opus. Noſter lib. III. Triſt. IV. 31.

Tu quoque formida nimium ſublimia ſemper.

Burmannus.

[a] *Cogendorum.*] *Colligendorum* Colon.

[b] *Aper ab ea.*] *Itaque aper* &c. MS. vid. not. ad fab. 7. lib. I. & de apro illo Anton. Liber. cap. I. ubi inter alia. Ἄρτεμις δὲ, inquit, ἐπεὶ τὸν ἱερὸν σῦν ἔκτεινεν, ἔτι μᾶλλον ἐχολώθη. *Sacrum aprum* appellat: nam *famulus & vindex* erat Dianae, ut Naſo in hac fabula canit, & Stat. II. Theb. 469. Famuli deorum ſacri ſunt. Hinc ergo dentes ejus & tergus in templo Apollinis dedicata à Tegeatis. vid. Lucian. Dialog. adverſus indoctum. ſed in apro omnia vaſtante quae ſanctitas ſit, quaerit Vir Cl. Reſpondeat aper ille, quem Teuthras interfecit; θρέμμα θεᾶς ſe eſſe dicit apud Plutarchum in libello de Fluviis. Cur ſacer fuit ſerpens ille, qui in Theſſalia non morſu ſuo tantum, ſed tactu omnia leto dabat? Ariſtotelis verba de eo ſunt in libro de Mirab. Auſcult. pag. 119. Ed. Sylb. Ἐν Θεσσαλίᾳ φασὶ τὸν ἱερὸν καλούμενον ὄφιν πάντας ἀπολλύειν, οὐ μόνον ἐὰν δάκῃ, ἀλλὰ καὶ ἐὰν θίγῃ. Ex rapto vivit accipiter, at *ſacer ales* nihilominus à Virgilio dicitur lib. XI. ỳs. 721. Munckerus.

[c] *Ab ea miſſus.*] *Ab ea ipſa miſſus* Colon.

[d] *In deſpectu deae.*] *Deliae, Meleager juſſu parentis* &c. Colon.

[e] *Aprum venari ingreſſus eſt.*] Ita & Veneta. *Aggreſſus* Micyllus. Sed *ingredi* pro *aggredi* etiam alibi uſurpavit hic ſcriptor. Contra *aggredi viam* pro *ingredi* inveni apud Juſt. Lib. V. cap. 10. & Arnob. pag. 197. Ed. Leid. Muncker. *Aggreſſus* etiam Colon. ſed vide ad Vellej. Paterc. II. 119.

[f] *Atalante Schoenei filia.*] Sic repoſui ex MS. & edd. vetuſtis. Quod etſi pugnat cum Naſonis verbis, ſuos tamen habet auctores. Vide quae noto ad Hyg. Myth. cap. 173. Canem fuiſſe Atalantae huic *Auram*, quam aper iſte Calydonius dilaceraverit, narrat Pollux lib. V. cap. 5. Munckerus. *Atalantis Cenei filia* Parm. Lugd. *Atalanta* alii.

ereptas cum interitu rependerunt. [i] *At Althaea mater Meleagri, ut fratrum caedem accepit, ſtipitem fatalem conditum à Parcis, in quo vita Meleagri continebatur, flamma peruſſit. Quo conſumpto, Meleager extinctus eſt:* [k] *cujus interitu ſorores,* [l] *inter fletum converſae in volucres, è fratris nomine* [m] *Meleagrides cognominantur.*

JAmque fatigatum tellus Aetnaea tenebat
Daedalon: & ſumtis pro ſupplice Cocalus armis
Mitis habebatur. jam lamentabile Athenae
Pendere deſierant Theſeâ laude tributum.
Templa coronantur: bellatricemque Minervam
Cum Jove Dìsque vocant aliis: quos ſanguine voto,
Muneribuſque datis, & acerris turis adorant.
Sparſerat Argolicas nomen vaga Fama per urbes
Theſeos: & populi, quos dives Achaïa cepit,

Hujus

Atalanta Jaſii Arcadiae regis filia Raen. *Atalanta Schaenei regis filia* Colon.

g *Cujus virtutem.*] *Cujus virtute pariter & ſpecie captus Meleager, i. a. e. e. conceſſit. Quamobrem Plexippus & Toxeus Theſtii filii, & Altheae matris Meleagri fratres indignati rapuerunt virgini munera. Quas aggrediens Meleager nepos eos interemit* Colon.

h *Agenor.*] *Agenor, Meleagri avunculi, virgini &c.* Raener.

i *At Althaea.*] *Althaea vero videns caedem fratrum, accepit ſtipitem fatalem, traditum à Parcis, quo v. M. c. & flamma p. q. c. vita Meleagri conſumpta eſt* Colon.

k *Cujus interitu.*] *c. interitum ſorores flentes verſae ſunt in volucres, quae in fratris n. M. nominatae ſunt* Col.

l *Inter fletum.*] *Inter flendum* Raen. *exſtinctus eſt. unde ſorores ejus flendo in aves ſunt converſae, quae à fratre M. c.* Micyll.

m *Meleagrides.*] Plin. lib. x. cap. 26. Antonin. Liberal. cap. 2. Aelian. Anim. lib. iv. cap. 42. Muncker.

260. *Tellus Aetnaea.*] *Hennaea* unus Mediceus. quo & alii alludunt, in quibus, *Ethenna, Ethenea, Ehnaea.* uterque Hamburg. *Hetnaea.* Heins.

262. *Jam lamentabile Athenae Pendere deſierant Theſea laude tributum.*] Plautus in Epidico II. II. 43.

At tributus quom imperatus eſt, negant pendi poteſſe.
His quibus tributus major penditur, pendi poteſt.

Huc pertinet, quod collegit Valerius lib. v. cap. 3. *Detrahe*, inquit, *Athenienſibus Theſea: nullae, aut non tam clarae Athenae erunt: ſiquidem ille vicatim diſperſos cives ſuos in unam urbem contraxit, ſparſimque & agreſti more viventi populo ampliſſimae civitatis formam atque imaginem impoſuit. Idem ſaeva potentiſſimi regis Minois imperia vix dum aetate pubeſcente repulit.* Ciofan. *Solvere* quatuor libri. *reddere* Sprotii. *debuerant* pr. Moreti, unde *deſuerant* Heinſius faciebat.

264. *Minervam.*] Et hic *Dianam* duo Gronov. Lovanienſis etiam, *jaculatricemque.*

266. *Acerris thuris honorant.*] *Adorant* praeſtantiores. *Acervis* ſecundus Palatinus Oxon. & Cantabrig. & viginti alii, ut lib. v. 131. *totidem tollebat turis acervos.* ſed *acerris* jam caſtigavit Brodaeus lib. v. Miſcel. cap. 8. qui tamen vitioſe citat, *acerris turis honores.* Thyſii vero codex, *acerris turis odorant.* quod eſſet ut *Vaporare* apud Statium lib. v. Th. 174.

Alta etiam ſuperûm delubra vaporant.

Et apud Noſtrum lib. xv. 734.

Et odorant aëra fumis.

Sed *adorant* rectum eſt. ita lib. xi. 248.

Et pecoris fibris, & fumo turis adorant.
Acerra unus Ambroſ. Heinsius.

270. *Haberet.*] *Habebat* duo ſcripti. vid. ad Epiſt. vii. 29.

271. *Cauſſa petendi.*] *Petenti* ſec. Medic. & Neapol.

272. *Infeſtae famulus vindexque Dianae.*] Multi codices, *vulnus vindexque.* Unde olim Heinſius conjiciebat, *vindex ultorque:* ſed nihil muta: *famulos* enim animalia & alia, per quae Dii vindictam ſuam exercebant, vocabant, de quo latius ad Valer. Flaccum agemus lib. iv. 520. Langermanni etiam liber, *incultae Dianae*, forte non male, pro non cultae, neglectae. Burm.

273. *Oenea namque.*] Lutatius ad illud Statii, *Saevoque infanda precatur Oenidae* ſic de Oeneo litteris conſignavit: quod ab ipſo Ovidio videtur accepiſſe: *Oeneus Parthaonis filius Aetoliae Rex, cujus civitas Calydon, nobiliſſimam & ſummam poteſtatem regni turbavit, negligentiâ ſacrorum nimiâ. Siquidem vota pro imperii fructibus celebrans, nomen*

Dianae

Hujus opem magnis imploravere periclis:
Hujus opem Calydon, quamvis Meleagron haberet,
Sollicitâ ſupplex petiit prece. cauſſa petendi
Sus erat, infeſtae famulus vindexque Dianae.
Oenea namque ferunt, pleni ſucceſſibus anni,
Primitias, frugem Cereri, ſua vina Lyaeo,
Palladios flavae latices libaſſe Minervae.
Coeptus ab agricolis Superos pervenit ad omnes
Invidioſus honos: ſolas ſine ture relictas
Praeteritae ceſſaſſe ferunt Letoïdos aras.
Tangit & ira Deos. At non impune feremus;
Quaeque inhonoratae, non & dicemur inultae;
Inquit: & Oeneos ultorem ſpreta per agros
Miſit aprum: quanto majores herbida tauros

Non

Dianae contempſit: Propter quod nimia indignatione oppreſſus, ut videretur omnes placaturus, ſi illam adoraſſet, & aprum magnitudinis ſummae in regionem ejus immiſit: qui, vaſtatis gentibus, Calydonius ab urbe appellatus eſt: Cujus feritate Oeneus fractus, edictum tale propoſuit, ut dimidiam regni partem caperet, qui monſtrum interemiſſet. Meleagri virtus periculum non expavit. Siquidem ejus fidus undique juventutem collectam ad illam novi generis expeditionem vocavit: Inter quos Atalanta convenit Iaſii filia, ſumma venatrix, quae in ſaltibus praedictum aprum ſagitta per vim prima percuſſit. Poſtea Meleager in ſe venientem feram excepit, interemitque, & gratus adverſus puellam futurus, quae inter viros ſucceſſu virtutis enituerat, pellem monſtri illius cum capite dedit ad teſtimonium laudis: ſed munus peractum fortitudine invidia prodidit. Plexippus namque & Agenor Meleagri avunculi, indignati ſunt ſibi praelatam fuiſſe Virginem, & eam dono ſpoliarunt; qua conditione fata ſibi maturavere. Id enim indignatus Meleager, conſanguinitate caelata matris ſuae fratrem Plexippum occidit, ſibique matris affectum abſtulit. Althea ſiquidem dum ſaevit ultione germanorum, titionem, quem habebat occultum, qui, cum Meleager naſceretur in regia, ſubito traditus fuit à Parcis, ut juvenis tam diu viveret, quoad is eſſet ſervatus, mater ignibus merſit, eumque cum filii fatis exſtinxit. Quae poſtquam admiſſum nefas agnoſcit, laqueo vitam finivit. Vide etiam Apollodorum lib. I. Bibliothecae. Ciofan.

273. *Plenis.*] *Pleni* praeſtantiores. probe. Heins. Ita lib. XI. 191.

Ut primum pleno maturuit anno.

274. *Primitias frugum Cereri.*] *Frugem* rectius unus Mediceus & unus Voſſianus. Sequentia confirmant, *vina Lyaeo.* frugem & vina primitias. Faſt. II. 520.

Primitias Cereri ſarra reſecta dabant. Heinsius.

Primitias frugum tamen dixit lib. X. 433. ubi per appoſitionem addit, *ſpicea ſerta.*

276. *Coeptus ab agricolis ſuperos pervenit ad omneis.*] Cererem, Bacchum, & Minervam *agricolas* vocat poëta. Idem inquit Raphaël, quod ea invenerint, quibus agriculturae opera datur. at ego exponerem, ab agricolis, id eſt à ruſticis hominibus, uſque ad ſummos deos, quaſi dicat nulli neglecti ſunt. Glarean. Rectius Regius. de Libero enim & Cerere nemo dubitat, ſed & Minerva inter agricolas deos etiam à Marone initio Georgicorum invocatur. & Artemidor. lib. II. Oneiroc. c. 35. dicit illam commodam agricolis, quia eandem, quam terra, rationem habet. & quis neſcit olivam in ejus tutela eſſe? *Agricolae* autem Dii recte dicuntur. vid. comm. ad Tibul. I. I. 18. Burm.

277. *Ambitioſus honor.*] *Invidioſus* Neap. & ſecundus Medic. ut lib. VI. Faſt. 36.

Hic honor in nobis invidioſus erit.

Honos etiam nonnulli. Heinsius.

278. *Praeteritas.*] *Praeteritae* concinnius Thuaneus, prior Erfurtanus & ſex alii. Idem.

281. *Oeneos per agros.*] Scripti nonnulli, *Aonios*, *Aemonios*, *Eonios*, *Aetnaeos.* Forte, *Olenios per agros.* & ſic prior Erfurtanus pro diversâ lectione. Ὀλένος πόλις Αἰτωλίας. Stat. Theb. I. 401.

Ecce autem antiquam fato Calydona relinquens
Olenius Tydeus.

Et idem de Tydeo II. 541.

Per tamen Olenii tegmen ſuis, hirtaque ſetis
Terga fugit.

Ubi minus bene, *atraque ſetis* nunc legitur, quamquam & apri nigricantes ſunt. Sed color tegminis morari jaculum non potuit. Auſonius Epiſtola V. ad Theonem:

Qualis in Olenio victor Calydonius apro.

Hinc & *Olenius Tydeus* Stephano Byzantino & Valerio Flacco lib. III. 105. *ſubit illa cuſpis*

Non habet Epiros: ſed habent Sicula arva minores.
Sanguine & igne micant oculi, riget ardua cervix;
Et ſetae denſis ſimiles haſtilibus horrent:
Stantque velut vallum, vel ut alta haſtilia ſetae.
Fervida cum rauco latos ſtridore per armos
Spuma fluit: dentes aequantur dentibus Indis.
Fulmen ab ore venit: frondes adflatibus ardent.
Is modo creſcenti ſegetes proculcat in herbà:
Nunc matura metit fleturi vota coloni:
Et Cererem in ſpicis intercipit. area fruſtra,

Et

Olenii. ita enim veriſſime codex Carrionis, quod ille non intellexit. eſt nempe de Tydeo ſermo. perperam *Ochenii* nunc legitur. *Olenius Butes* Statio Theb. VIII. 484. *Olenia arva* Senecae in OEdipo 282.

At una bimares Siſyphi terras adit,
Olenia in arva.

Olenos enim, Calydon, & Pleuron tres civitates Aetoliae inter celeberrimas. *Oeneos* tamen *agros* ferri poteſt. Statius lib. II. Theb. ŷs. 469. ex vetuſtiſſimis libris:

Vociferans, jam tunc impulſa per agmina praeceps
Evolat, Oeneae vindex ſic ille Dianae
Erectus ſetis.

Vulgo, *Evolat Oenides.* HEINS. In Florentin. S. Marci erat, *implenos*, quo confirmari poſſet Heinſii conjectura. ſed nihil temere mutandum. Sic Silius XV. 308.

Oeneaſque domos, Curetica tecta ſubibant.

BURMANNUS.

282. *Quanto.*] *Quantum* Cantabr.

283. *Non habet Epirus: ſed habent Sicula arva minores.*] *Sed* pro *&* mihi poſitum videtur. nam dicere vult Epiri apros non eſſe majores, & Siculos etiam minores, ubi tamen magni eſſe ſoleant. GLAREANUS. *Et* eſt in Lovanienſi codice. *Epiros* autem omnes fere ſcripti. Sic Stat. I. Achil. 420. *Frenat celeres Epiros alumnos.* De Tauris Epiroticis & eorum mole vide Bochartum de Animalibus S. Scripturae lib. II. cap. 6. BURM.

284. *Horrida cervix.*] Francofurtenſis codex, *ardua*, quod non facile ſpernerem. Horat. I. Sat. II. 89.

Breve quod caput, ardua cervix.

Virg. III. Georg. 79.

Illi ardua cervix.

Stat. I. Theb. 134.

Ardua nodoſo cervix deſcendit in armos.

Et ita *capita ardua* Silius V. 240. *Horror* proprie ſetis convenit, ut in ſequenti verſu, ſi ille recipiatur, nam alteruter ejiciendus certe eſt; ego, *ſtantque velut vallum velut alta haſtilia ſetae*, aſſutum puto ab inepto homine, primum certe libentius retinerem, quia τὸ *horrent* optime convenit. Sic V. Faſt. 395.

Quin horrens auderent tangere ſetis
Vellus.

Et Silius I. 421. *horreſcere hirto dorſo* dixit. & Noſter mox 418. *rigidis horrentia ſetis Terga.* ex quo loco τὸ *rigidis* huc invectum credo: in altero unus Regius habebat, *ſtantque velut telum.* ſed valeat ille verſus. BURMANN.

286. *Stantque velut vallum.*] Legitur in nonnullis, & alterum ejuſdem ſententiae carmen:

Et ſetae rigidis ſimiles haſtilibus horrent.

Atque utrumque meâ ſententiâ Ovidii eſt, cum tamen alterutrum repudiandum ſit: proximum hemiſtichion *riget horrida cervix*, in cauſſa fuit, ut hoc excluderemus. NAUGERIUS. In duobus Vatic. utroque meo aliiſque omnibus eſt, *Et ſetae ſimiles rigidis haſtilibus horrent.* Omnino rectius. CIOFAN. *Denſis* nonnulli. Ceterum verſum hunc delendum eſſe contendo, cum codices non pauci proxime ſequentem perperam omittant. ubi pro *vallum* Gronovius noſter libr. III. Obſer. cap. 18. *vallus* vel *valli* malit reponi. In Epiſt. Phaedrae:

—— *radiis frontem vallatus acutis.* HEINS.

289. *Frondes afflatibus ardent.*] Malim, *arent.* ut apud Virgil. lib. IV. Georg. & III. Aeneid. *arebant herbae.* ſic & apud Noſtrum lib. VII. vſ. 106. *herbae arent* puto legendum. lib. III. 75. de ſerpente Cadmi:

—— *quique halitus exit*
Ore niger ſtygio vitiatas inficit herbas.

Quae vera ibi ſcriptura, non *auras.* IDEM.

290. *Is modo.*] *Et modo* Palat. *his modo* unus Bonon. Heinſius volebat, *vix modo. conculcat* etiam quidam.

290. *Is modo creſcentes ſegetes.*] *Creſcenti herba* concinnius reponas. vel *creſcentes ſegetem proculcat in herbas*, nam *herbas* eſt in nonnullis. HEINS.

291. *Nunc*

Et fruſtra exſpectant promiſſas horrea meſſes.
Sternuntur gravidi longo cum palmite foetus,
Baccaque cum ramis ſemper frondentis olivae.
Saevit & in pecudes; non has paſtorve caneſve,
Non armenta truces poſſunt defendere tauri.
Diffugiunt populi: nec ſe, niſi moenibus urbis,
Eſſe putant tutos: donec Meleagros, & unà
Lecta manus juvenum coïere cupidine laudis.
Tyndaridae gemini, ſpectatus caeſtibus alter,
Alter equo; primaeque ratis molitor Iaſon,

Et

291. *Nunc matura.*] Si matura, leve damnum erat. In quinque antiquis *Non* Arondel. & unus Voſſian. *Nec* probe: *nondum matura.* Silius lib. XV.

Immatura ſeges rapido ſuccciditur enſe.

Et apud Apulejum Met. IX. *Is vicini tenuis incurſabat pauperiem, pecus trucidando, boves abigendo, fruges adhuc immaturas obterendo.* Heins. Et Francofurt. habet, *nec matura*, & *metunt* etiam pro varia lectione.

291. *Metit.*] In Leidenſi codice eſt, *premit*, quod ab indocto librario profectum eſſe minime credo. ſed τὸ *metit* gloſſam eſſe, qua reconditae ſignificationis verbum aliquis explicuit. *premere* enim in Re Ruſtica proprium verbum, pro abſcindere, amputare. Virgil. I. Georg. 157.

Et ruris opaci
Falce premes umbras.

Horat. I. Od. 31.

Premant Calena falce vites.

Inf. lib. XIV. 629.

Falce, qua modo luxuriem premit.

Nunc matura vero retinui, quia major & praeſentior dolor, ſi jam matura, quae tempeſtates & calamitates evaſiſſe videntur, frumenta valtet & metat aper. & ita longi labor irritus anni pereat. praeterea bis idem diceret; nam verſu praecedenti agit de creſcentibus & adhuc immaturis. nunc de ſegetibus maturis & jam ſpicas plenas oſtendentibus; ut fere *cererem*, id eſt panem ferant. nam hoc volunt illa *Et cererem in ſpicis intercipit. intercipit*, eleganter, quae ſcilicet debebatur areae, & horreo, & piſtori, qui in farinam redigeret, ſus ſibi vindicat. ſic Florus II. 2. *interceptam tempeſtate victoriam* dicit, quae jam reportata quidem erat, ſed cujus, praedâ mari hauſtâ, triumphus naufragio perierat. & cap. 4. *Intercepit Jupiter votum.* Burm.

295. *Frondentis.*] *Florentis* Junian. Neapol. quod repetitum ex lib. VII. 702. *Semper florentis Hymetti.* ſic & Lucret. I. 125. *ſemper florentis Homeri.*

296. *Caneſve.*] Editi olim & ſcripti, *caniſve. non huic* etiam Junian. quod Heinſ. pro *ab his* capiebat & *defendere* pro arcere.

298. *Nec ſeſe in moenibus.*] In uno meo, uno Maffei & Caeleſt. *Nec ſe niſi moenibus, &c.* Si priore modo legatur, erit ὑπερβολή. Ciofanus. *Nec ſeſe moenibus* Oxon. & quinque alii. *Nec magnis moenibus* Neapol. pro quo Heinſius malebat, *magnae m urbis. nec ſe ſub moenibus urbis* Baſileenſ.

299. *Donec Meleagros.*] Aliquot libri ſcripti, *Meleager.* Ciofan. *Meleagros* ex melioribus. quomodo etiam infra ỳs. 385. & ỳs. 515. Heinsius.

300. *Et una Manus juvenum caluere cupidine laudis.*] In duobus Vatican. Briantii, utroque Maffei, uno meo & Dominic. *Coïere cupidine laudis.* Quod eſt ſatis venuſtum ac lepidum. Ciof. *Coïere* Florent. S. Marci, Cantabrig. Oxon. Bernegger. prim. Moreti, Arond. aliique quamplurimi. recte. hoc eſt convenere. Epiſtola Didus ỳs. 123. quae illic vera ſcriptura,

Mille procis placui, qui me coïere querentes,
Neſcio quem thalamis praepoſuiſſe ſuis.

ubi vide quae notamus. Heinsius.

301. *Tyndaridae gemini praeſtantes, caeſtibus alter, Alter equo.*] De Caſtore & Polluce ſic etiam Horatius II. Sat. I. 26.

Caſtor gaudet equis, ovo prognatus eodem
Pugnis.

Sic Helena apud Homerum III. Iliad. 237.

Καστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πυξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα,
Αὐτοκασιγνήτω, τὼ μοι μία γείνατο μήτηρ.

Et Caſtorem (videre non poſſum) *pugnandi peritum, & pugilatu ſtrenuum Pollucem, germanos fratres, quos mihi una genuit mater.* Et Propertius III. XII. 17.

Qualis & Eurotae Pollux & Caſtor arenis,
Hic victor pugnis, ille futurus equis.

Seneca in Medea ỳs. 88.

Cedet Caſtore cum ſuo Pollux caeſtibus aptior.

Ciofanus.

301. *Prae-*

Et cum Pirithoo felix concordia Theſeus,
Et duo Theſtiadae, proleſque Aphareïa Lynceus,
Et velox Idas; & jam non femina Caeneus,
Leucippusque ferox, jaculoque inſignis Acaſtus,

Hip-

301. *Praeſtantes caeſtibus.*] In nonnullis, *ſpectatus caeſtibus alter.* NAUGER. Neapol. Urbin. ſec. Medic. & alii duo, *ſpectandus.* at Cantabrig. Thuan. Bernegg. prior Erfurt. prior Hamburg. Oxon. & ſex alii, *ſpectatus.* bene. ſic *harpen ſpectatam caede Meduſae* dixit libro v. 69. *ſpectantes* Florent. S. Marci & unus Gronovii. mendoſe. HEINSIUS. *Spectatus* ex MSS. repoſuit etiam Gebhard. III. Crep. 23. *praeſtans in caeſtibus* Cod. Menard.

303. *Et cum Pirithoo.*] Theſei Pirithoique amicitia notior eſt, quàm ut hoc loco ſit exponenda. Illud notandum eſſe videtur, *Pirithoum* apud Graecos triſyllabum eſſe nomen, ac ſecundam ſyllabam produci, quae à Latinis corripitur quadriſyllabum eſſe putantibus. REGIUS. Raphaël hic ait, notandum *Pirithoum* apud Graecos triſyllabum eſſe nomen, ac ſecundam ſyllabam produci, quae à Latinis corripitur, quadriſyllabum eſſe putantibus. Fateor ingenue me non intelligere quae loquitur: nam *Pirithous* tam apud Graecos, quam Latinos tetraſyllabum eſt. Homerus Iliad A. 263.

Οἷον Πειρίθοόντε Δρύαντάτε ποιμένα λαῶν.

Horat. lib. IV. Carminum Od. 7.

Nec lethea valet Theſeus abrumpere caro,
Vincula Pirithoo. GLAREAN.

Errat hoc loco Regius. Neque enim apud Graecos triſyllabum modo Πειρίθους dicitur, ut *Panthus*, ſed & quadriſyllabum Πειρίθοος, ut *Hippothous.* Deinde neque ſecundam longam habet, ſed primam. Utriuſque rei exempla habes apud Homerum, ut Iliados ſecundo 740.

Τῶν δ' αὖ ἡγεμόνευσε μενεπτόλεμος Πολυποίτης,
Υἱὸς Πειριθόοιο, τὸν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.

Et Iliados primo 262.

Οὐ γὰρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας, οὐδὲ ἴδωμαι,
Οἷον Περίθοόντε, Δρύαντάτε ποιμένα λαῶν.

Hinc & Horatius dixit libro quarto Carminum:

Nec Lethaea valet Theſeus abrumpere charo
Vincula Pirithoo.

Et Virgil. Aeneid. VI 601.

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque.

Triſyllabi autem exemplum apud Apollonium invenies libro primo Argonaut. 100.

Θησέα δ' ὃς περὶ πάντας Ἐρεχθείδας ἐκέκαςο
Τεναρίην ἀνὰ κλῆς ὑπὸ χθόνα δεσμὸς ἔρυκε
Πειριθῷ ἑπόμενον κείνην ὁδόν.

Quod per contractionem factum. Dictus autem eſt Πειρίθοος, ἀ περὶ & θέειν, quaſi qui περιττὸς fuerit εἰς το θέειν, ut etymologici exponunt, ſive etiam ab eo, quòd Juppiter in faciem equi verſus, Pirithoi matrem, Ixionis autem uxorem, Dian nomine, curſu circumvectus fuerit, quando concubitum ejus appetebat, πειρίθοος, quod ex περίθοος per ἔκτασιν factum. MICYLL.

303. *Et cum Pirithoo felix concordia Theſeus.*] Ex quatuor, quae ex omnibus ſaeculis celebrantur amicitiae, Theſei & Pirithoi numeratur. Cic. lib. I. de Fin. *Tria vix amicorum paria reperiuntur: ut ad Oreſtem pervenias, profectus à Theſeo.* Idem lib. de Amicitia. *Ex omnibus ſaeculis, vix tria aut quatuor numerantur paria amicorum.* Quo loco haec notavit, qui de Latina lingua, deque me optimè meritus eſt, Paulus Manutius. Theſeus & Pirithous: Achilles & Patroclus: Oreſtes & Pylades: Damon & Pythias. At Ovid. lib. I. Triſtium eleg. VIII. non Damonem & Pythiam, ut & Cicero quoque III. Officiorum & V. Tuſc. ſed Euryalum & Niſum vocat. ejus verba ſunt:

De comite Argolico poſtquam cognovit Oreſtem,
Narratur Pyladen ipſe probaſſe Thoas.
Quae fuit Actoridae cum magno ſemper Achille,
Laudari ſolita eſt Hectoris ore fides.
Quod pius ad Manes Theſeus comes iret amico,
Tartareum dicunt indoluiſſe Deum:
Euryali Niſique fide tibi, Turne, relata,
Credibile eſt lacrimis immaduiſſe genas.

Vide & eodem lib. eleg. IV. & lib. V. eleg. item V. CIOFANUS.

304. *Et duo Theſtiadae, & proles Aphareïa Lynceus, Plexippuſque ferox, jaculoque inſignis Acaſtus, Et velox Idas.*] Ex antiquo codice ſic lego, & in ſeriem hanc redigo hos verſus:

Leucippuſque ferox, jaculoque inſignis Acaſtus,
Et duo Theſtiadae, proleſque Aphareïa Lynceus,
Et velox Idas:

Ut Idas poſt Lynceum ſtatim ſequatur, quoniam fratres erant, & Aphareo geniti ex Arene. quorum Apollonius & Balbus in I. Argon. ac Theocritus in Dioſcuris meminere. Quod autem non *Plexippus*, Sed *Leucippus* legendus ſit, hinc probatur, quod illius ſit mentio hoc hemiſtichio, *Et duo Theſtiadae*, id eſt Toxeus & Plexippus, Theſtio geniti. Leucippus ſanè ex Aphidnis, civitate Laconiae, fuit, ac Phoebes & Elairae pater, teſte Stephano. propter quas inter Caſtorem & Pollucem ex una, inter Idam & Lynceum ex altera fuit dimicatum, ut circa finem 5. Faſt. Ovidius canit. licet non ignorem plures fuiſſe Leucippos, ut alibi diximus. Acaſtus hic ſanè, qui Magneſiae rex fuit, phthiriaſi periit, ut auctor eſt Plutar. in Sylla. CONS. FAN.

304. *Et proles Ephyreïa Lynceus.*] *Ephyrea* quidem legitur, ut ab Ephyre urbe, quae nunc Corinthus dicitur, declinetur, ſed mihi rectè *Aphareïa*

Hippothoosque, Dryasque, & cretus Amyntore Phoenix,
Actoridaeque pares, & missus ab Elide Phyleus.
Nec Telamon aberat, magnive creator Achillis:
Cumque Pheretiade & Hyanteo Iolao

Im-

τεῖα ab eo, qui hoc opus è Latina in Graecam linguam vertit, legi videtur, ut intelligamus Lynceum acutissimi visus hominem, Apharei filium fuisse. Huic autem lectioni Apollonius Rhodius adstipulatur in primo Argonauticôn, cùm Lynceum & Idam Aphareidas vocat, quem tam acuti visus fuisse ait, ut etiam quae sub terra essent, intueretur. Regius. Versus Apollonii sunt lib. I. 151.

Οἱ τ' Ἀφαρητιάδαι Λυγκεὺς, καὶ ὑπέρβιος Ἴδας
Ἀρήνηθεν. ἔβαν, μεγάλῃ περιθαρσέες ἀλκῇ
Ἀμφότεροι. Λυγκεὺς δὲ καὶ ὀξυτάτοις ἐκέκασο
Ὄμμασιν, εἰ ἔτεόν γε πέλει κλέος ἀνέρα, κεῖνον
Ῥηιδίως καὶ νέρθε κατὰ χθονὸς αὐγάζεσθαι.

Apharei autem liberos fuisse Lynceum & Idam Pausanias quoque docet in Messenicis, eosdemque cum Meleagro in hac venatione fuisse etiam Hyginus testatur capite 173. Quanquam apud Apollonium pro Ἀφαρητιάδαι, interposita, τ, Ἀφαρητιάδαι legitur, euphoniae, ut puto, gratia, si tamen integra est scriptura. Micyll. *Prolesque* cum melioribus. Heins.

305. *Et velox Idas.*] Frater Lyncei, ut supra. Hic etiam contra Apollinem intendere arcum ausus fuit, eò quod ille sponsam Marpissam nomine, praeripere ei voluisset, ut est Iliad. IX. 553. quo loco Homerus κράτιστον vocat, quem hîc Ovidius *velocem.* Interfectus autem fuit fulmine tandem à Jove, cùm in pugna contra Castorem & Pollucem, alterum illorum occidisset. Pausan. in Messen. Micyll.

305. *Jam non foemina Caeneus.*] Hic Elati filius, & initio foemina fuit: Postea autem à Neptuno oblato ei vitio, pro virginitate donum hoc recepit, ut è foemina in marem converteretur, & à telis vulneribusque inviolabilis foret. Hujus filius Coronus fuit, qui cum Argonautis in Colchos profectus est. Reliqua infrà vide in bello Lapitharum & Centaurorum. Idem. *Caenis* Leidens.

306. *Leucippusque ferox.*] Leucippum hunc Apharei fratrem accipio, Perierei filium, natu minorem, quandoquidem proximo loco Lyncei mentionem fecit. Fuit autem hic Leucippus pater Elairae & Phoebes, quas Castor & Pollux abducere conati, à fratribus Ida & Lynceo prohibiti fuere, altero illorum etiam occiso. Cujus rei & Propertius meminit lib. I.

Non sic Leucippis succendit Castora Phoebe,
Pollucem cultu non Elaïra soror.

Fuit & Arsinoës pater Leucippus, ex qua Apollo Aesculapium genuit, ut Pausanias in Messenicis tradit. Ex Arsinoë enim, non, ut suprà Ovidius, ex Coronide, Aesculapium natum Messenii volunt. Quanquam alii, ut suprà annotavimus, Arsinoën & Coronidem eandem faciant, patremque illius Leucippum Amyclae filium dicant. Fuit autem & alius eodem nomine Leucippus, Oenomai filius, qui Daphnen amavit, de quo idem Pausan. in Arcadicis, & Parthenius in Eroticis. Ciofanus. *Plexippusque* Cod. Menard. & multi alii.

306. *Jaculoque insignis Acastus.*] Peliae filius hic fuit, de quo suprà in fab. Medeae & Jasonis. Idem.

307. *Hippothousque, Dryasque.*] Dryantis etiam Homerus meminit Iliad. I. versu suprà paulo citato. Utriusque autem Hyginus capite 173. qui Hippothoi patrem Geryonem, Dryantis autem Japetum vocat, ut quidem vulgò corrupteque legitur. Nam ego pro *Geryonem, Cercyonem* malim, quando & Pausan. in Arcadicis Hippothoi patrem Cercyonem vocat, & pro *Japeto, Aepytum* malim: nam & hoc nomen frequens apud Graecos autores est. Statius autem libro septimo etiam Orionis nepotem Dryanta dicit. Idem. *Hippothoosque* ex Sixiano & altero Hamburgensi. Heinsius.

307. *Et cretus Amyntore Phoenix.*] Phoenix Amyntoris filius, qui impellente matre, posteaquam cum pellice illius rem habuisset, imprecationes patris effugiens, ad Peleum pervenit, à quo (ut narrat Homerus) hospitio benignissimè susceptus, Achillis educandi instituendique curam suscepit, ut illi & dicendorum & agendorum praeceptor esset. Alter etiam fuit Phoenix Agenoris pater, à quo Phoenicia fuit denominata. Avem quoque esse Phoenicem nemo est qui ignoret. Regius.

308. *Actoridaeque parens.*] Menoetii est periphrasis. nam Menoetius Patrocli, qui Actorides ab Actore avo dicitur, fuit pater, ut apertè in XI. Iliados scribit Homerus. Idem. Nisi in vetusto exemplari *Actoridaeque pares* esset scriptum, facilè eorum sequerer opinionem, qui ajunt *parens* legendum esse, ut Menoetius & Irus fratres intelligantur Actoris filii. Alii autem, *Actoridaeque pares*, legunt hoc loco, ut de duobus Actoridis intelligatur, Menoetio videlicet, cujus hîc Regius meminit, & altero Iro, qui ab Apollonio Actoridae filius appellatur, lib. I. 71. his versibus:

Εἵπετο δ' Εὐρυτίων τε, καὶ ἀλκήσις ἐριβώτης
Τὼ ἷες, ὁ μὲν Τελέοντος, ὁδ' Ἴρου Ἀκτορίδαο, &c.

Ac posteriorem hanc lectionem etiam ipse approbo, sed tamen, ut *Actoridae* nomen, neque de Menoetio, neque de Iro intelligam, verùm de Euryto & Cteato, Actoris re ipsa filiis, cognomento autem

Impiger Eurytion, & curſu invictus Echion,
Naryciusque Lelex, Panopeusque, Hyleusque, feroxque Hip-

Neptuni, quos eoſdem Homerus & *Actorionas*, Graeca patronymicorum forma, & *Molionas*, à matre Molione, ut plerique ſentiunt, appellavit. Atque hoc ea de cauſa, quòd in eodem verſu mox ſequitur Phyleus Augei filius, cui cum Actoridis hiſce paterna amicitia fuit, ut ex Pauſania colligimus primo Eliacorum. MICYLL. *Actoridaeque parens*, inepta lectio. Reponendum *pares* ex caſtigatioribus membranis. Par fratrum Actoridum deſignat, Eurytum nempe & Cteatum, qui ab Hercule poſtea occiſi, ut de Actore Elienſi ſit ſermo. Nam Actoris Phthii filios praeter Menoetium & Eurytionem nullos invenio. Eurytionis autem paulo poſt fiet mentio. praeterea *Phyleus* legendum non *Phileus*. Φυλεὺς Graecis, Augiae filius, de quo cum alii, tum Theocritus multa Idyll. XXVI. HEINSIUS. Micyllus hic compilavit Parrhaſium, qui de Euryſto & Cteato jam expoſuerat. vid. Epiſt. XLI. tom. I. Theſ. Critic. p. 771.

308. *Et miſſus ab Elide Phyleus.*] Augei filius, ut ſuprà diximus, cui Hercules, patre Augea ob negatam purgati ſtabuli mercedem ejecto, regnum Elidis tradidit, poſtea occiſis etiam Actoris eo praelio filiis. autor Pauſanias. Corruptè autem in quibuſdam editionibus *Pelas*, pro *Phyleus* legitur. REGIUS.

309. *Nec Telamon aberat magnique creator Achillis.*] Telamonem & Peleum fratres intelligit, quorum alter Ajacis, alter Achillis pater fuit, ambo autem filii Aeaci ex Endeide Scironis, (ſive Chironis potiùs legendum) ut Pauſanias in Corinthiacis. REGIUS. *Nec Telamon deerat* unus Mediceus. malim &, *magnive*. HEINSIUS.

310. *Cumque Pheretiadae, &c.*] Quoniam hic verſus à pleriſque corrumpitur, putantibus primam *Pheretiadae* ſyllabam longam eſſe, quoniam ab Homero in II. Iliad. per η ſcribitur, non cenſeo veritatem diſſimulandam. Conſtat igitur eam ſyllabam natura corripi, ac per ε à Graecis ſcribi, ut Apollonius, ejus interpres, Stephanus & ceteri probant: ſed Homerum carminis neceſſitate ductum more ſuo brevem vocalem in longam commutaſſe. quod ut iis, qui Latinam tantum litteraturam didicerunt, fiat apertiſſimum, ecce ejuſdem poëtae teſtimonium tertio Artis amatoriae:

Fata Pheretiadae conjux Pagaſaea redemit.

Nullo igitur pacto *que* copula hoc loco eradenda, quae & à Priſciano admittitur lib. VII. CONSTANTIUS FANENSIS. *Que* particula expungatur, ne claudicet verſus in ſyllaba: *Pheretiades* enim Graece Φηρητιάδης dicitur, & ſcribitur per η in primis duabus ſyllabis, quae per hoc producuntur. Significatur autem Admetus filius Pheretiae, ejus meminit Homerus. JAC. A CRUCE. *Pheretiades* nomen bis apud Homerum me memini legere prima ſyllaba producta, Iliad. β. 763.

Ἵπποι μὲν μεγ' ἄρισται ἔσαν Φηρητιάδαο.

Et Iliad. ψ. 376.

Αἱ Φηρητιάδαο ποδώκεες ἔκφερον ἵπποι.

Quanquam in priore exemplo quidam Φειρητιάδαο legunt, & Φείρης in nominativo, non Φήρης. quare videat lector, num conjunctio hoc in loco poni debeat. GLAREAN. Admetum intellige, Pheretis filium, cujus uxor Alceſtis fuit, de qua Euripidis fabula exſtat. Plerique autem hunc verſum, quaſi qui parum ſibi conſtet, notarunt. Nam apud Homerum, ajunt, nomen Pheretis prima longa ponitur, ut Iliados ſecundo:

Ἵπποι μὲν μεγ' ἄρισται ἔσαν Φερητιάδαο
Τὰς Εὔμηλος ἔλαυνε, ποδωκέας ὄρνιθας ὥς.

Et Iliados penultimo:

- - - ὦκα δ' ἔπειτα
Αἱ Φηρητιάδαο ποδωκείως ἔκφερον ἵπποι.

Sed iidem non animadverterunt verſum, qui eſt Odyſſeae undecimo 257.

Τὴν δ' ἑτέρην κρηθῇ τίκτε βασίλεια γυναικῶν,
Αἴσονά τ', ἠδὲ Φέρητ', Ἀμυθάονά τ' ἱπποχάρμην.

Neque Euripidem, apud quem in Alceſte legitur:

Ἐς δ' οὖν δόμοισι παῖς Φέρητος Ἡράκλεις.

Quod exemplum & Statius ſecutus, x. Thebaid. dixit:

Inde Pheres, acerque Lycus, ſed caſſa Pheretis
Haſta redit, &c.

Propriè enim Φέρης per ε ſcribit, & quod ab Homero producitur *Pheretiades* κατ' ἔκτασιν factum eſt. MICYLL.

310. *Et Hyanteo Iolao.*] Boeotio. Hyantes enim populi ſunt Boeotiae, ut diximus. REGIUS. Fuit autem hic Iolaus Iphicli filius, Amphitryonis nepos, qui Herculi in interficienda hydra operam navavit. MICYLL.

311. *Impiger Eurytion.*] Iri filius, qui fuit Actoris, ut quidem apud Apollonium legitur libro primo. Eundem enim eſſe puto illum, & eum de quo hîc dicitur. Verſus Apollonii ſuprà citavimus, ubi de Actoridis annotavimus. IDEM.

311. *Curſuque invictus Echion.*] Etiam Echionis mentio fit apud Apollonium, ſed hunc Mercurii filium facit his verbis lib. I. 51.

Οὐδ' Ἀλόπη μίμνεν πολυλήϊοι Ἐρμείαο
Υἷες, εὖ δεδαῶτε δόλους, Ἐχίων τε.

De Mercurii autem filio Echione etiam Hyginus meminit inter venatores Calydonii apri, quanquam illic corruptè ſcriptum eſt *Hecion* pro *Echion*. IDEM. *Et curſu* cum praeſtantioribus. HEINSIUS.

Hippasus, & primis etiamnum Nestor in armis.
Et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis;

Pene-

312. *Naryciusque Lelex.*] *Naryx* urbs est Locridis, quae & *Narycium* & *Naryce* dicitur, unde *Narycius* possessivum declinatur, ab hoc verò Lelege populi Leleges fuere cognominati. Regius. Locros aliquando Lelegas appellatos fuisse, est Plinius autor lib. IV. cap. 7. & Strabo lib. VII. qui etiam versus Hesiodi hos citat:

Ἤτοι ὃ Λοκρὸς Λελέγων ἡγήσατο λαῶν,
Τὰς ῥά ποτε Κρονίδης Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς,
Λεκτὰς ἐκ γαίης ἀλίβας πόρε Δευκαλίωνι.

Quare rectiùs, opinor, hoc loco *Narycius*, à *Naryce* Locrorum urbe, cujus & Stephanus meminit, secundum Regium legitur, quàm, ut alii malunt, *Neritius*, sive hoc à Nerito Ithacae, sive à Nerito Acarnanùm urbe, cujus & Plinius & Stephanus meminere, deducatur. Si tamen illud detur Locrenses ab hoc Lelege nomen accepisse, aut hunc Locrensem genere fuisse. Nam quod infrà sequitur:

Illa Troezenius heros
Parte Lelex, raris sparsus jam tempora canis,

repugnare huic opinioni videtur. nisi verò dicamus, aut duos Lelegas in hac venatione fuisse, Locrensem, sive etiam Acarnanem, alterum, & alterum Troezenium. Aut rursus eundem hunc ex Locris in Peloponnesum venisse, ibique à Pitheo & Troezeniis receptum, atque ita à genere quidem Narycium, à loco autem ubi consenuerit Troezenium vocatum esse. Nam quo alio pacto hic locus, ut nunc quidem habet, explicari possit, non video. Fuerunt autem & alii Leleges duo, alter Neptuni filius, qui Megarensibus aliquando imperavit, à quo *Lelegeïa moenia* suprà dicuntur. Alter Laconicus αὐτόχθων, cujus Pausanias meminit in principio Laconicorum. Ab hoc & Lacones aliquando Leleges appellati fuere, ut idem autor indicat. Micyllus. Quidam *Naritios* legunt, sed Graece est νηρίτιος, fortasse Dores imitati, qui ex η faciunt α. Sequente autem versu, *etiam nunc*, pro *etiam tunc* positum videtur. Rursus sequente versu explicandum fuerat commentatori, qui fuerint, quos Hippocoon *antiquis miserit Amyclis.* Ampycidem etiam hoc loco non exponit, sed postea Mopsum Apollinis sacerdotem, quem *sagacem* vocasse videtur poëta, quòd clarissimus fuerit vates. Hoc quoque lectori considerandum, qua ratione, de Atalanta loquens, *rasilem* dixerit *fibulam*, nisi sit pro cingulo, ut vult Raphaël. & hoc Virgilii carmen:

Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

Idem ostendit. *fibulae* enim vocabulum valde late patet, ut ex Vitruvio patet, & aliis claris auctoribus. Glareanus. *Naericiusque* vel *Naritiusque* scripti. Lege, *Naryciusque.* Naryx enim Locrorum urbs, qui Leleges aliquando appellati. Heins. Vid. ad Remed. 264.

312. *Panopeus.*] Hic Phoci filius fuisse videtur, pater Epei, qui equum Durateum fabricatus postea fuit, ut Pausanias in Corinthiacis notat. Ab hoc & oppidum Phocense, Panopea nominatum, ut autor idem Pausanias ait, & praeterea Stephanus. Micyllus. Vid. supr. ad lib. III. 19.

312. *Hyleus.*] Hunc, conjectura quoque adductus, puto esse, qui Melanionem Atalantae amatorem in venatione occidit, aemulatione & invidia motus, eo quòd & ipse amore ejusdem puellae teneretur. Postea tamen & ipse & Rhoetus ab Atalanta sagittis confixi, cum illi vim afferre conati fuissent, ut Callimachus autor est in Hymnis. hujus idem Ovidius & lib. II. Art. 191. meminit hoc versu:

Sensit & Hylei contemptum saucius arcum.

Et Propert. I. 1. 13.

Ille etiam Hylei percussus vulnere rami
Saucius Arcadicis rupibus ingemuit.

Nec obstat adeò, quòd idem nomen alias disyllabum, aliàs trisyllabum ponitur. Eâdem enim figurâ etiam in aliis usus est poëta, ut infrà lib. XII. 260.

Cumque suis Gryneûs immanem sustulit aram
Ignibus, &c.

Et rursum 268.

Figitur hic duplici Gryneus lumina ramo.

Sed tamen hoc idem etiam aliis dijudicandum relinquo. Micyll.

313. *Feroxque Hippasus.*] Hippasi etiam Hyginus meminit inter venatores apri, eumque Eurysti filium dicit. Stat. septimo Theban. 353. etiam Nauboli patrem facit, hoc versu:

Cui nuper ademptus
Naubolus Hippasides, tuus, ô mitissime Lai,
Hospes, &c.

Infrà autem lib. XII. 352. etiam inter Centauros Hippasus numeratur. Idem.

313. *Et primis etiam nunc Nestor in annis.*] Hoc est, prima aetate. Ad tertiam enim aetatem hominum vivendo pervenit, ut Homerus ait Odyss. IV.

Τρὶς γὰρ δή μιν φασὶν ἀνάξασθαι γένεᾶ ἀνδρῶν.

Et Iliad. primo 250.

Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
Ἐφθίαθ', οἳ οἱ πρόσθεν ἅμα τραφέν, ἠδ' ἐγένοντο.

Quo tamen loco, aetatem alii, pro seculo, hoc est, spatio centum annorum, alii pro triginta annis accipiunt. Sed hoc nihil ad rem praesentem. Idem. *Etiamnum* Florentinus S. Marci & sec. Mediceus. ut saepe alibi. deinde *primis in armis* prim. Vatican. Cantabrig. prim. Basil. uterque Ham-

315 Penelopesque ſocer, cum Parrhaſio Ancaeo,
Ampycidesque ſagax, & adhuc à conjuge tutus
Oecli-

burgenſis aliique multi. Ipſe Neſtor lib. XII. 183. ut quidem illic duo codices:

Multaque me fugiant primis ſpectata ſub armis.

Et lib. XIII. 596. ex MSS.

Primiſque ſub armis
Occidit.

Tibullus libro I. Eleg. X.

——— *alius ſit fortis in armis.*

Propertius libro IV. Eleg. II.

Arma tuli quondam, & memini laudabar in illis.

Et eodem libro Eleg. prima:

Nec rudis inſeſtis miles radiabat in armis.

Val. Flaccus tamen lib. V. 457.

——— *primis Abſyrtus in annis.*

Sil. V. 580.

Nec minus Herminium primis obtruncat in armis.

Gunther. Ligur. I.

Primis tyro formoſus in armis.

In armis eſſe apud Salluſtium Catilinaria. Varro apud Nonium: *Servi in armis cum praedonibus.* ſed vide quae notamus Art. lib. I. ỹs. 181. *cadere in armis* apud Gratium:

—— *ceciditque ſuis Ancaeus in armis.*

Quomodo reſcribendum. hactenus, *in arvis* circumfertur. quod manifeſte falſum. Arcas enim erat Ancaeus, Lycurgi filius, ut Noſter aliique paſſim teſtantur, & ab apro Calydonio in agris Aetolis occiſus. quomodo ergo *ſuis in arvis?* miror hoc fugiſſe doctos interpretes. per *arma* Gratius Ancaei bipennem intelligit. ſic *horridus in jaculis*, & ſimilia apud poëtas. confirmant hanc reſtitutionem, quae Gratius ipſe de *armis* in venatione à ſe damnatis prodit. Barthius tamen Ancaeum Oenei filium facit, neſcio quo auctore. *In ferro* apud Apulejum III. Met. 47. *At illi barbari neque fugam capeſſunt, & cum me viderent in ferro tamen audaciter reſiſtunt.* Heins. De confuſione τῶν *annis* & *armis* vide ad Ep. I. 105. & Cl. Drakenb. ad Sil. II. 94. de uſu τοῦ *in* vid. ſupra ad lib. V. 328. *in armis* autem frequentiſſima locutio. Val. Flac. IV. 747.

Illuc cunctis accenſus in armis.
Tunc aderam.

Et VIII. 136.

Hinc ſubitis inflexit frater in armis.

Sub armis eodem fere ſenſu ſaepe occurrit. qua locutione quia Manilius utitur, vir illuſtris Ez. Spanhem. de Uſu & Praeſt. Numis. Diſſert. XIII. ſect. III. §. 3. eum Theodoſiano aevo adſcribit, ſed immerito; eſt enim Auguſtei aevi Poëtis uſitatiſſima. ſic Virgil. III. Georg. 115.

Atque equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo.

vid. Aeneid. 588.

——— *alternoſque orbibus orbes*
Impediunt, pugnaeque cient ſimulacra ſub armis.

Noſter I. Ep. 17.

Sive Menoetiaden falſis cecidiſſe ſub armis.

Sic & Statius II. Theb. 552. IV. 116. & alii. eſt igitur *in armis* & *ſub armis*, idem quod *armatus*, ſic ἐφ' vel ὑφ' ὅπλοις. vid. Salm. ad Treb. Poll. 30. Tyran. cap. 32. & *ſub* & *in* ſaepe ejuſdem eſſe ſignificationis vidimus ad lib. I. 689. Burm.

314. *Antiquis.*] Amyclae urbs eſt Laconiae, ab Amycla Lacedaemonis filio aedificata atque cognominata. fuerunt etiam Amyclae in Italia Lacedaemoniorum colonia, inter Cajetam & Tarracinam, quae tacendo perierunt, unde Virgilius eas *tacitas* appellavit: *Tacitis regnavit Amyclis.* Amycleum etiam eſt in Creta urbs & portus. Regius. Fuit autem Hippocoon, de quo hic dicitur, genere Lacedaemonius, qui, ejecto Tyndareo, pro eo aliquandiu regnavit. poſtremo tamen ab Hercule unà cum filiis occiſus, dum ille caedem Oeoni ulciſcitur, quem Hippocoontis filii fuſtibus Sparte occiderant, eò quod canem illorum atrii cuſtodem in ſe irruentem ſaxo à ſe depuliſſet, ut auctor eſt Pauſanias in Laconicis. intelligit igitur filios Hippocoontis hoc loco poëta, quorum unus fuit *Eraeſimus*, qui in ipſa hac venatione ab apro percuſſus, interiit, ut infrà dicitur. reliqui autem *Alcon*, cujus & Pauſan. meminit eodem libro, & *Dexippus*: ita enim apud Hyginum fortaſſe legendum, pro eo, quod illic corrupte habetur, *Demixippus.* Micyllus.

315. *Penelopes ſocer.*] Laërtes, Ulyſſis pater. Regius. Arceſii filius, ut etiam Hyginus meminit. Micyllus.

315. *Cum Parrhaſio Ancaeo.*] Arcadico. eſt enim Parrhaſia Arcadiae urbs, ut jam diximus. Regius. Ancaei autem hujus etiam Apollon. meminit in Catal. eumque Lycurgi filium facit, Alei nepotem, ut & Hyginus. Apollonii verſus ſunt lib. I. 163.

Τρίτατος γε μὲν ἔπλετ' ἴθυνε
Ἀγκαῖος. τὸν μὲν ῥα πατὴρ Λυκόοργος ἔπεμπε,

Eadem ferè & Pauſanias in Arcadicis lib. VIII. 4. cujus verba, quoniam ad hanc fabulam nonnihil faciunt, ſubjicienda putavi: Μετὰ δ' Ἀλέου τελευτήσαντα, Λυκοῦργος ὁ Ἀλέου τῶν βασιλείαν ἔσχε· γενομένην δὲ αὐτῷ παίδων Ἀγκαίστε καὶ Ἐπόχης, τὴν μὲν νοσήσαντα ἐπιλαμβάνει τὸ χρεών, Ἀγκαῖος δὲ Ἰάσονίτε ἕπλου μετέσχεν ἐς Κόλχους καὶ ὕστερον ὁμοῦ Μελεάγρῳ τὸν ἐν Καλυδῶνι κατεργαζόμενον θηρίον, ἀπέθανεν ὑπὸ δὲ ὑός. Ex quibus verbis etiam illud apparet venationem hanc poſt navigationem in Colchos ſecutam eſſe. Fuit & alter Ancaeus, Neptuni filius, cujus itidem

Pau-

Oeclides, nemorisque decus Tegeaea Lycei.
Rasilis huic summam mordebat fibula vestem;

Crinis

Pausanias meminit, & Apollonius quoque in Catalogo. Micyllus.

316. *Ampycideſque ſagax.*] Mopſus Ampyci filius, ex Chloride, Titaronis nepos, quem ſagacem hic vocat, eo quòd vates, ſive augur fuit, ut idem Apollonius teſtatur his verſibus lib. 1. 65.

Ἠλύθε δ' αὖ Μόψος Τιταρήσιος, ὃν ῥα θεὸς περ
Λητοίδης ἐδίδαξε θεοπροπίας οἰωνῶν.

Ubi Commentator, Ἀμπύκου, inquit, υἱὸς ὁ Μόψος, τοῦ Τιτάρωνος. Sed hic tamen notandum, variare Ovidium ab Apollonio, nam Apollonius in Libya periiſſe Mopſum ſcribit, à ſerpente ictum. Ovidius autem in venatione, quae, ut ſupra ex Pauſania notavimus, poſt expeditionem Colchicam fuit, cum Meleagro & ceteris fuiſſe. Micyllus.

316. *Et adhuc à conjuge tutus Oeclides.*] Amphiaraus, Oeclei filius, qui cum vaticinandi peritiſſimus cognoviſſet à Thebano bello ſe non redeturum, ita latebras petiit, ut omnia tamen Eriphylae uxori, quam fidiſſimam putabat, indicaret. illa verò ab Argia, Adraſti filia, monili accepto, quod Vulcanus Harmoniae privignae dono dederat, maritum Adraſto prodidit, qui Thebanum agrum ingreſſus unà cum curru à Tellure fuit abſorptus. Regius. Vide Stat. libro ſeptimo Theb. Micyllus.

317. *Tegeaea.*] Arcadica, nam Tegaea urbs eſt Arcadiae. quod nomen triſſyllabum quidem eſt, ſed quod inde declinatur poſſeſſivum, ita quatuor ſyllabarum efficitur, ut penultima ſit longa. eſt etiam Tegaea in Creta à Talthybio aedificata, unde Tegeatae dicuntur. Regius. In uno Vaticano. *Nemoriſque decus Atalanta Lycei.* In nonnullis ſcriptis libris, quibus uſus ſum, eſt ſuper, *Tegaeea, id eſt, Atalanta.* Fortè lectio Vatican. libri eſt gloſſema, quod deinde in verſum irrepſit.

318. *Venit Atalanta Schenei pulcherrima virgo.*] Hoc carmen, tum quia in veteribus non invenitur, tum quod & ſyllabis claudicat, & rude ac nihili eſt, rejiciendum duximus. Naugerius. *Venit Atalantis Caenei*, ſic quidem legitur, *ſed Atalante* & *Schoenei* mihi rectè à Graecis legi videtur. nam Atalanta Schoenei filia fuit formoſiſſima, ex qua Meleager Parthenopeum ſuſcepit. altera fuit Atalanta, Iaſii, filii Abantis, Argivorum regis, filia. de qua Propertius, *Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores Saevitiam durae contudit Iaſidos.* Regius. Eſt & hic verſus τῶν ἀποφουμένων. nam & quantitas repugnat, ſecunda in *Atalante*, contra aliorum exempla producta, & quod *Schoenei* filia Atalante haec vocatur, cum infra Atalante altera, qui cum Hippomenes curſu certavit, eodem modo *Schoeneïa ab* Ovidio dicatur. quare ſunt, qui quantitatis quidem cauſſa legunt, *Venit & Atlante*, &c. cui lectioni hoc incommodi adeſt, quod verſus hic nimis σχηματικὸς ſit, quando & ſyncope in *Atlante*, pro, *Atalanta*, & ſynaereſis in *Schoenei* pro *Schoeni* committitur. Et quod ad differentiam Arcadicae hujus & alterius Boeotiae Atalantes attinet, eodem modo incertum atque confuſum manet. Alii autem, quibus & verbum, *Venit*, uti otioſum, & à praecedentis ſynathriſmi elegantia ac proprietate alienum videtur, utrique vitio mederi volentes, legunt,

Nemoriſque decus Tegeaea Lycei,
Venatrix Atalanta, Iaſi pulcherrima virgo.

Quibus aliud quidem nihil, ſed tamen hoc obſtat, quòd prima in *Iaſi*, ſive etiam *Iaſii*, (ut illud per ſynaereſim dictum accipiamus) apud ceteros producitur, ut apud Callimachum, κούρην Ἰασίοιο συοκτόνου Ἀρκασίδαο, & apud Propertium:

Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores
Saevitiam durae contudit Iaſidos.

Quare & hunc verſum inter incertos & inexplicatos relinquemus. Ceterum ut de Atalanta hoc loco addamus, quae apud alios varie tradita legimus, plerique Graecorum duas Atalantas faciunt, Arcadicam: quae cum Meleagro in venatione apri fuerit, & Boeoticam alteram, quae cum procis ſuis curſu certare ſolebat. atque Arcadicam quidem hanc, Iaſii filiam dicunt commentatores Theocriti, Euripidis & Apollonii, item Hyginus in capite de ſeptem ducibus Theban. & Callimachus in Hymno in Dian. 215. cujus verſus ſunt:

Ἠνίκας δέ τι πάγχυ ποδοῤῥώοντα Ἀταλάντην,
Κήρινθ Ἰασίοιο συοκτόνου Ἀρκασίδαο,
Καὶ ἑκυνήλασίωτε καὶ εὐστοχίῃ ἐδίδαξας·
Οὔ μιν ἐπίκλητοι Καλυδωνίδες ἀγρόσταρες
Μέμφον' κάπροιο. τὰ γὰρ σειριάα νίκης
Ἀρκαδίῃ εἰσήλθεν', ἔχειθ' ἔτι θηρὸς ὀδόντας.

Alteram autem Boeoticam illam, Schoenei filiam faciunt iidem illi auctores ferè: & praeterea ipſe etiam Ovid. infra lib. x. 609 ubi ait:

Talia dicentem molli Schoeneïa vultu
Aſpicit.

Et rurſum 659.

Dubium Megareïus heros
Gaudeat, an virgo magis his Schoeneïa dictis.

Et ad hanc rem nonnihil facit etiam illud, quod Schoenos inter fluvios Boeotiae etiam à Strabone refertur, de cujus nomine Schaeneum ipſum dictum quidam volunt. deinde, quod apud Stat. lib. VII. in Catal. dicitur.

Qui breve littus Hyles, Atlantaeumque ſuperbi
Schoenon habent, notique colunt veſtigia campi, &c.

Quanquam idem Statius lib. VI. de Arcadica Atalanta loquens, ita fabulam miſcet, ut ea, quae

Crinis erat ſimplex, nodum collectus in unum:
Ex humero pendens reſonabat eburnea laevo
Telorum cuſtos: arcum quoque laeva tenebat.
Talis erat cultus; facies, quam dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine poſſis.
Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros
Optavit, renuente Deo: flammasque latentes
Hauſit, &, O felix, ſi quem dignabitur, inquit,
Iſta virum! nec plura ſinunt tempusque pudorque
Dicere: majus opus magni certaminis urguet.
Silva frequens trabibus, quam nulla ceciderat aetas,
Incipit à plano, devexaque proſpicit arva.

Quo

alterius ſunt, videlicet, quod cum procis ſuis curſu certavit, huic attribuere videatur. ſic enim ait verſ. 563.

Quis Maenaliae Atalantes
Neſciat egregium decus & veſtigia cunctis
Indeprenſa procis, &c.

Ad quem modum ſi quis Ovidium quoque hoc loco miſcuiſſe fabulas dicet, & *Schoenei* pro *Iaſii*, poſuiſſe, quemadmodum Virgilius alibi, Scyllam Niſi, & alteram quae Phorci fuit, inter ſe confundit, utetur ille quidem ratione, ſed tamen apud criticos vix tolerabili. unus autem Diodorus eſt, apud quem lib. v. de eadem hac fabula hoc modo legitur: *Cum in venatione Atalanta Schoenei filia affuiſſet, ejus amore captus Meleager, pellem, veluti laudem occiſae ferae, illi conceſſit, &c.* Et apud Hyginum in fragmento de iis, qui ad aprum Calydonium ierunt, pro *Schoenei*, *Pondei* irrepſit. cum tamen idem auctor alibi eandem Atalantam, Iaſii filiam vocet. Sed eadem diverſitas auctorum etiam circa filium Atalantes Parthenopaeum, & maritos ſive amatores utriuſque puellae eſt. nam Parthenopaeum, quem plerique ex Milanione & Arcadica hac Atalanta natum tradunt, ut Euripides in Phoeniſſis & Supplicibus. Pauſ. in Arcadicis. Commen. Apollo. &c. Hunc Hyginus & quidam alii Meleagri filium faciunt. Meleagrum enim amore Atalantes captum ajunt, poſt venationem hanc cum illa concubuiſſe. & rurſum, quem Ovidius infra, itemque alii plerique, Hippomenem vocant, Boeoticae illius amatorem, Palaephatus Melanionem appellat. quod nomen rurſum ſunt, qui Hippomenis cognomentum interpretentur, παρὰ τὸ ἀνύειν τοῖς μήλοις τοῦ δρόμου, quoniam pomis aureis victoriam aſſecutus fuerit. ut ex hoc quoque dubitare quiſpiam poſſit, unane tantum Atalanta fuerit, ſed variis nominibus celebrata, an verò fabulae inter ſe miſtae atque confuſae. Codrus certe in 1. Serm. etiam Muſaeum citat, quaſi is pro Hippomene, Melanionis nomen poſuiſſet, ubi de Arcadica Atalanta mentionem faciens inquit verſ. 153.

Παρθένος οὐ σε λήληθεν ἀπ' Ἀρκαδίης Ἀταλάντης,
Ἤποτε Μειλανίωνος ἐρασσάμενος φύγεν ἑωνὴν
Παρθενίης ἀλέγουσα, χολωσαμένης δ' Ἀφροδίτης,
Τοῦ πάρος οὐκ ἐπόθησεν, ἑνὶ κραδίῃ θέτο πάσῃ.

Sed de hoc ipſe viderit. verum, ut illud quoque poſtremo adjiciamus, *Tegeaeam* hic poëta vocat Atalantam, non ſynecdochice, ut Regius exponit, pro Arcadica, ſed proprie. fuit enim Tegeatis patria Atalantae, ut & Pauſanias teſtatur in Arcadicis, qui inter propria & memorabilia Tegeatarum, Ancaeum & Atalantam recenſet, ad hanc venationem apri Calydonii profectos. Micyllus. Hoc carmen non legitur in libris quotquot vidi. Quare non mirum videri debeat, ſi alii id obelo notarunt. Ego, veterum librorum fretus fide & auctoritate, ſuppoſititium atque adulterinum puto. Itaque omnino expungendum reor. Nam primum ineptum eſt, noſtroque indignum poëta: deinde, quod potiſſimum eſt, abeſt, ut dixi, ab antiquis exemplaribus. Quin etiam abſque eo ſenſus optimus eſt, optimeque ſuperius cum ſequenti cohaeret. De Atalanta, Iaſii filia, multa ſcitu digna ſcribit Ælianus libro xiii. De Varia Hiſtoria, & Apollodorus lib. iii. Bibliothecae, qui varietatem notat. Ciofanus.

318. *Raſilis fibula.*] Raſum cingulum: à parte enim totum intelligitur. Regius. Poteſt tamen & ſimpliciter fibula intelligi, qua veſtis connectitur, *raſiliſque* accipi pro levi & polita, ſive etiam attrita. Micyll. Aut veſtem dicit fibulis à ſummo connexam, ac *Dorida* appellatam, teſte Herodoto in Terpſichore: (qua cum olim uterentur Athenienſes mulieres, unum, qui à pugna cum Æeginetis ſuperfuit ſolus, fibulis totum perforantes interemerunt. unde poſtea ſtatutum, ut eae Jadibus veſtibus, quae lineae ſine fibula erant, in poſterum

Quo poſtquam venere viri; pars retia tendunt:
Vincula pars adimunt canibus: pars preſſa ſequuntur
Signa pedum: cupiuntque ſuum reperire periclum.
Concava vallis erat: quà ſe demittere rivi
Adſuêrant pluvialis aquae. tenet ima lacunae
Lenta ſalix, ulvaeque leves, juncique paluſtres,
Viminaque, & longâ parvae ſub arundine cannae.
Hinc aper excitus medios violentus in hoſtes
Fertur, ut excuſſis eliſi nubibus ignes.
Sternitur incurſu nemus: & propulſa fragorem
Silva dat. exclamant juvenes: praetentaque forti
Tela tenent dextrâ, lato vibrantia ferro.

Ille

ſterum uterentur) aut veſtem poſt humeros fibula collectam intelligit, ut eſſet expeditior ad venandum. qualem Meleagro Balbus aſſignat lib. I. 433. *At tibi collectas ſolvit jam fibula veſtes.* Fibularum autem inventum Vulcano dabimus, ſi Homerum ſequemur: qui in XVIII. Iliad. ſcribit, eundem Deum apud Eurynomen & Thetidem Oceani filias novem annos fibulas & monilia conflaviſſe. Const. Fanens. *Raſilis* eſt à raſoribus, (quos diverſos à tornatoribus & caelatoribus facit Salmaſ. Excercit. Plinian. pag. 736.) politum. ita *raſilem forem* Catull. Car. LXI. & Statius lib. VII. 658. Ovidium exprimens:

Et fibula raſilis auro
Taenariam fulva mordebat jaſpide pallam.

Vid. ad lib. I. Art. 437. Burmann.

318. *Summam mordebat fibula veſtem.*] *Primam veſtem.* Urbin. Neapol. ſec. Med. quod arrideret, niſi jam praeceſſiſſet, *primis in armis.* Heins.

322. *Talis erat cultu facies.*] *Cultus* Thuan. & complures alii. diſtingue:

Talis erat cultus: facies, quam dicere vere, &c.
Libro IX. 712.

Cultus erat pueri: facies, quam ſive puellae,
Sive dares puero, fieret formoſus uterque. Idem.

Hanc faciem in Atalanta notat Ælianus lib. XIV. cap. I.

322. *Dicere vere.*] *Jure* tertius Palatinus & Cantabrigienſis.

323. *In virgine poſſes.*] In meis & Caeleſtino, *poſſis.* quod & magis poëticum. Ciof. *Poſſis* etiam plurimi.

327. *Plura finit tempuſque pudorque.*] *Plura ſinunt* quatuor ſcripti. *tempuſque locuſque* Arondel. & tres alii. Heins.

329. *Ceciderat aetas.*] *Exciderat* ſec. Medic. & Neapol. *ceciderit* pr. Medic.

334. *Quo ſe demittere.*] *Qua* quindecim libri. *dimittere* plures editi & nonnulli ſcripti.

336. *Ulvaeque leves juncique paluſtres.*] Heinſ. ad lib. XIV. 103. legit, *juncique leves ulvaeque paluſtres.*

337. *Viminaque & longae parva ſub arundine cannae.*] Arundinem appellare videtur poëta cannarum corticem, qui & tenuis eſt & facile areſcit. unde arundinis nomen deductum eſſe videtur. Regius. *Cannas* & *arundinem* dixiſſe videtur ad eum modum, quo Cicero in Catone de occatione ait, *culmum ac vaginam* de frumento. Glareanus. *Longâ parvae ſub arundine cannae* prim. Vatican. Urbin. & tres alii. recte. canna enim minor arundine. Columella lib. IV. cap. 32. de arundineto: *Ea eſt autem ſenectus, cum vel exaruit ſitu & inertiâ plurium annorum, vel ita denſatum eſt, ut gracilis & cannae ſimilis arundo prodeat.* & lib. VII. cap. 9. Cannam *degenerem* vocat *arundinem*: & paulo ante pro, *ulvaeque leves*, alter Hamburgenſis, *tiliaeque.* Heins.

339. *Eliſus nubibus ignis.*] In quibuſdam, *Eliſi ignes.* Nauger. *Ut excuſis eliſus nubibus ignis* liber Aldinus, malè. Emendatè autem meus, & nonnulli alii veteres, *ut excuſus eliſis. Excutere ignem* Latinè dicitur, & quidem propriè: ut & *elidere nubes.* Syllabae autem *us* timendum non eſt, quae fortaſſe imperitis depravandae ſententiae anſam praebuit; in tertio pede jambus ponitur frequentiſſimè: quanquam caeſurâ etiam ſyllaba brevis fit longa. Itaque eo, quo dixi, modo, legendum omnino eſt. At hic Noſter lib. VI. 696. dixit *eliſos ignes* eo verſu:

Exiliantque cavis eliſi nubibus ignes.

Rectè ſanè, propter verbum *exiliunt.* Ciofanus. *Eliſi ignes* in vetuſtioribus. ut lib. VI.

Exiliantque cavis eliſi nubibus ignes.

Tiliobroga ad Stat. X. 472. corrigit:

Fertur ut excuſſus conliſis nubibus ignis.

Male: Senec. Nat. Quaeſt. II. *Alii inter nubes eliduntur, alii ſereno, ſi aër ad exprimendum ignem aptus fuerit.* German. Caeſar fragmento Prognoſtic.

Et

Ille ruit; ſpargitque canes, ut quisque ruenti
Obſtat: & obliquo latrantes diſſipat ictu.
Cuſpis Echionio primùm contorta lacerto
Vana fuit: truncoque dedit leve vulnus acerno.
Proxima, ſi nimiis mittentis viribus uſa
Non foret, in tergo viſa eſt haeſura petito:
Longius it: auctor teli Pagaſaeus Iaſon.
Phoebe, ait Ampycides, ſi te coluique, coloque;
Da mihi, quod petitur, certo contingere telo.
Quà potuit, precibus Deus adnuit. ictus ab illo,
Sed ſine vulnere, aper: ferrum Diana volanti
Abſtulerat jaculo: lignum ſine acumine venit.

Ira

Et crebro lumine ruptos
Nubibus elidet ſonitus.

Et Avien. p. 115. Edit. Grot. *Eliſos fulguris ignes excudit.* ut legendum monui ad lib. III. Amor. v. HEINSIUS.

340. *Sternitur incurſu.*] *Impulſu* Leidenſis, ut apud Val. Fl. VI. 522.

Proterit impulſu gravis agmina, corporaque atris
Sternit equis.

Sed *propulſa* ſequitur, niſi ſit Ovidiana repetitio. *incurſus* tamen recte de impetu ferarum, ut de urſis lib. VIII. 546. BURM.

341. *Protenta tela.*] *Praetenta* rectius alii. ſic apud Virgil. lib. X. 605.

——— *haſtaſque reductis*
Praetendunt longe dextris.

Non *Protendunt*, veterrimus Mediceus. Plura lib. XI. vſ. 511. HEINS. Pierius ad Virgil. I. *protendunt* tuetur.

342. *Lato ferro.*] *Lati ferri* Loxan. *ſplendentia* Baſil. & alius.

343. *Spargitque canes.*] Alibi dixit, *Diſſipat*: quo modo in ſequenti carmine, & lib. II. Faſt. 232.

Sicut aper longè ſilvis latratibus actus,
Fulmineo celeres diſſipat ore canes.

CIOFANUS.

343. *Ut quiſque furenti Obſtat.*] *Ruenti* unus Bononienſis, concinnâ repetitione. HEINS.

344. *Et obliquo diſſipat ictu.*] Sic veteres libri. Alii malè legunt, *Dipicit ictu.* CIOFANUS. *Diſſicit* ex ſcriptis libris Gebhardus. noſtri omnes pro vulgata ſunt, niſi quod in primo Gronoviano, *occupat.* eleganter. ſic infra, *occupat audentem.* & Faſt. I. *Occupat Alcides.* hoc eſt praevertit. ſic ſcriptores paſſim. HEINS.

347. *Nimiis mittentis viribus.*] *Nitentis* Rottendorpianus. IDEM. *Viribus acta* unus Gronov.

349. *Longius it.*] *It*, pro *ivit*; ideo producitur: quamquam in hoc auctore frequentiſſimè *ĭ*, producitur. CIOFANUS. Vid. ad lib. II. 743. de productione brevium ſyllabarum. ſic Virgil. IX. 418.

Dum trepidant, it haſta Tago per tempus utrumque.

Ubi Pierius & alii videndi, qui & *iit* legunt. & hic multi codices, *longius itque*, vel *longius it, telique auctor.* in qua voce turbant vehementer libri veteres; quorum plurimi *actor, jactor, ductor*, vel *lator.* ſed omnia fruſtra. Virgil. lib. IX. 420.

Nec teli conſpicit uſquam Auctorem.

Et verſ. 748.

Neque enim es teli nec vulneris auctor.

Statius IX. 282.

Reſpexit, nuſquam auctor erat.

Ita mox 418. *Vulneris auctor.* In Urbinate erat, *auctor telo.* BURM.

350. *Phoebe, ait, Ampycides.*] Nonnulli ſcripti libri, *Amphycides, per Φ.* CIOFAN. *Oeclides* ſec. Palat. Cantabrig. Oxonien. Arondel. aliique plurimi. Utrumque bene, ſive de Mopſo, ſive de Amphiarao agat, cum uterque Phoebi fuerint ſacerdotes. at Amphiaraum recenſet in Catalogo venatorum apri Calydonii Apollodorus, Mopſum non recenſet. contra Hyginus Fab. CLXXIII. utrumque Noſter ſuperius. HEINS.

352. *Quà potuit.*] Multi, *Quam potuit.* Vide Notas Remed. Amor. vs. 325. HEINS.

353. *Sed ſine vulnere aper.*] Subaudi *manſit*, vel *abiit*, aut tale quippiam. CIOF. Hoc ſenſiſſe videntur librarii: nam, *ſed ſine vulnere abit* Cantabr. & quatuor alii. ſed nihil deeſt: ictus eſt aper, ſed ſine vulnere, quia cuſpis erat ablata & ſolo ligno percutiebatur.

353. *Ferrumque Diana volanti.*] In uno meo & quibuſdam aliis, *Ferrum Diana volanti.* Quod mihi lepidius videtur. CIOF. *Ferrum* Florent. S. Marci, prim. Palat. prim. Vatican. prim. Gronov. prim. & tert. Medic. prim. Moreti aliique multi ex probatioribus. recte. Sic & *Diana* prima Syllaba producta apud Statium ſaepe occurrit; & apud

alios

Ira feri mota eſt: nec fulmine lenius arſit:
Lux micat ex oculis, ſpiratque è pectore flamma.
Utque volat moles, adducto concita nervo,
Cum petit aut muros, aut plenas milite turres;
In juvenes vaſto ſic impete vulnificus ſus
Fertur: & Eupalamon Pelagonaque, dextra tuentes
Cornua, proſternit. ſocii rapuere jacentes.
At non letiferos effugit Enaeſimus ictus,
Hippocoonte ſatus. trepidantem, & terga parantem
Vertere, ſucciſo liquerunt poplite nervi.
Forſitan & Pylius citra Trojana perîſſet
Tempora: ſed ſumto poſitâ conamine ab haſtâ,

Arbo-

alios Poëtas non ſemel. Servius Fuldenſis ad lib. I. Æneid. 512. *Sane Dianam ideo veteres melius producebant, quia ſub divo dea ſit venandi gratia.* Heinsius.

354. *Sine acumine.*] *Sine cuſpide* unus.

355. *Ira feri mota eſt.*] In Caeleſt. *Ira ferae.* Illud rectius. Intelligitur enim apri. Niſi illud obſtat ex Epiſt. IV. 100. *Illa ferae ſpolium pignus amoris habet.* Ciofanus. Vid. inf. ℣s. 422.

355. *Fulmine lenius arſit.*] *Secius* & hic reſcribendum puto. Adeantur notae lib. II. verſ. 809. Heinsius.

356. *Emicat ex oculis, ſpirat quoque pectore flammas.*] In quibuſdam, *flamma.* Nauger. *Ira, igniſve*, aut *flamma* ſubintelligatur. Regius. *Emicat ex oculis, Spirat quoque pectore flamma.* Emendatè in vetuſto codice, *non lux micat*, ut quidam ajunt, eſſe ſcriptum, ſed *emicat* legitur, & *flamma*, ut tam ex oculis, quam ex ore flammam emiſiſſe aperte videatur. Idem. Vide utrum eo modo dicat, *Emicat flammas*, ut *ſpirat flammas*, an potius *flamma* ſupplendum cenſeas. ſed videtur exemplum eſſe, quando verba diverſos caſus poſcentia, aut ipſa inter ſe diverſa, junguntur, ut neutrum ac activum, id cum raro fiat, reprehenſione caret, alioqui non admittitur, ut recte docuit Laurentius Valla lib. III. atque ea fuit cauſſa, cur quidam pro *emicat* legerat, *Lux micat*, ut annotavit Raphaël. Glarean. Quidam tamen *flamma* legere malunt, nominativo caſu: ſic enim utroque verbo rectè cohaeret. Micyll. *Emicat ex oculis, ſpirat quoque pectore flammas.* Sic libri ſcripti omnes. Alii aliter legunt. Atque hoc fortè eſt, quod ſuperius dixit:

Sanguine, & igne micant oculi. Ciof.

Lux micat octo veteres: rectius. deinde pro, *ſpirat quoque* ſcribendum, *ſpiratque è pectore flammas* cum quinque ſcriptis. vel *flamma*, quomodo Florentinus S Marci. Heins. Mihi magis placeret, *Fax micat ex oculis*, quod fortius, expreſſius & magis conveniens τῷ *fulmine*, & *flammas.* ſic paulo ante, *igne micant oculi*, & *ſuffuſaque lumina flammâ.* Schepp. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

358. *Aut plenas milite turres.*] *Milite*, pro *Militibus.* Ciofan.

359. *Certo ſic impete.*] Praeceſſit modo, *certo contingere telo.* neque convenit elegantiae Ovidii tam parvo intervallo idem epitheton repetere. ſed haec Librariorum, non Poëtae culpa; in Leidenſi uno & Sixiano erat, *Vaſto ſic impete*, vere & venuſte, ſi quid intelligo. ſic lib. III. 89.

Impete nunc vaſto, ceu concitus imbribus amnis.

Lib. XI. 530.

Vaſtius inſurgens decimae ruit impetus undae.

Horatius lib. IV. Od. 4.

Ut barbarorum Claudius agmina
Ferrata vaſto diruit impetu.

Silius lib. II. 243.

Sed contortum prior impete vaſto
Daunius huic robur juvenis jacit.

Statius lib. VII. 585.

Aurigamque impete vaſto
Corripiunt.

Et eodem modo *vaſta Leonibus ira* infr. lib. X. 551. *Vaſti ictus* Valer. Flac. II. 534. & Gellius lib. II. cap. 6. & ex eo Macrobius VI. 7. *Vexare, vi atque motu proculdubio vaſtiore eſt*, ut recte viri docti, non *vehementiore.* & ita paſſim Noſter & alii. Burmann.

362. *At non.*] Puto, *At nec.* Heins.

364. *Succiſo.*] Sixii & Gronovianus tertius, *ſucciduo*: & hoc olim probaverat Heinſius, adductis locis quibuſdam aliis, ut inf. X. 458.

At illi
Poplite ſucciduo genua intremuere.

Et Epiſtol. Laodamiae XIII. 24.

Succiduo dicor procubuiſſe genu.

Et Stat. Theb. IV. 324.

Poplite ſucciduo reſupinum, ac paene cadentem.

Sever. carmine Bucolico:

Errat ſucciduo bucula poplite.

Arboris insiluit, quae stabat proxima, ramis:
Despexitque, loco tutus, quem fugerat, hostem.
Dentibus ille ferox in querno stipite tritis,
Imminet exitio, frendensque recentibus armis
Othriadae magni rostro femur hausit adunco.
At gemini, nondum coelestia sidera, fratres,
Ambo conspicui, nive candidioribus ambo
Vectabantur equis: ambo vibrata per auras
Hastarum tremulo quatiebant spicula motu.
Vulnera fecissent; nisi setiger inter opacas
Nec jaculis, isset, nec equo loca pervia, silvas.
Persequitur Telamon: studioque incautus eundi,
Pronus ab arboreâ cecidit radice retentus.
Dum levat hunc Peleus; celerem Tegeea sagittam

Impo-

Sed in his omnibus agitur non de vulneratis, sed de iis, quibus animus linquitur; & hanc vocem amare Statium notat Barth. ad d. l. & ejusdem libri *Ys.* 663. & alibi. quare hic *succiso*, praefero, ab apri nempe dentibus. vide ad Petronii cap. 1. & Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. IV. 343. BURM.

365. *Citra Trojana tempora.*] Ante Trojanum bellum. *Tempora* namque infelicia calamitosaque ferè accipiuntur. REGIUS. Recte & erudite. vide Manut. ad Cicer. IV. ad Famil. 6. & Graev. ad orat. pro Arch. 6. ita sup. IV. 692. *dignos tempore fletus* dixit Noster. *Citra* vero pro ante usurpat & lib. X. 84.

Citraque juventam
Aetatis breve ver, & primos carpere flores.

Male ergo quidam codices, *circa*. Vid. ad Epiced. in Drusum 50. Junian. etiam, *Trojana moenia*. BURMANNUS.

368. *Despexitque loco tutus.*] Quod Ovidius hoc loco de Nestore dicit, id alii, inter quos & Commentator Homeri antiquus, Thersitae attribuunt. Illum enim, ut Agrii filium, Meleagri patruelem, in hac venatione affuisse quoque tradunt. Sed quia aliorum pericula & clades videbat, metu perterritum relicta statione sua, in locum quendam editum confugisse. Quare Meleagrum ira commotum, persecutum illum esse, atque ita inter fugiendum Thersitem crus fregisse: unde & ab Homero claudus altero pede fingitur. Vide Comment. Il. 2. MICYLL.

370. *Tritis.*] Codices multi, *fixis*, aut, *strictis*, sed acuisse hebetatos, docent sequentia, quia *recentia arma* dicit. Senec. 1. de Orat. 1.

Spumant apris ora, dentes acuuntur attritu.

Rutilius Itinerar. lib. 1. 257. de Tauro:

Ut ferit excussis pugnam preludere gleis
Stipite cum rigido cornua prona terit.

Sed nescio, an non jure Poëtae luxurianti objici posset, hoc longioris morae esse, neque vacasse apro, tot circumstantibus venatoribus, in arbore acuere dentes. *in acerno* etiam Gronov. *in quercus* unus Leid. sequenti versu pro *fidens* unus Heinsii eleganter, *frendens*. sic 1. Art. 46. *Scit bene qua frendens valle moretur aper*. BURM.

371. *Orithyae magni.*] *Orichiae* in nonnullis. Planudes, *Orityae*. NAUGERIUS. *Orithyae* quidam legunt, sed errant, nam tertia syllaba hic brevis est, quae in foeminino diphthongo longa est, nempe in Boreae uxore, ut ad finem libri sexti habetur. GLAREAN. Etiam hic versus notatur à grammaticis. Nam nomen *Orithyae*, secundam & tertiam longas habet, inquiunt. Scribitur enim Graecè Ὠρείθυίας, cujus rei exemplum & suprà exstat circa finem libri sexti de Orithya, uxore Boreae. Quare etiam sunt, qui *Orithiae* per *i* simplex, sive Latinum, utrobique scribant. Ego verò, ut neque priorem lectionem asserere velim, ita neque habeo quo posteriorem hanc probem: unde enim deductum *Orithyae* nomen dicamus, aut quam Etymologiam habere? illud autem interim succurrit, potuisse verba transponi librariorum, ut saepe fit, incuria, fierique *Orithyae magni* &c. ex *magni Orithyae*, aut etiam, ex *rostro Orithyae magni*. Nam *Orithyas* interciso diphthongo, & penultima ad morem *Thyoneus*, correpta, vereor ut satis defendi possit. Significat autem Ὠρείθυίας eum, qui per montes festinat atque impetum facit, ab ὄρος & θύω, primamque extendit in hoc nomine, perinde ut in *Orion*, & similibus. MICYLLUS. Quidam alii vulgati, *Orichiae*. In uno meo & utroque Maffei, *Orthiada*. CIOFANUS. Vetustiores plerique, *Orithiae*, vel, *Oritiae*, vel, *Oriciae*. *Orchiadae* Thuan. sec. Pal. *Othriadae*. ut, *Pantheus Othriades* Virgilio lib. II. 318. *Orithidae* prim. Moreti alique nonnulli. prim. Hamburg. *Ortiadae*.

Can-

Impoſuit nervo, ſinuatoque expulit arcu.
Fixa ſub aure feri ſummum deſtringit arundo
Corpus: & exiguo rubefecit ſanguine ſetas.
Nec tamen illa ſui ſucceſſu laetior ictûs;
Quam Meleagros erat. primus vidiſſe putatur;
Et primus ſociis viſum oſtendiſſe cruorem:
Et, Meritum, dixiſſe, feres virtutis honorem.
Erubuere viri. ſeque exhortantur; & addunt
Cum clamore animos: jaciuntque ſine ordine tela.
Turba nocet jactis: &, quos petit, impedit ictus.
Ecce furens contra ſua fata bipennifer Arcas,
Diſcite femineis quid tela virilia praeſtent,
O juvenes, operique meo concedite, dixit.
Ipſa ſuis licet hunc Latonia protegat armis;

Hunc

Cantabrig. *Ochiadae.* alii aliter. praeter Ancaeum etiam Hyleus ab apro Calydonio interfectus teſte Apollodoro. apud quem male Πύλος καὶ Ἀγκαῖος pro Τ'λεὺς ſcribitur. ſed is cujus fuerit filius nec-dum exploravi. Therſiten ab apro vulneratum fuiſſe auctor eſt Tzetzes in Chiliadibus. & tum *Agriadae* ſit ſcribendum. Agrios enim Therſitae pater, de quo ad Epiſt. XI. Heinsius. *Actoridae* quatuor libri habent, ut intelligatur Eurytion Iri filius, Actoris nepos, vel Eurytus, vel ejus frater Cteatus Actoris filii. neque occiſum hunc Actoriden, ſed in femore vulneratum modo intelligere licet. Burm.

372. *Nondum coeleſtia ſidera.*] *Corpora* Neapol. Urbin. ſec. Medic. Vide Notas ad Epiſt. Helenes ỹs. 119. mox, *nive candidioribus alba* Florent. S. Marci & unus meus, pro *ambo.* ab albis equis Pindaro λευκοπῶλοι dicti Pyth. Od. prima Dioſcuri. dat quoque equos albos Val. Max. lib. I. VIII. initio. Heins. *Numina* tres libri. *ambo* mutari minime debet: periret enim venuſtas repetitionis illius Poëticae, ut recte vidit J. Gronov. ad Macrob. Somm. Scip. I. 3.

375. *Quatiebant ſpicula.*] Unus Medic. & prior Twiſden. *quatientes.* quod placet. Heins. *Trepido* etiam unus Moreti.

378. *Perſequitur.*] *Proſequitur* Palat. Oxon. Medic. & octo alii. *conſequitur* unus Medic.

379. *Pronus ab arborea.*] Ita veteres libri. Ciofanus. *Protinus arborea* duo libri.

380. *Celerem Tegeaea ſagittam Impoſuit nervo.*] Hic locus ſuperiorem verſum confirmat ac declarat, *Nemoriſque decus Tegeaea Lycei.* Ciof.

381. *Sinuatoque.*] *Sinuoſoque* pr. Gronov.

382. *Fixa ſub aure feri.*] In Caeleſt. *ferae.* Ciofanus.

382. *Diſtrinxit arundo.*] In duobus meis atque aliis quibuſdam, *Deſtrinxit*, per *E.* Idem. *Diſtringit* ſeptem veteres. probe. nonnulli ex melioribus, *deſtrinxit.* ſic libro X. 526. ex optimis ſcriptis:

Inſcius exſtanti deſtrinxit arundine pectus.
Heinsius.

383. *Rubefecit ſanguine ſetas.*] *Rubuerunt ſ. ſetae* tres libri. *madefecit ſ. ſetas* duo. *rubeſcit ſ. ſetae* Junian. & Gron.

384. *Sui ſucceſſu laetior ictus.*] In priore Moreti erat, *ſucceſſus*, ut *laetus* conſtruatur cum genitivo. de quo vide ad lib. III. 292. & ad Val. Flac. VI. 266. Hic tamen malo, *ſucceſſu*, ne duo vocabula *ſucceſſus* & *ictus* malum ſonum efficiant. Burmannus.

385. *Meleager.*] *Meleagrus* octo libri. *Meleagros* Oxon. & Junian. vid. ſupr. 270. & 299. & alibi.

387. *Et meritum.*] *Et mecum* tert. Leidenſ.

389. *Jactantque ſine ordine tela.*] In omnibus ferè antiquis, *Jaciuntque.* Illud probabilius. Ciofanus.

391. *Bipennifer Arcas.*] Securiferum fuiſſe Ancaeum. Apollon. in II. Argon. ſcribit, unde hoc potuit ſumſiſſe Ovidius. Constant. Fanensis. Ancaeus, ut ſcribit Ariſtomenes, Lycurgi & Antiones filius, apud Arcades colebatur. Pherecydi vero adſtipulatur Ovidius, qui ſcribit, Ancaeum à Calydonio apro percuſſum interiiſſe. Nam Ariſtomenes aliter de Ancaeo ſcribit. illum enim agriculturae amantem fuiſſe ait, cum autem vineam plantaret, nimium gravi labore ſervos premebat, quare illorum quidam dixit, dominum ex illa vinea fructum nunquam percepturum: Ancaeus verò poſteaquam uva fuit matura, laetus vindemiabat, ſervumque juſſit vinum ſibi fundere. poculum igitur cùm ori apponeret, dictum illius in memoriam revocavit, cui ſervus reſpondit, πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου, hoc eſt,

Hunc tamen invitâ perimet mea dextra Dianâ.
Talia magniloquo tumidus memoraverat ore:
Ancipitemque manu tollens utràque ſecurim,
Inſtiterat digitis, primos ſuſpenſus in artus,
Occupat audacem: quàque eſt via proxima leto,
Summa ferus geminos direxit in inguina dentes.
Concidit Ancaeus: glomerataque ſanguine multo
Viſcera, lapſa fluunt: madefactaque terra cruore eſt.
Ibat in adverſum, proles Ixionis, hoſtem
Pirithous, valida quatiens venabula dextrâ.
Cui, Procul Aegides, O me mihi carior, inquit,
Pars animae conſiſte meae: licet eminus eſſe

Forti-

multum intereſt inter calicem & ſummum labrum. His verò dictis quidam accurrit, nuncians quàm maximum aprum vineam ingreſſum, illam pervertere totam. Tunc Ancaeus calicem cum abjeciſſet, ad aprum feſtinavit, à quo percuſſus interiit. Unde natum eſt illud proverbium in eos, quibus praeter ſpem aliquid evenit, quod ſic à Graeco in Latinum Cato vertit, *Multum intereſt inter os & offam.* Regius. Quae de Ancaeo & vinea hîc commemorat Regius, ad eum Ancaeum alii referunt, qui Neptuni filius fuit ex Aſtypalea, ut & Eraſmus annotavit in proverbiis. Fuerunt enim duo Ancaei, Lycurgi alter, ſive, ut Lycophroni placet, Actoris, alter Neptuni. De Arcadico autem, de quo hîc agitur, etiam Pauſanias teſtatur, cujus verba ſuprà poſuimus. Micyllus. Ancaeum ſimili armatura res geſturum contra Bebrycas inſtruit Apollodius lib. II. Arg. 118.

Καὶ τοτ' ἄρ Ἀγκαῖος, Λυκούργιο θρασὺς υἱὸς,
Αἶψα μέλαν τεταγὼν πέλεκυν μέγαν.

392. *Foemineis quid tela virilia praeſtent.*] Nescio an ſatis Latine. quare malim cum duobus Mediceis & uno Vaticano, *quam praeſtent.* pro quantum. Heinsius. Ego nihil muto, & à ſuſpicione hanc locutionem ſatis vindicabit Terentius, qui in Eunuch. II. II. I. *Homo homini quid praeſtat.* Et Phorm. V. III. *Vir viro quid praeſtat. Praeſtant* hic multi codices ut & infra. 439. *diſtant* nonnulli. Burm.

394. *Latonia.*] *Latoïa* cum uno Mediceo. Adi Notas Triſt. lib. III. Eleg. II. Heinsius. *Ipſa ſuis quamvis* Ambroſ. & Moreti unus. & mox, *perimat* tert. Med. & quinque alii.

396. *Tumidus.*] *Timidus* Leid. & alius. quod olim Heinſio non diſplicebat, quia timidorum eſt magna loqui, ut Drances apud Virgilium, ſed quia *audax* & *temerarius* dicitur, nihil mutandum cenſebat. *nitidus* unus Med. *juvenis* alter. *grandiloquo* etiam Medic. quartus.

398. *Digitis, primos ſuſpenſus in artus.*] Heinſius olim volebat, *inſtiterat primis digitis, ſuſpenſus in artus.* ſed nihil opus. *primi artus* ſunt primae junctúrae digitorum in pedibus; nam *artus* proprie ſunt quibus membra committuntur. ita Valer. Flac. IV. 310. *qua primo cervix committitur artu.* ubi male Heinſius, *arcu.* differunt ergo *artus* & *membra.* ut Quinctil. Decl. XIX. 19. *Tendebam fidiculos, ut leviter ſedibus ſuis emota compago per ſingulos artus membra laxaret.* Sueton. Calig. 28. *Nec ante ſatiatus eſt, quam membra & artus & viſcera hominis tracta per vicos & ante ſe congeſta vidiſſet.* Noſter lib. I. Amor. VII. 53.

Exanimes artus & membra trementia vidi.

Burmannus.

399. *Occupat audentem.*] *Audacem* prim. Gronov. ſec. Medic. Arondel. & tres alii. mox *in inguina* ſec. Pal. aliique tres, *in ilia* unus Mediceus & unus Pal. non, *ad inguina.* Heinsius. De *Audaci* vide ad I. Art. amand. ỳs. 608.

401. *Concidit Ancaeus, glomerataque ſanguine multo Viſcera lapſa fluunt.*] Sic legitur in ambobus meis, duobus Maffei, Briantii, uno Vatic. & Caeleſtino. In Dominic. autem, *Viſcera rupta cadunt.* In alio Vat. *Viſcera lapſa trahens. fluunt*, retineo. Ciofanus. *Cadunt* plurimi. & ſolent veteres *lapſa* cum *cadere* conjungere, ut notavimus ad Petron. cap. XVI. & *cadere* & *fluere* confundi vidimus ſaepe in Ovidio. vid. III. Am. II. 14. hic tamen *fluunt* retineo. Burm.

402. *Madefactaque terra cruore eſt.*] In uno meo, uno Maffei & Dominic. *Madefacta eſt terra cruore.* Quae lectio meliorem efficit ſenſum. In uno tamen Vatic. uno meo, Briantii, altero Maffei & Caeleſt. *Madefactaque ſanguine terra eſt.* Ciof.

405. *Cui procul Aegides.*] Diſtingue:

Cui, procul Aegides, o me mihi carior, inquit;
Pars animae conſiſte meae.

Ut

Fortibus: Ancaeo nocuit temeraria virtus.
Dixit: & aeratà torsit grave cuspide cornum:
Quo bene librato, votique potente futuro,
Obstitit esculeà frondosus ab arbore ramus.
Misit & Aesonides jaculum: quod casus ab illo
Vertit in immeriti fatum latrantis, &, inter
Ilia conjectum, tellure per ilia fixum est.
At manus Oenidae variat: missisque duabus,
Hasta prior terrà, medio stetit altera tergo.
Nec mora, dum saevit, dum corpora versat in orbem;
Stridentemque novo spumam cum sanguine fundit;
Vulneris auctor adest: hostemque irritat ad iram:

Splen-

Ut *procul* ad *consiste* referatur. hoc exigit τὸ *eminus*. Burm.

406. *Pars animae consiste meae.*] Haec verba maximum prae se ferunt amorem maximamque benevolentiam. Ipse 1. Pont. VIII. 1.

A tibi dilecto missam Nasone salutem
Accipe pars animae magna, Severe, meae.

Horatius 1. Od. 3.

Et serves animae dimidium meae.

Idem II. Od. 17.

A te meae si partem animae rapit
Maturior vis.

Persius v. Sat. 23.

Pars tua sit, Cornute, animae.

Statius v. Silv. 1. 177.

Pars animae victura meae, cui linquere possim,
O utinam, quos dura mihi rapit Atropos annos.

Sannazarius:

Pars animae, Puderice, meae. Cioc.

408. *Grave cuspide.*] Gravem hastam ex cornu confectam. Regius. Notabis autem obiter hoc loco, *cornu* neutro genere & quarta declinatione dici de arbore, ex qua hastae sive jacula fiunt. eodem enim modo hoc dictum accipio, *grave cornu* ut apud Virgilium lib. IX. 698. *Volat Itala cornus*, neque enim verisimile est, ex cornu bovis aut cervi jacula tum fieri solitum fuisse. id quod Regii expositio innuere videtur. Micyllus. *Cornum* Florent. S. Marci, Bernegger. primus Mediceus, cum alio ejusdem bibliothecae & excerptis Calandrae. recte. ut ad Gratium suum vs. 129. Noster Vlitius jam monuit scribendum. lib. XII. 451.

Fixit in adverso cornum sine cuspide vultu.

Cornum enim telis conficiendis aptam esse jam ipse libro VII. in fabula Cephali monuit, idque Gratius aliique confirmant. neque aliter Silius non uno loco, Claudianus etiam. Heinsius. *Cornum* pro sagitta saepe poni novi, & notavit Barthius ad Stat. Theb. VII. 647. & alibi, sed *cornum* neutro genere poni hoc sensu nondum liquet mihi. quare fere est, ut illud *grave* à glossatoris manu fluxisse credam & Ovidium scripsisse,

Aerata contorsit cuspide cornum.

Cornus aerata cuspide, vel, ut alias dicit etiam *aeratae cuspidis* lib. V. 9. & VI. 78. & VII. 131. *acutae cuspidis*. eodem modo *lato hastilia ferro* Virg. I. Aen. 313. *Aere cavo clipeus* III. 286. & infinita id genus similia apud Nostrum & alios. Vide Heins. ad XI. Met. 37. sequenti vero versu legam, *qua bene librata votique potente futura*, quae omnia mutata in masculinum, quia *cornu* legendum esse sibi persuaserant Librarii. Burm.

409. *Cui bene librato.*] In uno meo & Caelest. *Quo bene librato.* Ciofanus. *Quo* ex melioribus. vulgatum ferri non potest, cum *potente* sequatur, non *potenti*. Heins.

410. *Obstitit esculea.*] In eodem Caelest. *Obstitit Herculea.* Cioc. *Abscisa* Florent. S. Marci & alii duo. Heins.

411. *Misit & Aesonides.*] Si bene capio mentem Poëtae, cuique suas in hac expeditione partes assignare voluit; sed cum Jason jam ante suas habuerit (*auctor teli Pagaseus Iason.*) crediderim pro τῷ *Aesonides* legendum, *Oeclides*, hoc est Amphiaraus, qui, ut patet ex lib. seq. nimis notus Naso ni, quam ut huic scenae, ad quam ipsum jam ante vocaverat, deesse potuerit. Tan. Faber. Lib. II. Ep. 71. & cur non licuit Jasoni bis mittere jaculum? praeterea supr. vs. 350. dubia est scriptura; cum pro *Ampycides* ibi quidam *Oeclides* habeant codices. certe contra scriptos temerarium est conjecturis indulgere. quod si liceret, posset etiam legi, *misit & Actorides.* Burmannus.

412. *Vertit & in mentum.*] Canis partem oris inferiorem *mentum* improprie poëta vocat cum nulli animalium praeterquam homini mentum & malae sint; ut in II. Naturalis Historiae Plinius tradit. *Ilia* in aliis animalibus dicuntur, quae in hominibus & ovibus *latera* appellantur, ut idem

Splendidaque adverſos venabula condit in armos.
Gaudia teſtantur ſocii clamore ſecundo:
Victricemque petunt dextrae conjungere dextram:
Immanemque ferum, multâ tellure jacentem,
Mirantes ſpectant: neque adhuc contingere tutum
Eſſe putant: ſed tela tamen ſua quiſque cruentant.
Ipſe pede impoſito caput exitiabile preſſit:
Atque ita, Sume mei ſpolium, Nonacria, juris,
Dixit: & in partem veniat mihi gloria tecum.
Protinus exuvias, rigidis horrentia ſetis
Terga, dat, & magnis inſignia dentibus ora.
Illi laetitiae eſt cum munere muneris auctor.
Invidêre alii; totoque erat agmine murmur.
E quibus, ingenti tendentes brachia voce,

Pone

Plinius ſcribit. REGIUS. *Vertit & immeriti fatum latrantis* Florent. S. Marci. Thuan & unus Palat. at Cantabrig. *Vertit in immeriti fatum latrantis.* probe. *latrans* pro cane. ſic *colentes* pro colonis. *medentes* pro Medicis & ſimilia. *latrantem* pro cane etiam Phaedrus lib. v. Fab. IV. dixit. & Gunther. Ligur. lib. v.

Portavit ſcapulis paſſus plus mille latrantem.

Vertit & immeriti figit latrantis prim. Moreti, *immeritum* alter Erfurt. *Vertit in immeritum fatum latrantis* Rottendorph. proxime verum. *Vertit & immeriti fatum* unus Strozzae, Neap. *Vertit & in meritum figi Geladantem.* ſec. Medic. *Vertit & in mentum figit Geladantem.* Latet nomen canis. Scribendum forte,

Vertit in immeritam figi Geladantin.

Vel,

Vertit in immeriti fatum Celadontis.

Ut aut canem intelligat, aut aliquem ex plebe venatorum. ſic *Celadon Mendeſius* lib. v. in convivio Cephei, & *Celadon Lapitha* lib. XII. ubi *Lapithae Celadantis* duo aut tres codices ex vetuſtioribus. ut Celadon ſit ἀπὸ τοῦ κελαδεῖν. ut libro tertio *Hylactor* canis. ἀπὸ τοῦ ὑλάκτειν. Putabam aliquando, *in immeriti fatum Metagontis. Metagontes* genus canum Gratio. pro *latrantis* unus Voſſianus, *lactentis.* HEINS.

420. *Gaudia teſtantur ſocii.*] Huc refero illa Accii in Meleagro apud Nonium in *Herba.*

Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent,

Pro ſe quiſque cum corona clarum conſtitit caput.

Ubi legendum, *Gaudent, accurrunt, celerant* (niſi *celebrare* pro celerare dictum, ut vult Nonius, de quo vid. ſupr. ad lib. IV. 304.) & mox *pro ſeſe quiſque* ut metro conſulatur. deinde Stephanus edidit, *clarum connectit caput.* Junius & Gothofred. *clarum conſtat caput*; & Scaliger *conluſtrat.* Mercerus, *circumſtat.* alii, *conveſtit.* ſed ego *conſtipat*, quod compendio ſcripturae in *conſtat* abiit. BURMANNUS.

421. *Dextrae contingere dextram.*] In eodem, Briant. & uno meo, *Conjungere dextram.* Rectè utroque modo. Livius lib. XXIII. hanc comprobat: *Dextras*, inquit, *dextrae jungentes, fidem obſtrinximus, ut ſervatis de menſis eſſemus.* Alibi Ovidius ipſe aliter loquitur Ep. II. 31. *Commiſſaque dextera dextrae.* Et rurſus aliter: *Admotaque dextera dextrae.* CIOFANUS.

422. *Immanemque feram.*] *Ferum* Florent. S. Marci & Lovan. ſic ſupra:

Summa ferus geminos direxit in inguina dentes.

Et; *Ira feri mota eſt.* Adi Notas ad Epiſt. IX. 114. HEINSIUS.

422. *Multa tellure.*] *Media* Langerm. ſed *multa tellure jacens*, eſt multum telluris occupans. ita inf. 777. *multam proſtravit pondere ſilvam.* lib. II. Am. IV. 34.

Et potes in toto multa jacere toro. BURM.

424. *Tela tamen ſua quiſque cruentat.*] *Cruentant* cum primo Baſil. & quinque aliis. HEINS.

425. *Exitiabile.*] *Exſecrabile* unus Baſil.

426. *Atque ita, ſume mei ſpolium, Nonacria, juris, Dixit, & in partem veniat mea gloria tecum, &c.*] Videtur Ovidius hoc loco imitatus illud Attii in Meleagro: *Remanet gloria apud me, exuvias dignavi Atalantae dare.* huc pertinent illa epiſtolae IV. 99.

Arſit & Oeonides in Maenalia Atalanta,
Illa ferae ſpolium pignus amoris habet.

Tangit & hanc rem Homerus lib. IX. Iliad. CIOFANUS.

427. *In partem veniat mea gloria tecum.*] *Veniat mihi* paulo elegantius prim. Vatican. & unus Voſſii.

paulo

Pone age, nec titulos intercipe, femina noſtros,
Theſtiadae clamant: nec te fiducia formae
Decipiat; longeque tuo ſit captus amore
Auctor. & huic adimunt munus, jus muneris illi.
Non tulit; & tumidâ frendens Mavortius irâ,
Diſcite raptores alieni, dixit, honoris,
Facta minis quantum diſtent. hauſitque nefando
Pectora Plexippi, nil tale timentia, ferro.
Toxea, quid faciat dubium, pariterque volentem
Ulciſci fratrem, fraternaque fata timentem,
Haud patitur dubitare diu: calidumque priori
Caede recalfecit conſorti ſanguine telum.
Dona Deûm templis, nato victore, ferebat,
Cum videt extinctos fratres, Althaea, referri.

Quae,

paulo ante pro *mei juris*, Cantabrig. *tibi*, unus Leidenſis, *tui juris*. quod arridet. ut apri interfecti gloriam illi cedat, quae prima vulnerarat. ad rem faciunt, quae ſupra habuimus:

Nec tamen illa ſui ſucceſſu laetior ictus,
Quam Meleagros erat.

Et quae ibi ſequuntur. pro vulgata tamen faciunt, quae paulo poſt ſubjungentur, *& huic adimunt munus, jus muneris illi.* Heins.

429. *Et magnis inſignia dentibus ora.*] Non ab re *magnis* poëtam dixiſſe cenſendum eſt: quoniam eorum circumferentia trium erat ſpithamarum, auctore Procopio lib. Hiſtoriae Gothicae primo. vide collectanea noſtra primae hecatoſtyos cap. 53. Const. Fanensis.

435. *Ne ſit longe tibi captus amore Auctor.*] *Longo tibi* Florent. S. Marci, Bernegger. prim. tert. quart. Medicei. Arondel. & alii quatuordecim. *tibi longo* prim. Palat. & quinque alii. unus Palat. & fragmentum Moreti, *longeque tuo ſit captus amore.* quod arridet. niſi mavis *tui amore.* ut libro IX. 510.

Si tamen ille mei captus prior eſſet amore.

Virgil. lib. XII. 52.

Longe illi dea mater erit.

Noſter libro IV. 649.

—— *ne longe gloria regum*
Quas mentiris, ait, longe tibi Jupiter abſit.

Epiſt. Medeae XII. c. 3.

Quam tibi tunc longe regnum dotale Creüſae?

Tibullus libro I. Eleg. V.

At mihi nunc longe gloria fortis abeſt?

Propertius lib. I. Eleg. VII.

Longe caſtra tibi, longe, miſer, agmina ſeptem.

Silius libro I. 301.

—— *longe clauſis ſua foedera, longe*
Auſoniam fore.

De obſeſſis Sagunthinis. libro XVII. 80.

Longe conjugia, ac longe Tyrios Hymenaeos
Inter Dardanias acies fore.

Ex quibus locis apparet apud Caeſarem lib. I. Bell. Gall. c. 36. nil eſſe mutandum: *Longe his fraternum populi Romani nomen abfuturum*, ſive ut in aliis exſtat exemplaribus, *longe ab his abfuturum.* quem locum cum alii, tum Salmaſius ad Flori lib. II. cap. 6. & in indice Freinshemius ſollicitarunt perperam, reponentes, *futurum.* Florus lib. II. cap. I. *longe illis nauticae artes.* Stat. Theb. III. 666.

—— *procul haec tibi mollis*
Inſula terrificique aberit dementia Phoebi.

Plura Gronovius ad Senecae Hypol. vſ. 674. Heinsius.

437. *Non tulit, & tumidâ frendens Mavortius irâ.*] Liber Dominic. & quidam alii, *& tumida fervens.* Quo propè modo locutus eſt ſuperius lib. II. 603. *Utque animus tumida fervebat ab ira.* Et inferius 466. *Saepe ſuum fervens oculis dabat ira ruborem.* Silius lib. V. illo modo: *Lentulus hic frendens ira.* Et XI. *Excipit his frendens Fabius.* Ciof. *Fervens* etiam multi codices.

439. *Diſtent.*] *Diſtant* Cantab. duo Leid. Thuan. vid. ſupr. ℣s. 392.

440. *Timentia.*] *Trementia* unus Med. quod Heinſio arridebat, quia ſequitur *timentem.*

442. *Fraternaque fata timentem.*] In uno meo, *Fratris quoque fata timentem.* Ciof.

443. *Prioris caede.*] *Priori* Cant. Florent. S. Marci, ſec. Medic. & multi alii. Heins.

444. *Caede recalfecit conſorti ſanguine telum.*] In uno meo, *Caede calefecit.* In altero, *Caede madefecit.* Ciofanus.

447. *Moeſtis*

Quae, plangore dato, moeſtis ululatibus urbem
Implet: & auratas mutavit veſtibus atris.
At ſimul eſt auctor necis editus; excidit omnis
Luctus: & à lacrimis in poenae verſus amorem eſt.
Stipes erat: quem, cum partus enixa jaceret
Theſtias, in flammam triplices poſuere ſorores:
Staminaque impreſſo fatalia pollice nentes;
Tempora, dixerunt, eadem lignoque tibique,
O modo nate, damus. quo poſtquam carmine dicto
Exceſſere Deae; flagrantem mater ab igne
Eripuit torrem: ſparſitque liquentibus undis.
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis:
Servatusque tuos, juvenis, ſervaverat annos.
Protulit hunc genetrix, taedasque in fragmina poni
Imperat: & poſitis inimicos admovet ignes.
Tum conata quater flammis imponere ramum,
Coepta quater tenuit. pugnant materque ſororque,
In diverſa trahunt unum duo nomine pectus.
Saepe metu ſceleris pallebant ora futuri:
Saepe ſuum fervens oculis dabat ira ruborem.

Et

447. *Moeſtis clamoribus.*] *Ululatibus* rectius prim. Moreti aliique octo. HEINS.

448. *Et auratis mutavit veſtibus atras.*] In duobus meis, & alius vet. & Ald. rectè eſt. *Et auratas mutavit veſtibus atris.* Eleganter dicitur *Mutare veſtem*, hoc eſt pullam induere veſtem. CIOFAN. Secuti ſumus plurimorum codicum auctoritatem, *auratas mutavit veſtibus atris.* Mutamus enim proprie quae abjicimus cum iis, quae aſſumimus. Horat. 1. Od. 16. *Nunc ego mitibus mutare quaero triſtia.* Juſtin. lib. v. 3. *Tanta deſperatio apud Athenienſes erat, ut ex continenti Alcibiadem duce Conone mutarent.* non ignoro tamen veteres ſaepe hac locutione aliter uti, de quo vide quae celeberrimus Bentlejus ad Horat. 11. Od. 16. notavit & ſup. VII. 62. BURM.

452. *In flammam.*] *In flamma* duo Medic. & tres alii. *in flammas* undecim.

453. *Staminaque impreſſo.*] *Staminaque preſſo* Leidenſi.

456. *Exceſſere deae.*] *Exceſſere domo* fragm. Moreti.

456. *Flagrantem mater ab igne Eripuit ramum.*] In Vatic. *Eripuit torrem.* CIOFAN. *Eripuit torrem* excerpta Jureti & unus Baſil. cum uno Leidenſi. infra tamen *ramum* quoque vocat vs. 462. ubi *torrem* Lovanienſis ſimiliter. *torrem* vocat, verſ. 510. *liquacibus undis* Voſſianus. Vide Notas Remed. Amor. 177. HEINSIUS. *Liquentibus* vel *liquantibus* Leid. *ſpargitque* etiam tres libri.

460. *Taedaſque & fragmina poni.*] *In fragmina* ex tribus ſcriptis. hoc eſt taedas fractas. infra, 644.

Multifidaſque faces, ramaliaque arida tecto
Detulit, & minuit.

Conjiciebam olim, *& taedae fragmina.* HEINS.

462. *Tum conata quater flammis imponere ramum.*] Hoc quoque loco idem liber habet, *torrem.* Rectius: nam infrà dicit: *Funereum torrem medios conjecit in ignes.* Torris autem, ut ait Agraetius, eſt lignum praeuſtum. Nonius hoc modo: *Torris dicitur fax, unde & torridare dicimus comburere.* Ubi citat Attii locum, qui mirificè huc facit. Ejus haec ſunt verba in Meleagro: *Eum ſuum vitae finem ac fati internecionem fore Meleagro, ubi torris eſſet interfectus flammeus.* CIOFANUS. In loco Nonii malim legere, *tum ſuo vitae finem ac f. in. f. Meleagro ſuo.* Ad Althaeam enim Parcas ſermonem dirigere puto. *ter conata quater* unus Medic. & Langerm.

463. *Pugnat materque ſororque.*] *Pugnant* Oxon. & decem aut duodecim alii. mox pro *ruborem* multi ex melioribus, *colorem.* HEINS.

464. *Et diverſa.*] Latinius puto, quod eſt in uno Moreti, *in diverſa trahunt.*

466. *Dabat ira ruborem.*] In uno Vatic. *Furorem.* In alio, *Colorem.* In uno meo, *Rigorem.* CIOFAN. Mihi *ruborem* non movendum loco videtur: iratorum enim oculos & vultus ardere, &, velut

Et modo neſcio quid ſimilis crudele minanti
Vultus erat; modo quem miſereri credere poſſes.
Cumque ferus lacrimas animi ſiccaverat ardor;
Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina,
Quam ventus, ventoque rapit contrarius aeſtus,
Vim geminam ſentit, paretque incerta duobus:
Theſtias haud aliter dubiis adfectibus errat,
Inque vicem ponit, poſitamque reſuſcitat iram.
Incipit eſſe tamen melior germana parente:
Et, conſanguineas ut ſanguine leniat umbras,
Impietate pia eſt. nam poſtquam peſtifer ignis
Convaluit; Rogus iſte cremet mea viſcera, dixit.
Utque manu dirà lignum fatale tenebat;
Ante ſepulcrales infelix adſtitit aras:
Poenarumque Deae triplices, furialibus, inquit,
Eumenides, ſacris vultus advertite veſtros.
Ulciſcor, facioque nefas. mors morte pianda eſt:
In ſcelus addendum ſcelus eſt, in funera funus.
Per cöacervatos pereat domus impia luctus.
An felix Oeneus nato victore fruetur,

Theſtius

velut ignem, rubeſcere, millies Poëtae canunt. Lucan. v. 214.

Rubor igneus inficit ora.

Sed haec pluribus ad Valer. Flacci lib. III. v. 216. illuſtrabimus. alii hic *furorem*, *calorem*, *pudorem* & *dolorem* praeferunt libri. *ſaepe ſuis* etiam duo. Burmann.

469. *Cumque ferus.*] *Cumque feri* unus Moreti.

472. *Incerta duobus.*] *Duabus* prior Medic. & unus Baſileenſis.

473. *Errat.*] *Errans* Sprotii. *ardet* Lovan. & Thuan. nihil muta. Lib. II. Am. x. 9.

Errant, ut ventis diſcordibus acta faſelos.

Et Ep. XIX. 96.

Quam ſimilis vento ne tuus erret amor. Burm.

474. *Inque vices.*] *Vicem* Mediceus. vid. lib. IV. 72. *perque vicem*, vel *vices* alii magno numero. Idem.

475. *Incipit eſſe tamen melior germana parente.*] Libro I. Triſt. eleg. VI.

Utque cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum
Theſtias, & melior matre fuiſſe ſoror.

Ciofanus.

478. *Convaluit.*] Plurimi, *concaluit.* tres quoque, *invaluit*, ſed fruſtra: Petronius cap. CXXXVI. *ignemque modo convaleſcentem reſtinguit.* Quinctil. lib. V. de Inſtit. Orat. 13. *Jam illa flamma, quae magna congerie convaluerat, diductis, quibus alebatur, concidit.* vid. & infr. lib. IX. 161. *Letifer ignis* etiam Gronov.

479. *Manu dira.*] *Dura* Voſſian. *dextra* Gronov. & unus Heinſii.

480. *Adſtitit.*] *Conſtitit* Junian. Voſ. & ſex alii. *inſtitit* unus.

481. *Poenarumque deae triplices furialibus inquit.*] Mirabile orationis initium, ſed conjunctio *que* ad duo verba, *adſtitit* ac *inquit* referenda eſt, ut ſit ſenſus: Ut dira manu tenebat fatale lignum, infelix adſtitit ante ſepulchrales aras; & inquit, O Eumenides, triplices deae poenarum, &c. Glarean.

481. *Furialibus.*] *Feralibus* Cantabr.

483. *Mors morte pianda eſt: In ſcelus addendum ſcelus eſt, in funera funus.*] Tale quippiam lib. II. Amor. x. 13.

Quid folia arboribus, quid pleno ſidera caelo?
In freta collectas alta quid addis aquas?

Et III. Am. II. 34.

In flammam flammas, in mare fundis aquas.

Et V. Triſt. VI. 43.

Hic qui contentus non eſt, in litus arenas,
In ſegetem ſpicas, in mare fundat aquas.

Et IV. Pont. II. 13.

Mittere ad hunc carmen, frondes erat addere ſilvis. Ciofan.

485. *Per coacervatos.*] *Perque alternatos* Sixi. *per conſternatos* pr. Gronov.

Theſtius orbus erit? melius lugebitis ambo.
Vos modo fraterni manes, animaeque recentes,
Officium ſentite meum: magnoque paratas
Accipite inferias, uteri mala pignora noſtri.
Hei mihi! quo rapior? fratres ignoſcite matri.
Deficiunt ad coepta manus. meruiſſe fatemur
Illum, cur pereat: mortis mihi diſplicet auctor.
Ergo impune feret; vivusque, & victor, & ipſo
Succeſſu tumidus regnum Calydonis habebit?
Vos, cinis exiguus, gelidaeque jacebitis umbrae?
Haud equidem patiar. pereat ſceleratus: & ille
Spemque patris, regnique trahat, patriaeque ruinam.
Mens ubi materna eſt? ubi nunc pia vota parentum?
Et, quos ſuſtinui, bis menſum quinque labores?
O utinam primis arſiſſes ignibus infans:
Idque ego paſſa forem! vixiſti munere noſtro:

Nunc

486. *Fruetur.*] *Fruatur* quinque veteres cum Arondeliano. & tum mox legendum, *Theſtius orbus erat.* nam idem Arondel. & Rottendorph. *erat* cum aliis nonnullis. deinde *germani manes*, non *fraterni* fec. Palat. HEINSIUS. *At felix* Junian. *infelix* quinque. *feratur* Gronov. *feretur* Moreti.

487. *Sentite meum.*] *Novum* unus Med. *praeſtate* Medic. alius. & mox, *accipite exequias* Baſil. & Gronov.

491. *Hei mihi, quò rapior?*] In ambobus meis & uno Maſſejano, *Ei*, ſine adſpiratione. Sic quoque ſcriptum eſſe in vetuſtiſſimo Terentio Petri Bembi, affirmabat Muretus, & Faërnus ſcriptum reliquit. Ab *Ei* autem, ut, quem modò nominavi, Muretus publico in gymnaſio teſtatus eſt, Grammaticus quidam, qui nondum editus eſt, *Ejulandi* verbum deduci ait. In quibuſdam aliis, *Heu mihi:* quemadmodum ſaepiſſimè apud Plautum. Sed *Ei* veriorem lectionem puto. CIOFAN. *Ei* etiam plurimi, & *heu* nonnulli. *quo rapimur* Cantabr.

493. *Mortis mihi diſplicet auctor.*] Ambigue dictum, neſcias enim utrum ſibi diſpliceat, quae auctor ſit mortis filii, an Meleager, qui fuerat auctor mortis Theſtiadarum, id eſt, fratrum Altheae. GLAREANUS.

495. *Calydonis.*] *Calydonus* Urbinas, quod eſt *Calydonos.* HEINS.

497. *Et ille ſpemque patris, regnumque trahat.*] Malim, *& una. regnique* alter Hamburgenſis & duo alii. IDEM.

499. *Ubi ſunt pia vota parentum.*] *Pia jura* prim. ſec. tert. Medicei. optim. Florent. Neapol. Bernegger. Thuan. aliique quamplures ex melioribus. recte. lib. X. 321.

Dî precor, & pietas, ſacrataque jura parentum,
Hoc prohibete nefas.

Et v. 353.

Pius ille memorque juris.

Virgil. Æn. VIII. 402.

Si juris materni cura remordet.

Epicedio Druſi, *jus matris habemus ab uno.* Silius libro XI. 334.

Per ſi quid ſupereſt vitae, per jura parentis,
Perque tuam noſtra potiorem, nate, ſalutem,
Abſiſte inceptis, oro.

Cicero Philipp. II. *Ut eum à tuâ familiaritate, patrio jure & poteſtate prohiberet.* A. Gellius lib. II. cap. II. *In publicis locis atque muneribus, patrum jura, cum filiorum, qui in magiſtratu ſunt, poteſtatibus collata interquieſcere paululum & connivere.* ſic *domini jura* epiſt. III. ſub finem. ubi plura. & *imperii jura* ex antiquis libris Remed. Amor. v. 495. HEINSIUS. Ita reſtituit quoque Heinſius lib. VI. Faſt. 590. *ſi pia jura placent.* ſed *jura parentum* hoc loco minus placent, quia illa ſunt, quibus illi imperant filiis, & quae à filiis exigunt pietatem, ut in loco Silii & aliorum: hîc autem, cum mater contra naturam ſaeviat in filium, malim; *ubi nunc pia vota parentum*; nimirum illa, quibus ſuperſtites ſibi filios vovent, ne turbetur mortalitatis ordo, de quo ad Epiſtol. I. vs. 101. & ad Quinctil. Praefat. lib. VI. egimus ſatis. hoc *juſtiſſimum votum* vocat Seneca ad Marciam cap. 10. & obvia paſſim hujus voti veſtigia apud Terentium, Ciceronem & alios. apud Statium Atalanta ita Dianam invocat lib. IX. 634.

Miſerae ſine funera matris
Audiat ille prior.

Ita

Nunc merito moriere tuo. cape praemia facti:
Bisque datam, primùm partu, mox ſtipite rapto,
Redde animam: vel me fraternis adde ſepulcris.
Et cupio, & nequeo. quid agam? modo vulnera fratrum
Ante oculos mihi ſunt, & tantae cladis imago:
Nunc animum pietas, maternaque nomina frangunt.
Me miſeram! male vincetis: ſed vincite, fratres:
Dummodo, quae dedero vobis ſolatia, votque
Ipſa ſequar. dixit; dextràque averſa trementi
Funereum torrem medios conjecit in ignes.
Aut dedit, aut viſus gemitus eſt ille dediſſe
Stipes: & invitis correptus ab ignibus arſit.
Inſcius, atque abſens flammâ Meleagros in illâ
Uritur: & caecis torreri viſcera ſentit
Ignibus: at magnos ſuperat virtute dolores:
Quod tamen ignavo cadat, & ſine ſanguine leto,

Moe-

Ita legendum ex MSS. vulgo, *precor*. & ita contra *impium* erat votum, ſi ſe ſuperſtites libris optent parentes, ut hoc in Tiberio notat Sueton. LXII. vide & Senec. ad Marc. cap. I. & Val. Max. v. IX. 4. *ubi nunc* autem ex ſcriptis damus. Vid. ad Epiſt. IV. 150. *Pia* vero *vota* Noſter & alibi dixit, ubi vitam, proſperitatem & ſimilia aliis optamus. I. Faſt. 722. Remed. 813. & alibi. BURM.

500. *Et quos ſuſtinui bis menſum quinque labores.*] Liber Urſini, *Et, quos ſuſtinui menſes bis quinque, labores.* Unus Vatican. & Briantii, *bis menſes.* Priſcianus tamen lib. VII. ſuperiorem agnoſcit lectionem: aitque *menſum* pro *menſium* poni; cujus opinionem & auctoritatem ſequor; licet illa altera non prorſus abſurda videatur. CIOFANUS. Libri aliquot à Ciofano citati & MSS. mei habent, *Menſes bis quinque.* Excuſi omnes *menſum* retinent, Priſciani freti autoritate, qui lib. VII. *menſum* hic pro *menſium* poni ait. Ego certe genitivum genuinum ſcribendum cenſeo *menſium*, inter ſcandendum vero, ne legi Pediae oppedatur, adhiberi poſſe Synaereſin ſeu Synecphoneſin; ut VI. Æn. *quin protinus omnia Perlegerint oculis.* & Noſter lib. I. *ultima coeleſtium.* FARNAB. *Menſum* meliores ſcripti. Auſon. Idyll.

Cetera pars menſum quartis eſt edita nonis.

Noſter Faſtor. v. 187.

Cum tua ſint, cedantque tuae confinia menſum.

Et 424.

Nec tu dux menſum, Jane biformis, eras.

Senec. Phoen. 535.

Per decem menſum uteri labores. HEINS.

502. *Munere noſtro.*] *Vimine noſtro* unus Leidenſ.

503. *Moriere.*] Mallem, *moriare*, quod iratae & furenti aptius. Virgil. II. Æneid. 550. *Nunc morere.*

503. *Praemia facti.*] *Factis* Florent. S. Marci & unus Bononienſis. HEINS. Sic & variant codices lib. V. Faſt. 644.

Et meriti praemia, dixit, habe.

Ubi quidam, *meritis.* BURM.

506. *Vulnera fratrum.*] *Funera* duo Gronov. ſollemni permutatione.

507. *Mihi ſunt.*] Lego, *ſtant.* Ep. VII. 69.

Conjugis ante oculos deceptae ſtabit imago.

Inf. XII. 429.

Ante oculos ſtat & ille meos. HEINS.

Sed & *eſſe ante oculos* idem valet & Noſtro ſaepe uſitatum. ut lib. II. III. 188. Epiſt. XI. 55. & ita alii. ideoque contra codices nihil mutem: *ante oculos video* Junian. *Et tantae cladis imago*, duo libri. *mortis imago* unus Thuan.

508. *Frangunt.*] *Tangunt* tres libri. *animam* etiam unus Heinſii.

510. *Vosque Ipſa ſequar dixit.*] *Vosque Funeris ipſa ſequar* prim. Gronovianus. Puto, *vosque Funus & ipſa ſequar.* τὸ *dixit* eleganter omittitur, ut ſaepe alibi. HEINS.

512. *Conjecit.*] *Projecit* pr. Gronov. *immiſit* unus Heinſii.

515. *Meleagrus ab illa.*] Libri mei & Caeleſt. *Meleager.* Statii verò, *Meleagros.* CIOFAN. *In illa* quinque libri, quod praetuli, ut multò elegantius. ſupr. II. Met. 362.

Noſtrum laniatur in arbore corpus.

Ita apud Ciceronem lib. I. Tuſcul. Quaeſt. 9. *Una animum & corpus occidere, animamque in corpore exſtingui*

Moeret: & Ancaei felicia vulnera dicit.
Grandaevumque patrem, fratremque, piasque ſorores
Cum gemitu, ſociamque tori vocat ore ſupremo;
Forſitan & matrem. creſcunt ignisque dolorque;
Langueſcuntque iterum. ſimul eſt extinctus uterque,
Inque leves abiit paullatim ſpiritus auras:
Alta jacet Calydon. lugent juvenesque ſenesque:
Vulgusque, proceresque gemunt: ſciſſaeque capillos
Planguntur matres Calydonides Eveninae.
Pulvere canitiem genitor vultusque ſeniles
Foedat humi fuſus; ſpatioſumque increpat aevum.
Nam de matre manus, diri ſibi conſcia facti,

Exe-

ſtingui; ita enim eſſe in MSS. fatentur, & tamen vitioſas editiones ſecuti *cum corpore* edunt. Juſtin. XII. 9. *Si poſſint in uno capite orbis bella finire.* XXXII. 1. *Velut in illo omne bellum confeciſſent.* BURMANNUS.

517. *Ac magnos.*] *Et* multi. lege, *At* cum duobus. HEINS.

518. *Sine ſanguine.*] *Sine vulnere* magno numero codices. vid. ad lib. XI. 9.

519. *Vulnera dicit.*] *Dixit* meliores ut X. 422. *Et, o, dixit, felicem conjuge matrem.* Vid. & ſupr. 280.

521. *Supremo.*] *Supino* Palat. ſec. eadem diverſitas eſt in his vocibus apud Quinctil. XII. de Inſt. Orat. 10.

525. *Paulatim canâ prunam velante favilla Alta jacet Calydon.*] Hic verſus in primo Palat. non exſtat. in ſchedis Theatinorum, Urbinati, altero Hamburgenſi & uno Bononienſi margini erat adſcriptus. & eſt profectò adulterinus, quod inconcinna repetitio τοῦ *paulatim* ſatis evincit. HEINS.

526. *Et vulgus, procereſque gemunt.*] Duo Vatic. *Vulguſque procereſque gemunt.* Quod libentius ſequor. CIOF.

527. *Plangunt ora ſimul matres Calydonides. Oeneus.*] *Calydonides heu heu* plurimi veteres. Sed ex iis antiquiſſimos videamus. Urbin. prim. Palat. ſecun. & quart. Medic. fragmentum Theatin.

Plangunt ſe matres Calydonides, heu heu.

Bernegg. & pro diversâ lectione fragm. Theat. cum duobus aliis:

Plangunt hunc matres Calydonides OEneus atque.

Primus Gronovii, itidem pro diversâ lectione:

Plangebant matres Calydonides Euveive.

Unde reponendum facile vidi:

Plangebant matres Calydonides Eveninae.

Quod optimus S. Marci Florentinus poſtea mihi confirmavit, in quo:

Plangunt hunc matres Calydonides Evenine.

Sed poſterius *n* in *Evenine* erat abraſum, cum gloſſa, *Evenos eſt fluvius. inde ſunt dictae Eveniae matres.* In Neapolitano:

Plangunt ora matres Calydonis OEneu.

Niſi quod τὸ *ora* & *OEneu* cum ultima ſyllaba *Calydonis* à manu ſunt recentiori, deletâ priſcâ lectione. & ſuper *ora* adſcriptum *ſimul.* Scribe:

Planguntur matres Calydonides Eveninae.

Plangi, pro ſe plangere. ut & alibi Noſter. Vide quae notamus lib. V. ſub finem. Nam *Plangunt pectora*, non *ora* debebat dixiſſe. De duobus patronymicis *Calydonides Eveninae* dictum ad Epiſt. VI. V. 103. ſic & Marpiſſam *Eveninen* dixit Homerus Iliad. I. 553.

Κούρη Μαρπήσσης παλλιφόρου Εὐηνίνης.

Ad veram ſcripturam alludunt & alii codices. In priore Erfurtano:

Plangunt ſe matres Calydonides Eunenynae.

Arond.

Plangebant matres Calydonides Euveniaeque.

Cum gloſſa, *Euveniae matres, id eſt, habitantes juxta Evenum fluvium.* fragmentum Moreti & unus Palat.

Plangebant matres Calydonides Aoniaeque.

Unus Bononienſis:

Plangunt matres Calydonides Hemoniaeve.

Unus Baſileenſis:

Plangunt matres Calydonides euheoche.

Unus meus:

Plangebant matres Calydonides Euveveſe.

Primus Mediceus:

Plangunt matres Calydonides Euveniae.

Alii aliter. Piget ulterius in hac ſorde volutari; ne poſt fruges inventas glandibus videamur inhiare. Spirenſis inter vetuſtiores etiam proxime verum:

Plangebant matres Calydonides Euveninae.

Nonnunquam & in *one* patronymica deſinebant; ut *Acriſione*, Καδμειώνη, quae à Cadmo deſcendit, Αἰνειώνη quae ab Æneа in inſcriptione Herodis Attici. HEINS.

528. *Oeneus Pulvere canitiem genitor.*] Libri omnes

Exegit poenas, acto per viscera ferro.
Non mihi si centum Deus ora sonantia, linguae
Ingeniumque capax, totumque Helicona dedisset;
Tristia persequerer miserarum dicta sororum.
Immemores decoris liventia pectora tundunt:
Dumque manet corpus, corpus refoventque foventque:
Oscula dant ipsi, posito dant oscula lecto.
Post cinerem, cineres haustos ad pectora pressant:
Adfusaeque jacent tumulo: signataque saxa
Nomine complexae, lacrimas in nomine fundunt.
Quas, Parthaöniae tandem Letoïa clade
Exsatiata domûs, praeter Gorgenque, nurumque

Nobi-

omnes scripti *Heu*, *heu pulvere*, *&c.* quod probabilius videtur. Atque *Oeneus*, videri potest glossema. Ciofanus.

529. *Humi fusus.*] *Fessus* Junian. & alius.

530. *Nam de matre manus, diri sibi conscia facti, Exegit poenas acto per viscera ferro.*] Cum hi duo versus non in vetustis modo, sed novis quoque exemplaribus rectissimè legantur, nescio qua re moti quidam priorem foedissime depravantes, immutarint hoc pacto, *nam mater manibus diri sibi conscia facti*, qui verò subjicitur versus nihilominus depravatur. Diodorus vero scribit Althaeam laqueo vitam finisse. Regius. *Nam mater manibus* Cantabrig. prim. Erfurt. aliique complures. *Nam materna manus* Lovan. & alter Strozzae, cum uno Palat. Heins.

532. *Non mihi si centum.*] In Ibid. 205.

Nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri,
Ora licet tribuas multiplicata mihi.

Claudian. Panegyrico in Probum, Probinum & Olybrium vs. 55.

Non, mihi centenis resonent si vocibus ora,
Multifidusque ruat centum per pectora Phoebus,
Acta Probi narrare queam.

Homerus lib. Iliad. B. 488.

Πληΐὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω,
Οὐδ' εἰ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
Φωνὴ δ' ἄῤῥηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

Hunc secutus Hostius poëta in lib. II. Belli Histrici ait:

——— ——— *non si mihi linguae*
Centum, atque ora sient totidem, vocesque liquatae.

Hinc Virgilius ait II. Georg. 43.

Non, mihi si linguae centum sint, oraque centum.

Haec tria postrema exempla contulit Macrobius lib. VI. 3. Ciofan.

532. *Ora sonantia linguis.*] Unus meus chartaceus ex optimo descriptus, *linguas*, ut apud Virgil. I. Æn. 328. *nec vox hominem sonat.* Florent. S. Marci, Neapol. Bernegg. *linguae.* probe, si construas, *linguae Ingenium capax.* Heins.

534. *Miserarum vota sororum.*] *Dicta* meliores. Idem. *Fata* Voss. *prosequerer* etiam Neapol. & septem alii.

535. *Liventia pectora tundunt.*] *Lugentia* prim. Gronov. *Plangentia* sec. Medic. *pectora plangunt* quartus Medic. Vatic. & sec. Bonon. *brachia tundunt* tres. *brachia plangunt* Basil.

536. *Corpus refoventque foventque.*] *Tenentque* Cantabrig. Thuan. & decem alii. sed dictum pro *fovent refoventque.* Sic lib. VII. 818. *tu me refovesque fovesque*, ut quidam codices. Heins.

537. *Ipsi, lecto.*] Pheretro in quo Meleagri cadaver compositum fuit. Regius. Tu sic distingue: Oscula dant ipsi, id est Meleagro, seu corpori, posito dant oscula lecto. Ut alterum *oscula* ad *corpus*, alterum ad *lectum* referatur. Micyll.

538. *Post cinerem.*] *Cineres* Vatic. Medic. & duo alii. pro *haustos* etiam *ustos* Arg. quod pro *ustos* Heinsius esse scriptum conjiciebat. sed lib. XIII. 426. *Cineres haustos* etiam dixit.

538. *Ad pectora pressant.*] Dominic. & Briant. *versant.* Multi ex melioribus, *versant.* sed perperam. Silius libro VIII. 129.

Cui cinerem orbatae pressant ad pectora matres.

Statius III. Theb. 129.

Hae pressant in tabe comas, hae lumina signant.

Claud. III. Rapt. 163.

Ceu natam pressat gremio. Heins.

Lib. XIII. 424. quidam codices etiam:

Pressantem tumulos, atque ossibus oscula dantem.

Stat. IV. 492.

Nunc humeros nunc ille manus, & vellera pressat.

Burmannus.

539. *Adfusaeque.*] *Effusaeque* Cantab. Oxon. & novem alii. vid. lib. IX. 366. *infusaeque* duae.

539. *Signataque saxo nomina.*] Tertius Leidensis & alter Thuani, *signataque saxa nomina.* & mox

Nobilis Alcmenae, natis in corpore pennis
Adlevat; & longas per brachia porrigit alas:
Corneaque ora facit; verſasque per aëra mittit.

Fab. V. Argumentum.

Nymphae Naiades in inſulas.

Theſeus, apro Calydonio interfecto, cum [a] *ſe reciperet Athenas, & torrentibus aquis* [b] *impediretur ab Acheloo amne, qui imbribus intumuerat, invitatus eſt, ut ſuis tectis ſuccederet,* [c] *dum fluminis unda ſubſideret. Cujus ille hoſpitio cum* [d] *reſediſſet,* [e] *inter epulationem procul inſulas viſas ab hoſpite* [f] *accepit Nymphas fuiſſe* [g] *Naiades: quae cum deis ſacra redderent,* [h] *ille ab his praeteritus eſſet, motus offenſâ, in inſulas Echinadas* [i] *eas convertit.*

Inter

iidem cum priore Regio, *lacrimas in nomine fundunt.* forte rectius; ſaxum enim ſignatur nomine, ſive carmine, vel quovis titulo: nam ipſum nomen *ſignari* non tam recte dicitur. ita ſupr. II. 326.

Signantque hoc carmine ſaxum.

Ubi vide Heinſium; ut & ad illa lib. I. Triſt. I. 90.

Icarias nomine ſignat aquas.

VI. 670. *ſignataque ſanguine pluma.* ſic & lib. XII. 23. *Signat ſerpentis imagine ſaxum* ex MSS. Ita, *ſignare ſanguine corpus*, & ſimilia paſſim. lacrimas vero *in nomine* fundere, etiam rectum, ut in *vulnere* Ep. XI. 125. & infr. lib. XIII. 490. Burm.

541. *Quas poſt Oeneae.*] In optimis Florentino ac Neapolitano libris eraſa erat vetus lectio, repoſitumque recentiori manu, *poſt aoniae.* quam lectionem Berneggerianus quoque atque alii exhibebant. Quidam, *poſt Oeniae.* Primus Regius, *poſt Oetidae.* alii aliter. Sed *Parthaoniae* ſincera nimirum ſcriptura à priori manu in iis, quos dixi, Florentino ac Neapolitano codicibus, tum Thuani praeſtantiſſimo, Palatinis duobus, totidem Leidenſibus, Mediceis tribus ac uno meo apparebat. Nam Oeneus, Agrius, Alcathous, Melas, Leucopeus & Sterope ex Parthaone & Euryte Hippodamantis filiâ nati, teſte Apollodoro. Etſi Meleagrum nonnulli filium velint Martis, qui cum Althaea concubiturus ſe in faciem Oenei mutavit. ita certe Scholiaſtes Statii ad primum librum Thebaidos. Appoſite Adraſtus Tydeum allocutus Thebaidos primo apud Statium vſ. 670.

—— *quanquam Calydonius Oeneus,*
Et Parthaoniae ſi dudum certus ad aures
Clamor iit, tibi cura domûs.

Ubi vetus interpres inſigniter nugatur, dum Parthaoniam Oetoliae regionem comminiſcitur. Strabo lib. X. ubi de Curetibus agit: Οἴονται δ' αὐτὸν λέγειν Αἰτωλοὺς μᾶλλον ἢ Ἀκαρνᾶνας, ἔιπερ οἱ Παρθαονίδαι ἦσαν.

Ἄγριος μὲν δὲ Μέλας, τρίτατος δ' ἦν ἱππότα Οἰνεύς.

Ubi Leucopeus & Alcathous omittuntur: Tydeus apud eundem Statium lib. II. 726.

—— *at ſi patriis Parthaonis arvis Inferar.*

Et hinc *Parthaonides* Tydeus Valerio Flacco lib. III. v. 705. & Noſtro lib. IX. 12. *Parthaone natus* Oeneus. Etſi pater Oenei Portheus Homero Iliad. Ξ. ὑς. 115. dicatur, & Antonino Liberali Metamorphoſeon fabula ſecundâ. qui patrem Portheo Martem adſignat, cum Parthaon Agenoris filius ab Apollodoro aliisque dicatur. Suſpicor tamen Portheum cum Parthaone eundem fuiſſe, quod Strabo Agrium, Melan & Oeneum Parthaonidas appellet, idque Homericâ confirmet auctoritate, cum Homerus, ut jam dixi, eo, quem Strabo reſpexit, loco eos Portheo prognatos aſſerat. Certe apud Plautum Menaechmis, Act. V. Sc. I. ubi adagii loco dicitur, *Ego te ſimitu novi cum Parthaone*, notant in MSS. eſſe *Porthaonae* viri eruditi, quòd ad *Portheum* propius accedit. Neque aliter apud Hyginum fab. XIV. & CLXXII. ſcribitur. In Ovidianis quoque exemplaribus *Porthaoniae* fuiſſe ſcriptum fit verſimile, unde levi mutatione *Poſt aöniae* deinceps ſit factum; Ceterum Antoninus Liberalis ex Nicandri ἑτεροιουμένοις narrat paulo copioſius quam Ovidius fabulam. Nimirum ſorores Meleagri ad tumulum fratris ſine intermiſſione lugentes à Diana contactas virgâ in aves Meleagridas fuiſſe converſas, & in Lerum inſulam translatas, praeter Gorgen ac Deianiram, quibus Dea in Bacchi gratiam pepercerit. Heins.

544. *Allevat.*] *Elevat* codex Voſſianus. ita Claudian. I. in Eutrop. 295. ex MSS.

Elevat hunc pluma. Heins.

Alligat unus Baſil.

545. *Verſasque per aëra mittit.*] De avibus, quas *Meleagrides* vocant, Plin. lib. X. cap. 26. *Simili modo*, inquit, *pugnant Meleagrides in Boeotia. Africae*

INterea Theſeus ſociati parte laboris
Functus, Erechtheas Tritonidos ibat ad arces.
Clauſit iter, fecitque moras Achelöus eunti,
Imbre tumens. Succede meis, ait, inclyte, tectis,
Cecropida; nec te committe rapacibus undis.
Ferre trabes ſolidas, obliquaque volvere magno
Murmure ſaxa ſolent. vidi contermina ripae
Cum gregibus ſtabula alta trahi: nec fortibus illic
Profuit armentis, nec equis velocibus eſſe.

Multo

cae hoc eſt gallinarum genus, gibberum, variis ſparſum plumis, quae noviſſimae ſunt peregrinarum avium in menſas receptae, propter ingratum virus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit, &c. Has Varro eaſdem facit cum Numidicis. Tranquillus & Columella ſeparant, ut & ceteri, qui Numidicas criſtas rutilas gerere, Meleagrides autem coeruleas tradunt. Volaterranus. Micyllus.

a *Se reciperet.*] *Cum Athenas repeteret* Colon.

b *Impediretur.*] *Interpellaretur* Parm. Lugd. Raener. Colon. Micyll.

c *Cum fluminis.*] *Dum alveo f. u. f.* Colon.

d *Reſediſſet.*] *Succeſſiſſet* Colon. & Marg. Micylli. forte, *cum ſe dediſſet.*

e *Inter epulationem.*] *Inter epulandum* Colon.

f *Accepit.*] *Accepiſſet* Parm. Lugd.

g *Naiades.*] MS. *Naides.* Quod praeferam. *Naias* poëticum eſt. Probus in Catholicis: *Virgilius poëticè Naias Naiadis poſuit, Aegle Naiadum pulcherrimae.* Muncker.

h *Ille ab his praeteritus eſſet.*] Ita MS. Idem. *Perterritus* Lugd. Colon. *ille qui ab his pr. e.* Micyll.

i *Eas.*] Deeſt Colon.

547. *Erechtheas arces.*] *Erichtheas* duo veteres cum Thuaneo. ut *Myrtous*, *Lesbous*, *Sardous*, & ſimilia. *Erichthoïas* prim. Pal. ſec. Medic. Neap. Urbin. & prim. Reg. *Erichtheidas* duo alii. *Erichthonidas* Langerm. tres alii, *Erichthoidas.* Graevianus, *Erichtenias. Erichthonias* prim. Moret. prim. Gronovii, Exc. Mureti. ſec. Palat. & duodecim alii. non male. ab Erichthonio rege. ſic, *in qua populus luſit Erichthonius* Propertio lib. II. v. 4. & *Erichthonios peſtis populata colonos* Manilio lib. I. 882. pro Athenienſibus. *Erichthonias arces* ſimiliter Trojam Virgilius in Ciri & in Culice appellavit ab Erichthonio rege. Heins.

548. *Clauſit iter, fecitque moras Achelous eunti.*] Sed hoc ſuperat omnem induſtriam, nec à me explicari poteſt, ſitne hoc poëtae negligentia factum, an ſtudioſe ludere voluerit, quòd Acheloum ait in mora fuiſſe Theſeo, cum ex Calydone Athenas proficiſceretur, quando Achelous ad occaſum ſit Calydoni, & Theſeo iter Athenas eſſet ad ortum. porro quinto deinde verſu, *ſolent* verbum ad *undas* referendum, non ad *Acheloum.* Glareanus.

548. *Achelous.*] *Acheloos* in Sixiano. Heins.

550. *Cecropide.*] *Cecropida* Florent. S. Marci & Bernegger. prim. tert. quart. Medic. prim. Gronov. prim. Moreti & ſex alii. ſic *Aeacida*, de quo ad Epiſt. III. 87. *Atrida* apud Propertium lib. II. El. XI. vſ. 1.

Non ita Dardanio gaviſus Atrida triumpho es.

Ubi *eſt* perperam legitur. Horat. lib. II. Sat. III.

Ne quis humaſſe velit Ajacem. Atrida, vetas cur?

Idem.

550. *Rapacibus.*] *Capacibus* nonnulli. vid. IV. Faſt. 566.

551. *Obliquaque volvere magno murmure.*] *Magno Impete* unus ex meis. ἀρχαϊκῶς pro *impetu.* ſic Noſter ſupra III. 79.

Impete nunc vaſto, ceu concitus imbribus amnis
Fertur. ita & Statius, Auſonius, alii. Junianus etiam codex, *oblataque.* forte, *obſtructaque*, vel, *obſtrataque.* Vide ad lib. III. 570. Heins.

552. *Solent.*] *Solet* Florent. Neap. & duo alii.

553. *Cum gregibus ſtabula alta trahi.*] *Rapi* ſex veteres. Nil muta. Virg. Aen. II. 498.

Fertur in arva furens cumulo, campoſque per omnes
Cum ſtabulis armenta trahit.

De amne Feſtus Avienus Deſcriptione Orbis vs. 1163.

—— *citus aequora Tigris*
Prona rotans, & ſaxa jugis avulſa ſupernis,
Et totas late celeri trahit agmine terras.

Perperam *ſupremis* legebatur *jugis.* Vulturnus tamen apud Statium lib. IV. Silv. III. 79.

Qui terras rapere & rotare ſilvas
Aſſueram, pudet, amnis eſſe coepi.

Et Theb. I. 365.

Miratur modo nubigenas e montibus amnes
Aure pavens, paſſimque inſano turbine raptas
Paſtorum pecorumque domos.

Jij

Multa quoque hic torrens, nivibus de monte ſoluti
Corpora turbineo juvenilia vortice merſit.
Tutior eſt requies; ſolito dum flumina currant
Limite; dum tenues capiat ſuus alveus undas.
Adnuit Aegides: Utarque, Acheloë, domoque
Conſilioque tuo, reſpondit: & uſus utroque eſt.
Pumice multicavo, nec levibus atria tophis
Structa ſubit. molli tellus erat humida muſco.
Summa lacunabant alterno murice conchae.
Jamque duas lucis partes Hyperione menſo,
Diſcubuere toris Theſeus comitesque laborum:
Hac Ixionides, illâ Troezenius heros
Parte Lelex, raris jam ſparſus tempora canis.
Quosque alios parili fuerat dignatus honore
Amnis Acarnanum, laetiſſimus hoſpite tanto.
Protinus adpoſitas, nudae veſtigia, Nymphae

Inſtruxe-

In Virgiliano quoque loco vetuſtus codex, quem, Aegidii Menagii donum, poſſideo:

Cum ſtabulis armenta rapit. HEINS.

Utriuſque verbi uſus in hac re eſt frequens, & ideo ſaepe à librariis confuſa ſunt. Virgil. I. Georg. 203.

Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.

Ubi etiam quidam codices, *trahit*. ſic apud Lucan. lib. II. 409. codex Voſſii:

Eridanus raptas evolvit in aequora ſilvas.

Vulgo, *fractas*. Horat. III. Od. 29.

Stirpesque raptas, & pecus, & domos
Volventes una.

Avienus Fab. XVI.

Fluvio praecipitante rapit.

Et hinc toties, *amnes rapidi*, & *rapaces*. contra *trahere* eſt apud Virg. II. Æneid. 307.

Sternit agros, ſternit ſata laeta, boumque labores,
Praecipitesque trahit ſilvas.

Silius IV. 524.

Obvia paſſim
Armenta, immaneſque ferae, ſilvaeque trahuntur.

Et lib. XVII. 123.

Qui ſilvas & ſaxa trahens per devia praeceps
Volvitur.

Pro *ſtabula alta* etiam, *ſtabulata* codex Menardi. ſed male. vide lib. VI. 521. ſic & lib. VI. 596. *ſtabularia* pro *ſtabula avia* in codicibus reperitur. BURMANNUS.

555. *Multa quoque hic torrens, nivibus de monte ſolutis.*] Ita etiam loquitur lib. III. Elegiarum 6. ubi de alio torrente ſcribit, qui prope muros patriae labitur; quique nunc vulgo *Vella* dicitur; Ovidii verò tempeſtate, ut ipſe ibi ſignificat, nullum habebat nomen. ait enim:

Nunc ruis appoſito nivibus de monte ſolutis,
Et turpi craſſas gurgite volvis aquas.

Et mox:

Nomen habes nullum nivibus collecte caducis,
Nec tibi ſunt fontes, nec tibi certa domus.

Quam naturam hodie quoque retinet. Incipit fluere ab altiſſimi montis radicibus, qui Itala lingua ab omnibus *Majella* nuncupatur. Ubi perpetuò eſt ſatis nivis. Haec ideo dixi, quoniam nemo non ignorat, de quo torrente ibi locutus ſit. CIOFANUS. *Nimbis de monte* Langerm. & Bernegg. quod non diſplicebat Heinſio, ſi etiam *volutis* pro *ſolutis* legeretur. ita *nimbis hiemalibus auctus* Evenus lib. IX. 105.

558. *Captet ſuus alveus undas.*] *Captat* multi ex vetuſtioribus. pro *capiat*. quomodo Bernegger. ſec. Medic. & alii decem. tres *capiet*. Epicedio Druſi:

Vix capit adjectas alveus altus aquas. HEINS.

Vid lib. I. 343.

559. *Utorque.*] Meliores, *utarque*. HEINS.

561. *Nec laevibus atria tophis.*] *Laevibus*, Regius exponit, aſperis, impolitis. Quod mihi non probatur. CIOFAN. Injuriam facit Regio Ciofanus, omittens particulam *nec*. *nec leves* enim interpretatur, aſperas & impolitas. & recte, ut unicuique patet. *nec levis* dictum, ut *nec opinus* & ſimilia. BURM.

562. *Structa.*] *Tecta* in quibuſdam; unde Gronov. conjeciſſe, *texta* notavit Heinſius. vid. ſupr. ad lib. V. 447.

564. *Lacunabant.*] Omnes fere codices habent, *lacus nabant* vel *lacu nabant*. principaliter dici *lacus*, & inde *lacunar* per diminutionem, teſtis eſt Servius ad lib. I. Virgil. 726.

566. *Illa*

Inſtruxere epulis menſas: dapibusque remotis
In gemma poſuere merum. tum maximus heros
Aequora proſpiciens oculis ſubjecta, Quis, inquit,
Ille locus? (digitoque oſtendit) &, Inſula nomen
Quod gerat illa, doce. quamquam non una videtur.
Amnis ad haec, Non eſt, inquit, quod cernimus, unum.
Quinque jacent terrae: ſpatium diſcrimina fallit.
Quoque minus ſpretae factum mirere Dianae;
Naïdes hae fuerant: quae cum bis quinque juvencos
Mactaſſent; rurisque Deos ad ſacra vocaſſent;
Immemores noſtri feſtas duxere choreas.
Intumui: quantusque feror, cum plurimus, umquam,
Tantus eram: pariterque animis immanis & undis
A ſilvis ſilvas, & ab arvis arva revelli.
Cumque loco Nymphas, memores tum denique noſtri,
In freta provolvi. fluctus noſterque marisque

Conti-

566. *Illa Troezenius heros Parte Lelex.*] Lelex *Troezenius* vocatur, quod pater ipſius Pittheus Troezeni regnaverit, alioqui à poëta etiam ipſe Lelex *Neritius* paulo ſuperius dictus eſt. Regius. A Troezene, ubi Pittheus regnavit: ſive ille Pitthei filius Aethraeque frater fuit, ut ex ſequentibus colligit Regius, ſive etiam aliunde in eam urbem habitatum venerit. Nam quòd ſuprà idem Lelex *Narycius* dicitur, dubium opinioni illius affert. Sed de Lelege quae in mentem nobis veniebant, ſuprà annotavimus. Micyll.

567. *Raris jam ſparſus tempora canis.*] *Parcis* prim. Palat. *parvis* plurimi ex antiquioribus. *paucis* quinque. *latris* Spir. *Pariis* prior Erfurt. cum gloſſa, id eſt, albis. & ſic pro diverſa lectione unus ex meis. tres, *variis.* duo, *albis.* unus, *niveis.* Omnia fruſtra. Calveſcens enim Lelex deſcribitur. Amor. I. Eleg. VIII. de anu:

Quin album raramque comam, lacrymoſaque vino
Lumina, rugoſas diſtraheremque genas.

Raritas capillorum, Suetonio. *Galericulo propter raritatem capillorum adnexo*, de Othone cap. VII. Pro *illa parte* quatuor veteres, *illac*, cum Arondeliano. Heins. *Raris ſparſus ſua tempora* Lovanienſ. infr. 800. *rari dentes.* Suet. Calig cap. I. *Capillo raro, & circa verticem nullo, hirſutus cetera.*

569. *Laetiſſimus hoſpite tanto.*] *Terno* Junianus. bene. Heins.

570. *Appoſitas.*] Plurimi ex veteribus, *appoſitis.* parum refert. menſae enim & epulae *poni* & *apponi* paſſim dicuntur. vide ad I. Art. 231. nonnulli etiam mox, *epulas menſis.* Burm.

570. *Nidae veſtigia.*] *Veſtigia* hic pro ipſis pedibus aut plantis ponit, ut lib. V. 198. *Tenuit veſtigia tellus.* Vid. Barth. ad Stat. II. Theb. II. Idem.

572. *In gemma.*] *In gemmam* multi ex vetuſtioribus. Heinsius. In *gemmas* ſex. *ingenuum poſuere merum* Cantabr. quod eſſet, ibi natum.

570. *Tum maximus.*] *Cum maximus* unus Leidenſ. & duo alii, quod praeferebat Heinſius vulgatae.

575. *Quod gerit.*] *Gerat* cum plerisque ſcriptis. Heinsius.

576. *Cernimus.*] *Cernitis* Florent. S. Marci, Urbin. & tres alii. male. nam ſolum Theſeum alloquitur. ut mox patet ex iis, *ipſe vides.* Idem.

577. *Spatium diſcrimina fallit.*] *Spatii diſcrimina ſallunt* multi ex vetuſtioribus. rectè, ſi reponas *diſcrimine* cum Urbinate. Idem. Mihi vulgata non diſplicet, *ſpatium diſcrimina fallit*, ut Plinius lib. XXI. 14. *fallente operis incremento:* ubi vide Gronovii notas. niſi mavis, *ſpatium diſcrimina tollit:* nam in Lovanienſi erat, *ſolvit.* id eſt propter longum ſpatium non diſcretae, ſed una inſula videntur: ita *ſpatio remota loca* dixit II. Art. 487. Burmann.

582. *Quantusque feror.*] *Ferox* tres libri, ſed *ferri* paſſim fluvii dicuntur, cum rapidi ſunt. ut Virgil. II. 497. *fertur in arma furens.* quod imitatus Mamert. Paneg. Maxim. 5. *Toto praelio ferebare, non aliter quàm magnus amnis ſolet*, &c. Cicer Orat. 68. *Si ornate velis dicere, non ſolum ne infinite feratur, ut flumen, oratio.* Quinctil. V. de Inſt 15. *Feratur igitur non ſemitis, ſed campis, non uti fontes anguſtis fiſtulis colliguntur, ſed, ut latiſſimi amnes, totis vallibus fluat, ut ſibi viam, ſi quando non acceperit, faciat.* Idem.

583. *Animis.*] *Animus immanis & undas* unus

Continuam diduxit humum; partesque resolvit
In totidem, mediis quot cernis Echinadas undis.

Fab. VI. Argumentum.

Perimele in Insulam.

Perimele Hippodamantis filia cum ab Acheloo amne per vim esset [a] *compressa, pater eam* [b] *ob admissum praecipitavit in pelagus. Stuprator* [c] *expetiit ita, ut beneficio Neptuni mare eam semotam ab Echinadibus efficeret insulam.*

UT tamen ipse vides, procul, en procul una recessit
Insula grata mihi. Perimelen navita dicit.
Huic ego virgineum dilectae nomen ademi.
Quod pater Hippodamas aegrè tulit: inque profundum
Propu-

Med. quod Heinsio arridebat, si *animos* legeretur.

584. *Revulsi.*] *Revelli* in quibusdam, & rectè. Naugerius. *Revulsi* male est in omnibus excusis libris, & in quibusdam veteribus. Rectè autem & sincerè in libro Dominicano, *revelli*: sic enim facit praeteritum ab *revello*. Auctor locuples est Servius lib. IV. Æneidos. Atque ita legitur illud in Epistola Hypsipyles ad Jasonem in veteribus libris & in quibusdam impressis:

Aurea Phryxeae terga revellit ovis. Ciofan.

Revelli S. Marci, Neap. prim. Medic. Bernegger. Spir. Arond. & decem alii. de quo ad Epist. VI. ℣s. 104. Heins.

586. *Provolvi.*] *Pervolvi* Balliol. & Thuan. sed *devolvi* Menardi codex. quod rapiditati magis conveniens. Livius XXVIII. 6. *Velut devolutus monte praecipiti torrens rapitur.* Columella lib. I. cap. 5. *Huic proxima fluens aqua è montibus oriunda, per saxa praeceps devolvitur.* & hinc colore sumto Horatius lib. IV. Od. 2. canit Pindarum, *Per audaces nova dithyrambos verba devolvere.* Eleganti translatione. Quinct. XII. de Instit. Orat. cap. 10. *At ille* (amnis) *qui saxa devolvat, & pontem indignetur, & ripas sibi faciat, multus* (ut hic *plurimus*) *& torrens judicem vel nitentem contra feret, cogetque ire qua rapit.* Burm.

586. *Fluctus nosterque marisque Continuam diduxit humum.*] Duo Vatic. Statii & alii libri scripti, meo antiquo excepto, habent, *Deduxit*, per e. Rectius. Propertius lib. IV. Eleg. I. 146.

Vel tremefacta cave tellus deducat hiatu.

Seneca in Octavia 725.

Deducta, subito patuit ingenti mihi
Tellus hiatu lata.

Sic legitur in veteri libro scripto Nicolai Sulmonen. & in alio P. Galesii. Alio modo loquitur Catullus carm. LXVIII. 62.

Cum gravis exustos aestus hiulcat agros. Cioz.

Male *deducta* Ciofanus praefert, & in Propertii & Senecae locis *diducta*, meliores scripti & editi exhibent. sic *diductum aequor* I. Trist. II. 21. & centies hoc verbo pro dividere, divellere utitur Noster & alii. vid. ad lib. II. 560. *contiguam* etiam Cantabr. vid. ad lib. IV. 57. Burm.

587. *Pariterque revellit.*] *Partesque* prim. Bonon. prim. Argent. cum tribus aliis & editione Gryphii. bene. *resolvit* etiam probe quartus Medic. & pro diversâ lectione Rottendorphianus. In Cantabr. & prim. Gronov. *revolvit.* proxime verum. Multi, *revulsit.* sed *revelli* jam praecesserat. Heinsius.

588. *Mediis quot cernis Echinadas undis.*] Tres numero Echinades fuerunt, si Papiniano interpreti in II. Thebaidos vers. 731. fides est adhibenda. *Artemites, Agallo, Megale.* Strabo & alii aliter. Constant. Fanens. *Agalia* secunda dicitur in editis.

[a] *Compressa.*] Ita reposui ex MS. editi perperam *oppressa.* Muncker. Vid. ad lib. I. Art. Am. 394. & infr. lib. IX. fab. 8. & XII. 4. ubi eadem diversitas.

[b] *Ob admissum.*] Latinissima locutio, quam jam alibi huic scriptori vindicavimus. plene loquitur Ammianus lib. XXII. pag. 406. Ed. Boxh. *Scelus admissum detestabatur.* Muncker.

[c] *Expetiit ita ut.*] Sic quidem cum MS. tum & Vett. Edd. non placet tamen. Raenerius dedit, *impetravit beneficio Neptuni, ut mare, &c.* Idem. *Expetiit, ut beneficio Neptuni maris insula semota ab Echinadibus efficeretur.* Colon.

590. *Dicit.*] *Dixit* plurimi. *ducit* Genevens.

593. *Periturae corpora natae.*] *Pariturae* unus Leidensis & alter Twisdenius. & placet. Heins.

594. *O proxima terrae Regna.*] Invenio in MS. Cod. *Coelo*, non *terrae.* Atque ita emendandum videtur. libro enim IV. 532. dictum ab eodem est:

Propulit è ſcopulo pariturae corpora natae.
Excepi: nantemque ferens, O proxima coelo
Regna vagae, dixi, ſortite, Tridentifer, undae,
In quo deſinimus, quo ſacri currimus amnes,
[Huc ades, atque audi placidus, Neptune, precantem.]
Huic ego, quam porto, nocui. ſi mitis, & aequus,
Si pater, Hippodamas, aut ſi minus impius eſſet,
Debuit illius miſereri, ignoſcere nobis.
Adfer opem; merſaeque precor feritate paternâ
Da, Neptune, locum: vel ſit locus ipſa, licebit;
Hanc quoque complectar. movit caput aequoreus rex:
Concuſſitque ſuis omnes adſenſibus undas.

Exti-

—— *ô numen aquarum,*
Proxima cui caelo ceſſit, Neptune, poteſtas.

Ut tanquam à Jove ſecundum eum laudet, cui ſecunda poteſtas, neque, ut Plutoni, remotiſſima à coelo, contigerit, in operoſa illa orbis diviſione. Qua (ut Homerus ait xv. Iliad. & late Firmianus in primo) caelum, quae ſuprema eſt pars, Jovi ſorte ceſſit. Aqua, quae media & eſt caelo proxima, Neptuno. Infernum, quae infima & noviſſima, Plutoni. Blandiri ergo Neptuno & à benevolentia ordiri voluit. Sunt praeterea codices, qui habent, *mundo*, lectione aut ipſa vera, aut ſaltem alteri patrocinante: cum enim ſaepe dubitare contingat, utram poëta liquerit, alteram tamen, non utramque reliquiſſe, ſcire licet. Plato in Timaeo: *Univerſum igitur hoc caelum, ſive mundum, ſive quo alio vocabulo gaudet, cognominemus.* Eodemque modo, Platonem imitati, in ipſis operum initiis Pomponius ac Plinius. Mariang. Accurs. in Diatribis. *Mundi* in multis vetuſtiorum. *mundi* vel *coeli* pro diverſâ lectione ſchedae Theatinae. *coelo* unus Mediceus. optime. prima enim ſors Jovi, Neptuno ſecunda, tertia Plutoni obtigerat. Heinsius.

596. *In quo deſinimus.*] Duo, *deſerimus. altes* Regius, *deſerimur.* Puto, *deferimur*, nam unus Moreti, *in quem decidimus.* Idem. Idem bis diceret Poëta, *in quo deſinimus, & quo currimus.* quare legerem:

In quo (vel *quem*) *deſinimus, quot ſacri currimus amnes.*

Labimur amnes unus Gronov. *incurrimus* unus Leidenſis. Burm.

597. *Precantem.*] *Vocantem* Junian. & pr. Gronov. *rogantem* Francof. in quo codice ſequentes quinque verſus non legebantur.

598. *Si mitis.*] *Sis mitis* Cantabrig. & plurimi alii, ut Neptunum haec ſpectent. Ceterum verſum proxime praecedentem, cujus initium eſt, *Huc ades, atque audi*, ſpurium ac proinde ejiciendum eſſe cenſeo. ut & illum, qui mox ſequitur:

Cui quondam tellus clauſa eſt feritate paterna.

eſt enim minime ferendus, cum *feritate paternâ* denuo proxime repetatur. & abeſt ab uno Voſſiano. Gronovianus unus exhibet quidem, ſed margini adſcriptum. at ſec. Palat. prim. Moreti & octo alii proxime ſequentem non agnoſcunt. malè. Heins.

600. *Debuit illius miſereri & ignoſcere nobis.*] *Et* copula eradenda. Constantius Fanensis. Si hoc carmen bene habet, fit poſitio brevis propter mutam & liquidam *g* & *n* in vocali brevi. quod exemplum rarum eſt. Horatius lib. iv. Od. 3.

Donatura cygni, ſi libeat, ſonum.

Et ſequente verſu, *quondam* pro nuper poſitum videtur. Glareanus. Ita quidem vulgo habent codices ferè omnes: verſumque grammatici hunc ita defendunt, ut dicant primam in verbo, *ignoſcere*, corripi, ea ratione, quod mutam ſequitur liquida. Sed mihi haec ratio in hoc verbo durior videtur, proptereaquod verbum ipſum compoſitum, *g* loco, *n*, aſſumpſit, factumque *ignoſco*, ex *In*, & *Noſco*. At ſublata conjunctione, *&*, idem verſus non modò quod ad numeros attinet, integrior, ſed & elegantior multo erit, & affectui magis ſerviet, propter diſtributionem, quae conjunctione opus non habet, eaque interpoſita, gratiam ferè amittit. Micyll. Barberinus & Argentor. *& parcere nobis.* ſed nobis Micylli ſententia placet. quam editiones optimae ſecutae ſunt.

603. *Hunc quoque complectar.*] *Hanc quoque* plurimi ex vetuſtioribus. hoc eſt, poſtquam in inſulam erit converſa. Perimelen enim, ut reliquas Echinadas Achelous alluit. Poteſt & ſcribi:

Tunc quoque complectar. Heins.

Ego, ſi per codices liceret, mallem, *ſic quoque complectar*, licet jam non corpus, ſed locus ſit. vid. ad lib. iii. Art. Amand. 265.

Extimuit Nymphe: nabat tamen. ipſe natantis
Pectora tangebam trepido ſalientia motu:
Dumque ea contrecto, totum dureſcere ſenſi
Corpus; & inductà condi praecordia terrà.
[Dum loquor, amplexa eſt artus nova terra natantes,
Et gravis increvit mutatis inſula membris.]

Fab. VII. VIII. & IX. Argumentum.

Jupiter & Mercurius in hominum ſpecies. Caſa Baucidis & Philemonis in templum. Baucis & Philemon in arborum ſpecies.

Jupiter & Mercurius in hominum figuras [a] *verſi, in regione Phrygiae cum animos incolarum* [b] *experti* [c] *à nullo exciperentur hoſpitio, à Philemone & Baucide hoſpitaliſſime ſunt excepti. & cum* [d] *maxima voluptate rebus* [e] *humilibusque ad victum & neceſſariis ſimpliciſſimos animos pauperum experti ſunt. Ergo, ut numen ac vim oſtenderent ſuam,* [f] *ſevocatis ſenibus in excelſiorem collem; caſam eorum in templum converterunt: eosque* [g] *ipſos optatos antiſtites ſacrati loci praeſtiterunt. ita ut cum ſenectute ſoluti eſſent, in arbores converterentur; ut cederet* [h] *in fruticem Philemon, Baucis in tiliam. Oppidum autem eorum, quod ceteros cives inhoſpitales habuerat, aquarum* [i] *magnitudine obrutum, ſtagnum factum eſt.*

Amnis

605. *Extimuit Nymphe.*] Aut hi quatuor verſus ſunt tollendi pro ſuperfluis, aut illi duo, quorum initium *Dum loquor*, ne bis idem dicat. Miror interpretes hoc non vidiſſe. Heins. In Francofurtenſi deerant verſus 604. 605. 606. & duo ſequentes margini adſcripti. *extremuit* unus Medic. *intimuit* Gebhardus. vid. ad lib. 11. 502.

606. *Tangebam.*] *Mulcebam* Ambroſianus & unus Mediceus. aptius amanti verbum: ita *barbam mulcere* 1. Faſt. 259. *tepido* etiam tres libri. quae ſollemnis confuſio. vid. ad lib. 111. 125. Burm.

607. *Contrecto.*] *Contracto* duo Leidenſes. ut *detracto* pro *detrecto* ſcribendum eſſe judicat Broukhuſius vid. ſupr. ad lib. v. 246. *pertrecto* unus Moret. *complector* viginti libri. deinde eleganti & Ovidiana repetitione, *tactum dureſcere* codex Sixi. *concreſcere* quoque unus Medic. mox, *inductis terris* omnes fere ſcripti. unus Heinſii, *inductas terras. in duris terris* tres alii.

610. *Gravis increvit.*] *Incurrit* Oxon. & unus Medic. *implevit* pr. Gronov.

[a] *Verſi.*] *Cum verſi in hominum figuras, in r. P. ut animos* &c. Colon.

[b] *Excepti.*] *Accepti* Colon.

[c] *A nullo exciperentur.*] *A nullo ultrò excipe-rentur* omnes editi.

[d] *Maxima voluptate.*] *Voluntate* MS. ut & Veneta & Micylliana. Muncker. *Voluntate* Parm. Lugd. Raen. Micyll.

[e] *Humillibusque.*] *Humillimis ad victum neceſſariis* Raener. *humilibus ad victum & neceſſariis* Parm. Lugd. Micyll. *humilibus & ad victum nec.* Colon. leg. *humilibus, ſed ad victum neceſ.* &c.

[f] *Sevocatis.*] *Ad ſe vocatis* Colon. *ſevocatis ſ. hoſpitibus* Raener.

[g] *Ipſos optatos.*] *Ipſorum optatos* Colon. *optatos* hic explica cum optaſſent, ut *juratus* & ſimilia.

[h] *In fruticem.*] Ita & MS. & Veneta. ſed perperam. Raenerius dedit, *in quercum.* Forte quia apud Ovidium in hac fabula legerat, *Tiliae contermina quercus collibus eſt Phrygiis.* Propius ad MS. lectionem accedit Micyll. *In Ilicem.* atque id rectum putem. Muncker. *Philemon cederet in fruticem* Colon.

[i] *Magnitudine.*] *Equorum multitudine* Par. Lugd. *aquarum multitudine* Micyll. Raener. Colon.

611. *Factum mirabile.*] Malim, *fatum.* ut & libro IX. 394.

Dumque refert Iöle fatum mirabile.

nam *factum mirabile* veteres illic plerique. Heins.

613. *Ab his.*] *Ad haec* unus Leidenſ. male. *ab* eſt poſt. vid. ad Epiſt. 11. 86. & alibi.

616. *Obſtupuere.*] Liber Statii, *obſtipuers.* recte. Ciofan. *Obſtrepuere* unus Mediceus, optime. ut indignationem indicet Poëta.

617. *Animo maturus & aevo.*] *Animi maturus & aevi* malim. ſic *aevi maturus Aceſtes* Virgilio lib. v. & lib. IX. *animi maturus Alethes.* paulo ante Noſtro *mentis ferox* Pirithous dicitur. Vide Notas lib. VI. vſ. 321. lib. XIV. 617.

——— *Remulus maturior aevi.*

Ita

Amnis ab his tacuit. factum mirabile cunctos
Moverat. irridet credentes; utque Deorum
Spretor erat, mentisque ferox Ixione natus;
Ficta refers, nimiumque putas, Acheloë, potentes
Esse Deos, dixit; si dant adimuntque figuras.
Obstupuere omnes; nec talia dicta probarunt;
Ante omnesque Lelex, animo maturus & aevo,
Sic ait: immensa est, finemque potentia coeli
Non habet: & quidquid Superi voluere, peractum est.
Quoque minus dubites; tiliae contermina quercus
Collibus est Phrygiis, modico circumdata muro.
Ipse locum vidi: nam me Pelopeïa Pittheus
Misit in arva, suo quondam regnata parenti.
Haud procul hinc stagnum; tellus habitabilis olim;
Nunc celebres mergis, fulicisque palustribus undae.
Juppiter huc, specie mortali, cumque parente
Venit Atlantiades positis caducifer alis.
Mille domos adiere, locum requiemque petentes:
Mille domos clausere serae. tamen una recepit,
Parva quidem, stipulis & cannâ tecta palustri:
Sed pia Baucis anus, parilique aetate Philemon
Illâ sunt annis juncti juvenilibus; illâ

Con-

Ita scribo. nam vetus codex, *aevo*. vulgati, *annis*. Claudianus lib. II. de Laudibus Stilich. 348.

—— *sed avus maturior aevi*
Martia recturo tradit praecepta nepoti.

Ut jam ex optimis libris illic castigavimus. Heins.

618. *Sic ait.*] Forte. *Vis*, *ait*, *immensa est.* sic Cicer. III. de Natur. Deor. 36. *vim deorum & potestatem*, dixit ut *numen* & *vim* Argumenti auctor: nam illud *sic ait* fere sermonis clausula esse solet; ut lib. x. 559. & ita semper fere Virgilius. Vid. Indic. Erythr. in *sic ait*. & in similibus formulis, *sic effata*, *sic fata* &c. Heinsius olim, *Dis ait*, *immensa est*, sed mutaverat sententiam.

619. *Peractum.*] In uno meo, *paratum est.* Ciofanus.

621. *Medio circumdata muro.*] Quidam *modico* legunt, non *medio*. Nauger. Scribo, *modico*, ut est in vetustis codicibus. Cons. Fanensis. In Vatic. & Urs. *Modico*. Omnino probabilius. Ciofanus. *Modico* praestantiores plerique. mox, *lacum* pro *locum* duo veteres. Heins.

622. *Nam me Pelopeïa Pittheus Misit in arva.*] Pitheus Lelegis pater fuit & Aethrae Thesei matris. *Pelopeïa* autem *arva* non Peloponnesum, ut quidam putant, sed Phrygiam dicit. nam Pelops Tantali Phrygiae regis filius fuit, qui inde in Peloponnesum venit. Regius. De Pittheo, quod is pater Lelegis fuerit, alibi, quod sciam, nihil legitur. proinde conjecturam hanc Regii, ut neque refellere, animus est, ita neque habeo, unde confirmem. lectorem tamen propter *Narycii* epitheton, quo suprà Lelegem appellat, commonendum putavi. Micyll. Pittheus filius Pelopis dicitur Scholiastae Eurip. Hippol. vers. II. ubi de ejus sapientia vide. Matrem ejus Hippodamiam facit Schol. Pindar. ad I. Olym. 144. Lelegis posteros recensent Schol. Eurip. ad Orest. 625.

625. *Celebres.*] Frequentatae. Ciofanus. *Celebres jungis* unus Med. pro *juncis*. *alisque paludibus* Idem. forte pro *ulvisque palustribus*; sed praestat nil movere.

626. *Mortalis.*] *Mortali* ex melioribus. Heins.

630. *Cannâ tecta palustri.*] An *texta?* Adi Notas lib. v. vers. 447. Heins. Ita jam conjecerat Priceus ad Apulej. Metam. IV. p. 189.

631. *Baucis anus.*] Fabulam hanc fuse prosecutus erat Callimachus in Αἴτιοις. hinc nomen illud in proverbium abiit apud Graecos, pro anu quacumque paupercula, ut & Hecales; & Iri pro mendico. *Pannucia Baucis* Persio dicitur Satyra quarta. Heins.

632. *Illa sunt annis juncti juvenilibus; illa.*] Epanadiplosis,

Conſenuere caſâ: paupertatemque fatendo
Effecere levem, nec iniquâ mente ferendam.
Nec refert, dominos illic, famulosne requiras;
Tota domus, duo ſunt: idem parentque jubentque.
Ergo ubi Coelicolae parvos tetigere penates;
Submiſſoque humiles intrârunt vertice poſtes;
Membra ſenex poſito juſſit relevare ſedili;
Quo ſuperinjecit textum rude ſedula Baucis.

Inde

ploſis, ut: *Antè novis rubeant, quàm prata coloribus, antè.* Julius Rufinianus & Diomed. auctores. CIOFAN. *Annis puerilibus* Oxon. Six. & duo alii.

633. *Paupertatemque ferendo.*] *Fatendo* Florent. S. Marci, prior Erfurt. prim. ſec. Palat. Cantabrig. tert. Medic. Spirenſ. aliique complures. recte. lib. XII. 407. *& amando, & amare fatendo Cyllaron una tenet.* Amor. I. Eleg. II.

Acrius invitos multoque ferocius urget,
Quam qui ſervitium ferre fatentur, Amor.

ſic & alibi ſaepe. paupertatem vel amorem fatetur, qui palam prae ſe fert, nec diſſimulat. lib. IX. 638.

Jamque palam eſt demens inconceſſamque fatetur
Spem Veneris. HEINS.

Joſ. Caſtal. Decad. VIII. obſ. 2. haec ad imitationem Horatii lib. I. Od. 24.

Durum, ſed levius fit patientia.

Naſonem ſcripſiſſe putat. *Fatendo* legendum certe eſt. Senec. de Conſt. XVII. *Paupertatis maledictum quosdam percuſſit, quam ſibi objecit, quisquis abſcondit.* BURM.

635. *Famulosne.*] *Famulosve* in quibuſdam. NAUGERIUS.

637. *Parvos tetigere penates.*] *Paucos* S. Marci, prim. Reg. Arondel. uterque Erfurt. prim. Palat. fragment. Theat. prim. Vatican. prim. Baſil. Spir. decem alii. *parcos* Bernegger. Oxon. & alii duo. Forte, *paulos penates.* nam in primo Regio aliisque nonnullis gloſſa erat adſcripta, *id eſt, paupères.* Varro, *Pauper à paulo lare.* libro VI. vſ. 327. *paulo faveas mihi murmure dixi.* ſic ex vetuſtioribus nonnulli. Faſtor. III. 837.

Et piget in paucis nomen habere caſis.

Ita & illic libri veteres. Forte, *paulis.* Solinus capite ultimo, *pauxillae aedes ignobiliter ad culmen faſtigatae.* ubi lego, *in culmen.* tamen apud Virgilium libro VIII. 543.

——— *Externumque larem parvosque penates*
Laetus adit.

Et apud Silium libro I. 616.

Ad parvos curru remeabant ſaepe penates.

Et libro VII. 173.

Nec figitum parvosque lares humilisque ſubire
Limina caelicolûm tecti.

Ita *parvulo lare*, & *exiguo lare* Apulej. I. Metam. Nolter IV. Faſt. 531.

Parvos initura penates.

Prior Gronovii etiam, *ſubiere penates.* ut lib. V. 282.

Subiere minores
Saepe caſas ſuperi. HEINS.

638. *Humiles intrarunt.*] Martial. II. Epigr. 53.

Sic tua non rectus tecta ſubire potes. DOUZA.

Portas Cod. Menardi.

640. *Quo ſuperinjecit.*] Sic in meo antiquiore. Duo Vat. *Quod.* CIOFANUS. *Quod* plurimi ſcripti. forte ſcripſerat, *quoi* pro *cui.* ut mox verſ. 662. pro *quae, quo* eſt in Juniano, pro *quoi*, vel, *cui*, ut malebat Heinſius. *tegmen* etiam Leid. *tegimen* Argent.

641. *Inde.*] *Inque* unus Leid. & tres alii. Heinſius malebat, *eque. demovit* etiam Voſſian.

641. *Et ignes ſuſcitat heſternos.*] Metaphora ab homine dormiente. Plautus in Moſtellaria II. I. 25. *Quis iſtic dormit?* Phil. *Callidates.* T. *Suſcita ipſum.* Virgilius lib. VIII. 455.

Evandrum ex humili tecto lux ſuſcitat alma.

Ibidem 410. priore illo modo:

Impoſitum cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes.
CIOFANUS.

642. *Cortice ſicco.*] *Vimine ſicco* unus Bonon. non male: mox, *producit* novem libri. *produxit* Cantabr. & Bernegg.

644. *Multifidasque faces.*] Facibus ſimiles. CIOFANUS. *Taedam multifidam* dici à poëtis ſcio. ſed hic *faces multifidas*, pro conciſis in fruſta videtur poſuiſſe. In Faſtis libro V. 508. de Hyrieo, in ſimili narratione, *Et promit quaſſas comminuitque faces*: ejuſmodi ſarmenta Vitruvius libro VII. cap. 10. *taedas ſchidias* appellat. *aut taedae ſchidiae comburuntur.* τῆς πεύκης σχίζαι. HEINS.

644. *Ramaliaque arida tecto.*] Sic *ramale vetus* pro *ramo veteri* apud Perſium Satyra prima. & Satyra quinta, *veteris ramalia fagi. Detulit*, quomodo mox in Petronii loco, *pannum de carnario detulit furca.* IDEM.

647. *Truncat olus foliis.*] Minutatim olera cum foliis incidit. REGIUS. Vel etiam folia oleris decerpſit, rejecto caule & ceteris inutilibus. MICYLLUS. Minutatim incidit, exponit Raphaël, olera cum foliis. quanquam etiam intelligi poteſt, pejora

Inde foco tepidum cinerem dimovit: & ignes
Suſcitat heſternos; foliisque & cortice ſicco
Nutrit; & ad flammas animâ producit anili:
Multifidasque faces, ramaliaque arida tecto
Detulit, & minuit, parvoque admovit aëno.
Quodque ſuus conjux riguo collegerat horto,
Truncat olus foliis. furcâ levat ille bicorni
Sordida terga ſuis, nigro pendentia tigno:

Ser-

pejora deponit folia, aut inutiles radices. ſed hoc minutum, & vix annotatione dignum. At in hoc nobis obiter quaedam notantur, ut doceam, qua attentione auctores legendi ſint, & quod adhibendum judicium. quibuſdam ſatis eſt tranſiliiſſe, & lectorem naſo ſuſpendiſſe, perinde atque nuſquam haeſitandum. ubi facilitas eſt, nugamur: ubi difficultas, ibi fit ſaltus indecorus. non nomino quenquam: ſatis enim quidam noti ſunt. at ſi ita faciundum, nihil facilius fuerit, quàm in auctores commentarium ſcribere. Glareanus. Recte. ita *trunca pinus* Virgil. III. Aeneid. 659. baculus ex pinu, cui folia & rami erant deciſa: & *truncae quercus* Valer. Fl. III. 445.

647. *Furca levat ille bicorni.*] Vatican. *Inde.* Briantii, alius Vatic. & Capranic. *illa:* rectè: ut ad Bauciden referatur. Sunt enim haec, quae à poëta narrantur, mulieris munera, & poëta ipſe ſatis oſtendit his verbis: *Quodque ſuus conjux riguo collegerat horto, Truncat olus foliis.* Quamvis haec ita eſſe poſſint; magis tamen placet legere *Inde*, ut item ad Bauciden referatur. Quam lectionem in prima editione non immeritò probavi. Ciofanus. Carnarium deſcribit, ubi carnes ficcandae ſuſpendebantur, aliaque, uſibus quotidianis neceſſaria, ut mox in verſibus Petronianis videbimus. Erat autem foco proximum, & fumo proinde expoſitum. Petronius Satyrico cap. CXXXV. *Mox incincta quadrato pallio cucumam ingentem foco appoſuit: ſimulque pannum de carnario detulit furca, in quo faba erat ad uſum repoſita, & ſincipitis vetuſtiſſima particula mille plagis dolata.* ex quo loco apparet furcâ deferri ſolita ex carnario ea, quorum uſus erat. idem Petronius mox: *Dum illa carnis etiam paululum delibat, & coaequale natalium ſuorum ſinciput in carnarium furcâ reponit, fracta eſt putris ſella, quae ſtaturae altitudinem adjecerat, anumque ſuo pondere dejectam ſuper foculum mittit.* Habes de furcâ denuo, & carnarium foco contiguum. Plinii locus de Carnario libro XIX. c. 4. p. 548. ſic legendus ex veſtigiis ſcriptorum: *Hinc primum agricolas aeſtimabant priſci: & ſic ſtatim faciebant judicium, nequam eſſe in domo matrem familias (etenim haec cura feminae dicabatur) cui indigens eſſet hortus, cuique è carnario aut macello vivendum eſſet.* Columella libro XII. cap. 53. de ſalſura ſuillae carnis. ubi inter alia: *Oportebit ſalem prius excuti, deinde aquâ dulci diligenter perlui, necubi ſal inhaereat, & paululum adſiccatum in carnario ſuſpendi, quo modicus fumus perveniat, qui, ſi quid humoris adhuc continetur, ſiccare eum poſſit.* Varro libro II. de R. R. cap. 4. *Et qui non audierit patres noſtros dicere, ignavum & ſumptuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius ab lanario, quam ex domeſtico fundo.* Auctor Moreti:

Non illi ſuſpenſa focum carnaria juxta
Durati ſale terga ſuis truncique rigebant.
Trajectus medium ſparto ſed caſeus orbem,
Et vetus adſtricti faſcis pendebat anethi.

Rigebant Scaliger repoſuit. ſed *vacabant* eſt in ſcriptis. *Replebant* opinor. Optime igitur ſeſe habent Plautina illa Captivis Act. IV. ſc. IV.

Adveniens deturbavit totum cum carne carnarium.

Nec detulit furca, ut fieri ſolet, carnes è carnario, ſed deturbavit. Nugantur, ne quid gravius dicam, qui *decribravit* legunt, & de vaſis interpretantur. Idem Plautus Curculione Act. II. Sc. III.

Pernam, abdomen, ſumen, ſuis glandium. ain? omnia haec?
In carnario fortaſſe dicis. P. imo in lancibus.

Non in carnario, ſed jam eſui parata. De carnario & illud Juvenalis capiendum Sat. XI. 82.

Sicci terga ſuis rara pendentia crate.

Et illa Petronii cap. CXXXVI.

Praeterea quae fumoſo ſuſpenſa tigillo
Conſervabat opes humilis caſa. mitia ſorba
Inter odoratas pendebant texta coronas,
Et thymbrae veteres & paſſis uva racemis.

Ubi verſu primo ſcribendum, *praetereaque è fumoſo*: ex quo loco liquidum & manifeſtum fit, cur *nigro pendentia tigno ſordida terga ſuis* dixerit Naſo. quod in verſibus Petronianis eſt *tigillum fumoſum.* atque huc fortaſſis trahendum illud è ſexta Juvenalis Satyra 321.

Tollit pendentis praemia coxae.

Ut de perna in carnario ſuſpenſa capiatur. Nec audiendus Janus Gebhardus, qui cum in uno ex Palatinis codicibus offendiſſet hoc Naſonis loco, *Horrida terga ſuis*, reponi volebat, *Torrida terga*, hoc eſt, ut ipſe interpretatur, fumo ſiccata. at nihil eſt

immu-

Servatoque diu resecat de tergore partem
Exiguam; sectamque domat ferventibus undis.
Interea medias fallunt sermonibus horas:
Sentirique moram prohibent. erat alveus illic
Fagineus, curvâ clavo suspensus ab ansâ:
Is tepidis impletur aquis; artusque fovendos
Accipit. in medio torus est de mollibus ulvis
Impositus lecto, sponda pedibusque salignis.
Vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo
Sternere consuêrant; sed & haec vilisque vetusque

Vestis

immutandum. *Sordida* enim *terga suis*, fumosa sunt. quomodo apud Statium Silvarum quarto ad Julium Menecratem, *Albanoque cadum sordentem promere fumo.* & apud eundem lyrico carmine ad Septimium Severum, *Culmenque multo lumine sordidum*, hoc est multo fumo lucernarum fuliginosum. habes & apud Silium Italicum libro VI. *sordentia fumo frena.* Persius Satyra VI.

——— *mihi festa luce coquatur*
Urtica, & fissa fumosum sinciput aure.

Ita enim & Scholiastes antiquus, & tres codices scripti, quibus sum usus. nec aliter ex suis magnus Casaubonus reposuit, cum ante *sinciput spumosum* legeretur. In eo autem assentiri viro summo non possum, quod *fumosum sinciput* de vetustate capitis aprugni capit, ut in Petroniano loco jam allato à nobis, *sincipitis vetustissima particula*, non recordatus apud Horatium quoque libro II. Sat. II. *fumosae pedem pernae* occurrere. *siccus petasunculus* eidem Juvenali Satyra septima 119. quomodo *sicci terga suis* undecima eundem dixisse jam vidimus. Ceterum etiam herbas siccatas in carnario suspensas ex Petronio ac auctore Moreti vidimus. Plinius lib. XVIII. cap. 25. *Miretur hoc, qui non meminerit, ipso brumali die pulegia in carnariis florere.* libro XIX. c. 8. *Pulegii natura in carnariis reflorescens saepius dicta est.* HEINS.

648. *Terga suis.*] Auctor Moreti: *Durati sale terga suis.* CIOFANUS. *Summo tigno* Leid. unus & pr. Gronov. & alius.

651. *Interea media fallunt sermonibus horas.*] Id quoque dubium de quibus intelligendum. de Diis omnino magis dictum apparet: sed mos tamen est, ut qui hospites suscipiunt, nondum apparato cibo, hospites dulci alloquio retineant. sed judicet lector. GLAREANUS. Lib. II. ex Pont. X. 37.

Saepe dies sermone fuit minor, inque loquendo
Tarda per aestivos defuit hora dies CIOF.

Ego mallem, si per codices liceret, *mediis fallunt sermonibus horas.* de quo egi ad lib. II. Art. 607. sed *medias horas* possumus capere, dum coquitur caro. BURM.

652. *Sentirique moram.*] Magna pars scriptorum, *Et sentire moram.* quatuor, *& sentire famem.*

653. *Dura suspensus ab ansa.*] Appensus ab anulo. CIOFANUS. Lege, *curva ab ansa* & sane Barberinianus *curva* pro diversa lectione agnoscit. nisi *curta* malis. quomodo *attritam ansam* dixit Virgilius. Sed alterum verius. HEINS. Eadem varietas lib. III. Amor X 14.

Et veterem curvo dente revellit humum.
Ubi *duro* unus Medic. & Farnes.

655. *In medio lecto.*] Sic quidem legitur, sed *tecto* forsitan pro *lecto* Ovidius scriptum reliquit, ut intelligamus in media casa torum & lectum fuisse, non ex plumis, sed ex ulvis palustribus confectum. REGIUS. Sed tamen & *lecto* recte legitur, si pro toto eo opere accipias, aut interiore etiam parte, cui thorus imponitur. Id quod & *impositi* epitheton probare videtur. MICYLLUS. Post hunc versum in uno meo, Caelest. Dominic. Briant & sex Vaticanis legitur hic alius. In Cap. lib. est in ora:

Concutiuntque torum de molli fluminis ulva.

In duobus aliis Vatic. Statii, & meo antiquiore non legitur: neque profecto sensus hoc loco postulat; nec mihi probatur. Sed placuit studiosis significare, quod invenerim. Unus tamen Vatican. & Ursini habent versum illum, qui in impressis non est, collocatum post hunc, *Impositus lecto, &c.* quo loco sensus eum requirit. Qua in re secutus sum judicium Galesii & nobilissimi adolescentis Caroli Belprati. *Impositis* autem per *i* in extrema syllaba legendum in superiore versu. Sic enim est in Statii, Urs. meis aliisque veteribus libris. In Domin. verò, *Imposito* per *o*, sed illud rectius videtur. CIOFAN. Non video quomodo torus in medio esse potuerit, qui mensae locus fuerit dandus. libri veteres magno numero interserunt post hunc versum:

Consternuntque torum de molli fluminis ulva.

Vel, *concutiuntque, constituuntque, conficiuntque*, quod in aliis est. Neapolitanus & Florent. S. Marci, tres quatuorve versus superiores manu recentiori adscriptos margini exhibent, quibus tamen con-

Veſtis erat, lecto non indignanda ſaligno.
Adcubuere Dei. menſam ſuccincta tremensque
Ponit anus. menſae ſed erat pes tertius impar:
Teſta parem fecit. quae poſtquam ſubdita clivum
Suſtulit; aequatam mentae terſere virentes.
Ponitur hîc bicolor ſincerae bacca Minervae,
Conditaque in liquidâ corna autumnalia faece,
Intubaque, & radix, & lactis maſſa coacti;
Ovaque, non acri leviter verſata favillâ;
Omnia fictilibus. poſt haec caelatus eâdem

Siſtitur

controverſia non eſt movenda. ſed ex hoc & praecedenti unum eſſe faciendum contendo, ac ſcribo:

——— *artusque fovendos*
Accipit. inde torum ſternunt de mollibus ulvis
Impoſitum lecto, ſpondâ pedibusque ſalignis,

Nam *Impoſitis*, non *Impoſitus* veteres plerique. Heinsius.

659. *Lecto non indignanda ſaligno.*] In uno meo, & Capran. legitur, *Sed non indigna.* In Vaticano, *ſet non indigna*, *ſet* per *t.* quo modo veteres librarii ſcriptitabant. quae lectio, ut verior, vehementer etiam atque etiam mihi probatur. Ciofan. Elegantius forte Palatinus, *ſed & haec vilisque vetusque Veſtis erat; lecto ſed non indigna ſaligno.* niſi cuiquam adverſativae geminatio non placet. Dan. Heinsius. Cantabrig. ſec. tert. Palatin. & decem alii, *ſed non indigna.* prim. Gronov. & unus meus. *tamen haud indigna.* nil muto. Heins.

661. *Pes tertius impar.*] Haec imitatus Architrenius capite de Parcitate:

Haec ſunt Fabricius quae legit oluſcula, quorum
Aſperitas modico ſale fracta & ſimplice lymfa:
Conſulis hae dulces epulae, lautique paratus
Quasque probat natura dapes. O terque quaterque
Baucida felicem, ſociumque Philemona lecti
Pauperis & menſae, cujus pes tertius impar,
Aequa ſub inducta tenuit menſalia teſta. Idem.

663. *Menta exterſere virenti.*] Alii, *mentae exterſere virentes.* ſed verum eſt, *mentae terſere virentes* cum codice S. Marci, ſec. Palat. tert. Medic. prim. Hamburg. aliisque quamplurimis. Idem.

664. *Bicolor ſincerae bacca Minervae.*] Intelligo baccam recentem, & nullo ſale aut muria conditam. Sic apud Columellam lib. xi. cap. 50. *Inter amurcam ſinceram* diſtinguitur, & illam, quae ſalem receperit. *Amurca, ſive quae ſincera defluxerit, ſive etiam quae ſalem receperit.* atque ita de axungia Plinius libro xxviii. cap. 9. libro xxxi. c. 7. *Quercus optima, ut quae per ſe cinere ſincero vim ſalis reddat.* ubi malim, *ut quaeque per ſe cinere ſincero vim ſalis reddit.* Heins. *Sinceram* Minervam caſtam interpretatur Criſpinus. Inepte. ego non *laeſam*, *incorruptam* interpretor, ut in Nuce ℣s. 22. *laeſa bacca* dicitur; & verſ. 35. *ſinceri trunci*, qui vulneratis opponuntur. ita Suet. Aug. 40. *ſincerum* opponit *incorrupto.* Burm.

665. *In liquida faece.*] *In liquido melle* unus Patav. & Moreti. *aut vernalia* pr. Vatic. unde Heinſ. *corna haud vernalia.*

666. *Intubaque & radix.*] *Intubaque radix* Genev. & pr. Ambr. unde Heinſius, *intubaque radixque.*

668. *Poſt haec caelatus eodem Siſtitur argento crater.*] In Palatino codice legebatur, *poſt haec caelatus eodem Siſtitur argillo crater*: quod eſſet, *eadem Siſtitur argilla:*

Poſt haec caelatus eadem
Siſtitur argilla crater. Dan. Heinsius.

Eodem argillo unus Palatinus. Graecis quidem ἄργιλος eſt, ſed apud Latinos obtinet, ut *argilla* dicatur. in primo Mediceo pro diverſa lectione, *argilla*, cum gloſſa, *id eſt*, *terra.* bene. in multis praeterea *de argilla* adſcriptum eſt pro interpretatione. ſic lib. v. Faſt. 522.

Terra rubens crater, pocula fagus erant.

Nec placet *caelatus crater* iſte. non enim tam delicatos Baucida & Philemona fuiſſe opinor, ut vaſis non niſi operis caelati ſint uſi. idem ille, qui craterem nobis argenteum hic commentus eſt, ut pretium credo illi adderet, caelatum quoque multa arte fabricatus eſt. quare legendum puto, *illatus crater. inferre craterem*, ut *inferre lucernam*, quod ſaepe apud Noſtrum occurrit, & contra *efferre.* appoſite A. Gellius Noct. Attic. libro ii. cap. 24 ubi agit de conviviis mutuitis, quae ludis Megalenſibus celebrari ſolita. *Qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutuitarent, jurare apud Conſules verbis conceptis, non amplius in ſingulas caenas ſumptus eſſe facturos, quam centenos vicenosque aeris, praeter olus & far & vinum, neque argenti in convivio plus pondo quam libras centum illaturos.* Propert. libro iv. Eleg. ix.

Lumina ſopitos turbant elata Quirites.

Intelligendum autem de vaſe vinario capaciori. unde Juvenalis *urnae cratera capacem.* Noſter *va-*

Siſtitur argillà crater; fabricataque fago
Pocula, quà cava ſunt flaventibus illita ceris.
Parva mora eſt; epulasque foci miſere calentes:
Nec longae rurſus referuntur vina ſenectae;
Dantque locum menſis paullùm ſeducta ſecundis,
Hìc nux, hìc mixta eſt rugoſis carica palmis,
Prunaque, & in patulis redolentia mala caniſtris,
Et de purpureis collectae vitibus uvae.
Candidus in medio favus eſt. ſuper omnia vultus
Acceſſere boni: nec iners pauperque voluntas.
Interea, quoties hauſtum cratera repleri
Sponte ſuà, per ſeque vident ſuccreſcere vina,
Attoniti novitate pavent, manibusque ſupinis
Concipiunt Baucisque preces, timidusque Philemon:

Et

ſtum cratera libro XII. *ingentem* lib. V. *magnos crateras* Virgilius non uno loco. crateras autem cum ne in regum quidem conviviis, niſi ahenos & inauratos ſoleant poëtae apponere, quanto lautiore apparatu ſplendidiſſimus noſter Philemon & Baucis illa opulenta argenteos, ſi Dîs placet, crateras hic oſtentant! & tamen *nullos paratus* Noſter, quod mireris maximè, paulo poſt eſt dicturus. HEINS. Rigaltius ad Tertull. de Cultib. Femin. lib. I. c. 2. retinet vulgatam, & explicat nullo argento caelatus, aeque non argenteus, ac reliqua quae praeceſſerant. Similem jocum illum Juvenalis Satyr. III. 205. putat Douza, *recubans ſub eodem marmore Chiron.* Gebhard. lib. III. Crep. 23. *eodem ſiſtitur argillo* legit, ſed *eodem* interpretatur, *in eundem locum.* BURM.

670. *Quae cava ſunt.*] In nonnullis, *qua cava ſunt.* NAUGER. *Qua* ex melioribus. HEINSIUS. Ita & Behotius conjecerat Apophor. lib. III. c. 17.

673. *Dantque locum.*] Hic verſus praecedenti videtur praeponendus. HEINS.

673. *Menſis paullum ſeducta ſecundis Hic nux:*] Huc faciunt verba illa de Nuce; quae ſecundis menſis apponitur:

Poma cadunt menſis non interdicta ſecundis. CIOF. *Subducta ſecundis* Sprotii & duo alii. *reparata ſecundis* Junian.

674. *Caryca.*] Ficus eſt ſpecies caryca, à Caryca Laconiae loco, ubi optimae naſcuntur denominata, quae quia optimae ſunt ſiccae, hinc uſus obtinuit ut carycae pro ficubus ſiccis accipiantur. REGIUS. Aridae ficus à Graecis ἰσχάδες peculiariter appellantur. *Carica* autem apud Macrobium & Plinium per *I.* ſcribitur. Eſtque Syriacae ficus ſpecies. Plinii verba ſunt libro decimo tertio capite quinto: *Syria praeter hanc peculiariter habet arbores. In nucum genere Piſtacia nota. In ficorum autem Carisas, & minores ejus generis, quae cottana vocant.* Et Laconiae locus, de quo hic Regius meminit, apud Stephanum non *Caryca*, ſed κάρια dicitur. Quanquam & caricas ſiccari ſolitas idem Plinius oſtendit lib. XV. cap. 19. Ubi ait: *Sale ſiccatis & caſei loco veſci, nuper excogitatum eſt. Ex hoc genere ſunt ut diximus cottana, & caricae*, &c. MICYLLUS. Apud Petron. cap. 64. proverbium plebejum occurrit, *abiſtis dulces caricae.* ubi viri docti edulium ex variis condimentis miſcellum intelligunt.

675. *Redolentia mala.*] Vaticanus, *poma.* CIOF. *Volentia* Florent. S. Marci. primus Mediceus & prior Hamburg. cum Spirenſi, *olentia.* alius Mediceus, *dolentia.* In nonnullis vetus lectio eraſa. Scribe, *halantia.* ſic, *halantes floribus hortos* dixerat Virgil. IV. Georg. 109.

Invitent croceis halantes floribus horti.

Et ejus imitatione Claudianus lib. II. in Stilic. 467.

Croceis halantes floribus hortos
Ingreditur.

Ita enim locum illum ex veſtigiis codicum veterum emendo. idem Epithal. Palladii 103.

juga floribus halant.

Rapt. Proſerp. II. 288.

Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores.

Halans vinum in Paullini carmine de nono Felicis natali. Apud Propertium quoque lib. III. Eleg. XXIV. loco mendoſiſſimo caſtigandum opinor:

Limina jam noſtris valeant halantia ſertis.

Cum inſulſe nunc legatur, *lacrymantia verbis.* Virgil. lib. I. Aeneid. 417.

Ture calent arae ſertisque recentibus halant.

Tò *valeant* abſorpſerat *halantia.* Sidonius carm. II.

Halant rura roſis.

Carm. XXII.

Videas hic ipſa placere
Supplicia & virides violis halare catenas.

Enno-

Et veniam dapibus, nullisque paratibus orant.
Unicus anſer erat, minimae cuſtodia villae:
Quem Dis hoſpitibus domini mactare parabant:
Ille celer pennâ tardos aetate fatigat;
Eluditque diu: tandemque eſt viſus ad ipſos
Confugiſſe Deos. Superi vetuere necari;
Dique ſumus; meritasque luet vicinia poenas
Impia, dixerunt. vobis immunibus hujus
Eſſe mali dabitur: modo veſtra relinquite tecta;
Ac noſtros comitate gradus; & in ardua montis
Ite ſimul. parent ambo, baculisque levati
Nituntur longo veſtigia ponere clivo.
Tantum aberant ſummo; quantum ſemel ire ſagitta
Miſſa poteſt: flexere oculos, & merſa palude

Cetera

Ennodius;

Sic tua ter denis animarum cultor in armis
Halant rura roſas.

Adi Notas lib. IV. Ŷs. 393. apud Martial. III. Ep. 65.

Quod ſpirat tenerâ malum mordente puellâ.

Apud Juvenalem Satyra XI. 74.

Aemula Picenis & odoris mala recentis.

Putabam aliquando, *ridentia mala.* Ut *ridentia lilia* Rutil. II. Itiner. ſub finem. Heins.

678. *Nec iners.*] *Nec inops* duo Medic. unus Leid. Barber. & Ambroſ.

679. *Interea, quoties, &c.*] Duo Vatic. & alii omnes ſcripti, *Totiens.* Ciof. Simplicius in Palatinis ita concipitur hic locus:

Interea, toties hauſtum cratera, repleri
Sponte ſua, per ſeque vident ſuccreſcere vina.
Attoniti novitate pavent. Dan. Heins.

Exhauſtum toties plurimi. *exhauſtu quoties* Sixi & unus Moret. deinde, *ſua creſcere vina* Voſſ. Leid. duo & duo alii. *concreſcere* Junian. *ſuccedere* unus Medic.

682. *Concipiunt Baucisque preces, timidusque Philaemon.*] Hic verſus mox repetetur, verùm in lib. Maffejanis, & uno Vatican. non legitur. In Urſini eſt repoſitus in ora. quo fit, ut credam Ovidii non eſſe, & ſine cauſa repetitum. Ciofanus, *Suſcipiunt* pr. Gronov. mox, *ut veniam* idem. quare Heinſ. legebat, *ut orent.*

286. *Celer pennis.*] *Pennas* unus Medic. ut ſit Graeciſmus.

687. *Illuditque.*] *Eluditque* cum pleriſque. Heins.

689. *Luet.*] *Luat* tert. Bonon. Heinſius malebat, *luant*, vel *luent.* Vid. ad lib. II. 688. *dabit* Ambroſ.

690. *Immunibus hujus.*] Venuſte unus Heinſii,

Vobis immunibus unis
Eſſe mali dabitur.

Immunibus haeres Junian.

693. *Ite ſimul. parent; & Dis praeeuntibus ambo*
Membra levant baculis: tardique ſenilibus annis
Nituntur longo veſtigia ponere clivo.] Verſus medius in optimo Florentino S. Marci, Neap. Spirenſi & uno Mediceo, manu recentiori adſcriptus eſt margini. & puto tollendum: primus ſic in eodem S. Marci codice exhibebatur,

Ite ſimul. parent ambo, baculisque levatis.

Pro *levati.* quod diſertim Spirenſis agnoſcit. atque ita in Neapol. etiam videtur exaratum fuiſſe, erat enim eraſa vetus lectio. illud, *tardique ſenilibus annis*, nugatoris commentum eſt, nam ſenio confectos fuiſſe tam Baucida quam Philemonem jam ſupra non ſemel monuerat, jamque & *tardos aetate* vocarat. nec opus eo *Dis praeeuntibus*, cum & Deos juſſiſſe ut ſe comitarentur, & illos paruiſſe praemiſerit. pro tribus itaque verſibus duo, quos exhibuimus in contextu, ſunt reponendi. Heins.

695. *Quantum ſemel ire ſagitta.*] Neapol. & ſec. Medic. *finire ſagitta.* ſic *finire pacem intra moenia* auctor Elegiae in Nucem. Noſter lib. II. Faſt. 222.

——— *riparum margine finit aquas.*

Et ibidem ad Terminum:

Tu populos, urbesque & regna ingentia finis.

Vulgatam tamen hoc loco agnoſcit Gunther. Ligurini libro VIII.

Stabat ab obſeſſa non multo longius urbe,
Quam ſemel exiliens arcu jaciente ſagitta
Ire poteſt. Heins.

696. *Merſa vident, quaeruntque ſuae pia culmina villae. Sola loca ſtabant, dum deflent fata locorum.*] Haec duo carmina in lib. Statii non leguntur. In meo antiquiore & Urſini non eſt ſuperior verſus: Item in duobus Vaticanis. Atque ille alter poſterior in his quatuor libris repoſitus eſt in ora. In altero meo notatum eſt in margine, *vacant*, quo verbo ambos adulterinos eſſe oſtenditur.

Cetera prospiciunt: tantum sua tecta manere.
Dumque ea mirantur; dum deflent fata suorum:
Illa vetus dominis etiam casa parva duobus,
Vertitur in templum: furcas subiere columnae:
Stramina flavescunt; adopertaque marmore tellus,
Caelataeque fores, aurataque tecta videntur.
Talia cum placido Saturnius edidit ore:
Dicite, juste senex, & femina conjuge justo
Digna, quid optetis. cum Baucide pauca locutus,
Consilium Superis aperit commune Philemon:
Esse sacerdotes, delubraque vestra tueri
Poscimus: & quoniam concordes egimus annos;
Auferat hora duos eadem: nec conjugis umquam
Busta meae videam: neu sim tumulandus ab illâ.

Vota

Quamobrem hinc tollendos atque expungendos censeo. Sentit & mecum ingeniosus Galesius. In alio libro veteri Capran. aliena manu uterque versus in margine repositus est. Ciof. *Mersa vident quaeruntque suae pia culmina villae.* Hic denuo versum ejecimus, idque ex auctoritate utriusque Hamburg. Oxon. Arondel. Thuan. Neapol. prim. Palat. prim. Medic. cum octo aliis. Nec agnoscunt à manu prima Florent. S. Marci & primus Regius. quidam tam editi quàm scripti hunc versum, qui ferri non potest,

Sola loco stabat, dum deflent fata suorum,

Paulo post agnoscunt. Heins. Douza retinebat & legebat:

Sola loca stabant, dum deflent fata locorum.

Ut ultima in *loca* producatur propter sequentes consonantes. & eandem esse sententiam, quae in illis: *Hic ubi nunc urbs est, tunc locus urbis erat.*

698. *Dum deflent fata locorum.*] Libri veteres, *Dum deflent fata suorum.* Ita porrò secundo ab hoc versu: *Dumque ea mirantur, dum deflent fata suorum.* Ciof.

699. *Casa parva.*] *Pena* Junian. ut sit pro *plena.* eleganter, quae tam angusta erat, ut vix duos caperet.

701. *Adopertaque marmore tellus.*] Ex fide optimorum codicum haec legenda sunt hoc ordine, quo à nobis exhibentur. Mox codices denuò ex editis nonnulli & ex scriptis odiose versum exhibent, qui jam supra occurrebat:

Concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon. Heinsius.

703. *Talia tum.*] *Cum* ex scriptis. ut saepe alibi. Idem.

704. *Foemina conjuge justo digna.*] *Foemina conjuge digno digna* tres scripti. sic apud Val. Flaccum libro VII. 290.

——— *tu laude nova, tu supplice digno*
Dignior.

Et in illo veteri carmine à rusticis cantato, apud Festum:

Digna dignis. sic Sarmentus habeat crassas compedes.

Tibullus libro IV. Eleg. VII.

——— *cum digno digna fuisse ferar.* Idem.

706. *Judicium superis, &c.*] In uno meo & uno Vatic. Dominic. & Caeleſt. *Consilium superis.* Quod melius & probabilius est. In altero meo, Capran. & Statii, *Indicium.* Aeque bene. Unde factum est *judicium*, *u* pro *n* posito: sed malè. Ciofan. *Judicium* pro sententia dixit. *Indicium* plurimi veteres. Excerpta Jureti & Calandrae cum octo scriptis, *Consilium.* quod non est omnino negligendum. Heins.

708. *Egimus annos.*] Suprà VII. 752. *& dulces concorditer exigit annos.* Virgilius lib. I. Aeneid. 74.

Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat.

Terent. in Hecyra III. v. 40.

Illique exopto, ut relliquam vitam exigat
Cum eo viro, me qui sit fortunatior. Ciof.

712. *Annis aevoque soluti.*] Malim, *annis senioque soluti.* Heins.

713. *Ante gradus sacros.*] Sic libri veteres, sicque legendum. Ciofanus. *Dum starent* novem scripti.

714. *Narrarent casus.*] In duobus meis, Statii & Caeleſt. *Narrassent.* Ciof. *Inciperent* Neap. & sec. Medic. non invenuste. Heinsius. In septem scriptis offenditur, *inciperent*, quod recepi, quia respicitur ad morem, quo aeditui templorum peregrinos edocebant de templorum origine, sacris & aliis, quae venerationem incuterent. Prudentius Hymno IX. Cassiani VI. 17.

Addi-

Vota fides ſequitur. templi tutela fuere,
Donec vita data eſt. annis aevoque ſoluti
Ante gradus ſacros cum ſtarent forte, locique
Inciperent caſus; frondere Philemona Baucis,
Baucida conſpexit ſenior frondere Philemon.
Jamque ſuper gelidos creſcente cacumine vultus,
Mutua, dum licuit, reddebant dicta; Valeque,
O conjux, dixere ſimul, ſimul abdita texit
Ora frutex. Oſtendit adhuc Tyaneïus illic
Incola de geminâ vicinos arbore truncos.
Haec mihi non vani (neque erat cur fallere vellent)
Narravere ſenes. equidem pendentia vidi
Serta ſuper ramos: ponensque recentia, dixi,
Cura pii Dîs ſunt, &, qui coluere, coluntur.

FAB.

Aedituus conſultus ait, quod proſpicis, hoſpes,
Non eſt inanis aut anilis fabula, &c.

Plin. xxxvi. 5. narrat: *Epheſi in templo Dianae eſſe Hecatem in cujus contemplatione admonet Aedituus, parcere oculis, tanta marmoris radiatio eſt.* Sed praecipue Horatii Scholiaſtes ad illa II. Epiſt. I. 229.

Sed tamen eſt operae pretium cognoſcere, quales
Aedituos habeat, belli ſpectata domique
Virtus.

Narratores atque indices. Aeditui enim templorum ac numinum, quibus inſerviunt, ſacrorum originem advenis & ignorantibus narrant. Saepe ergo narraverant, & nunc cum denuo inciperent, mutati fuere illi, qui adhuc templi tutela fuerant; *incipere* vero ita & lib. IX. 281.

Cui ſic
Incipit Alcmene.

Lib. VI. Faſt. 352.

Incipe, ait, Marti: protinus ille refert.

Et alibi. BURMANNUS.

716. *Super geminos.*] Mox iteratur haec vox, *gemina de arbore*, ubi mutari non debet. quare praeſtat hic cum Juniano legere, *gelidos*, quia jam ſanguis fugerat; & ita ſaepe in aliis metamorphoſibus Noſter. confundi vero has voces videbis, etiam lib. IV. 624. & apud Statium lib. IV. Theb. 653. *geminae jam ſidere brumae*, ubi & MSS. *gelidae.* BURM.

719. *Tyaneïus Incola.*] Tyania regio eſt confinis Phrygiae, unde *Tyaneïus* declinari videtur. REGIUS. Τύανα, inquit, Steph. πόλις μέση Κιλικίας καὶ Καππαδοκίας, ὑποπεπτωκυῖα τῷ Ταύρῳ, τῷ κατὰ τὰς Κιλικίους πύλας. οἱ πολῖται Τυανεῖς. hinc *e*, in *n* converſa fit, *Tyaneïus*. MICYLLUS. Tyana, urbs Cappadociae, media inter Caeſaream & Tarſum, urbem Ciliciae; Apollonio alumno nobilis. Quî vero Tyaneïus potuerit oſtendere rem in Phrygia geſtam, non video, niſi forte alia ſit in Phrygia Tyana. FARN. Certe ſuſpecta haec vox, *Tyaneïus*, quia Tyana nimis remota à Phrygia. neque quid reponam habeo. ſed ut acutiores exerceant ſe, indicabo varias codicum lectiones, in quibus eſt, *Fineïus*, *Trineïus*, *Thineyus*, *Thineïus*, *Cineïus*, *Tirinthius*, *Tirinctius*, *Chineïus*, *Tyreneus.*

720. *Incola de gemino.*] In uno Vaticano, *Incola de medio*, &c. in alio Vaticano, Statii & uno meo, *Incola de gemina vicinos arbore truncos.* CIOFANUS. Praefero ultimam lectionem: nunc trunci tantum reſtant de arboribus, quae longo tempore exaruerunt, & ramos amiſerunt.

721. *Nec erat cur.*] *Nec erant qui f. vellent* unus Mediceus; etiam non male.

723. *Super ramos.*] De more coronandi arbores vid. Pricae. ad Apulej. Apolog. pag. 134. Elmenhorſt. ad Arnob. lib. I. pag. 36. Herald. pag. 37. vid. & mox vſ. 744. BURM.

724. *Cura Deûm Di ſint.*] Nihili haec ſunt, nec ad rem quicquam faciunt. *Cura Dei dii ſunt* in uno Mediceo. in uno meo, *Cura deûm ſunt iſti ſint.* in uno Leidenſi, *Cura deum ſunt iſti. ſint iſti* Spirenſis. Caſtigatiores certe plerique, *ſunt*, non *ſint*; & *coluntur*, non *colantur.* Noricus, *Cura deûm hi ſunt.* Scribe:

Cura pii Dîs ſunt, & qui coluere coluntur.

Quod proxime ad Medicei libri ſcripturam accedit. ſic in Faſtis lib. II. 117.

Di pia facta vident.

Apud Horatium libro I. Od. XVII.

Dîs pietas mea curae eſt.

Apud Maronem lib. I. 603.

Dî tibi, ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid
Uſquam juſtitiae eſt, & mens ſibi conſcia juſti.

Fab. X. Argumentum.

[a] Proteus in varias figuras.

Achelous inter epulas Theſeo, quem receperat hoſpitio, [b] *enarrans hos,* [c] *qui ſe in alienam figuram vertiſſent,* [d] *emiranti caſus mortalium, etiam qui* [e] *in plures figuras abierunt, refert,* [f] *ut Protea, Neptuni filium, ſolitum modo in juvenem, modo in leonem, interdum in aprum, alias in anguem,* [g] *& cetera animalia converti,* [h] *quibus inſidias poſſet eludere.*

Deſierat: cunctosque & res & moverat auctor:
Theſea praecipuè: quem facta audire volentem
Mira Deûm, nixus cubito Calydonius amnis
Talibus adloquitur: Sunt, ô fortiſſime, quorum
Forma ſemel mota eſt, & in hoc renovamine manſit.
Sunt, quibus in plures jus eſt transire figuras:
Ut tibi, complexi terram maris incola, Proteu.
Nam modo te juvenem, modo te videre leonem;
Nunc violentus aper, nunc, quam tetigiſſe timerent,
Anguis erat; modo te faciebant cornua taurum.

Saepe

Apollo apud Callimachum Hymno in Delum, εὐαγέων δὲ καὶ εὐαγέσσι μενοίμην. Heins.

[a] *Proteus.*] *Proteus in ſpecies* Parm.

[b] *Enarrans hos.*] *Enarrans de his* Colon.

[c] *Qui in ſe alienam figuram vertiſſent.*] *Se* non habent Parm. Lugd. *qui in alienam figuram vertiſſent* Raener.

[d] *Emiranti.*] Ita MS. & Veneta, non *miranti.* ut Raener. & alii ediderunt. Horat. lib. 1. Od. 5. *Nigris aequora ventis Emirabitur inſolens.* Ita *emori* pro *mori* Phaedr. lib. 1. cap. 7. *cogitque miſeras arida ſede emori.* Salluſt. Cat. 20. *Nonne emori per virtutem praeſtat?* Catull. carm. 53. *Quid eſt, Catulle, quod moraris emori?* Ergo nihil neceſſe, ut *mori* in Phaedro pro *emori* referibatur. Munck. *Miranti* Micyll. Colon.

[e] *In plures figuras.*] Poſtremam vocem nec MS. nec Veneta agnoſcunt. Et ſane ſalvo ſenſu abeſſe poteſt, nec ineleganter. Muncker. Abeſt Parm. Lugd. Colon. *abierunt* etiam Raen. Colon.

[f] *Ut Protea.*] *Et Protea* MS. cum Venet. & Micyll. Munckerus. Ita & Parm. Lugd. *Ex quibus Protheum p. f. ſolitum dicit.* Colon. *ex quibus Protea* Marg. Micyll.

[g] *Et cetera.*] *Et in cetera* Colon.

[h] *Quibus inſidias.*] *Quibus inſidians* Parm. *q. inſidiantes* Micyll. Colon.

727. *Nixus cubito.*] *Innixus* Cantabr. & tredecim alii. ſic lib IX. 518. *cubitoque innixa ſiniſtro, niſus* & *inniſus* nonnulli.

727. *Calydonius amnis.*] In utroque meo, Statii & Briantii, *Calydonius heros.* Utrumque rectum. Ciofanus.

730. *Transire.*] *Transiſſe* unus Medic. & Baſil.

731. *Complexi.*] *Complexo* unus Moreti. *terras* tres.

733. *Quem tetigiſſe timerent.*] *Quam* prim. Medic. & Spirenſ. Vide Notas l. IV. Vſ. 495. Heins.

734. *Anguis.*] *Tigris* Genevenſ.

736. *Liquidarum.*] *Nitidarum* Fragm. Theatin.

[a] *Meſtra in.*] *Meſtra Eriſitonis filia in diſſimilem figuram & Eriſiton in famem.* Parm.

[b] *Meſtra.*] Ita malui, quam *Meſtre*, quod Veneta & MS. praeferebant. Μήστρα enim appellat Tzetzes in Lycophronem & Palaephatus cap. 24. in codicibus nonnullis MSS. *Hypermeſtram* Anton. Liberalis cap. 17. qui & patrem ejus Aethonem facit. Muncker. *Meſtre* Parm. Lugd. Raen. *Metra* Micyll. Colon.

[c] *Animadverſſet.*] *Adverſſet* Colon.

[d] *Graviſſimam expertum famis poenam.*] Ita MS. Sed Veneta, *graviſſimam experiri fame poenam.* Munckerus. Ita & Parm. & Micyl *experiri famis poenam* Lugd. *experiri famem, quod ſe quoque noviſſime rebus aliis omnibus conſumptis vendidiſſet* Raen. *experiri famem pene omnibus rebus pro eo conſumptis, n. quoque p. a. ſe vendidit. ſed a N.* Colon. *Vendidit* etiam Micyll.

[e] *Qui eius.*] *Qui ei* Colon.

[f] *Ut eis.*] *Ut ei* Colon. *ut ſibi* Raener.

[g] *Cum*

Saepe lapis poteras, arbor quoque saepe videri.
Interdum, faciem liquidarum imitatus aquarum,
Flumen eras: interdum undis contrarius ignis.

Fab. XI. Argumentum.

[a] Mestra in varias species.

[b] *Mestra Erisichthonis filia, Autolyci uxor, cum parentem* [c] *animadvertisset, quod in Thessalia lucum Cereris devastasset,* [d] *gravissimam expertum famis poenam, omnibus rebus ab eo consumptis, novissimè se quoque pro ancilla vendidisset, à Neptuno,* [e] *qui ejus virginitatem ademerat, petiit* [f] *ut eis ferret opem. At ille, memor ejus concubitus,* [g] *cum speciosissima domino tradita esset, ut effugeret ejus servitutem, in piscatorem eam* [h] *processioris aetatis convertit. Quo eventu* [i] *in reliquas quoque figuras* [k] *solita est mutari, ut pretio sui parentem poenas pendentem alere posset. Cujus exitus fuit talis,* [l] *ut varios in fame cibos novissimè visceribus suis epulari cogeretur.*

NEc minus Autolyci conjux, Erisichthone nata,
Juris habet. pater hujus erat, qui numina Divûm
Sperneret; & nullos aris adoleret honores.

Ille

[g] *Cum speciosissima.*] *Cum quaestuosissima fortasse* Marg. Micyll.

[h] *Processioris aetatis.*] Hanc lectionem cum MS. & Veneta repraesentat. Sed mallem *provectioris*, vel *progressioris*. Vulg. Interpr. Josuae cap. XXII. ℣s. 2. *Ego senui, & progressioris aetatis sum.* Etiam Graecis πρέσβυς ὁ γεραιός. Τοῦτο δὲ ἐκ τοῦ προβεβηκέναι τῶν ἄλλων τοῖς χρόνοις, ut est apud Basilium in Exercitatione Grammat. Lucas cap. II. ℣s. 36. Αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς. Muncker. *Proclerioris* Lugd. vitiose pro *provectioris* ut habet Micylliana. *in piscatoris proclivam aetatem convertit.* Colon. reliqua ita exhibet Raenerius. *Concessitque ut in quascunque vellet figuras se convertere posset, ut pretio sui parentem poenas pendentem alere posset. Sed cum saepius pretio emptores fraudasset, jamque doli omnes consumpti essent, novissime Erisichthon membra sua devoravit, dignumque sua impietate exitum sortitus est.*

[i] *In reliquas.*] *In* omittunt Parm. Lugd.

[k] *Solita est mutari.*] *Solitam dixit mutari, u.p. s.p. p. sentientem a. p.* Colon.

[l] *Ut varios in fame cibos, &c.*] Hanc cum MS. & Venet. lectionem exhibet, sed corruptam procul dubio. Vidit id quoque Raenerius: verum quomodo emendanda esset cum non item videret, istam ex Regianis commentariis assuit huic argumento clausulam: *Sed cum saepius pretio emptores, &c.* Adi ipsum & Regium ad illa Nasonis, *Erisichthone nata.* Ceterum *epulari* cum ablativo construit etiam Firmicus in de E. P. G. pag. 13. Ed. Leid. *Quis divisit? quis membris ejus epulatus est?* Munck. *Ut post varios i.f. c. novissime etiam de visceribus s. e. c.* Micyll. *ut post varios i. f. cibos etiam viscera sua e. c.* Colon. deinde adjiciunt Parm. Lugd. Micyll. Col. haec, *non enim sinunt superi sive fata, ut Ceres cum fame coire possit.*

738. *Autolyci conjux.*] Hanc Metram, vel Mestram vocant. sed Pausanias Arcadicis lib. VIII. c. 4. Autolyci uxorem fuisse Neaeram Perei filiam ait, ita ut duas debuerit habuisse, & unâ viduatus alterutram harum duxisse. Burm.

738. *Erisichthone nata.*] Fabula Erisichthonis describitur apud Callimachum in hymno Cereris 98. ubi & patrem Erisichthonis Triopam vocat idem poëta, filium Neptuni ex Canace, Aeoli filia, his versibus:

Τοῖα τὸν οὐκ ἄϊοντα Ποσειδάωνα καλιφρέων
Ψευδοπάτωρ, ἴδε τὸν δὲ τεοῦ τρίτον. εἰπερ ἐγὼ μὲν
Σεῦτε καὶ Αἰολίδος Κανάκης γένος, &c.

Verba Triopae sunt patris. arborem autem, quam hic Quercum facit Ovidius, idem ille αἴγειρον, hoc est, Alnum vocat. ℣s. 38.

Ἡ'ς δὲ τις αἴγειρος, μέγα δένδρεον, αἰθέρι κῦρον.
Τῷ δ' ὕπο ταὶ νύμφαι ποτὶ τῶνδιον ἐψιόωντο.

Ceterum illud hoc loco quaerendum videtur, utrum, quem hic Ovidius & illic Callimachus (ut quidem nunc legitur) *Erisichthona* vocant, *Erisichthon* magis dicendus sit, ab ἔρι intendendi particula, & σιτεῖσθαι, hoc est, depascendo, quod omnia depa-

Ille etiam Cereale nemus violaſſe ſecuri
Dicitur; & lucos ferro temeraſſe vetuſtos.
Stabat in his ingens annoſo robore quercus;
Una nemus: vittae mediam, memoresque tabellae,
Sertaque cingebant, voti argumenta potentis.
Saepe ſub hac Dryades feſtas duxere choreas:
Saepe etiam, manibus nexis ex ordine, trunci
Circuiere modum: menſuraque roboris ulnas

Quinque

depaſceret & voraret. MICYLLUS. Refutat hanc Micylli opinionem Leopardus Emendat. lib. XIII. cap. 19. ubi plura de hac fabula. Jul. Caeſ. Scaliger vero lib. v. Poëtic. cap. 8. hanc Ovidii deſcriptionem cum Callimachi componit, & ſecundum Ovidium ſententiam fert. BURM.

740. *Aris adoleret honores.*] *Odores* vetuſtiores plerique. Virgilius tamen Aen. III. 547.

Junoni Argivae juſſos adolemus honores. HEINS.

Et Noſter paſſim, *turis honorem* vocat. vid. lib. x. 681. XIV. 130. II. Triſt. 76. Ubi tamen etiam *odore.* vid. ad Petron. cap. CXXXIII. *adhiberet honores* etiam tres. *donaret* unus. BURM.

743. *Robore.*] *Cortice* unus Medic.

744. *Una nemus.*] Vide ad Epiſt. XV. 160.

745. *Potentis.*] Mallem *potentum*, id eſt qui voti compotes erant facti. Stat. IX. 551.

Sic ait & ſeſe voti facit ipſe potentem.

Faſt. III. 269.

Saepe potens voti frontem redimita coronis
Foemina.

Sup. verſ. 80.

Votique mei factura potentem. HEINS.

748. *Circumiere.*] In libro Statii aliisque veteribus. *Circuiere* ſine *m.* Verùm *m* neceſſariò requiritur. In lib. I. Pont. II. 20. *More lupi clauſas circumeuntis oves.* Juvenalis V. 23. *Frigida circumeunt pigri Sarraca Bootae.* CIOFANUS. Sed Broukhuſius noſter ad Propert. lib. II. Eleg. IV. 26. oſtendit *circuire* ſcribendum eſſe. in Juvenalis loco legitur, *circumagunt. concurrere* hic unus Mediceus. *domum* etiam unus Leidenſ. vid. ad II. Art. 361. ut ita corticem vocet domum nymphae ſub arbore viventis. de craſſitudine vero arborum vid. Plin. XVI. 40. BURMANN.

750. *Quantum fuit herba ſub omni.*] Sic omnes ferè veteres libri. Vulgati, *ſub illa.* CIOFAN. Locus male habitus. Florentinus S. Marci, Bernegger. prim. Hamburgenſis, Cant. prim. Gronovii, prim. tert. quart. Medic. Spirenſ. & alii multi, *tanto* & *quanto.* recte. deinde, *fuit herba ſub omni* in pleriſque caſtigatioribus. niſi quod in prim. Erfurt. prim. Gronov. & uno meo, *jacet herba ſub omni.* Rottendorphianus, *Silva quantum fuit herba ſub illa.* prim. Medic. *quanto fuit herba ſub arbore.* Scribe:

——— nec non & cetera tanto
Silva ſub hac, ſilvâ quanto jacet herba ſub omni.

Libro XIII. 368.

——— quanto dux milite major,
Tanto ego te ſupero.

Ita rectè meliores codices. *jacet ſilva*, ut libro II. 179.

——— terrae penitus penitusque jacentes.

Seneca Hercule Furente, 720.

——— Campus hanc circa jacet,
In quo ſuperbo digerit vultu ſedens
Animas recentes.

Solinus cap. 30. de Cilicia: *Plurima jacet campa.* Val. Flaccus lib. I. 831.

Ingenti jacet ore chaos.

Et ſic de inferis ſaepe poëtae. *cubantem Uſticam* pari modo pro depreſſa dixit Horatius libro I. Od. XVII. HEINS. Sic ſaepe Noſter *tanto* & *quanto.* vide lib. I. 52. & 468. & ad Epiſt. XVIII. 71. & hanc Heinſii, (quem tunc temporis ἐν ποιητικοῖς ἐπισημότατον vocabat,) emendationem probat ipſe Jac. Gronov. ad Macrob. Som. Scip. II. 4. BURMANNUS.

751. *Dryopeïus.*] Eriſichthon. Dryopes populi ſunt Theſſaliae, à Dryope rege dicti, unde & Theſſalia Dryopis fuit appellata. Quidam tamen contendunt *Triopeïum* à Triope patre eſſe legendum. Tametſi *Dryopeus* rectè legatur in omnibus exemplaribus, & ex hac lectione nihil prorſus abſurdi ſequatur: & ſignatè *Dryopeïus* tanquam barbarus appellatur, cum hac de cauſa paulò poſt *Theſſalum* quoque ipſum vocet. REGIUS. *Triopeïus* à Triopa Eriſichthonis patre legitur à quibuſdam; etſi in vetuſtis quoque exemplaribus *Dryopeius* rectè ſcriptum ſit, quo quidem nomine & barbarus ſignificatur Eriſichthon, & à religione alienus: denique hoc loco *Dryopeïus* ſic vocatur, ut paulò poſt *Theſſalus* appellatur. IDEM. Lege, *Triopeïus*, ut nonnulli emendarunt. *Triopas* enim, ut Callimachus in hymno Cereris, vel *Triops*, ut Hellanicus teſte

Ste-

Quinque ter implebat. nec non & cetera tanto
Silva ſub hac, ſilvâ quanto jacet herba ſub omni.
Non tamen idcirco ferrum Triopeïus illâ
Abſtinuit; famulosque jubet ſuccidere ſacrum
Robur: & ut juſſos cunctari vidit, ab uno
Edidit haec raptâ ſceleratus verba ſecuri:
Non dilecta Deae ſolum, ſed & ipſa licebit
Sit Dea, jam tanget frondente cacumine terram.

Dixit;

Stephano ſcribit, Eriſichthonis pater fuit, à quo *Triopium* vel *Triopia* (ut idem ait Stephanus) Cariae civitas appellata. hic Neptuni ex Canace Aeoli filia filius fuit: vel, ut alii volunt, Lapithi Apollinis filii & Scibae Penei, vel, ut ab aliis ſcriptum eſt, Apollinis & Rhodûs. auctor Diodorus in v. pag. 229. Const. Fanens. At tu *Triopeïus* lege, à Triopa patre. Sic enim & Callimachus Hymn. in Cerer. 32.

Ἀλλ' ὅκα Τριοπίδαισιν ὁ δέξιος ἄχθετο δαίμων,
Τουτάκις ἀ χσέρων Ἐρισίχθονος ἅψατο βωλά.

Ex quo loco etiam illud vides primum in *Triopa* communiter uſurpari. Micyllus. Vide Parrhaſ. ad Claud. III. Rapt. 381. Salmaſ. ad Inſcr. Herod. pag. 26. & Spanh. ad Callim. in Delum vs. 160. & in Cerer. vſ. 31. ceterum male Fanenſis Penei filiam *Scibam* vocat, quae in Diodori editione Rhodomanni Σκίβη dicitur. Sed *Stilbe* dicta fuit. vid. Schol. Apoll. Rh. I. 40. qui ex ea & Apolline etiam Aenea, patrem Cyzici, natum refert ad lib. I. 949. alii Eriſichthona faciunt Myrmidonis filium, qui à fame ardente Αἴθων fuit dictus. vid. Spanh. ad Call. in Cererem. 67. & hanc opinionem ſequitur Aelian. lib. I. Var. 27. Αἴθωνα vocat etiam Tzetz. Chil. II. 47. qui matrem vocat Μήστραν. Alius Eriſichthon Cecropis fuit filius. de quo vide Meurſ. Reg. Att. I. II. praeterea *Triopejus ab illa* Lovan. & octo alii habent. Burm.

752. *Famulosque jubet.*] *Famulisque* cum uno meo malim. Heinsius. Miror certe tanti fuiſſe unius codicis auctoritatem Heinſio, ut hanc ſtribliginem terſiſſimo Poëtae adfricaret; cum omnes alii conſtanter exhibeant, *famulos*. & ipſe Heinſius apud Claudianum in Apono verſ. 86. ex Haſnienſi codice rectius judicaverit, *Tellurem medicas fundere juſſit opes*, ubi vulgo, *telluri*. & tolerabilior in Claudiano ille ſoloecismus certe eſſet, quam in elegantiſſimo Naſone; malum etiam hujus ſoloeciſmi patronum ſe exhibet Munckerus ad Hygin. Fab. 196. qui nulla melioris, ſed omnia ſequioris aevi exempl producit: vide quae olim diximus ad Petron. cap. LXXI. Neque melius propugnat hanc ſermonis corruptelam Borrichius in Analect. pag. 60. ex Plauti loco in prologo Amphitr.

Nunc me orare à vobis juſſit Jupiter
Ut conquiſitores eant.

Ibi enim recta eſt locutio, *Jupiter juſſit me orare, ut eant, non juſſit me ut eant*, quae abſurda foret conſtructio. neque ex act. I. I. 50. aliquid efficit, pro dativo: ibi enim diſtinctio Douzae rem conficit:

Continuo Amphitruo delegit viros primorum principes,
Eos legat Telebois: jubet, ſententiam ut dicant ſuam.

Ex quo loco quidem poſſet colligi, veteres dixiſſe *jubeo ut*. quod & apud Livium occurrit. lib. XXXII. 16. *L. Quinctius venit, juſſitque, ut quae ex ſua claſſe veniſſent naves, Euboeam peterent.* & ita apud Sueton. Veſp. 23. ſcribendum: *Nuntiantibus Legatis decretam ei publice non mediocris ſummae ſtatuam Coloſſeam, juſſit ut continuo ponerent:* ubi ablativi ſunt abſoluti, & *juſſit* etiam abſolute poſitum, ut in Livii & Plauti locis: & mox apud Noſtrum 791. ubi *ut* per ellipſim omittitur. ita ut hic uſus verbi *jubeo* videatur admittendus. non vero *jubeo te*, vel *tibi ut facias*, ſed *jubeo te facere*. Vid. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. XII. 607. Alia res eſt in uſu paſſivorum, *juſſi ſunt*, vel *juſſum eſt*; de quibus nunc nihil addo. ex Curtio etiam perperam duo loca producuntur. lib. V. 8. *Suis rex corporibus & cultu feminarum abſtinere juſſit.* ubi Acidalius & alii ex emendatis codicibus *ſuos* repoſuerunt. & lib. VII. I. *armigero lanceam dari juſſit.* ubi in aliis editionibus, *Deſideranti Amyntae, ut habitus quoque redderetur armigeri, lanceam dari juſſit*, ut *deſideranti Amyntae* pendeat à *dari*. nec meliore omine ex Julio Caeſare proferuntur illa lib. III. Bel. Civ. 59. *Militibusque ſuis juſſit, ne qui eorum violarentur.* cum MSS. Cujacii & Petavii, quorum excerpta habeo, praeferant, *militibusque ſuis commendavit.* in illis autem phraſibus, *tributum, provinciam, legem, &c. jubere* eſt manifeſta ellipſis, *τοῦ dari*, vel *ferri*, vel ſimilium. potuiſſent & proferre locum ex Noſtro lib. III. Met. 27. ubi duo codices habent, *jubet ire miniſtris*; ſed reliqui, *miniſtros*. verum anguſtiae harum notarum non patiuntur haec uberius excuti. Burm.

752. *Sacrum robur.*] *Truncum robur* Baſileen.

753. *Ab uno.*] *Ab ore* Oxon. & tres alii. *ab una* Lovan. Heinſius malebat, *ad unum* ſcil. *edidit verba*. ſed nihil opus.

Dixit; &, obliquos dum telum librat in ictus,
Contremuit, gemitumque dedit Deoïa quercus:
Et pariter frondes, pariter palleſcere glandes
Coepere; ac longi pallorem ducere rami.
Cujus ut in trunco fecit manus impia vulnus;
Haud aliter fluxit, diſcuſſâ cortice, ſanguis;
Quàm ſolet, ante aras ingens ubi victima taurus
Concidit, abruptâ cruor è cervice profuſus.
Obſtupuere omnes: aliquisque ex omnibus audet
Deterrere nefas, ſaevamque inhibere bipennim.
Adſpicit hunc, Mentisque piae cape praemia, dixit
Theſſalus: inque virum convertit ab arbore ferrum:
Detruncatque caput; repetitaque robora caedit:
Editus è medio ſonus eſt cum robore talis:

Nympha

755. *Licebit.*] *Liquebit* Junian.

758. *Contremuit, gemitumque dedit decidua quercus.*] Quibuſdam magis placet, ut *Dodonia*, quam *decidua* legatur, propter verbi, ut ajunt, inſolentiam: quaſi verò ut *incaedua* ſylva eleganter dicitur, ſic *decidua* rectè non componatur. neque tamen inficior in vetuſto codice non *decidua*, ſed *de vulnere* ſcriptum eſſe, quae lectio mihi maximè probanda videtur. Regius. *Dodonia* duo Vatic. In uno meo & uno Maffei, *Decidua quercus.* In altero meo *Mox decida quercus:* Sed in priore meo deſcriptum eſt ſuprà, *Dodonia.* In altero Maffei, *De vulnere quercus.* Ciofan An quia Dodonaeum nemus quercu celeberrimum, propterea quercus omnes Dodonaeae ſunt dicendae, etiam Theſſalae? haud opinor. *de vulnere quercus* plurimi veteres. nonnulli *deciduae* (quam ſcripturam Voſſius Art. Gram. II. c. 17. eſt amplexus, ſed repugnante metro) vel, *jam decida*, vel, *mox decida.* Ex vetuſtioribus Florent. S. Marci, Neapol. Bernegger. prim. Hamburg. prim. Vatican. ſec. tert. Medic. prim. Gronov. Noricus, & ſex alii, *Deoida. Deïda* prim. Palat. & prim. Moreti. *Theoïda* fragmentum Theat. & duo alii; *Dodoyda*, *Dedoïda*, *Dedonida*, & ſimilia. Scribe, *Deoïa quercus*, [illegible] *Cerreale nemus* paulo ante dixerat. *Deoïda* pro Proſerpina habes lib. VI. verſ. 114. & apud Auſonium Epiſt. V. ad Theonem. Haec ſcripſeram, cum vidi veram lectionem ſubodoratum quoque eſſe Carolum Vivianum in ſuis caſtigationibus. Heins.

759. *Et pariter frondes, pariter palleſcere glandes Coepere; & longi pallorem ducere rami.*] Avidi novitatis quidam alterum quoque horum verſuum, rectè & in novis & in veteribus libris ſcriptum, invertere nihil dubitant, legentes, *& longi ſudore madeſcere rami*, quo nihil putidius mihi eſſe videtur. Regius. Sic in uno meo. In altero verò & uno Maffei, *Ac longi ſudore madeſcere rami.* Ciofanus. *Sudore madeſcere* Cantabrig. unus Mediceus & unus Palatin. cum margine Gryphiano. nil muto. *ſudorem ducere* Barberin. Heinsius. Cl. Heinſius *ſudore madeſcere*, ſed illud *ducere* nimis placet, quàm ut hinc ejici debeat. Quare Poëtam ſcripſiſſe putem, & *longi languorem ducere rami.* Sic *langueſcens flos* dixit Virgil. lib. IX. & *ducere livorem* Juvenal. Sat. II. Schepper. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. neſcio quo oculo Heinſii notas legerit Schepperus, nimis properans; certe Heinſius nil mutare ſe dicit. neque etiam *languorem ducere* rectè dici puto, cum illud verbum *ducere* proprie de colore aliquo, qui ſenſim rei innaſcitur, dicatur. neque etiam gratus ille lambdacismus auribus poëticis accidere poteſt, *longi languorem.* quare & nos vulgatam quoque praetulimus. ita, lib. III. 484.

ut variis ſolet una racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem.

Lucan. VI. 828.

Caelo lucis ducente colorem.

Et ita Virgilius & alii. vid. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 347. & *notam ducere* Noſter lib. VI. Faſt. 649. ubi Heinſius videndus. *magni ſudore madeſcere rami* unus Medic. Burm.

762. *Haud aliter fluxit diſcuſſo cortice ſanguis.*] In Vatican. Stat. & Caeleſt. *Diſcuſſo ſanguine cortex.* Prior lectio magis mihi probatur. Ciofanus. *Diſcuſſo ſanguine cortex* plerique vetuſtiores. Scribe, *diſcuſſus ſanguine cortex.* atque ita quartus Mediceus. niſi malis cum uno Strozzae, *diſcuſſa cortice ſanguis.* de quo vide Notas Met. IV. vſ. 375. mox etiam, *cruor profuſus* pro *profundi* bene prim. Baſil. prim. Gronov. & quinque aut ſex alii. Heinsius. *Deciſo cortice* unus Heinſii & Menardi.

765. *Ob-*

Nympha ſub hoc ego ſum, Cereri gratiſſima, ligno:
Quae tibi factorum poenas inſtare tuorum
Vaticinor moriens, noſtri ſolatia leti.
Perſequitur ſcelus ille ſuum: labefactaque tandem
Ictibus innumeris, adductaque funibus arbor
Corruit, & multam proſtravit pondere ſilvam.
Attonitae Dryades damno nemorisque ſuoque,
Omnes germanae, Cererem cum veſtibus atris
Moerentes adeunt; poenamque Eriſichthonis orant.
Adnuit his: capitisque ſui pulcherrima motu
Concuſſit gravidis oneratos meſſibus agros:
Moliturque genus poenae miſerabile, ſi non
Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis,
Peſtiferâ lacerare Fame. quae quatenus ipſi

Non

765. *Obſtupuere omnes.*] Puto *Obſtupuere animis*, quia *τὸ omnibus* mox ſequitur. Statius Theb. VI.

Obſtupuere animis, fecitque ſilentia terror. Heins. Virgil. II. Aeneid. 120.

Obſtupuere animi, gelidusque per ima cucurrit
Oſſa tremor.

766. *Bipennem.*] *Bipennim* Sprotii & Medic. unus. *ſecurim* Baſil. unus & Urbinas.

767. *Mentisque piae.*] *Meritique tui* Baſil.

768. *Convertit.*] *Detorſit* Cantabrig. eleganter.

770 *Editus è medio de robore.*] Altera harum praepoſitionum redundat, tantumque verſui, non etiam ſenſui neceſſaria videtur. Forſitan verò & loco illius è praepoſitionis & legendum, ac pro etiam accipiendum. Regius. Cum in vetuſtis quoque exemplaribus, non ſolum in novis, ita deſcribatur hic verſus, ut nullo vitio inquinetur, vereor ne iſti de ſuis cerebris potius, quàm veteribus libris depromant non correctiones, ſed corruptiones. ita namque ajunt eſſe legendum, *cum ſonus auditur medio de robore talis.* Idem. Quidam tamen ſic legunt hunc verſum: *Cum ſonus auditur medio de robore talis.* Micyllus. In uno meo, *Tunc robore talis.* In Domin. ambobus, Maffei, & Caeleſt.

Cum ſonus auditur medio de robore talis.

Aldinus:

Editus è medio ſonus eſt de robore talis. Ciofan. *Redditus en medio ſonus eſt de r. t.* Argentin. quod placebat Heinſio. *quoque robore* unus Heinſ. *Edita de medio vox eſt at r. t.* Gronov. pro diverſa lectione. *editus & medio* duo. *redditus* totidem.

771. *Nympha ſub hoc ego ſum Cereri gratiſſima ligno.*] Hunc locum intelligit Servius ad illud Virgilii in Gallo Ecl. x. 62. *Jam neque Hamadryades, rurſus nec carmina nobis Ipſa placent.* Ubi ita ait: *Nymphae, quae cum arboribus naſcuntur & pereunt, ἀπὸ τοῦ ἅμα, καὶ τῆς δρυός, qualis fuit illa, quam Eriſichthon occidit: qui cum arbores incideret, & vox inde erupit, & ſanguis, ſicut docet Ovidius.* Ciofan.

774. *Perſequitur.*] *Proſequitur* multi codices. *perſeq. ſ. i. tamen* pr. Moreti.

775. *Adductaque funibus arbor.*] Nihil hoc loco mutandum. Lucanus libro IV. 453.

——— *ſed tertia puppis*
Haeſit, & ad cautes adducto fune ſecuta eſt.

Caeſar lib. III. Bell. Civil. 40. *Quibus cognitis rebus Cn. Pompejus filius, qui claſſi Aegyptiae praerat ad Oricum venit, ſubmerſamque navim remulco multisque contendens funibus adduxit.* ita optime vetuſtus codex Lovanienſis, quo uſus ſum. Heins. Iterum Lucanus lib. III. 700.

Adductum quoties non ſenſerat ancora funem.

In altero Lucani loco legitur, *tertia moles*, ſed memoriae fidens Heinſius *puppis* ſcripſit. in utroque autem loco *abducto*, & *abductum* alii codices & editi habent, ut & hîc, & alibi fere ſemper variant. Burm.

776. *Multam proſtravit pondere ſilvam.*] Et hic magna varietas lectionum. multi, *terram* pro *ſilvam*. alii, *proſternit*. alii, *proſtravit corpore. ſanguine* vel *vulnere multas ſilvas* unus Heinſii.

777. *Nemorumque ſuoque.*] *Nemoriſque* rectius alii. Heins.

778. *Omnes Germanae.*] Languidiores ſunt numeri: in Barberino erat, *Et nece Germanae*: unde Heinſius conjecerat, *nece Germana.*

779. *Moerentes.*] *Moerentesque* Bononienſ. & alius: bene, ut puto.

Non adeunda Deae, (neque enim Cereremque Famemque
Fata coire ſinunt) montani numinis unam
Talibus agreſtem compellat, Oreada, dictis:
Eſt locus extremis Scythiae glacialis in oris,
Triſte ſolum, ſterilis, ſine fruge, ſine arbore tellus;
Frigus iners illic habitant, Pallorque, Tremorque,
Et jejuna Fames: ea ſe in praecordia condat
Sacrilegi ſcelerata, jube. nec copia rerum
Vincat eam; ſuperetque meas certamine vires.
Neve viae ſpatium te terreat; accipe currus:
Accipe, quos frenis altè moderere, dracones.
Et dedit. illa dato ſubvecta per aëra curru
Devenit in Scythiam: rigidique cacumine montis
(Caucaſon adpellant) ſerpentum colla levavit:
Quaeſitamque Famem lapidoſo vidit in agro,
Unguibus, & raris vellentem dentibus herbas.

Hirtus

785. *Deae.*] *Deae eſt* maxima pars ſcriptorum. mox *moturam numinis iram* Menard. Cod.

788. *Eſt locus extremis Scythiae glacialis in oris, Triſte ſolum; ſterilis, ſine fruge, ſine arbore tellus: Frigus iners illic habitat.*] Hanc poſtea Scythiae regionem, cum ibi in exſilio ageret, magno ſuo cum incommodo expertus ita deſcripſit ex Pont. I. III. 49.

Orbis in extremi jaceo deſertus arenis,
Fert ubi perpetuas obruta terra nives.
Non ager hic pomum, non dulces educat uvas,
Non ſalices ripa, robora monte virent.
Neve fretum laudes terrâ magis, aequora ſemper
Ventorum rabie ſolibus orba tument.
Quocumque adſpicias, campi cultore carentes,
Vaſtaque, quae nemo vindicet, arva jacent.

Et lib. III. I. II.

Tu neque ver ſentis cinctum florente corona,
Tu neque meſſorum corpora nuda vides.
Nec tibi pampineas Auctumnus porrigit uvas,
Cuncta ſed immodicum tempora frigus habet.

Et:

Non hic pampineis amicitur vitibus ulmus;
Nulla premunt ramos pondere poma ſuo.
Triſtia deformes pariunt abſinthia campi:
Terraque de fructu quàm ſit amara docet.

Et Horatius lib. I. Od. 22.

Pone me pigris ubi nulla campis
Arbor aeſtiva recreatur aura. CIOFAN.

788. *Scythiae.*] *Scythies* Fragm. Theatin.

789. *Sine fruge.*] *Sine fronde* Gronov. unus.

790. *Habitant.*] Vide autem, num pro *habitant*, ſingulariter *habitat*, legendum ſit, ex analogia ſimilium adjunctorum. Semper enim in Zeugmate verbum concordat propinquiori nominativo. MICYLLUS. Ita in Leidenſi uno erat; ſed toties auctor noſter verbum praemiſit plurale, ſequentibus plurimis nominibus ſingularis numeri, ut minime neceſſe ſit hic auſcultare grammaticis: vid. VII. 347. IX. 534. & paſſim. & contra etiam fieri ſolere docemus ad II. Art. am. 81. BURM.

792. *Nec copia.*] *Ne copia* magna pars codicum.

795. *Altè moderere.*] Gebhardus II. Crepund. 17. ex MSS. legit, *alites moderere*, & quia primam brevem eſſe norat, vocem contrahit in duas ſyllabas: ſed ita non ſolet Ovidius. *quos apte modereris.* Vivian. & unus Heinſ. *altos* Junian. & Cantabr. *altis.* prim. Baſil. & Moreti. *moderare* plurimi. *aſpice* etiam Cantabr.

796. *Subvecta.*] *Subjecta* Medic. Palat. & quatuordecim alii.

797. *Rigidique cacumina montis.*] Scribe ex bonis codicibus, *cacumine.* CONSTANTIUS FANENSIS. *Cacumine* veteres, & quidem rectè. CIOF. *Cacumine* ex primis antiquorum. HEINS.

798. *Caucaſon appellant.*] Caucaſon omnium montium altiſſimum eſſe ſcribit Herodotus lib. VI. & Ariſtoteles in Meteoris teſtatur, uſque ad tertiam noctis partem illius verticem à ſole illuſtrari. Hunc montem Romani nominis fama transcendere non potuit, nec Gangen transnare. Auctor Cicero lib. VI. De Repub. & Macrobius repetit lib. II. Satur. Caucaſum alio nomine ab aliis Paropamiſum vocari ſcribit Diodorus lib. XVII. CIOF.

798. *Serpentum.*] *Serpentina colla* unus Heinſii.

800. *Raris vellentem dentibus herbas.*] *Raras* rectius unus Bonon. *raras herbas*, quia in agro lapidoſo.

Hirtus erat crinis; cava lumina: pallor in ore:
Labra incana ſitu: ſcabrae rubigine fauces:
Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent:
Oſſa ſub incurvis exſtabant arida lumbis:
Ventris erat pro ventre locus. pendere putares
Pectus, & à ſpinae tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies, genuumque rigebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.
Hanc procul ut vidit (neque enim eſt accedere juxta
Auſa) refert mandata Deae; paullumque morata,
Quamquam aberat longè, quamquam modo venerat illuc;
Viſa tamen ſenſiſſe Famem; retroque dracones
Egit in Haemoniam, verſis ſublimis habenis.
Dicta Fames Cereris (quamvis contraria ſemper
Illius eſt operi) peragit; perque aëra vento
Ad juſſam delata domum eſt: & protinus intrat

Sacri-

doſo. Lucanus de Africa libro IX. 438.

Hoc tam ſegne ſolum raras tamen exerit herbas.

Ac atris unus Voſſ. quidam, *duris*. Heins. Utraque lectio probabilis: nos tamen *raris* praetulimus, cum quia reliquis omnibus, ut crini, labris, faucibus &c. epitheta, quae deformitatem inſignem deſignant, addita ſunt, tum quia omnes, praeter unum Codicem, ita exhibent. ita Suet. Aug. 79. *dentes rari, exigui & ſcabri.* & ita ſupra *rari cani* vs. 567. ubi vide. *duris* Palat. Thuan. & quatuordecim alii. *raris* Leidenſ. Burm.

802. *Labra incana.*] *Labraque cana* ſex libri. *labraque nigra* unus. *ſiti* plurimi.

802. *Scabri rubigine dentes.*] In libris Vatic. Urſini, Dominic. Caeleſt. duobus meis & uno Maffei, *Scabrae rubigine fauces*: quam lectionem multò libentius ſequor. Ciofanus. De dentibus jam praeceſſerat. quare aſſentior pleriſque antiquis, in quibus, *ſcabrae fauces.* niſi quod in uno Langermanni, *ſcabrae malae.* libro tamen II. 776. de Invidia:

—— *livent rubigine dentes,*
Pectora felle virent.

Et *rubignoſos dentes* dixit Martialis lib. v. Epig. 29. & apud eundem praefatione lib. XII. *municipalium rubigo dentium.* Petronio quoque cap. CXXIV. *ſcabra rubigine dentes.* habes & *ſcabros dentes* apud Suetonium Aug. 79. & Martianum Capellam, lib. III. initio; *ſcabros dentes vitiliginesque linguarum & ſordes*, ex quibus vulgatam lectionem in hoc Naſonis loco tuebatur noſter Graevius. Heins. *Livent rubigine fauces* Genevenſ.

803. *Spectari.*] Egregie Lovanienſis, *numerari*: ut lib. VI. 391.

Et perlucentes numerare in pectore fibras.

Dira cutis etiam unus Medic. *Dirca* Argentin.

804. *Sub incurvis.*] *Incuſſis* Baſil.

807. *Genuumque tumebat Orbis.*] Dominic. *Rigebat.* Ciofan. *Rigebat* Arondel. & duo alii. Auctor Moreti:

Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.

Severus carmine bucolico:

Tento crura rigent pede.

Quanquam nec vulgata ſcriptura inconcinna eſt. Sulpicius Lupercus de Cupiditate in Catalectis Pith. p. 28.

Vacuo crure tument genua.

mox, *immodico prodibant tubera talo*, non *tubere tali* Florent. S. Marci & unus Bonon. bene. Heins. *Orbis & in magno* Langerman. mihi vulgata magis placet:

Immodico prodibant tubere tali.

Tali enim, qui in pinguibus latent, in Fame velut tuber prodibant & exſtabant: & hoc praecedentibus, *oſſa exſtabant*, rectius reſpondet. Novius apud Nonium in *Valgum. valgus, veternoſus, genibus magnis, talis turgidis.* ita cape *tuberoſiſſimam frontem* apud Petron. cap. XV. ex qua puſtulae vel oſſa etiam exſtant. vid. ad Medicam. Faciei. 85. Burmann.

812. *Retroque dracones.*] *Maeſtosque* ſec. Med. & Neapol. Heinſius volebat, *feſſosque.*

815. *Perque aëra vento.*] *Vecta* Neap. ſec. Medic. prim. Baſil. prim. Hamburg. & pro diverſa lectione Florent. S. Marci. Nil muto. Heins. *Vento* rectum: tam levis enim prae macie fames, ut vento ferri poſſet.

816. *Delata.*] *Delapſa* Palat. & Medic. unus, *ad miſeram delata* Leid. *injuſſam* Sprotii.

Sacrilegi thalamos: altoque ſopore ſolutum
(Noctis erat tempus) geminis amplectitur alis:
Seque viro inſpirat, faucesque & pectus & ora
Adflat; & in vacuis ſpargit jejunia venis.
Functaque mandato fecundum deſerit orbem;
Inque domos inopes adſueta revertitur arva.
Lenis adhuc ſomnus placidis Eriſichthona pennis
Mulcebat. petit ille dapes ſub imagine ſomni:
Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat;
Exercetque cibo deluſum guttur inani:
Proque epulis tenues nequicquam devorat auras.
Ut verò eſt expulſa quies; furit ardor edendi:
Perque avidas fauces, immenſaque viſcera regnat.
Nec mora: quod pontus, quod terra, quod educat aër,
Poſcit; & adpoſitis queritur jejunia menſis:
Inque epulis epulas quaerit. quodque urbibus eſſe,
Quodque ſatis populo poterat, non ſufficit uni.
Plusque cupit, quo plura ſuam demittit in alvum.
Utque fretum recipit de totâ flumina terrâ,
Nec ſatiatur aquis, peregrinosque ebibit amnes;
Utque rapax ignis non umquam alimenta recuſat;
Innumerasque faces cremat; &, quo copia major

Eſt

818. *Noctis enim tempus.*] *Erat tempus* Bernegg. prim. Erfurt. prim. Hamburg. & decem alii. HEINSIUS.

818. *Geminis amplectitur ulnis.*] In meo antiquiore eſt, *alis*; non probo. CIOFAN. Plurimi veteres, *alis*; etiam probe. ſic & alas dat Nocti Manil. lib. III. 94. Somno Claud. II. in Rufin. 325. & Statius lib. IX. & *deus aliger* lib. X. & II. Achill. vid. & infr. XI. 63. HEINS. Et Virgil. VIII. 368. *fuſcis amplectitur alis.*

819. *Faucesque & pectus.*] *Fauces &* Oxon. & Voſ. *faciemque &* duo libri. *pectus & aures* unus Med.

820. *Peragit jejunia*] Prim. Baſil. tert. Medic. excerpta Jureti, prim. Vatic. & octo aut novem alii, *ſpargit*. quod omnino arridet. duo, *ſparſit*. HEINS. *Ut i. v. peragat* Gron. Palat. & undecim alii. illud *peragit* non puto temerè rejiciendum.

822. *Aſſuetaque vertitur antra.*] Emenda, ex omnibus, excepto Briantii, ſcripto libro, *Aſſueta revertitur antra*. CIOFANUS. Scripti maxima ex parte, *aſſueta revertitur antra*. quidam etiam, *arva*, quos inter prim. Medic. prim. Moreti, uterque Hamburg. Bernegger. & prim. Reg. recte. nam *lapidoſum agrum*, non *antrum* Fami paulo ante aſſignarat. *domus inopes*, *antra* familiaris Naſoni appoſitio. HEINS.

826. *Deluſum guttur.*] *Deſuetum* S. Marci codex & unus Medic. unuſque Bonon. HEINSIUS.

829. *Immenſaque.*] *Emerſaque* vel *immerſaque* nonnulli libri. ſed neſcio an recte dicantur *immenſa* viſcera, quae ſunt jejuna & ſemper vacua, quidquid ingeratur. quare probarem Heinſii conjecturam, qui adſcripſerat, forte legendum, *incenſaque*. Et hoc *ardori edendi* & praecedenti *avidas*, & mox, *flammae gulae* verſ. 841. reſpondet. & unde ipſe Eriſichthon Αἴων dictus fuit, ut egregie Spanhemius ad Callim. Hym. in Cerer. v. 67. & de quo ſupr. ad ℣ſ. 751. *Immenſaque guttura* etiam Gronov. tertius. BURMANN.

834. *Plusque cupit.*] *Sitit* prior Gronovii. venuſte. HEINS.

835. *Utque fretum recipit de tota flumina terra.*] Plautus in Curc. I. I. 86.

Quiſnam hic fluvius eſt, quem non recipiat mare?
CIOFANUS.

838. *Innumerasque faces cremat.*] In uno meo & Caeleſt. *Trabes cremat*. quod rectius videtur. IDEM. *Trabes* cum Florentino S. Marci, excerptis Jureti, Moreti & uno meo. Apud Senec. Hyp. 644.

Ut agilis altas flamma percurrit trabes.

Supra tamen 644. *multifidasque faces*. HEINSIUS. *Cremans* nonnulli. *innumeraque cremat res* unus Heinſii. *innumerasque domos* Argent.

839. *Plu-*

Eſt data, plura petit; turbâque voracior ipſâ eſt:
Sic epulas omnes Erilichthonis ora profani
Accipiunt, poſcuntque ſimul. cibus omnis in illo
Cauſſa cibi eſt: ſemperque locus fit inanis edendo.
Jamque fame patrias altique voragine ventris,
Attenuârat opes. ſed inattenuata manebas
Tum quoque, dira fames; implacataeque vigebat
Flamma gulae. tandem, demiſſo in viſcera cenſu,
Filia reſtabat, non illo digna parente.
Hanc quoque vendit inops. dominum generoſa recuſat:
Et vicina ſuas tendens ſuper aequora palmas,
Eripe me domino, qui raptae praemia nobis
Virginitatis habes, ait. (haec Neptunus habebat.)
Qui prece non ſpretâ, quamvis modo viſa ſequenti
Eſſet hero, formamque novat, vultumque virilem
Induit, & cultus piſcem capientibus aptos.
Hanc dominus ſpectans, O qui pendentia parvo
Aera cibo celas, moderator arundinis, inquit,
Sic mare compoſitum, ſic ſit tibi piſcis in undâ
Credulus, & nullos, niſi fixus, ſentiat hamos:
Quae modo cum vili turbatis veſte capillis
Litore in hoc ſteterat, (nam ſtantem in litore vidi)

Dic

839. *Plura capit.*] In eodem meo utroque Maffei, Dominic. & Caeleſt. *Plura petit.* Ciofan. *Petit* cum melioribus. alterum jam praeceſſit. niſi *capit* reponis cum uno Voſſiano & altero Erfurt. Adeantur Notae Art. Amat. III. v. 757. ſed forte paulo ante legendum:

Plusque capit, quo plura ſuam demittit in alvum.

Nam ita Graevianus aliique nonnulli. Heinsius. *Plura ſitit* unus Bonon.

843. *Jamque fame patrias, altique voragine ventris Attenuarat opes.*] Terentius in Eunucho II. 2.

Conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc, atque ordinis,
Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona. Ciof.

Altaque voragine Cantab. Medic. & quatuor alii.

844. *Inattenuata manebat.*] *Manebas* ex Neap. Urbin. ſec. Medic. & tribus aliis. Heins. *Tu quoque* etiam unus Leid. & duo alii. ſed tunc quoque, *vigebas* legendum putarim. *dura fames* etiam Cantabr.

845. *Implacataeque.*] Fruſtra quidam codices, *impacatae.* Stat. Achil. II.

Ut placata fames epulis bis terque repoſtis.

Theb. X.

Rabies placata cruore.

Sic inf. XV. 94. *Placare voracis jejunia ventris.* Heinsius.

850. *Qui raptae praemia nobis.*] Sic veteres, & recte. Ciofan.

852. *Quamvis modo viſa, &c.*] Veteres libri, *Quamvis ea, &c.* Ciofanus, *Quamvis nunc viſa* Leid. & alius. *ea* reliqui.

853. *Formamque novat.*] Mallem cum quibusdam codicibus:

Formamque novam vultumque virilem
Induit.

Vultumque ſenilem pr. Gronov.

854. *Et vultus piſces.*] Legendum ex veteribus *cultus*, non *vultus.* Nauger. Hoc quoque loco veteres omnes habent, *Et vultus.* Quo modo & Aldinus. idque melius. Ciofanus. Scribe è Palatino:

Vultumque virilem
Induit, & cultus piſces capientibus aptos.

Dan. Heinsius. Imo *cultus* cum Naugerii & Calandrae codicibus & uno Mediceo, nam *vultus* jam praeceſſerat. deinde *piſcem* cum prim. & ſec. Medic. Florent. S. Marci, Neap. Bernegger. Thuan. prim. Hamburg. & ſex aliis. *captantibus* denique excerpta Jureti, ſec. Palat. & duo Medicei ex melioribus. Heinsius.

855. *Par-*

Dic ubi ſit: neque enim veſtigia longius exſtant.
Illa Dei munus bene cedere ſentit: & à ſe
Se quaeri gaudens, his eſt reſecuta rogantem:
Quisquis es, ignoſcas; in nullam lumina partem
Gurgite ab hoc flexi; ſtudioque operatus inhaeſi.
Quoque minus dubites, ſic has Deus aequoris artes
Adjuvet, ut nemo jamdudum litore in iſto,
(Me tamen excepto) nec femina conſtitit ulla.
Credidit; & verſo dominus pede preſſit arenam;
Eluſusque abiit. illi ſua reddita forma eſt.
Aſt ubi habere ſuam transformia corpora ſentit,
Saepe pater dominis Triopeïda vendit. at illa
Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cervus abibat:
Praebebatque avido non juſta alimenta parenti.
Vis tamen illa mali poſtquam conſumſerat omnem
Materiam, dederatque gravi nova pabula morbo;

Ipſe

855. *Parvo.*] Et hîc Heinſius *parco* volebat, ut ſaepe aliàs: ſed VI. Faſt. 240.

Quique tegunt parvis aera recurva cibis.

Deinde *fila cibo* Cantab. *Velas* etiam Medic. ſed lib. XV. 476.

Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.

BURMANNUS.

858. *Niſi fixus.*] *Niſi captus* pr. Gronov. *& nullus* etiam Cantab. & nonnulli alii.

859. *Cum vili.*] Barberinus, *viridi.* ut lib. IX. 32.

862. *Bene cedere ſenſit.*] *Sentit* ſec. Palat. & duodecim alii. ſic & infra 871. meliores:

—— *transformia corpora ſentit.* HEINS.

865. *Studioque oneratus inhaeſi.*] Scribe, *operatus* cum tertio Mediceo & Thuaneo lib. VII. 746.

Montibus errabat, ſtudiis operata Diana.

Vide Notas Epiſt. IX. v. 35. & Amor. II. Eleg. VII. vſ. 23. Apulejus Met. III. *Conſpicio iſtum deſtricto mucrone caedibus paſſim operantem.* & lib. IX. *Ac dum Venereis colluctationibus ſecurius operantur*, minus bene *Veneris* nunc legitur. HEINSIUS. *Operoſus* Voſſian. *intentus* Gronov. & Sprotii. *ſtudiisque* etiam unus Moreti. *adhaeſi* Lovan.

869. *Preſſit.*] *Preſſus* Argentin.

870. *Sua reddita forma eſt.*] *Sua forma relicta eſt* quart. Medic.

871. *Transformia.*] Quae poſſint transformari in varias figuras. Hoc autem idcirco fictum eſt, quod Metra Erifichthonis filia pulchra adeo fuit & formoſa, ut qui illam aſpicerent, ſtatim amore ipſius caperentur. Cùm autem illius temporis homines pecunia non uterentur: alii quidem ex Metrae procis boves, alii equos, alii oves, alii capras ipſi largiebantur. Quod quidem cum Theſſali viderent, ac undique Erifichthoni victum cernerent congregatum, ajebant Metram patri fuiſſe & bovem, & equum, & ovem, & quaecunque ea dono accepiſſet. Sicque & fabulae locus eſt datus & huic proverbio, quod in leves à Graecis dicitur, Μεταβλητότερος Μήτρας, hoc eſt, mutabilior Metra. REGIUS. Autor Palaephatus. & in Proverbiis Eraſmus. Addit autem Palaephatus Erifichthonem patrem, conſumptis facultatibus ſuis omnibus ad inopiam redactum fuiſſe, atque inde illius fabulae locum datum. MICYLL.

872. *Tradit.*] *Vendit* prim. Gronov. & ſex alii. HEINSIUS. *Domino* Cantabr. *Vendidit*; *illa* Neapol. *Triopaeam tradit* alius.

875. *Vis tamen illa mali poſtquam conſumpſerit omnem Materiam.*] *Materiam* accepiſſe videtur pro patrimonio. illud autem *nova pabula* pro noviſſimis ultimisque cibis rectè expoſuiſſe Raphaël videtur: tametſi neſcio, an unquam ita legerim. GLAREANUS.

876. *Pabula morbo.*] *Monſtro* alter Erfurtanus, quae vox Naſoni familiaris. HEINS. *Dederantque* Lovanienſis. forte:

Deerantque gravi nova pabula morbo.

Et ita nullus in hac locutione ſcrupulus reſtabit. *mala pabula* tres libri. BURM.

879. *Quid moror externis.*] *Exemplis* prim. Gronov. & unus Patav. ut Remed. 461.

Quid moror exemplis, quorum me turba fatigat? HEINSIUS.

880. *Finita.*] *Infinita* Oxon. & tres alii.

881. *Nam modo qui nunc ſum.*] *Quod nunc ſum* prim.

Ipſe ſuos artus lacero divellere morſu
Coepit: & infelix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis? etiam mihi ſaepe novandi
Corporis, ô juvenes, numero finita poteſtas.
Nam modo, quod nunc ſum, videor: modo flector in anguem:
Armenti modo dux vires in cornua ſumo:
Cornua, dum potui. nunc pars caret altera telo
Frontis, ut ipſe vides. gemitus ſua verba ſecuti.

prim. Gronov. prim. Erfurt. & duo alii. Heins. Vid. ad Phaedr. v. Fab. 10.

881. *Flector.*] *Mutor* unus Heinſ. *vertor* Gronov.

883. *Cornua dum ſumſi.*] Briantii lib. *geſſi.* Ciofanus. *Dum potui* eleganter excerpta Jureti, Florent. S. Marci, Neap. ſec. Medic. & quatuor alii cum Arondeliano. ut *τὸ ſumſi* ſubintelligatur. tertius Medic. & ſec. Vatic. *dum geſſi.* apud Maronem libro XI. 823.

Hactenus, Acca ſoror, potui. nunc vulnus acerbum Conficit.

Ubi Servius. *Abſolute, vel pugnare vel vivere; neceſſaria enim eclipſis in defectione, quae ex arte non ſemel poſita eſt.* ubi *neceſſaria enim ellipſis* ſcribendum. Heins. Vid. ad Phaedr. III. 13.

884. *Gemitus ſunt verba ſecuti.*] *Sua verba* ſcribendum. quod codex Zulichemianus confirmat. unus Medic. *ſibi verba.* Adeantur Notae ad Epiſt. XVII. vſ. 252. Heins.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER NONUS.

Fab. I. Argumentum.

Achelous in varias figuras.

Deianira Oenei filia, Aetolarum virgo ſpecioſiſſima, cùm à multis peteretur, pater conſtituit [a] *ei conjugio daturum, qui luctandi cauſſa veniret,* [b] *vinceretque.* [c] *Manentibus itaque* [d] *è numero petentum duobus, Acheloo flumine & Hercule, quia reliqui ob metum* [e] *ceſſerant, in certamen proceſſum eſt. Cùm ergo Achelous* [f] *naturalibus modis Herculem eluderet, modo in liquorem, modo in ſpeciem draconis, noviſſime in* [g] *tauri figuram converſus, adſtitit. Quem Hercules,* [h] *ut amplexus eſt reluctantem, alterum cornu,*

[a] *Ei conjugio daturum.*] *Ei ſe daturum eum* Colon. *ei conjugio ſe daturum.* Raener.

[b] *Vinceretque.*] A Raenerio hae duae voces ſunt; certe nec à MS. nec à Vett. Edd. agnoſcuntur. Muncker. Abſunt à Parm. Lugd. Micyll. *qui luctando vinceret* Colon.

[c] *Manentibus.*] *Spectante igitur numero p. a. duobus A. f. e. H. quibus r. o. m. ceſſarant, &c.* Colon.

[d] *E numero.*] *Numero potentum* Parm. Lugd. Micyll. *potentum* etiam Raener.

[e] *Ceſſerant.*] *Ceſſarant* Parm. Lugd.

[f] *Naturalibus.*] *Pluribus modis eluſiſſet* Colon.

[g] *Tauri figuram.*] *Tauri formam* Colon.

[h] *Ut amplexus eſt.*] *Cum amplexus eſſet* Colon.

[i] *Implicuerat.*] *Implicaverat* Raener.

[k] *Rapuit extortum.*] Malim, *rupit extortum.* Muncker. *Brachiis, ſuis viribus adverſanti rapuit extortum* Colon.

[l] *Ut id quod.*] *Id cornu quod e. c. e. o. c. a. repleverunt* Raener. *Capite* Parm. Lugd.

[m] *Replerent.*] Pro his duabus vocibus mallem unam iſtam, *repletum.* Muncker.

[n] *Cornucopia.*] Ita & Veneta cum MS. Micyll. *Cornucopiae.* Gloſ. Steph. *Cornucopia* Κέρας Ἀμαλθέας. lege, *Cornucopia.* Κέρας Ἀμαλθείας. Volui etiam antehac *cornucopiae.* Sed & Ammian. lib. xxii. *Velut mundanam cornucopiam fortunâ geſtans propitiâ, cuncta glorioſa deferebat & proſpera.* Muncker. *Cornu copiae effectum & nominatum eſt* Colon. reliquis omiſſis. *cornucopiae* Raener.

1. *Quae gemitus.*] Verſus ex Sophocle, ubi Deïanira loquens inducitur in fabula, quae Trachiniae inſcribitur, initio habentur, hoc modo:

Μυηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμὸς, (Ἀχελῶον λέγω,)
Ὅς μ' ἐν τρισὶ μορφαῖσιν ἐξῄτει πατρὸς,
Φοιτῶν, ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος
Δράκων ἑλικτὸς, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ
Βούκρανος, ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος
Κρουνοὶ διερράινοντο κρηναίου ποτοῦ, &c.

De cornu autem ablato, & item eo quod copiae ſive Amaltheae dicitur, ibidem in commentariis hoc modo legitur: Ἡρακλῆς παραγενόμενος εἰς Καλυδῶνα, τὴν Οἰνέως θυγατέρα Δηϊάνειραν ἐμνηστεύσατο. Καὶ διαπαλαίσας ὑπὲρ τῶν γάμων αὐτῆς πρὸς τὸν Ἀχελῶον ἀπεικασθέντα ταύρῳ, περιέκλασε τὸ ἀριστερὸν τῶν κεράτων. καὶ τὴν μὲν Δηϊάνειραν γαμεῖ, τὸ δὲ κέρας Ἀχελῶος λαμβάνει, δοὺς ἀντὶ τούτου τὸ τῆς Ἀμαλθείας. Ἀμαλθεία δ' ἦν Αἰμονίου θυγάτηρ, ἣ κέρας εἶχε ταύρου. τοῦτο δὲ (ὡς Φερεκύδης φησὶ) δύναμιν εἶχε τοιαύτην, ὥς ποτὸν ἢ βρωτὸν, ὅπερ ἂν εὐξαιτό τις, παρέχειν ἄπονον, &c. Rurſum alii de eadem fabula ita tradunt: Cùm Rhea enixa Jovem eſſet, metu patris infantem in Creta occuluiſſe, ibique nymphis Adraſteae & Idae, filiabus Meliſſei, nutriendum dediſſe. Has illum lacte Caprae cujuſdam, cui nomen Amalthea fuit, nutricaſſe. Poſteáque Jovem, ut nutricationis

cornu, quod [i] *implicuerat brachiis,* [k] *rapuit extortum. Quo dolore ille ac deformitate adverſarii viribus ceſſit. At Nymphae Naiades, fluminis filiae, effecerunt,* [l] *ut id quod ereptum capiti erat, omnibus copiis autumnalibus* [m] *replerent: ut apud poſteros maximum haberet fructum & mirationem. Itaque* [n] *Cornucopia effectum eſt, ut diceretur omnibus temporibus.*

Quae gemitûs, truncaeque Deo Neptunius heros
Cauſſa rogat frontis: cum ſic Calydonius amnis
Coepit, inornatos redimitus arundine crines:
Triſte petis munus. quis enim ſua proelia victus
Commemorare velit? referam tamen ordine. nec tam
Turpe fuit vinci; quàm contendiſſe decorum eſt:
Magnaque dat nobis tantus ſolatia victor.
Nomine ſi qua ſuo tandem pervenit ad aures
Deïanira tuas; quondam pulcherrima virgo,
Multorumque fuit ſpes invidioſa procorum.
Cum quibus ut ſoceri domus eſt intrata petiti;
Accipe me generum, dixi, Parthaöne nate.
Dixit & Alcides. alii ceſſere duobus.
Ille Jovem ſocerum dare ſe, famamque laborum,

Et

cationis gratiam perſolveret, capram ipſam inter ſidera retuliſſe, cornu autem caprae alterum nymphis nutricibus dediſſe, hac adjecta facultate, ut quicquid optaſſent, id illis ex eo cornu largiter ſuppeditaretur. Et ad eundem ferè modum ipſe Ovidius in Faſtis lib. v. verſ. 115. de eadem re narrat, niſi quòd ibidem non capram, ſed Naïadem, cujus capra illa fuerat, Amaltheam vocat. Plura de eodem cornu annotavit Eraſ. in proverbio *copiae cornu.* Micyll.

3. *Inornatos.*] *Inauratos* tert. Medic.

6. *Decorum eſt.*] Deeſt τὸ *eſt* Palat. tribus aliis. & ſequenti verſu, *magnaque det* unus Heinſii.

7. *Magnaque dat nobis tantus ſolatia victor.*] Vide quae dixi lib. v. verſ. 191.

Magna feres tacitas ſolatia mortis ad umbras
A tanto cecidiſſe viro. Ciofan.

8. *Tandem.*] Aliquando. *tandem* enim (ut Pompejus ſcribit) interdum aliquando ſignificat, interdum pro ſupervacuo ponitur, interdum affectui & indignationi ſervit. Ut Cicero: *Quousque tandem abutere patientiâ noſtrâ, Catilina?* Regius. Sic & mox 137.

Cum fama loquax pervenit ad aures.
Et II. Pont. IX. 3.
Fama loquax veſtras jamjam pervenit ad aures.
Virgilius Aeneid. lib. II.
Fando aliquid ſi fortè tuas pervenit ad aures.
M. Tullius pro Sulla: *Vix ad meas aures iſtius ſuſpicionis fama pervenit.* Ciofanus. *Tandem* hic pro aliquando poni vix concoquo. & corruptam vocem puto. quod & Heinſio fuiſſe viſum patet ex ejus codice, cujus margini adſcripſerat forte, *forſan.* ego malo, *fando pervenit ad aures.* Virg. II. 81. quem locum Ciofanus quoque adduxit:

Fando aliquid ſi forte tuas pervenit ad aures.
Valer. Flac. IV. 170.
His fando ſi nuntius evſtitit oris.

Ubi plura dicemus. ſic & vocem hanc reſtituendam eſſe Sulpitio Severo puto Dialog. II. cap. 3. *Fuiſſe autem illic pluviam, ne fando quidem auditum eſt.* vulgo legitur, *ne quando* ſine ſenſu. ſed ita poſtea & emendaſſe Waſſ. ad Sall. Jug. 20. deprehendi, quare, licet diu ante editum ab eo Salluſtium ita correxiſſem, libens ei tranſcribo. Sic Silius lib. x. 484.

Si Porſena fando
Auditus tibi.

Vid. Heinſ. ad lib. XV. 497. Burm.

12. *Parthaone nate.*] Oeneus rex Aetoliae Parthaonis fuit filius. Regius. Homerus Portheum vocat Iliados Ξ. 115.

Πορθεῖ γὰρ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο
Ἀργιὸς ἠδὲ Μέλας, τρίτατος δ' ἦν ἱππότα Οἰνεύς,
Ὤικεον δ' ἐν Πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι, &c.

Micyll. Vid. ad lib. VIII. 541.

13. *Alcides.*] Hercules, ab Alcaeo avo, ſive ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id eſt fortitudine. Pindarus initio

Et ſuperata ſuae referebat juſſa novercae.
Contra ego: (turpe Deum mortali cedere duxi:
Nondum erat ille Deus) Regem me cernis aquarum,
Curſibus obliquis intra tua regna fluentum:
Nec gener externis hoſpes tibi miſſus ab oris,
Sed popularis ero, & rerum pars una tuarum.
Tantum ne noceat, quod me nec regia Juno
Odit, & omnis abeſt juſſorum poena laborum.
Nam quod te jactas Alcmenà matre creatum;
Juppiter aut falſus pater eſt, aut crimine verus.
Matris adulterio patrem petis. elige, fictum
Eſſe Jovem malis, an te per dedecus ortum.
Talia dicentem jamdudum lumine torvo
Spectat; & accenſae non fortiter imperat irae,

Verba-

Alciden nominatum, poſtea *Herculem* dicit ab Hera, quam Junonem dicimus, quòd ejus imperiis opinionem famamque virtutis ſit conſecutus. In cujus tutela populus, Liberi vites, Veneris autem myrtus. Phyſici Herculem tempus dicunt interpretantes, ideóque populum ei aſſignari, allegoricôs, ut quia bicolor ſit, partes temporis accipere poſſimus, id eſt, noctis atque diei. Haec Probus Ecl. VII. CIOF.

14. *Famamque laborum.*] *Summamque* Graevianus. eleganter. HEINS. Sic apud Lucan. v. 26.

Si fortuna ferat, rerum nos ſumma ſequetur.

Ubi in Hamburgenſi codice erat, *fama*. & Noſter III. Art. 404.

Hoc votum noſtri ſumma laboris habet.

Et ibi *fama* Sarravianus. Vid. ad Epiſt. VII. 12. BURMANNUS.

16. *Cedere dixi.*] *Duxi* cum uno Strozzae, vel, *ducens*. Verius tamen eſt excidiſſe τὸ *ratus*, pro quo ſubrepſerit τὸ *deum* ex interlineari interpretatione. ut Naſonem ſit vero ſimile ſcripſiſſe:

Contra ego turpe ratus mortali cedere, dixi:

HEINSIUS.

17. *Dominum me.*] In meo & Caeleſt. *me numen*. CIOFAN. Pro *dominum me cernis aquarum*, multi veteres, *numen*. Neapol. prim. ſec. Medic. & duo alii cum Norico, *regem*: quomodo Virgilio lib. x. 606. *fluviorum rex Eridanus* & inf. x. 606. *Pronepos ego regis aquarum. fluentum* etiam unus Thuani. *vagantem* prim. Gronov. & Zulich. *meantem* unus Ambroſ. HEINS.

18. *Inter tua.*] *Intra tua* Pr. Vatic. & tres alii.

13. *Hoſpes tibi miſſus ab oris.*] In eodem meo *transmiſſus*. quod non diſplicet. CIOFAN. In codice Menardi erat, *venio tibi miſſus*.

20. *Rerum pars una tuarum.*] Sic & lib. II. 426.

Comitum pars una tuarum.

Hic tamen Lovanienſis habet, *rerum pars priva tuarum*. quod ab indocto librario profectum eſſe vix credere poſſum, & aptiſſime convenire praecedentibus *inter*, (vel *intra* ut multi codices habent) *tua regna fluentum*, videtur. ut dicat ſe totum eſſe in ejus regno & ditione. & ſaepe puto hanc vocem à librariis fuiſſe extruſam, quia obſoletior immeritò viſa erat: quo colore & Harduinus ad Plin. lib. VIII. 14. eam à Salmaſio reſtitutam non admittit, ſed de eo loco jam non agam. ſic apud Manil. I. 56. rectè Scaliger:

Priva rate pellimus aequor.

Reddenda & eidem lib. I. 761. ubi vulgò legitur:

Quae niſi conſtiterint propriis fundata elementis.

In Gemblac. & Sixii codice eſt, *primis*, unde certâ emendatione emergit, *privis*. nam ſaepe gloſſatores explicuerunt per *proprius*; & librarii cum *primus* commutarunt. ita apud Stat. XI. Theb. 158.

Ire ultro propriamque capeſſere pugnam.

Ita Gevartius edidit, cùm Lindenbrogii & aliae editiones habeant *primam*; ſed legendum, *privam*, & idem eſt quod Juſtinus lib. XII. 2. dicit, *privatum ſibi hoſtem expoſcere*. apud Claudianum quoque VI. Conſ. Hon. 23. loco motam ſuſpicor:

Imperii ſidus propria cum ſede locavit.

codices MSS. quos Heinſius conſuluit, habent; *prima*; lege *priva*. ſic II. Rufin. 96.

Hic thalamis privum genialibus omen.

Ubi etiam alii, *primum* & *proprium* exhibent. Germanico quoque reſtituenda in Phaen. vſ. 337.

Sirion hunc Graji prio ſua nomine dicunt.

Ubi Grotius, *patrio*, *vel proprio*. lege, *privo ſub nomine*. & apud Capitol. Maxim. Jun. cap. I.

Talis erat juvenis privo ſub nomine clarus.

Sic & forte apud Quinctil. lib. III. 1. *Inventio autem & diſpoſitio Rhetorices priva videri poteſt.* ubi alii

Verbaque tot reddit: Melior mihi dextera linguâ.
Dummodo pugnando ſuperem; tu vince loquendo.
Congrediturque ferox. puduit modo magna locutum
Cedere. rejeci viridem de corpore veſtem;
Brachiaque oppoſui: tenuique à pectore varas
In ſtatione manus; & pugnae membra paravi.
Ille cavis hauſto ſpargit me pulvere palmis,
Inque vicem fulvae jactu flaveſcit arenae.
Et modo cervicem, modo crura micantia captat;
Aut captare putes: omnique à parte laceſſit.
Me mea defendit gravitas; fruſtraque petebar.
Haud ſecus ac moles, quam magno murmure fluctus
Oppugnant: manet illa, ſuoque eſt pondere tuta.
Digredimur paullum: rurſumque ad bella coïmus;

Inque

alii *prima*, alii *propria*. recte etiam Faber Phaedro lib. v. prol. reſtituit *colorque privus*. ita hanc vocem Statio redonavit Bernart, lib. III. 636. Valerio Maximo Pontanus lib. I. Analect. 14. ubi & *uno* erat in MSS. & Apulejo lib. III. pag. 45. Colvius, qui gloſſema *proprius* eſſe indicavit, & nos etiam alibi Ovidio eam reddemus in Faſtorum libris. vide lib. I. 113. & 137. & II. 304. vide & I. Amor. VII. 18. & Cl. Bentl. ad Horat. Art. Poët. 60. Burmann.

23. *Quod te jactas.*] *Quo te* ſec. Palat. cum nota interrogationis. vid. ad Ep. XVII. 51. *quo tu* Lovan.

25. *Elige, fictum.*] *Falſum* Junianus. vide ad Epiſt. II. 37.

27. *Torvo.*] *Torto* Leidenſ. ut *obliquum lumen* lib. II. 787. eadem varietas apud Val. Fl. VII. 578.

31. *Congrediturque.*] *Aggrediturque* unus Medic.

32. *Viridem de corpore veſtem.*] *Viridi* Neapolit. ſed nil muta. Stat. IX. 354. *Viridem ſcidit horrida veſtem.* Vide & ſup. lib. VIII. 859. Burm.

33. *Varas.*] *Curvas* Vivianus, alii codices, *verſas*, *vanas*. nihil muto. Mart. VII. Ep. 31.

Vara nec injecto ceromate brachia tendis.

Et Stat. Theb. VI. 848. loco plane gemino: *& brachia late Vara tenent.* ubi male codices, *curva*, vel *vaſta*. vide ad I. Amor. III. 24. Heins.

36. *Tactu flaveſcit arenae.*] Erudite multis tuetur hanc lectionem Johannes Fridericus Gronovius III. Obſ. 18. cujus amicitiâ glorior, ut & Hermolaus ad Plinii librum XXXVIII. cap. 10. Barthius tamen Adverſar. lib. LVII. cap. 16. (& ad Stat. VI. Theb. 846.) *jactu* reponit. quomodo alter Hamburg. Rottendorph. & tres alii. Virgil. IV. Georg. 87.

——— *Atque haec certamina tanta*
Pulveris exigui jactu compoſta quieſcunt.

Ejus exemplo, ut ſolet, Solinus cap. XXI. *Hoc ad incendium excitatum ſi obruere aquâ geſtias, ardet magis, nec alio ſopitur, quam jactu pulveris*; apud eundem: *Jactus ex ea quocumque gentium pulvis arcet angues. ſcorpiones ſuperjactus illico perimit.* cap. XXVII. *Cineris aſpergine carnes pollutae jactaeque per compita leones necant.* ſed illic *tactae* praeſtat reponi. Priſcianus in Periegeſi 320.

Pulveris hunc jactus potis eſt exſtinguere ſolus.

Qui Solinum eſt aemulatus, agunt enim uterque de eadem re. Ammianus lib. XXIII. *Nec remedio ullo, quàm jactu pulveris conſopitur.* Idem libro XXXI. *objectum pulveris* dixit. quare apud Plinium libro XXXV. cap. XI. *citra pulveris jactum* non auſim mutare. Horat. lib. I. Od. XXV.

Parcius junctas quatiunt feneſtras
Jactibus crebris juvenes protervi.

Ita libri veteres. niſi *Tactibus* mavis, ut apud Claudianum lib. I. in Eutrop. 93.

——— *raro pulſatur janua tactu.*

Pulveris hauſtum dixit Statius in ſimili deſcriptione lib. V. Sylv. III. 223. *& Hauſta arena veſtiri.* Theb. libro VI. 845. de hac pulveris palaeſtrica aſperſione v. Salmaſ. ad Pallium Tertulliani. p. 217. Heinsius. Ita *jactum glebarum & teſtarum* dixit Quinctil. lib. VIII. de Inſt. Orat. 2. & apud eumdem lib. IV. cap. 4. in fine eadem varietas, *quodam velut jactu excitatus*, ubi alii, *tactu. fulveſcit* etiam Thuaneus. *flavae arenae* quatuor codices.

37. *Micantia.*] *Trementia* Lovan. Arg. Medic. & Strozz.

38. *Aut captare putes.*] Manifeſte legendum, *putat*: nam *τὸ revellit*, quod ſequitur, apoſtrophen ad alium excludit. vide in hanc rem notas doctiſſ. Heinſii lib. IX. vſ. 405. Schepp. apud Fabr. lib. II. ep. 71.

38. *Laceſſit.*] *Fatigat* unus Heinſii; & mox *petebat* plurimi.

Inque gradu ſtetimus, certi non cedere; eratque
Cum pede pes junctus: totoque ego pectore pronus
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.
Non aliter fortes vidi concurrere tauros,
Cum pretium pugnae, toto nitidiſſima ſaltu,
Expetitur conjux. ſpectant armenta, paventque
Neſcia quem maneat tanti victoria regni.
Ter ſine profectu voluit nitentia contra
Rejicere Alcides à ſe mea pectora: quartò
Exſuit amplexus, adductaque brachia ſolvit:
Impulſumque manu (certum mihi vera fateri)
Protinus avertit: tergoque oneroſus inhaeſit.
Si qua fides, (neque enim fictâ mihi gloria voce
Quaeritur) impoſito preſſus mihi monte videbar.
Vix tamen exſerui ſudore fluentia multo
Brachia; vix ſolvi duros à corpore nexus.

Inſtat

43. *Inque gradu.*] *Jamque gradu* quatuor libri. *inque gradum* unus. *inque gradus* duo. Heinſius olim legebat, *jamque gradum ſtitimus*, ut Propert. IV. x. 36.

Plano ſiſtit uterque gradum.

Et Virgil. VI. 465. *ſiſte gradum. in gradum conſiſtere* dixit auctor Panegyr. ad Piſon. vſ. 169. vid. ad Petron. cap. XXXVI. & LXXX. *jamque* & *inque* confundi vidimus ad lib. III. Art. 724. BURM.

43. *Eratque Cum pede pes junctus.*] Virgilius lib. X. *Haeret pede pes.* Furius in IV. Annali:

Preſſatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.

CIOFANUS.

45. *Premebam.*] *Premebat* tres ſcripti. forte, *premebar.* HEINSIUS.

49. *Victoria regni.*] In nonnullis, *belli*, non *regni.* NAUGER. Et ita duodecim ſcripti. *tantae pugnae* duo alii. ſed male: Phaedr. I. 30. *pulſus regno nemoris*, ubi vide. & ita paſſim. *neſcia quam* etiam ſec. Palat. *quae* Junii.

50. *Nitentia.*] *Luctantia* duo Baſil. vid. ad lib. II. 461.

52. *Excuſſit.*] Variant admodum codices: quidam, *extulit*, *excitat*, *concutit*, ſed Mediceus, *exuit*, quod placet. ita lib. VII. 722.

Jam dudum vincula pugnat
Exuere ipſe ſibi.

Statius IX. Theb. 287.

Magnoque è vulnere telum
Exuit.

Valer. Flac. VI. 253.

Atque remiſſum
Pone trahit fugiens, & curſibus exuit haſtam.

Et ita mox verſ. 82. *induere* dixit. Solinus de Angaeo cap. XXIV. dixit *explicare. Implicandis explicandisque humi nexibus ſciens.* quod Noſter mox *ſolvere nexus* vocat. praeterea *abductaque* nonnulli. *obductaque* unus Leidenſis. *adjunctaque* Medic. unus. BURM.

54. *Protinus avertit.*] *Advertit* prim. Gronov. ſec. Pal. tert. Medic. prim. Baſil. aliique plurimi. Lego:

Pronus humum advertit.

Vel *humo.* ſic & libro XII. 39. conjeci:

Vi multa advertit terraeque inflixit Achilles.

Lib. XIII. 881. ex veteri codice:

——— *veſtris periturum advertite regnis.*

Lib. XV. 140.

——— *monitis animos advertere.*

Val. Flaccus libro III. 459.

Continuo puppem petere, & conſidere tranſtris
Imperat Ampycides, nec viſum advertere terrae.

Sic ſcribo. *viſum vertere* nunc legitur. lib. IV. 733. Idem:

Jam Mariandinis advertit puppis arenis.

Pronus humo advertit, quomodo Noſter lib. II. 477.

Stravit humi pronam.

Libro VIII. 379.

Pronus ab arborea cecidit radice retentus.

Solinus cap. XXIX. *Officiunt prona ad humum & obnixa cornua.* de iiſdem animalibus Mela dixerat, *pronis directa in humum cornua officiunt.* HEINS. Nihil mutandum temere cenſeo. nam verſu denique 60. tellurem premit Achelous. quare *avertit* hîc interpretarer, comprehenſum ita me rotat, ut tergum ipſi obvertere cogerer, quod protinus Hercules inſilit, & ita inhaeret: quae ars in lucta fuiſſe videtur. ſic, licet in tumultuaria Centaurorum pugna, apud Valer. Flac. I. 145.

Fert

Inſtat anhelanti; prohibetque reſumere vires:
Et cervice meâ potitur. tum denique tellus
Preſſa genu noſtro eſt; & arenas ore momordi.
Inferior virtute meas devertor ad artes;
Elaborque viro, longum formatus in anguem.
Qui poſtquam flexos ſinuavi corpus in orbes;
Cùmque fero movi linguam ſtridore biſulcam;
Riſit, & illudens noſtras Tyrinthius artes;
Cunarum labor eſt angues ſuperare mearum,
Dixit: &, ut vincas alios, Acheloë, dracones,
Pars quota Lernaeae ſerpens eris unus Echidnae?
Vulneribus fecunda ſuis erat illa: nec ullum
De centum numero caput eſt impune reciſum;
Quin gemino cervix herede valentior eſſet.
Hanc ego ramoſam natis è caede colubris,
Creſcentemque malo, domui; domitamque peremi.

Quid

Fert gravis invito victorem Neſtora tergo
Monychus.

Vel *avertit* eſt in fugam compellit, ut paſſim *avertere hoſtes* Livius & alii dicunt. Burm.

57. *Vix tamen inſerui brachia.*] *Exſerui* in tribus ſcriptis. Puto, *Vix tandem exſerui.* Stat. Theb. 1. 412. *tum vero erectus uterque Exertare humeros.* vide lib. 1. Faſt. 409. & 11. 322. & mox *à pectore* pro *corpore* cum melioribus. niſi mavis, *aſſerui.* quod impenſe placet. Heins.

62. *Divertor.*] *Devertor* vetuſtiores, dictum alibi. Heinsius. Vid. ad lib. 11. Amor. VI. 9.

64. *Qui poſtquam.*] Mediceus, *ſquamoſum flexos*, forte, *ſquamoſum ut flexos ſinuavi corpus in orbes.* Heins.

65. *Biſulcam.*] Sex libri, *triſulcam.* & ita fere ſemper Poëtae de ſerpentibus. Virgil. III. Georg. 439.

Arduus ad ſolem & linguis micat ore triſulcis.

Burmann.

67. *Cunarum labor eſt angues ſuperare mearum.*] Epiſt. IX. 21.

Tene ferunt geminos preſſiſſe tenaciter angues,
Cum tener in cunis jam Jove dignus eras?

Idem I. Art. 187.

Parvus erat, manibusque duos Tirynthius angues
Preſſit, & in cunis jam Jove dignus erat.

Hujus rei meminit & Pindarus Oda I. Nem. & Plautus in Amphitruone, & Diodorus. Ciofan.

70. *Nec ullum De centum numero caput eſt impune reciſum.*] Ita ipſe apud Senecam: *Aut centum anguibus Hydram labe paviſſem meâ.* Idem. *De comitum numero* libri meliores, ut incertum numerum relinquat, de quo inter antiquos auctores non ſatis convenit. tres codices, *De capitum numero.* Centum capita, ut in vulgatis Ovidii exemplaribus legitur, hydrae adſignant Diodorus Siculus Bibliothecae lib. IV. Suidas, Simonides teſte Servio ad vſ. 658. lib. VII. Æn. Vibius Sequeſter de Paludibus, voce *Lerna*, Apoſtolius in paroemia ad Τδρας κεφαλὰς τέμνεις. etſi Palaephatus, quem Apoſtolius compilavit, quinquaginta tantum hydrae capita agnoſcat; ut & Alcaeus. quibus iſta Virgilii adde, VI. 576.

Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra.

Auctor Herculis Oetaei choro Actus quarti, vſ. 1534.

Si qua ſub Lerna numeroſa peſtis
Sparget in centum rabiem dracones.

Ita locus ille ex auctoritate optimi codicis Medicaei eſt reſtituendus. In vulgatis inſulſè legitur:

Si qua ſub terra numeroſa peſtis
Sparget intentam rabiem draconis.

Virgilius lib. VII. Aen. 658. de Aventino filio Herculis:

—— *clypeoque inſigne parentum*
Centum angues, cinctamque gerit ſerpentibus hydram.

Sic & Euripidi in Hercule ἑκατογκέφαλος ὕδρα: Zenobius paroemia Τδραν τέμνεις capita octo, Tzetzes Chiliad. lib. II. Hiſt. XXXVI. Anonymus de duodecim Herculis laboribus à Leone Allatio editus inter varia Rhetorum excerpta, Hyginus Fab. XXX. & Fabularum initio, Apollodorus, Servius Aen. VII. dant capita novem. Etſi Tzetzes à ſe ipſo diſſentiens paulo poſt de quinquaginta capitibus Palaephato videatur aſſentiri. Pauſanias in Corinthiacis unius tantum capitis meminit. Plura qui contendunt fuiſſe, unum ex iis immortale ſtatuunt. quos inter Apollodorus & Zenobius. Servius lib. VI. Aeneid. *Hydram alii tria volunt habuiſſe*

Quid fore te credas, ſolum qui verſus in anguem
Arma aliena moves? quem forma precaria celat?
Dixerat: & ſummo digitorum vincula collo
Injicit. angebar, ceu guttura forcipe preſſus:
Pollicibusque meas pugnabam evellere fauces.
Sic quoque devicto reſtabat tertia tauri
Forma trucis; tauro mutatus membra rebello.
Induit ille toris à laevâ parte lacertos;
Admiſſumque trahens ſequitur: deprenſaque durâ
Cornua figit humo; meque altâ ſternit arenâ.
Nec ſatis id fuerat: rigidum fera dextera cornu
Dum tenet, infregit; truncâque à fronte revellit.
Naïdes hoc, pomis & odoro flore repletum,
Sacrârunt; divesque meo bona Copia cornu eſt.

Dixerat:

habuiſſe capita, alii novem. Simonides quinquaginta. Heraclitus de Incredibilibus ab Allatio editus numerum capitum non expreſſit, ſed πολυκέφαλον θηρίον hydram appellat. ut & Severus Sophiſta Alexandrinus ab eodem editus, qui πλουτοῦσαν ταῖς κεφαλαῖς dixit. Virgilius quoque lib. VIII. 300.

Lernaeus turbâ capitum circumſtitit anguis.

Euripides μυριόκρανον κύνα Λέρνας in Hercule. Arnobius lib. I. *multiplicium capitum nutricem.* Martial. IX. Epigr. 104. *Foecundam hydram*, ut Noſter hoc loco. libr. IV. Anthologiae πολυκάρηνος ὄφις dicitur & πολυάυχενος ὕδρα. Hanc ex Typhone & Echidnâ prognatam fabulantur. ſed quemadmodum poëtae in numero capitum hydrae non conveniunt, ita & de Cerberi capitibus inter ſe diſſentiunt: qui quanquam triceps vulgo dicatur, Heſiodo tamen eſt πεντήκοντα κάρηνος. & Horatio lib. II. Od. 13. *bellua centiceps.* Idem lib. III. od. 11. *Cerberi quamvis furiale centum Muniant angues caput.* HEINSIUS.

72. *Gemino haerede.*] *Gemina* Noricus liber & prima editio Aldina, ut ad cervicem reſpiciat. IDEM. Eodem modo Plinius lib. XVI. cap. 37. *haeredem* vocat ſtolonem ex ſalice caeſa repullulantem, *caeſaeque denſius innumero haerede profunt.* BURMANN.

74. *Domitamque reduxi.*] *Revinxi* prim. Palat. & Lovan. *ſubegi* quart. Medic. cum aliis novem. quinque, *reliqui.* unus, *receſſi.* Arond. pro diverſa lectione, *repreſſi.* duo mei, *peremi*, quod placet. niſi quod *peruſſi* cenſeo reponendum. Vel quod praeſtat, *praeuſſi.* quod verbum Columellae etiam ex optimis membranis reddendum libro de Arboribus cap. XI. *Uvas, quae meridiem aut occidentem ſpectabunt, ne praeurantur, ſuo ſibi pampino tege.* Flammis enim hydrae cervix deſecta eſt domita, ne repullularet. cujus rei ignorantia librarios fefellit, ut ex *peruxi* conflarent *reduxi.* Euripides de Hercule, in Hercul. Furent. 420.

Τὰν δὲ μυριόκρανον
Πολυφόνου κύνα Λέρνας
Τ' ὄδραν 'εξεπύρωσε.

Nicander Theriacis de Iphiclo:

Εὖτε σὺν Ἡ'ρακλῆι κακὴν 'εξεράκτεεν ὕδρην.

Seneca imitatus Hercule Furente verſ. 241.

Quid ſaeva Lernae monſtra, numeroſum malum
Non igne demum vicit & docuit mori?

Avienus Arateis, ὑς. 381.

Lernaei gurgitis hydram
Ureret Alcides cùm flammiger.

Hinc intelligenda illa Sidonii Apollinaris de Hercule carm. XIII. verſ. 5.

Et quanquam ardenti gladio vix ſtraverit hydram.

Et Statii Theb. I. 384.

—— *Herculeo ſignata vapore*
Lernaei ſtagna atra vadi.

Et lib. II. 376.

Qua Lernaea palus ambuſtaque fontibus ultro
Intepet hydra vadis. HEINS.

75. *Quid fore te credis.*] *Credas* ex Flor. S. Marci, uno Leid. & Graeviano, prim. Palat. Oxon. duo alii, *credes.* IDEM.

75. *Falſum.*] Mediceus & Langermanni, *ſolum*, quod rectum puto, & opponi Hydrae multorum capitum, & natis è caede colubris. aliter enim bis idem diceret, cum *forma precaria* indicet falſum fuiſſe anguem. pro *celat* MS. Berſm. *velat.* BURM.

77. *Et ſummo digitorum vincula collo Injicit.*] Hoc eſt quod ſuperius dixit: *Totoque ego pectore pronus, Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.* CIOFAN.

78. *Preſſus.*] Duo veteres, *prenſus.* HEINSIUS. Vide ad VI. 556. *forpice* etiam Vatican.

79. *Pollicibusque.*] *Poplitibusque* Baſil. *conabar*

Gro-

Dixerat: at Nymphe, ritu ſuccincta Dianae,
Una miniſtrarum, fuſis utrimque capillis,
Inceſſit, totumque tulit praedivite cornu
Autumnum, & menſas, felicia poma, ſecundas.
Lux ſubit: &, primo feriente cacumina Sole,
Diſcedunt juvenes. neque enim dum flumina pacem,
Et placidos habeant lapſus, motaeque reſidant,
Opperiuntur, aquae. vultus Achelöus agreſtes,
Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.
Hunc tamen ablati domuit jactura decoris;
Cetera ſoſpes erat. capitis quoque, fronde ſalignâ,
Aut ſuper impoſitâ celatur arundine damnum.

FAB.

Gronov. vid. ad III. Faſt. 307. *vellere* Cantab. *evolvere* Junian.

80. *Tertia.*] Ex legibus artis luctatoriae Noſter ter victum Acheloum & terrâ ſtratum memorat: nemo enim victor in lucta exibat, niſi ter adverſarium proſtraviſſet. Senec. de Benef. lib. v. cap. 3. *Luctator ter perdidit palmam, non tradidit.* vide Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 205. & ſeq. ubi plura de lucta. praeterea, *tertia tauri forma: truci tauro m. m. r.* Baſileenſis unus. BURM.

81. *Rebello.*] Puto, *revellor*, ut ſupr. XI. 65.

Elaborque viro longum formatus in anguem.

Certe jam paulo ante ſe fruſtra tentaſſe avelli ſignificavit. quid quod in Spirenſi & tribus aliis *revello* exſtat, in totidem, *repello?* HEINS. Neque hic quidquam mutem. *rebello* enim eſt, reſiſto, repugno, iterum bellum moveo. Flor. II. 15. *ſeditque ſententia quoquo modo rebellandum.* & paullo poſt, *qui fuerit rebellantium furor.* Liv. XXXIX. 35. *Philippus minime, quin rebellandum eſſet, dubius.* BURMANNUS.

82. *Toris à laeva parte lacertos.*] *Toros lacertis* Leid. quod probat Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 1312.

83. *Admiſſumque trahens ſequitur.*] Perquam eleganter exprimit poëta naturam taurorum ruentium in praelium, ſimulque ſcientiam Herculis in eo capiundo: illud autem *admiſſum* exponendum, in curſum miſſum. quod etiam libro ſexto de Sipylo Niobes filio admonuimus. GLAREANUS.

83. *Depreſſaque cornua.*] *Deprenſaque* Cantabrig. prim. Moreti, Arond. & multi alii. bene. HEINS. *Delapſaque* duo.

84. *Meque altâ ſternit arenâ.*] In uno meo & Caeleſt. *Meque altâ figit arenâ.* CIOFANUS. Forte legendum *affigit* putat Berſmannus. ſed praeceſſit *figit.*

85. *Nec ſatis hoc.*] *Nec ſatis id* Ambroſ. & Bonon. vid. ad lib. VI. 363.

87. *Et odoro flore.*] *Et odore & flore* Junian. Voſſian. & tres alii.

89. *Et Nymphe.*] *At* unus Heinſii & duo Moreti.

90. *Fuſis utrimque capillis.*] In Vatic. *Fuſis per colla capillis.* CIOF. Ita III. Art. 236. *fuſi per terga*, vel *colla.*

91. *Inceſſit.*] *Incedit* Moreti unus. bene.

93. *Lux ſubit.*] *Fuit* Cod. Men. *venit* Leid. *fugit* Cant. & duo alii. *lux ſubiit primo* Leid. *nox fugit* Baſil. & Langerm. quales varietates & occurrunt ſupr. IV. 167. ubi vid. & inf. 485. Ep. II. 9. & alibi. nos nihil mutamus. BURM.

95. *Totaeque reſidant aquae.*] Malim, *motaeque* cum uno Baſil. & Gryphii margine. ut apud Virgil. I. Aeneid. 135.

—— *motos praeſtat componere fluctus*

Poſſet & *tutaeque* cum uno Mediceo. HEINSIUS. *In placidos* unus Bon. *curſus* etiam unus Baſil. & marg. Berſm. & Gryph. *fluctus* unus Leid.

97. *Abdidit undis.*] *Abdit in undis* Leidenſ. ut lib. IV. 718. *in armo abdere.*

98. *Hunc tamen ablati domuit.*] In nonnullis, *hunc tantum*, & fortaſſe rectius. NAUGER. Ita & in quinque Heinſius invenit. *haud tamen* unus Moreti. *hunc tamen ablati decuit* unus Heinſii. forte legendum:

Haud tamen ablati nocuit jactura decoris,
Cetera ſoſpes enim; capitis modo fronde ſalignâ, &c.

Nam *modo* eſt in Mediceo, nec diſplicebat Heinſio. Faber. lib. II. Ep. 69. legit, *hunc tantum ablati*, quaſi Naugerii notas numquam vidiſſet. mox *caelatus* unus Moreti. BURM.

99. *Cetera ſoſpes habet.*] *Abit* eleganti Graeciſmo unus ex meis Mediolani emtus. nec male *erat* in altero Regio. Noſter Pont. III. Eleg. II. ut quidem legendum:

Cetera pars concors & ſine lite fuit.

Fab. II. Argumentum.

Neſſi cruor in venenum.

Poſt haec victor Hercules cum Deianiram Neſſo Centauro commiſiſſet, [a] *ut eam Evenum amnem, qui initio Lycormas erat nominatus, transveheret; & ille ſpecie captus* [b] *puellae flexibus errans quaereret locum comprimendi, illâ fidem mariti implorante,* [c] *ſagittis eum confixit. Qui cum exſpiraret,* [d] *veſtem Deianirae cruentavit; indicavitque remedium fore* [e] *erga conjugem deſerti* [f] *amoris. qui tamen cruor in veneni ceſſit partem.*

AT te, Neſſe ferox, ejusdem virginis ardor
Perdiderat, volucri trajectum terga ſagittâ.
Namque, novâ repetens patrios cum conjuge muros,
Venerat Eveni rapidas Jove natus ad undas.
Uberius ſolito nimbis hiemalibus auctus,
Vorticibusque frequens erat, atque impervius amnis.
Intrepidum pro ſe, curam de conjuge agentem
Neſſus adit, membrisque valens, ſcitusque vadorum;
Officioque meo ripâ ſiſtetur in illâ
Haec, ait, Alcide: tu viribus utere nando.
[Pallentemque metu, fluviumque, ipſumque timentem]
Tradidit Aönius pavidam Calydonida Neſſo.

Mox,

Virgil. Æn. IX. 656.
Cetera parce puer bello.
Silius libro XXII.
Cetera parce, precor, pelago.
Et lib. IX.
Marte viri dextraque pares, ſed cetera ductor
Anteibat laetus.
Perſius Sat. V.
Cum ſis cetera laſſus.
Horatius lib. I. Epiſt. X. 3.
Multum diſſimiles, at cetera poene gemelli.
quae illic vera lectio. poſtea verſ. 50. pari modo:
Excepto, quod non ſimul eſſes, cetera laetus.
Ita paſſim optimi ſcriptores. Apulejus Met. X. *poſſumus omnia quidem cetera fratres manere.* Claudian. I. in Rufin. 259. *cetera ſegnis, ad facinus velox.* Sic *omnia Mercurio ſimilis* Maroni, de quo Salmaſius ad Pallium Tertulliani. *ſoſpes abit*, ut XIII. Met. 272.

—— *Hector abit violatus vulnere nullo.*

Et libro VIII. 873.
Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cervus abibat.
Lucanus lib. II. 714.
Cetera claſſis abit, ſummis ſpoliata carinis.
Frequentes hi Poëtis Graeciſmi, apud Rutilium Itinerario lib. I. 497. *alius Pectora*, pro quo nunc repoſuerunt, *alio pectore:*

Nec tantum duris nituit ſapientia rebus,
Pectora non alius proſperiora tulit.

Sic vetuſtae editiones. Ammian. lib. XXVIII. 4. *Poſt hunc urbem rexit Ampelus, cupidus ipſe quoque voluptatum, laetus alia, & ad Populi favorem adipiſcendum aptiſſimus.* Sic codex vetus; vulgo, *laetus alias.* Heins.

[a] *Ut eam.*] *Ut eam trans Evenum amnem, qui in initio L. e. n. veheret, ille &c.* Colon.

[b] *Puellae.*] *Puellae, locum quaerebat comprimendi eam. Illa autem cum fletibus mariti fidem implo-raret, Hercules eam ſagittâ confixit. Quae cum* &c. Colon.

[c] *Sagittis eum.*] MS. *tum ſagittis.* Venet. *cum ſagittis.* Scribe, *eum ſagittis.* Muncker. *cum ſagittis eum* Parm. Lugd.

[d] *Veſtem Deianirae cruentavit.*] *Veſtem ſuam cruentavit, Deianiraeque dedit* Raener. *veſtem Deianirae contulit cruentatam atque veneno ſagittae tinctam, indicans &c.* Colon.

[e] *Erga conjugem.*] *Contra c.* Colon.

[f] *Amoris.*] *Amoris, ſi ea indueretur* Raener.

101. *At te Neſſe ferox.*] De Neſſo ſatis obvia eſt fabula. Eum apud Locros Ozolas in monte Taphio-

Mox, ut erat, pharetrâque gravis, ſpolioque leonis,
(Nam clavam, & curvos trans ripam miſerat arcus)
Quandoquidem coepi, ſuperentur flumina, dixit.
Nec dubitat; nec quâ ſit clementiſſimus amnis
Quaerit: & obſequio deferri ſpernit aquarum.
Jamque tenens ripam, miſſos cum tolleret arcus,
Conjugis agnovit vocem: Neſſoque parante
Fallere depoſitum, Quo te fiducia, clamat,
Vana pedum, violente, rapit? tibi, Neſſe biformis,
Dicimus, exaudi, nec res intercipe noſtras.
Si te nulla mei reverentia movit; at orbes
Concubitus vetitos poterant inhibere paterni.
Haud tamen effugies, quamvis ope fidis equinâ.
Vulnere, non pedibus te conſequar. ultima dicta
Re probat: & miſſâ fugientia terga ſagittâ
Trajicit. exſtabat ferrum de pectore aduncum.
Quod ſimul evulſum eſt, ſanguis per utrumque foramen
Emicuit, mixtus Lernaei tabe veneni.
Excipit hunc Neſſus. Neque enim moriemur inulti,
Secum ait: & calido velamina tincta cruore
Dat munus raptae, velut irritamen amoris.

FAB.

Taphio fuiſſe ſepultum, unde mirus eâ in regione faetor, & rivus purulentus è Taphio fluens, apud Antigonum Hiſt. Mirabil. è Myrſilo Leſbio proditur. HEINS.

102. *Trajectum terga ſagittâ.*] *Tr. viſcera ferro* Mediceus unus, qui & deinceps, *jamque nova.*

105. *Uberior ſolito.*] *Uberius* rectè pro diverſâ lectione Bernegger. prim. Gronov. & unus Mediceus. mox, *nimbis pluvialibus* alter Hamburgenſis, & pro diverſa lectione Graevianus. HEINS. Rectè vero Poëta Evenum hiemalibus nimbis auctum inducit: exſuit enim mortalitatem Hercules circa Hecatombaeonem menſem, hieme praecipitante, ut notavit Petitus commentario in Leges Atticas pag. 26. *uberior ſol. nimbisque h. a.* ſex libri, *actus* etiam quinque. conferri debent his Ovidianis illa Senecae in Herc. Oetaeo ℣s. 405. & ſeqq. BURM.

107. *Curam de conjuge agentem.*] Plurimi codices, *habentem* ut apud Juſtin. XLIII. 4. *curas habere.* quamvis *curas agere* elegantius putem. vide ad Epiſt. XVI. 302. *pro conjuge* etiam duo. *& intrepidum de ſe* tres. IDEM.

108. *Scitusque vadorum.*] Erat enim portitor ibi conſtitutus, ut & Strabo meminit libro decimo. MICYLLUS. Salluſtius in III. Hiſtor. *Unus conſiſtit in agro Lucano, gnarus loci, nomine Publipor.* Valerius Flaccus lib. III. 208. *Nec dum mens gnara locorum.* Idem Salluſtius in Jugurth. *locorum ſcientes erant.* CIOFANUS. In uno Heinſii, *fretus*, unde ille olim conjecerat, *ſuetus*, ſed nil muta: ita *ſcitus arator* German. Arat. 13. ut Grotius rectè reſtituit pro *doctus*: & Noſter v. Faſt. 54. *curvae ſcita Thalia lyrae.* ubi etiam, *docta* plurimi. BURM.

110. *Utere nando.*] *Mando* Lovan. *nandi* Menardi.

111. *Pallentemque metu, fluviumque ipſumque timentem.*] Vetuſtiores plerique hunc verſum praeponunt illi, cujus initium, *Tradidit Aonius.* Ego cum aliis multis ab alienâ manu procuſis cenſeo delendum eſſe. HEINSIUS. *Fluvium Neſſumque* Vivian.

114. *Miſerat arcus.*] In meo antiquiore, *Jecerat arcus.* Rectius, ut puto. CIOFAN. Male. patet ex repetitione, *miſſos cum tolleret arcus.* Eadem varietas lib. XII. 261. *medium Lapitharum jecit in agmen.* ubi *miſit* plurimi. BURM.

119. *Paranti.*] *Parante* meliores. HEINSIUS. *Parantem* Medic. & alius. *audivit vocem* Gronov. & alius.

122. *Nec res.*] Heinſius malebat, *ne res.*

125. *Quamvis ope fidis equinâ.*] *Fidus* ſex ſcripti. Forte pro, *fiſus.* HEINS. *Tutus* Leidenſ.

127. *Re probat.*] Multi ex vetuſtioribus, *res.*

Fab. III. Argumentum.

Eodem tempore Hercules cum [a] *in insulam Thessaliae, regnum Euryti, trajecisset, & Iolen filiam ejus dilectam traheret in patriam, prior conjux Deianira, ut audit, animum viri esse à se* [b] *mutatum, tunicam* [c] *sacrificaturo Jovi Lichae famulo dedit ei perferendam; quâ ille* [d] *honoratus vota religionemque piaret. Eam indutus Hercules, cum ad aram accessisset, proscans exta; flamma vestis incaluit, & Lernaeo veneno* [e] *contacta haesit visceribus.* [f] *In maximo itaque cruciatu cum à corpore ejus* [g] *avelli nequiret; Lichan acerbissimi muneris reum, projectum* [h] *à se, Euboico mari mersit: quem innoxium culpae Tethys vertit in scopulum conchis muricibusque vestitum.*

Longa

Heinsius. sup. III. 350. *resque probat, letique genus.* pro *& missa* Cantab. *emissa.*

129. *Quod simul evulsum.*] Heins. ad I. Fast. 567. legebat. *Quo simul evulso.* Vid. & lib. VI. Met. 252.

132. *Calido.*] *Valido* plurimi, de quo ad lib. VII. 123.

133. *Dat munus raptae velut iritamen amoris.*] Adeo cupidi sunt quidam mutationum, ut quamvis in hoc versu nihil mutent, praeterquam quòd *irritamen* per duplex *r* imperitè scribunt, tamen aliquid immutasse putent, dicentes sic melius legi: *Dat munus raptae velut irritamen amoris* ut *amatorium* designet. Regius. *Raptam* vocat, quam certando acquisierat Hercules: & *irritamen* ad iram provocationem quidam interpretantur, ideoque simplici scribendum *r* littera. Glareanus. Forte, *lenti irritamen amoris*, vel *vetiti*, vel *tepidi.* sic libro XIII.

—— *sceleris nisi praemia magnas*
Adjecisset opes, animi irritamen avari.

Heinsius. *Raptae* id est, quam Nessus fere rapuerat, certe animo destinaverat rapere. Male vero *iritamen*, quasi ab *ira* deduci posset, scribi docuit Pincier. Parerg. lib. II. cap. 7. *irritare amores* dixit II. Amor. IV. 9.

[a] *In insulam Thessaliae regnum, &c.*] Ita MS. Venet. *Cum in insulam Euboeam Thessaliae regnum &c.* Micyll. *Cum in insulam Euboeam per Oechaliae regnum &c.* Nulla ex illis sana lectio est. Oechalia non insula fuit, sed urbs in insulâ Euboea. Vide Servium ad Æneid. VIII. 291. Steph. in Οἰχαλία. Forte scripserat, *Cum in insulae Euboeae Oechaliam regnum Euryti &c. Oechalia Euboeae* eleganter per Hellenismum dicitur scriptori huic non insolitum, ut ostendi ad fab. 3. Lib. VI. Talia sunt *Damascus Syriae* apud Curt. Lib. III. cap. 8. *Ecbatana Mediae* apud eundem Lib. X. cap. 4. *Aegypti Alexandria* apud Victor. Caesar. cap. 39. *Gergovia Arvernorum* apud Flor. Lib. III. cap. 10. Σάρεπτα τῆς Σιδῶνος, apud Luc. Evang. cap. IV. vs. 26. Munckerus. *In Oechaliam regnum Euryti* Raener. *In insulam Euboeam per Oechaliae regnum & Iolen Euryti regis filiam dilectam sibi duceret in p.* Colon. cum Veneta faciunt Parm. & Lugd.

[b] *Mutatum.*] *Immutatum, tunicam L. f. d. marito Jovi sacrificanti perferendam* Col.

[c] *Sacrificaturo.*] *Sacrificatura* Parm.

[d] *Honoratus.*] *Qua ille indutus cum ad aram a. perfecans exta; vestis flamma & Lernaeo veneno contacta* Colon.

[e] *Contacta.*] *Contactis* Raener.

[f] *In maximo.*] *Itaque maximo in* Colon.

[g] *Avelli.*] *Evelli* Parm. Lugd. Micyll. Raen.

[h] *A se.*] Desunt Colon. ubi & *immersit*, & deinde, *sed ut culpae innoxium deorum voluntas illum transformavit in scopulum sui nominis* Colon.

136. *Victor ab Oechaliâ Caeneo sacra parabat.*] Hujus Oechaliae meminit Strabo lib. X. non ita longe ab initio. Caeneum autem Ptolemaeus ad Septentrionem in Euboea ponit promontorium. ceterum cum in Oeta monte Hercules vitam finierit, necesse est Caeneo Jovi non in Euboea sacrum factum, sed extra insulam, etiamsi nomen fortassis inde habet. Oetam sanè montem Plin. lib. IV. c. 7. à Doridiae tergo esse perhibet. non meminit Ptolemaeus, sed Strabo lib. IX. Glareanus. Multae Oechaliae, ac diversis locis cùm à Stephano, tum à Strabone traduntur, sed de ea, quae ab Hercule expugnata ac diruta fuerit, inter auctores non constat. Homerus Thessalicam intelligit, sic enim in catalogo ait, Iliad. B. 729.

Οἱ δ' εἶχον Τρίκκην, καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν,
Οἵ τ' ἔχον Οἰχαλίην πολιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος,
Τῶν δ' αὖθ' ἡγείσθην Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων, &c.

Nam Tricca & Ithomae, cum quibus illam recenset, Thessalicae fuerunt urbes, ejus quae Pelasgiotis aliquando vocata fuit, & hanc opinionem etiam Thessali confirmant, dicentes, locum apud se, qui postea Euryteus appellatus fuit, olim urbem fuisse, & Oechaliam vocatam, auctor Pausan. lib. IV. cap. 2. Pherecydes autem de Arcadica accipit, cujus verba in Comment. Sophocl. in Trach. 358. haec citantur: Μετὰ δ' τὸν ἀγῶνα Ἡρακλῆς ἀφικνεῖται πρὸς Εὔρυτον τὸν * Μέλανος καὶ Ἀρχεσιλάης

LOnga fuit medii mora temporis: actaque magni
Herculis implêrant terras, odiumque novercae.
Victor ab Oechaliâ Cenaeo sacra parabat
Vota Jovi, cum Fama loquax praecessit ad aures,
Deïanira tuas, (quae veris addere falsa
Gaudet, & è minimo sua per mendacia crescit)
Amphitryoniaden Iöles ardore teneri.
Credit amans: Venerisque novae perterrita famâ
Indulsit primò lacrimis; flendoque dolorem
Diffudit miseranda suum: mox deinde, Quid autem
Flemus, ait? pellex lacrimis laetabitur istis:

Quae

τιλὰς εἰς τὴν Οἰχαλίαν. ᾤκεῖτο δὲ αὐτὴ ἐν θέλῃ τῆς Ἀρκαδίας καὶ ᾔτει τὴν θυγατέρα Ὕλλῳ γυναῖκα. τοῦ δὲ μὴ διδόντος Ἡρακλῆς εἷλε τὴν Οἰχαλίαν καὶ τοὺς υἱοὺς ἀπέκτεινεν. Ἴφιτος δὲ ἔφυγεν εἰς Εὔβοιαν. Nec dissimilia sunt quae ibidem ex Menecrate quodam citantur. Μενεκράτης δὲ οὕτω λέγει. Ἡρακλέα εἰς ἐπιθυμίαν Ἰόλης ἀφίκεσθαι τῆς Εὐρύτου, τὸν δὲ μὴ θέλειν διδόναι ἤρα τε γὰρ αὐτῆς, καὶ μίγνυσθαι ἔμελλει τῇ θυγατρὶ, εἰ μὴ Ἀργεῖοι ἐξῆλθον εἰς τὴν Εὔβοιαν. Pausanias contra, ex opinione Messeniorum, ostendit in Messene fuisse Oechaliam hanc, Carmasium alio nomine postea dictam. Oechaliam autem olim ab uxore Menalei, qui fuit pater Euryti, at Strabo lib. x. pag. 448. & item Hecataeus, ut quidem à Pausania citatur in Messenicis Euboeae oppidum faciunt Oechaliam, partem τῆς Ἐρετρικῆς. verba Strabonis sunt, Ἔστι δὲ καὶ Οἰχαλία κώμη τῆς Ἐρετριακῆς λείψανον τῆς ἀναιρεθείσης πόλεως ὑπὸ Ἡρακλέους. ὁμώνυμος τῇ Τραχινίᾳ καὶ τῇ περὶ Τρίκκην, καὶ τῇ Ἀρκαδικῇ, ἣν Ἀνδανίαν οἱ ὕστερον ἐκάλεσαν. &c. Quare & Steph. Οἰχαλία, inquit, πόλις, ἣν Ὅμηρος ἐν τῷ Πελασγικῷ Ἄργει τάσσει, οἱ δὲ νεώτεροι τεθείκασιν αὐτὴν ἐν Εὐβοίᾳ. Atque haec de Oechalia. MICYLLUS.

136. *Cenaeo Jovi.*] Jupiter Cenaeus à Cenaeo promontorio Euboeae est dictus, ubi ab Oechaliae expugnatione Hercules reversus, Jovi aram exstruxit: principale autem pro derivativo posuit poëta. REGIUS. De Cenaeo Sophocles in Trachinis vers. 240. ita meminit, de Hercule loquens:

Ἀκτή τις ἐστ' Εὐβοιῒς, ἔνθ' ὁρίζεται
Βωμοὺς τέλη τ' ἔγκαρπα Κηναίῳ Διΐ.

Ubi commentator addit: Κήναιον Εὐβοίας ἀκρωτήριον ἀπὸ Κήναιου τοῦ Εὐφορίωνος. Ceterum belli hujus caussa talis traditur. Eurytus, cùm haberet filiam praestantem formâ Iölen, ejus nuptias promittebat ei, qui se, aut filios suos sagittandi certamine superasset. Hercule autem vincente, Eurytus illi filiam negavit, quare ille indignatus, in praesens quidem abiit, mox autem accidit, ut Iphitus, unus ex filiis Euryti Tirynthem veniret, equorum caussa, quos amiserant. Ibi Hercules, memor veteris contumeliae, sublatum illum in turrim, inde praecipitavit, ob quam rem Jupiter iratus, Mercurio misit, qui illum in servitutem venderet, atque ita Omphalae Lydorum reginae venditus aliquamdiu servivit. servitute autem & poenâ hac dissolutâ, Hercules in Graeciam reversus, Euryti urbem, auxiliantibus Arcadibus & Trachiniis, invasit, captâque illâ, Eurytum & filios occidit. Iölen autem captivam abduxit. autores, Sophocles & Diodorus. Filios Euryti Hesiodus hos nominat:

Ἡ δ' ὑποκυσσαμένη καλλίζωνος Στρατονίκη,
Εὔρυτον ἐν μεγάροισιν ἐγείνατο φίλτατον υἱόν.
Τοῦ δ' υἱεῖς τ' ἐγένοντο Δηΐων τε, Κλυτίος τε,
Τοξεύς τε ἀντίθεος, ἠδ' Ἴφιτος ὄζος Ἄρηος,
Τοὺς δὲ μετ' ὁπλοτάτην τέκετο ξανθὴν Ἰόλειαν
Ἀντιόχη κρείουσα, παλαιὸν γένος Αὐβολίδαο.

MICYLLUS.

136. *Sacra parabat Vota Jovi.*] Videntur haec à Sophocle Trach. vs. 242. transsumpta. Nam & illic Deianira Licham, qui narrabat Herculem Cenaeo Jovi sacra parare, interrogat.

Εὐκταῖα φαίνων, ἢ 'πὸ μαντείας τινός;

Cui ille subjicit:

Εὐκταῖ', ὅθ' ᾕρει τῶνδ' ἀνάστατον δορὶ
Χώραν γυναικῶν, ὧν ὁρᾷς ἐν ὄμμασι, &c.

Ut intelligamus Herculem vovisse Jovi sacra haec, si urbe Euryti potitus foret. MICYLLUS. De Cenaeo Jove vid. ad Senec. Herc. Oet. 102. *petebat* pr. Medic.

137. *Praecessit.*] *Pervenit* multi, *processit* Argent. male. ita *praecurrere* dicitur Val. Flacc. II. 128.

139. *E minimo.*] *E minimâ* duo veteres & prima Aldi editio. quod placet. Ceterum locus distinctione juvandus, qui male habebat se antea. HEINS. Mihi *minimo* magis placet. ita Claud. II. Eutr. 34. *Fama prius falso similis.* Vid. ad lib. II. Amor. II. 49. BURM.

141. *Perterrita.*] *Praeterrita* unus. *conterrita* tres.

143. *Diffu-*

Quae quoniam adventat, properandum, aliquidque novandum eſt,
Dum licet; & nondum thalamos tenet altera noſtros.
Conquerar, an ſileam? repetam Calydona, morerne?
Excedam tectis? an, ſi nihil amplius, obſtem?
Quid ſi, me, Meleagre, tuam memor eſſe ſororem,
Forte paro facinus; quantumque injuria poſſit,
Femineusque dolor, jugulatâ pellice teſtor?
Incurſus animus varios habet. omnibus illi
Praetulit imbutam Neſſeo ſanguine veſtem
Mittere; quae vires defecto reddat amori.
Ignaroque Lichae, quid tradat neſcia, luctus
Ipſa ſuos tradit: blandisque miſerrima verbis

Dona

143. *Diffudit.*] *Defudit* volebat Heinſius ad Epiſt. VIII. 61. ſed ego nihil novo. *effudit* duo. *induxit lacrimas* pr. Medic.

143. *Mox deinde, Quid autem Flemus, ait?*] Puto diſtinguendum, *mox, Deinde quid autem flemus?* Seneca Hercule Oetaeo ℣s. 858. *Occupa ferrum ocyus. Cur deinde ferrum?* ita optimus Medic. non cum vulgatis, *Quin deme ferrum.* poſtea:

Cur deinde latebras, aut fugam vecors petam?

HEINSIUS. *Mox deinde* non movendum. ſaepe enim hoc pleonaſmo veteres uſi. ſic apud Valer. Fl. VII. 536. legendum puto;

Contingat mox deinde mori. BURM.

144. *Pellex lacrimis laetabitur iſtis.*] Huc reſpexit Seneca in Hercule Oetaeo: *Pellicis gaudet ſuae ſpectare lacrimas.* Videtur mihi Ovidius, dum haec ſcriberet, reſpexiſſe ad locum illum Terentii in Eunucho, apud quem loquitur Phaedria: *Quid igitur faciam? non eam? an potius ita me comparem, &c.* CIOF.

145. *Quae quoniam adveniet, properandum.*] Iölem timet venturam Tyrinthâ, ubi, ut opinor, habitabat, quare praeveniendum putat. inter dubitationis autem parteis, qua nunc ad fugam, nunc ad manendum inſtigatur, tandem cum Meleagri ſe ſororem eſſe ait, omnino facinus magnum parandum, & teſtandum quid conjugii laeſi injuria foemineusque dolor poſſit, idque jugulata pellice concludit. ſed ut *paro* indicandi modo legitur, ita etiam *teſtor* legendum exiſtimo, non *teſter*, quanquam Raphaël ita legerit. GLAREANUS. *Adveniat* multi veteres. Lege, *adventat* cum Berneggeriano & aliis duobus. ſic libro XII. 64.

Fecerat haec notum Grajas cum milite forti
Adventare rates.

Lucan. lib. VII. 242.

Diſcrimina poſtquam
Adventare ducum, ſupremaque praelia vidit.

Silius lib. XVI. 29.

Concitus Hanno
Adventabat, agens crepitantibus agmina cetris.

Idem & alibi non ſemel uſus eo verbo, ut & Apulejus. Statius IX. Theb. 87.

Lecta manus juvenum adventat.

Lib. XI. 201.

Illum
Adventare ferunt portis. HEINS.

148. *Excedam tectis? an ſic nihil amplius obſtem.*] Verſus hic ſenſa adeo candida perſpicuaque complectitur, ut nihil immutatione indigere videatur. quidam tamen ipſum in deterius mutant, legentes: *ac ſi nihil amplius optem.* REGIUS. Sunt qui legunt hoc loco: *Ac ſic nihil amplius optem?* ut infra paulò, pro *jugulata pellice teſter, vulgata pellice teſtor?* Sed altera lectio potior videtur. MICYLLUS. *Ac ſi* in multis. alii, *ut ſic, aut ſi, & ſic.* & ſimilia. primus Mediceus & Spirenſis, cum tribus aliis, *an ſi.* probe. HEINS. Recte Heinſius; deliberat enim an abiret nec ne, & licet videat ſe nihil efficere poſſe, tamen dubitat an non, ſi nihil poſſit amplius (ſcilicet illam pellicem expellere) ſaltem praeſentia ſua obſtet & incommodet. ita illa formula *ſi nihil aliud*, apud Petron. cap. XIX. vid. ad Quinctil. Decl. I. 9. & III. 9. ubi recte gloſſema *aget*, quod per ellipſim intelligi debet, ejecit Gronovius. BURM.

149. *Memorem eſſe ſororem.*] *Memor eſſe* cum Florentino S. Marci, Bernegger. uno Leid. uno Ambroſ. Excerptis Langermanni & uno meo. Triſt. V. Eleg. III. ad Bacchum:

Huc ades, & caſus releva pulcherrime noſtros,
Unum de numero me memor eſſe tuo. HEINS.

150. *Forte paro.*] *Grande* Sixi & duo alii. *triſte* Baſil. unus. deinde, *poſſent* Sixi. Heinſius volebat, *poſſint.*

151. *Foemineusque dolor vulgatâ pellice teſtor.*] Ex vetuſto exemplari, & nos pro *vulgata* repoſuimus, *jugu-*

Dona det illa viro, mandat. capit inſcius heros,
Induiturque humeris Lernaeae virus Echidnae.
Tura dabat primis, & verba precantia, flammis;
Vinaque marmoreas paterâ fundebat in aras:
Incaluit vis illa mali; reſolutaque flammis
Herculeos abiit, late diffuſa, per artus.
Dum potuit, ſolitâ gemitum virtute repreſſit.
Victa malis poſtquam patientia, repulit aras;
Implevitque ſuis nemoroſum vocibus Oeten.
Nec mora; letiferam conatur ſcindere veſtem:
Quâ trahitur, trahit illa cutem; foedumque relatu,
Aut haeret membris fruſtra tentata revelli;

Aut

jugulata, & *teſter*. Regius. Fortaſſe ſit rectius, *teſter*; ſuperius enim, *Memorem*. ſed & *teſtor* recte. Nauger. *Jugulata pollice teſter?* in uno meo. In altero & in Vatican. *Jugulanda*. Ciofanus. *Jugulanda* quinque libri, quod placebat Heinſio.

152. *In curſus animus varios abit.*] Terentius hoc antea ita expreſſerat: Andr. I. 5. *Dum in dubio eſt animus, paullo momento huc illuc impellitur.* Ciofanus. Melius Palatini, *Incurſus animus varios habet*. Dan. Heinsius. *Incurſusque animus varios habet* Junian. *Incurſus varios animus dabat* Oxon. ſed plurimi, *incurſus v. a. habet.*

152. *Omnibus illis.*] *Illi* ſec. Moreti. nempe *miſtere*. Heins.

153. *Neſſeo.*] *Lernaeo* ſec. Palat. vid. ad Epiſt. IX. 163. ſed ſequitur verſ. 158.

155. *Ignaroque Lychae.*] *Lichae* paſſim ſcribendum tam hîc, quam apud auctorem Herculis Oetaei, quomodo illic optimae membranae Etruſcae. neque aliter Hyginus Fab. XXXVI. & Servius Aen. VII. apud Graecos Λίχας eſt. ita Sophocles in Trachiniis ſaepe, Aeſchylus in Glauco Marino apud Strabonem, Apollodorus, Tzetzes in Chiliad. alii. Hinc Λιχάδες inſulae Straboni. fuit & Lichas alius, cujus cauſſa inter Lacedaemonios & Eleos bellum fuit exortum, quod flagris caeſus eſſet. de quo Pauſanias in Eliacis, lib. VI. cap. 2. Heinsius.

156. *Verbis.*] *Dictis*, ſollemni varietate Vatic. Strozz. & ſex alii. rectius: nam mox *verba precantia* ſequuntur. & ita Heinſius volebat.

158. *Induiturque humeris.*] *Humeros* tres antiqui. de quo dixi Triſt. IV. El. X. 29. Heins.

159. *Tura dabat primis, & verba precantia flammis.*] Sic propè lib. VI. 164.

Turaque dant ſanctis, & verba precantia flammis. Ciofanus.

160. *Patera.*] *Pateris* Francof. ut Virgil. II. Georg. 192.

Pateris libamus & auro.

Marmorea Leidenſis unus. *marmoreis aris* alter.

161. *Incaluit vis illa mali.*] *Invaluit* malo. ut lib. VIII. 477. *poſtquam peſtifer ignis Convaluit.* poſtea pro *diffuſa* multi ex melioribus, *dilapſa*. In Ibide tamen ỽs. 605.

Ut cruor Herculeos abiit diffuſus in artus. Heins. *Invaluit* poſſet admitti. ita enim Amm. Mar. XXI. 15. *invalente morbi gravitate.* ſed quia de veneno agitur, hic *incaluit* ego non mutem: ita ſupr. 132. *calido cruore tincta velamina* dixit, & mox: vſ. 171. *ardens venenum.* & Stat. IX. 748. *ignem veneni.* Si quid mutandum, legerem, *Incaluit vis inde mali.* mox tamen, *valens flamma* occurrit ỽs. 239. vid. ad lib. VIII. 478. Burm.

162. *Late diffuſa, per artus.*] In uno meo, *diſperſa*. In Vatican. *dilapſa*. Ciofanus. *Diſperſa* etiam Excerpt. Mureti. *dilapſa* quatuor.

165. *Implevitque ſuis nemoroſam vocibus Oeten.*] Ex hac re à Seneca inſcribitur tragoedia, *Hercules Oetaeus*. Ciofan. *Nemoroſum* Florent. S. Marci & ſeptem alii. ſic idem Florent. & alii quinque infra vſ. 204. *altum Oeten.* Seneca Hercule Furenti, 132.

Titan ſummum proſpicit Oetan.

Ubi tamen *ſumma Oeta* in nonnullis codicibus. *auratus Oeta* Virgilio in Culice. in Ciri, *gelidus Oeta*. Lucan. lib. III. 177.

Maenala liquit
Arcas, & Herculeum miles Trachinius Oeten.

Ita optimus codex Voſſianus. idem lib. I. 388.

Quantus piniferi Boreas cum Thracius Oſſae
Rupibus incubuit.

Quomodo optimae membranae Puteanorum Fratrum, quod & alii in ſuis invenerunt. Noſter tamen infra:

——— *quas ardua geſſerat Oete.*

Sic apud Horat. lib. III. Od 25. II. Torrentius in optimo codice invenit, *luſtratum Rhodopen.* Heinsius. Apud Statium quoque I. Theb. 119. ex MSS.

Dis-

Aut laceros artus, & grandia detegit oſſa.
Ipſe cruor, gelido ceu quondam lamina candens
Tincta lacu, ſtridit; coquiturque ardente veneno.
Nec modus eſt: ſorbent avidae praecordia flammae:
Coeruleusque fluit toto de corpore ſudor:
Ambuſtique ſonant nervi: caecàque medullis
Tabe liquefactis, tendens ad ſidera palmas,
Cladibus, exclamat, Saturnia, paſcere noſtris:
Paſcere: & hanc peſtem ſpecta, crudelis, ab alto:
Corque ferum ſatia. vel ſi miſerandus & hoſti;

(Hoſtis

Dubiumque jugo fragor impulit Oeten.
Noſter in Ibide 285.
Utque dedit ſaltus è ſummo Theſſalus Oſſa.
Ubi vide Heinſium, & III. Faſt. 441. ex MSS.
Pelion altior Oſſa.
Lucan. VI. 338.
rapidique Leonis
Solſtitiale caput nemoroſus ſubmovet Othrys.
Vide ad lib. V. 352. BURM.

165. *Oeten.*] Dubitant quidam hoc loco, quomodo Hercules, cùm in Euboea ſacrificaret, ſubitò in continentem devenerit, ibique implerit nemoroſam vocibus Oeten. Sed hoc dubium explicat Diodorus lib. V. qui Herculem dicit, poſt veſtem indutam, & venenum intrò acceptum, Licham primò occidiſſe, tum dimiſſo exercitu in Trachiniam veniſſe, ac morbo in dies ingraveſcente, miſiſſe ad Apollinem Delphicum Iölaum & Lycimnium, remedium morbi ſciſcitatum, atque ita demum Oetam conſcendiſſe. Et eodem modo in argumento Trachiniarum legitur: Ὡς δὲ θερμανθέντος τοῦ χιτῶνος ὁ τῆς ὕδρας ἰὸς ἠσθίετο, τὸν μὲν Λίχαν κατέβαλεν, εἰς Τραχίνα δὲ ἐπὶ νεὼς κομίζεται, Δηϊάνειρα δὲ ἀχθεσθεῖσα, ἑαυτὴν ἀνήρτησεν. Ἡρακλῆς δὲ ἐντειλάμενος Ὕλλῳ, ὃς αὐτῷ ἐκ Δηϊανείρας ἦν παῖς προσβύτερος, τὴν Ἰόλην ἀνδρωθέντα γῆμαι, παραγενόμενος εἰς Οἴτην, ὅ ἐστιν ὄρος Τραχῖνος, καὶ πυρὰν ποιήσας, ἐκέλευσεν ἐπίβας ὑφάπτειν, &c. MICYLL.

171. *Tincta.*] *Stricta* Sprotii. *uncta* pr. Gronov. pro varia lectione.

171. *Stridet.*] *Stridit* codex S. Marci, Neapol. tres alii. ἀρχαϊκῶς. ſic Noſter & alii ſaepe. Vide Notas Triſt. I. Eleg. X. Virgil. lib. IV. 689.
——— *infixum ſtridit ſub pectore vulnus.*
Lib. XII. 691.
——— *ſtriduntque haſtilibus aurae.*
Georg IV. 262.
Ut mare ſollicitum ſtridit.
Ita iis locis codex Mediceus longe veterrimus. neque aliter ipſe Virgilius paſſim. HEINSIUS. Sic & apud Lucan. VI. 179. optimi codices.
Stridunt oculis ardentibus ignes.
Et ℣s. 690.
Quod ſtridant ululantque genae.
Claud. Conſ. Olybr. 101.
Stridunt zephyri.
II. in Eutrop. 105.
Stridunt axe nives.
Vid. & ad III. Rapt. 399. BURM.

172. *Nec modus eſt: ſorbent.*] Malim:
Nec modus. exſorbent avidae praecordia flammae.
Faſt. VI. 145.
Pectoraque exſorbent avidis infantia linguis.
HEINS. *Carpunt* tert. Palat.

173. *Fluit.*] *Subit* Gron. *ruit* Heinſius legebat. *de pectore* unus Vatican.

174. *Sonant.*] *Gemunt* Barberinus. pro *caeca*, *tracta*, Moreti primus. unde *tacita* faciebat Heinſius. *combuſtique* tres. *abſumtique* Langerm.

175. *Tabe liquefactis, tollens ad ſidera palmas, Cladibus, exclamat, Saturnia, &c.*] Hanc eandem ſententiam his prope verbis de Niobe loquens comprehendit lib. VI. 279.
A quibus ad caelum liventia brachia tollens,
Paſcere crudelis noſtro Latona dolore,
Paſcere, ait, ſatiaque meo tua pectora luctu,
Corque ferum ſatia.
Et infrà de hoc ita verſ. 200.
Sed nova peſtis adeſt, cui nec virtute reſiſti,
Nec telis armisque poteſt, pulmonibus errat
Ignis edax imis, perque omnes paſcitur artus.
CIOFANUS. *Tendens ad ſidera* Baſil. & alius.

177. *Peſtem.*] *Cladem* quatuor libri.

181. *Mors mihi munus erit.*] Sic alibi de ſe poëta loquitur, cum in longa & periculoſa navigatione, magnâ eſſet actus tempeſtate: ait enim in exſilium proficiſcens lib. I. Triſt. II. 51.
Nec letum timeo, genus eſt miſerabile leti:
Demite naufragium, mors mihi munus erit.
Et Caſſandra apud Senecam in Agamemnone: *Mors mihi erit ſecuritas.* CIOFANUS.

182. *Ergo ego.*] Similis autem querela Herculis eſt etiam apud Sophoclem, in fabula jam aliquoties citatâ, verſ. 1054. cujus initium:
Ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγῳ κακὰ,
Καὶ χερσὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγώ. &c.

Ut

(Hostis enim tibi sum) diris cruciatibus aegram,
Invisamque animam, natamque laboribus, aufer.
Mors mihi munus erit: decet haec dare dona novercam.
Ergo ego foedantem peregrino templa cruore
Busirin domui? saevoque alimenta parentis
Antaeo eripui? nec me pastoris Iberi
Forma triplex: nec forma triplex tua, Cerbere, movit?
Vosne manus validi pressistis cornua tauri?
Vestrum opus Elis habet, vestrum Stymphalides undae,
Partheniumque nemus? vestrà virtute relatus

Ther-

Ut vel hinc appareat, quanto studio & operâ poëta ex diversis auctoribus in unum veluti corpus singula haec traduxerit. Porro de gestis Herculis copiose tradidit Diodor. lib. v. & Calaber poëta Παραλειπομένων lib. vi. quare supervacaneum fuerit de iisdem quicquam amplius hoc loco adjicere. Micyllus.

182. *Peregrino templa cruore.*] *Per. sanguine templa* Vatican. & sex alii.

183. *Busirim domui.*] De Busiride sic D. Augustinus: *Busiris, regnante Danao Argivis, Rex, vel potius Tyrannus, suis diis hospites immolabat, & ab Hercule interemptus est, cum etiam eum voluisset occidere.* Ab Hercule Busirin interfectum esse, docet Deianira, ipsum sic alloquens Ep. ix. 69.

Si te vidisset cultu Busiris in isto,
Huic victor victo nempe pudendus erat. Ciof.

183. *Saevoque alimenta parentis Antaeo eripui?*] Hac de re, deque Herculis & Antaei lucta venustè admodum Lucanus lib. iv. 617. his carminibus:

Ille Cleonaei projecit terga leonis,
Antaeus Libyci perfudit membra liquore
Hospes, Olympiacae servato more palaestrae, &c.

Vide quae notavi in Epist. Deianirae ad Herculem. Idem. *Antaeo rapui* Bononiensis. *saevaeque alimenta parentis* Genev. ut terram saevam vocet. *parenti* unus Medic.

184. *Pastoris Iberi.*] Quod fabula de tribus corporibus Geryonis narrat, id alii sic exponunt, ut dicant tres fratres fuisse, Chrysaoris filios, corporis robore & armis fidentes, quos Hercules adducto in Iberiam exercitu superaverit, armentaque illorum abduxerit. Vide Diodorum lib. v. Hesiodus autem pastorem non ipsum Geryonem, sed Eurytionem facit, quem unà cum cane Ortho occidisse Herculem dicit. versus sunt in Theogon. 287.

Χρυσάωρ δ' ἔτεκεν τρικάρηνον Γηρυονῆα,
Τὸν μὲν ἄρ' ἐξενάριξε βίη Ἡρακληείη
Βουσὶ παρ' εἰλοπόδεσσι, περιῤῥύτῳ εἰν Ἐρυθείῃ.
Ὄρθοντε κτείνας, καὶ βουκόλον Εὐρυτίωνα,
Σταθμῷ ἐν ἠερόεντι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο.

Fuit autem Orthus, de quo hîc mentio fit, ex Echidna & Typhone natus, frater Cerberi, ut apud eundem poëtam eodem loco traditur. Micyllus. De hoc Epist. ix. 91.

Prodigiumque triplex armenti dives Iberi
Geryones, quamvis in tribus unus erat.
Inque canes totidem trunco digestus ab uno
Cerberus, implicitis angue minante comis.

De Geryone sic Justinus lib. xliv. *Geryonem ipsum non triplicis naturae, ut fabulis proditur, fuisse ferunt: sed tres fratres tantae concordiae exstitisse, ut uno animo omnes regi viderentur: nec bellum Herculi sua sponte intulisse; sed cum armenta sua rapi vidissent, amissa bello repetisse.* Ciofanus.

186. *Vosne manus.*] Taurus, quem Pasiphaë amavit, è Creta in Peloponnesum ad Eurystheum ab Hercule fuit adductus. Regius. Addit autem Calaber lib. vi. 236. hunc Taurum etiam ignem efflare solitum fuisse. Versus ita habent:

ἀπόπροθι δ' ἔπλετο ταῦρος
Πυρπνόος, ὅν ῥα καὶ αὐτὸν ἁμαιμάκετόν περ ἐόντα
Γνάμπτε βίῃ κρατεροῖο κεράατος. Micyllus.

187. *Vestrum opus Elis habet.*] Nam Hercules ab expugnatione Trojae reversus in Peloponnesum, ut scribit in quinto Diodorus, Eurytum, qui Augeae regis dux erat, juxta Cleonas, ubi nunc est Herculis templum, necavit, deinde bello adversus illum moto, occisoque Augea rege, atque urbe vi captâ Phileo Augeae filio regnum tradidit. Fuerat enim hic antea à patre pulsus, quoniam arbiter inter eum & Herculem factus, praemium Herculi dandum censuisset. Regius. Augias filius Solis fuit, rex Elidis, hic stabulum, in quo tantum fimi congestum fuit, ut etiam proverbio locum fecerit, Herculi purgandum locavit. Hercules igitur, cùm illud immisso Alpheo purgasset, Augias de pacta mercede tergiversatus est. Quam rem indignè ferens Hercules, urbem diripuit, ipsumque Augiam regno ejecit, instituto ibidem etiam certamine Jovi patri, quod à loco postea Olympicum vocatum. De Euryto autem, de quo hîc Regius annotat, apud Pausaniam in Argoli-

Thermodontiaco caelatus baltheus auro,
Pomaque ab insomni male custodita dracone?
Nec mihi Centauri potuere resistere, nec mî
Arcadiae vastator aper? nec profuit Hydrae
Crescere per damnum, geminasque resumere vires?
Quid? cum Thracas equos, humano sanguine pingues,

Plena-

cis lib. II. cap. 15. hoc modo traditur; Ἐν Κλεωναῖς, ϗ μεῖῆμα Εὐρύτε ϗ Κτεάτε. θεωρὲς γὰ ἐξ Ἠλιδ@ ἐς τὸν ἀγῶνα ἰόντας τῶν Ἰσθμίων αὐτὲς, ἐνταῦθα Ἡρακλῆς κατετόξευσεν, ἔγκλημα ποιέμῳ@, ὅτι οἱ πρὲς Αὐγείαν πολεμοῦντι ἀντετάχθησαν. MICYLLUS. *Elis est* unus Vossian. Scribe:

Vestrum est Elis opus?

Vel,

Vestrum opus Elis erat?

Sic lib. III. 728.

——— *opus haec victoria nostrum est.*

Horatius carmine saeculari:

Roma si vestrum est opus. HEINS.

187. *Stymphalides undae.*] Stymphalidum fabulae etiam Apollonius meminit libro secundo Argonaut. ὑς. 1054. qui illas in insulam Martis, sive, ut ipse vocat, Aretiadem, tinnitu aeris fugatas, tradit. Versus illius hi sunt:

Οὐδὲ γὰ Ἡρακλέης ὀπόθ' ἵκανεν Ἀρκαδίωδε
Πλωΐδας ὄρνιθας Στυμφαλίδας ἐσθένε λίμνης
Ὤσασ' ἔτοξοισι (τὸ μέντ' ἐγὼ αὐτὸς ὄπωπα,)
Ἀλλ' ὄγε χαλκείῳ πλαζόμενος ἐνὶ χερσὶ τινάσσων
Δύπτει ἐπὶ σκοπιῆς ἐρεμνήσ@, αἱ δ' φέβονθο
Τηλὲ, ἀτυζόμεναι ὑπὸ δείματι πεκληγυῖαι.

MICYLLUS.

188. *Vestrâ virtute relatus Thermodoontiaco caelatus balteus auro.*] Emenda, ex omnibus scriptis libris: *Thermodontiaco:* ut sit dictio sex syllabarum. Secunda enim syllaba Graecis scribitur per ω. Ita excudendum curavit Muretus Propertianum illud lib. III. XII. 15. quo modo etiam scriptum est in meo antiquo libro:

Qualis Amazonidûm nudatis bellica mammis
Thermodonteis turba lavatur aquis.

Et IV. IV. 69.

Illa ruit, qualis celerem prope Thermodonta.

CIOFANUS.

190. *Pomaque ab insomni non custodita dracone.*] Sic est legendum. IDEM. *Pomaque ab insomni male custodita*, veram lectionem autumo. plurimi codices, *concustodita*, quod degeneravit ex *non custodita*. *Insomnis* quomodo nonnullis *insopitus serpens*, & *numquam damnatus lumina somno* dicitur Lucan. lib. IX. 363. HEINSIUS. *Concustodita* ex Palatinis Gebhardus lib. III. Crep. 23. probat, quia pater Atlas, Hesperides filiae, ac Draco, custodes coadditi fuerant. malae lectioni pejor patronus reperiri nequibat. *non custodita* dici non possunt, sed *male*, id est frustra *custodita* & quarum custodia nihil effecit, recte. id enim *male* saepe notat. Ep. XIV. 46.

Ter male sublato recidit ense manus.

Sic *male confisus pedibus* IX. Ep. 99. *Male pertinax digitus* Horat. I. Od. 9. & infinita talia. BURMANNUS.

191. *Nec mihi Centauri potuere resistere.*] De quo Epist. IX. 99.

Et malè confisum pedibus, formâque bimembri,
Pulsum Thessalicis agmen equestre jugis.

Centauri primi omnium à nonnullis in equos conscendisse existimati sunt: Lysias verò Rhetor Amazones fuisse ait. CIOFAN.

91. *Nec mî Arcadiae vastator aper.*] Synaeresis ea duarum vocalium in unam: *mî* enim pro *mihi* positum est. nisi potius hypermetrum versum esse dicam, cum sequens incipiat à vocali, quo quidem modo nulla erit synaeresis, sed ultima tantum vocalis abjicietur. Maxime autem aper Arcadiam vastans ab Hercule vivus ad Eurystheum fuit allatus, quo viso rex timore perculsus in aereo se vase scribitur abscondisse. auctor Diod. REGIUS. De hoc in octavo, & etiam sic Epist. IX. 87.

Ut Tegeaeus aper cupressifero Erymantho
Incubat, & vasto pondere laedit humum.

CIOFANUS. *Nec non*, vel, *nec tu* nonnulli veteres. *nec trux* alter Erfurt. ut lib. X. 715.

Trux aper insequitur. HEINSIUS.

192. *Hydrae.*] Nota fabula est Hydrae Lernaeae, quae cum septem capita haberet, uno resecto, duo in locum illius renascebantur, hunc Calaber breviter his versibus notat lib. VI. 212.

Ἄγχι δ' οἱ πεπόγητο μένος πολυδειράδ@ Ὕδρης.
Αἰνὸν λιχμώωσα καρήατα σὶ' ἀλγινόεντα,
Ἀλλὰ μὲν ὁ δὶ.δμηθο ϗ χθονὸς, ἄλλα σὶ' ἄεξεν
Ἐξ ὀλίγων μάλα πολλὰ. τόν@ σὶ' ἔχεν Ἡρακλῆα,
Θαρσαλέον τ' Ἐόλαον, ἐπεικρατερὰ φρονέοντε
Ἄμφω, ὁ μὲν τέμνεσκε καρήατα μαιμώωντα,
Ἅρπῃ ὑπ' ἀκυλόδοντι θοῶς. ὁδὲ καῖε σιδήρῳ
Αἰθομένῳ, κρατερὴ δ' κατηνυτοπῆρὸς ὁμοκλή.

MICYLLUS. De hoc Ep. IX. 95.

Quaeque redundabat fecundo vulnere serpens
Fertilis, & damnis ditior ipsa suis. CIOFAN.

194. *Quid? cum Thracis equos,*] Diomedes rex Thraciae, qui hospites equis suis lacerandos objiciebat, ab Hercule & vitâ & equis ipsis fuit spoliatus.

Plenaque corporibus laceris praesepia vidi,
Visaque dejeci, dominumque ipsosque peremi?
His elisa jacet moles Nemeaea lacertis?
Hàc coelum cervice tuli? defessa jubendo est
Saeva Jovis conjux: ego sum indefessus agendo.
Sed nova pestis adest: cui nec virtute resisti,

Nec

liatus. Eos verò ad se adductos Eurystheus Junoni sacravit, quorum progenies usque ad Alexandrum Macedonem durasse fertur. Regius. Atque haec ex Diodori quinto. Ovidii autem sententiam, qui equos unà cum rege suo peremptos ait, etiam Calaber lib. vi. 245. confirmat. Cujus versus super eadem fabula, hi sunt:

- - - Ἀμφὶ δ' λυγρὰ
Θρηϊκίλω αἶνα γαῖαν ἔσαν Διομήδεω ἵπποι
Ἀνδρόβοροι, τὰς μὲν ὑπὸ σιγηρῇσι φάτνῃσι
Αὐτῷ σὺν βασιλῆι κατὰ φρονέοντι, δάϊξεν. Micyll.

Epist. ix. 67.

Non tibi succurrit crudi Diomedis imago,
Efferus humanâ qui dape pavit equos.

Et vers. 89.

Non tibi Threiciis affixa penatibus ora,
Non hominum pingues caede tacentur equae.

Et in Ibin. 401.

Ut qui terribiles pro gramen habentibus herbis
Impius humano viscere pavit equos.

De Herculis laboribus copiosè admodum scribit Apollodorus lib. ii. Vide etiam quae nos collegimus sub principium lib. xv Ciofan. *Quid cum* prim. sec. Medic. Cantabrig. S. Marci, Neapol. Bernegger. & septem alii. *Thraces* Neapol. Bernegger. & unus Voss. Lege, *Thracas equos.* quomodo Noricus à manu prima. Statius Theb. vi. 486. de iisdem:

——— *sed Thraces equi ut videre jacentem*
Hippodamon, redit illa fames.

Silius Italicus libro iii. 38.

Juxta Thraces equi, pestisque Erymanthia & altos
Aeripedis ramos superantia cornua cervae.

Apollinar. Carm. ix. de Hercule:

Cui sus, cerva, leo, gigas, Amazon
Thraces equi, boves Iberae,
Portatusque polus polum dederunt.

Paulo post plurimi codices addunt:

His jacet horrendum Tiberino littore monstrum.

Vel, *Cacus & horrendum.* Sed cum in simili prorsus nostri hujus querela apud Senecam Hercule Oetaeo & Ciceronem Tusculan. Quaest. nulla Caci mentio fiat, ne hîc quidem est admittenda. Heinsius.

194. *Pingues.*] Ita etiam vocat Senec. Herc. Oet. 20. sed unus Gronovii & unus Leidensis hic, *sanguine pastas.* ut Claud. praefat. lib. ii. de Rapt.

Et Diomedeos sanguine pavit equos.

Et ita Ovidius quoque locis à Ciofano adductis. *plenos* Junian. praeterea *equas*, & mox *ipsasque* unus Basileensis. vid. ad Ep. ix. 68. Burm.

196. *Visaque dejeci, dominumque ipsosque peremi?*] Ipsos haud dubie equos refert, quos tamen historici quidam ad Euryslhea adductos scribunt, ac ab eo Junoni sacratos, eorum progeniem ad Alexandri usque tempora durasse. sed apparet Ovidium alios secutum auctores. Glarean. Argos etiam perductos vivos equos Bassus & Julius Modestus apud A. Gellium lib. iii. cap. 9. prodidere, & ex horum genere equus ille Argivus progenitus dicitur, quem *Sejanum* appellant, cujus hoc fatum erat, ut quisquis eum possideret, is cum omni domo familiâque ad internecionem deperiret. pro *dejeci*, *conjeci* Leidens. *dejecti* Oxon. Heinsius malebat *disjeci.* vid. lib. xii. 108. Burm.

197. *Moles Nemeaea.*] Pausanias in Corinthiacis: lib. ii. cap. 15. Ἐκ Κλεωνῶν δέ εἰσιν ἐς Ἄργος ὁδὸς δύο, ἡ μὲν ἀνδράσιν εὐζώνοις. καὶ ἔστιν ἐπίτομος, ἡ δὲ ἐπὶ ζεύγη καλαμένη Τρητόν. σενὴ μὲν καὶ αὐτὴ, φέρουσι δὲ ἁμαξόντων ὁρῶν ὀχήμασι δι' ἧς ἔστιν ὅμως ἐπιτηδειοτέρα ἐν τούτοις τοῖς ὄρεσι τὸ σπήλαιον ἔτι δείκνυσι Διὸς Νεμέου, καὶ ἡ Νεμέα χωρίον ἀπέχει σταδίων πέντε που καὶ δέκα, &c. Ubi illud obiter notandum, locum eum τρητὸν à Pausania dici, quem Diodori interpres *Tritonem* vertit. Micyllus. *Pestis* prim. Gronov. & prior Twisdenius. ut Epist. Deianirae ix. 61.

Nempe sub his animam pestis Nemeaea lacertis
Edidit.

Auctor Herculis Oetaei 1192.

Utinam meo cruore satiasset suos
Nemaea victus pestis!

Postea *malum Nemeaeum* non semel appellavit. sic & *pestis Lernaea* Lucretio. sed hoc Nasonis loco, quia *pestis* mox sequitur, nil ausim mutare. Heins. *Proles Nemeaea* Sixii codex.

198. *Cacus & horrendum Tiberino gurgite monstrum.*] Quod post vers. 197. legebatur carmen:

His Cacus horrendum Tiberino in littore monstrum.

Quod & syllaba repugnat, & in plurimis antiquis exemplaribus non invenitur, ideo nos repudiandum arbitrati sumus. sunt tamen qui malint retinere, sed corrigant. Quidam, *His jacet horrendum.* Quidam, *Cacus & horrendum.* Nauger. In omnibus antiquis legitur: *His Cacus horrendum Tiberino litore monstrum.* Alibi verò primam hujus nominis *Cacus* producit. Quare fortè ab aliis illo

Nec telis armisve poteſt. pulmonibus errat
Ignis edax imis, perque omnes paſcitur artus.
At valet Euryſtheus, & ſunt, qui credere poſſint
Eſſe Deos? dixit. perque altum ſaucius Oeten
Haud aliter graditur, quam ſi venabula tigris
Corpore fixa gerat, factique refugerit auctor.
Saepe illum gemitus edentem, ſaepe frementem,
Saepe retentantem totas infringere veſtes,
Sternentemque trabes; iraſcentemque videres
Montibus, aut patrio tendentem brachia coelo.
Ecce Lichan trepidum, & latitantem rupe cavatâ
Adſpicit: utque dolor rabiem collegerat omnem;
Tune, Licha, dixit, feralia dona tuliſti?
Tune meae necis auctor eris? tremit ille, pavetque
Pallidus;

modo emendatum eſt. Ego nihil contra ſcriptos libros mutandum cenſeo. In Briantii tamen libro non eſt, neque in Capran. In meo quoque antiquiore manu recenti repoſitum eſt in ora. CIOF.

198. *Hac caelum cervice tuli.*] Epiſt. IX. 58.

Cui caelum ſarcina parva fuit.

Ad priorem locum videtur reſpexiſſe Seneca in Hercule Oetaeo:

Ubi illa, quae mundum tulit;
Stelligera cervix?

Et ad poſteriorem quoque:

Cui totus aether pondus incubuit leve. IDEM.

198. *Defeſſa jubendo eſt Saeva Jovis conjux: ego ſum indefeſſus agendo.*] Huc pertinet, quod ait Ep. IX. 26. *Non potuit Juno vincere, vincit amor.* Hunc locum expreſſit idem Seneca in Herc. Furente, apud quem ita loquitur Juno verſ. 41.

Minorque labor eſt Herculi juſſa exſequi,
Quàm mihi jubere: laetus imperia excipit.

IDEM. *Conjux ſola Jovis* Voſſian.

200. *Sed nova peſtis adeſt.*] Totum hoc luculenter recenſetur ab ipſo apud Senecam, ubi incipit Herc. Oet. 1131.

Converte Titan clarè anhelantes equos.

CIOFANUS.

201. *Nec telis armisque.*] *Armisve* Leidenſis & quatuor alii. *animisque* quinque, *herbisque* Bonon. mox *ſpargitur artus* unus Medic.

203. *At valet.*] Admodum variant codices. *Aut valet* duo. *& valet* unus. *Id volet* Cantab. & quatuor alii. *hoc velit*, *id velit*, aut *volet*, *havolet*, *advolet*, *avolet* & ſimilia alii. unus etiam, *at manet*.

204. *Perque altam.*] *Altum* Florent. S. Marci & quidam alii. recte. vid. ſup. ys. 165.

205. *Venabula taurus.*] *Cervus* duo veteres. *tigris* Florent. S. Marci. alter Hamburg. *pardus*. deinde, *reſiderit auctor* unus ex melioribus meis. HEINSIUS.

207. *Saepe trementem.*] Dignius omnino Hercule ſit, ſi reponas, *frementem*. quod animum indignantem examuſſim refert. & ſic codex, quo Carolus Sprotius me donavit. & ita apud Senec. Herc. Oet. 1679.

Et dirum fremens,
Qualis per urbes duxit Argolicas canem.

Dementem prim. Bonon. *gementem* Cantabrig. & prim. Gronov. In antiquis codicibus haec duo verba ſaepe confunduntur ut Met. I. 244. *ſtimulosque frementi Adjiciunt*. ubi ſcripti plerique, *trementi*. apud Stat. quoque IV. Silv. VIII. 15. reponendum:

Dulci fremit ecce tumultu
Tot dominis clamata domus.

Ubi pro *ſtrepit* & *perſonat* ponitur, neque enim fremitus ſemper eſt indignantium. Maro III. Aeneid. 338.

Plauſu fremituque ſecundo.

Apud eundem Stat. III. 606.

Ante fores ubi turba ducum vulgique frementis.

Ubi male mutant MSS. HEINSIUS. Ita inf. XII. 128.

Curru fremebundus ab alto
Deſilit.

Ubi etiam quidam codices *tremebundus*. vid. ad lib. I. 199. & IV. 136. & alibi.

208. *Infringere.*] *Refringere* Genev. & unus Heinſii. quod rectius puto. *infringere ſilvas* Caporeus conjicit, quia *effingere veſtes* durum & inuſitatum. ſed an mollius eſt *ſilvas infringere?* deinde

relin-

Pallidus; & timidè verba excuſantia dicit.
Dicentem, genibusque manus adhibere parantem,
Corripit Alcides; & terque quaterque rotatum
Mittit in Euboïcas, tormento fortius, undas.
Ille per aërias pendens induruit auras.
Utque ferunt imbres gelidis concreſcere ventis;
Inde nives fieri; nivibus quoque molle rotatis
Adſtringi, & ſpiſſa glomerari grandine corpus;
Sic illum validis actum per inane lacertis,
Exſanguemque metu, nec quidquam humoris habentem,
In rigidas verſum ſilices prior edidit aetas.
Nunc quoque in Euboïco ſcopulus brevis emicat altè
Gurgite; & humanae ſervat veſtigia formae.
Quem, quaſi ſenſurum, nautae calcare verentur,

Adpellant-

rtentantem cum dicat, nihil obſtat mentio veſtium jam ỳs. 106. facta. Burm.

209. *Iraſcentemque videres Montibus.*] Sic & codices veteres. Repone nihilominus, *incurſantemque.* libro xiv. 188. de Polyphemo haec imitatus:

Ille quidem totam fremebundus obambulat Aetnam;
Praetentatque manu ſilvas, & luminis orbus
Rupibus incurſat.

Ubi etiam legebatur perperam, *gemebundus.* Heinsius. Sed contra codices nihil mutare auſim; & poſſet diſtinctione locus juvari: ſi *iraſcentem* abſolute capiamus, & deinde, *brachia tendentem montibus aut coelo*, conjunctim dictum eſſe intelligamus. Burm.

211. *Rupe cavatâ.*] *Caducâ* Gebh. iii. Crep. 23. ex Palat. ut Curtius *imminentes petras* dixit lib. vi. 4.

212. *Utque dolor rabiem collegerat omnem.*] In Domin. lib. *Collegerat ingens.* Ciof. *Ingens* Cantabrig. ſec. Pal. ſeptem alii. Heins.

213. *Feralia dona dediſti.*] In uno meo, *Furialia dona.* Haec autem, ut hic ait poëta, Lycae detulit Deianira, ſuperior ejus uxor. Quod etiam docet Seneca. Sed eam Hyllus excuſat: ait enim hujuſmodi facinus Neſſum perpetraſſe Herc. Oet. 1468.

Nec fraude matris Neſſus hos ſtruxit dolos,
Ictus ſagittis qui tuis vitam expulit.
Cruore tincta eſt palla ſemiferi, pater.

Ovidius quoque ipſe paullo ſuprà ait, Neſſum ea dediſſe Deianirae: *& calido velamina tincta cruore Dat munus raptae.* Vide etiam Sophoclem in Trachyniis. Et ipſe ſic etiam in Ibide: *Quàm qui dona tulit Lernaeo tincta veneno, Euboïcasque ſuo ſanguine tinxit aquas.* Ciofanus. Duo veteres, *tuliſti.* In Ibide 491.

Quam qui dona tulit Lernaeo tincta veneno,
Euboïcasque ſuo ſanguine tinxit aquas. Heins.

Epiſt. vi. 77. *Dona feram templis*, & ita paſſim.

214. *Tu ne meae necis auctor eris?*] Hunc locum expreſſit Seneca in Octavia:

——— *ego cauſſa tuae*
Miſerandae necis, natoque tuo
Funeris auctor. ——— Ciofan.

Eras Langerm.

216. *Dicentem, genibusque manus adhibere parantem, Corripit Alcides, & terque quaterque rotatum Mittit in Euboïcas, &c.*] Seneca in Hercule Furente, 1002.

——— *En blandas manus*
Ad genua tendens, voce miſeranda rogat.
Scelus nefandum, triſte, & adſpectu horridum;
Dextra precantem rapuit, & circa furens
Bis, ter rotatum miſit: aſt illi caput
Sonat, cerebro tecta diſperſo madent. Ciofan.

217. *Corripit.*] *Arripit* Gronov.

221. *Nivibus quoque mole rotatis.*] *Molle* ſcribendum, ut ad *corpus* referatur. id quod Berſmannus jam vidit. Heinsius.

223. *Jactum per inane.*] Alter Regius, *actum.* ut libro xiv. 184.

Vidi iterum veluti tormenti viribus acta
Vaſta Giganteo jaculantem ſaxa lacerto.

Heinsius.

225. *In rigidos ſilices.*] *Rigidas* unus Mediceus & Rottendorph. eſt enim *ſilex* communis generis, infra hoc ipſo libro ỳs. 613. *rigidas ſilices* membranae etiam agnoſcunt. & lib. xi. ỳs. 225. & lib. x. 242. ſic *dura ſilex* Virgilio Aen. vi. & Elegia ad Meſſallam. Vide Triſt. iv. Eleg. vi. infra hoc libro

Adpellantque Lichan. at tu, Jovis inclyta proles,
Arboribus caesis, quas ardua gesserat Oete,

Inque

℣s. 303. *moturaque duras verba queror silices.* ita primus Moreti. HEINSIUS. *In rigidum silicem* quinque libri.

226. *Nunc quoque in Euboïco scopulus brevis emicat altè.*] Hoc quoque dubitationem meritò lectori movere potest, quomodo brevis scopulus altè emicet, praesertim cum tertio deinde versu nautae eum calcare vereantur. Commentatori hoc enarrandum erat: nos, quia lectionem non impedit, studiosis, ut quaedam alia in his annotationibus, perquirenda relinquimus. GLAREANUS. In meo antiquiore *alto*, per *o*, non *altè* per *e* legitur. Quam lectionem magis probat Galesius meus, à cujus sententia discedere nefas puto. CIOFANUS. Non obtempero viris doctis emendaturis *alto:* quid sic ageret *τὸ gurgite?* nam & scopulus *brevis*, hoc est exiguus, non latus altè eminere potest. deinde unus MS. Pal. pro *eminet*, *emicat*, hoc est ἀλὸς ὑπερτίλλει ἄνω, repraesentat. Quod ego cum Grutero meo longe vulgato praeferam. Recte autem Riccartus noster literis ad me *brevem scopulum* interpretatus est *exiguum*, quomodo apud Ictos (sic porro ait) *brevis supellex*, *breve poculum* apud Lampridium in Severo. *brevis lapillus* apud Servium. Tacitus, *brevi auditu quamvis magna transigebat.* haec ille, vir singularem ob doctrinam atque humanitatem mihi colendus. addo ego apud Ovidium Epistola Didûs, *brevis impensa. Instruis impensa nostra sepulchra brevi.* Sic contra apud Apulejum *longa dos. Si mulier vidua & mediocri formâ nubere volens longa dote & molli conditione invitasset juvenem, neque corpore, neque animo, neque forma poenitendum.* Nihil ibi mutandum. sic paullo ante, *dotem grandem & uberem* dixit. GEBHARD. Lib. III. Crep. 23. *Alto* vetustiores plerique, Scribo, *in Euboïci alto Gurgite.* vel, *Euboïci alti. Euboïcum*, ut *Aegaeum*, *Icarium*, & similia. Priscian. Perieg. p. 387.

Fluctibus Aegaei primis quae tunditur alti.

HEINSIUS. vid. XI. 150.

229. *Appellantque Lichan.*] Sive à λίξαι, quod ὁρμῆσαι, hoc est, impellere atque impetum facere significat, sive etiam à forma. λίχας enim Graecis ἀπότομον, hac enim abruptum ac truncum significat, ut intelligamus scopulum hunc à reliquo Cenaeo velut abruptum quendam & detruncatum apparere. ac videtur Ovidius vocem ἀπότομον reddere voluisse, quando *brevem* vocat supra. *Nunc quoque in Euboïco*, inquiens, *scopulo brevis emicat altè Gurgite*, &c. nam verbum *emicat altè*, pro apparet ex alto, vel in alto, ipse accipiendum puto. MICYLLUS.

229. *At tu, Jovis inclyta proles, Arboribus caesis, &c.*] Qua de re sic Seneca Herc. Oet. 1483.

Caedatur omnis Silva, & Oeteum nemus
Suscipiat ignem. Herculem accipiat rogus:
Sed ante mortem: tu genus Poeantium
Hoc triste nobis juvenis officium appara.

Et 1603.

—— *laeto venit ecce vultu*
Quem tulit Poeas, humerisque tela
Gestat, & notas populis pharetras
Herculis heres.

Et ℣s. 1648.

Arcumque posci, accipe haec, inquit, fate
Poeante dona: & munus Alcide cape.

Et Troad. ℣s. 135.

Bis pulsari Dardana Grajo
Moenia ferro, bisque pharetras
Passa Herculeas.

Haec Senecae loca cum hoc Ovidii nostri jampridem cùm ita contulissem, animadverti Apollodorum lib. II. & à poëta nostro, & à ceteris aliis, qui de hac re locuti sunt, dissentire. Sed, ut hoc studiosi plenius intelligant, ea, quae in illo Apollodori loco B. Aegius annotavit, huc afferre non me piget: sunt enim cognitu digna. Aegii verba sunt, super his Apollodori: Ποίας παρὰ τῶν ποιμένων ὑφ' ἧς ἔσχησεν. ἑτέρῳ καί τὰ τόξα ἐδωρήσατο Ἡρακλῆς. Apollodorus hic Herculis pyram à Poeante succensam fuisse apertissimè dicit, eaque de caussa illum ab Hercule sagittis donatum fuisse dubio procul affirmat. Hunc locum superioribus diebus cum Gulielmo Sirleto me contulisse memini, abeoque quaesisse, quidnam de eo Apollodori loco sentiret. tum ille Apollodorum contra omnium planè sententiam, eam de Poeante historiam recensere dixit, mihique, ut est vir memoriae singularis, unum alterumve ex Sophoclis Philoctete locos memoriter recitavit. tum quoque in mentem mihi revocavit, ut in II. Variarum Lect. cap. 15. Petrus Victorius Ciceronis μνημονικὸν σφάλμα hic esse scribit, quod à Philoctete Herculis rogum inflammatum fuisse, & ab Hercule sagittas accepisse retulit in II. Tusc. Quaest. libro cap. 7. eaque in re Victorii sententiam Gulielmus noster non satis probare mihi visus est: ego verò neque ita multo pòst revolvendis rerum scriptoribus totum me tradidi, ut an Cicero memoriolae vitio peccasset, tandem reperirem: revolutis itaque infra scriptis hisce cum Graecis tum Latinis auctoribus, eorum omnium calculis Ciceronem rectè dixisse, neque ullo memoriae lapsu deerrasse inveni. Quare, mi Fulvi, si hanc rem paullò, quàm ad annotatiuncularum mearum modum spectat, latius enarro, aequo animo feras. nam Cicero noster, cui pluribus nominibus nemo non debet, à calumniola defendendus est omnino. Sed jam à Sophocle, quem

ipse

Inque pyram ſtructis, arcus, pharetramque capacem,
Regnaque viſuras iterum Trojana ſagittas,

Ferre

ipſe teſtem adducit, incipiamus: is enim pro Cicerone audentiſſimè ſtare videtur his in Philoctete ſenariis, ubi Neoptolemum alloquitur Philoctetes verſ. 659.

Οἵσία τε φωνεῖς, ἔφ' τ' ὦ τέκνον ϑήμις,
Ὅς γ' ἦλϑε τὸ σὸ εἰσορᾶν ἐμοὶ φάος
Μόνῳ δεδωκας, ὅς χϑὸν Οἰταίαν ἰδεῖν,
Ὃς πατέρα πρέσβυν, ὅς φίλας, ὅς τῶν ἐμῶν
Ἐχϑρῶν μ' ἔνερϑεν ὄντ', ἀνέσησας πέρα.
Θάρσει παρέσται ταῦτά σοι κἀγγάνειν,
Καὶ δόλῳ δᾶναι· καὶξεπεύξασϑαι βροτῶν
Ἀρετῆς ἑκατι τῶν σὺ ἐπιψαῦσαι μόνον.
Εὐεργετῶν γὰ αὐτὸς, αὐτ' ἐκτησάμην.

Haec Sophocles, qui manifeſtiſſimè docet ab Hercule ſagittas Philoctetem dono habuiſſe. quin etiam idem paullò inferius, ỳs. 793. quod te minimè fugit, comprobat:

Ἔμπρησον ὦ γϑναῖε· καὶγώ τοι ποτὲ
Τὸν τοῦ Διὸς παῖδ' ἀντὶ τῶνδε τῶ ὅπλων,
Ἃ νῦν σὺ σώζεις, τῦτ' ἐπηξίωσα δρᾶν, &c.

Subdam hic Senecae Tragici ex Hercule Oetaeo eadem de re pro Cicerone locos: ille enim Philoctetem inducit ſic loquentem ỳs. 1603.

——— *laeto venit ecce vultu,*
Quem tulit Poeas, humerisque tela
Geſtat, & notas populis pharetras
Herculis heres.

Heredem, ut vides, appellat Herculis, Poeantis filium. & idem eadem ex Tragoedia non longè à ſuperiore loco ỳs. 1640. inquit:

Ut preſſit Oeten, ac ſuis oculis rogum
Luſtravit, omnes fregit impoſitus trabeis,
Arcumque poſcit, accipe haec, inquit, fate
Poeante dona, & munus Alcidae cape.

Ecquid, mi Fulvi, putas Victorium illum noſtrum id negaturum tam clarum teſtimonium? quo Philoctetem & ignem rogo ſubjeciſſe, & ab Hercule ſagittarum munus accepiſſe, non Poeantem patrem Seneca cum ſuo Sophocle docet, & mox ſubjicit ỳs. 1656.

Nec fallet umquam dexteram hic arcus tuam
Librare telum didicit, & certam dare
Fugam ſagittis: ipſum non fallunt iter
Emiſſa nervo. tu tantùm precor
Accommoda ignes, & facem extremam mihi.

Et reliqua ibi ad hanc rem facientia omitto. Stat etiam Ovidius in Transformationibus apertus pro Cicerone defenſor hoc ſuo teſtimonio:

——— *At tu Jovis inclyta proles*
Arboribus caeſis, quas ardua geſſerat Oete,
Inque pyram ſtructis arcum pharetramque capacem
Regnaque viſuras iterum Trojana ſagittas
Ferre jubes Poeante ſatum, quo flamma miniſtro
Subdita, dumque avidis comprenditur ignibus agger.

Ad haec Dictys Cretenſis, quem cum Idomeneo in bellum Trojanum profectum fuiſſe ajunt, Philoctetem, ubi, cùm ad Deos rediret Hercules, ejus tela dono accepiſſe memorat. id neque Lucianum latuit, id neque Servius noſter ignoraſſe videtur, qui in Aeneid. III. ỳs. 402. *Philoctetes*, inquit, *Poeantis filius, Herculis comes, quem Hercules cùm hominem in Oeta deponeret, petiit, ne alicui ſui corporis reliquias indicaret, de qua re eum jurare compulit, & ei pro munere dedit ſagittas hydrae felle tinctas,* & reliqua ibid. Ecquid? num Siculus Diodorus longè antea id confirmavit? cujus verba, quòd Graeci mihi exemplaris copia non eſt, Latina ſic ſubſcribam. *Hercules*, ille inquit, *deſperata ſalute, ubi in rogum conſcendit, rogat, qui cum eo erant, ut ignem ſubmittant. quod cùm facere auderet nemo, Philoctetes ſolus, ſagittarum ergò, quas ei Hercules reliquerat, pyram inflammavit:* neque ſanè Homeri in Iliad. B. ỳs. 724. Scholiographum, quiſquis ille fuerit, id praeteriit. ἐπειδὴ, is inquit, εἵμαρτο, χωρὶς τῦ Ἡρακλέες τόξων μὴ ἁλῶναι τὴν Ἴλιον. ἔσχε δ' ταῦτα ὁ Φιλοκτήτης, ἑαϑέντα αὐτῷ ὑπὸ Ἡρακλέες, καϑ' ὃ μηδενὸς ϑελήσαντος ἅψαι ὑφάψαι ἐν τῇ Οἴτῃ τὴν Ἡρακλέες πυρὰν ἐν τῇ τελευτῇ αὐτῦ, ὑφῆψεν ὁ Φιλοκτήτης. Tela hic Herculis Philoctetem filium, pyram hic Herculis Philoctetem, non Poeantem patrem ſuccendiſſe manifeſto refert: memoriolae ne vitio Cicero erravit, cum tot praeclari pro eo teſtimonia dicant auctores? Huc accedat Philoſtrati locupletiſſimi teſtis ex Imaginibus cap. 17. auctoritas. Θεράπων, inquit hic, ἐγένετο τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Φιλοκτήτης ἐκ νηπίε, ὅτε καὶ φορεὺς ἦν οἱ τῶν τόξων, ἃ δὴ ὑπὸ μισϑῷ ἔλαβεν παρ' αὐτῦ, τῆς εἰς τὴν πυρὰν ὑπουργίας. *Comitem adminiſtrumque Herculis Philoctetem*, ait Philoſtratus, *ac mercedis ergò ſagittas ab eo accepiſſe pro ſubjecta in rogum Herculis flamma.* Subnectamus & alterum ex Heroicis cap. 5. clariſſimum illud tanti viri teſtimonium, cum dicit: Φιλοκτήτης ὁ ποιάντῳ ἐστράτευσε μὲν ὁ ἐκ τῶν Τρωϊκῶν, ἄριστα δὲ ἀνϑρώπων ἐτόξευσεν, Ἡρακλέες φασὶ τῦ Ἀλκμήνης μαϑὼν αὐτὸ καὶ κληρονομῆσαι λέγει τῶν τόξων, ὁπότε Ἡρακλῆς ἀπιὼν τῆς ἀνϑρωπείας φύσεως, αὐτόϑι παρεσήσατο, καὶ τὸ ἐν τῇ Οἴτῃ πῦρ. Intelligin' ut hoc quoque in loco Philoctetem pyram Oeteam ſuccendiſſe, & ab Hercule ſagittas accepiſſe cum Cicerone Philoſtratus ſcribat, ſubjiciatque ἐλϑεῖν δὲ Φιλοκτήτᾳ ἐς Τροίαν ἔτε νοσεῦντα, ἔτε ἐνοσηκότι ὅμοιον, ἀλλὰ πολὺν μὲν ὑφ' ἡλικίας, ἐξήκοντα γάρ πε ἐτῶν γεγονέναι, σφριγῶντα δὲ ταῖς πολλὰς τῶν νέων, βλέπειν τε δεινόταλα ἀνϑράκων, καὶ φϑέγγεσϑαι βραχυλεγώτατα,

Ferre jubes Poeante ſatum: quo flamma miniſtro
Subdita. dumque avidis comprenditur ignibus agger;
Congeriem ſilvae Nemeaeo vellere ſummam
Sternis: & impoſitâ clavae cervice recumbis,
Haud alio vultu, quam ſi conviva jaceres,
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.

Fab. IV. Argumentum.

Hercules in Deum.

[a] *Hercules in Oeta Theſſaliae monte, praeſtructo rogo, ac ſagittis traditis Philoctetae Poeantis filio,* [b] *qui ejus pyram ſtruxerat, flammis exuſtus eſt: ita ut* [c] *immortalium deorum jus à Jove in coelo reciperet, & aliquando placatâ Junone, filiae ejuſdem nomine Hebae jungeretur.* [d] *Dejanira autem, re auditâ ipſa ſe interfecit.*

JAmque valens, & in omne latus diffuſa ſonabat,
Securosque artus, contemtoremque petebat
Flamma ſuum. timuere Dei pro vindice terrae.
Quos ita (ſenſit enim) laeto Saturnius ore
Juppiter adloquitur: Noſtra eſt timor iſte voluptas,
O Superi: totoque libens mihi pectore grator,
Quod memoris populi dicor rectorque paterque:
Et mea progenies veſtro quoque tuta favore eſt.
Nam quamquam ipſius datur hoc immanibus actis;
Obligor ipſe tamen. ſed enim, ne pectora vano

Fida

γώτατα, καὶ ὀλίγοις τῶν βουλευμάτων ξυντίθεσθαι. Senem ac robuſto jam corpore, ac viribus conſtantem ait Philoſtratus veniſſe Philoctetem ad bellum Trojanum. Demum, ſi placet, Cointum illum Smyrnaeum, cognomento Homericum, hunc tamquam Colophonem addamus: is enim ſupraſcriptorum auctorum ſententiae mirificè favens, ſubſcribit ἐν τοῖς μετ' Ὅμηρον lib. x. ℣s. 203. ubi Herculem arma ſua à Vulcano fabricata Philoctetae Poeantis filio dono dediſſe, narrat, eumque illius amicum ac contubernalem fuiſſe, refert, cum ait:

Καὶ τὰ μὲν ἂρ τεύξαντο κλυταὶ χέρες Ἡφαίστοιο
Ὀμβρίμῳ Ἡρακλῆϊ, ὃ δ' ὤπασε παῖδα Φορῆναι
Ποιάντος, μάλα γὰρ ὁμώροφιος φίλος ἦεν,
Αὐτὰρ ὃ κυδιόων ἐν τεύχεσι, δάμνατο λαούς.

Quos verſus ſic vertit Quintinius Spineus, civis meus, juvenis quidem eruditus & ingenioſus:

Quae quondam invictus doctam fabrefacta per artem
Alcides Vulcane tuam geſtaverat arma,
Oetaeo ad ſuperos jam jam rediturus ab igne,
Illa Philoctetae claro donavit alumno.
Hiſce ſed exſultans telis Poeantia proles,
Nunc hos, nunc illos hoſtes demittit ad orcum.
Ciofanus.

232. *Viſuras.*] An, *Verſuras.* Heinsius. *Bellaque viſuras* Leidenſis.

234. *Comprenditur.*] *Componitur* Cantabrig.

[a] *Hercules.*] Deeſt Raener. *Tandem Hercules* Micyll. Colon. qui hoc argumentum continuat praecedenti. in Parm. & Lugd. incipiebat à, *Theſſaliae monte.*

[b] *Qui ejus.*] *Qui ei pyram conſtruxerat.* Colon.

[c] *Immortalium deorum jus.*] Sic edidit Raenerius. Sed MS. cum Venet. & Micyll. *immortale jus.* Forte, *immortalitatis jus.* Muncker. *Ita ut mortale corpus ejus à Jove reciperetur.* Colon. *ita ut immortale ejus* Marg. Micyll.

[d] *Dejanira autem.*] Haec ultima abſunt à Colonienſi.

241. *Timuere.*] *Tremuere* quatuor. *vindice mundi* ſeptem.

245. Re-

Fida metu paveant, Oetaeas ſpernite flammas.
Omnia qui vicit, vincet, quos cernitis, ignes,
Nec niſi maternâ Vulcanum parte potentem
Sentiet. aeternum eſt, à me quod traxit, & expers,
Atque immune necis, nullàque domabile flammâ.
Idque ego defunctum terrà coeleſtibus oris
Accipiam, cunctisque meum laetabile factum
Dîs fore confido. ſi quis tamen Hercule, ſi quis
Forte Deo doliturus erit, data praemia nolet;
Sed meruiſſe dari ſciet; invitusque probabit.
Adſenſere Dei. conjux quoque regia viſa eſt
Cetera non duro, duro tamen ultima vultu
Dicta tuliſſe Jovis; ſeque indoluiſſe notatam.
Interea, quodcumque fuit populabile flammae,
Mulciber abſtulerat; nec cognoſcenda remanſit
Herculis effigies; nec quidquam ab origine ductum
Matris habet: tantumque Jovis veſtigia ſervat.
Utque novus ſerpens, poſitâ cum pelle ſenectâ,
Luxuriare ſolet, ſquamâque virere recenti;
Sic, ubi mortales Tirynthius exſuit artus;
Parte ſui meliore viget; majorque videri
Coepit; & auguſtâ fieri gravitate verendus.
Quem pater omnipotens, inter cava nubila raptum,
Quadrijugo curru radiantibus intulit aſtris.

Fab.

245. *Rector.*] *Tutor* unus Baſil.

247. *Datis hoc.*] *Datur hoc* Florentin. S. Marci, ſec. Medic. & multi alii Heins.

247. *Immanibus.*] *Inſignibus actis* Medic. unus & Leidenſ. quod defendi poſſet ex Epiſt. III. 121. ſed vid. ad lib. II. Triſt. 335. Burm.

253. *Nullâque domabile flammâ.*] *Nullique* unus meus. Lege, *nullique flammae.* ut infra 2 2.

——— *quodcunque fuit populabile flammae.*

Ita enim vetuſtiores omnes. pro *immune necis* Florentinus S. Marci, *ſimul.* an, *immune ſitûs?* Heins. Ita inf. XIV. 253 *nulli penetrabile telo* ex MSS. & mox verſ. 262. eadem varietas.

257. *Praemia nollet.*] Imo *nolet* cum caſtigatoribus. Heins. Forte,

Doliturus, & haec data praemia nolet:
At meruiſſe dari ſciet.

Et enim eſt in Moreti.

261. *Notatam.*] *Notata eſt* quatuordecim ſcripti. *notata* totidem. *notatum* unus Moreti. *notarunt* Baſil.

263. *Flamma.*] *Flammae* Cantabr. & infiniti alii.

264. *Ab imagine.*] *Ab origine* Gronov. Medic. ſollemni permutatione. *matris erat* etiam in Medic. altero.

267. *Nitere.*] *Virere* Palat. & Ambroſ. & haec verba paſſim confunduntur. vid. ad lib. II. 795. & alibi.

271. *Raptum.*] *Tractum* Cantabr.

272. *Quadrijugo curru.*] Triumphali. Innuit enim Herculem cum maxima gloria triumphantum more in coelum fuiſſe ſublatum. Regius. Obiter autem poëta videtur & illam fabulam attingere, quâ Hercules inter ſydera relatus fertur, dimicantis ſpecie: quod ſidus à Graecis *Engonaſin*, hoc eſt, genicularis appellatur. De quo Hyginus lib. II. Micyllus.

Fab. V. Argumentum.

Galanthis in muſtelam.

[a] *Alcmene cum ex Jove conceptum Herculem propter Junonem parere non poſſet*; [b] *implorata ab ea partubus praeſidens Lucina, quam quidam* [c] *Ilithyiam interpretantur, ad fores* [d] *reginae venit. & cum* [e] *in terra reſidens nexis* [f] *manibus partum retardaret*; *Galanthis* [g] *praeminiſtra* [h] *conſpexit eam, ſuſpicataque eſt eo geſtu impedimento eſſe dominae ſuae, quominus pareret,* [i] *& providentia dolum ridens, ementita eſt Alcmenam partu* [k] *ſolutam.* [l] *At illa imprudens reſolutis manibus Alcmenam cruciatu liberavit. Cujus aſtutiam graviſſima poena eſt* [m] *proſecuta: namque eam in muſtelae figuram convertit. ita ut ore, quo mentita eſt, pareret.*

SEnſit Atlas pondus. neque adhuc Sthenelеïus iras
Solverat Euryſtheus; odiumque in prole paternum
Exercebat atrox. at longis anxia curis
Argolis Alcmene, queſtus ubi ponat aniles,
Cui referat nati teſtatos orbe labores,
Cuive ſuos caſus, Iölen habet. Herculis illam

Imperiis,

[a] *Alcmene*] *Alcmena* Micyll. Colon.

[b] *Implorata ab ea.*] *Implorata Junone ea quae partubus praeſidet Lucina* Raen. *Implorata ab ea Lucina partubus praeſidente, que Ilithyia interpretatur* Colon.

[c] *Ilithyiam interpretantur.*] *Elithyiam* MS. Horat. Carm. Saec. *lenis Elithyja.* Schol. *Diana à nobis quidem Lucina dea, à Graecis autem Ilithyja dicitur: ſic & Homerus eam nominavit, quia parientibus favere putabatur.* Anton. Liberal. in hac fabula cap. 29. Μοῖραι καὶ Εἰλειθυίαι πρὸς χάριν τῆς Ἥρας κατεῖχον ἐν ταῖς ὠδῖσι τὴν Ἀλκμήνην. Munckerus.

[d] *Reginae venit.*] *Reginae partum impeditura, in vetulam transfigurata venit* Raener.

[e] *In terra reſidens.*] *Intus reſidens* Colon.

[f] *Manibus partum.*] *Nexis manibus caneret, quod Junonis voluntate partum laborantem retardaret. Galantis eam parturientis miniſtra conſpexit* Micyll. Colon. & priora verba ad *Galantis* uſque, etiam habent Parm. & i ugd. niſi quod *laborantes. quo Junonis* Marg. Micyll.

[g] *Praeminiſtra.*] Ancilla. Reſtituimus idem vocabulum huic ſcriptori lib. II. cap. I. ubi vide, quae annotavimus, ſi tanti putes. Muncker.

[h] *Conſpexit eam.*] *Eam* deeſt Parm. Lugd.

[i] *Et providentia.*] *Et prudenter* Colon. Marg. Micyll.

[k] *Solutam.*] *Solutam eſſe* Colon.

[l] *At illa.*] Haec periodus deeſt ad *cujus* Colonienſi.

[m] *Proſecuta.*] *Conſecuta* Colon.

273. *Senſit Atlas pondus.*] Hunc locum imitatus eſt Seneca in Hercule Oeteo:

Laſſus in pondus titubavit Atlas.

Et ibidem:

Numquid impoſitum ſibi
Non poterit Atlas ferre cum caelo Herculem?

Ciofanus.

273. *Sthenelеïus Euryſtheus.*] Sthenelei filius. Ad id verò alludit poëta quod in v. ſcribit Diodorus. Cùm enim Euryſtheus cognoviſſet Hyllum Herculis filium, ac quoſdam è fratribus vivos evaſiſſe, veritus ne ſi omnes ad eam perveniſſent aetatem, Mycenarum imperio ſe privarent, Ceyci Trachinae regi, ad quem poſt patris mortem confugerant, bellum indixit, niſi Herculis & Licymnii filios, & Iölaum ac omnes Arcades, qui cum Hercule militaſſent, expelleret. Ipſi verò Euryſthei viribus impares, ſponte Trachinem relinquentes, ab Athenienſibus adjuti, ducibus Iölao, Theſeo Hylloque conſtitutis, Euryſthei exercitum profligarunt, ipſeque Euryſtheus curru fugiens ab Hyllo fuit interfectus. Regius. Fabulam tractat Euripides in Heraclidis: qui etiam illud addit, Macariam Deianirae Herculis filiam pro reliquorum ſalute ſe devoviſſe: de cujus nomine & fons Macaria poſtea appellatus fuit in agro Athenienſi. Cujus etiam Pauſanias meminit in Atticis. Micyll.

274. *In prole.*] Si eſſet ſoluta oratio *in prolem* diceretur, id eſt, contra prolem. Regius. Non tamen ſcriptores ſolutae orationis hac locutione abſtinuerunt. Cicer. I. Verr. I. *Si ſortes fueritis in eo, quem nemo ſit auſus defendere.* ubi Scholiaſtes

Ano-

Imperiis, thalamoque, animoque receperat Hyllus:
Implêratque uterum generoſo germine. cui ſic
Incipit Alcmene: Faveant tibi numina ſaltem;
Corripiantque moras, tum cum matura vocabis
Praepoſitam timidis parientibus Ilithyiam;
Quam mihi difficilem Junonis gratia fecit.
Namque laboriferi cum jam natalis adeſſet
Herculis, & decimum premeretur ſidere ſignum:
Tendebat gravitas uterum mihi: quodque ferebam,
Tantum erat, ut poſſes auctorem dicere tecti
Ponderis eſſe Jovem. nec jam tolerare labores
Ulterius poteram: quin nunc quoque frigidus artus,
Dum loquor, horror habet; parsque eſt meminiſſe doloris.
Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus,
Feſſa malis, tendensque ad coelum brachia, magno
Lucinam, Nixosque pares, clamore vocabam.

Illa

Anonymus. *ideo*, in eo *dixit*, *& non*, in eum, *quia hoc in utrumque caſum profertur, ſicut Virgilius, Talis in hoſte fuit, cum in Priamum dicere debuerit.* ſic Juſtinus ſaepe loquitur; lib. 1. 6. *Nepotem in eo egit.* VIII. 6. *ſceleſtus in utroque.* Nec dubitare debebat Vorſtius an *in utrumque* praeſtaret, vel *in utroque* exponere, *in utraque re.* ut nec an Severus lib. 1. Hiſt. Sacrae 25. ſcripſerit, *toties in domino rebelles deprehendantur*, & maluiſſe, *in dominum.* Noſter etiam aliquoties: lib IV. 546. *nimium in pellice ſaevae.* VI. 635. *ſcelus eſt pietas in conjuge Tereo.* & alibi: vid. ad Quinctil. Declam. XV. 6. & infr. lib. XIV. 193. Burm.

276. *Argolis Alcmene.*] Alcmena cujus fuerit filia docet Plautus in Amphitr. Prolog. ℣s. 99.

Qui cum Alcmena eſt nupta, Electri filia.

Ciofanus.

276. *Ubi ponat.*] *Fundat* unus Moreti.

277. *Teſtatos.*] *Vulgatos* Patavin.

279. *Imperiis.*] *Imperio* plurimi. ſed perperam: Vide ad Valer. Flac. III. 619. ubi latius de hoc agemus; & ſtudio Poëta variavit ne tres ablativi in *o* concurrerent. Aut ſi *imperio* legendum ſit, cum Heinſio mallem, *imperio thalamisque, animoque.* ſic Senec. Herc. Oet. 1491. ut ex Etruſco Codice edidit Gronovius, *Tuis hanc facibus & thalamis para.* Burm.

280. *Generoſo ſemine.*] *Germine* vetuſtiores magna ex parte, niſi quod Cantabrig. Arondel. & tres alii, *ſanguine.* tertius etiam Medic. & quatuor alii, *cui ſic*, pro. *cum.* Heinsius. Vid. lib. X. 328.

282. *Cum matura vocabis.*] In uno meo, *Paritura.* Ciofan. Nihil muta. Juſtin. XIII. 2. *Roxane exacto menſe octavo matura jam ex Alexandro erat.* Noſter V. Faſt. 171.

Hunc ſtirps Oceani maturis niſibus Aethra
Edidit.

Vid. ad Phaedr. I. Fab. 19. Burmann.

283. *Timidis parientibus.*] *Tumidis* prim. Vatic. & decem aut duodecim alii. mox, *decimo premeretur ſidere ſignum*, non *decimum* Florent. S. Marci. prim. Pal. quart. Medic. & XV. alii. Heins.

283. *Ilithyiam.*] *Ilithyian* ſecundus Mediceus. vide lib. VI. 707.

288. *Dicere tanti.*] *Tecti* cum melioribus. Heinsius. *Ducere* Medic. quartus. ut lib. VIII. 280.

289. *Labores.*] *Dolores* nonnulli. *laborem* Medic. & Bonon. *celare* unus Medic.

291. *Horror habet.*] *Adit* Neapol. ſec. Medic. Urbin. Forte, *obit.* Vide Notas lib. I. verſ. 552. Heinsius.

292. *Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus.*] Bromia, apud Plautum in Amphitruone, Alcumenam & confeſtim & ſine aliquo prorſus dolore peperiſſe ait:

Dum, inquit, *haec geruntur, interea uxorem tuam*
Neque gementem, neque plorantem noſtrum quisquam audivimus.
Ita profecto ſine dolore peperit. Ciofan.

294. *Ad nexos partus.*] In uno Vatican. & eodem meo, *Ad nexusque pares.* Idem. In MSS. legebatur, *ad niſus pares.* Quod eſſet, *ad niſus partes*, vel *nixus.*

Magna
Lucinam ad niſus partes clamore vocabam.

Illa quidem venit, ſed praecorrupta, meumque
Quae donare caput Junoni vellet iniquae.
Utque meos audit gemitus; ſubſedit in illâ
Ante fores arâ, dextroque à poplite laevum
Preſſa genu, digitis inter ſe pectine junctis
Suſtinuit nixus. tacitâ quoque carmina voce
Dixit: & inceptos tenuerunt carmina partus.
Nitor, & ingrato facio convicia demens
Vana Jovi; cupioque mori; moturaque duras
Verba queror ſilices. matres Cadmeides adſunt;
Votaque ſuſcipiunt; exhortanturque dolentem.
Una miniſtrarum, mediâ de plebe, Galanthis,
Flava comas, aderat, faciendis ſtrenua juſſis;
Officiis dilecta ſuis, ea ſenſit iniquâ
Neſcio quid Junone geri: dumque exit, & intrat
Saepe fores; Divam reſidentem vidit in arâ;
Brachiaque in genibus digitis connexa tenentem:
Et, Quaecumque es, ait, dominae gratare; levata eſt
Argolis Alcmene: potiturque puerpera voto.
Exſiluit, junctasque manus patefacta remiſit

Diva

Hoc eſt ad ipſos niſus, ſive auxilium partus ac niſuum. Dan. Heinsius. Scripti vetuſtiores maxima ex parte, *Lucinam nexusque pares*, vel, *nixusque*. quod poſterius à Turnebo in Adverſariis lib. VII. 8. probatur. Florent. S. Marci, *nexusque*. cum diverſâ lectione, *vel nixus vel noxas. Lucinam nexosque pares*. prim. Medic. ſec. Palat. & duo alii. unus meus, *nixosque pares*. quod verum eſt. ut *Nixos* Deos intelligat puerperiis praeſidentes. de quibus videatur Feſtus in *Nixi Dei*, quanquam is tres fuiſſe contendit, ut forte ſit legendum, *Lucinam Nixosque pari clamore*. nam in uno noſtro, *nixusque parens*. Nonius in *Enixae: Enixae dicuntur Foeminae nitendi, id eſt cacandi & dolendi labore perfunctae, à Nixis, quae religionum genera parientibus praeſunt*. in Spirenſi, *Nexasque pari*. in Mureti excerptis ac uno Baſil. *rurſus pariens*. in Graeviano, *nixusque pares*, cum gloſſa, *illos deos*. in priore Twiſdenio, *nexosque pares*. ſed emendatum, *nixosque*. addito ſcholio: *Nexi ſunt Di, qui connectunt membra mulierum ſoluta ad partum, unde dicantur nexi. Nixusque pares. duo ſunt fratres, Dii partus, ſicut & Lucinae*. in altero Twiſdenio, *Nexasque Deas* pro diverſa lectione notatur. Olim legebam, *nixura pares*. ut Hypſipyle apud Stat. v. Theb. *Enitor geminos*. Heins. *Nixi* illi bene ſe habent, ſed *pares* diſplicet aliquantum. forte, *Nixosque lares*, ut inter deos Lares ſint habiti: Gangraeus ad Juven. Sat. II. 33. *nexos partus*, pro impeditis capit. Burmann.

296. *Vellet.*] *Mallet* unus Medic. & Heinſii. recte.

297. *Audit gemitus.*] *Senſit* Gronovianus. ut ſaepe Noſter, Terentius & alii. deinde, *ſubſedit in ima* conjecerat Heinſius. etiam non male. nam *illa* & *imus* confundi ſolent. vid. inf. ad verſ. 663. *ara ima*, vero hic eſt ima pars arae. Ut vero hic *ſubſidere in ara*, ita *conſidere* Nepos in Pauſan. 4. Burmann.

298. *Dextroque eſt poplite laevum Preſſa genu, digitisque inter ſe pectine junctis ſuſtinuit partus.*] *A poplite* Priſcianus lib. VII. pag. 777. agnoſcit & ſex codices ſcripti è noſtris. recte. complures, *è poplite*. duo, *in*. tum *digitis*, non *digitisque* idem Priſcianus cum membranis haud paucis. *& digitis* in Mediceo ſecundo ac ſeptem aliis. Denique, *ſuſtinuit nixus* quatuor apud me codices: nam *partus* ſubſequuntur ſtatim. Forte & rectius ſit, *digitis inter ſe pectine vinctis*. certe in tribus ſcriptis, *digitis nexis*. quod nec ipſum damnandum. Appoſitè Plinius Naturali Hiſtoria libro XXVIII. cap. 6. *Aſſidere gravidis, vel, cum remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter ſe implexis, veneficium eſt: idque compertum tradunt Alcmena Herculem pariente. Pejus, ſi circa unum ambove genua. Item poplites alternis genibus imponi. Ideo haec in conciliis ducum poteſtatumve fieri vetuere majores, velut omnem actum impedientia. Vetuere & ſacris votisve ſimili modo intereſſe*. Apulejus libro III. Metamorph. *Complicitis denique pedibus ac palmulis in alternas digitorum viciſſitudines ſuper genua connexis*. Heins.

299. *Preſſa*

Diva potens uteri. vinclis levor ipſa remiſſis.
Numine decepto riſiſſe Galanthida fama eſt.
Ridentem, prenſamque ipſis Dea ſaeva capillis
Traxit, & è terrâ corpus relevare volentem
Arcuit: inque pedes mutavit brachia primos,
Strenuitas antiqua manet: nec terga colorem
Amiſere ſuum: forma eſt diverſa priori.
Quae, quia mendaci parientem juverat ore,
Ore parit: noſtrasque domos, ut & ante, frequentat.

Fab. VI. & VII. Argumentum.

Dryope in arborem Loton. Iölaus in adoleſcentem.

Dryope Euryti filia, ſoror [a] *Iöles, Andraemonis conjux, quam antea dilexerat Apollo, cum ad lacum ſacratum Nymphis dona ferens veniſſet, & ex arbore loto ramum decerpſiſſet, quo parvum filium* [b] *nomine Amphiſon, quem ſecum tulerat, oblectaret,* [c] *in quam Lotos, fugiens Priapum, erat transfigurata,* [d] *quia ſacrae arboris exſtiterat violatrix, trunco ejus haeſit* [e] *infixa.* [f] *Inter quae dum ſororis caſum Iöle refert Alcmenae; Iölaus,* [g] *Herculis & Hebes filius, in antiquam pueritiam transfuſus videtur. Sic enim Junonis filia roganti conjugi promiſerat.*

Dixit:

299. *Preſſa genu.*] Vid. Periz. ad Sanctii Miner. I. 15. p. 136.

303. *Duros.*] *Duras* prior Moreti. vide ad *Ÿs.* 225.

304. *Verba queror.*] Nonnulli libri ſcripti, *Verba loquor.* Ciofan. Ita & codices aliquot. *verba fero* unus Leidenſis & alius.

304. *Adſunt.*] *Adſtant* Bonon.

305. *Suſcipiunt.*] *Concipiunt* Genevenſ. vid. ad lib. x. 291.

305. *Dolentem.*] *Timentem* duo codices. ut inf. x. 466. *hortaturque timentem.* & Claud. II. de Rapt 323

Teneroque levant ſermone timores.

Ubi vulgo, *dolores.* Heins.

306. *Una miniſtrarum, media de plebe, Galanthis.*] Haec *lacteus flos* interpretatur. γάλα enim lac, ἄνθος flos dicitur. Const. Fanens.

313. *Voto.*] *Nato* duo Codices. *partu* Baſil.

314. *Exſiluit, junctasque manus pavefacta remiſit.*] *Exſiluit* meliores. & *patefacta* prim. Mediceus, prim. Baſil. & octo alii. Narrat fabulam Libanius in Diagematis à Leone Allatio editis Fab. II. ubi Acalanthis eſt, quae Naſoni Galanthis. Nicandro in ἑτεραυμένοις apud Antoninum Liberalem cap. xxix. Galinthias eſt Proeti filia. Heins. *Stupefacta* duo Medicei. *reſolvit* etiam Bonon. & mox, *vinclis ſolutis* duo.

317. *Prenſamque ipſis.*] *Suis* unus ex meis & Graevianus. rectius. Putabam aliquando:

——— *prenſamque ſolo Dea ſaeva capillis*
Stravit.

Lib. II. 476.

——— *arrepta prenſis à fronte capillis*
Stravit humi pronam.

Pro *relevare volentem* quinque veteres, *parantem.* Heinsius.

323. *Ut & ante.*] *Velut ante* ſcripti & editi nonnulli. male, vid. ad II. 524.

[a] *Iöles.*] *Iölis, & Andr. uxor* Colon.

[b] *Nomine Amphiſon.*] Repone *Amphiſſon* ex Anton. Liberal. cap. 32. monuit id jam pridem nob. Heinſius. Aliter fabulam narrat Tzetz. ad Lycophr. pag. 83. Ed. Steph. Muncker. In Colonienſi hoc ordine exhibentur, *decerpſiſſet, in quam Lotos fugiens Priapum erat transfigurata, quo ramo parvum f.* &c.

[c] *In quam Lotos.*] *In quam lotum Nympha Lotos* Raener.

[d] *Quia ſacrae.*] *Quia ſacratae* Colon.

[e] *Infixa.*] *Adfixa* Colon.

[f] *Inter quae.*] *Quem caſum ſororis dum Iöle* Raener. Heinſ. *Item dum caſum ſororis Iölis refert Alcmene* Colon.

[g] *Herculis & Hebes filius.*] Sic cum Venet. &

Dixit: &, admonitu veteris commota miniſtrae,
Ingemuit; quam ſic nurus eſt adfata gementem:
Te tamen, ô genetrix, alienae ſanguine veſtro
Rapta movet facies. quid ſi tibi mira ſororis
Fata meae referam? quamquam lacrimaeque dolorque
Impediunt, prohibentque loqui. fuit unica matri
(Me pater ex aliâ genuit) notiſſima formâ
Oechalidum Dryope: quam virginitate carentem,
Vimque Dei paſſam, Delphos Delonque tenentis,
Excipit Andraemon; & habetur conjuge felix.
Eſt lacus, acclivi devexo margine formam
Litoris efficiens: ſummum myrteta coronant.
Venerat huc Dryope fatorum neſcia; quoque
Indignere magis, Nymphis latura coronas.
Inque ſinu puerum, qui nondum impleverat annum,
Dulce ferebat onus: tepidique ope lactis alebat.
Haud procul à ſtagno, Tyrios imitata colores,
In ſpem baccarum florebat aquatica lotos.
Carpſerat hinc Dryope, quos oblectamina nato
Porrigeret, flores: & idem factura videbar;
Namque aderam. vidi guttas è flore cruentas

Decide-

Micyll. etiam MS. Falſum tamen Iölaum fuiſſe Herculis filium. Ἀδελφιδοῦς Herculis fuit. Fratris nempe ejus Iphicli filius, vide Palaephatum Solinum, alios. MUNCKER. *Iölaus, Fratris Herculis filius.* Raener. Micyll. in Margine fortaſſe, *Iphicli & Diomedes.*

324. *Admonitu.*] *A monitu* Voſſian.

325. *Dolentem.*] *Gementem* Mediceus familiari Ovidio repetitione. alii, *loquentem, paventem.*

326. *Aliena à ſanguine noſtro.*] *Alienae ſanguine veſtro* meliores. HEINSIUS. Vide ad Quinctil. VI. de Inſt. Orat. 3.

327. *Mira.*] *Cara* Medic. unde Heinſ. *rara. facta* pro *fata* etiam plurimi.

331. *Dryope.*] Hanc Antoninus Liberalis ex Nicandro cap. XXXII. Dryopis Sperchii fluvii, ex Polydora una Danaidum, filii filiam facit, & fabulam longe aliter narrat. Andraemonem autem Oxyli filium dicit. Scholiaſtes vero Pindari Olym. od. III. 22. Oxylum Aetoli filium, qui Andraemonis erat, facit. forte ille Oxylus filium Andraemonem ex avi nomine vocavit, niſi apud Scholiaſtem *Haemonis* filius pro *Andraemonis* legendum ſit; nam ita Pauſanias lib. V. c. 3. dicit Oxylum Haemonis filium, Thoantis nepotem eſſe, & cap. ſeq. Oxyli filios facit Aetolum & Laean. idem tamen ibidem Andraemona genuiſſe Thoantem narrat, ut & Ovid. lib. XIII. 357. & lib. X. cap. 39. Gorgen Oenei filiam uxorem dat Andraemoni. Andraemonem Pylium conditorem Colophonis facit Strabo lib. XIV. pag. 633. alia Dryope à Val. Flac. II. 174. induci videtur. BURMANN.

334. *Eſt lacus acclivis.*] *Acclivi* unus Mediceus, ut referatur ad τὸ *litoris.* unus Voſſ. & Twiſd. *acclivus.* ſic *acclivus limes* initio libri II. pari quoque modo *declivus* & *declivis* dicebant. Vide Notas Faſt. III. vſ. 13. HEINS.

336 *Hic.*] *Huc* plerique, & recte. IDEM.

341. *In ſpem baccarum.*] *Baccarum ſpecie* Junian. & Leidenſ. *in ſpecie* nonnulli alii.

341. *Aquatica lotos.*] Vide ad Ep. XV. 159.

342. *Carpſerat hinc.*] *Huic* pr. Moreti. *carpſerat hinc paucos* Medic.

344. *Namque aderam.*] Unus Heinſii *vidi (namque aderam) guttas.* quod ille praeferebat vulgatae.

344. *E flore.*] *De flore* Vaticanus & unus Heinſii: rectius. geminare enim eaſdem praepoſitiones, ex quibus verba compoſita, amabant. ſic & lib. III. Am II. 14.

Deque meis manibus lora remiſſa fluent.

Ubi etiam *e* alii. Vide & ſupr. lib. I. 739 & Epiſt. XIII. 103. unus etiam Gronov. *è flore cr. excidere.* BURMANN.

345. *Tre-*

Decidere; & tremulo ramos horrore moveri.
Scilicet, ut referunt tardi nunc denique agreſtes,
Lotis in hanc Nymphe, fugiens obſcaena Priapi,
Contulerat verſos, ſervato nomine, vultus.
Neſcierat ſoror hoc; quae cum perterrita retrò
Ire, & adoratis vellet diſcedere Nymphis;
Haeſerunt radice pedes. convellere pugnat:
Nec quidquam, niſi ſumma, movet. ſuccreſcit ab imo,
Totaque paullatim lentus premit inguina cortex.
Ut vidit; conata manu laniare capillos,
Fronde manum implevit: frondes caput omne tenebant.
At puer Amphiſſos (namque hoc avus Eurytus illi
Addiderat nomen) materna rigeſcere ſentit
Ubera: nec ſequitur ducentem lacteus humor.
Spectatrix aderam fati crudelis; opemque
Non poteram tibi ferre, ſoror: quantumque valebam,
Creſcentem truncum ramosque amplexa, morabar:
Et (fateor) volui ſub eodem cortice condi.
Ecce vir Andraemon, genitorque miſerrimus, adſunt:
Et quaerunt Dryopen: Dryopen quaerentibus illis

Oſtendi

345. *Tremulo ramos horrore.*] *Tremulos* Leidenſ. fruſtra: egregie hic locus alteri apud Propert. I. v. 5. veram, quam vidit Broukhuſius, lectionem adferit:

Et tremulus maeſtis orietur fletibus horror.

Burmannus.

347. *Lotos in hanc Nymphe.*] *Lotis* fortaſſe legendum ſit. *Lotis* enim, non *Lotos* dicta Nympha illa, quae in lotum verſa eſt. Nauger. Magis placet, ut *Lotis* legatur. idem primo Faſtorum:

At ruber hortorum Deus, & tutela Priapus
Omnibus ex illis Lotide captus erat.

Et infra:

Lotis in herboſa ſub acernis ultima ramis,
Sic, ut erat luſu feſſa, quievit humo.

Niſi quis velit ut *Lotos* ſicut *Rhodos* declinetur, ceterum eam ſcio apud neſcio quem Graecum auctorem Neptuni filiam appellari. Const. Fanens. *Lotis* cum Florent. S. Marci, Spirenſi & uno Gronoviano. quomodo & Naugerius. neque aliter duo vetuſtiſſimi codices in argumento hujus fabulae. Lotis etiam haec Nympha in Faſtis lib. I. 416. dicitur. Servio lib II. Georg. vſ. 84. In hac fabula *Lotos* eſt. Mendoſe. Heins.

350. *Iret & oratis.*] *Iret adoratis* Florent. S. Marci, Spirenſ. & quatuor alii. Lege, *Ire & adoratis.* quomodo Urbinas, Langerm. unus Voſſii cum Calandrae excerptis. *Ire & oratis* unus Medic. Heins. *Ire & adoratis* etiam Francof.

353. *Lentus premit.*] *Subit* Gronov. prim. quod *τοῖς lento*, & *paullatim* melius convenire videtur. *capit* Vatican.

355. *Frondes caput omne tegebant.*] *Tenebant* vetuſtiores magno numero. Adi Notas Faſtor. III. v. 219. Heins.

356. *At puer Amphiſus.*] Vide ne *Amphryſus* legi debeat, ab Amphryſo Magneſiae fluvio: quae portio eſt Theſſaliae: Oechalia enim, unde hujus parentes fuerunt, in Theſſalia ponitur, omnium ferè ſcriptorum conſenſu. licet non ignoremus, plures fuiſſe Oechalias. Constant. Fanensis. *Amphiſos* plerique veteres. neque aliter in argumento veteri hujus fabulae. male alii, *Amphyſos*, vel, *Amphryſos.* Scribe, *Amphiſſos.* Ἄμφισσος Antonino Liberali bis dicitur, qui fuſe fabulam ex Nicandri ἑτεροιουμένοις narrat Metamorphoſi XXXII. mox, *ſentit* pro *ſenſit* meliores. Heins.

357. *Addiderat nomen.*] Sic legendum ex optimis libris ſcriptis. Ciofanus. Heinſ. *indiderat* malebat. unus Mediceus, *Ediderat.* ſed lib. v. 524. *ſi modo nomina rebus Addere vera placet.*

358. *Ducentem.*] *Sugentem* Vaticanus & alter Gronovii. male: vid. ad II. Faſt. 419.

362. *Volui.*] Heinſius olim conjecerat, *vovi*; ut lib. x. 626. quidam codices, *vovi quia vivere tecum* vid. & lib. x. 25. & alibi.

363. *Andraemon.*] *Andraemo* Oxonienſ. vid. ad

Quinctil.

Oſtendi loton. tepido dant oſcula ligno:
Adfuſique ſuae radicibus arboris haerent.
Nil niſi jam faciem, quod non foret arbor, habebas,
Cara ſoror. lacrimae miſero de corpore factis
Irrorant foliis: ac, dum licet, oraque praeſtant
Vocis iter, tales effundit in aëra queſtus:
Si qua fides miſeris, hoc me per numina juro
Non meruiſſe nefas. patior ſine crimine poenam.
Viximus innocuae: ſi mentior, arida perdam,
Quas habeo, frondes; & caeſa ſecuribus urar.
Hunc tamen infantem maternis demite ramis;
Et date nutrici: noſtrâque ſub arbore ſaepe
Lac facitote bibat; noſtrâque ſub arbore ludat.
Cumque loqui poterit, matrem facitote ſalutet.
Et triſtis dicat: Latet hoc ſub ſtipite mater.
Stagna tamen timeat; nec carpat ab arbore flores:
Et frutices omnes corpus putet eſſe Dearum.
Care vale conjux, & tu germana, paterque.
Quîs ſi qua eſt pietas, ab acutae vulnere falcis,
A pecoris morſu frondes defendite noſtras.
Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non eſt,
Erigite huc artus, & ad oſcula noſtra venite,

Dum

Quinctil. I. de Inſt. Orat. 4. & ad Noſtri lib. II. Amor. XIV. 33.

364. *Et quaerunt Dryopen.*] *Et quaerunt ubi ſit Dryope*: *quaerentibus* Leidenſ. unus & Gronov. & duo alii.

365. *Tepido ligno.*] *Trepido* Cantabrig. prim. Baſil. & decem alii. ut libro I. 554.

Sentit adhuc trepidare novo ſub cortice pectus. HEINSIUS

366. *Affuſique.*] Multi libri, *effuſique.* eadem diverſitas lib. VIII. 536. & alibi. vide Heinſ. ad Val. Flac. I. 762. Urbinas etiam hic codex, *diffuſique. affixique* ſec. Palat.

368. *Cara ſoror.*] *Toto ſoror* Sixii Forte, *Loti ſoror* pro *miſero de corpore* ſcribendum, *verſo de corpore*, vel contra membranarum veterum auctoritatem. nam *miſeris* mox ſequitur. *ac dum licet* in pleriſque ſcriptis. HEINSIUS. Non potui recipere Heinſii conjecturam contra omnes codices, qui *miſero* habent. ſi quid mutandum, mallem, *mixto de corpore*, quia partim arbor, partim adhuc humanum corpus erat, facies enim ſupererat. ita etiam has voces à librariis confuſas docet Barthius ad Stat. VIII. Theb. 613. BURMANNUS.

371. *Si qua fides miſeris.*] *Superis* fragm. Caeſen.

372. *Non meruiſſe*] *Immeruiſſe* Gronov.

379. *Et triſtis.*] *Pertriſtis* Argentin.

379. *Latet hoc in ſtipite.*] *Sub ſtipite* rectius octo veteres. HEINSIUS *In cortice* unus Patav.

380. *Stagna.*] Mediceus, Leidenſis & ſex alii, *ſigna*, unde Heinſius faciebat olim, *ligna ſigna tamen tenent* Leid. *Stagna tamen vitet* unus Heinſii. *metuat* Str.zzae, *ab arbore frondes* undecim.

383. *Qui ſi qua eſt pietas.*] *Quis* Urbin. & ſex alii. HEINS.

383. *Vulnere falcis*] *Cuſpide falcis* Regius unus.

385. *Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non eſt.*] Editiones nonnullae & ſex ſcripti, *non eſt incumbere vobis.* atque ita ſec. Palat. niſi quod in illo, *non fas eſt.* unus Medic. *vobis incumbere non eſt.* Thyſii, *Et quoniam nymphas. τὸ ad vos* à manu ſecunda in Urbinati, eraſa veteri lectione. *vobis occurrere non eſt* unus Voſſianus. Puto latere Graeciſmum. Scribe:

Et quoniam non eſt ad vos incumbere nobis.
Vel,
Et quoniam ſato non eſt incumbere vobis.
Adeantur quae notavimus ſupra lib. II. verſ. 189. & II. Art. 28. HEINS.

387. *Dum tangi poſſum.*] *Poſſunt* vetuſtiores. oſcula videlicet. ſed alterum praeſtat. IDEM.

388. *Nam*

Dum tangi poſſum, parvumque attollite natum.
Plura loqui nequeo. nam jam per candida mollis
Colla liber ſerpit: ſummoque cacumine condor.
Ex oculis removete manus. ſine munere veſtro
Contegat inductus morientia lumina cortex.
Deſierant ſimul ora loqui, ſimul eſſe: diuque
Corpore mutato rami caluere recentes.
Dumque refert löle fatum miſerabile, dumque
Eurytidos lacrimas admoto pollice ſiccat
Alcmene, flet & ipſa tamen: compeſcuit omnem
Res nova triſtitiam. nam limine conſtitit alto
Pene puer, dubiâque tegens lanugine malas
Ora, reformatus primos löläus in annos.

Fab. VIII. Argumentum.

Callirhoës filii in Juvenes.

Callirhoë Acheloi amnis filia [a] *Alcmaeonis, qui materno ſanguine adſperſus in Acarnaniam ſe contulerat, ut expiaretur, conjugium iniit.* [b] *Ex duabus Alcmaeon filios edidit: qui cum per fallaciam* [c] *à Phegeo, cujus ante filiam habuerat, eſſet occiſus;* [d] *petit Callirhoë à Jove liberis ſuis, ut ultores patris eſſent, annos adjiceret. Ergo ut id conſequi poſſent, dei voluntate ex pueritiâ* [e] *in adoleſcentes factum eſt ut cederent.*

Hoc

388. *Nam jam.*] Puto, *jam jam.* lib. VIII. 136.

Jam jam Paſiphaën non eſt mirabile taurum
Praepoſuiſſe tibi.

Virgil. IV. Æn. 371.

Jam jam nec maxima Juno. Heins.

Horat. II. Od. 20.

Jam jam reſidunt cruribus aſperae
Pelles.

Et ita paſſim poëtae & alii. mox tamen verſ. 403. *nam jam* occurrit: *mihi jam* alter Strozzae. etiam non male. Burm.

390. *Ex oculis removete manus; ſine munere veſtro.*] Morientibus à dilectiſſimis oculi claudebantur: hoc igitur pietatis officium exhibere volentibus, haec dicere videtur. nam corticem hoc facere in ipſorum conſpectu, ait. Glarean. Solebant morientium oculi à parentibus aut liberis, aut ceteris propinquioribus claudi. proinde cùm & hîc idem conarentur pater & conjunx, & ſoror, ex oculis removete manus, inquit Dryope: nam hoc cortex accreſcens & ſuperans, ſine veſtro munere, hoc eſt, per ſe atque ultro, facit, neque ad hoc munus ſive officium, veſtra opera opus eſt. Micyllus. *Sine crimine* ſex libri: *vulnere noſtro* duo. *murmure veſtro* quatuor.

391. *Contegit.*] *Contegat* ex ſcriptis. Heinsius. *Obductus* etiam unus Moreti.

392. *Deſierat ſimul ore loqui.*] *Deſierant ora* ex ſcriptis. Heins.

394. *Factum miſerabile.*] In Caeleſt. & uno meo, *Factum mirabile.* Ciofan. *Mirabile* veteres majori ex parte. Lege, *fatum mirabile.* & ſic unus Mediceus. ſupra dixerat 327.

—— *quid ſi tibi mira ſororis*
Fata mea referam?

Vide Notas lib. VIII. vſ. 612. poteſt & *fatum miſerabile* legi. ut lib. VI. 90.

——— *Pygmaeae fatum miſerabile matris.* Heinsius.

395. *Admoto pollice* Tibull. II. 1. 62.

Fuſus & adpoſito pollice verſat opus.

398. *Pene puer.*] *Forte puer* Thuaneus. *dubiasque* alius.

[a] *Alcmaeonis.*] *Alcineonii* Colon.

[b] *Ex duabus Alcmaeon filios.*] Haec lectio eſt à Raenerio. MS. & Venet. non agnoſcunt *τὸ Alcmaeon.* Nec Micyll. quae praefert, *ex eoque duos filios edidit.* Id quod ſatis commodè dictum eſt. Muncker. *Alcmaeon* non eſt in Parm. Lugd. *contulerat, expiaretur, ex eo duos f. e.* Colon.

[c] *A Phegeo.*] A filiis Phegei Temeno & Axio-

HOc illi dederat Junonia muneris Hebe,
Victa viri precibus. quae cum jurare pararet
Dona tributuram posthac se talia nulli;
Non est passa Themis. Nam jam discordia Thebae
Bella movent, dixit, Capaneusque nisi ab Jove vinci
Haud poterit: ibuntque pares in vulnera fratres:
Seductâque suos manes tellure videbit
Vivus adhuc vates: ultusque parente parentem
Natus, erit facto pius & sceleratus eodem:
Attonitusque malis, exsul mentisque domûsque,
Vultibus Eumenidum, matrisque agitabitur umbris;

Donec

ne, quorum sororem Alphesiboeam repudiarat, occisum narrat Pausanias in Arcadicis. Aliter haec ab Apollodoro referuntur Lib. III. Confer Hygin. Myth. cap. 245. & Passerat. ad illa Propert. Lib. I. El. 15. *Alphesiboea suos ulta est pro conjuge fratres.* Errat tamen vir doctissimus, cum ab Hygino scribi annotat Alcmaeonem à genero Phegeo esse interfectum. Munckerus. *Per fallaciam Phegei* Colon.

d *Petit Callirhoë.*] Posterior vox nec in Venet. nec in MS. comparet. Micyll. dedit, *petit illa* &c. Muncker. *Petit à Jove* Parm. Lugd. *mater à Jove petiit.* Colon. mallem praeterea, *liberis suis, ut ultores essent, patris annos adjiceret.* id est, ut repente juvenes fierent, ut pater erat ante mortem.

e *In adolescentes.*] *In adolescentia* Colon.

402. *Post hunc.*] Neapol. sec. Medic. & unus Leid. *post hac.* alii nonnulli *post haec.* Heins.

403. *Nam jam discordia Thebae.*] Thebae conditae sunt ante cataclysmum, hoc est diluvium. Auctor M. Varro lib. III. cap. I. De Re Rust. sed loquitur de iis, quae Ogygi conditae sunt. Quarum murus hoc modo extructus est, Seneca dicente Phoen. 566.

——— *Poteris has, Amphione,*
Quassare moles? nulla quas struxit manus,
Stridente tardum machina ducens onus:
Sed convocatus vocis & citharae sono
Per se ipse turres venit in summas lapis.

Ciofanus.

404. *Bella movent.*] *Manent* unus Voss. Forte:

——— *Nam jam discordia Thebas*
Bella manent, dixit. Heinsius.

405. *Fientque pares in vulnera fratres.*] Ita in uno meo & duobus Vatican. Quare nihil puto mutandum. In antiquiore, *deflentque pares.* Heben scribit Homerus initio lib. IV. Iliad. fuisse Deorum pincernam. Quod & Statius quoque indicat lib. III. Sil. in Herc. Surrentino:

Sive tui solium Jovis, & virtute parata
Astra tenes, hausturaque tibi succincta beati
Nectaris, excelso melior Phryge porrigit Hebe.

Ciofanus. *Flebuntque* Florentinus S. Marci. reliqui, *deflentque*, vel *fientque in vulnere.* Scribe:

——— *ibuntque pares in vulnera fratres.*

Hinc *Thebanorum par* Minucii Octavio. Statius Theb. VIII. 69.

Atque adeo fratres (haec nostris omina sunto
Prima odiis) fratres alterna in vulnera laeto
Marte ruent.

Idem Theb. XI. 306. de iisdem:

Coëant in praelia fratres.

Manil. lib. IV. 173.

Mutuaque armati coëunt in vulnera fratres.

Ire in vulnera, ut *ire in arma, in bella, ire in fata.* nec caesura obstat, cujus exempla apud Nostrum non desunt. lib. VII. 61.

Et dis cara ferar, & vertice sidera tangam.

Lib. VII. 643.

——— ——— *querorque*
In superis opis esse nihil. at in aedibus ingens
Murmur erat.

Lib. X. 98.

Et bicolor myrtus! & baccis caerula tinus.

Ibidem 459.

——— ——— *fugitque*
Et color & sanguis? animusque relinquit euntem.

Libro XIV. 750.

Ire negabamus, & tecta ignota subire.

Ita enim vetustiores plerique. lib. XV. 634.

Et locus, & laurus, &, quas habet illa, pharetrae.

Virgilius X. 394.

Nam tibi, Thymbre, caput Evandrius abstulit ensis.

Florentinus tamen S. Marci, *poterunt*, pro *poterit*, & *Bella movens.* Heinsius. Vid. ad lib. II. 743.

406. *Subductâque.*] Lege, *diductaque*, vel *seductaque.* unus etiam Ambros. *divisaque.* bene.

407. *Va-*

Donec eum conjux fatale popoſcerit aurum:
Cognatumque latus Phegeïus hauſerit enſis.
Tum demum magno petet hos Acheloïa ſupplex
Ab Jove Callirhoë natis infantibus annos.
Juppiter his motus, privignae dona nurûsque
Praecipiet, facietque viros impubibus annis.

Fab. IX. Argumentum.

Byblidis lacrymae in fontem.

[a] *Miletus ex inſula Cretâ in Aſiam* [b] *profectus, ibi urbem ſui nominis conſtituit.* [c] *Huic ex Maeandri filia Byblis & Caunus nati ſunt. Byblis cum fratrem corporali amore*

407. *Vates.*] De Alcmaeone & ejus interitu etiam Pauſanias meminit in Arcadicis lib. VIII. 24. qui & filiorum, quos ille ex Callirhoë Acheloi ſuſceperat, nomina addit, Amphoterum & Acarnana, à quo poſtea Acarnania dicta, quemadmodum & Thucydides tradit libro ſecundo. Micyll. Vid. Colum. ad Ennii Alcmaeona pag. 281.

408. *Erit facto pius, & ſceleratus eodem.*] Ἀντίθεσις. Sic lib. III. 5. *Facto pius, & ſceleratus eodem.* Ciofanus.

412. *Phlegeïus.*] Hic Phegeus, Themeni & Axionis pater, videndum eſt, an Phoronei frater fuerit, & Pſophidis filius, cujus meminit Stephanus. Constant. Fanens. Imo *Phegeïus* cum melioribus ex fide hiſtoriae. Heins. Phegeus Alphei filius dicitur Hygino Fab. 244. & 245. an idem ſit ille, qui adfuit comes Theſeo in bello contra Creontem apud Stat. XII. Theb. 596. & 681. (ubi etiam *Phlegeus* legi monet Barthius) neſcio. certe à Phoronei aetate remotior eſt. alius etiam ille in bello Thebano Bacchi ſacerdos *Phegeus* Statio memoratus lib. VII. 603. qualia Poëtae nomina arbitrio ſuo dant ſuis hominibus, ut Virgil. v. Aen. 263. IX. 765. & XII. 371. Apollodorus lib. III. cap. 7. hanc fabulam enarrans, Alcmaeona Arſinoën ejus filiam duxiſſe dicit, quam alii Alpheſiboeam vocant. Phegei hujus etiam meminit Schol. Stat. ad II. Theb. 303. ubi etiam *Phlegeus* dicitur, ſed rectè emendat *Phegeus* Barthius. vide de eo ad Remed. Amor. 455. hic vero Phegeus praeter filios ab Apollodoro & Pauſania memoratos etiam Aeropum dicitur habuiſſe, ex quo Echemus natus, Rex Tegeae, qui Hyllum ſingulari certamine occidit. cujus ſaepe meminit Pauſanias. vid. lib. VIII. 5. & alibi. qui cap. 4. Aeropum *Cephei* filium facit, ſed Herodotus lib. IX. 26. *Phegei* filium, depravato ſine dubio nomine pro Cephei. quod miror ab editoribus non animadverſum: Cepheus enim ille, Alei filius, frater Lycurgi, inter Argonautas fuit; & cujus ſtemma etiam Apollod. lib. III. deducit à Pelaſgo, ſed de eo latius agemus ad Valer. Flaccum. caedem vero Alcmaeonis quidam Phegeo, alii ejus filiis adſcribunt. *Cognatum* vero *latus* dicit, non quia Alcmaeon Phegeo ſanguine erat junctus, ſed quia affinitatem cum eo contraxerat. & ita *cognationem* pro affinitate poni docuit vir egregius J. Schulting. ad Senec. Contr. III. 21. in fine. Burmannus.

412. *Hauſerit enſis.*] Sic Virgilius lib. II. Aeneid. 600.

Jam flammae tulerint, inimicus & hauſerit enſis. Ciofanus.

413. *Petit hoc Acheloïa ſupplex.*] *Hos* S. Marci, & Urbin. & tres alii. nonnulli *haec* cum Cantabrigienſi. quidam omittunt eam vocem. pro *petet* etiam prim. Medic. Arond. prim. Hamburg. aliique complures, *petit.* Heins.

414. *Natis infantibus annos Addat, neve necem ſinat eſſe ultoris inultam.*] Ita in uno meo & in Briantii. In altero & uno Vatic. *Neve necem ſinat eſſe ſui victoris inultam.* In alio Vatic. *Neve necem ſinat eſſe diu ultoris inultam.* Prior lectio magis mihi probatur. Nunc diligentius locum perpendens, non ſequor; ſed ita legendum puto, *Neve necem ſinat eſſe ſui victoris inultam.* interpuncto ſuperiore verſu poſt verbum, *annos.* quae diſtinctio optimum ſane efficit ſenſum. Ciofanus. *Neve necem ſinat eſſe diu victoris inultam* Florentinus S. Marci, Urbin. ſec. Pal. alii nonnulli, *genitoris* vel *ultoris.* Neapol.

Neu genitorque necem ſinat eſſe parentis inultam. alii aliter. Ego verſum eſſe ſpurium contendo; nihil enim ad rem facit. Certe in primo Vaticano non comparebat. in uno meo margini adſcriptum offendi hunc ipſum verſum. Heins.

415. *Privigni dona nurûsque.*] *Privignae* ex ſcriptis. Hebe privigna Jovis, quod ex Junone nata ſit: nurus, quod uxor Herculis. Heinsius. *Vota nurûsque* ſec. Med. & alius.

[a] *Miletus.*] Apollinis ex Acacallide filius. Vi-

amore potius, quam pio [d] *patrioque more diligeret, nec* [e] *veſaniam cupiditatis compeſceret,* [f] *atque per literas deteſtandum amorem indicaviſſet, furiali veſaniâ ipſe inſtinctus, patriam profugit.* [g] *Quem illa dum veſtigiis perſequitur, multas* [h] *permenſa gentes, noviſſimè in Cariam venit, ibique* [i] *aſſiduo moerore & fletu fatigata cum concidiſſet, Nympharum* [k] *Lelegeidum miſericordiâ* [l] *exſpirantis lacrymae* [m] *in fontem converſae ſunt, qui dominae nomine* [n] *eſt inſignis.*

HAec ubi faticano venturi praeſcia dixit
Ore Themis; vario Superi ſermone fremebant:

Et,

de Anton. Liberal. cap. 30. & quos Meurſius laudat Cretae cap. VIII. *Ariam* matrem ejus vocat Etymol. auctor in Μίλητος. Μίλητος, inquit, πόλις, ὅθεν καὶ Μιλήσιοι, ἀπὸ Μιλήτου υἱοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρίας. Aut hoc falſum, aut errat Schol. Theocriti in Eidyll. VII. ℣s. 115. Μιλήτου γάρ φασι καὶ Ἀρείας ἐγένοντο παῖδες Δαῦνος (leg. Καῦνος) καὶ Βυβλὶς &c. Confer. Parthen. Eroticôn cap. XI. MUNCKER.

[b] *Profectus.*] *Profectus eſt* Colon.

[c] *Huic ex.*] *Et ex Cyanee filia Meandri amnis, Byblida & Caunum prolem gemellam progenuit. Ex his Byblis* Colon.

[d] *Patrioque.*] *Fraternoque* Colon. rectius ſi MSS. ferrent.

[e] *Veſaniam cupiditatis.*] MS. *Veſania cupiditatem.* MUNCKER.

[f] *Atque per literas.*] *Eique p. l. d. a. indicaſſet, ille facinus abhorrens patriam prof.* Colon. reliquis omiſſis.

[g] *Quem illa dum.*] *Cujus illa dum veſtigia perſequitur* Raener.

[h] *Permenſa.*] *Emenſa* Colon.

[i] *Aſſiduo moerore.*] *Aſ. amore & luctu* Colon.

[k] *Lelegeïdum.*] *Lelegidum* Raener. *Naiadum* Colon.

[l] *Exſpirantis.*] *Exſpirantes* Parm. Lugd. Micyll. *ejus exſpirantis* Col. *excidentes* Raen.

[m] *In fontem converſae ſunt, qui dominae nomine eſt inſignis.*] *Byblis* nempe dictus fons ille, & à multis veterum laudatus. Sed urbis *Byblidos* in Cariâ qui mentionem faciat, non facile inveniaspraeter unum Antoninum Liberalem, qui id facere videtur cap. 30. Καὶ ἐγένοντο δίδυμοι παῖδες αὐτῷ Καῦνος καὶ Βυβλὶς, ἀφ' οὗ πόλις ἐστὶν ἔτι νῦν ἐν Καρίᾳ, Καῦνος καὶ Βυβλίς. Vertit Xylander: *Natique ei ſunt gemini liberi, Caunus & Biblis, unde etiamnum ſunt Caunus & Biblis Cariae urbes.* Verum hoc ſi voluiſſet Liberalis, ita potius ſcripſiſſet, ἀφ' ὧν πόλεις εἰσὶν ἔτι νῦν ἐν Καρίᾳ, &c. Crede mihi male transpoſita eſſe verba Antonini. Ordinem illis ſuum reſtitues, ſi ita ſcripſeris: Καὶ ἐγένοντο δίδυμοι παῖδες αὐτῷ, Καῦνος, ἀφ' οὗ πόλις ἐστὶν ἔτι νῦν ἐν Καρίᾳ, καὶ Βυβλίς. Sic nullam tibi amplius moleſtiam exhibebit urbs Biblis, quae nulla eſt. *Byblos* notiſſima & antiquiſſima Phoeniciae urbs. Stephanus: Βύβλος πόλις Φοινίκης ἀρχαιοτάτε πασῶν, Κρόνου κτίσμα, ἀπὸ Βύβλης τῆς Μιλήτου θυγατρός. Nota *Byblen* dici, quae *Byblis* eſt aliis. Etymol. auctor. Βύβλος πόλις Φοινίκων ἀρχαιοτάτη, &c. Ἡσίοδος. Βύβλοτ' ἀγχίαλον καὶ Σιδῶν' ἀνθεμόεσσαν. Atque ille verſus 912. eſt in Dionyſio, niſi quod ibi exhibetur Σιδόνα, quomodo & pag. 21. in Commentario ſuo adducit Euſtathius. Puto ergo pro Ἡσίοδος in Etymol. reponendum eſſe Διονύσιος. MUNCKER.

[n] *Eſt inſignis.*] *Eſſet in.* Parm. Lugd. Colon. Micyll.

417. *Haec ubi faticano.*] In uno meo, *Haec ubi vaticino.* Omnino rectius. *fatidico* eſt in Capran. quod & ferri poteſt. CIOFANUS. Alii *fatidico*, quatuor codices, *vaticino.* lib. II. 640.

Ergo ubi vaticinos concepit mente furores.

Lib. XV. 436.

——— *ſic dicere vates*
Faticinasque ferunt ſortes. HEINS.

418. *Vano ſuperi ſermone fremebant.*] Fremebant dii adverſus Themidos vaticinium, ut Themis paulo ante contra Heben. Hebe nulli alii deinde juventutem ſe daturam dixit, Themis autem futuros ait Callirhoës filios ex infantibus ſubito viros. Dii contra Themin nulli hoc concedendum. tandem Jupiter auctoritate ſua haec diſcuſſit. GLAREANUS. Omnes libri calamo notati: *Ore Themis, vario.* Rectius. Virgilius lib. X. 96.

Talibus orabat Juno: cunctique fremebant
Caelicolae aſſenſu vario. CIOFANUS.

tremebant vel *ferebant* nonnulli. vid. ad lib. I. 199.

419. *Eadem dare dona.*] *Eadem donare* Baſil. & duo alii.

420. *Pallantias.*] Aurora Pallantis gigantis filia. REGIUS. Heſiodus autem Hyperionis filiam facit Auroram, Pallantis ſororem patruelem, his verſibus in Theog. 371.

Θείᾳ δ' Ἠελίου τε μέγαν, λαμπράν τε Σελήνην,
Ἠῶ θ' ἣ πάντεσσιν ἐπιχθονίοισι φαείνει,
Ἀθανάτοις τε θεοῖς οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι
Γείνατ', ὑπευνηθεῖσ' Ὑπερίονος ἐν φιλότητι.
Κρείῳ δ' Εὐρυβίη τέκεν ἐν φιλότητι μιγεῖσα
Ἀστραῖόν τε μέγαν, Πάλλαντά τε δῖα θεάων.

Fue-

Et, cur non aliis eadem dare dona liceret,
Murmur erat. queritur veteres Pallantias annos
Conjugis esse sui: queritur canescere mitis
Iasiona Ceres: repetitum Mulciber aevum
Poscit Erichthonio. Venerem quoque cura futuri
Tangit, & Anchisae renovare pacisci tur annos.
Cui studeat, Deus omnis habet: crescitque favore
Turbida seditio; donec sua Juppiter ora

Sol-

Fuerunt enim fratres Hyperion, Creus, Ceus & Japetus. Terrae & Oceani filii, ut ex eodem patet. Micyll.

421. *Canescere mitem Iasiona Ceres.*] *Mitis Ceres* in plerisque veterum. recte. libro v. 497. Arethusa ad Cererem:

Hanc habeo sedem, quam tu mitissima serva.

Et lib. vi. 118. *frugum mitissima mater.* sic & *fruges mites* Noster passim vocat. Heins.

422. *Iasiona flava Ceres.*] Sic quidem ferè hactenus corruptè lectum est, quod perquàm mirandum est: cùm *Iasona* & quadrisyllabum sit, & primam corripiat syllabam. quod sanè haud imperiti quidam animadvertentes *Aesona* putarunt esse legendum: quo quidem modo nulla vis rationi carminis affertur, sed cùm nemo priscorum scribat *Aesonem* à Cerere fuisse amatum, censuerim *Iasiona*, qui accusativus in quinque syllabas excurrit, ita esse legendum, ut illud epitheton *flava* penitus eradatur. Huic autem lectioni non vetustissima solùm exemplaria, sed historiae quoque adstipulantur. Tradunt enim *Iasium*, qui & *Iasion* dicitur, Jovis ex Electra filium, adeo à Cerere fuisse amatum, ut in ejus gratiam ad nuptias Hermiones ipsius Iasii sororis maximam frumenti ac panis copiam attulerit: ac ex eo Plutum peperit, qui cultum vitae instituere, pecuniasque coacervare, ac in usus custodire, omnium primus docuit, cum antea parva congregandae servandaeque pecuniae fuisset cura. haec in sexto Bibliotheces libro, ne quis me finxisse putet, à Diodoro scribuntur. Regius. De Iasione etiam Homerus meminit Odyss. E. 125. his versibus:

Ὡς δ' ὁπότ' Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος Δημήτηρ,
Ὧ ὑμῷ εἴξασα μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ
Νειῷ ἐνὶ τριπόλῳ, οὐδὲ δὴν ἦεν ἄπυστος
Ζεὺς, ὅς μιν κατέπεφνε βαλὼν ἀργῆτι κεραυνῷ.

Hunc alii Cretensem faciunt, Minois & Phroniae nymphae filium, cum quo in prato fortè dormiente, ut in Commentariis Theocriti, congressa Ceres, peperit Plutum. Hellanicus autem Electrae & Jovis filium facit, fratrem Dardani, eum videlicet, quem Virgilius & Diodorus *Iasium* vocant, alii alio nomine etiam *Eetionem*, ut Commentator Apollonii indicat. hunc cum Cerere concubuisse inde fabulantur, quod homo agricolturae studiosissimus fuisset, & post diluvium apud hunc solum, sive primum, tritici semen in Creta repertum esset. Micyllus. Divine hunc locum emendavit Raphaël Regius. Iasii, sive Iasionis, meminit Hesiodus in Theogonia, non longè à fine, cujus haec sunt vs. 969.

Δημήτηρ μὲν Πλοῦτον ἐγείνατο, δῖα θεάων,
Ἰασίῳ ἥρωι μειγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι.

Et Ovidius ipse lib. ii. Trist. 299. his verbis:

In Venerem Anchises, in Lunam Latmius heros,
In Cererem Iasius, qui referatur, erit.

Et Theocritus eclog. iii. sub finem: & Hyginus, & hic Noster iii. Amor. Eleg. ix. Briantii lib. & unus Vatican. habent, *Iasona Ceres.* quae lectio ad veram germanamque quàm proximè accedit. Sed ea, quam ex ingenio restituit Regius, integerrima fine ulla litura reperitur in opt. lib. Capranicens. Ciofanus. Variant vehementer scripti. *Iasonaque alma Ceres* Thuan. & alii tres. *Iasona fronte Ceres* Regius. *nempe Ceres* Palat. *sancta Ceres* duo Palat. *flava* decem. *Cana* unus. *Iasonaque Ceres* quinque. *Aesona flava* quatuor. alii aliter. vide de Iasione ad Ibid. 473.

425. *Cui studeat.*] Unus Leidensis, *studeant.* Puto,

Cui studeant Deus omnis habent.

In Fastis quoque libro iv. 270. fortassis scribendum:

Dignus Roma locus, quo Deus omnis eant.

sic lib. xii. v. 42. ex optimo codice:

——— *Penetrantque caras vox omnis ad aures.*

Apud Virgilium lib. Georg. i. 372.

——— *atque omnis navita ponto*
Humida vela legunt.

Ita enim in vetustis aliquot exemplaribus se testatur inveniisse Pierius Valerianus. Aeneidos ii. 477.

Omnis Scyria pubes
Succedunt tecto, & flammas ad culmina jactant.

Statius Thebaidos xii. 471.

Omnis Erechteis effusa penatibus aetas
Tecta viasque replent.

Quomodo castigandum ex optimis membranis; vulgo, *Omnis & Actaeis.* Livius lib. xxviii. cap. li. *Tum enimvero omnis aetas currere obvii.* Lucanus lib. vii. vs. 37:

Vincimur his gladiis omnis, queis serviet aetas.

Solvit: &, O, noſtri ſi qua eſt reverentia; dixit,
Quo ruitis? tantumne ſibi quis poſſe videtur,
Fata quoque ut ſuperet? fatis Iölaus in annos,
Quos egit, rediit: fatis revireſcere debent
Callirhoë geniti; non ambitione, nec armis.
Vos etiam, quoque hoc animo meliore feratis,
Me quoque, fata regunt: quae ſi mutare valerem,
Nec noſtrum ſeri curvarent Aeacon anni:
Perpetuumque aevi florem Rhadamanthus haberet
Cum Minoë meo: qui propter amara ſenectae

Pondera

Ita duo vetuſti codices, Thuaneus alter, alter Hamburgenſis. *vincitur* in vulgatis perperam. neque aliter Graeci. vetus interpres Euangelii Lucae cap. VIII. ỳs. 37. *Et rogaverunt illum omnis multitudo regionis Geraſenorum ut cederet ab ipſis, quia magno timore tenebantur*, Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ πλῆθος τοῦ περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν, ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτῶν, ὅτι φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο. Val. Flaccus libro IV. 64.

Te cuncta precantur
Gens hominum.

Sic Carrionis liber. venuſte. quod ille tamen non percepit. eodem libro 456.

—— *ſprevere quod omnis*
Polluerunt manus, quodque unguibus excidit atris,
Has mihi fert in luce moras.

Quo modo caſtigandum. nam Carrionis liber, *manus.* vulgati, *ſprevere quod omnes manu.* ſic paulo ante, 324.

—— *at manus omnis*
Heroum denſis certatim amplexibus urgent.

Mox lege apud eundem Valerium, *ſed vos ô ſervate precor.* pro *obſervate.* Silius libro XIII. 308.

Stabant innixi pilis exercitus omnis.

Ita ſcribe. libro XVI. 307.

—— *Omnis Latio ſub nomine miles*
Dona ferunt, tumulosque ſuper ſtragantibus addunt.

Statius lib. III. Silv. I. 85.

—— *Huc omnis turba coimus.*

M. Cato apud Gellium lib. III. cap. 7. *Omnis Graecia decoravere.* libro IV. cap. I. *in veſtibulo aedium Palatinarum omnis ferme multitudo ordinum opperientes ſalutationem Caeſaris conſtiterant.* Guntherus Ligurini lib. VII.

Totaque Romani nunc maxima curia cleri
Te velut eximium regem dominumque ſalutant.

Sic & infr. lib. XIV. 137. ex MSS.

Quot haberent corpora pulvis.

Silius libro XVIII. 514.

—— *Hannibal unus*
Dum reſtet, non ſi muris Carthaginis ignis
Subdatur, caeſique cadant exercitus omnis,
Profectum eſt Latio.

Ita ſcribe. apud Horatium lib. I. Epiſt. XVI.

Jactamus jampridem omnis te Roma beatum.

In Odis IV. II. 49.

Iö triumphe,
Non ſemel dicemus, Iö triumphe,
Civitas omnis.

Et Epod. XVI.

—— *eamus omnis civitas.*

Epicedio Druſi,

Funeris exequiis adſumus omnis eques.

HEINSIUS. Vid. ad lib. V. 343.

428. *Tantumne aliquis ſibi poſſe videtur.*] *Tantum ne ſibi quis poſſe* unus Moreti. venuſtè. IDEM.

430. *Juveneſcere.*] *Revireſcere* alter Hamburg. & unus Medic. lib. VII. 306.

Arte ſuum parili revireſcere poſſe parentem.

Ubi tamen vetuſtiores multi, *juveneſcere.* IDEM.

432. *Vos etiam.*] Ordo eſt, Fata regunt etiam vos & me quoque, ut hoc animo meliore feratis. REGIUS. Altera lectio melior videtur, qua legitur, *quòque hoc animo meliore feratis.* Pro, *utque hoc animo mel. fer.* &c. Quid enim attinebat eandem particulam geminare nulla neceſſitate, & contra puritatem ſermonis? MICYLLUS. Terentius in Eunucho:

Ne iſtuc tam iniquo patiare animo.

Idem in Phorm.

Quod fors feret, feremus aequo animo.

M. Tullius lib. V. Fam. *Quod ego ſive aequo animo fero, ſive iniquo: tu de* HS *centum millibus aequo animo ferre debes*, &c. Idem lib. II. Tuſcul. *Quod ii ferunt animo iniquo, qui certis quibuſdam deſtinatisque ſententiis*, &c. CIOFANUS. Gronovio hic verſus videbatur ſpurius & delendus.

433. *Me quoque fata regunt.*] Eorum ſequitur opinionem Ovidius, qui Jovem Fati neceſſitati ſubjectum eſſe exiſtimarunt. Juppiter apud Homerum lib. Iliad. II. 433.

Ὤ μοι ἐγὼν, ὅτε μοι Σαρπηδόνα φίλτατον ἀνδρῶν
Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι.

Hei

Pondera deſpicitur; nec, quo prius, ordine regnat.
Dicta Jovis movêre Deos. nec ſuſtinet ullus
(Cum videant feſſos Rhadamanthon & Aeacon annis,
Et Minoa) queri. qui, dum fuit integer aevi,
Terruerat magnas, ipſo quoque nomine, gentes.
Tunc erat invalidus; Deionidenque juventae
Robore Miletum, Phoeboque parente ſuperbum,
Pertimuit: credensque ſuis inſurgere regnis,
Haud tamen eſt patriis arcere penatibus auſus.
Sponte fugis, Milete, tuâ; celerique carinâ

Aegaeas

Hei mihi, quando mihi Sarpedonem cariſſimum virorum
Fatum eſt à Patroclo Menoetiade interfici.

Ciofanus.

434. *Seri.*] *Saevi* Cod. Menardi. *miſeri* Medic. unus.

436. *Qui propter amara ſenectae Pondera deſpicitur.*] Optimè legitur hic locus in meo antiquo, *Qui propter dura ſenectae.* quo modo monſtra omnia tolluntur. Ciofanus. In uno Heinſii, *deprimitur*, quod melius τῷ *pondera* reſpondet. *propter dura* excerpta Mureti. *multa* quatuor. *ſaeva* tres.

437. *Nec quo prius ordine regnat.*] Hoc vix intelligitur. ego puto eum dicere velle, Minoa non tanta ſubditorum obedientia regnare, quemadmodum ſi juvenis ac validus eſſet. Glareanus. Senſus manifeſtus. non ea auctoritate regit, ſed fere in ordinem redigitur, quae locutio fere eadem eſt, & quam illuſtravit Meurſius part II. Exerc. Critic. lib. I. cap. 5. Heinſius conjecerat, *omine.* nil muta. Epiſt. VIII. 34.

Plus quo, qui prior eſt ordine, poſſet avus.
II. Art. 251.

Nec pudor ancillas, ut quaeque erit ordine prima. Et paſſim. Burm.

438. *Nec ſuſtinet.*] *Nec ſe tenet* Cantab. Jun. Regius & tres alii. *ſe movet* Medic. unus.

439. *Annos.*] Scribendum, *annis*, ut libri nonnulli veteres, & diſtinctione ſuccurrendum. Nullus ſuſtinet queri, cum Aeacon & Rhadamanthon annis feſſos videat. *videant* etiam Cantabrig. & octo alii. Heinsius.

441. *Ipſo quoque nomine.*] *Audito nomine* duo libri. *diro quoque n.* Gronov. *gentes ipſo q. n. multas* Leid. *Ipſo q. n. terras* unus.

442. *Deionidem.*] Deionei forſitan filium, ut vulgus putabat. nam Apollinis fuiſſe filium poëta teſtatur, tametſi nuſquam legitur à Deioneo ipſum ducere originem, praeterquam quòd Ovidius id innuere videtur. ac variae quidem ſunt de Mileto priſcorum opiniones. alii namque Euxantii ex Micone nati filium fuiſſe ajunt, alii Apollinis ex Araea Cleochi filia, quibus adſtipulatur Ariſtocritus, ſcribens Araeam Cleochi fuiſſe filiam, ex qua & Apolline genitum eſſe infantem, qui in Milaca herbam fuerit expoſitus. ſuſceptum autem à Cleocho fuiſſe & à Milace Miletum nominatum. forſitan autem *Cleochidem* legendum eſt, non *Deionidem*, ut eſt in exemplaribus ſcriptum. ſed cum ad virilem perveniſſet aetatem Miletus, à Minoëque odio haberetur, ſeceſſiſſe primum in Samum, ubi etiam locus eſt ab illo Miletus cognominatus. deinde cum in Cariam tranſiiſſet, urbem aedificaſſe, atque à ſuo nomine Miletum appellaſſe. alii autem ſcribunt à Sarpedone Jovis filio Miletum, & aedificatam, & ab ea, quae eſt in Creta, nominatam. ipſam verò primum Pityuſam, ſive Aſteriam, deinde Anactorium, poſtea Miletum fuiſſe vocatam. Regius. Haec fere Regius ex Scholiaſte Apollonii Rhodii lib. I. ῾ys. 186. ſed Anton. Liber. Fab. 30. facit Apollinis & Acacallidis, Minois filiae, filium. alii ex Acacallide & Apolline, ſive Mercurio natum Cydona dicunt. vid. Steph. in Κυδωνία. Scholiaſtes vero Apollonii Rh. IV. 1492. Acacallida, & Apollini & Mercurio ſubactam, peperiſſe ex illo Naxum, ex hoc Cydona. vid. & Pauſan. VIII. 53. Hanc Acacallida etiam Hecalen vocatum docet Meurſius in Creta. lib. III. cap. 3. Etymologici auctor in Μίλητος Apollinis & Ariae filium facit. ad hujus Mileti expoſiti, & à Lupis nutriti, memoriam nummum Cydonaeorum refert Triſtan. lib. I. Comm. pag. 96. *Deionides* vero non dictus videtur a Deioneo patre, ſed rectius à Deione matre; nam parens Phoebus ſequitur. Deionen, matrem Philonidis, quae ex Apolline ſuſcepit etiam Philammona, memorat Schol. Homeri Iliad. I. 432. de *Deioneo* vel *Deione*. vid. ſupra ad lib. VII. 679. Ceterum *Deionidaeque* erat in Francof. & plurimis aliis. *Deionideque* in MS. Berſmanni & nonnullis Heinſii. Burm.

443. *Miletum.*] *Mileton* unus meus. Heinsius.

444. *Credensque ſuis.*] Non *credens*, (quid enim minus?) ſed *certus*, legi debet. aut nihil mihi cum judicio eſt. Tan. Faber. Lib. II. Ep. 69. Nihil muto: ſuſpicabatur & credebat Minos nepotem

ſuum

Aegaeas metiris aquas; & in Aſide terrâ
Moenia conſtituis, poſitoris habentia nomen.
Hîc tibi, dum ſequitur patriae curvamina ripae,
Filia Maeandri, toties redeuntis eodem,
Cognita Cyanëe, praeſtanti corpora formâ,
Byblida cum Cauno prolem eſt enixa gemellam.
Byblis in exemplo eſt, ut ament conceſſa puellae:
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris,
Non ſoror ut fratrem, nec quâ debebat, amavit.
Illa quidem primo nullos intelligit ignes:
Nec peccare putat, quod ſaepius oſcula jungat:
Quod ſua fraterno circumdet brachia collo:
Mendacique diu pietatis fallitur umbrâ.
Paullatim declinat amor; viſuraque fratrem
Culta venit; nimiumque cupit formoſa videri:
Et, ſi qua eſt illic formoſior, invidet illi.
Sed nondum manifeſta ſibi eſt; nullumque ſub illo
Igne facit votum; verumtamen aeſtuat intus.
Jam dominum adpellat: jam nomina ſanguinis odit:
Byblida jam mavult, quam ſe vocet ille ſororem.

Spes

ſuum Miletum affectare regnum, ſed non audebat eum ejicere domo, ſponte tamen fugiens Miletus avum timore liberat. *credensque tuis* MS. Berſmanni.

446. *Celerique Carina.*] *Curvaque* Oxon.

448. *Moenia conſtituis.*] Ovidius quidem ſentit Miletum urbem à Mileto Solis filio & conditam & appellatam. Strabo lib. XIV. autem ex Ephori ſententia ſcribit duas eſſe Miletos, veterem & novam, ac veterem quidem à Cretenſibus, Sarpedone duce, aedificatam, Miletumque cognominatam à Mileto, quae eſt in Creta, cùm prius Leleges eum locum tenerent. Novam verò poſtea à Neleo conditam fuiſſe juxta mare, quatuorque eam portus habere. REGIUS.

450. *Redeuntis eodem.*] *In orbem* duo veteres. HEINSIUS.

451. *Cyanee.*] Duae nymphae hoc nomine à poëtis donantur. Altera Sicula, Proſerpinae ſocia, altera Maeandri filia. REGIUS. *Cognita Cyane* multi veteres. unus Baſil. *Callirhoë.* prim. Palat. pro diverſa lectione, *Crineo.* ſecundus, *Prociane. Cretei* Urbin. *Creneis* Spirenſis & optimus Tornaeus, ἀπὸ τῆς Κρηνῆς. quod nomen Nymphae conveniens. talis apud Statium Theb. IX. *Crenaeus* Iſmeni fluminis filius. Ex Eidothea Carum regis filia Caunum & Byblida fuiſſe Mileto natos ait Antoninus Liberalis: Parthenius in Eroticis, ex Tragaſia. Conon Diegeſi II. apud Photium in Bibliotheca matrem non expreſſit, de patre cum aliis conſentit. Ceterum Βίβλις ne an Βύβλις ſit ſcribendum, vix liquet. Apud Liberalem enim utraque occurrit lectio, qui civitatem Cariae Bybliden facit. Malim tamen Βύβλις, quomodo Heſychius & Suidas. Apud Theocritum quoque Idyll. VII. Βύβλις ſcribitur, & fons eſt. neque aliter ejus Scholiaſtes, qui Mileti & Ariae filiam facit. Meminit & montis Cariae Byblidis. Ibidem Δαῦνος pro Καῦνος perperam bis ſcribitur. Stephanus Byzantius, in Βύβλος, Βύβλην non Βύβλιδα Mileti hanc filiam appellat. Eidem in Καύνῳ eſt Βίβλις. Quomodo & Parthenio in Eroticis. ex quo liquet copioſe hanc fabulam ab Ariſtocrito & Apollonio Rhodio Poëmate quod Καύνου κτίσιν appellavit, fuiſſe deſcriptam. Hinc & paroemia apud Graecos, Καύνιος ἔρως, cujus Heſychius, Suidas, Diogenianus, Apoſtolius & alii meminerunt. Conon apud Photium ait Byblidem à Cauno fuiſſe perditè amatam, in quo à ceteris auctoribus diſcedit. Nam quod è nuce arbore ſe ſuſpendiſſe Byblis ab illo traditur, id ipſum Ovidius quoque I. Art. 383. teſtatum reliquit hiſce verbis:

Byblida quid referam, vetito quae fratris amore
Arſit, & eſt laqueo fortiter ulta nefas?

Meminit ejus quoque carmine in Ibin. Hyginus Fab. CCXLIII. de morte violentâ quidem meminit, ſed genus mortis non expreſſit. *Byblis*, inquit, *Mileti filia propter amorem Cauni fratris ſeipſam interfecit.*

Spes tamen obſcaenas animo demittere non eſt
Auſa ſuo vigilans. placidâ reſoluta quiete
Saepe videt, quod amat. viſa eſt quoque jungere fratri
Corpus; & erubuit, quamvis ſopita jacebat.
Somnus abit: ſilet illa diu; repetitque quietis
Ipſa ſuae ſpeciem; dubiàque ita mente profatur:
Me miſeram! tacitae quid vult ſibi noctis imago?
Quam nolim rata ſit, cur haec ego ſomnia vidi?
Ille quidem eſt oculis quamvis formoſus iniquis:
Et placet, & poſſum, ſi non ſit frater, amare:
Et me dignus erat. verum nocet eſſe ſororem.
Dummodo tale nihil vigilàns committere tentem;
Saepe licet ſimili redeat ſub imagine ſomnus.
Teſtis abeſt ſomno; nec abeſt imitata voluptas.
Prô Venus, & tenerà volucer cum matre Cupido,
Gaudia quanta tuli! quam me manifeſta libido
Contigit! ut jacui totis reſoluta medullis!
Ut meminiſſe juvat! quamvis brevis illa voluptas,
Noxque fuit praeceps, & coeptis invida noſtris.
O ego, ſi liceat mutato nomine jungi,

Quam

ſerfecit. Porro pro *praeſtanti corpore nympha* in eodem Spirenſi, Florent. S. Marci, Thuan. Neap. Urbin. Bernegg. prim. Erfurt. prim. Moreti, prim. Palat. ſec. Medic. aliisque nonnullis, *praeſtantia corpora formâ. praeſtanti corpore nympha* prim. Vatican. & Sixianus. *formae* unus Medic. lege, *praeſtanti corpora forma*, ut pro diverſa lectione Berneggerianus. vel, *praeſtantis formae.* vel, *praeſtantia corpora formae.* ut *praeſtans animi* apud Virgil. Heinsius.

457. *Jungat.*] *Jungit*, & mox, *circumdat* nonnulli.

459. *Mendacique.*] *Mendacisque* Junian. & alius.

460. *Paulatim declinat amor.*] *Succreſcit* Politianus ex veteri codice. & ſic primus Gronovii & tres alii. ſed male. Horatius 1. Od. 33.

—— *Lydus in aſperam*
Declinat Pholoën.

Pro amat Pholoën. Spartianus initio vitae Hadriani: *Imbutus impenſius Graecis ſtudiis, ingenio ejus ſic ad ea declinante, ut à nonnullis Graeculus diceretur.* Heins. *Succedit* unus Heinſii.

463. *Nullumque ſub illo Igne facit votum.*] Nondum amor tam magnus erat, inquit, ut Byblis propterea votum ſuſciperet, quod vehementer amantes facere conſuerant, ut potirentur amato. Glareanus. *Sub illo igne fuit votum* Medic. unus *ſub ipſo* Gronov. & Jun. & deinde *aeſtuat ignis* duo.

466. *Mavult.*] *Mallet* Gronov. Heinſius *malit* legebat.

467. *Dimittere.*] *Demittere* veteres plerique. Heinsius. *Permittere* unus Heinſii. etiam non male.

470. *Jaceret.*] Vetuſtiores, *jacebat.* Heinsius.

472. *Ita mente.*] *Ita voce* Medic. & duo alii. *in mente* tres.

476. *Et poſſim.*] *Poſſum* cum ſcriptis, ut ſuperioribus haec reſpondeant. niſi mavis, *ut poſſim.* Heins.

477. *Nocet eſſe ſororem.*] *Sorori* forte ſcribendum eſſe ad Elegiam de Nuce monui. Idem.

478. *Committere.*] *Admittere* unus Baſil. eadem varietas inf. 625. ubi *admiſiſſe* Voſſian. & ita alibi.

480. *Imitata voluptas.*] *Voluntas* plurimi. *temerata voluptas* Medic. *privata* alius.

481. *Tenera.*] *Nivea* unus Moreti: unde Heinſius faciebat, *Gnidia.*

482. *Quam me.*] *Mihi quam* Leid.

483. *Totis.*] *Tactis* unus Medic.

485. *Fuit.*] *Fugit* duo.

Quam bene, Caune, tuo poteram nurus esse parenti!
Quam bene, Caune, meo poteras gener esse parenti!
Omnia, Di facerent, essent communia nobis,
Praeter avos. tu me vellem generosior esses.
Nescio quam facies igitur, pulcherrime, matrem:
At mihi, quae malè sum, quos tu, sortita parentes,
Nil nisi frater eris. quod obest, id habebimus unum.
Quid mihi significant ergo mea visa? quod autem
Somnia pondus habent? an habent & somnia pondus?
Di melius! Di nempe suas habuere sorores.
Sic Saturnus Opim, junctam sibi sanguine, duxit,
Oceanus Tethyn, Junonem rector Olympi.
Sunt Superis sua jura. quid ad coelestia ritus
Exigere humanos, diversaque foedera tento?
Aut nostro vetitus de corde fugabitur ardor:
Aut, hoc si nequeo, peream precor ante, toroque
Mortua componar, positaeque det oscula frater.
Et tamen arbitrium quaerit res ista duorum.

Finge

487. *Quam bene, Caune, meo.*] *Quam bene tu nostro* multi ex vetustioribus. quidam hunc versum omittunt. HEINSIUS.

490. *Tu me vellem generosior esses.*] Notum est, quid cupiat Byblis; sed ejus libidini obstat fraternum nomen. Istud autem *generosior* tale est, ut à me nunquam concoqui potuerit. neque alius faciet, qui admota face locum hunc propius adspexerit. legendum arbitror:

Saltem facerent alienior esses.

Alienior autem remotior, quique me propinquitate minus contingeres. sic plus semel Ovidius. sed unus modo locus memoriae succurrit lib. x. 340.

Nunc quia tam meus est, non est meus, ipsaque damno
Est mihi proximitas, aliena potentior essem.

Eadem omnino sententia, ut vides, in dissimili dagitio. nam Myrrha de patre loquitur, quem amabat aliter ac filia parentem debeat. TAN. FABER. Lib. II. Epist. 69. sed hoc est pro arbitrio omnia corrumpere; recte vero optat Byblis, ut se generosior esset Caunus, & ideo ad stuprum sine metu repulsae ferretur.

492. *Et mihi, quae malè sum, &c.*] Duo Vatic. *Hei mihi.* Libri mei & unus Maffejanus habent, *Ei mihi.* quae vera est lectio. Ab *Ei* sine aspiratione, stulti fecerunt, *Et* conjunctionem. De qua orthographia superius. CIOFAN. Nescio quomodo vehementer placebat, quod ad marg e m notaverat Gruterus:

At mihi, quae male sum, quos tu, sortita parentes,
Nil nisi frater eris. quod obest, id habebimus unum. DAN. HEINSIUS.

At mihi ex scriptis. HEINSIUS.

493. *Quod obest id habebimus unum.*] Haec mendosa sunt, aut adulterina: potest tamen reponi, *id habebimus una.* HEINS.

494. *Quid mihi significant ergo.*] *Quid mihi significant aegrae* putabam. nisi *miserae* mavis cum primo Gronoviano. sed *aegra* pro amante. Cicero pro Coelio:

Medea animo aegra, amore saevo saucia.

HEINS.

495. *Habent &.*] *Habent haec* Medic. & tres alii. *habent heu* Fragment. Caesen.

497. *Sic Saturnus Opim, junctam sibi sanguine, duxit.*] In Vatic. & uno meo, *Sanguine junxit.* CIOFAN.

499. *Sunt superis sua jura.*] Malim, *sint.* ut infra, *Jura senes norint.* HEINS.

502. *Peream precor ipsa.*] *Precor ante* meliores. IDEM.

504. *Et tamen.*] Iidem, *Attamen.* Lege, *Sed tamen.* nam *At* sequitur. IDEM.

506. *Thalamos timuere sororum.*] Vetustum apud Caesenates fragmentum, cujus excerpta V. Cl. Lucas Langermannus mecum communicavit, *tenuere*, & quinque praeterea ex nostris. Scribendum, *thalamos renuere.* lib. XV. 648.

— *parsi-*

Finge placere mihi: ſcelus eſſe videbitur illi.
At non Aeolidae thalamos timuere ſororum.
Unde ſed hos novi? cur haec exempla paravi?
Quo feror? obſcaenae procul hinc diſcedite flammae:
Nec, niſi quà fas eſt germanae, frater ametur.
Si tamen ipſe mei captus prior eſſet amore,
Forſitan illius poſſem indulgere furori.
Ergo ego, quem fueram non rejectura petentem,
Ipſa petam? poterisne loqui? poterisne fateri?
Coget amor; potero. vel, ſi pudor ora tenebit,
Litera celatos arcana fatebitur ignes.
Haec placet, haec dubiam vincit ſententia mentem.
In latus erigitur, cubitoque innixa ſiniſtro,
Viderit: inſanos, inquit, fateamur amores.
Hei mihi! quò labor? quem mens mea concipit ignem?
Et meditata manu componit verba trementi.
Dextra tenet ferrum; vacuam tenet altera ceram.
Incipit; & dubitat; ſcribit; damnatque tabellas:

Et

—— *parsque negandum*
Non putat auxilium; multi renuere: ſuamque
Non amittere opem.

Ita & illic pro *retinere* codices nonnulli. bene. cum quarto caſu etiam junxit Gratius 467. ubi de forma canum:

—— *tum ſortis cura ſecundae*
Ne renuat ſpecies, aut ne detrectet honorem.

Sic ſcribo. cura, inquit, ſecunda eſto, ne ipſa canum deformis ſpecies rejiciat & detrectet honorem, hoc eſt, ne parum liberalis & honeſta canibus ſit forma. Paulo poſt 285.

Si renuit junctos, & mater adultera non eſt.

Ita & illic ſcribo: non *cunctos. junctos* honeſto vocabulo dixit, qui ad coitum admittuntur. *In Venerem jungere* paulo ante dixerat. & *junge pares.* Silius libro IV. 125.

—— *renuit tibi Daunia regna*
Armiger ecce Jovis.

Idem libro X. 481.

Quae Libycos renuit frenos, ſub regibus olim
Roma fuit.

Apud Valerium quoque Flaccum libro I. ỳs. 529. ſcribendum videtur:

—— *Laetataque contra*
Pallas, & amborum renuit Saturnia queſtus.

Ubi *genuit* nunc circumfertur. dixi aliquid libro VII. ỳs. 606. contra apud eundem lib. V. 259.

Annuitur thalamis Albani virgo tyranni. Heins.

Ego mallem:

At nonne Aeolidae thalamos tenuere ſororum.

Renuere & *tenere* commutari vidimus ad Quinctil. Decl. CCLVII. poſſet & *iniere*, ut alibi loquitur. Burm.

407. *Exempla paravi?*] Collegi. Ciofanus.

509. *Nec niſi.*] Puto, *Ne, niſi qua fas eſt, ametur.* Heins.

512. *Quae fueram non rejectura.*] In uno Vatican. utroque meo & Dominic. *Non neglectura.* Ciofan. Melius nonnulli, *quem fueram. rejectura* etiam non movendum, licet & mei magno numero, *neglectura* habeant. mox vſ. 606.

Et ſi rejicerer potui moritura videri.

Cicero Philipp. II. 24. *Rejecta mater amicam impuri filii, tanquam nurum ſequebatur.* Heinsius. Ita & Horat. III. Od. IX. 20.

Rejectaeque patet janua Lydiae.

Infr. XIV. 677. *vulgares rejice taedas.* Juvenc. Hiſt. Euang. lib. III. 466.

Conjugis an liceat rejectum ſcindere vinclum.

Ubi malim, *rejectae.* Vide Gebh. lib. III. Crepund. c. 10. primam vero in *rejicere* ſemper fere produci docent exempla ad lib II. 582. & alibi producta. *abjectura* MS. Berſman *quae fueram te non habitura precantem* Cod. Menardi. Burmannus

516. *Hoc placet.*] *Haec* multi veteres. & recte. libro IV. 53.

Haec placet, hanc quoniam communis fabula non eſt,
Talibus orſa modis.

Vincit etiam caſtigatiores. Heins.

Et notat; & delet: mutat; culpatque, probatque:
Inque vicem ſumtas ponit, poſitasque reſumit.
Quid velit, ignorat: quidquid factura videtur,
Diſplicet. in vultu eſt audacia mixta pudori.
Scripta Soror fuerat: viſum eſt delere Sororem,
Verbaque correctis incidere talia ceris:
Quam, niſi tu dederis, non eſt habitura ſalutem,
Hanc tibi mittit amans. pudet ah, pudet edere nomen!
Et, ſi quid cupiam, quaeris; ſine nomine vellem
Poſſet agi mea cauſſa meo: nec cognita Byblis
Ante forem, quam ſpes votorum certa fuiſſet.
Eſſe quidem laeſi poterant tibi pectoris index,
Et color, & macies, & vultus, & humida ſaepe
Lumina, nec cauſſa ſuſpiria mota patenti;
Et crebri amplexus; & quae, ſi forte notaſti,
Oſcula ſentiri non eſſe ſororia poſſent.
Ipſa tamen, quamvis animo grave vulnus habebam,
Quamvis intus erat furor igneus, omnia feci,
(Sunt mihi Dî teſtes) ut tandem ſanior eſſem:
Pugnavique diu violenta Cupidinis arma

Effu-

518. *Viderit: inſanos.*] *Sedit, & inſanos* ſec. Medic. & ſex alii.

520. *Meditata.*] *Mediata* Leidenſ. quod à librario ſequioris aevi eſt, qui *dimidiata verba* in Minucio Felice forte legerat, aut audiverat vulgo dici. BURM.

521. *Dextra tenet ferrum; vacuam tenet altera ceram.*] Epiſt. XI. 2.

Dextra tenet calamum, ſtrictum tenet altera ferrum. CIOFAN.

Tenet Calamum hic quoque tertius Leidenſis, pro varia lectione, cui & gloſſator adſcripſerat, *ferrum*, id eſt *ſtylum ferreum.* in Regio uno & tribus aliis hic verſus praecedenti praeponebatur.

521. *Ceram.*] Tabellam ceratam. Plautus in Aſinaria IV. 1. 22.

Ne ulla ſit cera. ubi facere poſſit litteras.

Idem in Curcul. III. 1. 40.

Dum ſcribo, explevi totas ceras quattuor. CIOFANUS.

522. *Damnatque tabellas.*] Forte, *mandatque tabellis.* ſimilem aeſtuantis animi deſcriptionem habes apud Apulejum Met. v. de Pſyche: *Feſtinat, differt, audet, trepidat, diffidit, iraſcitur, & quod eſt ultimum in eodem corpore, odit beſtiam, diligit maritum.* HEINSIUS. Mallem diſtinguere:

Incipit & dubitat, ſcribit damnatque. Tabellas
Et notat & delet.

Notare tabellas, pro in illis exarare literas. ita *charta notata.* I. Ep. 62. & IV. Pont. III. 26. *litera notata* III. Ep. 2. *deletae* etiam *tabellae* II. Am. V. 5. BURMANNUS.

524. *Pudori.*] *Pudorque* unus Medic. *timori* Leidenſ.

527. *Viſum eſt.*] *Placuit* Junian. & Berneg. *voluit* unus. *viſum dolere* Ambroſ.

528. *Correptis ceris.*] Imo, *correctis* cum prim. Pal. prim. Gronov. Oxon. Arondel prim. Erfurt. utroque Hamburg. aliisque multis. *deletis reſcribere ceris* dixit lib. III. Art. 495. HEINSIUS. *Inſcribere* unus Medic.

529. *Quam, niſi tu dederis, non eſt habitura ſalutem.*] Epiſt. IV. 1.

Qua, niſi tu dederis, caritura eſt ipſa, ſalutem
Mittit Amazonio Creſſa puella viro.

CIOFANUS.

530. *Mittit amans.*] *Mandat* unus Heinſii.

530. *Pudet ah, pudet.*] Hoc quoque loco & ſemper libri vett. ut aliàs dixi, habent, *Pudet ha, pudet.* In meo tamen antiquo hoc loco apertè legitur, *pudet a, pudet*, ſine adſpiratione. Conſule quae dixi lib. II. CIOF. *Pudet ah, pudet eſſe ſororem* unus Heinſii.

533. *Certa.*] *Plena* Palatin. quintus, ita Petron. XCVII. *pleniorem ſpem concipere.* Vid. ad I. Art. 671.

535. *Humida lumina.*] *Invida* quartus Mediceus.

Effugere infelix; & plus, quam ferre puellam
Posse putes, ego dura tuli: superata fateri
Cogor, opemque tuam timidis exposcere votis.
Tu servare potes, tu perdere solus amantem.
Elige utrum facias. non hoc inimica precatur:
Sed quae, cum tibi sit junctissima, junctior esse
Expetit; & vinclo tecum propiore ligari.
Jura senes norint: & quid liceatque, nefasque,
Fasque sit, inquirant; legumque examina servent:
Conveniens Venus est annis temeraria nostris.
Quid liceat, nescimus adhuc: & cuncta licere
Credimus: & sequimur magnorum exempla Deorum.
Nec nos aut durus pater, aut reverentia famae,
Aut timor impedient; tantum absit caussa timendi.
Dulcia fraterno sub nomine furta tegemus.
Est mihi libertas tecum secreta loquendi.
Et damus amplexus; & jungimus oscula coram.
Quantum est, quod desit! miserere fatentis amorem,
Et non fassurae, nisi cogeret ultimus ardor:
[Neve merere, meo subscribi caussa sepulcro.]

Talia

ceus. Forte, *uvida.* paulo ante, *esse poterant index,* non *poterat*, novem codices. Heins.

536. *Patenti.*] Gronovianus, *latenti*; ut Epicedio Drusi 236. *Caussa latet. fatenti* Ambros. *potenti* Medic. *petenti* duo. *nota patenti* multi codices. *nata* unus Strozzae; quod non displicebat Heinsio. *longa* tres libri.

539. *Animi grave vulnus.*] *Animo* rectius quidam. Heinsius. Forte, *vulnus alebam*; ut Virg. IV. Aeneid. 2.

Vulnus alit venis.

Vide ad Epist. XII. 176. Sed & *habere vulnus* rectum est. vid. I. Art. 166. unde formulam illam, *habet* explicuimus ad Quinctil. Decl. VIII. 16. praeterea hic in Florent. S. Marci & Bonon. erat, *quamvis me jam grave vulnus habebat.* Burm.

541. *Sunt mihi di testes.*] *sint* quatuor libri. vid. ad Epist. XVII. 142.

543. *Quam ferre.*] *Quam forte* unus Medic.

546. *Tu servare potes, tu perdere solus amantem.*] Hac locutione usus est etiam in laudatissimo illo opere Medeae Tragoediae, cujus hoc carmen citat Quinctilianus:

Servare potui, perdere an possim rogas?

Ciofanus.

547. *Non hoc inimica precatur.*] Citat haec Cledonius in Arte, inter Grammaticos veteres pag. 1894. hoc modo:

Non hoc inimica precatur;
Sed quaecumque tibi junctissima, junctior esse
Expetit.

Scripti nihil variant, nisi quod quidam, *non haec;* alii, *hoc non inimica.*

549. *Ligari.*] *Teneri* Vossian.

551. *Examina servent.*] Nescio an non aptius foret, *versent* legere, quod τῷ *inquirant* respondet melius. ut *versare exemplaria Graeca* Horatio Art. Poët. 268. & ita *versare* & *servare* confundunt codices II. Art. 729. Burm.

556. *Impediet.*] *impedient* unus Gronov. pro *tantum absit*, multi ex vetustioribus, *tantum sit.* Tò *tantum* abest à primo Vatican. *tantum si* prim. Moreti. nonnulli, *tantum adsit* vel *assit.* Puto:

——— *nam quae sit causa timendi?* Heins.

557. *Dulcia.*] Moreti fragmentum, *publica.* argute. pro *furta* etiam, *vota* Mediceus. sed Virgil. IV. Georg. 346. *dulcia* quoque *furta* dixit. ut *jucundum furtum* Noster II. Amor. VIII. 3. ita *dulce opus* II. Art. 480. & I. Amor. IV. 48. Burm.

558. *Secreta.*] *Secura* unus Leidensis; recte, ut puto. & verba haec commutari solere, ostendi doctissimo Drakenborchio ad Sil. XI. 326. sic & apud Lucan. II. 287.

Sed quo fata trahunt virtus secura sequetur.

Ubi *secreta* in quibusdam codicibus; sed perperam: ut apparet ex imitatione Claudiani, qui ita in Cons. Mal. vers. I.

Talia nequicquam perarantem plena reliquit
Cera manum: ſummusque in margine verſus adhaeſit.
Protinus impreſſâ ſignat ſua crimina gemmâ;
Quam tinxit lacrimis: linguam defecerat humor.
Deque ſuis unum famulis pudibunda vocavit:
Et pavidum blandita, Fer has, fidiſſime, noſtro,
Dixit, & adjecit longo poſt tempore, fratri.
Cum daret; elapſae manibus cecidere tabellae.
Omine turbata eſt: miſit tamen. apta miniſter
Tempora nactus adit; traditque latentia verba.
Attonitus ſubitâ juvenis Maeandrius irâ,
Projicit acceptas, lectâ ſibi parte, tabellas:
Vixque manus retinens trepidantis ab ore miniſtri,
Dum licet, ô vetitae ſcelerate libidinis auctor,
Effuge, ait: qui, ſi noſtrum tua fata pudorem
Non traherent ſecum, poenas mihi morte dediſſes.
Ille fugit pavidus: dominaeque ferocia Cauni
Dicta refert. palles auditâ, Bybli, repulſâ:
Et pavet obſeſſum glaciali frigore pectus.
Mens tamen ut rediit; pariter rediere furores:
Linguaque vix tales icto dedit aëre voces:
Et merito; quid enim temeraria vulneris hujus
Indicium feci? quid, quae celanda fuerunt,
Tam cito commiſi properatis verba tabellis?

Ante

Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſolaque late Fortunae ſecura nitet. Burm.

560. *Quantum eſt quod deſit.*] *Quod deſit*, puto. Heins. Inf. xv. 468.

Quantum eſt quod deſit in iſtis.

561. *Ultimus ardor.*] *Intimus* Baſil.

562. *Neve merere meo.*] Hic verſus non uno mihi nomine ſuſpectus eſt, nec Ovidianum eſſe perſuadeor ut credam. Heinsius. Retinendum cenſet Gronovius, quia in titulis ſepulchri brevi elogio cauſſa mortis ſolebat addi, ut patet ex Ep. II. 143. VII. 195. & aliis locis.

563. *Talia nequicquam perarantem.*] *Properantem* ſec. Medic. & alii duo, *parantem*. ſic infra praecipitantiam ſuam deplorat, quod *tam cito commiſit properatis verba tabellis*. & pro *ſummo margine* Florentin. S. Marci, Neapol. prim. Palat. ſec. Medic. & tres alii, *ſummusque in margine verſus adhaeſit*. bene pro *crimina* mox nonnulli, *carmina*. pro *tinxit* Rottendorph. & unus meus, *tingit*. Heinsius. *Properare* & *perarare* confundi oſtendimus ad lib. I. Amor. XI. 7. *peragentem* duo. *relinquit* etiam quinque. bene.

568. *Et paullum blandita.*] Libri ſcripti omnes, *Et pavidum*. Ciof. *Pavidum blandita* plurimi veteres. optime. eſt enim timentium blandiri. Heins. Vid ſupr. VII. 327.

568. *Feras.*] Imo, *fer has* cum aliis Codicibus. Dan. Heinsius. Iidem codices, *fer has*; & illud recte. Heinsius.

569. *Poſt longo.*] Olim editi & ſcripti praeter tres, *longo poſt tempore*. ut lib. X. 180.

Recedit in ſolidam longo poſt tempore terram Pondus.

Virgil. I. Eclog. 30.

Reſpexit tamen & longo poſt tempore venit.

Ubi vide Servium & alios. Burm.

574. *Lecta ſibi parte.*] Heinſius malebat, *lecta vix parte*. ſed ſequitur *vix*.

575. *Retinens.*] *Retrahens* Sixii.

576. *Libidinis.*] *Cupidinis* Genev. & Sprotii & Leidenſ. *actor* quidam. ſed *auctor* hic eſt nuntius. Vid. ad II. Am. VI. 34.

577. *Quod ſi.*] *Qui ſi* meliores. Tò *qui* refer ad *poenas dediſſes*. pro *traherent tecum*, iidem, *ſecum*. bene. ſic lib. II. Faſtor. 848.

Et

Ante erat ambiguis animi ſententia dictis
Praetentanda mihi. ne non ſequeretur euntem,
Parte aliquâ veli, qualis foret aura, notare
Debueram; tutoque mari decurrere: quae nunc
Non exploratis implevi lintea ventis.
Auferor in ſcopulos igitur, ſubmerſaque toto
Obruor Oceano: neque habent mea vela recurſus.
Quid? quod & ominibus certis prohibebar amori
Indulgere meo, tum cum mihi ferre jubenti
Excidit, & fecit ſpes noſtras cera caducas?
Nonne vel illa dies fuerat, vel tota voluntas,
Sed potius mutanda dies? deus ipſe monebat;
Signaque certa dabat: ſi non male ſana fuiſſem.
Et tamen ipſa loqui, nec me committere cerae
Debueram, praeſensque meos aperire furores.
Vidiſſet lacrimas: vultus vidiſſet amantis.
Plura loqui poteram, quam quae cepere tabellae.
Invito potui circumdare brachia collo:
Amplectique pedes: adfuſaque poſcere vitam:
Et, ſi rejicerer, potui moritura videri.
Omnia feciſſem, quorum ſi ſingula duram
Flectere non poterant, potuiſſent omnia, mentem.
Forſitan & miſſi ſit quaedam culpa miniſtri.
Non adiit apte: non legit idonea, credo,

Tem-

Et ſecum lacrymas invidiamque trahit. Heins.

581. *Et pavet obſeſſum glaciali frigore corpus.*] Rectius omnino legitur in uno meo, *frigore pectus.* Ciofan. *Pectus* nonnulli ex caſtigatioribus. Heins. Vide Epiſt. xix. 192. *Et pavet obſcaenum* Gronov. *expavet* Vatican.

582. *Mens tamen ut rediit, pariter rediere furores.*] Epiſt. xiii. 29. *Utque animus rediit, pariter rediere dolores.* Ciofan. *Rapidi rediere* Medic. *dolores* unus.

583. *Ictо aëre.*] *Secto* Neapolitanus & duo alii. ſed perperam. vid. lib. iii. 706. & hoc ex Stoicorum arguta ſententia, qui vocem *ictum aëra* eſſe contendebant, quod refellebat Plato. vide Gell. lib. v. cap. 15. Burm.

585. *Quid quae.*] *Quod quae* prim. Vatican. ſec. Palat. duo alii. Puto, *quo, quae quo commiſi*, cur commiſi. Heins. *Cur, quae* Thuan.

587. *Dictis.*] *Ceris* Moreti liber. ita lib. i. Art. 464. & iii. 623. *verbis* Cantab. & duo alii.

592. *Nunc feror in ſcopulos.*] Emenda ex duobus meis & aliis antiquis fidelioribus, *Auferor in ſcopulos*, & pro, *ſubverſaque toto*, lege ex fide meorum & Briantii exemplarium, *Summerſaque toto.* Ciofan. *Auferor* plerique. recte. & pro *ſubverſaque*, *ſubmerſaque.* Amor. ii. Eleg. iv. 8.

Auferor, ut rapidâ concita puppis aquâ. Heins. *Moto* etiam conjecerat Heinſ. ut iv. 731. ſed & *tota aequora* lib. xiii. 955.

593. *Recurſus.*] *Recurſum* Cantabr. vide Epiſt. vi. 59.

595. *Mihi ferre.*] *Perferre* Gronov.

599. *Signaque certa.*] *Cara* Franc. Baſil. & Medic. alii, *certaque ſigna.* Heinſius volebat, *Et rata ſigna dabat.*

602. *Vultus vidiſſet amantis.*] In Caeleſt. & meis, *vultum* numero ſing. Ciofanus. Malo, *amantes*, vel, *vultum amantem.* nam *vultum* plurimi veteres. Adi Notas ad Epiſt. ii. verſ. 93. Heins.

605. *Amplectique pedes.*] Propert iv. viii. 72.

Cui vix tangendos praebuit illa pedes.

Referendum enim ad illud, *per genua tua te obſecro:* genua enim miſericordiae ſedes. hinc Epiſt. xvi.

Amplectique tuos, ſi patiare, pedes. Douza.

606. *Re-*

Tempora: nec petiit horamque animumque vacantem.
Haec nocuere mihi. neque enim de Tigride natus;
Nec rigidas ſilices, ſolidumve in pectore ferrum,
Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille leaenae.
Vincetur. repetendus erit; nec taedia coepti
Ulla mei capiam; dum ſpiritus iſte manebit.
Nam primum (ſi facta mihi revocare liceret)
Non coepiſſe fuit: coepta expugnare, ſecundum eſt.
Quippe nec ille poteſt (ut jam mea vota relinquam)
Non tamen auſorum ſemper memor eſſe meorum.
Et, quia deſierim, leviter voluiſſe videbor:
Aut etiam tentaſſe illum, inſidiisque petiſſe.
Vel certè non hoc, qui plurimus urit, & uſſit
Pectora noſtra, Deo, ſed victa libidine credar.
Denique jam nequeo nil commiſiſſe nefandum.
Et ſcripſi, & petii: temerata eſt noſtra voluntas,
Ut nihil adjiciam, non poſſum innoxia dici.
Quod ſupereſt? multum eſt in vota, in crimina parvum.
Dixit:

606. *Rejicerer.*] *Reſpuerer* Jun. vid. Ÿs. 512. *rejiceret* unus Regius.

608. *Potuiſſent omnia.*] Concinne unus meus & unus Ambroſ. cum codice Berſmanni, *poterant tamen omnia.* HEINS.

610. *Nec legit.*] *Non legit* meliores. quod efficacius. & mox, *non petiit* duo, pro *nec.* malim etiam, *horamque animumque vacantes*, quam *vacantem.* IDEM.

610. *Idonea tempora.*] Eodem ſenſu hic Noſter proximè dixit:

——— *apta miniſter*
Tempora nactus adit.

Priori illo modo lib. II. 467.

Diſtuleratque graves in idonea tempora poenas.

Huc facit Ciceronis locus è lib. I. Officiorum. *Tempus*, inquit, *actionis opportunum*, *Graecè εὐκαιρία*, *Latinè appellatur occaſio. ſic fit, ut modeſtia haec, quam interpretamur ita, ut dixi, ſcientia ſit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum.* CIOFANUS.

612. *Neque enim de Tigride natus.*] In veteribus libris, *Neque enim eſt de Tigride natus.* IDEM.

613. *Nec rigidos ſilices.*] Duodecim praeſtantiores, *rigidas.* Spirenſis, *rigida ſilice.* Vide quae noto libro hoc, Ÿſ. 225. HEINS.

615. *Nec taedia coepti.*] Regius, Urbinas & pr. Palatinus legunt mutata diſtinctione:

Nec taedia coepti
Ulla mei: cupiam dum ſpiritus iſte manebit.

Neapol. & Mediceus, *nec taedia coepti Ulla mei faciam*, ſed vulgatam retineo. Corn. Nepos apud Gellium lib. VII. 18. *Ut taedium vitae ceperint.* BURMANN.

617. *Facta revocare.*] *Fata* in plurimis veterum. HEINS. Sed magis mihi *facta* placet. ſua facta enim vellet revocare, & non feciſſe, quod fecerat, mallet; ſed quod factum eſt infectum fieri nequit. ut ait Terentius. mox *non cepiſſe foret.* nove autem & inſolenter dictum *coepta expugnare*, pro perficere, cujus locutionis exemplum ignoro. neque codices variant, niſi quod *coeptum expugnare*, ſit in Francof. & infinitis aliis. BURM.

621. *Leviter voluiſſe.*] *Cepiſſe* Mediceus unus. *deſiero* etiam Leidenſ. & Menard.

623. *Qui plurimus urget, & urit Pectora noſtra.*] In uno meo & Caeleſt. *Urit & uſſit.* In Vatican. *Urget & uſſit.* Lectio, quae eſt in meo & Caeleſtino, valde mihi probatur: quam probabit etiam, quicumque pollet judicio. CIOFAN. *Urit & uſſit* plerique veteres; vel, *uſſit & urit.* tres, *urit & urget.* duo, *urget & uſſit.* Puto Naſonem ſcripſiſſe:

——— *qui plurimus urit, & urat*
Pectora noſtra.

Epiſtola Sapphus XV. 107.

Per, tibi qui nunquam longè diſcedat, Amorem.

Sic *abeſt*, *abſitque*, *fertque*, *feratque.* de quibus ad Epiſt. IV. & Triſt. I. Eleg. VI. mox malo, *nil commiſiſſe nefandi*, quam *nefandum.* quod confirmat codex Spirenſ. HEINS. Rectius puto *uſſit, & urit*, ut ſe nondum deſiſtere poſſe indicet. Et hoc olim probaverat Heinſius ex illo lib. VIII. 35. *Phoebe, ait Ampycides, ſi te coluique coloque*, & Paullini ad Auſon.

Hoc

Dixit: & (incertae tanta eſt diſcordia mentis)
Cum pigeat tentaſſe, libet tentare: modumque
Exit; & infelix committit ſaepe repelli.
Mox ubi finis abeſt; patriam fugit ille, nefasque:
Inque peregrinâ ponit nova moenia terrâ.
Tum vero moeſtam totâ Miletida mente
Defeciſſe ferunt. tum vero à pectore veſtem
Deripuit; planxitque ſuos furibunda lacertos;
Jamque palam eſt demens; inconceſſamque fatetur
Spem Veneris. ſine quâ patriam, inviſosque penates
Deſerit; & profugi ſequitur veſtigia fratris.
Utque tuo motae, proles Semeleïa, thyrſo
Iſmariae celebrant repetita triennia Bacchae;
Byblida non aliter latos ululaſſe per agros
Bubaſides vidêre nurus: quibus illa relictis
Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat.
Jam Cragon, & Lymiren, Xanthique reliquerat undas,
Quoque Chimaera jugo mediis in partibus ignem,

Pectus

Hoc mea te domus exemplo coluitque colitque.
Ut ibi Voſſian. codex pro *coletque* habet. Noſter lib. XII. 114.

Valuit mea dextra, valetque. Burm.

624. *Credar.*] *Condar* Gronovian. & Leidenſ. vid. ad Epiced. Druſi 343.

626. *Et petii.*] *Et volui* Gron. *temerataque* quatuor. *temeraria* totidem. *voluptas* plurimi.

629. *Diſcordia mentis.*] Rectius legas, *menti.* Heins. *Inceſtae mentis* quatuor, non abſurde. vide lib. x. 445. *fiducia* unus Medic.

630. *Dum pigeat tentaſſe.*] Libri ſcripti, *Cum.* Ciofanus.

634. *Tum verò moeſtam tota Miletida mente Defeciſſe ferunt.*] Hanc eandem ſententiam videtur ſic expreſſiſſe Epiſt. XIII. 23.

——— *tenebrisque exſanguis obortis,*
Succiduo dicor procubuiſſe genu.

Et rurſus I. Triſt. III. 92.

Illa dolore amens tenebris narratur obortis,
Semianimis media procubuiſſe domo. Idem.

635. *A pectore veſtem Diripuit.*] *Deripuit* ex ſcriptis. dixi lib. VI. vſ. 566. Heins. *Dirupit* ſex libri. *arripuit* unus. *plauſitque* Cantabr. & alius. *capillos* etiam Gron. & tres alii.

638. *Siquidem patriam, &c.*] Antiqui omnes libri, *Sine qua patriam, &c.* Ciof. *Sine qua* veteres plerique. niſi quod duo Medicei, *pro qua.* Heins. Vir doctiſſ. legit, *ſine qua*: ſed haec nimis frigida, quam ut amenti ac furioſae perſonae conveniant. Quare ſecutus ductum poſterioris lectionis reſtituendum puto:

Jamque palam eſt demens, inconceſſamque fatetur
Spem Veneris, linquit patriam, inviſosque penates
Deſerit, & profugi ſequitur veſtigia fratris.

Nec eſt quod quis *τὸ linquit* ſuperfluum putet, quoniam idem ac *deſerit* ſignificat, cum haec atque talia pro emblematis habenda ſint, nec ſine gratia quadam jungantur. ſic Noſter lib. IV. Triſt. I. 13.

Fallitur ancillae decipiturque labor.

& lib. I. 497.

Spectat inornatos collo pendere capillos;
Et, quid ſi comantur, ait. Videt igne micare.

(Ita enim lego pro, *micantes ſideribus ſimiles oculos.*) Ita alibi, *pavens & tremens.* & Juvenal. VI. 21. *antiquum* & *vetus.* ſic auctor Dialogi de Corr. Eloq. *conjungere & copulare*: *veteres & ſenes*: *exundat & exuberat*: *ſuavitas & dulcedo*, & id genus infinita, queis ſcatent bonae notae autores. Scheppер. apud Tan. Fabr. lib. II. Epiſt. 71.

637. *Inconceſſamque.*] *Inconceſſaeque* maluerat Heinſius. *Inconfeſſamque* duo libri.

638. *Penates.*] *Parentes* Cantabrigienſis. ſolemni confuſione, de qua ad Val. Flac. VII. 50. agemus.

641. *Triennia.*] *Triatica* tres. *trietica* unus. *triaterica* duo. *triterica* unus Medic.

646. *Mediis in partibus ignem.*] Male qui *hircum*, non *ignem.* fortaſſe *ingens* legendum, ut ſit, *ingens pectus*, atque id dicat Ovidius, quod Lucretius eo verſu:

Prima Leo, poſtrema draco, media ipſa Chimaera. Naugerius.

Emendati codices *hircum* non *ignem* ſcribendum eſſe oſtendunt. quae lectio cum Homeri & Heſiodi

Pectus & ora leae, caudam ſerpentis habebat.
Deficiunt ſilvae: cum tu laſſata ſequendo
Procidis; &, durâ poſitis tellure capillis,
Bybli taces; frondesque tuo premis ore caducas.
Saepe etiam Nymphae teneris Lelegeïdes ulnis
Tollere conantur: ſaepe, ut moderetur amori,
Praecipiunt; ſurdaeque adhibent ſolatia menti.
Muta jacet: viridesque ſuis terit unguibus herbas
Byblis: & humectat lacrimarum gramina rivo.
Naïdas his venam, quae numquam areſcere poſſet,
Suppoſuiſſe ferunt. quid enim dare majus habebant?
Protinus, ut ſecto piceae de cortice guttae,
Utve tenax gravidâ manat tellure bitumen;
Utve ſub adventum ſpirantis lene Favonî
Sole remolleſcit, quae frigore conſtitit unda,
Sic lacrimis conſumta ſuis Phoebeïa Byblis

Vertitur

ſiodi verſu convenit: qui Chimerae medium capram eſſe ſcripſerunt, hic in Theogonia, ille in Iliados ſexto. CONST. FANENSIS. Codices ferè *mediis in partibus ignem*, habebant. Perottus in ſuo Cornu hircum legit, ad illud Homeri referens:

Πρόσθε λέων ὄπιθεν δ' δράκων, μέσση δ' χίμαιρα.

Quod mihi perplacet, tametſi apud auctores hoc variatum eſt. Idem Perottus, *Quoque Chimaera jugo*, pro *jugum* legit, quod mihi diſplicet. praecedente autem verſu *Limyrum*, non prima, ſed ſecunda ſyllaba *ypſylon* habet, quod in plerisque codicibus neglectum vidimus. denique illud, *Deficiunt ſylvae*, ſubinferendum ad praecedentia videtur, ut ſit ſenſus, ibi habebat hircum, atque ibi Byblida concidiſſe. GLAREANUS. Hunc verſum alii, inter quos & Perottus, ſic legunt, *Quoque Chimaera jugo, mediis in partibus hircum, Pectus & ora leae*, &c. quae lectio & planior eſt, & cum fabula magis conſentit. Porrò fingunt poëtae Chimaeram ex Echidna & Typhaone natam eſſe, poſtremò autem à Bellerophonte, auxilio Pegaſi occiſam. Heſiodus in Theogonia 319. addit etiam tricipitem fuiſſe. Ejus verſus ſunt:

Η δὲ χίμαιραν ἔτικτε πύρεσσαν ἀμαιμακέτον πῦρ,
Δεινήν τε, μεγάλην τε, ποδώκεά τε, κραταιήν τε,
Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί, μία μὲν χαροποῖο λέοντος,
Η' δ' χιμαίρης, ἡ δ' ὄφιος κρατερὸν δράκοντος,
Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δ' δράκων μέσση δ' χίμαιρα,
Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.
Τὴν μὲν Πήγασος εἶλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης.

De Pegaſo autem & Bellerophonte etiam Homerus meminit Iliados ſexto. MICYLLUS. Lege ex duobus Vatic. Urſini, uno meo, & Caeleſt. *Mediis in partibus hircum.* Lucretius eleganter uno verſu v. 903.

Prima Leo, poſtrema Draco, media ipſa Chimaera.

De Chimaera Ovidius ipſe ſic IV. Tr. VII. 13.

Eſſe canes utero ſub Virginis, eſſe Chimaeram,
A truce quae flammis ſeparat angue leam.

CIOFANUS. *Quoque* legendum ex auctoritate duorum Vatican. Urſini, Coeleſtini, monet Ciofanus. quin ex meis unus diſertim habet, *hircum*, alter ſupraſcriptum. vulgo leg. *ignem*, & alii leg. *Quodque Chimaera jugum.* de Chimaera, vide quae ſupra ad lib. VI. 339. FARNAB. Nos *ignem* retinuimus. hinc Horatio lib. II. Od. 17.

Chimaerae ſpiritus igneae.

Et IV. Od. 2.

Flamma chimaerae.

Apulejo 8. Metam. *Ignifera Chimaera.* Et Pindaro Olymp. XIII. 128. πῦρ πνέουσα. Ignem enim vomebat media parte corporis ex ore expreſſum. HEINSIUS.

648. *Deficiunt.*] MS. *deſiſtunt.* forte, *deſtituunt.* BERSMAN.

649. *Concidis.*] *Procidis* Oxon. bene. ſic apud Horatium Epod. XVII.

——— *rex procidit*
Heu pervicacis ad pedes Achillei.

Apud Senecam: *Ruinarum ſubito lapſu procidentium pondera.* uſus eſt & hoc verbo vetus interpres Matthaei cap. XVIII. 26. 29. & cap. XXVI. 39. *Procidit in faciem ſuam*, quomodo & Lucae cap. V. 8. 13. *Quod cum videret Simon Petrus procidit ad genua Jeſu.* quo verbo ille paſſim delectatur. Gellius libro X. c. 1. *Nam cum multis annis poſtea ſcena,*

Vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis
Nomen habet dominae; nigràque ſub ilice manat.

Fab. X. Argumentum.

Iphis ex Virgine in Puerum.

[a] *Phaeſtos eſt oppidum in inſula Cretâ. Hic Ligdus* [b] *generoſae ſtirpis, ac praeſtantis fidei, cum petiiſſet à Telethuſa conjuge, ut, ſi puellam pareret, necaret;* [c] *ſi puerum autem, ſobolem patriae ſervaret; & uterque* [d] *pro caſu futuro lacrymas* [e] *dediſſent, mater nequiens* [f] *adferre manus filiae, Iſidem in malis habuit auxilio: cujus pollicitis illa* [g] *infantem pro puero, decepto patre filii opinione, nutrivit.* [h] *Namque cum aetas matura nuptiis increviſſet, nihil ſuſpicans pater, obſtrictus fide conjugis, Ianthen ex Teleſte genitam* [i] *deſpondit.* [k] *Qui inter ſe cum gravi amore premerentur, maximè Iphis (hoc enim pater nomine avi eum vocari voluerat)* [l] *trepidante ergo matre, ne Iphis* [m] *puella cum infamiâ reperiretur, eadem dea fuit auxilio.* [n] *Nam ut totis nuptiis jugari poſſent, Iphin in puerum transfiguravit.*

Fama

na, quae prociderat, refecta eſſet. *Incidis* prim. Gronov. pro *Bybli jaces*, unus Medic. *taces*, nam mox ſequitur, *Muta jacet.* Heins.

651. *Saepe illam.*] *Etiam* S. Marci, Neapol. ſec. Medic. Cantabrig. & ſeptem alii cum Spirenſi. Heinsius.

652. *Ut medeatur amori.*] *Mederetur* multi veteres contra metrum. ſed *moderetur* bene prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. tert. Medic. Oxon. prim. Hamburg. & alii complures. Heins.

653. *Adhibent.*] *Dabant* Gronov. *addunt* duo.

654. *Muta jacet.*] *Tacet* Bonon. & Medic. ut lib. x. 389. *Muta ſilet virgo.*

654. *Tenet unguibus herbas.*] *Terit* quatuor veteres. bene. Heins.

659. *Bitumen.*] De bitumine Plin. lib. xxxv. cap. 15. *Et Bituminis vicina* (inquit) *eſt natura, alibi limus, alibi terra. Limus à Judaeae lacu, ut diximus, emergens, terra in Syria circa Sidonem, oppidum maritimum. Spiſſantur haec utraque & in denſitatem coëunt.* Micyll.

660. *Sub adventum.*] *Adventu* plurimi ſcripti. vid. ad Epiſt. xix. 195.

661. *Quae frigore.*] *Qua* Medic.

663. *Vertitur in fontem.*] Art. 1. 283. ait eam laqueo vitam finiſſe:

Byblida quid referam? vetito quae fratris amore
Arſit, & eſt laqueo fortiter ulta nefas.

Eadem in ſententia ſunt Graeci, inter quos Euſtathius in Dionyſ. de Situ Orbis. Ciofan. Antoninus Liberalis cap. xxx. in Hamadryadem fuiſſe à Nymphis, ſortem ejus miſerantibus, cum ſe ex ſcopulo vellet praecipitem dare, mutatam, & fontem ex ſaxo manantem, dictam Δάκρυον Βιβλίδος. Conon Narrat. 2. etiam laqueo ex Nuce ſe ſuſpendiſſe ait, qui & Caunum correptum amore Byblidis, nec potuiſſe ea potiri narrat. diverſas ſententias refert Parthen. Erot. c. xi. & ad quercum collum innexuiſſe Byblida. Noſter ad ilicem videtur cenſuiſſe. forte ſuſpendit ſe prius ad ilicem, & inde delicuit in fontem. Burm.

663. *Vallibus illis.*] *Imis* prim. Ambroſ. duo Moreti, Arondel. alter Hamburg. & unus meus. libro vi. 343.

Forte lacum melioris aquae proſpexit in imis
Vallibus. Heins.

Vid. ſupr. ad verſ. 297. *finibus illis* Palatin. & duo alii.

[a] *Phaeſtos.*] Colon. ita incipit, *Lyctus Thelethuſae maritus, ſtirpe quidem ignobilis, ſed fide praeſtantiſſimus cum, &c. Lyctus* etiam Raener.

[b] *Generoſae ſtirpis.*] *Generoſi animi* Raener.

[c] *Si puerum &c. ſervaret.*] Omiſſa haec in Colon.

[d] *Pro caſu.*] *Cum pro caſu* Parm. Lugd. Micyl. Raener.

[e] *Dediſſent.*] *Dediſſet* Colon.

[f] *Afferre manus.*] Ita MS. Edd. *inferre.* Petron. *Attuliſſem mihi damnatus manus.* Nepos Timol. cap. 1. *Ipſe non modo manus non attulit, ſed ne aſpicere quidem fraternum ſanguinem voluit.* Etiam *afferre vim* pro *inferre* reſtituimus huic ſcriptori Lib. 1. 9. & 11, 8. Muncker. *Inferre* Parm. Lugd. Micyll. Raener. *Mater ne filiam morti traderet, Iſidem deam noctu ei apparentem Aegyptiorum, in malis h. a.* Colon.

[g] *Infantem.*] *Puellam infantem* Colon.

[h] *Namque cum.*] *Itaque cum aetas* omnes editi.

[i] *Deſpondit.*] *Deſpondit filio* Colon.

[k] *Qui cum.*] *Quibus inter ſe dum*, &c. Raener.

FAma novi centum Cretaeas forsitan urbes
Implêsset monstri; si non miracula nuper
Iphide mutatâ Crete propiora tulisset.
Proxima Gnosiaco nam quondam Phaestia regno
Progenuit tellus, ignoto nomine Ligdum,
Ingenuâ de plebe virum. nec census in illo
Nobilitate suâ major: sed vita fidesque
Inculpata fuit. gravidae qui conjugis aures
Vocibus his movit; cum jam prope partus adesset:
Quae voveam duo sunt: minimo ut relevere labore;
Utque marem parias. onerosior altera sors est:
Et vires fortuna negat. quod abominor, ergo
Edita forte tuo fuerit si femina partu;
(Invitus mando: pietas, ignosce) necetur.

Dixe-

qui cum inter se g. a. tenerentur, & m. j. (nam *hoc eum nomine avi pater vocitari solebat*) *trepid.* &c. Colon.

[l] *Trepidante ergo, &c.*] Sic reposui ex MSS. Edd. exhibent, *& trepidante etiam matre.* Muncrerus.

[m] *Puella cum infamia.*] Haec à Raenerio sunt. Venet. & Micyll. *Ne Iphis diu adversus virum cum infamia reperiretur.* Et sic etiam MS. nisi quod *dum* pro *diu* praefert. Idem. Ita Parm. & Lugd. *ne fallax adversus virum cum i. r. praedicta dea sibi f. a.* Colon.

[n] *Nam ut totis.*] *Nam ut nuptiis optatis* Colon. forte, *ut votis nuptiis.*

667. *Iphide mutato.*] Caelest. unus meus, & unus Vatic. *Mutata.* Ciofan. *Mutata* meliores: recte. Heinsius.

667. *Propiora.*] *Majora* Gronov.

669. *Ligdum.*] Possit & *Lygdum* legi: nam & λίγδος & λύγδος Graeca sunt. prim. Ald. *Lyctum.* & sic in argumento. cujus nominis in Creta civitas. Spirensis liber, *Lugdus.* malim etiam cum uno meo, *ignoto nomine*, quam *ignotum*, neque aliter prim. Gronov. & unus Leid. pro diversa lectione. Heins. Recte *ignoto*, id est ignobili, obscuro: *nomen* enim hic est fama, ut ita Florus III. 16. *Cajum Gracchum hominem sine nomine*, dicit, licet eum nominet. Virgil. IX. Aeneid. 343. *Multam sine nomine plebem.* ubi Servius, *sine gloria, quorum per humilitatem non omnibus nota nomina. atqui adjecit nomina, nam ait Fadum Hebesumque. Ergo aut sine dignitate & nobilitate, &c. Signatum nomine* Fragm. Boxh. Burm.

671. *Vita fidesque.*] *Jura fidesque* Urbinas.

673. *Vocibus his monuit.*] *Movit* ex quinque scriptis. libro IV. 271.

—— *factum mirabile moverat aures.*

Ita veteres nonnulli. non *ceperat.* Heinsius.

674. *Relevere dolore.*] *Labore* Urbin. prim. Erfurt. & quatuor alii. hinc *laborantes puerperae* apud Virgil. Georg. *primos Lucinae experta labores.* sic Noster & alii passim. Heins.

676. *Et vires fortuna negat.*] In uno meo, *Natura.* Ciofanus. *Natura* prim. Mediceus, primus Vatican. & decem alii. quod verum est. Heins. Ego *Fortuna* retinui. illa dat opes. *vires* enim posuit pro opibus. Justinus XXI. 4. *Hanno opes suas, quibus vires reipub. superat, ad occupandam dominationem intendit.* lib. V. 9. *Ismenias privatis viribus adjuvabat.* Plin. XXXVI. 13. *Fatigare regni vires.* Eumenius Panegyr. pro Scholis cap. XII. *Remissis reliquis nihil est quod respectandum timendumque sit, quod aliquid virium venturis pensitationibus necet.* & ita recte post Cujacium Berneccerus ad Suet. Aug. c. XII. in l. I. Cod. ne fiscus vel Resp. pro *reipub. juribus* rescribi jubet, *viribus.* & ita illud Horatii lib. IV. Od. 8. capiendum, *sed non ea mihi vis.* male hîc de robore corporis ceperant. Burm.

677. *Edita.*] *Prodita* unus Mediceus. Heinsius. Vide ad lib. V. 517. & alibi.

682. *Ne spem sibi ponat in arcto.*] Vide reciprocationem, ad ipsamne Telethusam, an ad Lyctum referendum putemus: ego ad Lyctum referri puto. sequente autem versu, *Jamque ferendo Vexerat illa gravem maturo pondere ventrem.* vide ut *Vexerat* exponendum. Glareanus.

683. *Certa sua est Lygdo sententia.*] Sic Virg. lib. X.

—— *certa est sententia Turno.* Ciofan.

684. *Jamque ferendo Vexerat illa ventrem.*] Insignis barbarismus. *vehere ventrem*, pro ferre. *Vinxerat* S. Marci & Urbin. cum Jureti excerptis. *Duxerat* Neapol. sec. Medic. prim. Gronov. tres alii.

Dixerat: & lacrimis vultum lavere profusis,
Tam qui mandabat, quam cui mandata dabantur.
Sed tamen usque suum vanis Telethusa maritum
Sollicitat precibus; ne spem sibi ponat in arto.
Certa sua est Ligdo sententia. jamque ferendo
Vix erat illa gravem maturo pondere ventrem;
Cum medio noctis spatio, sub imagine somni,
Inachis ante torum, pompâ comitata suorum,
Aut stetit, aut visa est: inerant lunaria fronti
Cornua, cum spicis nitido flaventibus auro,
Et regale decus, cum quâ latrator Anubis,
Sanctaque Bubastis, variusque coloribus Apis:
Quique premit vocem, digitoque silentia suadet;
Sistraque erant, numquamque satis quaesitus Osiris,
Plenaque

alii. duo, *Gesserat.* unus Medic. *Auxerat. Vixerat* prim. Palat. prim. Vatican. prim. Basileensis, prim. Erfurt. Spirensis, Arondel. & sex alii. Scribe:

——— *jamque ferendo*
Vix erat illa gravem maturo pondere ventrem.

De quo loquendi modo complura à nobis dicentur Fastor. III. 241. Libro X. de 481 Myrrha.

Vixque uteri portabat onus.

Ventrem ferre & *perferre*; *ferre* etiam simpliciter hac significatione apud Columellam non semel occurrit. non dissimilis locutio illa Plinii libro XV. cap. XVIII. *nam Alexandrinae vix vescendo sunt.* Heinsius. Sic dicimus *solvendo non esse.* vid. ad Quinctil. VIII. Decl. 3. Cl. Graevius legebat, *Fessa erat*, ut & Capoferreus.

686. *Pompa comitata sacrorum.*] *Suorum* prim. Medic. sec. Palat. prim. Moret. aliique plurimi. probe. pompam describit postea, Anubin, Bubastin, Apim, Osirin, & Harpocraten. lib. VI. 594.

Concita per silvas turba comitante suarum
Terribilis Procne.

Suarum Bernegger. & octo. alii non pauci, *sororum.* male. paulo post:

Pars ô Telethusa mearum.

Et ipsa Telethusa ad Isin, *miserere tuarum.* ita enim libri veteres. Heins. Posset in voce *sororum* latere vera scriptura, quae esset, *pompa comitante sonora*, ut ad sistra referatur. ita inf. 776. *Comitesque, facesque, sonumque sistrorum.* Ita Valer. Flacc. IV. 418. *ovanti persona sistro. turba* pro pompa hic nonnulli scripti. Burm.

687. *Lunaria cornua.*] Cum cornibus nanque pingebatur Isis, ut quae eadem cum Luna esse dicatur. nam primi homines in Aegypto geniti mundi ornatum admirantes, universorumque naturam, duos esse deos, & quidem aeternos sunt arbitrati, Solem & Lunam, & illum quidem Osiridem, hanc verò Isidem appellarunt, ut Diodorus lib. I. scribit. Luna autem primis diebus cum crescit cornua habere videtur. Bos quoque ei ab Aegyptiis sacrificatur. Regius. Herodotus per Isidem, intelligi Cererem ab Aegyptiis tradit, ut per Osirim, Dionysum. idem & Diodorus alio loco monet. Micyllus. Cererem habitam vid. apud Apulej. XI. Metam. princ. & Isidem *primam repertas spicas capite circumtulisse* dicit Tertull. de Coron. cap. VII.

689. *Latrator Anubis.*] Mercurius ab Aegyptiis colitur sub canis figura, significantibus eum fuisse custodem Osiridis, & Isidis, Anubisque appellatur. Regius. Hunc, ut Diodorus tradit, quidam Osiridis filium fecerunt, fratrem Macedonis. habuisse autem eos insignia Clypeorum, Anubim canem, Macedonem Lupum. hinc ea animalia ab Aegyptiis ut sacra observari. Micyllus.

690. *Sanctaque Bubastis.*] Comes Isidis videtur fuisse Bubastis. eademque cum Diana esse ab Herodoto perhibetur. sed pro ipsa quoque Iside accipi solet, à Bubasto urbe cognominata. Hoc verò ex iis, quae in columna ejus sacris litteris scripta traduntur, percipi potest: *Ego Isis sum Aegypti regina, à Mercurio erudita, quae ego legibus statui, nullus solvet: ego sum Osiridis: ego sum prima frugum inventrix, ego sum Ori regis mater: ego sum in astro canis refulgens: mihi Bubasta urbs condita est. gaude, gaude Aegypte, me nutristi.* Haec Diodorus. Regius. Vid. Flor. Sabin. Subces. Lect. V. I. & Vlit. ad Grat. ỳs. 42.

690. *Variusque coloribus Apis.*] In nonnullis, *variisque coloribus Apis.* Naugerius. Bos varias habens maculas in Aegypto colebatur in perpetuam memoriam Osiridis, frumentique repertoris, quanquam boves rufi immolari permitterentur,

Plenaque ſomniferi ſerpens peregrina veneni.
Cum, velut excuſſam ſomno, & manifeſta videntem
Sic adfata Dea eſt: Pars, ò Telethuſa, mearum,
Pone graves curas; mandataque falle mariti.
Nec dubita, cum te partu Lucina levârit,
Tollere quidquid erit. Dea ſum auxiliaris, opemque
Exorata fero. nec te coluiſſe quereris
Ingratum numen. monuit, thalamoque receſſit.

Laeta

quòd colore Typhoni, qui Oſiridem necavit, ſimiles viderentur. REGIUS. Solinus cap. 134. *Inter omnia, quae Aegyptus habet digna memoratu, praecipue bovem mirantur: Apim vocant. Hunc inſtar numinis colit, inſignem notae albae macula, quae dextro lateri ejus ingenita, corniculantis lunae refert faciem. Statutum aevi ſpatium eſt, quod ut affuit, principio ſacri fontis profundo immerſus necatur, ne diem longius trahat quàm licebit, mox alter, nec ſine publico luctu requiritur, quem repertum centum antiſtites Memphim proſequuntur, ut incipiat, ſacris ibi initiatus, ſacer fieri*, &c. Herodotus autem libr. III. cap. 28. Apin ab Aegyptiis vocari ait, quem Graeci Epaphum dicunt. Eundemque hoc modo deſcribit: Ὁ δὲ Ἄπις, ὁ Ἔπαφος, γίνεται μόσχος ἐκ βοὸς, ἥτις ἐκέτι οἵη τε γίνεται ἐς γαστέρα ἄλλον βαλέσθαι γένεον. Αἰγύπτιοι δὲ λέγουσι σέλας ἐπὶ τῷ βοῦν ἐκ τῆς ἐρανῆς καπίσχειν, καὶ μιν ἐκ τούτου τικτέειν τὸν Ἄπιν. Ἔχει δὲ ὁ μόσχος, αὐτοῦ ὁ Ἄπις καλεόμενος, σημήια τοιάδε. ἐὼν μέγας, ἐπὶ μὲν τῷ μετώπῳ λευκὸν τετράγωνον φορέει. ἐπὶ δὲ νότου, αἰετὸν εἰκασμένον, ἐν δὲ τῇ ἀρῇ τὰς τρίχας διπλᾶς, ἐπὶ δὲ τῇ γλώσσῃ κάνθαρον MICYLLUS. *Variusque* meliores, hoc eſt verticolor. ſic libro XIV. 267.

—— *variasque coloribus herbas.*

Quomodo & ibi codices ſcripti. *eſt enim* (ut Ammiani Marcellini lib. XXII. 14. verbis utar) *Apis bos diverſis genitalium notarum figuris expreſſis, maximaque omnium corniculantis lunae ſpecie dextro latere inſignis.* plura Herodotus, Plutarchus, Plinius, Solinus, Suetonius. HEINSIUS. Ita *variae columbae* Epiſt. XV. 37. *varia Pica* Petron. cap. 28.

691. *Quique premit vocem.*] Harpocratem ſignificat, qui cum digito ad os appoſito pingebatur. REGIUS. Unde apud Catullum Carm. LXXV. *Reddere Harpocratem*, pro ſilentium imponere, legitur. Similis dea apud Romanos Angerona fuiſſe traditur. Vide Eraſ. proverbia. MICYLL.

692. *Siſtraque.*] Σεῖστρον Graecum eſt nomen, à σείεσθαι, hoc eſt, quatiendo, dictum. erat enim crepitaculum aeneum, cujus agitatione ſonitum reddebant, in ſacris Iſidis ſolemne. Ut & Suidas meminit. Virgil. lib. VIII. 696.

Regina in mediis patrio vocat agmina ſiſtro. IDEM.

692. *Nunquamque ſatis quaeſitus Oſiris.*] Deus eſt Aegyptiorum Iſidis maritus, quem ſingulis quibusque annis Aegyptii & amiſſum maximo cum moerore quaerunt, & inventum maxima cum laetitia perſequuntur, ut Diodorus aliique autores ſcribunt. REGIUS. Non tantùm annuis ſacris, ſed ſingulis is ritus apud Aegyptios ſacerdotes fuit, ut cum fletu prodirent, mox cum laetitia & cantu redirent. imitantes in hoc Iſidis exemplum, quae cùm maritum Oſirin à Typhone occiſum, & in partes diſſectum audiſſet, per totam Aegyptum cum luctu & moerore illius reliquias quaeſivit. tandem autem iis inventis ſepulchrum marito extruxit, luctuque inde & moerore ſoluta fuit. Hinc Martialis X. 48. *Nuntiat octavum Phariae ſua turba juventae. Et palata redit jamque ſubitque cohors.* Et ad ritum Ovidius hic reſpexiſſe videtur, ubi ait, *nunquamque ſatis quaeſitus Oſiris.* Quanquam alii eundem intelligunt Oſirin & Apin. & quod hic de Oſiri dicitur, ad Apidis religionem refertur, qui certo tempore novus quaeri ſolebat, ut ſuprà annotavimus. Apin autem bovem ſignificare lingua Aegyptiaca volunt, quo nomine tunc Oſiris vocatus fuerit: quod circa defuncti tumulum Aegyptiis bos apparuiſſet. MICYLLUS. Oſirin Aegyptii Solem certa nominis ratione appellarunt: ſic ut & Iſiden Lunam; quosque deos fuiſſe exiſtimarunt. Auctor Diodorus lib. I. cap. II. Euſebius verò repetit lib. I. cap. VI. De Euang. Praepar. De his multa etiam Plutarchus. Hoc vero hemiſtichium memoria captus Lactantius Firmianus Lucano adſcribit. CIOFAN.

693. *Serpens peregrina.*] In pompa ſacrorum Iſidis geſtabatur etiam ſerpens, quae dormire videbatur. REGIUS. Videndum hoc loco, num crocodilum intelligat per *ſerpentem peregrinam* Ovidius. nam & hic ab Aegyptiis divinis honoribus colebatur. quod non ſolum Herodotus & Diodorus, ſed & Juvenalis teſtatur Satyra decimaquinta, ubi ait:

Quis neſcit Voluſi Bithynice, qualia demens
Aegyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars haec, illa pavet ſaturam ſerpentibus Ibim.

Nam quod plenam ſomniferis venenis vocat, id ad morſum ejus animantis refero, qui letalis eſt, neque unquam ſanatur, ut Diodorus ait. MICYLLUS.

Aſpis

Laeta toro ſurgit, purasque ad ſidera ſupplex
Creſſa manus tollens, rata ſint ſua viſa precatur.
Ut dolor increvit; ſeque ipſum pondus in auras
Expulit, & nata eſt ignaro femina patri;
Juſſit ali mater, puerum mentita; fidemque
Res habuit: neque erat facti niſi conſcia nutrix.
Vota pater ſolvit, nomenque imponit avitum.
Iphis avus fuerat. gaviſa eſt nomine mater,

Quod

Aſpis, cujus morſu homines tanquam ſopiti moriuntur. Micyllus crocodilum intelligit, cujus venenoſus morſus inſanabilis. Utraque Aegyptiis indigena, aliis terris peregrina. Turneb. 7. lib. 8. cap. Sed ut credam aſpidem intelligi, ſuadet *ſomniculoſa aſpis*, A. Gell. lib. IX. cap. 12. ὑπνώλη Solino dicta. Cleopatrae aſpides, quae ad mortem fecere occultum ſoporis iter. Propert. III. l. II. eleg. & Lucan. lib. IX. ỳſ. 610. & 701. Farnab. Aſpidem innuit, quae Iſiaci ſacri pars habebatur, & hoc ex parte vidit Farnabius. *Peregrina* dicitur, non quod Agypto peculiaris, ut Salmaſius ad Solinum pag. 243. interpretatur, ſed quod Creta ſerpentes non alit: aut ſaltem non venenatos. Eſt enim Naſo nunc in narratione rei apud Cretenſes geſtae. Oblitus erat & Solini & ſui ipſius Salmaſius, cum id effutiebat. Solinus quippe cap. XI. de Creta; *Serpens nulla, larga vitis, mira ſoli indulgentia.* id ipſum de Creta etiam alii ſcriptores teſtantur, quos inter Aelianus & Strabo. P. Bellonius ne nunc quidem ſerpentem venenatam in Creta inveniri teſtatur, additur *plena ſomniferi veneni* (ita enim Thuan. & Junian. & Noſter alibi) quod hoc proprium aſpidi. unde Lucanus IX. 701. *Aſpida ſomniferam* dixit. & Cinna in fragmento apud Priſcian.

Somniculoſam ut Poenus aſpidem Pſyllus.

Aſpidis morſu in ſomnum ſolutam Cleopatram expiraſſe Hiſtorici omnes eſtantur. In Iſiaca tabula Bembina, quam Pignorius edidit, frequenter aſpis haec occurrit. *Argenteam ſerpentem* Juvenal. Sat. VI. 38. dixit. Valer. Flac. de Iſide lib. IV. 418.

Aſpide cincta comas & ovanti perſona ſiſtro.

Apulejus in deſcriptione Iſidis: *Laeva cymbium dependebat aureum, cujus anſulae, qua parte conſpicua eſt, inſurgebat aſpis, caput attollens arduum.* Heinsius. Vide Keuch. ad Seren. Sammon. cap. 47.

697. *Nec dubita.*] *Ne dubites* multi, *ne dubita* Cantabr. & quatuor alii. vid. ad lib. I. Art. Am. 343.

698. *Tollere quidquid erit*] Sic Terentius in Andria I. 3. *Quidquid peperiſſet, decreverunt tollere.* Sic etiam vetus poëta apud Ciceronem lib. I. De Divinatione cap. 21.

Quia mater gravida parere ſe ardentem facem
Viſa eſt in ſomnis Hecuba: quo facto pater
Rex ipſe Priamus, ſomnio mentis metu
Perculſus, curis ſumptis ſuſpirantibus,
Exſacrificabat hoſtiis balantibus.
Tum conjectorem poſtulat pacem petens,
Ut ſe edoceret obſecrans Apollinem,
Quo ſeſe vertant tantae ſortes ſomniûm.
Ibi ex oraclo voce divina edidit
Apollo; puerum, primus Priamo qui foret
Poſt illa natus tempora, hunc ſi tolleret,
Eum eſſe exitium Trojae, peſtem Pergamo.
Ciofanus.

699. *Quereris.*] *Quararis* Argent. Medic.

701. *Durasque ad ſidera palmas Creſſa.*] Imo *purasque*, cum Palatino & aliis. Dan. Heinsius. *Purasque* plurimi ex antiquis. nihil verius. P. Syrus:

Puras Deus, non plenas aſpicit manus.

Tibullus lib. II. El. I.

Et manibus puris ſumite fontis aquam.

Ubi puram aquam nequicquam reponebat ad Perſium Theodorus Marcilius. Vide Notas Faſt. v. ỳſ. 435. Seneca Medea Actu v. *Puras* recte reſtituunt viri docti, ſed explicandum eſt lotas, cum jam aquâ expiaſſet ſomnium, ut notum vulgo. & in Gron. erat *latasque*, pro *lotasque*. pro *tollens* etiam ſollemni permutatione *tendens* nonnulli. quod quia *tollere* praeceſſit poſſit recipi. vid lib. II. 487. XI. 131. & alibi. Burm.

Vindicta levis eſt, quam ferunt purae manus.

Ita vetus codex. Heins.

703. *Ut dolor increvit.*] *Excrevit* Vatic. & Medic. unus, *utque dolor crevit* Oxon. *ut dolor implevit* Junian.

704. *Patri.*] *Patre* Gron. Thuan. & alii multi. vid. ad lib. I. 748. *filia patri* etiam tres.

706. *Facti niſi conſcia nutrix.*] *Ficti* ex antiquioribus multi. Cenſeo ſcribendum, *furti.* quicquid enim occulte agebatur, *furtum* vocabant. ſic & infra ỳs. 768.

——— *ſed jam conſumſerat omnem*
Materiam furti.

nam in aliis libris eſt, *ficti*, quod praeceſſerat paulo ante: in aliis, *tecti*, vel *facti.* Heins. *Facto* Genev.

710. *In-*

Quod commune foret, nec quemquam falleret illo.
Impercepta piâ mendacia fraude latebant.
Cultus erat pueri: facies, quam sive puellae,
Sive dares puero, fieret formosus uterque.
Tertius interea decimo succesſerat annus;
Cum pater, Iphi, tibi flavam despondet Iânthen:
Inter Phaestiadas quae laudatissima formae
Dote fuit virgo, Dictaeo nata Teleste.
Par aetas, par forma fuit: primasque magistris
Accepere artes, elementa aetatis, ab isdem.
Hinc amor ambarum tetigit rude pectus: & aequum
Vulnus utrique tulit. sed erat fiducia dispar.
Conjugii pactaeque exspectat tempora taedae,
Quamque virum putat esse, suum fore credit Iânthe.
Iphis amat, quâ posse frui desperat, & auget
Hoc ipsum flammas: ardetque in virgine virgo.
Vixque tenens lacrimas, Quis me manet exitus, inquit,
Cognita quam nulli, quam prodigiosa, novaeque
Cura tenet Veneris? si Dî mihi parcere vellent,
[Perdere debuerant: si non & perdere vellent;]

Naturale

710. *Indecepta mendacia.*] Non percepta, non cognita, non intellecta. *Impercepta* autem, *indeprehensave* rectius forsitan legeretur, hoc est, non deprehensa, non animadversa. Regius. *Indecepta* plurimi veteres. *Indeprensa* Calandrae excerpta. sec. Palat. prim. Basil. prim. Reg. alter Hamburg. & quinque alii. quomodo apud Statium lib. vi. 564.

—— *vestigia cunctis*
Indeprensa procis.

Imperfecta prim. Gronov. *Intercepta* unus meus cum excerptis Jureti. Nihil muto. Hinc *imperceptiora* apud Gellium lib. xiv. cap. i. *An videlicet magna sciunt, minora nesciunt, & minora majoribus imperceptiora sunt. Sic interstinctus* pro *irrestinctus* perperam legitur apud Marcianum Capellam libro ix.

Nantes fluctigenas chorumque Phorci
Flagrans cura trahit, nivalibusque
Irrestinctus aquis triumphat ardor. Heins.

712. *Fieret.*] *Fierent* Bersman. nec malè: sic apud Mart. x. 81.

Et nudam cuperent sumere uterque priorem.

Ita in codice Vossiano reperi. vulgo, *cuperet.* vid. ad ii. Art. 383. Burm.

713. *Succesſerat.*] *Succreverat* pr. Palatin. eadem varietas infr. lib. xi. 80. & notavit etiam in Livio lib. xxi. 3. Gronovius, *anno* etiam quatuor libri. Burmann.

716. *Dote.*] *Sorte* Bersm. MS. *docta fuit virgo* Leid.

716. *Teleste.*] Male *Theleste* in aliis scriptis & editis. hujus nominis Rex Corinthiorum undecimus memoratur ab Eusebio ad An. mccxxv. quem Aristodemi filium facit Pausan. lib. ii. cap. 4. *Telestes* comicus Graecus è Suida memoratur, quem Vossius de Poëtis Graecis cap. vii. ad Olympiad. xcv. refert. *Telestas* Messenius Pausaniae lib. vi. cap. 14. à pugilatu puerili celebratur. *Thyeste* hic nonnulli. *Thelete* etiam quidam. Burm.

717. *Primasque magistris.*] Ait Ovidius amoris auspicium ab usque ludo literario, in quem unà simul ibant, utrique factum fuisse. sed quis unquam fando audivit, *artes primas esse elementa aetatis?* deinde, *erat par aetas*, & *accepere elementa aetatis*, non abunde ridiculum est, ipse quidem nunquam aliter sensi, neque adeo sentiam: legendum itaque,

— *primasque magistris*
Accepere artes, elementaque prima sub iisdem.

Quam conjecturam si veram esse dixero, id mihi videor dicturus, quod & omnes dicturi sunt. Tan. Faber. lib. ii. Epist. 69.

719. *Hinc amor amborum.*] *Ambarum* recte Neapol. sec. Medic. prim. Vatican. prim. Gronov. & sex alii melioris notae. mox *Conjugii* meliores, non *Conjugium*. & *expectat* optimus Thuan. Heinsius.

720. *Utri-*

Naturale malum ſaltem & de more dediſſent.
Nec vaccam vaccae, nec equas amor urit equarum.
Urit oves aries: ſequitur ſua femina cervum.
Sic & aves coëunt; interque animalia cuncta
Femina femineo correpta cupidine nulla eſt.
Vellem nulla forem. ne non tamen omnia Crete
Monſtra ferat; taurum dilexit filia Solis,
Femina nempe marem. meus eſt furioſior illo,
Si verum profitemur, amor. tamen illa ſecuta eſt
Spem Veneris: tamen illa dolis, & imagine vaccae,
Paſſa bovem eſt: & erat, qui deciperetur, adulter.
Huc licet è toto ſollertia confluat orbe,
Ipſe licet revolet ceratis Daedalus alis;
Quid faciet? num me puerum de virgine doctis
Artibus efficiet? num te mutabit Ianthe?
Quin animum firmas, teque ipſa recolligis, Iphi:
Conſiliique inopes & ſtultos excutis ignes?
Quid ſis nata vide: (niſi te quoque decipis ipſam)
Et pete quod fas eſt: & ama, quod femina debes.
[Spes eſt quae capiat: ſpes eſt quae paſcat amorem.]

Hanc

720. *Utrique dedit.*] *Utrisque* Regius. *tulit* etiam Gronov. & ita jam Heinſius ediderat. *fuit* unus Heinſii. *dabat* tres. *diſcordia diſpar* Gronov.

722. *Quamque virum pudet eſſe, virum fore credit.*] *Virum putat eſſe virum* plerique veteres. *putat eſſe ſuum* prim. Vatic. Arond. multique alii. unus meus:

Quamque virum putat eſſe virum.

Scribe,

Quamque virum putat eſſe, ſuum fore credit Ianthe.

Suum nempe virum. Heins.

723. *Quo poſſe frui deſperat.*] *Qua* MS. ſed notarunt aliqui hunc Poëtam frequenter uti hac generis enallage. Bersman. *Qua* cum melioribus. Heins.

728. *Perdere debuerant.*] Alii, *Parcere debuerant.* Neutrum bene. Eſt enim verſus adulterinus. Idem.

730. *Nec vaccam vaccae, nec equas amor urit equarum. Urit oves aries: ſequitur ſua femina cervum.*] 1. Amor. x. 27.

Non equa munus equum, non taurum vacca poſcit,
Non aries placidam munere captat ovem. Crof.

731. *Cervum.*] *Taurum* Thuan. Junian. & duodecim alii.

732. *Correpta.*] *Corrupta* Cantabr. & quatuordecim alii. *feminea libidine* quinque.

734. *Crete monſtra ferat.*] *Ferant* eſt in multis codicibus. quod licet poſſet defendi, malim tamen, *Cretes monſtra ferant*, ſi quid mutandum ſit. Burm.

735. *Taurum dilexit.*] Haec expreſſit manifeſta imitatione Seneca Hippol. 115. & ſeq.

738. *Et imagine.*] *In imagine* quart. Medic.

742. *Dictis Artibus efficiet.*] Imo, *doctis Artibus efficiet*, praeeuntibus Palatinis. Dan. Heins. *Doctis artibus* vetuſtiores plerique. recte. quanquam pro vulgata pugnat amicus noſter curis ad Gratium ſecundis. nullas Daedali artes recenſuit Naſo, praeter volatum: qui hic locum non habet. mox *animum firmas* dixit, pro *obſirmas.* atque ita fortaſſis ſcribendum. Heins. Sic I. Pont. III. 18.

Interdum doctâ plus valet arte malum. Burm.

745. *Excutis ignes.*] *Exigis* Junianus & Berſm. MS. de quo verbo egimus ad lib. II. Art. Amat. 653. ſed lib. VII. 17.

Excute virgineo conceptas pectore flammas.

Ubi vide, & III. 689. *excute corde metus.* Burm.

746. *Quid ſis nata vides.*] *Vide* multi ex caſtigatioribus. ſequentia, *pete, & ama* confirmant. niſi mavis mox, *I pete.* nam ſex ſcripti, *Id pete.* Heins. Ita lib. VI. 634.

Cui ſis nupta vide.

748. *Paſcat amorem.*] In nonnullis, *amantem.* Naugerius. Piget diverſas lectiones adſcribere, quae ſunt plurimae. Nimirum ſententias hic eſt locutus aliquis carnifex. Cave enim credas hunc verſum

Hanc tibi res adimit: non te cuſtodia caro
Arcet ab amplexu, nec cauti cura magiſtri,
Non patris aſperitas, non ſe negat ipſa roganti.
Nec tamen eſt potiunda tibi: nec, ut omnia fiant,
Eſſe potes felix; ut Dîque hominesque laborent.
Nunc quoque votorum pars una eſt vana meorum:
Dîque mihi faciles, quidquid valuere, dederunt.
Quodque ego, vult genitor, vult ipſa, ſocerque futurus:
At non vult Natura, potentior omnibus iſtis;
Quae mihi ſola nocet. venit ecce optabile tempus:
Luxque jugalis adeſt: ut jam mea fiat Iänthe;
Nec mihi continget. mediis ſitiemus in undis.
Pronuba quid Juno, quid ad haec, Hymenaee, venitis
Sacra; quibus qui ducat abeſt, ubi nubimus ambae?

Preſſit

verſum Naſonis eſſe. ſed pro eo quod ſequitur, *Hanc tibi res adimit*, arbitror *ſpes* reponendum eſſe. HEINSIUS. Quid ſit, *ſpes paſcit amorem*, nemini obſcurum eſt. Quid ſit, *ſpes capit amorem* aliter dixeris: nihil enim ſignificat, certe numquam ita quiſquam Latine locutus eſt. lego:

Spes eſt quae faciat, ſpes eſt quae paſcat amorem.

TAN. FABER Lib. II. Epiſt. 69. illud *faciat* in uno Baſil. codice reperitur, qui & pro varia lectione, *placeat*. nec diſplicet illud *faciat*. ſic lib. I. 468.

Fugat hoc, facit illud amorem.

Nam totum verſum ejicere non auſim, quia ſequitur *res*, quae ſaepe *ſpei* opponitur, de quo vide ſupr. ad lib. III. 417. *capiat amorem* tamen poſſet ſumi ut ſupr. ℣s. 615. *capere taedia*. BURM.

750. *Cauti cura mariti.*] *Magiſtri* in nonnullis. Viderant nimirum eoſdem utriſque magiſtros fuiſſe. Cave quicquam mutes. unus Voſſian. *miniſtri*. HEINS. Ego cum Francofurtenſi & octodecim aliis praetuli, *magiſtri*, nondum enim nupta erat Iänthe. ſed non capio de magiſtro, qui elementa docuerat, ſed de rectore, qui tenerae aetati apponebatur, ut cuſtos eſſet pudicitiae. de quibus vulgò omnia nota ex Terentio & aliis. BURMANNUS.

752. *Potienda.*] *Potiunda* Cantab. Reg. & Thuan. ita & X. 569.

754. *Nulla eſt una.*] *Non eſt*. REGIUS. Alii legunt: *Nunc quoque votorum pars nulla eſt vana meorum, Diique mihi faciles, &c.* Ut ſit ſenſus, Etiam nunc ea quaecunque votis expetivi contingunt mihi, & Dii faciles dant quaecunque optavi, ſcilicet ut Iänthen, & patrem illius, & item meum, faventes atque paratos habeam. Una obſtat mihi, quae cetera vincit omnia. Atque haec lectio, opinor, planior atque ſimplicior eſt. MICYLLUS. Quidam libri *ulla* habebant, pro *nulla*, ſed Raphaël *nulla* per *non* exponit, ſane perquàm obſcurus eſt ſenſus. neſcias enim velitne dicere, una pars meorum votorum, nempe de potiunda Iänthe, non eſt, an potius meorum votorum non una eſt pars, quaſi diceret omnia mihi contraria eveniunt atque adverſa. quod tamen animi impatientiâ dictum videri poteſt. GLAREANUS. *Nulla eſt pars una* plerique. Alii aliter. *nulla eſt pars tuta* quatuor. unus meus, *votorum eſt pars nulla vita*. Unde legebam aliquando *pars irrita nulla*. Nunc perſuaſum habeo hunc cum ſequenti verſu eſſe tollendos. Vix enim intelligas, quid ſibi velint. HEINSIUS. Non tam facile verſus ejiciendos puto. in multis erat, *votorum nulla eſt pars una*. in aliis, *pars vera, ſpes una pars*, vel *ſpes tuta, ſpes ulla, res ulla* & neſcio quae. in uno Regio, *pars una eſt vana*, legendum puto:

Nunc quoque votorum pars una eſt vana meorum,
Dîque mihi faciles, quidquid potuere, dederunt.

Vel *valuere* in primo etiam verſu mallem, *nunc modo*. Dii omnia dederunt, amorem mutuum, conſenſum parentum, &c. ſed una pars, coitus ſcilicet, abeſt meis votis, & irrita facit omnia. ita Epiſt. VIII. 101.

Pars haec una mihi conjux bene ceſſit Oreſtes.

Mox etiam malo, *quae mihi ſola noces*. BURM.

756. *Quod volo, vult genitor, vult ipſa, ſocerque futurus.*] In duobus Vatican. & Caeleſt. *Quodque volo, vult genitor, ſocer & vult ipſe futurus*. In uno meo, Capran. & alio Vatic. *Quodque ego, vult genitor, ſocer & vult ipſe futurus:* In altero meo: *Quod volo, vult genitor, ſocer & vult ipſe futurus*. Hic poſtremus magis mihi placet. Volo tamen, quo modo legendum ſit, aliorum ut ſit judicium. CIOFANUS. Multi veteres:

Quodque ego, vult genitor, ſocer & vult ipſe futurus.

Melio-

Preſſit ab his vocem. nec lenius altera virgo
Aeſtuat: utque celer venias, Hymenaee, precatur.
Quod petit haec, Telethuſa timens, modo tempora differt:
Nunc ficto languore moram trahit. omina ſaepe,
Viſaque cauſſatur. ſed jam conſumſerat omnem
Materiam ficti: dilataque tempora taedae
Inſtiterant; unusque dies reſtabat: at illa
Crinalem capiti vittam nataeque ſibique
Detrahit: & paſſis aram complexa capillis,
Iſi, Paraetonium, Mareoticaque arva, Pharonque
Quae colis, & ſeptem digeſtum in cornua Nilum;
Fer, precor, inquit, opem: noſtroque medere timori.
Te Dea, te quondam, tuaque haec inſignia vidi:
Cunctaque cognovi; comitesque, facesque, ſonumque
Siſtro-

Meliores tamen:

Quodque ego, vult genitor, vult ipſa ſocerque futurus.

Niſi quod in Neapolitano τὸ *vult* à manu erat ſecundâ, eraſâ veteri lectione. Forte:

Quodque ego, quod genitor, vult ipſa ſocerque ſocrusque.

Vel, *ſocerque futurus.* Heins.

758. *Venit optabile.*] *Ecce oblectabile* Gronov.

759. *Et jam mea fiet länthe.*] *Ut jam mea fiat* rectius tert. Medic. & quatuor alii. Heins.

760. *Continget.*] *Contigerit* Gronov. unus. *contingit* Berſm. MS.

763. *Nec lenius.*] Puto, *nec ſecius.* Vide quae notamus lib. II. vſ. 809. Heinsius.

763. *Altera virgo.*] Neſcio an recte dicatur, niſi acumen captaverit Naſo, cum & Iphis virgo foret. ſed non diſplicet Bononienſis codicis ſcriptura, *inſcia virgo.* Burm.

766. *Omina.*] *Omnia* ſcripti & editi nonnulli.

770. *Crinalem capiti vittam.*] Scribe, *capitis*, vel contra libros veteres, niſi pro *ſibique* legas, *ſuoque.* Heinsius. Dativi elegantem uſum vidimus ad lib. VI. 659. quare non temere damnare auſim duplicis hujus dativi uſum; cui ſimilem offendi apud Statium lib. VI. Theb. 633.

Tibi enim hic, tibi crinis, honori
Debitus.

Pro *tuo honori.* & Graecis familiare eſſe duos dativos & etiam duos accuſativos ita conſtruere, late docet Euſtathius ad Homer. Iliad. A. vſ. 236. & ita in illa locutione apud Latinos, *dicto alicui audiens*, pro *alicuius*, de qua vide Celeb. Periz. ad Sanct. Miner. lib. IV. c. v. n. 45. ſic & apud Cicer. XV. ad Att. 4. *Quae mihi ſunt incluſa medullis*, pro *meis.* vid. & III. Triſt. XII. 48. Burm.

773. *Et ſeptem digeſtum in cornua Nilum.*] De Nilo nonnulla ſcitu digna ſcribit Ammianus lib. XXII. & Plutarchus, aut quicumque auctor eſt de Fluminibus. Noſter lib. II. 254.

Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
Occuluitque caput, quod adhuc latet, oſtia ſeptem,
Pulverulenta vacant, ſeptem ſine flumine valles.

Et v. 187.

——— *Qui ſe genitus ſeptemplice Nilus.*

Ibidem 324.

——— *Et ſeptem diſcretus in oſtia Nilus.*

Et XV. 753.

Perque papyriferi ſeptemflua flumina Nili.

In Epiſtola XIV. 107.

Per ſeptem Nilus portus emiſſus in aequor,
Exſuit inſanae pellicis ora bovis.

In Eleg. XIII. lib. II.

Quaque celer lato Nilus delapſus ab alveo
Per ſeptem portus in maris exit aquas.

Et in eleg. V.

Ille fluens dives ſeptena per oſtia Nilus
Qui patriam tantae non bene celat aquae.

Oſtiorum autem Nili haec nomina refert idem Ammian. libro ſuprà citato: Heracleotius, Sebenniticus, Bolbiticus, Pharniticus, Mendeſicus, Taniticus & Peluſiacus. Ciof. *In flumina* Urbinas. *dejectum* Voſſ. *digreſſum* Menard. *diviſum* Medic. Vid. lib. V. 324.

774. *Timori.*] *Labori* Regius & Medic.

776. *Comitesque, facesque Siſtrorum, memoriqus animo tua juſſa notavi.*] Unus Vatican. habet, *Comitesque tuorum Siſtrorum, &c.* In uno meo & Capranic. legitur, *Comitantiaque aera ſiſtrorum.* Ciofan. *Sonitum comitantiaque aera* Thuan. primus, Moret. prim. Erfurt. prim. & tert. Pal. Neap. Spirenſ. & à manu ſecunda Florent. S. Marci, cum aliis multis. Puto, *crepitantia aera.* & ſic unus

Siſtrorum: memorique animo tua juſſa notavi.
Quod videt haec lucem, quod non ego punior ipſa;
Conſilium monitumque tuum eſt. miſerere duarum,
Auxilioque juva. lacrimae ſunt verba ſecutae.
Viſa Dea eſt moviſſe ſuas (& moverat) aras.
Et templi tremuere fores, imitataque Lunam
Cornua fulſerunt; crepuitque ſonabile ſiſtrum.
Non ſecura quidem, fauſto tamen omine laeta
Mater abit templo. ſequitur comes Iphis euntem,
Quàm ſolita eſt, majore gradu: nec candor in ore

Perma-

meus. niſi mavis, *reſonantiaque aera* cum uno Moreti. infra, *crepuitque ſonabile ſiſtrum.* ſic & Propertio lib. III. IX. 43. *crepitans ſiſtrum.* S. Marci codex à manu prima & unus Bonon. *ſonitum comitesque facetas.* Forte etiam ſcribendum: *vidi Viſaque cognovi.* Ut ſupra 196. *Praeſepia vidi, Viſaque dejeci.* HEINSIUS. *Comitesque, facesque, ſonumque*, quod recepit Heinſius, erat in Juniano & alio.

778. *Quod videt haec lucem, quod non ego punior ipſa.*] Sed nec hic planè me explico. *Quod non ego punior ipſa.* utrum quòd ego ipſa non puniar, videlicet quòd hoc maritum celaverim, an *ipſa*, propter ipſam. Et haec quidam ſi fortaſſis quibusdam felicioris ingenii hominibus leviuſcula videbuntur, nec digna annotatione, nobis ſtupidioribus, & qui ubique facile haeremus, veniam dabunt, quando A. Gellius, & paulo ante noſtram aetatem Laurentius Valla de Lingua Latina meritiſſimi quaedam haud diſſimilia tractarunt: nos ad alia properamus. GLAREAN. In Caeleſt. *Quod nunc, &c.* In uno meo, *Quod non ego ponor in ignem.* CIOFANUS. Locus mendoſus. *punior ecce* Florent. S. Marci & unus Bonon. cum prim. Hamburg. & uno Voſſ. *Ponor in ignem* vel *igne* Thuan. Bernegger. prim. Vatic. ſec. Pal. Spir. & octo alii. *punior hoc eſt* Arondel. & Zulich. *punior hocque* Neap. & unus meus. *thalamo quod non ego ponor.* prim. Medic. cum gloſſa, *id eſt deponor.* Divinent acutiores. mihi hoc hemiſtichium valde ſuſpectum. Gronovius ex codice Ciofani probabat, *quod nunc ego punior ipſa.* quod nunc ego poſt factum amplector. quod in gravi angore ſum ob conſervatam filiam, id patior, quia tibi ſecundum quietem parui. videndus ille ad Truculentum Plauti Act. II. Sc. IV. ubi pluribus exemplis hunc loquendi modum adſtruxit. HEINSIUS. Cl. Heinſius ſuſpectum habet hoc hemiſtichium, & acutioribus divinandum tradit. Agnoſco equidem nec Lynceos eſſe nos nec Oedipodas; cum tamen ex Iſidis reſponſo haec dependeant, operae pretium erit oraculum ipſum conſulere, quod ita ſe habet:

Ne dubita cum te partu Lucina levarit,
Tollere quidquid erit.

Vides hic *tolli* jubet infantem Iſis, quod, ſi quid videmus, brevi effectum dabimus, idque unius duntaxat atque alterius literae mutatione aut jactura. lectiones variantes hae fere ſunt: *Quod non ego punior hocque*, vel *hoc eſt, quod non ego ponor in igne*, vel *ignem*, unde commodiſſime eruas:

Quod videt haec lucem, quod non exponitur infans,
Conſilii monitique tui eſt.

Supra jubetur *tolli* infans, & hic *non exponitur*; inter quae quantum relationis ſit, docti & aequi judicent. SCHEPPERUS apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

779. *Conſilium monitumque tuum eſt, miſerere duarum.*] Tres libri, *monitusque.* unus, *monitusque tuus.* Forte, *Conſilii monitusque tui eſt.* nam *monitus* proprie, quos dabant dii, in ſomnis. vid. ad lib. XIII. 216. deinde *tuarum* recte ſec. Palat. & octo alii. dictum ſupra. HEINSIUS. *Concilium* Medic. *meritumque* Langer. *munusque* quatuor. *juſſumque* novem.

780. *Auxilioque juva.*] Plautus in Rudente I. IV. 39.

Aut aliquo auxilio ut adjuvet.

Virgilius lib. X. 32.

Neque illos juveris auxilio.

Valerius Flaccus libro quarto 618.

Ipſe truces illic Colchos, hoſtemque juvabis
Auxiliis. CIOF.

Idem Valerius VII. 275.

Dî precor, auxilio juvet.

Unde apparet, male *leva* hic legi in Thuaneo, Oxon. & Gronov.

780. *Lacrymae ſunt verba ſecutae.*] Scribe vel invitis membranis, *ſua verba.* & vide quae notamus ad Epiſt. XVII. vſ. 252. HEINS.

781. *Moviſſe aras.*] Sic de Aeſculapio lib. XV. 1683.

Motisque deus rata pignora criſtis
Ter repetita dedit.

Juven. VI. 538. de Iſide:

Et moviſſe caput viſa eſt argentea ſerpens. BURM.

782. *Tre-*

Permanet; & vires augentur; & acrior ipſe eſt
Vultus: & incomtis brevior menſura capillis.
Plusque vigoris adeſt, habuit quam femina. jam, quae
Femina nuper eras, puer es. date munera templis:
Nec timidâ gaudete fide. dant munera templis.
Addunt & titulum: titulus breve carmen habebat:
Dona puer ſolvit, quae femina voverat, Iphis.
Poſtera lux radiis latum patefecerat orbem;
Cum Venus & Juno, ſociosque Hymenaeus ad ignes
Conveniunt: potiturque ſuâ puer Iphis Iänthe.

782. *Tremuere.*] *Patuere* Palat. duo. *ſonuere* duo. *ut templi* etiam Gronov. vid. ad lib. IV. 449.

783. *Crepuitque ſonabile ſiſtrum.*] *Sonatile* iiſdem codicibus invitis repono. *Tibiae multiforatiles* Apulejo Met. x. (quas Noſter *multiforas* dixit l. XII.) ubi male *multiforabiles* ante Colvium legebatur. Graecis *αὐλοὶ πολύτρητοι. tibias multiforatiles* idem dixit in Floridis. & Sidonius Apollinaris lib. VIII. Epiſt. *auratilis pulvisculus.* Solinus cap. XV. *vertile lignum.* Sidonio Panegyrico Majoriani. ſic *volatilis aetas* lib. X. & *volatile ferrum* Virgilio. *telum volatile* Lucretio lib. I. *volatiles ſagittae* Gunth. Ligur. VII. Varro apud Non. in Sparum:

Aut illa Cervum qui volatili ſparo
Currens ſecutus tragulave trajicit.

Sic ſcribendi illi verſus. & *verſatile templum* Lucret. lib. V. *opus verſatile* pro mola auctor Moreti. *intactile* apud Lucretium lib. I. *rotatiles trochaei* Prudentio. & *Jupiter conflatilis* eidem Paſſione Romani. & *flatile virus* Hamartig. & Noſtro in Triſtib. *tinctile virus. ſolubile ſiſtrum* in Spirenſi, an *volubile? ſpongia deletilis* Varro apud Non. *pator aedium perflatilis* Apulejo Met. III. & *locus aedium perflatilis* lib. IV. uſus etiam Ammian. Marcell. illo verbo. Heinsius. Sed *ſonatilis* incognita Latio vox. *ſonabilis* receptae auctoritatis. ita *reſonabilis Echo* lib. III. 358.

785. *Sequitur comes Iphis euntem.*] In meo antiquiore, uno Vatican. Capran. & Caeleſt. eſt, *Sequitur puer, &c.* Ciof. Ita etiam triginta fere ſcripti.

788. *Incomtis.*] *Incultis* Medic. & tres alii. *impoſitis* duo.

789. *Vigoris adeſt.*] *Habet* Leidenſis & tres alii, ut ſyllaba producatur per caeſuram. vide ſupr. ad Ÿs. 408. *habeat quam femina* MS. Berſman.

791. *Nec timida gaudete fide.*] Cod. Menard. *nec dubia gaudete fide.* eleganter. ita Petron. 89.

——— *Et vatis fides*
Calchantis atro dubia pendebat metu.

Ubi vide quae notavimus. & inf. x. 287. *Nec timida dubitate fide* Sixi. Burm.

793. *Vota puer ſolvit.*] Nonnulli veteres libri, *Dona puer ſolvit.* Ciofan.

794. *Poſtera lux radiis totum patefecerat orbem.*] In omnibus libris ſcriptis, *Latum*, non *totum*, legitur. Idem. *Latum* ſcripti noſtri. lib. V. 481.

Fertilitas terrae latum vulgata per orbem.

Mox *ſociosque Hymenaeus ad ignes* prim. Gronov. & alii quatuor, non *ſociusque.* bene. Heins.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER DECIMUS.

Fab. I. Argumentum.

[a] Anonymus quidam, item Olenus & Lethaea in lapides.

Orpheus, Eurydice interempta, ad inferos descendit, [b] *& à Dite impetravit,* [c] *ut eam reduceret ad superos; lege proposita, si sequentem non respexisset: quod ille praestare non potuit.* [d] *Revocata ergo ad inferos,* [e] *Orpheus ut lucem contigit,* [f] *sic dementiâ stupuisse dicitur, ut qui canem cerberum videns prae timore, in saxum versus est:* [g] *Item ut Olenus & Lethaea,* [h] *qui in Ida monte in lapidem transfigurati sunt. Postea dolore & fletu finito, ne rursus conjugale desiderium experiretur, puerilem Venerem instituit.*

Inde

[a] *Anonymus.*] *Cerberus Olenus*, &c. Parm.

[b] *Et à Dite.*] *Ut eam à Dite impetraret, & ad superos reduceret; quod obtinuit, lege proposita, ut sequentem conjugem praecedens maritus, donec ad superos processisset non respiceret; quod ille propter vehementem amorem servare non potuit* Colon.

[c] *Ut eam reduceret.*] Hoc est reducere posset. vid. Barth. VIII. adv. 17.

[d] *Revocata ergo.*] *Revocata igitur a. i. Eurydice* Colon. Micyll. *igitur* habent omnes.

[e] *Orpheus ut lucem.*] MS. *Orphea*, & mox *stupuisse dicunt.* Nec mirum si stupuit ille, qui videbat Cerberum: φοβερὸς enim fuit. Plutarch. in libello de Fluviis pag. 53. Ed. Mauss. Κέρβερος, ὃν ἔνιοι καλοῦσιν φοβερὸν, ὑλάκτησε. Munckerus. *Orpheus ut ad lucem confugeret sic d. s. d. ut canem Cerberum, & Olenum, & Lethaea in lapidem transfiguraret* Parm. Lugd. *Orpheus non aliter stupuisse dicitur, quam pastor, qui viso Cerbero, quem ab inferis traxerat Hercules, nimio pavore in saxum versus est. quamque Olenus & Lethaea, quae cum pulchritudine superba deabus se praetulisset, deque ea supplicium sumere vellent, uxoris culpam Olenus in se transferre voluit. suntque ambo in saxa mutati. Orpheus postea* &c. Raener. Barthius haec etiam adducit & legit, *Deaeque de ea supplicium s. v.*

[f] *Sic dementia.*] *Sic obstupuisse d. ut ille, qui* Colon.

[g] *Item ut.*] *Item & Olenus* Colon.

[h] *Qui in Ida.*] *Qui scilicet in Ida* Colon.

2. *Aethera digreditur.*] Libri omnes scripti, *Aëra.* Rectius. Ciofanus. Ita quoque maxima pars codicum, quos vidit Heinsius.

2. *Ciconumque Hymenaeus ad oras Tendit.*] Hymenaeus puer Athenienſis fuit. is, cùm annos puerilis aetatis excederet, neque adhuc virum posset implere, ea pulchritudine fuisse dicitur, ut feminam mentiretur. Is cùm unam ex civibus suis virginem nobilem adamasset, ipse, mediocribus ortus parentibus, quia nuptias desperabat, quod poterat tamen, puellam extrema amoris linea diligens, satis animo solo faciebat adspectu: cumque nobiles feminae cum Virginibus sacra Cereris Eleusinae celebrarent, subito adventu piratarum raptae sunt: inter quas etiam erat Hymenaeus, qui illo & amatam fuerat subsecutus, cui puella creditur. Cùm igitur per longinqua maria illam piratae vexissent, ad quandam regionem tandem devoluti perveniunt. Ibique somno oppressi ab insequentibus sunt interempti. Hymenaeus relictis ibi Virginibus reversus Athenas, pactus est à civibus dilectae nuptias, si eis filias suas restituisset; quas ubi pro voto restituit, exoptatam accepit uxorem. Quod conjugium, quia felix fuerat, placuit Athenienſibus nomen nuptiis Hymenaei miscere. Haec Lutatius in Statium. Ciofan.

3. *Voce*

INde per immenſum croceo velatus amictu
Aëra digreditur, Ciconumque Hymenaeus ad oras
Tendit; & Orpheâ nequicquam voce rogatur.
Adfuit ille quidem: ſed nec ſollemnia verba,
Nec laetos vultus, nec felix attulit omen.
Fax quoque, quam tenuit, lacrimoſo ſtridula fumo
Usque fuit, nullosque invênit motibus ignes.
Exitus auſpicio gravior: nam nupta per herbas
Dum nova Naïadum turbâ comitata vagatur,
Decidit, in talum ſerpentis dente recepto.
Quam ſatis ad ſuperas poſtquam Rhodopeïus auras
Deflevit vates; ne non tentaret & umbras,
Ad Styga Taenariâ eſt auſus deſcendere portâ.
Perque leves populos, ſimulacraque functa ſepulcris,
Perſephonen adiit, inamoenaque regna tenentem
Umbrarum dominum: pulſisque ad carmina nervis

Sic

3. *Voce vocatur.*] Κακέμφωνον ut evitetur, licet & alibi ita loquatur, mallem cum codice Mediceo & undecim aliis, *rogatur.* quae eadem varietas eſt infr. ỽs. 507. vide ad Epiſt. xx. 191. Epiſtola tamen x. 34. *ſumma Theſea voce voco*, ubi nihil mutari debet, propter τὸ *ſumma.* Burm.

4. *Sollemnia verba.*] *Jura* unus Baſil. forte pro *tura* ut iv. ex Ponto viii. 29. ſed praeſtat vulgata lectio Sidon. Carm. xi. 121.

Paucis cecinit ſollemnia dictis.

Ubi vide Savaronem. ſic *ſollemnis cantus* lib. iii. Amor. xiii. ii. Idem.

7. *Uſque fuit, nullosque.*] Numeri paulo duriores. In uno Voſſiano & uno Leidenſi:

Utque fuit, nullos invenit motibus ignes.

recte, ſi quid video. Faſtorum libr. v. 456.

Utque erat, in duro procubuere ſolo.

Et vi. 493.

Haec quoque funeſtos, ut erat, laniata capillos.

Et i. 503.

Utque erat, immiſſis puppim ſletit ante capillis.

Atque ita paſſim tam Nolter quàm alii. ſimiliter, *ſicut erat* iii. 178. & alibi frequenter occurrit. de quo Gevartius Lection. Papin. lib. ii. cap. 7. vide & ad Epiſt. xx. 19. Heins.

7. *Invenit.*] Vide ad lib. vii. 281.

9. *Naïadum turbâ.*] *Maenalidum* ſec. Palat. alter Twiſdenius & unus Baſil. Latet aliquid. apud Virgilium Dryades Eurydicen comitantur. Heinsius. Hygin. Fab. 164. Ariſtaeum amore captum eam ſecutum ſcribit & Serv. ad Virg. iv. Georg. 116. & Lutatius ad Stat. viii. Theb. 59. qui perperam Euridices filium facit, cum alii Cyrenes & Apollinis. vid. Hygin. Fab. 161. & Scholiaſten Germanici ad Aquarium ỽs. 263. Burm.

10. *Occidit.*] Francofurtenſis & Strozzae liber, *decidit.* quod placet. Horat. iv. Od. 7. *Nos ubi decidimus, quo Pater Aeneas.* & ii. Ep. i. 36. *Scriptor abhinc annos centum qui decidit.* in Lapide apud Fabret. cap. iv. pag. 254. *Nimium cito decidiſti.* eadem vero varietas ſup. lib. vi. 10. & vii. 43. & lib. xiv. 805. & alibi. Plaut. Trin. ii. iv. 143. *Ita cuncti ſolſtitiali morbo decidunt.* Arnob. lib. v. p. 177. *Ex viventium numero judex ille decidit.* Vide de hoc verbo ad iv. Epiſt. 94. *in talo* etiam Vivian. Burm.

13. *Taenariâ portâ.*] A Taenaro litore, de quo ſic Probus in iv. Georg. *Taenaros eſt Laconiae litus, in quo ſpecus eſt, per quem Hercules exiſtimatur deſcendiſſe ad inferos & Orpheus.* Hac de re ſic Virg. lib. iv. Georg. 467.

Taenarias etiam fauces, alta oſtia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingreſſus: Manesque adiit, regemque tremendum,
Neſciaque humanis precibus manſuescere corda:
At cantu commotae Erebi de ſedibus imis
Umbrae ibant tenues, ſimulacraque luce carentum:
Quàm multa in ſilvis avium ſe millia condunt,
Veſper ubi aut hibernus agit de montibus imber;
Matres atque viri, defunctâ corpora vitâ
Magnanimûm Heroum. Ciofan.

14. *Sepulchris.*] Ita recte ex MSS. Heinſius. *Sepulchro* olim editi. vid. ii. Faſt. 565. & ſupr. iv. 435.

15. *Perſephonen.*] Proſerpinam. Regius. Propriè autem videtur *Perſephone* dici, Hecate, quòd ea veneficiis patrem Perſea interfeciſſe dicatur. ut eſt apud Diodorum libro quinto. Hecaten autem & Proſerpinam pro eadem accipi ſuprà annotavimus. Micyllus.

15. *Ina-*

Sic ait: O poſiti ſub terrâ numina mundi,
In quem recidimus quidquid mortale creamur;
Si licet, &, falſi poſitis ambagibus oris,
Vera loqui ſinitis; non huc, ut opaca viderem
Tartara, deſcendi; nec uti villoſa colubris
Terna Meduſaei vincirem guttura monſtri.
Cauſſa viae conjux: in quam calcata venenum
Vipera diffudit; creſcentesque abſtulit annos.
Poſſe pati volui: nec me tentaſſe negabo.
Vicit Amor. ſuperâ Deus hic bene notus in orâ eſt.
An ſit & hîc, dubito: ſed & hîc tamen auguror eſſe.
Famaque ſi veterem non eſt mentita rapinam,

Vos

15. *Inamoenaque.*] *Et inania regna* Boxhornii. ut lib. IV. Faſt. 600.

Poſſidet alter aquas, alter inane chaos.

Et ita paſſim Poëtae. ſed & lib. IV. 477. & XIV. 590. dixit *inamabile regnum. tuentem* etiam unus Langermanni. BURM.

18. *In quem decidimus, &c.*] In uno Vatic. *Corruimus.* In aliis antiquis, *Recidimus.* Ita infrà ℣s. 180. *Recidit in ſolidam longo poſt tempore terram Pondus.* Quo loco vulgati libri habent, *Decidit.* Doctiſſimi viri, Lambinus & Gifanius, ex veteribus libris illud Lucretii ſub principium lib. V. ita legunt:

——— ——— *& in res*
Recidere aſſiduè, quoniam fluere omnia conſtat.

Quare nihil hoc loco mutandum puto. CIOFAN. *Recidimus* meliores magno numero. dictum alibi de hoc loco. Julius Firmicus contra gentes: *Quia haec eſt natura terrae, ut in eam recidant omnia.* HEINS. Vide ad Epiſt. XIV. 46. & ſupr. VI. 212. *creatur* etiam duo. ſed perperam. vid. mox. ℣s. 32.

19. *Si licet.*] Variant ſcripti; quorum quidam, *ſic licet*, alii, *ſcilicet.* At Heinſius olim conjecerat, *ſi liquet*, pro *ſi conſtat:* ſed nihil muta. ita Noſter ſaepe, *ſi licet & fas eſt*, & ſimiles formulas habet. Vid. ad I. Faſt. 25.

22. *Terna guttura.*] *Tetra* Oxon. *Torva* prim. Baſil. & ſex alii. *Trina* duo. *Cerva* unus Medic. quod non capio. HEINS. *Trina* etiam capita dixit Senec. Herc. Fur. 784. ubi & alii, *terna.* Vid. ad Ep. IX. 38. & VI. Faſt. 216.

22. *Meduſaei monſtri.*] Meduſaeum monſtrum Cerberum interpretare, à Meduſa originem capientem. ex ſanguine enim Meduſae natus eſt Chryſaor equus, ex Chryſaore Geryon, ex Geryone, qui Echidnae ſe miſcuit Cerberus Auctor Heſiodus in Theogonia. qui aliter interpretantur, errant totâ viâ. CONS. FANENSIS. Cerberi canis inferorum tricipitis, qui ut Meduſa pro capillis, ita pro pilis colubros ac ſerpentes habet. Meritò autem ſe excuſat Orpheus, ne, ut Hercules, credatur ad extrahendum Cerberum illuc deſcendiſſe. REGIUS. De colubris Cerberi, quos ille pro pilis habet, Regius viderit. Meduſaeum autem monſtrum Cerberum dici, inde volunt alii, quòd Echidna, quae Cerberum & Orthum Geryonis canem, peperit, ex Typhaone Meduſae progenies fuerit. Sic enim apud Heſiodum in Theog. 295. legitur de Meduſa:

Ἡ δ' ἔτεκ' ἄλλο πέλωρον, ἀμήχανον, οὐδὲν ἔοικος
Θνητοῖς ἀνθρώποις, οὐδ' ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Σπῇ ἐνὶ γλαφυρῇ, θείην κρατερόφρον' ἐχίδναν, &c.

Et paulo pòſt ℣s. 306. de Echidna:

Τὴν δὲ Τυφάονα φασὶ μιγήμεναι ἐν φιλότητι,
Ἡ δ' ὑποκυσσαμένη τέκετο κρατερόφρονα τέκνα;
Ὄρθον μὲν πρῶτον κύνα γείνατο Γηρυονῇ,
Δεύτερον αὖτις ἔτικτεν ἀμήχανον, οὔτε φατεῖον
Κέρβερον ὠμηστήν, Ἀϊδεω κύνα χαλκεόφωνον,
Πεντήκοντακάρηνον, ἀναιδέατε κρατερόν τε.

MICYLLUS.

23. *In quam.*] In Eurydices exitium. CIOFAN.

23. *Venenum.*] Auctore Servio dicitur, *quod per venas eat.* IDEM.

24. *Creſcentesque abſtulit annos.*] Et viridem aetatem ademit. Significat autem Eurydicen in juventutis flore è vita exceſſiſſe. IDEM. In Oxonienſi erat, *veneno*, & in quatuor, *creſcentes abſtulit.* unde forte legendum:

——— *in quam, calcata, veneno,*
Vipera, diffuſo creſcentes abſtulit annos.

HEINSIUS.

25. *Poſſe pati volui: nec me tentaſſe negabo. Vicit amor.*] Volui, & quantum quidem in me fuit, ut dolorem, quem ex meae uxoris obitu percepi, lenirem ac mitigarem, diu multumque periculum feci, ſed meus in illam tam magnus eſt amor, ut ad haec loca me deſcendere coëgerit: ſine qua nullo modo eſſe poſſum. CIOFAN. De eleganti uſu verbi *pati*, abſolute poſiti vide ad lib. II. Amor. XIV. 3. Heinſius voluerat etiam, *poſſe pati vovi*; ut

ſupra

Vos quoque junxit Amor. per ego haec loca plena timoris,
Per Chaos hoc ingens, vastique silentia regni,
Eurydices, oro, properata retexite fila.
Omnia debemur vobis: paullumque morati,
Serius aut citius sedem properamus ad unam.
Tendimus huc omnes, haec est domus ultima: vosque
Humani generis longissima regna tenetis.
Haec quoque, cum justos matura peregerit annos,
Juris erit vestri. pro munere poscimus usum.
Quod si fata negant veniam pro conjuge, certum est
Nolle redire mihi. leto gaudete duorum.
Talia dicentem, nervosque ad verba moventem,

Exsan-

supra etiam lib. IX. 362. *vovi sub eodem cortice condi*, & infra h. l. ỳs. 621. & alibi.

28. *Non est mentita rapinae.*] Passive sumi deberet, ut inf. 439. *nomine mentito.* & apud Gratium ỳs. 91.

Fraus tegit insidias, habitu mentita ferino.

Ubi Barthius. nisi praestat hic cum uno Vaticano legere:

Famaque si veterem non est mentita rapinam.

Ut lib. VI. 648.

Et patrii moris sacrum mentita.

Sed ibi pro simulare, ut saepe alibi, ponitur. apud Statium lib. X. 880. quoque:

Et mentita deos Thebarum fabula muri.

Ita Barthius, cum vulgo *& mentita diu* legeretur. Burm.

29. *Junxit amor.*] *Vicit* Bersmanni & unus Heinsii. *vinxit* Thuan. & Gronov. *jungit* Leid. unus.

30. *Silentia regni.*] *Mundi* duo Bonon. & unus Moreti.

31. *Retexite fata.*] *Fila* quinque veteres. quod elegantius. sic *retexere telam* de Parcis Statius lib. III. Sylv. ad uxorem. Heins. Vide ad Epist. X. 3. & sup. lib. II. 654.

32. *Omnia debentur vobis.*] *Debemur* optime prim. Mediceus. quò alludunt Florent. S. Marci, prim. Vatic. sec. Palat. Neapol. tert. Medic. prim. Erfurt. Spirensis & sex alii, in quibus, *debemus.* Censeo etiam scribendum, *paulumque morata*, pro *morati.* Horatius Art Poët. 63.

Debemur morti nos nostraque.

Paulo ante Noster ỳs. 18.

In quem recidimus, quicquid mortale creamur.

Lucanus libro VII. 363.

Quicquid signiferi comprensum limite caeli
Sub Noton & Boream hominum fumus, arma movemus.

Vide plura hujus generis Not's ad lib. V. 343. Heins. Citat Lutatius ad Stat. VIII. 91. sed *debentur* habet, & mox, *haec est domus ultima cunctis.* Burm.

33. *Sedem properamus ad unam.*] Alii, contra omnes libros, ineptè legunt: *Sedem properamus ad imam.* Superiorem lectionem confirmat sive Ovidius, sive Albinovanus, ad Liviam:

Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,
Omnia sub leges Mors vocat atra suas. Ciof.

Non sunt audiendi codices qui, *sedem ad imam*, pro *unam* exhibent. Horat. lib. II. Od. III. *Omnes eodem cogimur.* ubi plura ad rem. Epicedio Drusi 159.

Tendimus huc omnes: metam properamus ad unam:
Omnia sub leges mors vocat atra suas.

Virgil. Aen. II. 716.

Hanc ex diverso sedem veniemus ad unam. Heins. Horat. I. Od. 18.

Omnes una manet nox.

Sedem remeamus etiam Leidens.

35. *Longissima.*] *Latissima* unus Basil.

36. *Justos.*] *Jussos* Bers. margo.

37. *Juris erit vestri.*] In manu vestra positum erit. Ciofan.

38. *Quod si fata.*] Sed si, inquit, fata mihi hoc beneficium, pro uxore petitum negaverint, decrevi nolle ad superos redire. *Veniam*, beneficium. Interdum *venia* pro pace ponitur. Virgil. *Cuncti nam lecti navibus ibant Orantes veniam.* Ceterùm qui peccarunt, *veniam petere* propriè dicuntur, cùm ut sibi parcatur, orant. Regius. Raphaël *veniam*, id est, beneficium exponit. Quid autem si *veniam* sit verbum? hoc sensu, si fata negant mihi visum conjugis, ego pro conjuge veniam, neque unquam redibo ad vivorum regionem, gaudete leto duorum. quanquam etiam alterum probo, quod Raphaël ait, ut *veniam* sit nomen. Glarean. Cui hoc persuadebit Glareanus? rectè Regius, & *veniam* pro facultate, copia, poni notissimum; vide Muncker. ad Lactant. Argum. lib. III. Fab. XI. & ad Hygin Fab. XLV.

39. *Duorum.*] Mei & Eurydices. Ciofan.

Exſangues flebant animae. nec Tantalus undam
Captavit refugam: ſtupuitque Ixionis orbis.
Nec carpſere jecur volucres: urnisque vacârunt
Belides: inque tuo ſedifti, Siſyphe, ſaxo.
Tum primum lacrimis victarum carmine fama eſt
Eumenidum maduiſſe genas: nec regia conjux
Suſtinet oranti, nec qui regit ima, negare:
Eurydicenque vocant. umbras erat illa recentes
Inter: & inceſſit paſſu de vulnere tardo.
Hanc ſimul & legem Rhodopeïus accipit heros,
Ne flectat retro ſua lumina; donec Avernas
Exierit valles: aut irrita dona futura.
Carpitur acclivus per muta ſilentia trames,
Arduus, obſcurus, caligine denſus opacâ:

Nec

40. *Talia dicentem, nervosque ad verba.*] Poëtae haec ſunt verba, quibus oſtendit tantam fuiſſe Orphei & cantus & orationis vim, ut omnes, quos hic recenſet, quique apud inferos variis poenarum generibus afficiuntur, à lacrymis ſe continere & temperare non potuerint, ſimulque ab iis, quae perpetiuntur, ceſſaſſe ſuppliciis. Ciof. *Ad bella* Cod. Sprotii. ſed Palatin. quartus, *ad plectra. dicenti* etiam & *moventi* unus Leidenſ.

42. *Refugam.*] *Profugam* Leidenſ. *refluam* ſec. Pal. vid. ad Epiſt. xviii. 182. *amnem refugum* etiam Thuan.

42. *Stupuitque Ixionis orbis.*] Ixion fuit Antionis, ſive Piſionis, ſive Martii, ſive Phlegyae filius (nam diſſentiunt inter ſe auctores) Diam Deionei filiam uxorem duxit. erat autem in more poſitum apud veteres ſponſarum patribus munera quaedam dare, ut & Homer. πρῶϑ' ἑκατὸν βοῦς ϑῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι' ὑπέρη αἶγας ὁμοῦ καὶ ὄϊς. Id eſt: *Primum centum boves dedit, deinde mille capras pollicitus & totidem oves.* Deioneus igitur Ixionem, ut mos erat, filiae ſuae virum munera poſcebat. Ixion verò, cùm ab illo crebrò appellaretur, atque adeò urgeretur, foſſam faciendam curavit, eamque materiâ, quae ignem facilè & ſubitò concipere poſſet, implevit. Quo facto ſocerum quaſi ad epulas opiparas & ſumptuoſas invitavit. Ille autem inſidiarum & fraudis ignarus, cùm ad eum locum, ubi foſſa ſuberat, perveniſſet, in eam jam inflammatam incidit, & in flammis conſumptus eſt. *Jam verò, &c.* Haec & plura Lambinus in Arte Poët. Horatii ad illum locum Art. Poët. 124. *Perfidus Ixion.* Ita quoque Virg. lib. iv. Georg. 481.

Quin ipſae ſtupuere domus, atque intima Letî
Tartara, caeruleosque amplexae crinibus angues
Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora:
Atque Ixionii vento rota conſtitit orbis, &c. Ciof.

Conferenda haec ſunt cum Horatii Ode xi. libri ſexti. & quae de deſcenſu Orphei ex Mimnerno profert Athenaeus lib. xiii. cap. 7.

43. *Volucres.*] *Volucres* generatim dicit. ſic & Lucretius. Homerus autem, quem Apollodorus in primo ſequitur, *vultures* vocat. Vide, quae annotavi lib. iv. Ciof.

43. *Nec carpſere jecur volucres.*] Servius, exponens illud è lib. vi. 595. *Nec non & Tityon terrae omnipotentis alumnum*, haec prodidit litteris. *Tityus ſecundum alios filius Terrae fuit, ſecundum alios à Terra nutritus. Unde elegit ſermonem, quo utrumque ſignificaret. nam alumnum dixit. Hic amavit Latonam, propter quòd Apollinis confixus eſt ſagittis, & damnatus hac lege apud Inferos, ut ejus jecur vultur exedat. Quanquam Homerus viciſſim dicat duos vultures ſibi in ejus poenam ſuccedere.* Idem.

49. *Inceſſit.*] *Incedit* Leid. & Bonon.

50. *Hanc ſimul & legem Rhodopeïus accipit Orpheus, Ne flectat retro ſua lumina, &c.*] Seneca in Hercule Furente:

Evade ad ſuperos, lege tamen data,
Tu poſt terga tui perge divi comes,
Tu non ante tuam reſpice conjugem,
Quàm cùm clara Deos obtulerit dies,
Spartanique aderit janua Taenari:
Odit verus amor, nec patitur moras.
Munus, dum properat cernere, perdidit.

Ciofanus.

50. *Rhodopeïus Orpheus.*] Rectius, *heros* prim. Palat. prim. Baſil. prim. Vatican. prim. Moret. aliique complures. Heinsius.

52. *Valles.*] *Sedes* Sprotii; & idem, *irrita vota.*

53. *Acclivis trames.*] Puto, *acclivus*, quo modo Zulichemianus. ſic Noſter ſolet. vide Notas libro ix. vſ. 334. & Faſt. iii. vſ. 13. Heins.

55. *Nec*

Nec procul abfuerunt telluris margine ſummae.
Hîc, ne deficeret, metuens, avidusque videndi,
Flexit amans oculos: & protinus illa relapſa eſt.
Brachiaque intendens, prendique & prendere captans,
Nil niſi cedentes infelix adripit auras.
Jamque iterum moriens non eſt de conjuge quidquam
Queſta ſuo: quid enim niſi ſe quereretur amatam?
Supremumque vale, quod jam vix auribus ille
Acciperet, dixit: revolutaque rurſus eodem eſt.
Non aliter ſtupuit geminâ nece conjugis Orpheus;
Quam tria qui timidus, medio portante catenas,
Colla canis vidit: quem non pavor ante reliquit,
Quam natura prior, ſaxo per corpus oborto:
Quique in ſe crimen traxit, voluitque videri

Olenos

55. *Nec procul abfuerant.*] *Abfuerunt* S. Marci. Heins.

56. *Videndi.*] *Medendi* unus Heinſii. *Juvandi* Regius.

57. *Relapſa.*] *Repulſa* ſecundus Mediceus & quatuor alii. unde *revulſa* conjiciebat Heinſius.

58. *Et prendere captans.*] In nonnullis vett. libris *Ceptans.* In uno meo, *Certans.* Quod probo. Ciof. Omnes noſtri *captans* praeter Florentinum S. Marci, Bernegger. excerpta Jureti ac Calandrae & unum Bononienſem. ſic *captans prenſare* Auſon. Moſella vſ. 275. Phaedrus lib. IV. Fab. 7.

Quid me, inquit, ſtulta dente captas laedere.

Et lib. V. Fab. 3.

Calvi momordit muſca nudatum caput;
Quam opprimere captans.

Stat. Achill. I. 278.

Si quis equum primis ſubmittere captet habenis.

Ita vetuſtus codex, non *tentet.* Nil muto tamen. Faſtor. I. 213.

Quaerere ut abſumant, abſumta requirere certant.

Sil. XIII. 653.

Fumoque volucri
Et nebulis ſimiles animas apprendere certat. Heins.

Ego *captans* praetuli, quia hoc τῷ *prendere* rectius convenire puto. ſic *captare brachia*, *colla* & ſimilia paſſim etiam Noſter.

59. *Auras.*] *Umbras* fragm. Caeſenas.

61. *Quid enim niſi ſe quereretur amatam?*] *Niſi ſubſequeretur amantem*, vel *amatam* multi veteres. *ſi ſubſequeretur* Florent. S. Marci & alter Twiſdenius. *niſi ſe ſequeretur* prim. ac ſec. Medic. & ſeptem alii cum Spirenſi. Scribe:

—— *quid enim ſeſe quereretur amatam?*

Quid enim niſi ſequeretur Noricus. Heinsius. Nobis vulgata placet: elegans enim ſenſus; quid enim aliud quereretur, niſi ſe nimis à marito amatam, & ideo eum peccaſſe, cum reſpiceret impatientia & deſiderio amatae conjugis?

63. *Revocataque rurſus eodem eſt.*] *Revolutaque* vetuſtiores magno numero. Virgil. VI. 449.

Rurſus & in veterem fato revoluta figuram.

Apud Val. Flaccum libro III. 42.

—— *revolutaque puppis*
Turbine flectit iter.

Ubi *reſolutaque* nunc legitur perperam. Cicer. I. Tuſcul. Quaeſt. 6. *revolveris eodem: ſint enim oportet, ſi miſeri ſunt.* Heins.

65. *Quam tria qui.*] Quisnam hic fuerit, nuſquam me legiſſe memini. Quiſquis autem fuit, cùm Cerberum ab Hercule ad ſuperos attractum vidiſſet, tanto affectus eſt tremore, ut in ſaxum fuerit converſus. Regius. Hujus nomen non reperimus. ſed legimus apud Zenobium fuiſſe virum quendam, qui ita naturâ formidoloſus eſſet, ut propter Herculis metum ſeſe in ſpelunca occultaverit, ac propter timorem obierit. cum enim forte Herculem vidiſſet, in lapidem verſus eſt: qui homini ſimilis videretur, caput proferens è ſpelunca. unde in ſanè quam meticuloſum proverbium illud emerſit, δειλότερος εἰ τοῦ παρακύπτοντος, id eſt, formidoloſior ex occulto cernente. Cons. Fanensis. Hunc locum explicat Parrhaſius in praefationem ſecundi de Rapt. Proſerp. Alludit autem poëta ad eum, quem Graeci παρακύπτοντα vocant. de quo proverbium exſtat, δειλότερος τοῦ παρακύπτοντος. de quo apud Suidam hoc modo legitur: Ἀνὴρ γάρ τις ἐγένετο δειλός, ὃς παρακύψας ἐκ σπηλαίου, καὶ ἰδὼν τὸν Ἡρακλέα ἀπελιθώθη, καὶ διέμεινεν ἔτι καὶ νῦν ὁ λίθος ἀνθρωποειδ.ς. Φοβούμενος γὰρ τὸν Ἡρακλέα, κατέδυ εἰς τὸ σπήλαιον, καὶ διὰ δειλίαν ἀπέθανεν. Reliqua vide apud Parrhaſium. Micyllus. Hoc, niſi ea, quae doctiſſimus Parrhaſius in praefationem lib. II. Claud. De Raptu Proſerpinae ſcribit, huc afferantur, intelligi

Olenos esse nocens: tuque ô confisa figurae,
Infelix Lethaea, tuae; junctissima quondam
Pectora, nunc lapides, quos humida sustinet Ide.
Orantem, frustraque iterum transire volentem,
Portitor arcuerat. septem tamen ille diebus
Squalidus in ripâ, Cereris sine munere, sedit.
Cura dolorque animi, lacrimaeque alimenta fuere.
Esse Deos Erebi crudeles questus, in altam

Se-

telligi satis non potest. Ego verò, quoniam nihil aliud, quàm studiosorum utilitati, quantum in me fuit, consului semper, à meo instituto non alienum esse censui, si ea, quae dixi, Parrhasii verba recitarem. Cujus haec sunt: *Condonetur & haec appendix Ovidio, cujus carmini, tenebris (ut ajunt) Cimmeriis obvoluto, lucem dare tentavimus. Scribunt ex Graecis nonnulli, fuisse quendam adeò meticulosum, ut ad Herculis nomen expavidus perhorresceret, ut qui se satis tutum vix crederet etiam, cùm profundissimam specum subiisset: unde prolato interdum capite, cùm Herculem fortè conspicatus esset, obduruit in saxum, quod παρακύπτοντα vetustas appellavit. Atque in proverbium formidinis, & quidem nimiae concessit, ut in Suidae monumentis legimus & apud Zenobium. Nam, quod hoc Ovidius designat, satis indicat verbum* Timidus, *ex adagio loco nominis positum, quod apud Graecos etiam non exstabat. Id autem sic in orationis ordinem venit: Non aliter stupuit Orpheus, quàm timidus, qui vidit, &c. Nec illud te moveat, à Suida Zenobioque mentionem Cerberi praetermissam, quam facit Ovidius. Nam potuit Ovidius apud alios auctores hoc legere, vel ipse comminisci, ut historiae colorem daret. Nam portentosum mendacium videbatur hominem hominis adspectu obriguisse. Ideò Graecam fabellam Romana gravitate temperavit.* Haec ille. Ciofanus. Apostolius quoque in eodem proverbio nomen viri non expressit. & dubito an illud proverbium huc quadret. Schottus ad Licham, de quo superiore libro actum est, refert. sed de Cerbero ibi nulla mentio. sed huc respexisse puto etiam Lucianum in initio Philopatridis de Homine pallido: Μήπου τρικάρηνον τεθέασαι, ἢ Ἑκάτην ἐξ ᾅδου ἐλκυθμῶνα, *num alicubi tricipitem* (Cerberum) *aspexisti, aut Hecatem ex inferis egressam:* unde proverbium ex hac metamorphosi videtur esse natum, in hominem perturbatum & vultu timorem prae se ferentem. Burm.

65. *Timidus.*] *Timidas* alter Hamburg. *tumidus.* Langerman. & unus Voss. *tumidi* prim. Reg. *timidi* Medic. chartaceus. Puto, *Stygii canis*, illud *mîdi* in *timidi* ex *medio* repetitum est. *Stygius canis* passim poëtis Cerberus dicitur. *Stygius janitor* Silio lib. III. Heins.

67. *Saxo per corpus oborto.*] Epist. XX. 105.

Quaeque superba parens saxo per corpus oborto.
Ciofanus. *Aborto* nonnulli. male. eadem varietas in similibus locis. ut supr. v. 202.

Gorgone conspecta saxo concrevit oborto.
In Ibide 585.

Utve soror Pelopis saxo dureris oborto.

69. *Olenos.*] Olenus quidam Lethaeam duxit uxorem eximia pulchritudine, adeo superbam, ut se Deabus praeferret. Ceterùm Deae iratae cum de Lethaea supplicium sumere vellent, Olenus, in se culpam uxoris transferre ausus, unà cum illa in lapidem fuit conversus. Regius. Olenos duos fuisse reperio, unum Vulcani filium, qui Aegan & Helicen filias habuit, quae Jovis fuere nutrices, teste Hygino Poët. Astr. II. 13. alterum Jovis & Anaxitheae, cujus meminit Stephanus in Ὤλενος, in Achaja autem inter Patras & Dymam (ut ex Strabonis octavo colligimus) mons erat nomine *Scolius*, quem Homerus & Hesiodus *Oleniam petram* vocaverunt, ac supra eum civitas Oleno nomine nuncupata. fabulae tamen textum non invenio. Const. Fanensis. *Olenos* veteres majori ex parte. Heinsius. Oleni meminit Anonymus de Laboribus Herculis ab Allatio editus cap. v. qui Herculem post Augiae purgatum stabulum hospitio excepit. sed neque illum huc pertinere puto. Burmann.

69. *Tuque ô confisa figura.*] Turneb. lib. I. cap. 23. legit, *tuque ô confixa figurae, Infelix Lethaea tuae.* atque interpretatur: tu, ô Lethaea, cum figura tua in lapidem obriguisti. Mei certe membranae manu exarati habent, *tuque ô confisa figura, Infelix Lethaea tua.* Farn. *Confisa figurae tuae*, non *figurâ tuâ.* ut apud Lucanum libro X. 82.

Quem formae confisa suae Cleopatra sine ullis
Tristis adit lacrymis.

pro *Lethaea* unus Medic. *Letheti. Lethaee* prim. Strozzae, & sec. Med. & Florent. S. Marci, à manu secunda. Neapol. *Lethie.* lege, *Lethei.* Heinsius. Ita apud Stat. V. Theb. 292.

Et vix confisa Lyaeo
Dividor.

Ubi Behotius notat *confixa* in codicibus esse, errore vulgari. parum vero refert *figurâ*, an *figurae* legas, cum verbum utrumque casum recipiat, qui saepe distingui nequit, propter dativi & ablativi similem

Se recipit Rhodopen, pulſumque Aquilonibus Haemon.
Tertius aequoreis incluſum Piſcibus annum
Finierat Titan: omnemque refugerat Orpheus
Femineam Venerem; ſeu quod male ceſſerat illi;
Sive fidem dederat. multas tamen ardor habebat
Jungere ſe vati: multae doluere repulſae.
Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
In teneros transferre mares: citraque juventam
Aetatis breve ver, & primos carpere flores.

FAB.

milem exitum. vid. Epiſt. IX. 99. III. Am. IX. 39. eadem varietas infr. lib. XIII. 42. *ſocio conſidit Ulixe*, vel *Ulixi*. BURM.

71. *Junctiſſima quondam Corpora.*] Liber meus & unus Vatic. *Pectora*. CIOFAN.

72. *Tranſire volentem.*] *Parantem* Sprotii codex & unus Moreti. Melius, quaſi liceret ſcilicet iterum tranſire. inf. IX. 497. *cui reſpondere paranti*, ubi ſimilis diverſitas. Virgil. IV. Aeneid. 390.

Linquens multa metu cunctantem & multa parantem
Dicere.

Et ibi quidam codices, *volentem*. & verbo *parare* centies Noſter hoc modo utitur. BURM.

73. *Portitor arguerat.*] Lego, *arcuerat*: licet & illud tueri quis poſſit. CONSTANT. FAN. *Arcuerat* tres ſcripti praeter Bernegger. & Thuaneum. vere. HEINSIUS. Vid. ad lib. II. 505.

73. *Septem ille diebus Squalidus in ripa, Cereris ſine munere, ſedit.*] Aliter loquitur C. Julius Caeſar lib. VI. De Bell. Gall. cap. 38. *Publius*, inquit, *Sextius diem jam quintum cibo caruerat*. CIOFAN. *Inde diebus* Fragm. Caeſen. elegiſſe vero ſeptenarium numerum videtur Poëta, quia ultra ſeptem dies ſine cibo durare homines non poſſe creditur. Vid. ad II. Amor. VI. 45. BURM.

74. *Sine munere Cereris.*] Incaenatus. Eodem modo dixit *Cerealia dona*. Lib. VI. Faſt. 391.

Eſſe Ceres viſa eſt; jaciunt Cerealia dona
Jacta ſuper galeas, ſcutaque longa ſonant.

Sic & Silius lib. VIII. 182.

——— *tum lacte favisque*
Diſtinxit dulces epulas, nulloque cruore
Polluta caſtus menſa, Cerealia dona;
Attulit.

Et Auſonius:

Dives eget gemmis, Cereali munere pauper.

CIOFANUS.

75. *Fuere.*] *Dedere* unus Moreti. & ita Gebhard. lib. III. Crep. 20. ex Palatino. ſed nihil muta. Remed. Amor. 528.

Auxilium multis ſuccus & herba fuit.

Ubi etiam *dedit* quidam. vide ad I. Triſt. IV. 5. *ira dolorque* etiam Argent. BURM.

78. *Aequoreis piſcibus.*] Ita & veteres. Scribe nihilominus, *aethereis piſcibus*. de ſigno enim coeleſti hic agitur. paulo ante *Haemon* pro *Haemum* tres ſcripti. ſic & alibi non ſemel. HEINS. Dubito de conjectura Heinſii reſcribentis, *Aethereos piſces*; quia infra 126. *litoreum* etiam *cancrum* vocat. & 176. *aquoſos piſces*. apud Manilium quoque lib. II. 445.

Agnoſcitque ſuos Neptunus in aequore piſces.

Column. ad Enn. pag. 165. corrigebat, *in aethere*; non male, ſed ſine auctoritate codicum. nam ita capi poſſunt ea verba: Neptunus in aequore, ſcilicet exiſtens, agnoſcebat ſuos piſces in caelo. voces vero has confundi patet ex II. Faſt. 458. ubi pro *aethereis equis*, alii *aequoreos* exhibent. BURMANNUS.

79. *Titan.*] *Paean* Junianus, Argent. & Thyſii.

80. *Omnemque refugerat Orpheus Femineam Venerem.*] Virg. IV. Georg. *Nulla Venus, nullique animum flexere Hymenaei*. CIOFAN.

81. *Sive fidem dederat.*] Cui fidem dederit dubitatur, ſed Eurydicae veriſimile eſt promiſiſſe, nullam ſe aliam amaturum. GLAREAN.

81. *Habebat.*] Maluit olim Heinſius, *agebat*, ut ſaepe confundi haec verba vidimus. vid. lib. II. 417. XIV. 750. & alibi.

83. *Ille etiam Thracum populis, &c.*] Alii hoc ad Thamyrin referunt. CIOFAN.

83. *Amorem in teneros transferre mares.*] Phanocles poëma elegiacum luſerat, Ἔρωτες, ἢ καλοί inſcriptum, cujus argumentum τὰ παιδικὰ, ſive amores & raptus puerorum, hinc ille ἐρωτικὸς ἀνὴρ Plutarcho in Sympoſiis dictus. Hujus poëmatis partem non exiguam occupabat fabula Orphei paederaſtae à Bacchis Thraciis diſcerpti, cujus narrationis fragmentum exſtat apud Stobaeum. Ex illo Phanoclis poëmate nonnulla mutuatum eſſe è ſequentibus noſtrum ſit veriſimile. Niſi quod ille Ganymeden à Tantalo, non ab Jove raptum deſcripſerat, eamque ob rem Ilo Ganymedis fratri bellum cum Tantalo fuiſſe. uti teſtantur Euſebius in Chronico & Oroſius auctoritatem Phanoclem ſecuti. Ceterum τὰ Ὀρφικὰ peculiari poëmate ſcripſerat Onomacritus. HEINSIUS. Idem

Fab. II. Argumentum.

Attis in pinum.

[a] *Ad cantus Orphei, desiderantis consuetudinem conjugis, cum plurima animalia capta vocis dulcedine convenissent; & in his etiam* [b] *arbores elicitae: inter eas stupens cantibus fuit pinus Cybeles, montis,* [c] *qui in Phrygia est, in quam Attis matris deûm antistes* [d] *mutatus est.*

COllis erat, collemque super planissima campi
Area: quam viridem faciebant graminis herbae.
Umbra loco deerat. quâ postquam parte resedit
Dîs genitus vates, & fila sonantia movit;
Umbra loco venit. non Chaonis abfuit arbos,
Non nemus Heliadum, non frontibus esculus altis,
Nec tiliae molles, nec fagus, & innuba laurus.

Et

Phanoclis opus indicari ab auctore argumenti IV. libri secundi, ubi *Phanocles in Cupidinibus* citatur, puto. Orosii locus est lib. I. 12. laudat etiam Phanoclen Clemens in Protrep. pag. 11. & Strom. VI. pag. 266. ubi distichon ex eo profert. vid. Leopard. IV. Emend. 4. qui plures ex Stobaeo Phanoclis versus profert sermone LXII. Burm.

84. *Citraque juventam.*] Sligtenhorstius volebat, *circaque*, ut Horat. II. Od. 5.

Circa virentes est animus tuae
Campos juventae.

Sed *citra* hîc est, ante juventam pueritiae florem carpere. vid. ad Eleg. in Drus. 50.

[a] Hoc argumentum ita habet Colon. *Ad cantus Orphei cum solita consuetudine diversa animalia, capta vocis dulcedine, convenissent, & cum his arbores à suis montibus elicitae adstitissent, inter eas pinus adfuit, in quam Attys Cybeles matris deorum antistes quondam transfiguratus est.*

[b] *Arbores elicitae.*] *Arbores è suis montibus elicitae* Micyll.

[c] *Qui in Phr.*] *Quae in Phr.* Parm.

[d] *Mutatus est.*] Addunt Venet. & Micyll. *Alii ferunt fuisse eum filium; alii pastorem.* Aliam longè de pinu historiam narrat Constantin. Geopon. Lib. XI. cap. 10. Muncker. Addunt eadem Parm. Lugd. & Micyll.

86. *Planissima.*] *Placidissima* Vossianus. vid. ad II. Art. 243. Ceterum haec Ovidio brevius & elegantius dixisse Claudianum Epith. Honor. & Mar. 56.

In campum se fundit apex,

censebat Sligtenhorstius. *Callis erat* unus Argent. *collemque supra* duo alii.

90. *Non Chaonis abfuit arbor, Non nemus Heliadum, non frondibus esculus altis, Nec tiliae molles, nec fagus, &c.*] Ad hunc locum fortè respexerunt & Statius & Seneca. Quorum carmina, ut hoc dignoscatur, hic ponere non me piget. Statii haec sunt lib. VI. 88.

——— *cadit ardua fagus,*
Chaoniumque nemus, brumaque illaesa cupressus.
Procumbunt piceae flammis alimenta supremis,
Ornique, iliceaeque trabes, metuendaque succo
Taxus, & infandos belli potura cruores
Fraxinus, atque situ non expugnabile robur:
Hinc audax abies, & odoro vulnere Pinus
Scinditur: acclinant intonsa cacumina terrae
Alnus amica fretis, nec inhospita vitibus ulmus.

Senecae autem haec sunt in Oedipo 530.

Est procul ab Urbe lucus ilicibus niger,
Dircea circa vallis irriguae loca:
Cupressus altis exerens silvis caput
Virente semper alligat trunco nemus:
Curvosque tendit quercus, & putres situ
Annosa ramos hujus jam sessa cadens
Radice fulta pendet aliena trabe.
Amara baccis Laurus, & Tiliae leves,
Et Paphia Myrtus: & per immensum mare
Motura remos Alnus: & Phoebo obvia
Enode Zephyris Pinus opponens latus.

Ciofanus.

91. *Frontibus esculus altis.*] Nostri omnes, *frondibus*. quomodo etiam Scholiastes Statii agnoscit Theb. VI. 99. sic libro XI.

——— *non altâ fronde virentem*
Ilice detraxit virgam.

Paulo ante *arbos* duo veteres. Heinsius. *Frontibus* melius convenit τῷ *altis*. & Poëtas *frontes* dare arboribus docuit ipse Heinsius ad Claudiam lib. III.

de

Et coryli fragiles, & fraxinus utilis haſtis,
Enodisque abies, curvataque glandibus ilex,
Et platanus genialis, acerque coloribus impar,
Amnicolaeque ſimul ſalices, & aquatica lotos,
Perpetuoque virens buxus, tenuesque myricae,
Et bicolor myrtus, & baccis caerula tinus:
Vos quoque flexipedes hederae veniſtis, & unà
Pampineae vites, & amictae vitibus ulmi:
Ornique, & piceae, pomoque onerata rubenti
Arbutus, & lentae, victoris praemia, palmae:
Et ſuccincta comas, hirſutaque vertice pinus;
Grata Deûm matri: ſiquidem Cybeleïus Attis
Exuit hac hominem; truncoque induruit illo.

FAB.

de Rapt. 346. & 374. eadem diverſitas ſupr. lib. v. 389. & inf. xi. 109. & iii. Faſt. 411. in Culice etiam Virgiliano verſ. 137. legendum puto:

Pinus
Appetit aëriis contingere frontibus aſtra.

Ubi nunc *montibus* perperam legitur. Senec. Thyeſt. 155.

Hinc illinc gravidis frontibus incubat
Arbor.

Ubi *Frondibus* Codex Traject. BURM.

93. *Coryli.*] *Corni* Genev.

94. *Curvataque.*] *Onerataque* tres libri.

95. *Et platanus.*] Citat Priſcian. lib v. pag. 646. & lib. vi. pag. 698. *genitalis* nonnulli codices.

96. *Et aquatica Lotos.*] Sic Epiſt. xv. 159. *Quem ſupra ramos extendit aquatica Lotos.* CIOFANUS.

97. *Tenuesque.*] *Humilesque* unus Moreti & fragm. Boxhorn. quod ex Virgilio in mentem venit librariis, qui Ecl. iv. 2. *humiles myricas* dixit.

98. *Et baccas caerula ficus.*] Apud Statianum interpretem in ſextum Thebaid. hoc loco *caerula pinus* (codice ipſius, ut opinor, depravato) legitur. unde conjicio legendum eſſe, *Et baccis caerula Cinus.* eſt enim Cinus Lauri ſpecies, vel ſui generis, arbor lauro ſimilis, ac baccas habens caeruleas, auctore Plinio. Baccas de ficubus dici non placet, nec, ſi dicantur, caerulas appellari. Lege primae Collectaneorum hecatoſtys cap. 99. CONST. FANENSIS. *Pinus* Florent. S. Marci, Spirenſis, prim. Medic. & tres alii. neque aliter Scholiaſtes Statii. quod tamen ferri non poteſt, cum *pinus* poſtea ſequatur. *cinus* Langermanni codex. quod ex ſuo etiam notavit Conſtantius Fanenſis. Scribendum, *tinus*, ut jam monuimus ad lib. iii. Art. Amat. vs. 692. ubi vide quae noto. pro *buxus*, paulo ante, *buxum* idem S. Marci codex. ut Art. lib. iii. 692.

Nec denſum foliis buxum, fragilesque myricae. HEINSIUS.

99. *Flexipedes.*] *Flexibiles* olim, ſed reſtituit jam Turneb. i. Ad. 23. & G. Fabric. ad Virg. Eclog. iv. 19.

100. *Et una Pampineae vites, & amictae vitibus ulmi.*] Ita conſtanter libri veteres. Repono nihilominus, *& uvâ amictae vites.* Scholiaſtes Statii & quatuor ſcripti, *amicae.* perperam. quod Conſtantio tamen Fanenſi arridebat ex illis Plinii lib. xvi. *vitiumque amicitiâ accipitur ulmus.* Vide quae notamus ad lib. i. Faſtor. vs. 153. alter Erfurtanus, *& amatae.* HEINS.

100. *Et amictae vitibus ulmi.*] *Et amicae vitibus ulmi* à Papiniano interprete ibidem leguntur. quae lectio emunctior. Plin. in 16. *Inter has atque frugiferas materiae vitiumque amicitia accipitur ulmus.* CONS. FANENS.

101. *Onerata rubenti.*] *Generata* Lutatius.

104. *Siquidem Cybeleïus Atys.*] De furoribus Atyos multa Catullus in eo carmine, cujus initium, *Super alta vectus Atys celeri rate maria, &c.* Interpres autem Nicandri, ab apro occiſum Atyn dicit, cujus verba haec ſunt ad Alexeph. 8. Ἴσαρεῖτε ὅτι ποιμὴν ἦν Φρὺξ ὁ Ἄττυς, (ſic enim Graeci quidam vocant τὸν Ἄτυν.) ποιμαίνων δὲ καὶ ὑμνῶν τὴν Μητέρα τῶν θεῶν, ἐπιφιλήθη ὑπ' αὐτῆς, καὶ δὴ φαινομένη πολλάκις, τιμῆς αὐτὸν ἠξίωσεν. Ζεὺς δὲ ἐπὶ τούτῳ δυσανασχετῶν ἀνεῖλεν αὐτὸν, οὐ φανερῶς, δὶ αἰδῶ τῆς μητρὸς, ἀλλὰ σῦν ἄγριον πέμψας. ἡ δὲ κατολοφυρομένη αὐτὸν ἔθαψεν. οἱ δὲ Φρύγες κατὰ τὸ ἔαρ θρηνοῦσιν αὐτὸν. Diodorus ad hiſtoriam rem refert lib. iv. Cybelem enim Menoës Phrygum regis & Dindymenes filiam fuiſſe dicit, à monte Cybelo, in quo expoſita fuiſſet, appellatam. hanc cum jam aetate provecta eſſet, adoleſcentem quendam ejus regionis, Atym nomine, adamaſſe, ex eoque gravidam factam fuiſſe. Quod

ut

FAB. III. ARGUMENTUM.

Cypariſſus in cupreſſum.

[a] *Cypariſſus* [b] *Amyclei filius ex inſula Cea. hunc Apollo dilexit: & propter cervum* [c] *patientem manus, quem per imprudentiam ſagittâ transfixum interemerat, manus ſuas adferentem ſibi, periculo eripuit: & protinus in* [d] *arborem ſui nominis vertit.*

ADfuit huic turbae, metas imitata, cupreſſus,
Nunc arbor, puer ante Deo dilectus ab illo,
Qui citharam nervis, & nervis temperat arcus.

Nam-

ut pater animadvertit, Atyn & nutrices interfici, atque inſepultos abjici juſſiſſe. Cybelem autem cùm Atyos amore, tum dolore nutricum perculſam, inſanam effectam, in publicum prodiiſſe, pſallentemque cum tympano ſolam univerſam patriam ſparſis capillis perambulaſſe. orta autem poſtea peſte, Phryges, conſulto oraculo, juſſos, ut Atyn ſepelirent, & Cybelem, ut deam, venerarentur. MICYLLUS. Lege ex fide veterum librorum, *Attis.* Quae orthographia reperitur quoque in vetuſtiſſima inſcriptione, quae eſt in aedibus Petri Donati, Cardinalis Caeſii, quae cùm propter hanc ipſam rem, tum propter mirificam ejus venuſtatem hic apponenda fuit.

QVI COLITIS CYBELEN, ET QVI PHRYGA PLANGITIS ATTIN
DVM VACAT ET TACITA DINDYMA NOCTE SILENT,
FLETE MEOS CINERES, NON EST ALIENVS IN ILLIS
HECTOR, ET HOC TVMVLO MYGDONIS VMRBA TEGOR.
ILLE EGO, QVI MAGNI PARVVS COGNOMINIS HERES
CORPORE IN EXIGVO RES NVMEROSA FVI;
FLECTERE DOCTVS EQVOS, NITIDA CERTARE PALAESTRA,
FERRE IOCOS ASTV, FALLERE NOSSE FIDEM.
AT TIBI DENT SVPERI QVANTVM DOMITILLA MERERIS,
QVAE FACIS EXIGVA NE IACEAMVS HVMO.

CIOFANUS. Legitur in Catalectis Pithoei pag. 141. & apud Gruter. pag. DCLV. Inſc. 3.

105. *Exuit hac hominem, &c.*] Qui Latine ſciunt, iis verſus hic nunquam probabitur: neque enim tolerari poteſt, ut in eadem ſententia *hic* & *ille* promiſcue ponatur: quod vitium hoc loco ita manifeſtum eſt, ut id à doctis viſum non fuiſſe demirer. Mihi autem minime dubium eſt, quin pro *illo* legi oporteat, *olim*, ac uterque verſus ita formandus ſit,

Siquidem Cybeleius olim
Exuit hac hominem, truncoque induruit Atys.

TAN. FABER Lib II. Ep. 69. Dubito de emendatione, quia & alibi haec duo pronomina video cumulari, licet offendat viros doctos vid. Epiſt. VI. 15. I. ex Pont. II. 89. apud Turneb. XI. Adv. 22. citatur hic verſus, *Exiit hac hominem*, nec monet an è ſcriptis: certe nihil variare deprehendi. & forte operarum aberratio fuit, vel memoriae vitio Turnebo excidit. nam *exuere* rectum. Tacit. XIV. An. 52. *Exueret magiſtrum.* BURM

[a] Colonienſis ita exhibet: *Cypariſſus adoleſcens ex inſula Caeo fuit. Hunc Apollo dilexit, & cum prae dolore deficeret, quod cervum manum patientem neſcius ſagittâ transfixerat, in arborem ſui nominis convertit.* Raener. *Cypariſſus fuit Am.*

[b] *Amyclei.*] Menda eſſe in voce *Amyclei* videtur. Nam quod in Naſone Ys. 162. dicitur, *te quaque Amyclide*, non ad Cypariſſum, ſed ad Hyacinthum pertinet. quare alii legunt, *Cypariſſus adoleſcens fuit ex inſula Caea.* MICYLLUS. Vitioſum hoc putem. Telephi filium facit Servius ad Aen. III. 680 Etiam de cupreſſu quae narrat Conſtant. Geopon. Lib. XI. cap. 4. multo remotiora ſunt. MUNCKER.

[c] *Patientem manus,*] Vid. Barth. VIII. Adv. 17. & ad Argum. lib. VII 13.

[d] *Arborem ſui nominis.*] Frequens ea phraſis Lactantio, quâ & Servius uſus ad Aen. III. 694. *In fontem ſui nominis verſa.* Habet tamen MS. cum Venet. & Micylliana, *genitivi nominis.* Naſo III. ex Ponto III. 107. *Genitivaque nomina Cretae.* MUNCKER. *Genitivi* Parm. Lugd. ſic lib. III. 331. *genitiva imago.*

106. *Huic turbae.*] *Huic numero* unus Baſil. *luctus imitata* Leid.

106. *Metas imitata.*] *Luctus imitata* Leidenſ. ſed male. Plin. XVI. 33. *Metae adſpectu non repudiata,* ita Veneris Paphiae ſimulacrum *metae modo exſurgens*

Namque ſacer Nymphis, Carthaea tenentibus arva,
Ingens cervus erat: lateque patentibus altas
Ipſe ſuo capiti praebebat cornibus umbras:
Cornua fulgebant auro: demiſſaque in armos
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla ſuper frontem parvis argentea loris
Vincta movebatur: parilesque ex aere nitebant,
Auribus in geminis, circum cava tempora, baccae.
Isque metu vacuus, naturalique pavore
Depoſito, celebrare domos, mulcendaque colla
Quamlibet ignotis manibus praebere ſolebat.
Sed tamen ante alios, Ceae pulcherrime gentis,

Gratus

ſurgens Tacito II. Hiſt. 3. praeterea, *adfuit huic numero* Baſil. Burm.

108. *Qui citharam nervis, & nervis temperat arcum.*] Apollo cithara & arcu pingebatur: eſt igitur ſenſus, qui nervos in utroque habet. Glareanus.

109. *Carchaea arva.*] Sic quidem ſcribitur, ſed *Carthaea* cum *th.* aſpirato legendum videtur. nam Carthaea una eſt ex quatuor urbibus Caeae inſulae, in qua natus eſt Cypariſſus. principale autem pro derivativo poſitum eſt. Regius. Vid. Pigh. ad Val. Max. II cap. 6. MSS. variant vehementer, *Cretea*, *Cirthea*, *Carchia*, *Orchea*, *Archea*, *Cirrea*, *Corchea*, *Colchaea* &c. exhibentes. Suidas, in Βακχύλιδες, Καρθίαν vocat, niſi legendum ſit Καρθαία. *jamque ſacer* MS. Berſm.

113. *Gemmata monilia.*] In uno meo & Cael. *Demiſſa monilia.* In altero meo, nec *Demiſſa*, nec *Gemmata*, ſed *Diffuſa* legitur. Ciofanus. *Demiſſa* & *diffuſa* etiam multi codices. *ſuſpenſa* Thuan. *pretioſa* fragm. Caeſen. *geminata* ſex.

114. *Bulla ſuper frontem.*] In lib. Briantii, *Uulla*, per duplex *u* in prima ſyllaba. B, pro *v*, & *v* pro B, poſuiſſe veteres, vir cum primis diligens, tum eruditus, amicus meus, Aldus Junior multis in ſua Orthographia editis inſcriptionibus probavit: è quo opere duas tantum huc tranſtulimus, quibus utrumque confirmaretur.

Romae.
L. IVLIVS TROPHI
MVS RASINIAE IA
BOLENAE KAPITOLI
NAE F. M. RASINII HER
MADIONIS ET IABOLENAE
SIMPRONIAE
M. C. F.

D M.
P. MANLIO FVSCO
IAVOLENAE
MARCIA ET SOSIBIA
FILIAE PATRI
PIENTISSIMO ET
IAVOLENA SOSIBIA
MARITO OPTIMO. Ciofanus.

Huc refer locum Apuleji libr. VI. Metam. *Bullisque te multis aureis inoculatum velut ſtellis ſidereis relucentem, &c. ſaginabo*, ubi quidam codices, *inauratum*, vel *inaulatum*, unde Heinſius conjiciebat, *inauriculatum*, quia aures animalium etiam ornatas fuiſſe ex hoc Ovidii loco conſtat. ita *exauriculare* apud Auctor. Queroli, qui *Oenophorum exauriculatum* dixit. ſed de hoc amplius cogitandum. *monilia* etiam addit ibi Apulejus, quae male movent loco Scioppius & Wouwerius: his enim multum uſi in ornandis equis. idem Apulej de Deo Socratis: *Neque enim in emendis equis phaleras conſideramus, & baltei polimina inſpicimus, & ornatiſſimae cervicis divitias contemplamur. ſi ex argento & auro, & gemmis monilia variegata dependent, ſi plena artis ornamenta capiti & collo circumjacent, ſi frena caelata, ſi ephippia fucata, ſi cingula aurata ſint.* A. Gell. V. cap. 5. de Antiocho; *Inducebat etiam equitatum frenis, ephippiis, monilibus, phaleris praefulgentem.* Claudian. Epigr. XXII. de Equo Honorii:

Accipe regales cultus, & crine ſuperbus
Erecto virides ſpumis perfunde Smaragdos,
Luxurient tumido gemmata monilia collo.

Vide plura apud Behot. I. Apoph. 15. & Barth. ad Claud. IV. Conſ. Honorii 550. & ſeq. Burm.

115. *Parilesque aetate nitebant, Auribus è geminis.*] *Parilique* & *in geminis* plerique meliores. pro *aetate*, quod mendoſum eſt, unus Gronovii, *ex arte*, unus Medic. *in core*, unus meus, *à mane*. multi, *parilique nitore*. Scribe cum ſec. Vatic. quarto Mediceo & tribus aliis, *parilique ex aere*. Heins.

117. *Naturalique pavore.*] In uno meo, *Timore*. Ciofan. *Timore* etiam Regius unus & alius. *pudore* Junian. & alius.

Gratus erat, Cypariſſe, tibi. tu pabula cervum
Ad nova, tu liquidi ducebas fontis ad undam:
Tu modo texebas varios per cornua flores:
Nunc, eques in tergo reſidens, huc latus & illuc
Mollia purpureis frenabas ora capiſtris.
Aeſtus erat, mediusque dies: Soliſque vapore
Concava litorei fervebant brachia Cancri.
Feſſus in herboſâ poſuit ſua corpora terrâ
Cervus: & arboreâ ducebat frigus ab umbrâ.
Hunc puer imprudens jaculo Cypariſſus acuto
Fixit: &, ut ſaevo morientem vulnere vidit,
Velle mori ſtatuit. quae non ſolatia Phoebus
Dixit? & ut leviter, pro materiàque doleret,
Admonuit. gemit ille tamen: munusque ſupremum
Hoc petit à Superis; ut tempore lugeat omni.
Jamque, per immenſos egeſto ſanguine fletus,
In viridem verti coeperunt membra colorem;
Et modo, qui niveà pendebant fronte capilli,
Horrida caeſaries fieri: ſumtoque rigore
Sidereum gracili ſpectare cacumine coelum.

Inge-

120. *Ceae gentis.*] A Cea inſula. De qua Ovid. Epiſt. xx. 221.

Inſula Corryciis quondam celeberrima Nymphis
Cingitur Aegaeo, nomine Cea, mari.

Hunc poſtremum verſum memoriâ lapſus Servius malè adducit; videlicet ita: *Cingitur Aegaeo inſula Cea mari.* CIOFAN.

122. *Undas.*] *Undam* ſcripti plerique. HEINSIUS. *Liquidas ad undas* MS. Berſm. *liquidam ad undam* Leidenſ.

123. *Tu modo texebas.*] Primus & ſec. Medic. Neapol. Spirenſ. prim. Hamburg. & quatuor alii, *tendebas.* tres, *ſternebas* cum fragmento Caeſenati, S. Marci veterrimo libro & ſec. Palat. *ſibi texebas* Cantabrig. *ſpargebas* unus Leidenſ. *terrebas* unus Voſſ. HEINS.

124. *Huc laetus & illuc.*] Scribe, *latus*, à ferendo. & ſic unus Mediceus. Poſſet & *vectus.* IDEM.

125. *Purpureis capiſtris.*] Martial. lib. 1. Ep. 105.

Et quantum Calydon tuliſſe fertur,
Paret purpureis aper capiſtris. DOUZA.

126. *Soliſque vapore Concava litorei fervebant brachia Cancri.*] Periphraſis menſis Junii. CIOFAN.

128. *Sua corpora.*] *Tergora* unus Gronov. alii, *brachia*, vel *pectora.* HEINS.

129. *Frigus ducebat.*] Ore nim. aperto captabat auram. vid. VII. 820. *Spiritus iſte tuus ſemper captatus ab ore. ad arboream umbram* duo libri.

136. *Egeſto.*] *Ejecto* Cantab. & multi alii. vid. lib. VII. 243. *exhauſto* Regius. *expulſo* Leid. *fluctus* etiam duo.

138. *Nivea.*] *Nivei* Florent. S. Marci.

140. *Caelum.*] *Solem* Baſil.

142. *Lugebisque alios.*] Hoc ex Romana conſuetudine dictum eſt. Nam (ut Servius ad IV. Aen. 506. ſcribit) cupreſſi rami ante fores domus, in qua eſſet cadaver, ponebantur, ne *quis per imprudentiam ingrediens pollueretur, unde illam inferiis fuiſſe conſecratam dicunt, hoc eſt, lacrymis & luctibus, vel, quòd caeſa nunquam revireſcit.* REGIUS. Plinius XVI. 33. Diti ſacram cupreſſum dicit, eoque funebri ſigno ante domos poni ſolitam. Ex Graecis autem Didymus quidam, Cypariſſos Eteoclis filias fuiſſe dicit. Quae dum tripudio dearum ſubſiliunt, in puteum fortè devolutae fuerunt. Tellus autem, vicem illarum miſerta, arbores, puellarum more comantes, in illarum locum & memoriam procreavit. Haec ex Gaeoponicorum lib. XI. MICYLL.

[a] *Irois.*] *Troi* Parm.

[b] *Primâ formâ.*] Hoc eſt principe pulcritudine, ut rectè Barthius. Sed quod ex Euripide laudat, πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος, & πρῶτον εἶδος interpretatur *palmarem ſpeciem*; in eo memoria illi impoſuit. Stobaeus in Sermone de Pulcritudine, Athenaeus Deipnoſ. Lib. XIII. ut & Porphyrius, verſiculum illum Euripidis ita proferunt:

Πρῶ-

Ingemuit, triſtisque Deus, Lugebere nobis,
Lugebisque alios, aderisque dolentibus, inquit.

Fab. IV. Argumentum.

Jupiter in Aquilam.

Ganymedes, [a] *Trois filius*, [b] *primâ formâ*, *cum ceteris Ilienſibus Phrygiae praeferretur*, *& aſſiduis venationibus intereſſet*, *ne infamiam virentis aetatis ſubiret*, *Jupiter verſus in aquilam* [c] *ex Ida monte eum rapuit in coelum*, *miniſtrumque fecit.*

TAle nemus vates contraxerat: inque ferarum
Concilio medius, turba volucrumque ſedebat,
Ut ſatis impulſas tentavit pollice chordas;
Et ſenſit varios, quamvis diverſa ſonarent,
Concordare modos; hoc vocem carmine rupit:
Ab Jove, Muſa parens, (cedunt Jovis omnia regno)
Carmina noſtra move. Jovis eſt mihi ſaepe poteſtas
Dicta prius. cecini plectro graviore Gigantas,
Sparſaque Phlegraeis victricia fulmina campis.
Nunc opus eſt leviore lyrâ: puerosque canamus

Dilectos

Πρῶτον μὲν, εἶδος ἄξιος τυραννίδος, hoc eſt, *Primo quidem, ſpecie dignus eſt imperio.* Muncker. *Filius, cum forma ceteris*, &c. Micyll. ſed *prima forma* minime ejici debet. ita Terent. Eun. III. v. 19. *quam elegans formarum ſpectator ſiem.* mox addit, *primam dices ſcio, ſi videris* Vid ad Petron. cap. XL. & ad Phaedr. I. 13. Burm.

[c] *Ex Ida monte.*] *Ex monte Idaeo* Colon.

443. *Vates attraxerat.*] Mediceus, *contraxerat*, quod τῷ *concilio* melius convenit. IV. Faſt. 811. *Contrahere agreſtes, & moenia ponere utrique Convenit.*

Juſtinus lib. XXII. 2. *Contracto in Gymnaſium ſenatu.* & lib. XXVI. 1. *Contractos domum fidiſſimos amicorum in vindictam patriae hortatur.* & ita paſſim hoc verbum occurrit, ut & *conducere.* Burm.

143. *Inque ferarum Concilio, medius turba volucrumque ſedebat.*] Mire conjunxit duos ablativos *concilio* & *turba*: neque vero conjunctio *que* ſequens permittit, ut *concilio* cum *ferarum*, & *turba* cum *volucrum* connectamus, niſi licentiâ hoc poëticâ factum quis putet. Glareanus. *Turbae* prim. Reg. prim. Baſileenſis, ſec. Vatican. quart. Medic. & tres alii. lib. v. ỹs. 301. monui videri ſcribendum, *turbae volucriſque.* Heins. Ego vulgatam ſervo, nam *turba* à praepoſitione *in* regitur, quae debet repeti: ut *que* hic tertio verbo ſubjungatur, ut ſaepe Noſter ſolet. vid. infr. lib. XIV. 30. ordo eſt, ſedebat medius in concilio ferarum & turbâ volucrum; quamquam & cum *medius* conjungi poſſit ut II. Am. XVI. 13. *Medius Polluce & Caſtore ponar.* Burm.

146. *Sonarent.*] *Sonabant* Gronov. ut ſaepe. vid. VII. Ep. 29.

147. *Carmine movit.*] Mox iterum ſequitur, *carmina noſtra move.* quare cum Voſſiano lego, *vocem carmine rupit*: & ita paſſim Poëtae, *rumpere vocem*, *queſtus* & ſimilia. vide Heinſium ad Claudian. II. Rapt. Prof. vſ. 249. Silius IV. 458. *gemitumque ad ſidera rupit.* Virgil. II. 129. *Compoſito rumpit vocem.* l. 7. C. de Quaeſt. *ut etiam invito te contra dominam vocem rumpere cogantur.* pro *concordare* Oxon. *conciliare.* Burm.

148. *Ab Jove, Muſa parens.*] *Ab Jove principium* Langerm. *ab Jove Muſa potens* Palat. & duo alii. *cedent* etiam duo Medic. Heinſius volebat, *cedant*, ut I. Ann. XV. 32. *Cedant carminibus Reges.* deinde pro *carmina noſtra*, *carmina digna* Leidenſ. Burmann.

150. *Dicta prius.*] Multae edit. diſtinguunt poſt *dicta.*

150. *Gigantes.*] *Gigantas* S. Marci, Bernegger. prim. Pal prim. Medic. prim. Vatic. Cantabrig. prim. Erfurt. Spirenſ. & duo alii. quomodo & alibi ſaepe. Heins.

151. *Fulmina campis.*] Sic libri omnes ſcripti, ſicque legendum. Ciof. *Carmina* octo ex melioribus. quod non intelligo quid ſibi velit. Idem.

Dilectos Superis; inconcessisque puellas
Ignibus attonitas meruisse libidine poenam.
Rex Superùm Phrygii quondam Ganymedis amore
Arsit: & inventum est aliquid, quod Juppiter esse,
Quam quod erat, mallet. nullâ tamen alite verti
Dignatur; nisi quae possit sua fulmina ferre.
Nec mora: percusso mendacibus aëre pennis,
Abripit Iliaden. qui nunc quoque pocula miscet,
Invitâque Jovi nectar Junone ministrat.

FAB.

Fulgura Basil. & edit. Gryph. & Bersm. *proelia* MS. Bersm. pro *campis* Heinsius conjecerat, *castris*, ut apud Stat. I. Achil. 484.

Sic cum palentes Phlegraea in castra coïrent
Coelicolae.

Et VI. Theb. 358. in MSS.

Nam saepe Jovem Phlegraeaque castra.

Ubi vulgo, *Phlegramque fuique anguis opus.* Severus de Aetna 42.

Impia sollicitat Phlegraeis fabula castris.

Ubi etiam *campis* editiones veteres, ut & Scaliger notat. Sed cum alii Poëtae passim *Phlegraeos campos* & *Phlegraea arva* dicant, (vid. Sil. IV 277. IX. 305. XVII. 654. Lucan. IV. 597. & alios.) nihil hic contra codices scriptos mutandum temerè putem. Campi vero illi Phlegraei, praeterquam quod in Macedonia ponantur, etiam in Campania prope Cumas fuere, qui olim *Leboriae*, & hodie *Quarto* dicuntur, de quibus vide Camill. Peregr. Campaniae felicis Dissert. II. §. 15. & §. 19. BURMANN.

152. *Nunc.*] *Hic* Arondel.

154 *Poenam.*] *Poenas* omnes fere.

155. *Phrygii Ganymedis.*] Trojani: nam Ganymedes Trois Dardanorum regis fuit filius, qui admiranda pulchritudine Jovem in sui amorem pellexit: à quo in aquilam mutato raptus, ac sibi mensae ministrer adhibitus, perhibetur. Quod quidem idcirco fingitur, quòd Juppiter aut per legionem Ganymedem rapuit, cujus insigne erat aquila, aut navis, in qua fuit impositus, pictam habuit aquilam, ut Lactantius exponit. Eusebius vero in Chronicis ait, Ganymedem à Tantalo fuisse raptum, indeque ortum bellum inter Troëm & Tantalum. Locus autem, in quo raptus fuit, ἁρπαγεῖα vocatur ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, hoc est, à rapiendo, ut Strabo testatur. Aquarium quidam Ganymedem esse dixerunt, ut scribit Hyginus, unde velut aquam fundens ostenditur, & à Graecis Hydrochoos appellatur. REGIUS. Alii Ilum fratrem Ganymedis faciunt, quos inter Scholiastes Lycophronis, qui & Ganymeden à Tantalo raptum affirmat atque hinc exorta bella inter hunc & Ilum, quomodo de Tantalo etiam Orosius, videantur Cedrenus & Suidas de hac re. Eustathius addit ab Minoë quoque raptum Ganymeden nonnullis describi. HEINS.

158. *Nisi quae posset sua fulmina ferre.*] In duobus Vatic. utroque meo & Caelest. *Nisi quae portat sua fulmina terrae.* Verùm in uno meo legitur, *portet*, non *portat*. CIOFANUS. *Portet*, vel *portat terrae*, aut *terris* plerique veteres. *quo portat terrae* unus. alius, *qua portet terrae.* duo, *quae portet terra. portat terra* prim. Hamburg. Arond. *quae possit ferre.* Scribe, *quae possit sua fulmina ferre.* vel,

——— nullâ tamen alite verti
Dignatus, nisi cui possent sua fulmina ferri.

quod malo. infr. lib. XII. 56.

Quae fulmina curvis.
Ferre solet pedibus.

Silius de Aquila libro XII. 58.

Illa hostem rostro atque assuetis fulmina ferre
Unguibus incessens.

Hinc *Jovis armiger* aquila dicitur Virgilio lib. VI. 256. Nostro lib. XIV. 386. Germanico Phaen. 320. & Avieno in Arateis, & Apulejo Metam. lib. III. *Tonantis Armiger* Claudiano; *minister fulminis ales* Horatio; *flammiger ales* Statio lib. VIII. 675. & *vector fulminis* IX. 858. Vide & Manilium lib. I. 344. & V. 484. & 496. Allusit autem hoc loco Noster ad signum Aquilae coelestе fulmen unguibus tenentis. HEINSIUS. *Portas* MS. Bersm.

160. *Arripit Iliadem.*] *Abripit* Florent. S. Marci, Urbin. Spirensis & duo alii. bene. vide libro VII. Vs. 731. HEINS.

161. *Nectar.*] Ovid. lib. I. De Ponto X. 12.

Nectar & ambrosiam, latices, epulasque Deorum,
Dat miki formosa gnava iuventa manu.

Parrhasius haec de nectare collegit: *Nectar in Deorum cibis est. Alcman enim canit Deos esse nectar. & Anaxandrides ex aquilae persona, Nectare, inquit, victito, atque ambrosiam bibo, & Jovi ministro. Sappho quoque; Crater, inquit, Ambrosiae mistus est. Apud Suidam tamen legimus: Nectar potio vinumque & Deorum cibus. ut Anaxandrides, appellatumque nectar, quasi νεόκτυρ, eo quod, qui inde bibunt, νεους, id est, juvenes efficit.* CIOFAN.

a *Hya-*

FAB. V. ARGUMENTUM.

[a] Hyacinthus in florem.

[b] *Hyacinthus Amyclae, dilectus ab Apolline, cum per jocum in certamen disci venisset, altius jactum pondus non prius* [c] *despicere potuit, quam capiti sensit injectum. Quo elisо, post obitum ejus cruor in florem ejus nomine inscriptum cessit.*

TE quoque, Amyclide, posuisset in aethere Phoebus;
Tristia si spatium ponendi fata dedissent.
Qua licet, aeternus tamen es: quotiesque repellit
Ver hiemem, Piscique Aries succedit aquoso,
Tu toties oreris, viridique in cespite vernas.

Te

[a] *Hyacinthus.*] Ita habet Colon. *Hyacinthus Amyclidas, unice dilectus Apollini, cum per jocum cum ipso in certamen disci venisset, ab Apolline pondus jactante altius, longum post tempus in terram decidit; unde resiliens, nimium properantis tollere pueri vultibus inhaesit, quo elisо post obitum cruor ejus in florem inscriptum hya, literis dolorem testantibus, cessit.*

[b] *Hyacinthus Amyclae.*] Ita ex MS. repositi pro *Amyclides*, quod editi repraesentant. Est Graecismus elegans, quem & superius non uno loco huic scriptori restitui. Vide not. ad fab. 3. Lib. VI. MUNCKER.

[c] *Despicere potuit.*] Malim, *dispicere.* IDEM. Sed vide ad Vell. Paterc. II. 14.

162. *Amyclide.*] Amyclae fili. Amyclas enim Hyacinthi pater fuit, urbis Amyclarum conditor. Nam Amyclae urbs est Laconiae, Hyacinthi patria, pueri adeò formosi, ut Apollo illius amore captus è coelo descendere in terram sustinuerit, quò diutius pulchritudine ipsius frui posset. Amyclas autem interdum Amyclae secundum primam flectitur declinationem, interdum Amyclantis secundùm tertiam. REGIUS. Pausanias in Laconicis lib. III. cap. I. Ἀμύκλας δὲ ὁ Λακεδαίμονος, βουλόμενος ὑπολιπέσθαι τι καὶ αὐτὸς ἐς μνήμην, πόλισμα ἔκτισεν ἐν τῇ Λακωνικῇ. γενομένων δὲ οἱ παίδων, Ὑάκινθον μὲν νεώτατον ὄντα, καὶ τὸ εἶδος κάλλιστον, κατέλαβεν ἡ πεπρωμένη πρότερον τοῦ πατρός· καὶ Ὑακίνθου μνημά ἐστιν ἐν Ἀμύκλαις ὑπὸ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἀπόλλωνος. haec ille. Fabulae autem meminit Nicander in Theriacis his versibus:

——— Καρπόντε πολυθρήνου Ὑακίνθου,
Οὗν Φοῖβος θρήνησεν, ἐπεὶ ῥ' ἀκαίσιος ἔκτα
Παῖδα, λαβὼν προπάροιθεν Ἀμυκλαίου ποταμοῖο
Πρωϊήβεν Ὑάκινθον, ἐπὶ σόλος ἔμπεσε κόρσην
Πέτρου ἐφαλλόμενος, νέατον δ' ἦμαξε κάλυμμα.

Quo loco interpres addit & matris nomen Ὑάκινθος inquiens, υἱὸς μὲν ἦν Ἀμυκλαίου καὶ Διομήδης, ὃν ἠγάπησεν Ἀπόλλων. MICYLL. Parrhasius jam ad Claud. II. de Rapt. 134. Amycliden pro filio Amyclae accepit. De parentibus Hyacinthi non convenit. alii enim Oebali faciunt filium, ut Hygin. Fab. CCLXXI. ubi vide Munckeri notas. & ita Servius ad Virg. XI. 69. ubi male Danielis editio habet, *Hybabili filius.* unde & *Oebalides puer* in Ibide, 590. dicitur. addit etiam Servius à quibusdam Eurotae filium habitum: ceterum rivales fuisse Zephyrum, & Apollinem, & Hyacinthum disco à Zephyro in ejus caput acto obiisse, quod Noster omittit, narrant Lucianus in Dialogis Deorum, Libanius in Narrationibus ab Allatio editis cap. 25. Nonnus lib. III. Dionys. Palaephatus cap. XLVII. & Statii Scholiastes ad Lib. IV. 223. & ibi Barthius. Servius vero ad Eclog. III. 63. Boreae necem Hyacinthi adscribit. posset & *Amyclides* poni, pro *Amyclaeus*, ut mox *Oebalides* à Regio exponitur pro Spartano, nisi natum Spartae Noster scriberet infrà 217. Claudiano vero II. de Rapt. 133. *natus Amyclis* dicitur. Parthenius quoque in Eroticis cap. XV. & Nicandri Scholiastes, notante Parrhasio ad Claud. I. Rapt. 135. & II. 134. Daphnem Amyclae filiam facit, inductus forte in errorem, quia saepe Daphne & Hyacinthus, quos utrosque amavit Apollo, jungi solent. Cynortam vero fratrem Hyacinthi facit Apollodorus lib. III. Bibliothecae, & Tzetzes Chiliad. I. Hist. XI. de Hyacintho ineditum in Schedis Heinsianis ex Salmasiano codice hoc epigramma vulgare placet:

Discrimen vitae, ludit de sorte Iaquintus,
Incurrit, disco tempora fissa gerens.
Non potuit Phoebus fato subducere amatum,
Sed cruor exstincti florea rura replet;
Disperiit remeans ludentis tempora discus;
Et dira pulcher morte Iaquintus obit.
Gratia magna tamen solatur morte peremti,
Semper Apollineus flore resurgit amor.

Ita continuis versibus legebatur, sed duo esse epigrammata puto, singula duobus distichis comprehensa. primo versu lego, *ludit dum sorte.* penulti-

Te meus ante alios genitor dilexit: & orbe
In medio positi caruerunt praeside Delphi;
Dum Deus Eurotan, immunitamque frequentat
Sparten; nec citharae, nec sunt in honore sagittae:
Immemor ipse sui non retia ferre recusat;
Non tenuisse canes; non per juga montis iniqui
Isse comes: longâque alit adiuetudine flammas.
Jamque ferè medius Titan venientis, & actae
Noctis erat, spatioque pari distabat utrimque;
Corpora veste levant, & succo pinguis olivi
Splendescunt, latique ineunt certamina disci.
Quem prius aërias libratum Phoebus in auras
Misit, & oppositas disjecit pondere nubes,
Recidit in solidam longo post tempore terram

Pon-

mo, *solatur fata peremti*, vel *solatus*, vel etiam, *solatur morte peremtum*. Burm.

165. *Viridique in cespite flores.*] Boschii liber, quo Gruterus usus, *vivoque*. Horat. I. Od. 19. *Hic vivum mihi cespitem, hic Verbenas pueri ponite thuraque.* & III. 8. *positusque carbo in cespite vivo.* Ausonius Ephemerid. *foculum vivi cespitis* dixit. Calpurnius Eclog. v.

——— *tum cespite vivo*
Pone focum.

Val. Flaccus libro v. vs. 61.

——— *tum vivo frondens è cespite tellus*
Aggeritur, cineremque Lyco commendat Iäson.

Sic scribe. perperam legebatur, *frondes & cespite tellus.* sic & *vivax cespes* Fast. IV. vs. 397. *Viridem* tamen Noster dixit lib. XV. 57. & Statius I. Theb. 587. & IX. 234. & Silius VII. 747. Heins. Leidensis unus, *vernas*, cujus glossa est, *flores.* eodem modo lib. VII. 284. *vernat humus.* ubi quidam codices, *floret.* sic avem *vernare* dixit lib. III. Trist. XII. 8. & Flor. I. *bis floribus vernat. viridi* vero an *vivo cespite* legas parum refert, nisi quod *viridi* magis convenire τῷ *vernas* existimo. Burmannus.

167. *Et orbe In medio positi caruerunt praeside Delphi.*] Lib. XV. 630. *Mediamque tenentis Orbis humum Delphos adeunt oracula Phoebi.* Lutatius, exponens illud Statii lib. I. Thebaid. 118. *Audiit & medius caeli Parnasus*, scribit hoc modo: *Bene Medius, quia umbilicus terrae dicitur. Nam, cùm Juppiter medium mundi locum vellet agnoscere, ab ortu & occasu duas aquilas dimisisse fertur, quae volatu lassae in Parnassi vertice quieverunt: vel quod Cataclysmi tempore terrae fuerat discrimen & astris. ut Lucanus.* Haec ille. Ciofanus. *Orbis in medio*, non *orbe* unus Thuani. Heins. Praetuli omnium fere codicum scripturam, *orbe in medio.* alia res est lib. XV. 630. *Mediamque tenentes Orbis humum Delphos.* ibi enim *humus* requirit genitivum. sic & lib. VII. 790. MSS.

Medio duo marmora campo.

Ubi vide. lib. XII 39.

Orbe locus medio est.

Vid. ad lib. I. Art 115. & alibi. Burm.

169. *Immunitamque frequentat Sparten.*] Hanc etiam particulam percurrentes epitheti hujusce ratione pensitata, admoniti sumus dicti Agesilai Spartani ducis, de quo Plutarchus in Apophthegmatis ita scribit: *Agesilaus, percunctante quodam, quamobrem Sparta careret muris, ostensis armatis civibus, hi sunt, inquit, Lacedaemoniorum muri.* Apud eundem cuidam respondit Cleomenes in hanc sententiam: *Quod si moenia felices civitates efficiunt, infelicissimam esse Spartam necesse erat, cum nullis sit septa moenibus.* Jacob. a Cruce. Ex P. Galesii conjectura & ex veteris lectionis vestigiis legendum, *Immoenitamque.* Ciofanus. *Immutatamque* in quibusdam MSS. legi Vivianus notat, quia Apollo numquam inde discedebat. Claudian. IV. Cons. Honor. 507.

——— *Armipotens Lacedaemon*
Despexit muros, rigido munita Lycurgo.

170. *Sagittae.*] *Pharetrae* in Gronov.

171. *Ire comes.*] *Isse* prior Erfurt. & alii quinque. idem Erfurt. *longâ trahit assuetudine flammas*, pro, *longaque alit.* Heinsius. *It comes* I Art. 301. *longamque alit adsuetudine flammam* Cantabrig.

175. *Noctis.*] *Lucis* Cant. Basil. & alius. forte bene.

176. *Corpora veste levant, & succo pinguis olivae Splendescunt*] Thucydides in I. de Lacedaemoniis, *iidem primi corpora certaturi nudaverunt, propalam se exuentes, oleoque unxerunt.* Signata igitur poëtae nostri locutio. Const. Fanens.

176. *Pin-*

Pondus: & exhibuit junctam cum viribus artem.
Protinus imprudens actusque cupidine ludi,
Tollere Taenarides orbem properabat: at illum
Dura repercusso subjecit ab aëre tellus
In vultus, Hyacinthe, tuos. expalluit aequè,
Ac puer, ipse Deus: collapsosque excipit artus:
Et modo te refovet, modo tristia vulnera siccat:
Nunc animam admotis fugientem sustinet herbis.
Nil prosunt artes. erat immedicabile vulnus.
Ut si quis violas, riguove papaver in horto,
Liliaque infringat, fulvis haerentia virgis;
Marcida demittant subito caput illa gravatum;
Nec se sustineant; spectentque cacumine terram.
Sic vultus moriens jacet; & defecta vigore

Ipsa

176. *Pinguis olivae.*] *Olivi* meliores. ut apud Statium Theb. VI. 576.

—— *pinguique cutem fuscatur olivo.*

Sammonicus cap. 50.

Succos inspergere pinguis olivi.

Auctor Moreti:

—— *Palladii guttas instillat olivi.*

Horat. I. Od. 8.

—— *olivum sanguine viperino cautius vitat.*

Heinsius.

177. *Latique.*] *Laetique* Leidens Vat. & quatuor alii, *jactique in discrimina* Basil.

179. *Disjecit pondere nubes.*] Unus Heinsii, *divisit*; eleganter. *disgessit* Gronov. *discessit* Menard. suspecta praeterea vox, *pondere*, quia versu secundo iterum repetitur. forte, *verbere* legendum. quas voces confuderunt & librarii apud Lucan. III. 469.

At saxum quoties ingenti verberis ictu
Excipitur.

Ita MS. sed Grotius edidit, *ponderis*. Burm.

180. *Recidit.*] Bona exemplaria, *decidit*, non *recidit* legendum consulunt, ne syllaba offendatur. Constant. Fanens. Libri veteres, *Recidit*. Cioc. Etiam hoc loco *Recidit* vetustiores plerique. dictum sup. ℣s. 18. Heins. *incidit* Gronov. *occidit* tres.

180. *Longo post tempore.*] *Post longo tempore* Oxon. & decem alii. vid. lib. IX. 569.

182. *Protinus imprudens actusque cupidine lusus.*] *Ludi* in multis antiquis. *actusque cupidine jussus* Florent. S. Marci, *artisque cupidine lusus* prim. Gronov. sec. Pal. sec. & tert. Medic. Neap. Bernegger. Thuan. prim. Erfurt. prim. Hamb. Spirensis aliique non pauci, sed *artem* praecessisse vidimus. alii aliter. *incumbens* etiam pro *imprudens* prior Erfurt. & unus Leid. *artisque cupidine doctus* Menagianus. vide quae notamus l. VIII. vs. 123. Heinsius. Forte, *actusque cupidine laudis*. ut lib. XI. 527.

Laudis accensus amore.

Tactusque Palatin. & Gron. unde & *tractus* posset legi, ut IV. Trist. v. 11. *tractusque cupidine laudis*. vid. ad lib. VIII. 184. alii codices habent, *raptusque, captusque, laetusque, victusque, avidusque*, quae omnia habent quo se tueantur. Burm.

184. *Repercusso subjecit in aëre.*] *Repercussum in aëra* prim. Medic. Thuan. Spirens. & quatuor alii. tum lege, *Et vultus, Hyacinthe, tuos*. unus Argent. *repercusso ab aëre*. non male. Plinius XXXVII. 5. de Smaragdis. *inficientes circa se repercussum aëra*. Pari modo & Solinus, *proxima sibi inficiunt aëre repercusso*. Stat. VII. 20. *sonat orbe recusso Discus*. Heinsius.

186. *Quam puer.*] *Ac puer* prim. Bononiensis; probe. Idem.

186. *Excipit.*] Variant codices, *accipit*, vel *exigis* habentes. Sed nihil muta. XII. 48.

Morientes excipit artus.

Heinsius conjecerat, *erigit*. Burm.

190. *Riguoque papavera in horto.*] *Riguove papaver* Neapol. Arondel. & sex alii. Heins. Hunc locum Nasonem ex Virgilii X. 433. expressisse credit Jos. Castalio. IX. decad. Obs. 4.

191. *Fulvis haerentia virgis.*] Sic legitur in Bri. & uno meo: In altero erat, *Linguis*, sed erasum est, & alia manu repositum, *Virgis*. Quod etiam accidit in uno Maffejano. In uno Vatic. & altero Maffejan. & Caelest. *Linguis*. Cioc. *Lignis* Florent. S. Marci, Thuan. Spirens. uterque Erfurt. aliique complures. *truncis* prim. Gronov. & unus Mediceus. quod ipsi Gronovio arridebat Diatrib. Stat. cap. XVI. *lignis* duo alii. *virgis* prim. Moreti, Arondel. prim. Reg. sec. Palat. Neapol. sec. Medic. Oxon.

Ipſa ſibi eſt oneri cervix; humeroque recumbit.
Laberis, Oebalide, primâ fraudate juventâ,
Phoebus ait: videoque tuum, mea crimina, vulnus.
Tu dolor es, facinusque meum. mea dextera leto
Inſcribenda tuo eſt. ego ſum tibi funeris auctor.
Quae mea culpa tamen? niſi ſi luſiſſe, vocari
Culpa poteſt. niſi culpa poteſt, & amaſſe, vocari;
Atque utinam pro te vitam, tecumve liceret
Reddere! ſed quoniam fatali lege tenemur;
Semper eris mecum, memorique haerebis in ore.
Te lyra, pulſa manu, te carmina noſtra ſonabunt:
Flosque novus ſcripto gemitus imitabere noſtros.

Tempus

Gxon. Excerpta Mureti, & praeterea non pauci. quod ſequor. *culmos* dixit Statius lib. III. Silv. III. *Ys.* 128.

Qualia pallentes declinant lilia culmos.

Statius Theb. VII. 226. de roſis, *informes ornat ſua gloria virgas.* Ad rem Plinius lib. XXI. cap. 5. de liliis: *Nec ulli florum excelſitas major, interdum cubitorum trium, languido ſemper collo & non ſufficiente capitis oneri.* virgae liliorum recte *fulvae* dicuntur, cum infractae fulveſcant, virides ceteroquin. Poſſet tamen & legi, *virgis haerentia longis.* De liliis pari modo Guntherus Ligurin. libro VII.

Ut ſi forte roſas & candida lilia nimbus
Contudit, & nitidum virgis decuſſit honorem.

Heinsius.

194. *Sic vultus moriens jacet, &c.*] *Vultum* unus meus. alius, *vultu.* Scribe, & redde Naſoni ſuos numeros:

Sic vultu moriente jacet. defecta vigore, &c.

Niſi altius mendum putas ſubeſſe & ſcribendum, *Sic vultus moriens flaccet.* quod proprium huic rei verbum. vel *marcet.* & tum ſupra pro *Marcida* ſit reponendum, *Flaccida.* Vide Nonium in *Flacceo*, pro quo *Flacceſcere* magis in uſu. Et Apulejus Met. VIII. *Dum percitae mentis reſideret furor, & ſenſim nimietatis ſenio flacceſceret luctus.* Sic ſcribendum monui Met. XVI. v. 208. *ſinus flaccidi* apud eundem Met. VII. *arbor flacceſcens* apud Plinium lib. XVI. cap. 22. Vide Salmaſii Solinianas Exerc. pag. 461. Sic *aegrere, pigrere, ſenere* veteres dicebant, *dulcere, lentere* & ſimilia. de quibus Nonius copioſe. Idem.

196. *Oebalide.*] Patronymicum pro poſſeſſivo poſitum. nam Oebalia urbs eſt Laconiae ab Oebalo conditore appellata. Regius. Qui affectant, ut multa vidiſſe videantur, in foediſſimos interim errores labi, vel hinc conſtat, quòd quidam, ut oſtentent ſe Lucianum legiſſe, ajunt & hic *Oebalide*, & apud Martialem *Oebadius* eſſe legendum, quòd ex Luciani ſententia Oebades Hyacinthi fuerit pater, quaſi verò ſecutus ſit Naſo Martialem, cujus avia nondum erat nata. ſed tanti eſt jactare vulgò ſe in alienis operibus multa notaſſe. Regius. Aut etiam ab Oebalo κατὰ προλήψιν temporis, qua ea, quae conſecuta ſunt, pro antecedentibus uſurpantur. fuit enim Oebalus Cynortae, qui frater Hyacinthi fuerat, filius, Hyacinthi nepos, qui poſtea ex Gorgophone, Perſei filia, Tyndareum genuit, quem Hercules, ab Hippocoonte regno expulſum, reſtituit. ut Pauſanias in Laconicis. Micyllus.

203. *Quod quoniam fatali lege tenemur.*] *Vetamur* in vetuſtis legitur exemplaribus, & recte quidem. ſic namque aperte intelligitur, quod facere prohibemur. dii enim, cum naturâ ſint immortales, nulla ratione vitam deponere poſſunt. Regius. Quod ante mutare non ſum auſus, lecto exemplari vetuſto, non *tenemur*, ſed *vetamur* monui eſſe legendum. Idem. *Vetamur* ait Regius legi in vetuſtis exemplaribus; quod an verum ſit, ipſe ſcit. Ego verò in omnibus, quos viderim, libris ſcriptis ſine ulla prorſus litura, *tenemur*, repperi. Quod verbum hoc quidem loco valet vetamur, prohibemur. Mecum ſentit Petrus Galeſius. *Tenemur* quoque impreſſit Aldus ſenior. Intelligo autem libros, qui ab eo, anno M. D. II. editi ſunt. Ciofanus. *Tenemur* plerique vetuſtiores. at Bernegger. excerpta Jureti, duo Leidenſ. & alii quindecim, *ſed quoniam fatali lege tenemur. teneri legibus* formula Juris. ut in illo, *patriae teneor nec legibus ullis*, apud Maronem lib. II. 159. & lib. XII. 819.

Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
Pro Latio obteſtor.

Neque aliter Cicero paſſim, & Livius, & ceteri ex optimis ſcriptores. etiam Lucretius lib. II.

Sed ne forte putes animalia ſola teneri
Legibus his.

Sed

Tempus & illud erit; quo ſe fortiſſimus heros
Addat in hunc florem; folioque legatur eodem.
Talia dum vero memorantur Apollinis ore,
Ecce cruor, qui fuſus humi ſignaverat herbam,
Deſinit eſſe cruor: Tyrioque nitentior oſtro
Flos oritur; formamque capit, quam lilia; ſi non
Purpureus color huic, argenteus eſſet in illis.
Non ſatis hoc Phoebo eſt, (is enim fuit auctor honoris)
Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit: & ai ai
Flos habet inſcriptum: funeſtaque litera ducta eſt.

Nec

Sed tenetur Arondel. *quod tenetur* prim. Hamburg. & duo alii. Heinsius. Vid. ad Quinctil. Declam. CCLXX.

207. *Heros.*] *Ajax* Ox. Voſ. & quidam alii. *abdat in hunc fl.* Voſſian.

210. *Qui fuſus humo.*] *Humi* meliores. Heins. *Signaverat herbam* iidem.

213. *Purpureus color his, argenteus eſſet in illis.*] Non eſt ſervata differentia pronominum *hic* & *ille*, quanquam illud *hic* pro *huic*, ſive *hoc* poſitum videtur, nempe flore Hyacinthi; niſi quis propter duos pluraliter prolatum contendat Hyacinthum & Ajacem, cum *Flos* praecedat proximo verſu ſingularis nomen numeri. Glareanus. *Huic* nempe flori, cum uno meo & uno Voſſ. Heinsius. Vid. ad lib. II. 205.

215. *Et ai ai.*] In veteribus multis, *& ya*, quam lectionem ſunt qui probent: ego non video cur probare debeam; cum nullo pacto Ajacis nomen his literis deſcribi poſſit: quod in eodem flore factum, & hic paulo ſuperius oſtendit Ovidius, cum inquit:

Tempus & illud erit, quo ſe fortiſſimus heros
Addat in hunc florem, folioque legetur eodem.

Et lib. XII. 397.

Littera communis mediis pueroque viroque
Inſcripta eſt foliis, haec nominis, illa querelae.

Querelae dicunt quidam *ya* eſſe poſſe. *nominis* non video quo eſſe poſſit, cum Ajacis tamen nomen deſignandum ſit. Ideo illi mihi recte ſentire videntur, qui, *& ai ai* legunt: *ai* enim & querelae & Ajacis nomen innuit. Quin Planudes ſic interpretatur, καὶ ἄι ἄι τὸ ἄνθος ἔχει δὴ γεγραμμένον. & tamen fortaſſe rectius, *ai* non repetere, ſed diphtongum dividere, quod ſaepius à Poëtis fit, & Latinorum morem ſequi, apud quos *aï* eſt diſſyllabum; quod & in ipſo hoc Ajacis nomine licet cognoſcere. Nauger. *Et hya* quidem ferè legitur, ſicque legendum eſſe quidam praecipiunt, ſed aperte falluntur, cum *hya* literae nullum gemitum prae ſe ferant. *aiai* verò, quae vox eſt aperte gemitus ſignificativa, legendum eſſe facile contenderim, quamvis omnia, quae quidem mihi videre contigit, exemplaria refragentur. Regius. In duobus meis atque uno Vatic. *Et ya.* In alio Vatic. & Caeleſt. *Et ai ai.* Quod Theocritus & Sophocles in Ajace comprobant. Ciofan. Monſtra lectionum ſunt in antiquis libris, *& ya, & ae, & ay. & ia, & aia. & e e. & eae, & ae ae* pluraque hujus notae. vulgata ſcriptura ſincera eſt. quod ſatis confirmant, quae praecedunt:

Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit.

Et in Faſtis libro V. 223.

Prima Therapnaeo feci de ſanguine florem,
Et manet in folio ſcripta querela ſuo.

Nec abludunt illa Columellae lib. X.

Et male damnati moeſto de ſanguine ſurgunt
Aeacidae flores.

Ita ſcribo; *Aeacii flores* nunc perperam circumfertur. Moſchus Epicedio Bionis,

Νῦν ὑάκινθε, λάλᾳ τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἰ αἰ

Λάμβανε τοῖς πετάλοισι.

pro vulgata etiam ſtat illud Noſtri,

—— *cum ſe fortiſſimus Ajax*
Addat in hunc florem, folioque legatur eodem.

hinc Virgilio Ecl. III. *inſcripti nomina regum flores* hyacinthi dicuntur. ubi Servius cum Probo inſigniter nugatur, cum negat Ajacis nomen hyacinthis eſſe inſcriptum, ſed *Hya*, primas Hyacinthi literas. Plinius l. XII. cap. II. de hoc flore: *Ita diſcurrentibus venis, ut Graecarum literarum figura Ai legatur inſcripta.* Nonnus Dionyſ lib. III.

Γράμματα δενδρύεντα φιλοκλαύτων ὑακίνθων.

Et mox:

Αἴλινον αὐτοκέλευστον ἐπιγράψας ὑακίνθων.

Hinc ἄγραπτα ὑακίνθου. Theocriti enim Idyllio X. habes:

Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντί, καὶ ἄγραπτα ὑάκινθος.

Ubi Scholiaſtes: Τὸν ὑάκινθον φασὶν, ἀπὸ ⸗ αἱματος ⸗ Αιαντος ἀναδοθῆναι, τὸ σὺ Τροια μανέντος. Δηλά τοι τῦτο ἔχειν ἐγεγραμμένον αἰ αἰ τὸν ἀρχὸν ⸗ ὀνόματος ⸗ Αἴαν⸗ Δηλῶ τῦτο ὃν καὶ γραπτὸν νῦν αὐτὸν εἶπον. ἀγραπτὸν ὑάκινθος, ἢ ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ γεγραμμένα γράμματα θριώδη, ἐκλελοιπότι τὸ, αἰ, αἰ.

Nec genuiſſe pudet Sparten Hyacinthon: honorque
Durat in hoc aevi, celebrandaque more priorum
Annua praclatâ redeunt Hyacinthia pompâ.

Fab. VI. Argumentum.

Cypri incolae in boves.

Amathus [a] *oppidum in inſulâ Cypro, cujus incolae, obtritâ conſuetudine humani generis,* [b] *ſoliti* [c] *in aràs Jovis, quae proxima erat deae, advenas immolare. Quorum crudelitate Venus offenſa, ne* [d] *relinquere ſedes ſuas cogeretur, in boves* [e] *eos vertit,* [f] *qui à magnitudine cornuum Ceraſtae apud Salaminios ſunt nominati.*

At

& plura, quae illic ſequuntur ex aliis Scholiis depromta. Euphorion:

Πορφυρίη ὑάκινθε, σὲ μὲν μία φάτις ἀοιδῶν
Ῥοιτείης ἀμάθοισι δεδεσπότῳ Αἰακίδαο,
Εἰαρὸς ἀντέλλειν γεγραμμένα κωκύσαν.

Quomodo illos Euphorionis verſus caſtigavit vir ſummus Iſaacus Caſaubonus, qui apud Theocriti Scholiaſten mendoſi circumferuntur. aliter eos caſtigavit ad Solinum Salmaſius pag. 1042. idem pag. 1223. monet hunc hyacinthum notis inſcriptum eſſe Iridem, non hyacinthum vulgarem. Noſter libro XIII. 397. de Morte Ajacis:

Littera communis mediis pueroque viroque
Inſcripta eſt foliis, haec nominis, illa querelae.

Quibus verbis manifeſte denotat, τὸ αἰ αἰ bis hyacinthi foliis inſcriptum eſſe, & quidem ſic, ut alterum αἰ deſignare contendat Ajacis nomen, alterum querelae eſſe à Phoebo in Hyacinthi exequiis effuſae. Auſonius Cupidine crucifixo:

Et crocus auricomans, & murice pictus Adonis,
Et tragico ſcriptus gemitu Salaminius Ajax.

Tragico gemitu τὸ αἰ αἰ deſignatur. Denique Plinius Naturali Hiſtoria libro XXI. cap. 11. *Hyacinthum comitatur fabula duplex, vel luctum praeferens ejus, quem Apollo dilexerat, ut ex Ajacis cruore editi: ita diſcurrentibus venis, ut Graecarum litterarum figura AI legatur inſcripta.* Quae vulgatam in Naſone lectionem egregie confirmant, quam & Voſſius tuetur operis Grammatici libro primo cap. 32. Sed ſcribendum in Plinio cum optimo codice Thuaneo, *aut ex Ajacis cruore editis ita diſcurrentibus notis*, mutata diſtinctione. perperam Salmaſius pro *editi* corrigebat *edens* ad Solinum pag. 1042. Ceterum quod hyacinthum cum eo flore confundit Naſo tam hoc loco, quam libro Metamorphoſeon XIII. ubi mortem Ajacis commemorat, in eo adſentientes ſibi habet ſcriptores plurimos, ut jam vidimus. Pauſanias tamen libro primo teſtatur, Salaminios aſſeverare, florem Ajace jam mortuo apud ſe enatum eſſe ſubcandidum & modice ruſcentem, illio minorem, qu. eaidem, quas hyacinthus litteras inſcriptas referret, quo ipſo hunc florem diverſum ab hyacintho facit. Heins. Vide Parrhaſ. ad Claud. II. de Rapt. 131. & Th. Barthol. de Medicis Poëtis pag. 8.

216. *Litera ducta eſt.*] Scripta eſt: nam literae, dum ſcribuntur, *duci* proprie dicuntur. hinc autem aperte etiam colligitur αἰαῖ legendum eſſe. αἰ namque eſt vox, qua etiamnum in funeribus & fletibus uti ſolemus. Regius. Ad id videtur alludere, quod ſcribit idem Sophocles ibidem:

Αἰ, αἰ, τίς ἄνπερ αἰέθ' ὧδ' ἐπώνυμον
Τὸμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς.
Νῦν γὰρ πάρεστι κἀδὶς αἰάζειν ἐμοί,
Καὶ τρὶς. - - -

Et Plinius lib. XXI. cap. 11. *Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum praeferens ejus, quem Apollo dilexerat, aut ex Ajacis cruore editi, ita diſcurrentibus venis, ut Graecarum litterarum figura AI legatur inſcripta.* Et Moſchus in Epitaph. Bionis bubulci: Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, κἠ πλέον αἰ αἰ Λάμβανε σοῖς πετάλοισι. Ciofanus. Lege quae Rigaltius in Tertullianum de Coronis, & quae G. Sabinus referat de ejuſmodi flore ad Laz. Bonamicum, Alexandria allato. Farnab.

217. *Nec genuiſſe pudet.*] *Genuiſſe* vetuſtiores. ſequentia id requirunt. Heins.

217. *Sparten Hyacinthum.*] Non ſimpliciter de loco ſeu patria accipiendum, ſed & de perſona Sparta. fuit enim haec uxor Lacedaemonis, mater Amyclaei, ipſiusque Hyacinthi avia. ut Pauſanias tradit. Micyll.

218. *In hoc aevi.*] *In hoc aevo* Gronov. *in hoc aevum* Voſſian. Argent. & duo alii. nihil muta. Plin. XIII. cap. 4. *ampliſſima arborum ad hoc aevi exiſtimatur Romae viſa.* ita dicebant, *hoc* vel *id noctis, aetatis, temporis.* vid. Graev. ad Cicer. v. Verr. 49. & Jac. Gronov. ad Macrob. I. Sat. 17. Burm.

219. *Praelatâ pompâ.*] *Praelatae pompae*, Cantabr. *celatâ pompâ* unus Med.

219. *Hya-*

AT ſi forte roges fecundam Amathunta metalli,
An genuiſſe velit Propoetidas, abnuat aeque,
Atque illos, gemino quondam quibus aſpera cornu
Frons erat; unde etiam nomen traxere Ceraſtae.
Ante fores horum ſtabat Jovis Hoſpitis ara,
Lugubris ſceleris: quam ſi quis ſanguine tinctam
Advena vidiſſet; mactatos crederet illic
Lactentes vitulos, Amathuſiacasve bidentes:
Hoſpes erat caeſus. ſacris offenſa nefandis,
Ipſa ſuas urbes, Ophiuſiaque arva parabat
Deſerere alma Venus. Sed quid loca grata, quid urbes

Pecca-

219. *Hyacinthia.*] Horum feſtorum meminit Pauſanias bis in Laconicis lib. III. 19. Ἐν Ὑακινθίοις, περὶ τῆς τοῦ Ἀπόλλωνος θυσίας ἐς τοῦτον, Ὑακίνθῳ τὸν βωμὸν λέγουσι θύρας χαλκᾶς ἀναγίζουσι. & in Meſſenicis lib. IV. 20. Farnab. Macrobius lib. I. Sat. 18. *Apud Lacedaemonios in ſacris, quae Apollini celebrant, Hyacinthia vocantur, hedera coronantur Bacchico ritu.*

a *Oppidum.*] *Eſt oppidum* Colon.

b *Soliti.*] *Soliti erant* Colon.

c *In ara.*] *In* deeſt Parm. Lugd. *in ara, quae proxima erat templo deae Veneris* Colon.

d *Relinquere.*] *Derelinque, e* Colon.

e *Eos vertit.*] *Eos* ignorant Parm. Lugd. *illos* Micyll. *eos homines* Colon.

f *Qui a.*] *Et quia m. co. erant, Ceraſtae* Colon.

200. *Foecundam Amathunta metallis.*] *Metalli* malim cum uno Gronoviano. ſic infra 531. vetus codex, *gravidamque Amathunta metalli.* quomodo & apud Silium libro II. 219.

Mellis apes gravidae.

Apud Claudianum, *foetae Martis novales.* Bello Getico ỳs. 25. & in Apono, *ardentis foecundus aquae.* & Sidonius Apollinaris carmine XV. de Palla Jovis:

Ebria non ſolum ſpirat conchylia ſandix.
Infertum nam fulmen habet, ſiloque rigenti
Ardebat gravidum de ſtamine fulguris oſtrum.

Ita exiſtimo verſus illos eſſe ſcribendos, nam quid ſibi velit, *de fragmine fulguris* non aſſequor. Heinsius.

221. *Annuat aeque.*] Imo, *abnuat.* certe *abnuit* in multis veterum. quatuor cum prim. Reg. *abnuet.* Idem.

223. *Ceraſtae.*] Qui hoſpites immolando maximo ſibi dedecori fuerunt. Unde *etiam nomen traxére Ceraſtae.* Κέρας, unde *Ceraſtae* declinantur, cornu dicitur. nam in fronte duo cornua habebant, unde & Cyprus ipſa Ceraſtis à quibusdam fuit appellata. Regius. Sed ejus nominis rationem Stephanus inde tractam dicit, quòd multa κέρατα, hoc eſt, ἄκρα ſeu promontoria habeat Cyprus. Et videtur ſanè inſulae nomen fabulae dediſſe locum, non autem contrà. Micyll. Vide Meurſii Cyprum lib. I. cap. 2.

225. *Lugubris ſceleris.*] Haec mendoſa ſunt. Florent. S. Marci, *Inlugubris celeri.* Neapol. prim. Medic. & quatuor alii, *Inlugubri ſceleris. Inlugubris ſceleri* prim. Vatican. tert. Medic. & duo alii. at Spirenſis, *Inlugubris ſceleris.* Bernegger. ſec. Palat. prim. Erfurt. & ſex alii, *Illugubris celeris.* unus Medic. & Jureti excerpta, *Illugubris ſceleri. Lugubris celeris* Arond. & Genev. *Lugubris celeri* unus Leidenſ. *Lugubris ſceleri* tres. alter Hamburg. *illugubris ſceleri.* Forte, *Ilicibus celebris.* ut III. Amor. v. 3. *celeberrimus ilice lucus.* vel, *In luco obſcuro.* vel, *Ilice ſub veteri.* ut apud Virg. II. Æneid. 513.

—— *juxtaque veterrima laurus*
Incumbens arae.

Viderint acutiores. Heinsius. Hunc locum inter deſperatos numerat vir Cl. loquitur autem Poëta de ara Ceraſtarum, Jovi Hoſpitali ſacra, nec minus quam illa Buſiridis, aut Dianae Scythicae, multa advenarum caede ac ſanguine reſtagnante. Lectiones diverſas ſcire ſi aves hae ſunt, *inlugubris celeris, ſceleri, inlugubri ſceleris,* & *illugubris ſceleris.* Ego autem verba tranſpoſita putem, quae ſi ſuo loco reddas, nullo negotio elicueris, *caedibus illuſtris.* Qui verus & genuinus hujus loci ſenſus. τὸ enim *illuſtris* aeque ac *nobilis, famoſus, inſignis,* in utramque partem accipi poſſe nullus dubito, cum *illuſtrem avaritiae viam* dixerit Cicero &c. Schepper. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. Forte legendum, *lugubris Veneri;* quia illa abhorret à ſanguine & ſacris his nefandis, & potius hoſpites & advenas coitu virginum ſe proſtituentium excipiebat. vide Juſtin. XVIII. 5. & hoc ſequentia probant. Burm.

227. *Amathuſiacasve bidentes.*] *Amathuſiadesque* unus Leidenſis. Lege, *Amathuſiadasve.* ſic *Amathuſias renidens* in verſibus Symmachi, quos emendabo infra hoc libro ad ỳs. 558. Heins.

Peccavere meae? quod crimen, dixit, in illis?
Exſilio poenam potius gens impia pendat,
Vel nece; vel ſi quid medium mortisque fugaeque.
Idque quid eſſe poteſt, niſi verſae poena figurae?
Dum dubitat, quo mutet eos; ad cornua vultum
Flexit: & admonita eſt haec illis poſſe relinqui;
Grandiaque in torvos transformat membra juvencos.

Fab. VII. Argumentum.

Propoetides in lapides.

Propoetides, [a] *filiae Amathunteae*, *adſpernatae Venerem*, *primae in trivio vulgavere corpora. Ob ejuſdem deae iram*, *quia* [b] *pudore induruerant*, [c] *in lapidem noviſſimè ſunt transfiguratae.*

SUnt tamen obſcaenae Venerem Propoetides auſae
Eſſe negare Deam: pro quo ſua, numinis irâ,
Corpora cum formâ primae vulgaſſe feruntur.

Utque

229. *Ipſa ſuas urbes.*] Mox iterum ſequitur, *quid urbes.* neque repetitio hic placet, quia tunc & *arva* repetenda eſſent, cum nunc *loca grata* dicat, quae tam templa, quam urbes vel arva notare poſſunt. quare cum uno Leidenſi legerem, *ipſa ſuas ſedes*, &c. nam ita paſſim *ſedes* Deorum ſunt loca, ubi coluntur. Stat. v. 558. *Nullos Veneri ſacravimus aras*, *Nulla Deae ſedes.* Cicer. v. Verr. cap. ult. *Alterum*, (Cereris ſimulacrum) *Ennae ex ſua ſede ac domo ſuſtulerit.* quamquam in his locis & de baſi, in qua ſtatua erat poſita, poſſet capi. ſed Tacitus III. Hiſt. 72. Capitolium vocat *ſedem Jovis optimi Maximi.* Vide quae nos in Jove Fulgeratore cap. XIV. olim notavimus. poſſet & legi, *ipſa ſuas aedes.* ſic *urbs* & *aedes* lib. II. Faſt. 616. confuſae. *aedes* etiam & *ſedes* permutatas, praeter ea quae tradit eruditiſſimus Broukhuſius ad Tibul. I. Eleg. XI. 18. oſtendit, huc magis faciens Claudiani locus I. de Rapt. 201. ubi de Ida monte:

Hic ſedes auguſta Deae, *templique colendi*
Relligioſa ſilex.

Ubi Heinſius reponit cum Aldo & aliis, *aedes auguſta.* Burm.

229. *Ophiuſia arva.*] Cypria. alludit autem poëta ad priſcum illius inſulae nomen: *Ceraſtis* namque etiam cognominata fuit à genere quodam ſerpentis, vel quòd multa cornua, hoc eſt, montium vertices habeat, *Ophiuſia* verò ſerpentina poſſumus interpretari. Regius. Hujus nominis, neque apud Graecos Stephanus aut Strabo, neque apud Latinos Plinius aut Mela meminêre. Sed tum quia idem nomen multarum inſularum fuit, (Nam & Hiſpaniae quaedam, & Aegei maris alia, item quae Tenus dicitur, & ea quae propriè Rhodos, aliquando Ophiuſae nomine appellatae fuêre.) demus hoc poëtae, ut is vel in mnemonico errato lapſus fuerit, vel alia, nobisque incognita ratione Cyprum, Ophiuſam vocarit. Nam de ſerpentum genere, quos Ceraſtas dicunt, quae hîc à Regio afferuntur, rationem non habent. Micyllus. Vid. Meurſii Cyprum. Lib. I. c. 3.

[a] *Filiae Amathunteae.*] MS. & Venet. *Amanthuntae.* Ceteri editi, *Amathunte*, vel *Amathuntes. Amathuntis* eſſet ſcribendum. ſed Poëta non dicit Amathuntis fuiſſe filias. legerim, *feminae Amathuntheae.* Muncker. *Amanthuntae* Par. *Amathintae* Lugd. *Amathuntae* Micyll. & Colon.

[b] *Pudore induruerant.*] Ita Venet. & Micyll. Raener. *quia vero ad pudorem*, &c. MS. *quia pudorem duruerant.* forte, *quia pudorem exuerant.* Muncker. *quae*, *quia à pudore diverterant* Colon. ſed editiones fere omnes diſtinguunt poſt *iram*, & illa cum praecedentibus connectunt.

[c] *In lapidem.*] *In lapides.* Colon.

238. *Obſcaenae.*] Impias explicat Barth. VIII. Adv. 17.

238. *Propoetides.*] *Propretides* Urbinus. *Propaeïdas* Medic.

239. *Pro qua.*] Prim. Vatic. & quinque alii, *quo.* ut & à manu ſecunda Florent. S. Marci. idem à manu prima, *pro quis.* Heins.

240. *Corpora cum forma.*] Neſcio an hoc recte dicatur, forte melius, *corpora cum fama.* ſunt enim quae clam coëunt, & dum corpus jungunt, famam

Utque pudor ceſſit, ſanguisque induruit oris,
In rigidum parvo ſilicem diſcrimine verſae.

Fab. VIII. Argumentum.

[a] Pygmalionis ſtatua eburnea in virginem.

Pygmalion, offenſus impudentia [b] *vulgari Propoetidum, ſtatuit caelebs permanere. qui cum ſignum virginale ex ebore feciſſet;* [c] *captus ſpecie ejus, in vecordem incidit amorem,* [d] *& tota mente quaeſivit à dea, ut ei ſigno, cujus amore exarſiſſet, animam infunderet.* [e] *Qui ut egreſſus templo domum pervenit, comperit* [f] *voto ſe eſſe damnatum conjugii. Itaque* [g] *lactatus arte ſua* [h] *Paphum filium genuit, qui in inſula Cypro oppidum ſui nominis conſtituit.*

Quas quia Pygmalion aevum per crimen agentes
Viderat, offenſus vitiis, quae plurima menti
Femineae Natura dedit, ſine conjuge caelebs
Vivebat: thalamique diu conſorte carebat.

Interea

famam tamen pudicarum adfectant. hae vero publice omnium libidini patebant. ita & Dido queritur Epiſt. VII. 5. *famam, & corpus, & animum pudicum ſe perdidiſſe:* ubi etiam *formam* quidam codices inepte. Vide & Ep. IV. 27. & paſſim hae voces confuſae fuerunt. ſequentia quoque, *utque pudor ceſſit*, confirmant. Burm.

240. *Vulgaſſe.*] Videtur haec fabula à libidine & turpitudine Cypriarum mulierum occaſionem traxiſſe. nam & Herodotus & Juſtinus tradunt, antiquitùs Cyprias quaeſtu corporis dotem quaerere, vulgoque ad littus etiam advenis ac nautis proſtare ſolitas fuiſſe. quod illis commune fuit cum Babyloniis, ut idem Herodotus auctor eſt. Micyll.

241. *Sanguisque induruit oris.*] *Sanguis induruit* Nazar. Pavian. & alius. *induruit omnis* Junian.

[a] *Pygmalionis.*] *Pygmalion in vecordem amorem* Parm.

[b] *Vulgari.*] Deeſt Colon.

[c] *Captus ſpecie ejus.*] *C. ſ. in ejuſdem incidit amorem* Colon.

[d] *Et tota mente.*] *Et cum tota mente* Vett. Edd. cum MS. ita Parm. & Lugd. & Micyll. ſed *à Deo* Lugd. & Micyll. qui & in marg. *quaeſiviſſet. Et à dea tota mente petiit, ut eidem &c. anima infunderetur* Colon.

[e] *Qui ut.*] *Qui* ignorant Parm. Lugd. Micyll. Raener. *Qui ubi* Colon.

[f] *Voto ſe eſſe donatum.*] Elegantius foret, *damnatum* Hygin. Aſtron. lib. II. cap. 24. *Quo voto damnatam crinem in Veneris*, &c. Nepos Timol. 5. *dixit nunc demum ſe voti damnatum eſſe.* Liv. V. 15. *Haud mirum eſſe furere civitatem, quae damnata voti, omnium rerum priorem curam, quam religione ſe exſolvendi, habeat.* Virgil. Eccl. V. 80. *Damnabis tu quoque votis.* Confer quae habet Briſſon. de Form. lib. I. Muncker. Vid. Barth. ad Stat. II. Theb. 696. *donatum* habent omnes. ſed Colon. poſt eam vocem diſtinguit, & deinde legit non male, *Conjugio itaque l. artis ſuae, P. f. genuit.* ut *ars* ſit ipſum ſignum. de qua ſignificatione vide Broukh. ad Propert. III. VII. 39. Burm.

[g] *Laetatus arte ſua.*] *Artis ſuae* MS. eſt notus helleniſmus. ita *laetari malorum* dixit Maro Aeneid. XI. verſ. 280. nec non *laeta malorum* verſ. 73. Muncker.

[h] *Paphum filium genuit.*] Quid ergo ſibi vult Schol. Pind. ad Pyth. Od. II. 5. Οὗτος δὲ (Κινύρας) ἦν Ἀπόλλωνος υἱὸς καὶ Πάφου. κατ' ἐνίους δὲ Εὐρυμέδοντος, καὶ Πάφίας νύμφης. Aut femina fuit Paphus, aut ſcribendum, ἡ Πάφου. Muncker.

243. *Quas quia Pygmalion aevum.*] In meo libro praeclariore legitur, *Pygmalion nevum* cum duplici *n n*, quarum alterum, id eſt ultimum, ſine cauſa poſitum eſt. Vide quae collegi lib. XIV. Cio-fanus. De Pygmalione vid. Meurſ. Cypr. II. 16. qui regem Cypri fuiſſe docet. Sed Philoſtratum lib. V. de vita Apoll. Tyan. cap. 5. ſtatuarium feciſſe, notat Potterus ad Clement. Alex. Admonit. ad Gentes pag. 50. quod Noſter confirmat, qui ſculpſiſſe illum ait ebur. Burm.

243. *Per crimina agentes.*] *Per crimen* meliores. Heins.

244. *Menti femineae.*] Unus Mediceus, *ſorti.* ita

Interea niveum mirâ feliciter arte
Sculpit ebur; formamque dedit, quâ femina naſci
Nulla poteſt: operisque ſui concepit amorem.
Virginis eſt verae facies; quam vivere credas:
Et, ſi non obſtet reverentia, velle moveri.
Ars adeo latet arte ſuâ. miratur, & haurit
Pectore Pygmalion ſimulati corporis ignes.
Saepe manus operi tentantes admovet, an ſit
Corpus, an illud ebur: nec ebur tamen eſſe fatetur.
Oſcula dat, reddique putat: loquiturque tenetque:
Et credit tactis digitos inſidere membris:
Et metuit, preſſos veniat ne livor in artus.
Et modo blanditias adhibet: modo grata puellis
Munera fert illi conchas, teretesque lapillos,
Et parvas volucres, & flores mille colorum,
Liliaque, pictasque pilas, & ab arbore lapſas
Heliadum lacrimas. ornat quoque veſtibus artus:
Dat digitis gemmas; longoque monilia collo.
Aure leves baccae, redimicula pectore pendent.
Cuncta decent: nec nuda minus formoſa videtur.

Collocat

lib. IX. 675. *oneroſior altera ſors eſt.* Faſt. VI. 30.
Saturni ſors ego prima fui.
Vide Heinſ. ad lib. XIII. 651.

245. *Caelebs.*] *Felix* unus Heinſii.

246. *Thalamique.*] Unus Baſileenſis, *Thalamoque.* venuſte. *ſic conſortia corpora* lib. XIII. 343. HEINSIUS. ita Guntherus lib. I. Ligur. 322. *conſors foedus*, qui & ſaepe alibi hoc nomine ita uti ſolet.

248. *Sculpſit.*] *Sculpit* prim. Ambroſ. ſec. Medic. & duo alii. HEINS. *Scalpſit* Florent.

249. *Concepit.*] *Praecepit* unus Heinſii. vid. lib. VII. 22.

250. *Virginis eſt vere facies.*] *Verae.* HEINSIUS. Vid. I. Art. Amat. 62.

251. *Velle moveri.*] *Poſſe* prim. Gronov. & alii duo. HEINS.

252. *Ars adeo latet arte ſua.*] Ita diſtingue. IDEM.

253. *Simulati corporis.*] *Pectoris* duo. *ſimulatae conjugis* Junian. *ignem* etiam unus.

255. *Nec adhuc ebur eſſe fatetur.*] *Nec ebur tamen* prim. Gronov. rectius. HEINS.

260. *Teretesque lapillos.*] Leves & rotundos, è litore lectos, quales in deliciis fuiſſe puellis Noſter lib. II. Amor. XI. 13. ſignificat:

Nec melius tenues conchas, pictosque lapillos
Pontus habet: bibuli litoris illa mora eſt.

Et quibus etiam ſolebant ludere, vide Caſaub. ad Suet. Aug. cap. LXXXIII. BURM.

262. *Lilia perpictasque pilas.*] *Liliaque pictasque pilas* emendavi ex veteribus libris. CIOFAN. *Liliaque pictasque pilas.* Cantabrig. Urbin. Thuan. prim. Erfurt. prim. & ſec. Palat. & alii multi. Nec pauciores, *Liliaque & pictasque* proxime verum Zulichem. *Liliaque & pictas violas. tabulas* unus Palat. HEINSIUS. *Liliaque pictasque* etiam Gifan. Indic. Lucr. pag. 462. Heinſius etiam conjecerat, *lilia fert pictasque pilas.*

264. *Dat longa monilia collo.*] *Grata monilia* duo. *larga* Oxon. *lata* Arondel. In ſecundo Medicaeo & duobus aliis eſt, *longoque monilia collo.* quod placet, quia *longum collum* elegantibus formarum ſpectatoribus probari ſcio. Tibul. III. Eleg. 4.
Intonſi crines longa cervice fluebant.
Vide Junium de Pictura lib. III. cap. 9. *toto* dixit Juvenalis Sat. II. 83. loco ab hoc non multum abludente:

Accipient te
Paulatim, qui longa domi redimicula ſumunt
Frontibus, & toto poſuere monilia collo.

Ubi redimicula frontibus dat, quae Noſter pectori. BURM.

266. *Nec nuda minus formoſa videtur: Collocat hanc ſtratis concha Sidonide tinctis: Appellatque tori ſociam.*] Hac de re ſic Arnobius lib. VI. *Philoſtephanus in Cypriacis auctor eſt, Pygmalionem, regem Cypri,*

Collocat hanc ſtratis, conchâ Sidonide tinctis:
Adpellatque tori ſociam: adclinataque colla
Mollibus in plumis, tamquam ſenſura, reponit.
Feſta dies Veneri, totâ celeberrima Cypro,
Venerat: & pandis inductae cornibus aurum
Conciderant ictae niveâ cervice juvencae;
Turaque fumabant: cum munere functus ad aras
Conſtitit; & timidè, Si Dî dare cuncta poteſtis;
Sit conjux opto, (non auſus, eburnea virgo,
Dicere Pygmalion) ſimilis mea, dixit, eburneae.
Senſit, ut ipſa ſuis aderat Venus aurea feſtis,
Vota quid illa velint: &, amici numinis omen,
Flamma ter accenſa eſt; apicemque per aëra duxit.
Ut rediit; ſimulacra ſuae petit ille puellae:
Incumbensque toro dedit oſcula. viſa tepere eſt.
Admovet os iterum: manibus quoque pectora tentat.
Tentatum molleſcit ebur: poſitoque rigore
Subſidit digitis, ceditque: ut Hymettia ſole
Cera remolleſcit, tractataque pollice multas
Flectitur in facies, ipſoque fit utilis uſu.

Dum

Cypri, ſimulacrum Veneris, quod ſanctitatis apud Cyprios & religionis habebatur antiquae, adamaſſe, ut feminam mente, anima, lumine rationis judiciique caecatis, ſolitumque dementem, tanquam ſi uxoria res eſſet, ſublevato in lectulum numine, copularier amplexibus atque ore, resque alias agere libidinis vacuae imaginatione fruſtrabiles. Ciofanus.

267. *Tinctis.*] *Pictis* Medic. Baſil. mox *inclinataque* Junian. & quatuor alii.

270. *Feſta dies Veneris.*] *Veneri* prim. Strozzae. Heins.

271. *Et blandis indutae cornibus aurum Conciderant ictae, &c.*] Sic legitur in libris ſcriptis. qui aliter legunt, errant. Ciofan. *Inductae* plerique vetuſtiores. dixi lib. vii. ℣s. 161. Deinde *pandis cornibus* jam puer olim legendum vidi. neque aliter in ſuis ad me literis Noſter Gronovius. in uno meo, & uno Baſil. & prim. Erfurt. *auratis ornatae cornua vittis*, vel *ſertis*. ſed perperam. *blandus* etiam pro *pandus* perperam legitur apud Val. Flaccum libro ii. 451.

Alcides Telamonque comes dum littora pando
Anfractu ſinuoſa legunt, vox attigit aures
Flebile ſuccedens, ceu fracta remurmurat unda.

Nam *blando anfractu* nihil eſt. male etiam illic, *cum fracta remurmurat unda* vulgati. Heins.

272. *Juvencae.*] Atqui ture tantum, non ſanguine Veneri ibi ſacra fiebant. vide Meurſium lib. i. Cypri cap. 16. qui hoc Papho nondum conditâ fieri ſolitum credit. *pictae nivea* Medic. Reg. & Thua. *ictae rauca* Bonon.

273. *Cum munere.*] *Quo munere* Gronov. & unus Medic. *ad aram* etiam Cantab. & tres alii.

276. *Similis mea, dixit, eburnae.*] *Eburneae* Oxon. prim. Erfurt. aliique multi. rectius. adeantur adnotata lib. vii. 224. Heins.

277. *Aurea feſtis.*] *Templis* pr. Gron. *ſacris* Genevenſ.

278. *Numinis.*] *Muneris* Voſſian. & tres alii, & MS. Berſm.

280. *Puellae.*] *Figurae* quinque libri.

284. *Subſedit.*] *Subſidit* bene unus Medic. *Ceditque* etiam proprie. Catal. Pith. p. 40.

Ut laus eſt cerae, mollis cedensque ſequatur
Si doctos digitos, juſſaque fiat opus.

Ubi male Pithoeus, *ceſſiſſe ſequatur*, deceptus mala diſtinctione. *tractata* etiam proprie mox, ut Lucret. iv. 231. *tractata manibus figura.* Heins. Vid. ad Quinctil. de Inſt. Orat. xi. 1.

285. *Multas Vertitur in facies.*] *Flectitur* plerique meliores. ſic apud Horatium Art. Poët. 163. *Cereus in vitium flecti.* Alcim. Avitus i. 76.

Cur artis in uſu eſt
Flectere laxatas per cuncta ſequacia ceras.

Male plurimi veterum, *multas quae pollice tracta.* Heinsius.

287. *Et*

Dum ſtupet; & timidè gaudet; fallique veretur;
Rurſus amans, rurſusque manu ſua vota retractat.
Corpus erat: ſaliunt tentatae pollice venae.
Tum vero Paphius pleniſſima concipit heros
Verba; quibus Veneri grates agat: oraque tandem
Ore ſuo non falſa premit: dataque oſcula virgo
Senſit; & erubuit: timidumque ad lumina lumen
Attollens; pariter cum coelo vidit amantem.
Conjugio, quod fecit, adeſt dea. jamque coactis
Cornibus in plenum novies lunaribus orbem,
Illa Paphon genuit: de quo tenet inſula nomen.

Fab. IX. Argumentum.

Myrrha in arborem ſui nominis.

Myrrha, [a] *Cinyrae & Cenchreidis filia, iracundiâ Veneris,* [b] *quod ſibi mater ejus praeferretur, patrem impio amore dilexit: nec viam potiendi inveniens,* [c] *cogitur ſuppendium*

287. *Et dubio gaudet.*] In uno meo & Dominic. *Et modico gaudet.* In Caeleſt. *Modice.* Vatic. *Medio gaudet.* Ego *Modico* magis probo. Ciofan. *Medium* MS. ſed fortaſſe *modicum* ſcribere voluit. nam & Ciofani libri duo habent *modico.* Bersman. *Et medio* multi. Arondel. & tres alii, *timide.* placet. l. ix. 791.

Nec timida gaudete fide. Heins.

288. *Retractat.*] *Retentat* Palat. & quatuor alii; ut ſupr 254. & 282. *tentare* utitur. vide ad Phaedr. iii. Fab. x. 26. & amat hoc verbum Noſter. vid. lib. i. 746. Burmannus.

290. *Paphius.*] Recte Berſmannus per prolepſim ita dici notat: nam Paphus demum ex Pygmalione natus. Meurſ. lib. ii. de Cypr. cap. 9. Memoriae vitio de Cinyra capit Paphi filio. Burm.

290. *Pleniſſima concipit heros Verba.*] Quaenam vero ſunt *verba pleniſſima?* mihi certe non intellecta: quare non diſplicet unius Heinſiani ſcriptura, *pleniſſima vota. plena vota*, ſunt, ut fruatur & coëat cum imagine illa eburnea, jam femina facta. ſic lib. i. Ar. 671.

Quantum defuerit pleno poſt oſcula voto.

Et ita Petron. cap. xcvii *& hic quidem pleniorem ſpem concepit.* de votis autem hoc ſenſu vide ad Petronii cap. lxxxvi *vota* vero & *verba* confundi docuit jam Heinſius ſupr. ad lib. iv. 387. Burmannus.

291. *Grates agit.*] *Agat* ex caſtigatioribus. Heinsius.

293. *ad lumina lumen Attollens.*] *Ad limina* cum uno Moreti & uno Bonon. Val. Flac. lib. vii. 21.

Jam jactata toro, nimiumque experta cubile,
Ecce videt tenui candeſcere limen Eoo.

Lumina tamen pro feneſtris poſſunt accipi. ut apud Ciceronem de Oratore. *Cum aedes venderet, in mancipio lumina, uti tum erant, recepit.* Heinsius. Male: per *lumina* hic ſolem intelligi patet ex ſequentibus, *cum coelo vidit amantem.* ita & i. Met. 10.

Nullus adhuc mundo praebebat lumina Titan.

Et ita *lumina ſolis* lib. i. 135. & paſſim.

297. *Illa Paphum.*] *Paphon* vetuſtiores plerique. Heinsius.

[a] *Cinyrae &.*] *Cinyrae Cenchridis f.* Colon. *Cinyrae Cenchreïdis* Lugd.

[b] *Quod ſibi mater, &c.*] Ita Raenerius. MS. *τὸ ſibi* non habet. Venet. & Micyll. *quod mater ejus praeferretur deae.* Muncker. Ita Parm. Lugd. *quod eam mater deae praeferret.* Colon. & in Marg. Micyll. qui in eam ſententiam etiam Hyginum fabulae meminiſſe notat.

[c] *Cogitur.*] *Cogitavit* Colon. rectius ut puto.

[d] *Elegantius ſcrutatur.*] *Dum dil. poſcit cauſam, vix tandem parentis eam amore correptam intelligit.* Colon. forte, *cauſam noſcit.*

[e] *Conſolata ergo.*] Haec a Raenerio lectio eſt. Venet. Micyll. & MS. *conſulta ergo puella.* forte, *conſolata puella.* Notum eſt praeterita participia deponentium ſaepiſſime paſſive ſumi, ne dicam jam etiam *conſolo* dixiſſe veteres. Unde vetus interpres Matth. cap. ii. *Rachel plorans filios ſuos noluit conſolari.* Leo Papa de Conſt Virt. & Vit. cap. xx. ex Matth. cap. 5. *Beati qui lugent, quoniam ipſi*

dium experiri. Cujus nutrix intra cubile gementis excepit vocem: & signis cognitis nefariae mortis, dum [d] *diligentius scrutatur, causſam poscit.* [e] *Consolata ergo puellam,* [f] *ei pollicetur, se effecturam, ut parenti sine ulla infamia jungatur:* [g] *cujus illa orationem in promissum tempus differt.* [h] *At anus die sollemni Cereris, quo mater ejus operata à viro secubabat, alumnam noctu* [i] *deducit ad Cinyram; praedicans forma ejus impulsam* [k] *sibi se credidisse:* [l] *qui data cupiditate* [m] *lumen inferri jussit, ut speciem ejus notam haberet.* [n] *cognitusque filiae pater stuprator, coactus est pudore, ferro stricto eam insequi. Quae duplici metu territa in silvam profugit: ibique misericordia ejusdem deae in arborem, quae ejus nomen indicaret, mutata est.*

Editus hac ille est, qui, si sine prole fuisset,
Inter felices Cinyras potuisset haberi.
Dira canam. natae procul hinc, procul este parentes:

Aut,

ipsi consolabuntur. Muncker. *Consulta* omnes reliquae ed.

[f] *Ei pollicetur.*] *Nutrix se effecturam pollicetur, ut p. s. infamia conjungatur* Colon.

[g] *Cujus illa orationem.*] Ita cum MS. etiam Venet. & Micyll. puto tamen scribendum, *cujus illa orationem.* Munckerus. Puto aberrasse operas: nam non video, quid correctio illa à textu differat. forte voluit, *oratione.* Raener. *Promissum in opportunum tempus differt.* à Colonienſi tota periodus aberat. mallem, *cujus illa oratione amorem in pr. t. differt.* vel, *mortem differt.*

[h] *At anus.*] *Die ergo sol. C. q. m. e. separata* Colon.

[i] *Deducit.*] *Ducit* Colon.

[k] *Sibi se credidisse.*] *Se concredidisse* MS. Munck. *Praedicans formosissimam puellam* (*filiam tacens*) *forma ejus, &c.* Raener. *Credere se alicui*, esse omnem in se potestatem alteri concedere, ex hoc loco, ut singulare quid, notat Barth. viii. Adv. 17. sed quis non hoc jam tradidit? de iis qui se hostibus permittunt vid. Lamb. ad Horat. iii. Od. 5. Victor. ad Cicer. iv. Fam. 7. *credere se Medico* nos vidimus ad Quinct. Decl. viii. 3. *credere se coelo* Decl. xiii. 17. & ita passim. Burm.

[l] *Qui data.*] Notat Barth. viii. Adv. 17. *dare cupiditatem* esse huic scriptori satiare, & phrasin eam esse percussam non triviali moneta. Immo, nec Gracè, nec Latinè. Scripserim, *sedata cupiditate.* Supr. lib. iv. cap. 5. *Cupiens, ut in antedictis, cupiditatem sedare*, Festus Avienus Descr. Orb. Terr. *Myrrha furor quondam Memyreus.* rescribe, *Cinyreius*; ad eundem modum *Heros Cinyreius*, & *Juvenis Cinyreius* dicitur Adonis à Nasone lib. x. Met. vs. 712. & 730. Auson. Epitaph. Her. 33. *Verum aut Persephonae Cinyreius ibat Adonis*, &c. Munckerus. *Expleta cupiditate* Marg. Micyll. *expleta cupidine* Colon. idem Barthius tamen tentabat, *data sui potestas.* & xxiii. Od. 11. *cupiditatem* speciatim apud Lutatium amorem esse notat.

[m] *Lumen inferri.*] *Adferri* Colon. Male. vid. ad x. Met. 473.

[n] *Cognitusque.*] Reliqua haec interpolata sunt in Colon. *Cognitâque filiâ pater stuprator coactus, &c. insequi. Quae j. m. territa in terram Sabaeam profugit, &c. arborem, quae mura nomen haberet, conversa est.*

298. *Editus & ille est.*] Cinyras, Pygmalionis filius, Myrrham genuit, quae, nefando patris amore capta, nutricis opera cum eo insscio concubuit, Adonemque concepit: quod cum resciviſſet pater, stricto ense filiam persequi coepit: illa vero fugiens in Arabiam usque pervenit, ubi longo errore fessa, deorum miseratione in arborem sui nominis fuit mutata. Regius. Lege, *Editus hac ille est*, ne versus deturbetur. Constant. Fanensis. Legendum, *Editus atque ille est*, propter carmen. Ceterum si Cinyras Pygmalionis fuit filius ac Paphi frater, videtur in Cypro natus: (ubi & Pygmalion) quem Cinyram Cypriorum regem quidam faciunt, ut Raphaël. Quomodo igitur *Panchaica Tellus Myrrham protulit?* nisi intelligamus patrem Cinyram fratri Papho Cypri imperio cessisse in Panchaiam, ubi Myrrham genuerit, quod est verisimile. nam ubi à patre filiae nequitia rescita est, postea ex Panchaia & Arabum regione, inquit poëta, venit Myrrha in Sabaeos. quasi Sabaei non sint Arabes. Verum in his fabulis exactam geographiae ac temporum rationem exigere nimis curiosi fuerit hominis, etiam si διηπορηκέναι περὶ ἑκάστου αὐτὸν οὐκ ἄχρηστον ἔστιν, ut ait Aristoteles. Glarean. Ego vero, *Editus ex illo est*, aut, *Editus hinc ille est*, legendum existimo, versus causſa, ut Cinyras (quem falso quidam *Cynaram* scribunt, quando & apud Pindarum in Nemeis, & apud Homerum, *Cinyras* dicitur, ἀπὸ τοῦ κινύρεσι, ut puto, quod conqueri

Aut, mea si vestras mulcebunt carmina mentes,
Desit in hac mihi parte fides; nec credite factum:
Vel, si credetis, facti quoque credite poenam.
Si tamen admissum sinit hoc Natura videri;
Gentibus Ismariis, & nostro gratulor orbi:
Gratulor huic terrae, quod abest regionibus illis,
Quae tantum genuere nefas. sit dives amomo,
Cinnamaque, costumque suam, sudataque ligno
Tura ferat, floresque alios Panchaïa tellus;
Dum ferat & Myrrham. tanti nova non fuit arbos.

Ipse

& lugere ferè significat) non Pygmalionis, sed Paphi filius accipiatur, quam sententiam & Boccatius secutus videtur in Genealogiis. quanquàm ille, *Editus hac ille*, pro *hinc* ibidem legat. Fabulam autem Myrrhae exponit μυθωλογικῶς Fulgentius lib. III. MICYLLUS. Opinor legendum, *Editus hoc ille est*, non *hac*. ut Paphi filium fuisse designet Cinyran, Pygmalionis nepotem. Certe Apollodorus, quanquam de Cinyra rem longe aliter narrat, tamen Pygmalionis generum facit, cujus filiam Metharmen duxerit uxorem. HEINS. Myrrham *Smyrnam* vocat, & Thiantis Beli filii & Orithyiae Nymphae filiam facit Antonin. Liberal. cap. XXXIV. ubi vide Munckeri notas, qui docet veteres admodum variare. in Cinyrae genealogia. Nicephorus Basilius in narratione II. ab Allatio editus, Thyantis filiam facit Myrrham, & Oppian. lib. III. vs. 403. Myrrham vocat Δάκρυον Ἀσσυρίης Θειάντιδος, vel ut alii legunt Θυάντιδος. ubi vide Rittersh. Thyantis filius etiam Cinyras à multis dicitur. vide Meurs. II. de Cypro cap. 9. ubi plura de Cinyra. quod autem Antoninus dicat in Libano natam, convenit illi, quod Lucianus de Dea Syria dicat, Cinyram templum Veneri in eo monte dedicasse. Arnobius vero lib. IV. p. 143. Cinyram meretriculam Venerem inter deas retulisse; & Firmicus de Error. Profan. Relig. p. 15. dicit Cynaram Cyprium amicae meretrici templum donasse, cui erat Venus nomen, & initiasse Cypriae Veneri plurimos, &c. Arnob. lib. V. pag. 169. eum conditorem Lustrorum Veneris facit. ditissimum & potentem fuisse (unde mox ỳs. 337. *magnus* dicitur.) apparet ex proverbio Κινύρου πλουσιώτερος, quod ex Appendice Vaticano Cent. III. 90. edidit Schottus, & ubi dicitur Pharnacis filius, Cypriorum rex. & Schottus ex Suida affert alia, ubi cum Sardanapalo & Tithono jungitur. ita & Lucianus Rhetor. praecept. p. 818. cum Sardanapalo, ut delicatum & mollem jungit: cum Tithono autem propter longum aevum componitur: nam vixisse annos CLX. ex Anacreonte refert Plinius lib. VIII. c. 48. ex Centur. VIII. Diogeniani, divitias Midae, Croesi & Cinyrae in paroemiam abiisse patet; ut & ex Apostolii Cent. XIX. 40. ubi Pantinus plura de Cinyra habet; quamquam dubitem an non duos hic Cinyras confuderit, cum ille Trojano bello vixisse dicatur. Ceterum fabulam etiam hanc vide apud Servium ad Virg. Ecl. X. 18. & V. Æneid. 72. ubi longè aliter narrat, & Myrrham in Myrtum mutatam prodit. & de Adone Cinyrae filio ad Eclog. VII. ỳs. 36. *Myrrham* vero ab aliis *Smyrnam* dictam, praeterquam quod ex Antonino vidimus, apparet ex Poëmate, quo hanc fabulam complexus est C. Helvius Cinna, & quod sub titulo *Smyrnae* citatur ab antiquis. & quod nonum post annum edidisse obscurumque fuisse tradit Philarg. ad Virg. Ecl. IX. 35. ex quo Prisc. lib. VI. pag. 718. laudat hunc versum:

At scelus incesto Cinyrae crescebat in alvo.

Ubi videtur legendum:

Smyrnae crescebat in alvo.

Sosipater lib. I. p. 61. citat:

Incertum turpi crescebat in alvo.

Producit alium Servius ad I. Georg. 288.

Te matutinus flentem conspexit Eous,
Et flentem paullo vidit post Hesperus idem.

Et ex eo credebat Heinsius etiam fuisse illum, quem citat Schol. Juvenalis ad Sat. VI. 155.

Atque imitata nives lucens legitur Crystallus.

Ut emendavit Rutgersius, pro *ludens*: Barthius vero lib. IV. Adv. 20. *Legitur Crystallina ludens.* Charisius etiam lib. I. pag. 73. & 118. notat Cinnam in Smyrna *hujus tabis* dixisse, nullo auctore. BURMANNUS.

300. *Procul hinc natae.*] *Natae procul hinc, procul este parentes* Cantabrig. Mediceus & duo alii. Suavius, ut in formula, *procul hinc, procul este profani.* duo etiam libri hic, *procul este sorores.*

301. *Aut mea.*] *At* plurimi scripti.

302. *Nec credite.*] *Ne* octo libri. *factis* Cantabr. Heinsius malebat, *facto*, ut seq. ỳs. *facti.*

305. *Gentibus.*] Aberat hic versus à Florentino S. Marci: & certe mirum videri potest, gratulari Poëtam Thraciae, ubi modo ỳs. 83. Orpheus docuerat, *amorem in teneros transferre mares*; quasi παιδερασία minus scelus incesto esset, à quo tamen

Ipſe negat nocuiſſe tibi ſua tela Cupido,
Myrrha, facesque ſuas à crimine vindicat iſto.
Stipite te Stygio, tumidisque adflavit Echidnis,
E tribus una Soror. ſcelus eſt odiſſe parentem:
Hic amor eſt odio majus ſcelus. undique lecti
Te cupiunt proceres; totoque Oriente juventus
Ad thalami certamen adeſt. ex omnibus unum
Elige, Myrrha, tibi; dum ne ſit in omnibus unus.
Illa quidem ſentit; foedoque repugnat amori:
Et ſecum, Quo mente feror? quid molior? inquit.

Dî,

men ſe alienum ſemper oſtendit Poëta. vid. lib. II. Art. Amat. 683. in ſeq. etiam verſu, *gratulor huic orbi* unus Ambroſ. venuſte, ſi prior verſus deleatur. Burm.

308. *Coſtamque ſuam.*] In duobus Vatic. meis & Briant. Caeleſt. *Coſtumque ſuum.* Utrumque rectum. Janus Parrahaſius, vir inſigniter eruditus & multiplicis lectionis, lib. II. in Claudianum De Raptu Proſerpinae verſ. 81. legit, ut eſt in veteribus libris, cujus haec ſunt illud interpretantis:

Quidquid turiferis ſpirat Panchaia ſilvis.

Panchaia, Sabaeorum regio, turifera, Soli conſecrata, quò redivivus Phoenix nidum defert. Ovid. x. Metamorph.

——— ——— *Sit dives amomo,*
Cinnamaque, coſtumque ſuum, ſudataque ligno
Thura ferat, floresque alios Panchaia tellus.

Flagrantiſſimo Solis ſideri ſubeſt Arabia, propterea gignit odoramenta, quae ſunt praeſtantia, multaque proveniunt, cùm Solis ardoribus in terrae venis humor excoquitur. Auctor Theophraſtus. repetit & Plutarchus in Sympoſiacis & in Alexandro. Ciofan. *Suam* Urbin. prim. Vatican. Oxon. & ſex alii cum nonnullis editionibus. ſic *Eoaque coſtus* Lucano IX. 919. *ſicca coſtus* Claudiano ex antiquis libris Nuptiis Honorii 95. ſic *infuſa Nardus* Prudent. Pſychom. vſ. 359. & Apotheoſ. ex veteri codice Puteaneo *ſenta rubus.* Heinsius. Vid. III. Art. 443.

309. *Floresque alios.*] Ita veteres, & rectè. Alii perperam, *Floresque ſuos.* Ciofan. *Flores varios* Baſil. & tres alii.

309. *Panchaïca tellus.*] *Panchaïa* meliores. bene. ſic Virg. II. Geor. 139.

Turiferis Panchaïa pinguis arenis.

In Culice Virgiliano 86. *Panchaïa tura* ex antiquis membranis. Heinsius. Male haec conjungi putat Samuel Petitus Comm. in Leges Atticas pag. 248. quia Myrrham adſcribit Panchaiae, quam tamen infr. vſ. 978. reliquiſſe Naſo dicit: legit ergo,

Sudataque ligno
Thura ferat (floresque alios) Panchaica, tellus,
Dum ferat & Myrrham, tanti nova non fuit arbor.

Ut *Thura Panchaïca* conjungantur. ſed incommode ſane inter *Thura* & *Panchaïca* interjiceretur, *floresque alios:* Panchaïa vero pars Sabaeorum fuit, unde non longe fugiſſe Myrrham credendum; nam & Servius ad Ecl. x. *in ſilvam* fugiſſe ait. Licet Noſter infr. verſ. 478. novem menſes erraſſe, relicta Arabia & Panchaïa, narrans, videatur longiorem fugam indicaſſe, & Sabaeos à Panchaeis diverſos feciſſe. ſed rectè Glareanus notat, fruſtra in fabulis, tot diverſis modis proditis, exactam temporis & locorum rationem quaeri. ſed quid de fabulis dico, cum nunc in tanta literarum luce Criſpinus noſter Arabas, populos eſſe Cypro inſulae oppoſitos dicat: eodem jure ac ſi quis ſcribat Britanniae non oppoſitam eſſe Galliam aut inferiorem Germaniam, ſed Lotharingiam, vel Burgundiam. Burm.

312. *A Crimine.*] *Ab crimine* unus Baſil.

313. *Te Stygio.*] *De* Jun. & MS. Berſm. *tumidis afflavit* Regius & Junian. ut eſſet, tumidis de ſtipite Stygio Echidnis. *tumidae* enim à veneno dicuntur. vid. lib. I. 460. Burm.

316. *Totoque Oriente juventus.*] Humani hic aliquid paſſus eſt vir, cetera doctiſſimus, Caſparus Hofmannus, qui libro III. Var. Lect. 4. *toto Oriente* nimis Poëticum eſſe cenſet, & ideo corrigit, *totoque Oronte*, ut Orontes ſit pro Syriae illa parte, quam Orontes irrigat. & fruſtra legi Pediae conatur ſatisfacere. donamus talia ſphalmata viro egregio, qui à Poëtica non ſatis inſtructus erat, ſed pudet tamen, & mallem tales emendationes Gorallo relictas, qui eo turpior, quod plane ἄμουσος auſus eſt profanas manus Poëtis, quos non intelligit, caſtigandis admovere. Quid vero nimis Poëtici, ſi ditiſſimi & potentiſſimi Regis filia a procis totius Orientis expetatur: nec Hiſtoricus vereretur hoc certa fide narrare, nedum Poëta, cui certe licet famam pulcherrimae puellae fingere, etiam ad longe remotas gentes diffuſam fuiſſe. Sic de Thisbe lib. IV. 56. *quas Oriens habuit praelata puellis.* Burm.

318. *Elige Myrrha virum.*] *Myrrha tibi* Neap. & ſec. Med. Heins.

318. *Dum non ſit ex omnibus unus.*] Hoc eſt,

Dî, precor, & Pietas, ſacrataque jura parentum,
Hoc prohibete nefas: ſcelerique reſiſtite tanto;
Si tamen hoc ſcelus eſt. ſed enim damnare negatur
Hanc Venerem pietas: coëuntque animalia nullo
Cetera delectu. nec habetur turpe juvencae
Ferre patrem tergo: fit equo ſua filia conjux;
Quasque creavit, init pecudes, caper: ipſaque, cujus
Semine concepta eſt, ex illo concipit ales.
Felices, quibus iſta licent! humana malignas
Cura dedit leges: & quod Natura remittit,
Invida jura negant. gentes tamen eſſe feruntur,
In quibus & nato genetrix, & nata parenti
Jungitur; & pietas geminato creſcit amore.
Me miſeram, quod non naſci mihi contigit illic,
Fortunàque loci laedor! quid in iſta revolvor?
Spes interdictae diſcedite. dignus amari

Ille,

uno patre excepto, quem vis ex omnibus elige. Regius. Dele ſubſtantivum verbum, & ſanabitur carmen. Constant. Fanens. Lego: *Dum non ſit in omnibus unus*, ſcilicet, pater. Alioqui verſus non ſtabit. Micyll. Vetus liber, *dum ne ſit*, &c. Ciofanus. *Dum non ex omnibus* Excerpt. Calandrae, quod non diſplicebat Heinſio, ſi legatur. *Elige Myrrha virum, dum non ex omnibus, unum. dum deſit in o. unus* Leidenſis.

319. *Repugnat.*] *Reſiſtit* Baſil.

323. *Si tamen hoc ſcelus eſt.*] Tota hac oratione mentis ac ſenſus pugna eſt. hic igitur ſenſus verba ſunt, quibus negatur eſſe ſcelus filiam cum patre concumbere. & vide, ut acceperit *pietatis* nomen ſequente verſu. Glarean.

324. *Coëuntque animalia nullo Cetera delicto.*] *Coeunt* ex vetuſtioribus quidam. *nullo delectu* fragm. Caeſenas. optime. niſi *dilectu* malis cum Florentino S. Marci, quod verum eſt. *diligere* enim idem, quod ſeligere. hinc militum *dilectus. deletu* fragmentum Boxhornii. unus Palat. & unus Voſſ. *dilecto.* Heins. Non convenit inter viros doctos, an *dilectus* an *delectus* militum ſcribendum ſit, neque in libris ſcriptis hic aliquid certi praeſidii eſt, quia utroque modo omnibus fere locis exhibent. Juretus vero ad Paullini vitam Martini lib. I. 27. *delectum* praefert, ſed ego cum clariſſimo Graevio facio, qui parum intereſſe cenſet, & *deligere* & *diligere* ejuſdem eſſe notionis docet ad Cicer. II. Verrin. cap. 10. & in Vatin. 16. Heinſium vero *dilectum* praeferre videbis ex notis ad lib. XIV. 678. ubi vide: & III. Pont. VI. 32. (licet ipſe in Virgilii ſua emendatiſſima editione ſemper *deligere* praetulerit, ut Eclog. IV. 35. II. Aen. 18. & alibi.) & in hac quoque fuit ſententia Lambinus ad Lucret. lib. I. 87. qui ita ſemper ſcriptam hanc vocem ſe reperiſſe in libris MSS. teſtatur. hic vero locus *τῷ delectui* patrocinatur, quia *delicto* alii codices. in quam vocem facilior lapſus ex ſimili *delectu*, quae recipienda: nam in hac phraſi ea uſitatiſſima. ita Cicer. in Rull. 22. *Ceteri agri ſine ullo delectu decemviris addicuntur.* Apulej. Metam. VIII. *Undique nos circumſiſtunt, & ſine ullo delectu lacerant.* Dictys Cretenſis lib. V. cap. 11. *Itaque inviolatum multis tempeſtatibus murorum opus, Neptunique, ut perhibent, atque Apollinis maxima monumenta multo dilectu civium manibus diſſolvuntur.* ita vulgo editur. ſed Obrechtus monet in ſcriptis eſſe, *nullo delicto.* quare legendum puto, *nullo delectu*; ſive *dilectu* quis malit cum Obrechto, qui alia exempla adducit. Minuc. Fel. de Fulminibus cap. V. *Sine delectu tangunt loca ſacra & profana.* & cap. XVI. *Sciunt omnes homines ſine delectu aetatis, ſexus, dignitatis, rationis & ſenſus capaces & habiles procreatos.* quae duo loca Heinſius indicaverat. Sueton. Neron. 37. *Nullus poſthac adhibitus delectus aut modus interimendi quoſcumque libuiſſet.* ſic *nullo diſcrimine* paſſim occurrit, quod idem notat. Burmannus.

328. *Semine.*] *Germine* Sixi. vid. lib. IX. 280.

328. *Ex illo concipit.*] *Ex illa* Neapol. prim. & tert. Medic. & tres alii. Heins.

333. *Ut pietas creſcat.*] MS. exemplar, *gemino concreſcat amore* Mariang. Accurs. in Diatribis. *Et creſcit* plurimi veteres. Heinsius.

339. *Nunc quia jam meus eſt.*] Lege, *Tam meus.* atque ita liber Langermannianus. Idem. Vid. ad Epiſt. III 67.

341. *Patriaque relinquere fines.*] Rectius codex Nau-

Ille, ſed ut pater, eſt. ergo ſi filia magni
Non eſſem Cinyrae, Cinyrae concumbere poſſem.
Nunc quia tam meus eſt, non eſt meus; ipſaque damno
Eſt mihi proximitas. aliena potentior eſſem.
Ire libet procul hinc, patriosque relinquere fines,
Dum ſcelus effugiam. retinet malus error amantem;
Ut praeſens ſpectem Cinyran; tangamque, loquarque,
Oſculaque admoveam, ſi nil conceditur ultra.
Ultra autem ſperare aliquid potes, impia virgo?
Nec, quot confundas & jura & nomina, ſentis?
Tune eris & matris pellex, & adultera patris?
Tune ſoror gnati, genetrixque vocabere fratris?
Nec metues atro crinitas angue ſorores,
Quas, facibus ſaevis oculos atque ora petentes,
Noxia corda vident? at tu, dum corpore non es
Paſſa, nefas animo ne concipe: neve potentis

Con-

Naugerii cum uno Bonon. *patriosque.* ſic *patrii enſes* libro x. 528. apud Lucanum:

Dum patrii veniant in viſcera Caeſaris enſes.

Hoc eſt Romani enſes, non Aegyptii. Stat. Theb. xi. 750.

Haud, inquit, patriis prohibebere longe
Finibus.

Virgil. Eclog. i. 68.

Patrios longo poſt tempore fines
Mirabar.

Noſter ii. Pont. vii. 65.

Eſt aliquid patriis vicinum finibus eſſe. Heins.

Virgilius tamen Ecl. i. vs. 3.

Nos patriae fines & dulcia linquimus arva.

Eadem diverſitas ii. Faſt. 666. & mox 359. & alibi:

342. *Retinet malus ardor amantem, Ut praeſens ſpectem.*] Niſi haec connectantur, non video quis ſit ſenſus, tametſi plerique libri colo, plerique ſeparant puncto. Glarean. *Error* prim. Moret. excerpta Jureti & alii viginti aut plures. *ardor euntem* prim. Gronov. Puto, *error euntem.* Vide Notas Triſt. i. Eleg. ii. vſ. 99. *error* pro amore Poëtis paſſim. quomodo apud Virgil.

Ut vidi, ut perii, ut me malus abſtulit error.

Apulej. xi. Met. *Cum me Fotis malis incapiſtraſſet erroribus.* nam & furor & inſania amor poëtis dictus, & amentes amantes & maleſani. Plato in Phaedr. iv. ſpecies *μανίας θείας* ſtatuit, fatidicam Apollinis inſpirationem, Bacchi myſtica, Muſarum afflatum. *Τετάρτην δὲ Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος ἐρωτικὴν μανίαν ἐφησάμεν γ' ἀρίστην εἶναι.* Noſter Amor. i. Eleg. x.

Cum bene pertaeſum eſt, animique reſanuit error.

Et Eleg. ii. ad Cupidinem,

Blanditiae comites tibi erunt, Errorque, Furorque,
Aſſidue partes turba ſecuta tuas.

Ita illis locis ſcribendum. Propertius libro i. Elegia xiii.

Quae tibi ſit felix, quoniam novus incidit error. Heinsius.

345. *Sperare.*] *Spectare* Moreti, Medic. & octo alii. *peccare* Vivian.

346. *Et quod.*] Lego, *Nec quot.* Const. Fanens. *Et* plerique ſcripti. *aut* unus Medic. *num quod* Leid.

347. *Matris pellex & adultera patris.*] Unus Mediceus, *matri pellex.* & tunc *adultera patri* legendum eſſet, & mox, *gnato & fratri.* ſic in Ibide 537.

Quodque ſuae paſſa eſt pellex invita ſorori.

Et i. Art. 295. quidam ſcripti:

Paſiphäe fieri gaudebat adultera tauro. Burm.

348. *Tune ſoror nati.*] In Caeleſt. & meo antiquiore, *gnati*, more antiquorum. Ciofan.

349. *Nec metues ſacro crinitas angue ſorores, Quas, facibus ſaevis oculos atque ora petentes, Noxia corda vident.*] Ut melius hoc intelligas, audi quid Cicero pro Sexto Roſcio cap. 24. dicat. *Nolite*, inquit, *putare, quemadmodum in fabulis ſaepenumero videtis eos, qui aliquid impie ſcelerateque commiſerint, agitari & perterreri furiarum taedis ardentibus. ſua quemque fraus & ſuus terror maximus vexat. ſuum quemque ſcelus agitat amentiaque afficit. ſuae malae cogitationes amentiaeque animi terrent. Haec ſunt impii aſſiduae domeſticaeque furiae, quae dies noctesque poenas à conſceleratiſſimis repetant.* Et in primo de Legibus cap. 14. *At vero ſcelerum in homines atque impietatum nulla expia-*

Concubitu vetito Naturae pollue foedus.
Velle puta: res ipſa vetat. pius ille, memorque
Juris. & ò vellem ſimilis furor eſſet in illo!
Dixerat: at Cinyras, quem copia digna procorum,
Quid faciat, dubitare facit; ſciatur ab ipſâ,
Nominibus dictis, cujus velit eſſe mariti.
Illa ſilet primò: patriisque in vultibus haerens,
Aeſtuat: & tepido ſuffundit lumina rore.
Virginei Cinyras haec credens eſſe timoris,
Flere vetat; ſiccatque genas; atque oſcula jungit.
Myrrha datis nimium gaudet: conſultaque, qualem
Optet habere virum; Similem tibi, dixit. at ille
Non intellectam vocem collaudat; &, Eſto
Tam pia ſemper, ait. pietatis nomine dicto
Demiſit vultus, ſceleris ſibi conſcia, virgo.
Noctis erat medium, curasque & corpora ſomnus
Solverat. at virgo Cinyreïa pervigil igni
Carpitur indomito; furioſaque vota retractat.
Et modo deſperat; modo vult tentare: pudetque,
Et cupit; &, quod agat, non invenit. utque ſecuri

Saucia

tio eſt. itaque poenas luunt non tam judicii (quae quondam nuſquam erant, hodie multifaria, nulla ſunt, ubi ſunt ficta, tamen perſaepe falſa ſunt) quam ut eos agitent, inſectenturque Furiae non ardentibus taedis, ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiae fraudisque cruciatu. CONSTANT. FANENSIS. In duobus Vatic. & duobus meis apertè legitur: *Nec metuens ſacro.* CIOFANUS. Quidam codices, *ſacro*, quod probabat Vivianus. ſed male: *atros* enim angues Furiis paſſim Poëtae tribuunt. vide ſupr. lib. IV. 455. XIV. 410. Stat. Theb. II. 282. legerem etiam potius, *metuas* cum Junii & Sprotii codicibus. *crinitas* etiam tres codices. BURM.

350. *Quas facibus.*] *Quam* Junianus. ut eſſet exclamatio, *quam ſaevis. quae* Thuan. pro varia lectione.

352. *Neve parentis, &c.*] In ambobus meis, Capran. & aliis nonnullis, *Neve potentis.* CIOFAN. Variant hic ſcripti, & pro utraque lectione multa dici poſſent. ita *parens Natura* Claudiano II. de Rapt. 45. Ciceroni, Senecae & aliis. ſed & *potens* eidem Claudiano II. Laud. Stil. 442. Horat. II. Sat. 143. Senec. Hipp. 1114. Juv. Sat. X. 303. & ſimiliter *naturae potentia* Plin. VIII. 4. & Noſtro lib. X. 757. ſed tamen huic forte loco conveniens magis eſſet, *patentis* legere, ut inter concubitus vetitos ſit oppoſitio. Natura patet ſatis late, & ut ex omnibus eligas permittit, dummodo à patris vetito concubitu te contineas. ſic lib. II. Am. XIX. 25.

Pinguis amor nimiumque patens.

Ubi & codices quidam, *potens.* BURM.

354. *Vetat.*] *Negat* Baſil. & Junian.

354. *Memorque eſt moris.*] Prim. Gronov. excerpta Jureti & quinque alii, *Juris:* recte. Vide ſup. 331. & IX. 530. HEINS. *Et ut vellem*, vel *ut ô vellem*, maluerat etiam Heinſius. *& hoc vellem* Junian.

356. *Copia digna.*] *Magna* Oxon. & unus Heinſii.

359. *Patrisque in vultibus.*] *Patriisque* cum Arondel. & uno meo, & altero Twiſdenio. HEINS. *Primoque patris in vultibus haerens* Gifan. Indic. Lucret. p. 462. & ita multi ſcripti.

361. *Virginei Cinyras haec credens eſſe timoris.*] In uno meo, *Credens haec eſſe timoris.* qui numerus videtur melior & ſuavior. CIOFAN. In multis erat, *pudoris*, quae lectio mihi prae alia placet, & ſaepe librarii has duas voces confuderunt.

364. *Optat habere.*] *Optet* plerique meliores. HEINSIUS.

368. *Curasque & corpora.*] *Curas &* Baſil. & ſeptem alii. *pectora* etiam Gronov. vid. VI. 489. & VII. 634.

369. *Igne.*] *Igni* ſec. Pal. prim. Erfurt. Spir. quatuor alii. HEINS.

371. *Tentare.*] *Captare* Medic. & alius.

372. *Quid*

Saucia trabs ingens, ubi plaga noviſſima reſtat,
Quo cadat, in dubio eſt; omnique à parte timetur.
Sic animus vario labefactus vulnere nutat
Huc levis, atque illuc; momentaque ſumit utroque.
Nec modus, aut requies, niſi mors, reperitur amoris.
Mors placet. erigitur: laqueoque innectere fauces
Deſtinat, &, zonâ ſummo de poſte revinctâ,
Care vale Cinyra, cauſſamque intellige mortis,
Dixit: & aptabat pallenti vincula collo:
Murmura verborum fidas nutricis ad aures
Perveniſſe ferunt, limen ſervantis alumnae.
Surgit anus, reſeratque fores; mortisque paratae
Inſtrumenta videns, ſpatio conclamat eodem,
Seque ferit, ſcinditque ſinus, ereptaque collo
Vincula dilaniat. tum denique flere vacavit;
Tum dare complexus, laqueique requirere cauſſam.
Muta ſilet virgo, terramque immota tuetur:
Et deprenſa dolet tardae conamina mortis.
Inſtat anus; canosque ſuos, & inania nudans
Ubera, per cunas alimentaque prima precatur,

Ut

372. *Quid agat non invenit.*] *Quod agat* cum Juniano. Heins. Lib. III. Faſt. 8.

Invenies & quod inermis agas.

Ubi etiam *quid* alii codices. & II. Art. 707. *Invenient digiti quod agant.* ubi vide.

374. *Omnique à parte timetur.*] Elegantior mehercule lectio, quam in uno Moreti codice deprehendi, *minatur.* Virgilium hic ante oculos habuit, qui lib. II. Aeneid. 626.

Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornum,
Cum ferro occiſam, crebrisque bipennibus inſtant
Eruere Agricolae certatim, illa uſque minatur,
Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat.

Et ab omni parte etiam unus Medic. Burm.

376. *Utroque.*] *Utrimque* quatuor libri.

377. *Amoris.*] *Amori* malebat Heinſius, cui aſſentior plane.

380. *Cauſſamque intellige mortis.*] Unus Mediceus & Arondelianus, *cauſſam te intellige.* ut Ep. X. 244.

Cur ſis tu mihi cauſſa necis.

Elegia in Druſum 270.

Cauſſaque dicemur nos tibi, Druſe, necis.

381. *Dixit & aptabat.*] Heinſius malebat, *dixit: ut aptabat*, &c.

383. *Limen ſervantis alumnae.*] Libro IV. ŷs. 421. monui videri ſcribendum, *limen alumnum.* ut & paulo poſt, *ante pedes ſupplex procumbit alumnos*, non *alumnae.* Heins.

384. *Mortisque paratae.*] *Parantem* Medic. & quinque alii. *parata* Gronov. & Medic. *& mortis apertae* Baſil.

386. *Sinus.*] *Comas* Junian.

387. *Tum denique flere vacavit.*] Peſſimè legitur hoc modo in vulgatis quibuſdam. In veteribus omnibus optimè eſt, *Flere vetavit.* Quod ad nutricem eſt referendum. Ciofan. Male in aliis, *vetavit*, vel *paravit.* lib. VI. 585.

——— *nec flere vacat, ſed fasque nefasque*
Confuſura ruit.

Lucanus libro II. 119.

——— *cui funera vulgi*
Flere vacet?

Stat. II. Achilleid. 261.

Quid precer heu, timeamque prius, quidve anxia mandem,
Cui vix flere vacat? Heins.

391. *Inſtat anus, canosque ſuos, & inania nudans Ubera, per cunas alimentaque prima precatur.*] Hunc locum expreſſit Seneca in Hipp. 246. apud quem loquitur nutrix, ut & hîc altera:

Per has ſenectae ſplendidas ſupplex comas,
Feſſumque curis pectus, & cara ubera
Precor, furorem ſiſte.

Nutrix in Hercule Oeteo 925.

Per has aniles ecce te ſupplex comas,
Atque ubera iſta paene materna obſecro,
Depone tumidas pectoris laeſi minas. Ciof.

Ut ſibi committat, quidquid dolet. illa rogantem
Averſata gemit. certa eſt exquirere nutrix:
Nec ſolam ſpondere fidem. Dic, inquit, opemque
Me ſine ferre tibi. non eſt mea pigra ſenectus.
Seu furor eſt; habeo quae carmine ſanet, & herbis.
Sive aliquis nocuit; magico luſtrabere ritu.
Sive eſt ira Deûm, ſacris placabilis ira.
Quid rear ulterius? certe fortuna domusque
Soſpes, & in curſu eſt: vivunt genetrixque, paterque.
Myrrha, patre audito, ſuſpiria duxit ab imo
Pectore. nec nutrix etiamnum concipit ullum
Mente nefas: aliquemque tamen praeſentit amorem.
Propoſitique tenax, quodcumque ſit, orat, ut ipſi
Indicet: & gremio lacrimantem tollit anili:
Atque ita complectens infirmis colla lacertis,
Senſimus, inquit; amas: & in hoc mea (pone timorem)
Sedulitas erit apta tibi: nec ſentiet umquam
Hoc pater. exſiluit gremio furibunda, torumque
Ore premens, Diſcede, precor; miſeroque pudori
Parce, ait. inſtanti, Diſcede, aut deſine, dixit,

Quae-

Τὸ *cunas* mihi non placet, &, ſi genium Poëtae novi, haud dubito ſcripſiſſe ipſum, *per canos alimentaque prima precatur.* quam lectionem veriſſimam eſſe probat *τὸ alimenta prima*, quod de uberibus intelligendum nemo neget. ſed male delicatus aliquis Ovidianas haſce delicias non potuit concoquere, quod & obfuit lib. XIV. 62. SCHEPPER. apud Tan. Fabr. lib. II. Epiſt. 71. nulla opus hic emendatione, nam *alimenta prima* non ſunt uberes, ſed à cunis reliqua educatio, ut firmat ſimilis locus lib. III. 313.

Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat.

Ubi proximo verſu, pro *lactisque alimenta dedere*, in uno Leidenſi erat, *alimentaque prima dederunt*, quod ex hoc loco repetitum eſſe puto. BURM.

393. *Rogantem.*] *Roganti adverſata* multi codices. *precantem* Med. Argent. & Thyſii.

395. *Nec ſolam ſpondere fidem.*] Niſi ſubjunxiſſet, *opemque Me ſine ferre tibi*, videri poterat *ἀναντιπόδοτον*, id eſt oratio altero defecta membro. GLAREANUS.

397. *Habeo quod carmine ſanet.*] *Quae ſanet* plerique vetuſtiores. HEINS.

198. *Luſtrabere ritu.*] *Cantu* Arondelianus & excerpta Langermanni, forte recte: ita *luſtrificus cantus* Valer. Flac. III. 448. qui ſaepe hac voce in magicis ſacris utitur. ut & *magicum carmen* VII. 351. *magicus ſonus* VII. 385. BURM.

399. *Sacris placabimus iram.*] *Placabilis ira* in Florent. S. Marci: Ponticis I. IX. 23.

—— *placabilis ira Deorum eſt.*

Faſt. II. 541.

—— *ſed & his placabilis umbra eſt.*

Pont. III. Eleg. III.

Effice ſit nobis non implacabilis ira.

Gratius 351.

Eſt aliud, quod praeſtet opis placabile numen.

Quomodo ibi ſcribendum, non *opus.* Val. Flaccus lib. IV. vſ. 471.

—— *namque en tibi noſtra voluntas:*
Si non ira Deûm coelo implacabilis urget.

Sic verſus mendoſiſſimi reſtituantur. Vide Notas Triſt. III. Eleg. V. verſ. 31. HEINS.

401. *Soſpes ab incurſu eſt.*] *Soſpes it* Florent. S. Marci & Neap. Lege, *ſoſpes & in curſu eſt.* quomodo Bernegger. Spirenſ. & à manu ſecundâ Florentinus S. Marci; ita Noſter ſaepe. vulgata ſcriptura parum Latina eſt. lib. XIII. 508.

In curſuque meus dolor eſt.

Pont. IV. Eleg. XI.

Dum dolor in curſu eſt, dum petit aeger opem.

Remed. Amor. 120.

Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori.

Sic, *furere in curſu*, Epiſt. V. 121. *in curſu famulae rapuere furentem.* ita ſcribe. non *incurſu.* Faſt. IV. 902.

In medio curſu tempora veris eunt.

Lib.

Quaerere quid doleam. ſcelus eſt, quod ſcire laboras.
Horret anus; tremulasque manus annisque metuque
Tendit: & ante pedes ſupplex procumbit alumnae.
Et modo blanditur; modo, ſi non conſcia fiat,
Terret: & indicium laquei, coeptaeque minatur
Mortis: & officium commiſſo ſpondet amori.
Extulit illa caput, lacrimisque implevit obortis
Pectora nutricis: conataque ſaepe fateri,
Saepe tenet vocem: pudibundaque veſtibus ora
Texit: &, O, dixit, felicem conjuge matrem!
Hactenus: & gemuit. gelidos nutricis in artus,
Oſſaque (ſenſit enim) penetrat tremor: albaque toto
Vertice canities rigidis ſtetit hirta capillis.
Multaque, ut excuteret diros, ſi poſſet, amores,
Addidit. at virgo ſcit ſe non falſa moneri,
Certa mori tamen eſt; ſi non potiatur amato.
Vive, ait haec; potiere tuo; non auſa, parente,
Dicere, conticuit: promiſſaque numine firmat.
Feſta piae Cereris celebrabant annua matres
Illa, quibus niveâ velatae corpora veſte

Primitias

Lib. v. 245. *Vox erat in curſu.* lib. vi. 382. *Spes erat in curſu* Heinsius. Pro *certe* etiam maluerat olim Heinſius, *terrae fortuna domusque.*

402. *Duxit ab imo.*] *Traxit* Baſileenſis Moreti & unus Gronovii. parum referre puto. vide lib. ii. 774.

405. *Quodcunque eſt.*] *Quodcunque ſit* prim. Gronov. prim. Ambroſ. & quatuor alii. bene. Heinsius.

407. *Complectens membra lacertis.*] *Colla* ſec. Palat. aliquanto rectius. at in uno Mediceo, *nata.* venuſte. Natae enim alumnae à nutricibus appellabantur, & illae viciſſim ab alumnis matres. vide Nonium Marc. in *mater.* ſic Nutrix Phaedrae apud Euripidem ipſam allocuta:

—— βάρσει, τέκνον, καὶ μὴ χαλεπῶς
Μετάβαλλε δέμας.

Atque ita paſſim Tragici. & Nonnus initio libri iv. Dionyſ. ter quaterve. apud Statium Theb. vii. Antigone nutritorem Phorbantem *patrem* appellat. Medea ad nutricem apud Valerium Flaccum lib. v. 354.

Quae manus haec, certo ceu me petat agmine, mater,
Advenit, haud armis, haud unquam cognita cultu? Idem.

408. *Et in hoc.*] *An in hoc* quinque libri. *ſed in hoc* Medic. *ſed in hac* Jun. *& in hac* Bonon. *& ad hoc* tres alii. *ſed ad hoc* unus. Heinſius volebat, *ſed & hic.*

410. *Exſiliit.*] *Exiluit* vetuſtiores. Heins.

412. *Parce, ait, inſtanti diſcede aut deſine dixit.*] Admonuimus lib. vi. 280. non temere repetitum verbum *dixit*, etiam ſi praeceſſerit *ait.* ubi Niobe Latonae conviciatur. Glarean.

413. *Quid doleam.*] *Cur* quidam: duo etiam *quod:* forte, *quo.* vid. lib. vii. ỳs. 720.

414. *Tremulasque.*] *Trepidasque* Medic. unus.

417. *Coeptae.*] Cantabrig. Regius & duo alii, *captae.*

418. *Et officium.*] Nonnulli, *at officium.* Naugerius. Duo etiam codices, *confeſſo amori.* & *commiſſo ſpondet aperto* unus Regius.

424. *Senſit.*] *Sentit* Vatican. & quinque alii. *timor* etiam multi. *albaque torto* unus Heinſii: eadem varietas lib. xi. 386.

428. *Potiatur amore.*] *Amato* fragmentum Caeſenas, prim. Gronov. & duodecim alii. vide lib. vi. Faſt. 579.

430. *Dicere; conticuit.*] Prior Gronovii habet, *Dicere; jurato promiſſaque numine firmat.* Quod ego à librario profectum non puto. ita enim dixiſſe *jurare numina*, pro *per numina*, egregie docet ille antiquarum locutionum & majeſtatis linguae latinae vindex Broukhuſius ad Tibul. iv. xiii. 15. ita Noſter lib. ii. 41. *Dis juranda palus.* & Epiſt. ii. 23. *Nec te jurata reducunt Numina.* Burm.

431. *Feſta piae Cereris.*] Theſmophoria à Graecis

Primitias frugum dant, ſpicea ſerta, ſuarum:
Perque novem noctes Venerem, tactusque viriles
In vetitis numerant. turbâ Cenchreis in illâ
Regis abeſt conjux: arcanaque ſacra frequentat.
Ergo legitimâ vacuus dum conjuge lectus;
Nacta gravem vino Cinyram male ſedula nutrix,
Nomine mentito, veros exponit amores:
Et faciem laudat. quaeſitis virginis annis,
Par, ait, eſt Myrrhae: quam poſtquam adducere juſſa eſt,
Utque domum rediit; Gaude mea, dixit, alumna:
Vicimus. infelix non toto corpore ſentit
Laetitiam virgo; praeſagaque pectora moerent.
Sed tamen & gaudet. tanta eſt diſcordia mentis.
Tempus erat, quo cuncta ſilent; interque Triones

Flexe-

ſacra Cereris appellantur, quae quidem tanta caſtitate per decem dies (ut ſcribit Diodorus) celebrabantur, quanta inventi frumenti donum poſtulabat. Sacra autem Cereris cum Proſerpinae ſacrificiis confudiſſe videtur poëta. Cereri namque ſacrificabant priſci, decemque dies feſtos agebant, cùm ſemen in terram jactabatur, quibus quidem diebus conviciis invicem uti conſuevere, uti Deae dolor, ex filiae raptu conceptus, riſu ac verborum ſcurrilitate mitigaretur. Proſerpinae verò meſſis tempore ſacra faciebant, quo quidem tempore coronas ſpiceas ex frugum primitiis Deae dicabant. Regius. Ex ſequentibus fit manifeſtum de Theſmophoriis, non de Eleuſiniis haec eſſe intelligenda, quae duo feſta perperam vulgo confunduntur, etiam à ſcriptoribus antiquis. Theſmophoria moeroris plena à ſolis faeminis, Eleuſinia hilaritati data à viris celebrabantur: illa Pyanepſione, qui Septembris & Octobris partem occupabat, haec Boëdromione, qui Pyanepſionem proxime praecedebat. quamquam nonnulli Maemacterionem inter duos illos menſes medium conſtituunt. Exſtant etiamnum Θεσμοφοριάζουσαι Ariſtophanis comoedia. Heinsius. Neque Theſmophoria, neque Eleuſinia hic in animo habuiſſe Poëtam credo, ſed feſtum Cereri ſacrum, quod in Oriente celebrabant. nam in Theſmophoriis tres noctes modo pure ſe habebant matronae, neque de primitiis oblatis quidquam repperi. vide Meurſii Lect. Att. lib. v. c. 21. & Graeciam Feriatam in Θεσμοφόρια, ubi oſtendit, illa ſaepe cum Eleuſiniis confundi, ſed numquam haec Ovidii verba adduxit, neque in Theſmophoriis, neque in Eleuſiniis; quod admiſit Caſtellanus. Burm.

432. *Corpora veſte.*] Mallem cum Genevenſi codice, *tempora vittâ*; hae enim in capite.

434. *Tactusque virorum.*] *Viriles* cum melioribus. Heins.

435. *Turba Cinyreis in illa Regis adeſt conjux.*] *Cencreis*, vel *Cenchreis* Florentinus S. Marci, Bernegger. Neapol. Cantabrig. Oxon. prim. & ſec. Palat. aliique complures. rectè. quò alludunt nonnulli, in quibus, *Cenereis.* Auctor argumentorum in Metamorphoſes, *Myrrham Cinyrae & Cenchreidis filiam* facit. Hyginus Fab. LVIII. *Smyrna Cinyrae Aſſyriorum regis & Cenchreidis filia.* Apollodorus Metharmen Pygmalionis Cypriorum regis filiam ei uxorem aſſignat, ex qua Adonin pluresque liberos genuerit. Foeminas à maritis nomen mutuatas rari exempli eſt, liberos à parentibus, obvium. emenda in tranſcurſu Feſtum Avien. Deſcriptione Orbis ỳs. IIII.

Prorumpit lacrymoſo ſtipite Myrrha,
Myrrha furor quondam Cinyreius.

Pro *adeſt* malim, *abeſt* cum primo Palatino & Rottendorphiano. prim. Gronov. prim. Reg. & duo alii, *abit.* ſec. Pal. & Oxon. *turbam in illam abit.* Heinsius.

439. *Mentito.*] *Mutato* Baſil. vid. ſupr. ỳs. 28.

441. *Adducere.*] *Ducere* unus. *advertere* Gronov.

443. *Vicimus.*] *Vincimus* quidam. vide lib. IV. 356.

443. *Non toto pectore ſentit.*] *Corpore* Oxon. quart. Medic. & quatuor alii. bene. nam ſequitur proxime, *praeſagaque pectora.* Heins.

445. *Sed tamen & gaudet.*] *Gaudent* ſec. Medic. & alius. *Flet tamen* alius Medic. Forte, *Flens tamen & gaudet.* niſi mavis, *Sic tamen & gaudet.* Sed alterum praeſtat. Stat. Theb. XII. 426. *Flebile gaviſus.* idem ibidem ỳs. 793. *gaudent lamenta.* lib. II. Silv. v. 10.

Quanto manarent gaudia fletu.

Sic *lacrymae gaudentes* eidem Theb. VII. 493. & *lacrymoſa gaudia* Claudiano Bel. Get. 407. Idem. Ego nihil muto: frequens enim uſus illarum particu-

Flexerat obliquo plauſtrum temone Boötes.
Ad facinus venit illa ſuum. fugit aurea coelo
Luna: tegunt nigrae latitantia ſidera nubes;
Nox caret igne ſuo. primos tegis, Icare, vultus;
Frigoneque pio ſacrata parentis amore.
Ter pedis offenſi ſigno eſt revocata: ter omen
Funereus bubo letali carmine fecit.
It tamen: & tenebrae minuunt, noxque atra pudorem.
Nutricisque manum laevâ tenet; altera motu
Caecum iter explorat. thalami jam limina tangit;
Jamque fores aperit; jam ducitur intus: at illi
Poplite ſucciduo genua intremuere; fugitque
Et color, & ſanguis: animusque relinquit euntem.
Quoque ſuo propior ſceleri, magis horret, & auſi

Poeni-

ticularum, *ſed tamen &c.* vide Heinſ. ad Epiſt. III. v. 4. de lacrymis gaudio profluentibus hic non agitur, ſed de moerore mixto laetitiâ, quia futura praeſagiebat. Burm.

445. *Diſcordia mentis.*] *Menti* malebat Heinſius. vide ad lib. IX. 629. & VIII. 88.

446. *Tempus erat, quo cuncta ſilent.*] Conticinii deſcriptio. I. Triſt. III. 27.

Jamque quieſcebant voces hominumque canumque,
Lunaque nocturnos alta regebat equos.

Ciofanus.

446. *Interque Triones Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes.*] Lib. I. Triſt. eleg. III.

Jamque morae ſpatium nox praecipitata negabat,
Verſaque ab axe ſuo Parrhaſis Arctos erat.

Lucanus lib. II. 237.

Parrhaſis obliquos Helice cum verteret axes.

Seneca in Troade 438.

Partes fere nox alma tranſierat duas,
Clarumque ſeptem verterant ſtellae jugum.

Idem in Agamemnone 70.

Lucida verſat Plauſtra Bootes.

Et feſtiviſſimus poëtarum Anacreon Oda tertia:

Μεσονυκτίοις πόθ' ὥραις,
Στρέφεται ὁτ' ἄρκτος ἤδη
Κατὰ χεῖρα τὴν βοώτου.
Nuper ſilente nocte,
Cum jam rotatur Urſa
Circa manum Bootae.

Idem in Medea 314.

Non quae ſequitur, flectitque ſenex,
Arctiaca tardus plauſtra Bootes. Idem.

446. *Interque Triones.*] *Trionem* Florent. S. Marci. Adeantur Notae lib. I. vſ. 64. Heinsius. Et ad Val. Flac. VII. 457.

450. *Primus tegis, Icare, vultus.*] *Primos vultus* meliores magno numero. Heins.

450. *Icare.*] Icarus Arcturi, ſive Bootae, Erigone autem virginis nomine appellata, ut Hyginus ait. Ceterùm notandum hoc loco à poëta Icarum dici τριτυλλαβῶς, quem alii *Icarium* vocant. Micyllus. Servius ad Virg. I. Georg. 68. *Icarum* etiam appellat, & illum Arcturum ſive Booten à quibuſdam dici notat. vide & Lutat. ad Stat. IV. Theb. 655. & 692. in uno Leidenſi erat mox, *Erigoneque ſuos.*

452. *Ter pedis offenſi ſigno eſt revocata.*] Ita propè I. Triſt. III. 55.

Ter limen tetigi, ter ſum revocatus, & ipſe
Indulgens animo pes mihi tardus erat.

Offendere pedem in limine antiquitas ita ſiniſtrum omen putabat, ut bene contingere id, quod volebat, non poſſe ſibi perſuaderet. Itaque ſigno pedis offenſi poëta, qui in exſilium ejectus erat, augurans, conqueritur ſe ab eo numquam revocatum iri. Ciofanus. Vid. ad I. Amor. XII. 4.

453. *Fecit.*] *Dixit* Thuani codex. nihil opus. Epiſt. I. Sabini 85.

Prima meis omen metuendum puppibus illa
Fecit. Burm.

454. *Et tenebrae minuunt, noxque atra pudorem.*] I. Amor. VI. 59.

Nox & amor, vinumque nihil moderabile ſuadent:
Illa pudore vacat, Liber amorque metu.

Livius lib. XXXIX. 8. *Cùm vinum animos, & nox, & miſti feminis mares, aetatis tenerae majoribus, diſcrimen omne pudoris exſtinxiſſent.* Terentius in Adelphis III. v. 24. *Perſuaſit nox, amor, vinum.* Plautus in Bacchide I. 1. 55. *Quia iſtoc illecebroſius fieri nihil poteſt: nox, mulier, vinum homini adoleſcentulo.* Ennius: *Perſuaſit nox, vinum, deus, qui multo eſt maximus.* Ciofan. Puto, *ut tenebrae minuunt.* Heinsius. In Menardi codice erat, *& tenebris minuit nox atra pudorem.*

Poenitet; & vellet non cognita posse reverti.
Cunctantem longaeva manu deducit: & alto
Admotam lecto cum traderet, Accipe, dixit;
Ista tua est, Cinyra; devotaque corpora junxit.
Accipit obscaeno genitor sua viscera lecto;
Virgineosque metus levat; hortaturque timentem.
Forsitan aetatis quoque nomine, Filia, dicat:
Dicat & illa Pater sceleri ne nomina desint.
Plena patris thalamis excedit: & impia diro
Semina fert utero, conceptaque crimina portat.
Postera nox facinus geminat. nec finis in illâ est.
Cum tandem Cinyras, avidus cognoscere amantem
Post tot concubitus, illato lumine vidit
Et scelus, & natam. verbisque dolore retentis,
Pendenti nitidum vaginà deripit ensem.
Myrrha fugit, tenebris & caecae munere noctis
Intercepta neci: latosque vagata per agros,
Palmiferos Arabas, Panchaeaque rura relinquit.
Perque novem erravit redeuntis cornua Lunae;
Cum tandem terrâ requievit fessa Sabaeâ.

Vixque

456. *Caecum iter explorat.*] Tibul. II. I. 77.

Et pedibus praetentat iter suspensa timore,
Explorat caecas cui manus ante vias.

Altera tactu etiam Cantab. & octo alii.

457. *Fores.*] *Seras* Basil. unus.

458. *Intremuere.*] *Tremuere* fragm. Caesen. vid. II. 180. & ita mox Ÿs. 466. *hortaturque trementem* Basil. vid. lib. IX. 305.

459. *Animusque reliquit.*] *Relinquit* cum meliorib. & mox, *deducit* pro *deduxit*. pro *Cunctantem* sec. Medic. *Luctantem*. HEINSIUS. Vid. ad IV. 461.

461. *Non cognita posse.*] *Non cognoscenda* Genev.

464. *Devotaque pectora junxit.*] In nonnullis libb. scriptis, *Corpora junxit*. CIOFAN. *Corpora* veteres plerique. HEINS. *Jungit* etiam Vossian. Moret. & Menard.

467. *Filia dixit, dixit & illa Pater.*] *Dicat* utroque loco cum castigatioribus. HEINS.

469. *Thalamis excedit.*] Tertius Bononiensis, qui in veterrimo descriptus est, *thalamos*. vide lib. II. 517. & III. 388. *excessit* Menardi Codex. *discedit* Arond. & septem alii. *incedit* unus Heinsii.

470. *Crimina.*] *Semina* Regius & Junian. forte legendum, *crimina fert utero, conceptaque semina portat.*

473. *Illato lumine.*] Quatuor libri, *allato*, sed perperam: sic in argumento Fabulae, *lumen inferri jussit*. & lib. XI. Fab. 10. *excusso ergo sopore lumen inferri jussit*. Infr. XI. 681.

Intulerant lumen.

Lib. II. Fast. 352.

Fit sonus: inclamant comites, & lumina poscunt
Maeonis; illatis ignibus acta patent.

Et ita apud Phaedr. lib. III. Fab. 10. Heinsius, *Lucerna illata*, pro *adlata* malebat. Apulej. II. Metam. *Jam illatis luminibus epularis sermo percrebuit*. Sic & Suet. Vesp. cap. 5. *Canis extrarius è trivio manum humanam intulit*. scilicet in cubiculum. neque apud eumdem in Domitiano cap. ult. aliquid mutandum, *scalas etiam inferri, clypeosque & imagines ejus coram detrahi*. scilicet in ipsam curiam. *Ingerere lumen*. Quinct. Decl. III. 19. BURMANNUS.

475. *Vaginà diripit ensem.*] *Deripit* meliores. nisi quod in tribus, *liberat*. quomodo libro VI. Ÿs. 551. locutus, & lib. II. Fast. in fabula Lucretiae Ÿs. 793. *eripere ferrum vaginâ* Virgilio lib. VI. 650. HEINSIUS.

476. *Tenebrisque & caecae munere noctis Intercepta neci est.*] *Tenebris* prim. Vatican. prim. Gronov. Caesen. aliique satis multi. *τὸ est* etiam tollendum cum, uno Moreti. pro *vagata* alius Moreti, *ululata*, *relinquit* etiam pro *reliquit* meliores. denique

Vixque uteri portabat onus. tum neſcia voti,
Atque inter mortisque metus, & taedia vitae,
Eſt tales exorſa preces: O ſi qua patetis
Numina confeſſis; merui, nec triſte recuſo
Supplicium. ſed, ne violem vivosque ſuperſtes,
Mortuaque exſtinctos, ambobus pellite regnis:
Mutataeque mihi vitamque necemque negate.
Numen confeſſis aliquod patet. ultima certe
Vota ſuos habere Deos: nam crura loquentis
Terra ſupervenit; ruptosque obliqua per ungues
Porrigitur radix, longi firmamina trunci:
Oſſaque robur agunt: mediaque manente medullâ,
Sanguis it in ſuccos: in magnos brachia ramos;
In parvos digiti: duratur cortice pellis.
Jamque gravem creſcens uterum perſtrinxerat arbor;
Pectoraque obruerat; collumque operire parabat;
Non tulit illa moram, venientique obvia ligno
Subſedit: merſitque ſuos in cortice vultus.
Quae, quamquam amiſit veteres cum corpore ſenſus,
Flet tamen: & tepidae manant ex arbore guttae.

Eſt

nique, *radiantis Lunae*, pro *redeuntis* ſec. Pal. & ſex alii. nil muta. Noſter Metam. XIV. 423.

Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis
Lumina viderunt.

Statius lib. V. Silv. IV. 7.

Septima jam rediens Phoebe mihi reſpicit aegras
Stare genas. Heins.

Avienus Orb. Deſ. 361.

Quidquid terra dehinc redeuntis ſufficit anni.

Id eſt renati. Val. Fl. VII. 229. *Qua redit itque dies*, & 499. *perque tuo redeuntia ſidera nutu.* Catull. V. *Soles occidere & redire poſſunt.* Burm.

483. *Eſt tales complexa preces.*] *Exorſa* Arondel. & ſex alii. Heins.

486. *Mortuaque.*] *Mortuave* Med.

487. *Mutataeque.*] *Sed mihi mutatae* Vaticanus. *& mihi* Baſileenſis. ſed in Mediceo aberat totus verſus.

489. *Vota ſuos habuere Deos.*] Ita propè in fabula Pyrami II. 164. *Vota tamen tetigere Deos.* Ciofanus.

489. *Crura.*] *Plura loquenti* Cantab. Palat. & tres alii. *non plura loquentis* Leidenſ. rectè, ſi *loquenti* legas. ita paſſim Noſter *plura loqui.* lib. I. 525. II. 658. & alibi. Burm.

491. *Porrigitur.*] Propagatur. Cion.

492. *Agunt.*] *Agit* Thuaneus. *os quoque robur agit* Menardi. deinde, *media remanente* Arg. & Thyſii. *media manante* pr. Moreti.

494. *Duratur.*] *Curvatur* prior Gronovii. ſi voci ſua conſtaret auctoritas, legerem, *rugatur*, ut paſſim *rugoſus cortex.* Epiſt. V. 28. VII. Met. 626.

495. *Praecinxerat arbor.*] *Perſtrinxerat* S. Marci, tert. Medic. Oxonien. Spirenſis. Excerpta Jureti & alii octo, *conſtrinxerat*, Neap. & ſec. Medic. *praeſtrinxerat.* Urbin. & tres alii. duo, *praeſtruxerat.* Heins. *Praeſtrinxerat* etiam Gifanius Indice Lucretiano in *praeſtringo.*

496. *Pectoraque obruerat.*] *Obrui telis, undâ, tecto labente* dicuntur bene & eleganter. *obrui cortice* durius paulo dictum. Quare perſuadeor, ut credam ſcripſiſſe Noſtrum, *Pectora obſuerat.* id eſt, occluſerat, operuerat. vide quae de hoc verbo annotavi lib. II. Faſt. 578. certe in altero Hamburgenſi; *horruerat.* Heins. Dubito an *obſuere* hoc ſenſu Ovidius ſcribere potuerit. ſi quid mutandum, mallem, *induerat.* ſic apud Statium lib. XI. Theb. 44.

Nunc retegit bibulas, nunc obruit aeſtus arenas.

Quidam codices habent, *induit*, ſed potius nihil mutandum. Burm.

499. *Cum corpore.*] *De corpore* duo; *in corpore* quatuor. & ita ſeq. ȳs. duo etiam, *de cortice*, alii, *ex corpore*, vel *ex cortice*, vel *de corpore* ȳs. 501. *ſtillataque robore*, vel *corpore* quidam. unus etiam Gron. *cortice gutta.* & 503. *ſub cortice* tres, ita ut ubique eadem ſit fere confuſio.

Eſt honor & lacrimis: ſtillataque cortice Myrrha
Nomen herile tenet, nullique tacebitur aevo.

Fab. X. Argumentum.

Ex connubio Myrrhae & Cinyrae inceſto Adonis.

Ex Myrrhae & Cinyrae inceſto concubitu [a] *ob iram Veneris conceptus eſt infans.* [b] *Verſa enim Myrrhâ* [c] *in arborem ſui nominis naſcitur*, [d] *quem Adonem cognominant: quem Venus non minus dilexit*, [e] *quam puella patrem Cinyram dilexerat, beneficio Cupidinis.*

AT male conceptus ſub robore creverat infans;
Quaerebatque viam; quâ ſe, genetrice relictâ,

Exſe-

501. *Eſt honor & lacrimis: ſtillataque cortice Myrrha Nomen herile tenet.*] De Myrrha ſic ipſe I. Art. 285.

Myrrha patrem, ſed non ut filia debet, amavit:
Et nunc obducta cortice preſſa latet.
Illius lacrimis, quas arbore fundit odora,
Unguimur, & dominae nomina gutta tenet.

Ciofanus.

502. *Nulloque tacebitur.*] *Nullique* alter Strozzae. Heins.

[a] *Ob iram Veneris.*] Non habet haec Colon.

[b] *Verſa enim Myrrha.*] Ita vult ſanè Naſo. Aliter Anton. Liberal. cap. 34. Προσενεχθέντος ἐξαπίνης τοῦ πυρός. Καὶ τὸ βρέφος μὲν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς γαστρός. Quae verba ita verterim, *ſubito lumine illato, agnita eſt, & partum alvo ejecit.* Feſtus: *Exterraneus quoque dicitur, qui ante tempus natus, vel potius ejectus eſt. Dictus autem exterraneus, quod eum mater exterrita alvo ejecit.* Idem in *Egeria. Egeriae Nymphae ſacrificabant praegnantes, quod eam putabant facile conceptam alvum egerere.* MS. Leid. *alvo.* Lege, *conceptum alvo*, niſi *conceptam alvum* vocavit, quae concepit, ut *ova concepta*, quae pullum conceperunt, ſive in pullum coierunt, apud Petronium; quemadmodum contra *abortivum ovum* dixit Martialis Lib. VI. 93. quod gallinae ſuppoſitum non concepit. Certè activè τὸ *concepta* accipit Scaliger in illis apud Virgil. in Culice: *Foemineum concepta decus.* Ceterum ut ἐκβάλλειν apud Antoninum & in Scholiis Callim. in Hymn. Dian. verſ. 232. ita & ἀποβάλλειν de partu dicitur apud Schol. Homer. ad Iliad. T. 109. Ἐκβάλλειν *ejicere* Latinorum eſt, ut *abjicere* ἀποβάλλειν, Valer. Max. Lib. IV. cap. 6. ex. 4. *Partu, quem utero conceptum habebat, ejicere coacta eſt.* Scheckius Praemeſſ. cap. 4. *abigere* legit, quod in MS. invenerit *abjicere.* Sed *abjicere* idem eſſe quod *abigere* interdum dixerim. Marcell. Lib. XVI. pag. 131. Ed. Boxh. *Ut quotiescunque concepiſſet, immaturum abjiceret partum.* At tu *abigeret* reponendum ibi forte cenſebis. Scio uſitatius eſſe. Servius ad Georg. III. 139. *Tunc enim diligentius tractandae ſunt, ne abigant.* Verum *abjicere* pro *abigere* invenias apud Marcellin. etiam Lib. XV. pag. 86. *Hunc per ſubſcriptionem abjicere ſede epiſcopali.* Et apud Hyginum Myth. cap. 120. *Abjectis miniſteriis, ipſa coepit* &c. nec non Juſtin. lib. XI. cap. 12. *ex colliſione abjecti partus.* Etiam *projicere* de pariente dixit Lib. III. Interpres Abdiae Babyl. *Crede nunc Jeſum Chriſtum filium Dei, & projice puerperium: Veruntamen mortuus* (leg. *mortuum*) *egredietur, quod indignè concepiſti. Haec ut mulier credidit, mox egredientibus cunctis de cubiculo, projecit partum mortuum* &c. Nota & *puerperium* dici *foetum*, ut in Vet. epigram. Catal. Pith. Lib. II. *Cauta quidem genitrix, noceant ne vulnera nato, Confirmat Stygio fonte puerperium.* Laërtius in Ariſtippo p. 155. ed. Steph. Ἡ γὰρ τῶν Ἀθηναίων πόλις οὐ δυναμένη με φέρειν, ὥσπερ ἡ Σεμέλη τὸν Διόνυσον, ἐξέβαλε. Interpr. *Non ſecus ac Semele Dionyſium, expulit.* Rectius foret, *ejecit.* Dein malè *Dionyſium* vocat Bacchum pro *Dionyſo:* in quo errore & Fulgentius deprehenditur Lib. II. Myth. cap. 15. Ubi videndae annotationes noſtrae. Muncker. *Infans, qui verſa Murrha* Raener. Colon. Micyll.

[c] *In arborem ſui nominis.*] Tzetzes in Lycophronem: Ὅθεν εἰς δένδρον αὐτὴν μετέβαλον, τὸ ἀπ' αὐτῆς λεγόμενον μύρραν, ἤτοι σμύρναν Αἰολικῶς. Ita legendus ille locus, quem malè cùm interpolat, tum deſcribit homo meus. Muncker.

[d] *Quem Adonem.*] *Et Adonis cognominatur. hunc non minus Venus dilexit adultum, quam Myrrha. p. c. d. & hoc b. c.* Colon. *Adonisque cognominatur* Raen.

[e] *Quam puella.*] *Quam illa* Lugd. Micyll.

505. *Exſereret.*] Et hic mire variant codices, unus, *eximeret.* alter, *exiret.* unus, *exueret.* denique *extraheret* alius.

506. *Tendit onus matrem.*] Neapol. *ventrem.* Stroz. & Baſil. ut IX. 28. ſed praeceſſit *venter. tendit* hic poſitum

Exſereret, mediâ gravidus tumet arbore venter.
Tendit onus matrem: nec habent ſua verba dolores:
Nec Lucina poteſt parientis voce vocari.
Nitenti tamen eſt ſimilis; curvataque crebros
Dat gemitus arbor: lacrimisque cadentibus humet.
Conſtitit ad ramos mitis Lucina dolentes:
Admovitque manus: & verba puerpera dixit.
Arbor agit rimas; & fiſſâ cortice vivum
Reddit onus; vagitque puer, quem mollibus herbis
Naïdes impoſitum lacrimis unxere parentis.
Laudaret faciem Livor quoque, qualia namque
Corpora nudorum tabulâ pinguntur Amorum,

Talis

poſitum pro extendit, ita apud Auſon. Ephemer. 17.

Multa quod potas, nimiaque tendis
Mole ſaginam.

Ubi male *Caedis* vir doctus malebat. ſic & apud Martial. XIII. 26. in cod. Voſſiano reperi:

Sorba ſumus molles nimium tendentia ventres.

Ubi vulgo, *durantia.* Sil. I. 211.

Nec qua ſe campis ſqualentibus Africa tendit.

Virgil. Ceiri 216.

Nec qua ſe ad patrium tendebat ſemita limen.

Sic & apud Noſtrum lib. II. 550. *In ramos brachia tendunt.* vulgo, *creſcunt.* Burm.

506. *Habent ſua verba dolores.*] *Labores* Arondelianus. Heins.

507. *Voce vocari.*] Et hic ſcripti quidam, *rogari.* vid. ſupr. ad vſ. 3. *parientis ab ore* duo libri. *more vocari* unus.

508. *Crebros dat gemitus.*] *Spiſſos* Florentinus S. Marci, pro diverſa lectione. ſic *ſpiſſae nubes* libro V. 621. & Amor. I. Eleg. XIII. *ſpiſſa grando* lib. IX. 222. *ſpiſſus ſanguis*, libro XI. 361. *ſpiſſus lactis liquor* ex MSS. lib. XII. 438. *ſpiſſus aër* & *ſpiſſum littus* libro XV. 718. & Arte Amatoria. II. 132. *ſpiſſum caelum* Valerio Flacco libro I. vſ. 616.

——— *vaſto pariter ruit igneus aether*
Cum tonitru; ſpiſſoque tegit nox omnia caelo.

Ubi vulgatum *piceo* non poteſt ferri, cum mox ſequatur, *picei fulſere poli.* Virgil. II. 621.

——— *ſpiſſis noctis ſe condidit umbris.*

ſpiſſus imber Propert. libro III. Eleg. IV.

Pleïadum ſpiſſo cur coit imbre chorus?

Ita enim pro *igne* opinor legendum. quod Pleïades ſint imbriferae, ut Lucano lib. VIII. 852. dicuntur. Statio *aquoſae* & *nubilae. madidae* Claudiano. *coire ſpiſſo imbre*; quomodo idem Val. Flaccus lib. III. 578.

——— *ceu pectora nautis*
Congelat hiberni vultus Jovis agricolisve,
Cum coit imbre minax.

Perperam ibi *umbra minax* nunc legitur. ſic & *cogi in nubem aër* dicitur. & *ſpiſſari in imbrem* Lucano lib. IV. 76. de Nubibus:

Jamque polo preſſae largos denſantur in imbres
Spiſſataeque fluunt.

Conjecturam in Propertio noſtram confirmat alter locus ejuſdem Valerii Flacci libro V. ỽs. 415. ubi de Pleïadibus ſimiliter agitur:

——— *denſaeque ſequuntur*
Pleïades, & madidis rorant è crinibus imbres.

Vulgati codices eodem illic modo peccant, quo apud Propertium, cum praeferant, *rorantes crinibus ignes.* Heins.

510. *Dolentes.*] *Dolentis* multi.

512. *Arbor agit rimas, & ſciſſo cortice vivum Reddit onus.*] Superius dixi, tum ex veteribus libris, tum auctoritate verſus, qui eſt in elegia de Nuce:

At cùm maturas fiſſo nova cortice rimas
Nux agit. legendum eſſe, *Et fiſſo cortice.* Ciof. *Fiſſo* caſtigatiores plerique. niſi quod in Florent. S. Marci, Bernegger. Caeſen. Oxon. prim. Baſil. prim. Erfurt. Spir. *fiſſâ:* recte. videantur quae notamus lib. IV. ỽs. 375. Heins.

516. *Pinguntur.*] Quintus Palatinus, *ſcribuntur.* & notum eſt *ſcribere* pro pingere frequenter uſurpari. *panguntur* unus Heinſii, ſed Francofurtenſis, *ponuntur*, cujus alia verba gloſſas eſſe puto, ſic ſup. lib. VI. 115.

Te quoque mutatum torvo, Neptune, juvenco
Virgine in Aeolia poſuit.

Horat. IV. Od. 8.

Quas aut Parrhaſius protulit aut Scopas,
Hic ſaxis, liquidis ille coloribus,
Soleis nunc hominem ponere, nunc deum.

Vide ad lib. III. Art. 501. Burmannus.

517. *Facias.*]

Talis erat. sed, ne faciat discrimina cultus,
Aut huic adde leves, aut illis deme pharetras.
Labitur occultè, fallitque volatilis aetas:
Et nihil est annis velocius. ille sorore
Natus avoque suo, qui conditus arbore nuper,
Nuper erat genitus; modo formosissimus infans;
Jam juvenis, jam vir, jam se formosior ipso est:
Jam placet & Veneri, matrisque ulciscitur ignes.
Namque pharetratus dum dat puer oscula matri,
Inscius exstanti destrinxit arundine pectus.

Laesa

517. *Faciat.*] *Faciant* Leidens. unus.

519. *Volatilis.*] *Volubilis* Leidens. & quinque alii. vid. I. Amor. VIII. 48. & V. Trist. VIII. 15.

523. *Se formosior ipso.*] *Ipse* sex libri. elegantius. inf. 685. ex scriptis:

Meque ipsa exhortor in ambos.

Et ita passim optimi scriptores. BURM.

526. *Distrinxit arundine pectus.*] *Distrinxit* meliores. HEINS. *Perstrinxit* Leid. *defixit* Thuan.

529. *Forma.*] *Formam* Gronovian.

529. *Cytherëia littora.*] Cythera insula est cum oppido, antea *Porphyrusa* appellata à pulchritudine marmorum, quae ibi effodiebantur, ut scribit Aristoteles, una ex Cycladibus Veneri dicata, quòd in mari nata ad eam primùm conchâ pervenisse fertur. Dicta est autem Cythera à Cythereo Phoenicis filio. REGIUS. Verba Stephani, de Cytheris, quae hîc citantur à Regio, Graecè sic habent: Κύθηρα, νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα, πρὸς τῇ Κοήτῃ ἀπὸ Κυθήρου τοῦ Φοίνικος. ἐκαλεῖτο δὲ Πορφύρουσα διὰ τὸ κάλλος τὸ περὶ τῶν πορφύρων, (hoc est, à pulchritudine purpurarum quae ibi nascuntur, non marmorum, ut Regius falsò accepit) ὡς Ἀριστοτέλης, οἱ οἰκήτορες Κυθήριος, καὶ Κυθηρία, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ νῆσος λέγεται Κυθηρία. Quare videndum hoc loco num *Cytherëia littora*, à Cytherea, quod nomen Veneris est, & *e* brevi dicitur, magis quàm ab ipso insulae nomine, quod *e* longum habet, derivandum sit, ut *Cytherëia littora* accipiamus, apud quae Cytherëia, hoc est, Venus, primo è mari apparuit: nisi quis figuram Systolen admitti omnino contendat, eo videlicet nixus, quod & Hesiodus ait:

Ἀφρογενῆ τε θεὰν, καὶ εὐστέφανον Κυθέρειαν
Κικλήσκουσι θεοὶ, καὶ ἀνέρες, οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
Θρέφθη, ἀτὰρ Κυθέρειαν, ὅτι προσέκυρσε Κυθήρῳ.

Nam aliàs etymologici, Κυθερείας nomen non à Cytheris, sed ἀπὸ τοῦ κένθειν τοὺς ἐραστὰς, ἢ τοῦ κύειν τὸν ἔρωτα. MICYLL.

531. *Piscosamque Gnidon.*] Gnidos urbs est Dorica, ubi Veneris & templum & simulacrum visebatur à Praxitele sculptum tanta arte, ut quidam ejus amore captus sustinuerit intra sacellum per noctem includi, ac deae simulacrum ita amplecti, ut spermate quoque inquinaret. REGIUS. Gnidos, cujus hic meminit poëta, insula est non longe à Rhodo, ut Plinius & Strabo auctores sunt, nobilis templo Veneris, & ejusdem signo à Praxitele facto, quorum utrumque Lucianus describit in amoribus. MICYLL. Citat hunc versum Priscian. lib. I. p. 542. & p. 572. qui *Gnidon* habet, ut etiam nonnulli MSS.

531. *Gravidamque Amathunta metallis.*] *Metalli* Genevensis. dictum supra vers. 220. HEINS.

532. *Absinet.*] Balbus in Catholico citat:

Absinet, & summo caelo praeferter Adonis.

533. *Hunc tenet.*] Amplectitur veluti amans. De Veneris erga Adoniden amore, deque ejus interitu, exstat Theocriti Idyllium: sed non desunt, qui aliis id adscribant: cujus principium est; Ἀδώνιν ἡ Κυθέρη ὡς εἶδε νεκρὸν ἤδη, & reliqua. Quos versus pereleganti hendecasyllabo carmine Latinè reddidit aetatis nostrae Vates celeberrimus, amicus meus, Pet. Angelus Bargaeus. CIOFAN.

533. *In umbra.*] *In herba* tres libri. deinde *indulgere rosa* Thuan. pro *rosae.*

535. *Per silvas, dumos & saxa vagatur.*] In lib. scriptis, *Per silvas, dumosaque saxa.* CIOFAN. Vid. ad Rem. Amor. 179. *clivosaque saxa* Basil. & duo alii, *clivosaque rura* unus.

536. *Nuda genu.*] Sic in vetusto legitur exemplari, non *usque genu*, ut ferè est in novis depravatum, est enim poëtica synecdoche. REGIUS. Recte in antiquo codice scriptum est: *Nuda genu*, itaque correximus. IDEM. Sic venatrices aut ludentes virgines plerumque describuntur. apud Achillem Tatium Leucippes initio, de virginum Europam comitantium choro: Τὸ σκέλος ἅπαν γεγυμναμένοι. τὸ μὲν ἄνω τοῦ χιτῶνος, τὸ δὲ κάτω τοῦ πεδίλου. τὸ γὰρ ζῶσμα μέχρι γόνατος ἀνείλκε τὸν χιτῶνα. Sed variantes in Nasone scripturae locum mendosum esse satis evincunt. Florentinus S. Marci, secundus Palatinus, primus Mediceus & Berneggerianus, inter optimos haud dubie codices censendi, cum priore Twisdeniano, *Fine genu.* primus Palatinus, *Fune genu.* Neapolitanus & secundus Mediceus, *Inde Venus. Funiculo* Urbinas. in

Laesa manu natum Dea repulit, altius actum
Vulnus erat specie: primoque fefellerat ipsam.
Capta viri formâ non jam Cythereïa curat
Litora: non alto repetit Paphon aequore cinctam,
Piscosamque Gnidon, gravidamve Amathunta metalli.
Abstinet & coelo: coelo praefertur Adonis.
Hunc tenet: huic comes est: adsuetaque semper in umbrâ
Indulgere sibi, formamque augere colendo,
Per juga, per silvas, dumosaque saxa vagatur
Nuda genu, vestem ritu succincta Dianae;

Hortatur-

in quo tamen manu recentiore castigatum, *Usque genu.* quae scriptura etiam occupavit Vaticanum primum, Arondelianum, primum Gronovianum, Basileensem & Moretanum primos, Hamburgicum utrumque, alios complures haud contemnendae vetustatis codices. In Norico, *Viisque genu. Pene genu* in altero Erfurtano. Quare opinabar olim corrigendum, *Crure tenus.* quomodo apud Juvenalem, Sat. VI. 445.

Nam, si docta nimis cupit & facunda videri,
Crure tenus medio tunicas succingere debet.

Et apud Claudianum II. Cons. Honor. 247. de Dianae comitatu:

——— *duo cingula vestem*
Crure tenus pendere vetant.

Tum de ipsa Diana, II. Rapt. 33.

Crispatur gemino vestis Cortynia cinctu,
Poplite fusa tenus.

Sed si veterrimorum codicum vestigiis fideliter insistendum, uti par est, scribi oportere contendo,

Fine genus vestem ritu succincta Dianae.

Quam conjecturam confirmat plane Spirense fragmentum optimae notae. a *genu* secundum casum *genus* deduci videas apud Servium ad vers. 22. libri tertii Aeneidos. quomodo *cornus* à *cornu*, unde *cornum* pro *cornu* Nostrum II. Met. 874. dixisse Priscianus observavit jampridem. & sane amat impense Noster ejuscemodi archaismos interdum: nec dubitavit Lucanus VII. 217. proferre, *cornus tibi cura sinistri*, *Lentule.* *gelus* pro *gelu* ex Afranio à grammaticis profertur & ex Attio. Sed & *genus* pro *genu* in Ciceronis Arateis non uno loco occurrit. Quale illud:

Quae genus ad laevum Nixi delapsa resedit.

Fine genus vel *genuum*, quomodo *fine manus* apud Avienum in Arateis:

——— *ipsius autem*
Fine manus parvas haedorum suscipe flammas.

Costarum sub fine apud Nemesianum in Cynegetico. Claudianus Gigantomachia 79.

——— ——— *tunc concitus ense Pelorum*
Transigit adverso, femorum qua fine volutus
Duplex semiferis connectitur ilibus anguis.

Ita enim illic loci in praestantissimis membranis inveni exaratum. Apulejus libro secundo Metamorphoseos: *Sed protinus in eam, qua fine summum cacumen capillus ascendit, mellitissimum illud suavium impressi.* quod cave cum doctissimo Pricaeo immutes. praecesserat paullo ante de capillis, *ad finem conglobatos in summum verticem nodus adstrinxerat.* apud eundem paullo post, *fine inguinum saucius impatientiam Veneris Fotidi meae monstrans.* quem locum Lipsius apud Colvium perperam tentavit, *sanie inguinum* reponendo. Arusianus Messius, qui ineditus apud me exstat, profert ex Historiis Sallustii, *fine inguinum mare ingrediebatur*, vel, *ingrediuntur mare*, ut Junius Philargyrus exhibet ad librum tertium Georgicôn. Vs. 53. quem Sallustii locum Apulejus manifeste aemulatus est. Hyginus Fab. LXXXII. *Stare in aqua medii fine corporis.* perperam illic *media fine* circumfertur. Vulgatam in Nasone lectionem qui concinnavit, illa Maronis lib. I. 319. haud dubie respiciebat:

Venatrix dederatque comam diffundere ventis,
Nuda genu.

Summo palla genu venatricibus datur apud Valerium Flaccum libro tertio, 525. & haec quidem hactenus. Heinsius. Popma ad Fragm. Salust. p. 369. ex Catonis lib. de R. R. cap. 114. *Amphorarum infimarum fine* profert. quem & vide ad Caton. cap. 28. ubi, *postea aperito terram radicibus fini.* Justin. XXX. 14. *Persas, Bactros Indosque & omnem Asiam Orientis fine à Macedonibus perdomitam.* ut Cl. Graevius & alii viri docti emendarunt. Hirt. Bell. Afr. 85. *per mare umbilici fine ingressi terram petebant.* & ita cape ista Nostri lib. III. Am. VI. 20. *labere fine tuo.* id est intra alveum, usque ad ripas. Hinc patet quid statuendum sit de emendatione Isaaci Vossii, qui ad Catull. pag. 221. legit:

Per juga, per silvas, dumosaque saxa vagatur
Nysigenûm.

Sed *saxa Nysigenûm*, dici posse, oportuisset demonstrare: & quis hic locus Silenis & Satyris? Burmannus.

Hortaturque canes; tutaeque animalia praedae,
Aut pronos lepores, aut celsum in cornua cervum,
Aut agitat damas: à fortibus abstinet apris;
Raptoresque lupos, armatosque unguibus ursos
Vitat, & armenti saturatos caede leones.
Te quoque, ut hos timeas, (si quid prodesse monendo
Possit,) Adoni, monet. Fortisque fugacibus esto,
Inquit: in audaces non est audacia tuta.
Parce meo, juvenis, temerarius esse periclo:
Neve feras, quibus arma dedit Natura, lacesse:
Stet mihi ne magno tua gloria. non movet aetas,
Nec facies, nec quae Venerem movere, leones,
Setigerosque sues, oculosque, animosque ferarum.
Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri:
Impetus est fulvis, & vasta leonibus ira:
Invisumque mihi genus est. Quae causa, roganti,
Dicam, ait; & veteris monstrum mirabere culpae.
Sed labor insolitus jam me lassavit: & ecce
Opportuna sua blanditur populus umbra:
Datque torum cespes. libet hac requiescere tecum,

Et

538. *Pronos.*] *Parvos* tres libri. Heinsius malebat, *pavidos*. ego nihil muto: vide ad Remed. 201.

539. *A fortibus.*] *Aut* vel *sed*, vel *&* quidam libri. Heinsius malebat, *at*. quod probo. ut sup. 532. *abstinet & caelo*, & VIII. 751. *ferrum illâ abstinuit*. BURMANN.

541. *Saturatos.*] *Saturos è caede* Medic. & Langerm. *faedatos caede* Moreti.

543. *Posset.*] *Possit* cum melioribus. HEINS.

544. *In audaces non est audacia tuta.*] *Tutum* opinor. ne nimis pedester sit sermo. tale illud, *Triste lupus stabulis*, & apud Nostrum: *Turpe senex miles*. atque id genus complura alia. IDEM. *Fiducia tuta* unus codex.

547. *Ne magno.*] *Ne damno* Gron. & tres alii.

550. *In aduncis dentibus.*] *Et aduncis* plerique vetustiores. Forte, *praeaduncis*. ut *praeacutae hastae* libro VII. 131. HEINS.

553. *Mirabile culpae.*] *Mirabere* Thuan. prim. Vatican. prim. Medic. prim. Moreti aliique complures. *dicta ait* Sixi codex. forte, *disce ait*, *& v. m. mirabere*. IDEM.

558. *Posita cervice reclivis.*] *Reclinis* plerique. nisi quod optimus S. Marci Florentinus, *renidens*. venuste mehercules; cum glossâ, *id est, ridens*. Hinc Φιλομειδὴς Ἀφροδίτη Homero, & Hesiodo ἐλικοβλέφαρος Ἀφροδίτη. Horatio I. Od. 2. *Erycina ridens*. & III. Od. 27. *perfidum ridens Venus*. Epistola Paridis Noster. 83. *Dulce Venus risit*. Neque aliter poëtae Graeci passim. *Amathusias renidens* Symmacho lib. I. Epist. VIII. quo ordine in ultima Casparis Schioppii editione legitur. Sed cum versus isti mendosissimi circumferantur, producam eos, ut legendos esse arbitror:

Ubi corniger Lyaeus
Operit superna Gauri;
Vulcanus aestuosis
Media incoquit cavernis.
Tenet ima pisce multo
Thetis & vagae sorores:
Calet unda, friget aethra.
Simul innatat choreis
Amathusias renidens,
Salis arbitra & leporis,
Flos siderum Dione.

Secundo versu pro, *Operit superna vite*, quae Jureti conjectura est, cum libri veteres haberent, *superam gutturi*, vel, *superna guttur*, Lectius, *superna gutti* concinnavit. nos, *superna Gauri*, verissima conjectura. qui mons est in hoc ipso tractu, à vino, quod praestantissimum proferebat, multum antiquis laudatus. unde Statio ad Claudiam uxorem:

Bacchei vineta madentia Gauri.

Eidem Herc. Surrentino:

Icario nemorosus palmite Gaurus.

Florus lib. I. cap. XVI. *Hic amicti vitibus montes*; *Gau-*

Et requievit, humo: preſſitque & gramen & ipſum.
Inque ſinu juvenis poſitâ cervice renidens
Sic ait: ac mediis interſerit oſcula verbis.

Fab. XI. Argumentum.

Hippomenes & Atalanta in Leones.

[a] *Atalante, Schoenei filia, cum de conjugio* [b] *ſciſcitata eſſet, & monita, ut nullî jungeretur, quia omnium virginum* [c] *perniciſſima erat,* [d] *petentibus procis legem propoſuit, ejus* [e] *conjugem futuram, qui ſe curſu pedum anteceſſiſſet,* [f] *victo autem necem ſtatuit. Quam cum Hippomenes* [g] *Megarei filius ex progenie Neptuni* [h] *intenſo amore diligeret, nec* [i] *morem certaminis* [k] *expaveſceret, Venerem in malis habuit auxilio. Nam* [l] *ex Amaſeno agro,* [m] *qui eſt in inſulâ Cypro, ei tria mala aurea donavit,* [n] *ut in curſu projiceret virgini:* [o] *futurum enim ut cupiditate ejus* [p] *tardaretur impetus, ea dum peteret. Cujus* [q] *monitis Hippomenes conſecutus victoriam, poſtea ingratus adverſus deam cognitus eſt. Itaque impulſu* [r] *ejuſdem deae, Matris Deûm lucum dum transgrediuntur,* [s] *quem Echion terrae filius ſacraverat, non* [t] *tenuerunt cupiditatem, quin adverſus religionem in ſacrato concubuere ſolo. Quam ob cauſſam à deâ in leones* [v] *ſunt converſi: unde* [x] *Deûm Matri ex illo leones ſunt ſubjecti.*

Forſi-

Gaurus, Falernus, Maſſicus. ſed hoc notum. verſu quarto, *media incoquit*, pro *medium coquit.* ita praecedentia & quae ſequuntur poſtulant. verſu ſexto, pro *Baiae ſorores*, repoſuimus, *vagae*, conſulentes metro. Alludit autem ad Lucrinum lacum piſce celeberrimum, qui ad radices Gauri. verſu nono pro *Amathuſium* repoſuimus *Amathuſias.* cum Juretus notet *Amathuſiam* ex veteri codice. Ipſe peſſimè *Amatorium renidens* contra metrum. denique verſu decimo pro *vaporis* reſcripſimus, *leporis.* Intelligendi autem poſteriores verſus de templo Veneris, quod ad Lacum Lucrinum colebatur. unde *Lucrina Venus* Statio lib. III. Sylv. I. & haec de mendoſiſſimo loco. De Gauro tamen, quod in ſecundo verſu Symmachi corrigebam, jam occupaſſe juvenilibus ad Florum notis Salmaſium Gronovius me monuit, cum haec jam ſcripſiſſem. ſed revertamur ad Venerem ridentem. Silius libro VII. 466.

——— poſtrema nitenti
Affulſit vultu ridens Venus.

De judicio Paridis. & libro XI. 392. de eadem:

Tum pueris dulce arridens.

Apulejus de Venere Met. VI. *Majora atque pejora flagitia comminans renidet exitiabile.* idem de paeta Venere vide quae annotamus artis Amatoriae lib. II. vſ. 659. ſed & Cupido ridens exprimebatur. Seneca Hippolyto 277.

Iſte laſcivus puer & renidens,
Tela quam certo moderatur arcu.

Ita ſcribendus iſte locus ex optimo codice Mediceo. Heinsius. Vide & de verbo *renidere* ad IV. Faſt. 430. *recumbens* hic duo Palatini & Moreti. *reclinans* Medic. & Baſil. *reclinat* unus.

559. *Mediis interſerit oſcula verbis.*] *Labris* Florent. S. Marci, Neapol. Bernegg. Caeſen. prim. & ſec. Medic. Urbin. Spir. & ſeptem alii. ſimilis error apud Propertium lib. I. Eleg. XII.

Et cupere optatis animam deponere verbis.

Pro *labris* perperam legitur. quod Paſſeratio quoque deprehenſum video. Notum illud ex Anthologia:

Τὴν ψυχὴν Ἀγαθῶνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον.

Vide quae ad Claudiani Epithalamium Palladii notamus. ℣s. 132. in hoc tamen Naſonis loco vulgata ſcriptura non videtur mutanda. Heins.

[a] *Atalante.*] *Atalanta Cenei f.* Parm. *Atalanta Schinei f.* Lugd. *Atalanta* etiam Micyll. & Raener.

[b] *Sciſcitata.*] *Oracula ſciſcitata* Raen. *cum ex reſponſo deorum nulli viro conjungi deberet, petentibus procis eam legem pr.* Colon.

[c] *Perniciſſima.*] *Pernicioſiſſima* Parm.

[d] *Petentibus.*] *P. p. formoſiſſima enim erat, legem p. ne eas aſpernari videretur, ejus* &c. Raener.

[e] *Conjugem.*] *Se conjugem* Colon.

[f] *Victo autem n. ſ.*] Deſunt Raenerio.

[g] *Megarei.*] *Macharei* Lugd.

[h] *Intenſo amore.*] *Immenſo* Colon. *incenſo* Parm. vid. Barth. VIII. Adv. 17.

[i] *Morem.*] Hoc eſt conditionem. Terentianus, *mos certaminis & modus.* Barth. VIII. Adv. 17. *Mortem cert. periculo* Colon.

560 FOrſitan audieris aliquam certamine curſûs
Veloces ſuperaſſe viros. non fabula rumor
Ille fuit: ſuperabat enim. nec dicere poſſes,
Laude pedum, formaene bono praeſtantior eſſet.
Scitanti Deus huic de conjuge, Conjuge, dixit,
565 Nil opus eſt, Atalanta, tibi. fuge conjugis uſum.
Nec tamen effugies: teque ipſâ viva carebis.
Territa ſorte Dei per opacas innuba ſilvas
Vivit: & inſtantem turbam violenta procorum
Conditione fugat: Nec ſum potiunda, niſi, inquit,
570 Victa prius curſu. pedibus contendite mecum.
Praemia veloci conjux thalamique dabuntur;
Mors pretium tardis. ea lex certaminis eſto.

Illa

k *Expaveſceret.*] *Exp. nam victi proci occidebantur, Venerem* Raener.

l *Ex Amaſeno agro.*] Scribe, *Tamaſeo* cum Heinſio ad Ovid. x. Met. 644. Muncker. *Damaſeno* Parm. Micyll. *Damaſceno* Lugd. *Damaſeo* Raener. Colon.

m *Qui eſt in inſula Cypro.*] Haec poſt *donavit* ponunt Parm. Lugd. Micyll. Colon.

n *Ut in curſu.*] *Quae in c.* Colon.

o *Futurum enim.*] *Futurum dicens, ut projecti auri cupiditate velocitas currentis foeminae tardaretur* Colon.

p *Tardaretur impetus, ea demum.*] MS. & vett. Edd. *ut cupiditate ejus tardaretur, dum peteret.* ſcribendum, *cupiditate eorum.* Catal. Pith. lib. iv. *Haec poterant celeres pretio tardare puellas.* ſed alteram lectionem adſtruit Hyginus Myth. cap. 185. *Puellae impetum alligavit.* Muncker. *Tardaretur dum peteret* Parm. Lugd. Micyll.

q *Monitis.*] *Monitu* Colon.

r *Ejuſdem deae.*] *Ej. d. dum Matris Deûm l.* Micyll. *Ejus, dum Matris D. l.* Colon.

s *Quem Echion.*] *Quem quondam Echion* Colon.

t *Tenuerunt cupiditatem.*] *Tenuerunt libidinis voluptatem q. ad. r. inſ. ſolo concumberent* Colon.

v *Sunt converſi.*] *Mutati, & ex eo ſibi ſubjecti* Colon.

x *Deûm Matri.*] MS. *Deae Matri.* Forte, *Idaeae Matri.* vid. not. ad Mythol. Hygin. cap. 191. & idem tibi, quod mihi videbitur. Muncker.

560. *Forſitan audieras aliquam certamine, &c.*] Sic lib. xv. 497. *Iundo aliquem Hippolytum, &c.* Regius hoc loco ita ſcribit, *Aliquam: quandam in ſoluta diceremus oratione.* Quod, opinor, dixit, duce Valla lib. iii. cap. 63. Sed eum doctiſſimus Budaeus ſub principium Comm. Graecae linguae, merito reprehendit; oſtendens, Ciceronem inorat. De Provinciis Conſul. *Aliquos* dixiſſe, id eſt quoſdam. idque elegantiſſimè dictum eſſe docet. Vetus autem ſcriptura, *Forſitan.* Verè. Ciofan. Vid. ad Remed. 589. *audieris* ſcripti & editi meliores.

561. *Non fabula rumor Ille fuit.*] Ita diſtingue: rumor ille non fuit fictus. ſic *fabulae manes* apud Horatium. Heins. *Nec fabula* unus Heinſii.

562. *Nec dicere poſſis.*] *Nec dicere promptum eſt* unus Medic. quod videtur ex lib. xiii. 10. repetitum. *diſcere poſſis* unus Heinſii.

563. *Formaene bono.*] Multi ſcripti, *formane bona.* ut Ter. And. i. 1. *forma bona.* & Noſter ii. Am. x.

Non facit ad mores tam bona forma malos.

Propert. ii. 14.

Idcirco caerula forma bona eſt?

Et paſſim. ſed Gronovianus & Arundelianus, *formaeve bonae*; ut *praeſtans animi* & ſimilia, de quibus ad lib. ix. 451. neque tamen vulgatam damno. ſic Art. ii. 113.

Forma bonum fragile eſt.

Et Epiſt. xxi. 38.

Proprio vulneror ipſa bono.

Et ita *bona.* Ep. xvii. 133.

Nec te Junonis honores
Auditis Helenae praepoſuiſſe bonis.

Nazar. Panegyr. 34. *Nullam matronarum, cui forma emendatior fuerit, boni ſui piguit.* Et ita de forma & aliis rebus ſaepe *bonum*, & *naturale bonum* dici vidimus ad Petron. lxxv. Burm.

564. *Scitanti.*] *Quaerenti* Cod. Menard. *ſcrutanti* Voſſ. fruſtra. *ſcitari* proprium in hac re. Virgil. ii. Aen. 114.

Suſpenſi Eurγalum ſcitatum oracula Phoebi
Mittimus. & *Quaeſitum oracula venire* dixit Idem lib. iv. Georg. 449. Burm.

565. *Nil opus eſt, Atalanta, tibi.*] Non puto eandem eſſe hanc, & eam, quae in venatione Calydonii apri adfuit. tametſi commentatores utramque Schoenei regis filiam dicunt. quidam ſuperiorem ajunt Schoenei, hanc verò Coenei. certe nec quan-

Illa quidem immitis: ſed (tanta potentia formae eſt)
Venit ad hanc legem temeraria turba procorum.
Sederat Hippomenes curſûs ſpectator iniqui:
Et, Petitur cuiquam per tanta pericula conjux?
Dixerat: ac nimios juvenum damnârat amores.
Ut faciem, & poſito corpus velamine vidit,
Quale meum, vel quale tuum, ſi femina fias;
Obſtupuit: tollensque manus, Ignoſcite, dixit,
Quos modo culpavi: nondum mihi praemia nota,
Quae peteretis, erant. laudando concipit ignem;
Et, ne quis juvenum currat velocius, optat,
Invidiâque timet. Sed cur certaminis hujus
Intentata mihi fortuna relinquitur? inquit.
Audentes Deus ipſe juvat. dum talia ſecum

Exigit

quantitas eadem in his duobus nominibus: ipſe enim in octavo ait,

Venit Atalante Schoenei pulcherrima virgo.

Ubi ſecunda de *Atalanta* longa eſt, quae hic brevis, quanquam *α* ex ancipitibus videri poteſt. Porrò nec locus hujus fabulae indicatur à Venere, ſed videtur in Boeotia contigiſſe haec, ſi quidem illic ab Echione Cadmi ſocio ſacellum aedificatum in Cybeles honorem, in quo Hippomenes cum Atalanta concubuerit, dicitur. Sed haec non ſunt tanti. Glareanus. Non recte ex ſyllabae modo argumentum capit Glareanus; verſus enim ille ſpurius eſt. diverſas tamen fuiſſe Atalantas verum eſt. vide Celeber. Periz. ad Aelian. xiii. Var. cap. 1. & illas confudiſſe ipſos veteres docet poſt alios, quos citat, Barth. ad Stat. vi. Theb. 563. Tzetzes Chil. xii. c. 53. diſtinguit quidem duas Atalantas; ſed poſtea à Milanione poma aurea jaciente victam primum ſcribit; deinde ex Muſaeo ab Hippomedonte, & tandem ex Theocriti ſententia ab Hippomene ſuperatam addit. ubi confundit duas Atalantas. Burm.

566. *Nec tamen.*] Vix *tamen* unus Moreti. *non tamen* octo.

567. *Per opacas ſilvas vivit.*] *Ibat* Medic. quod Latinius puto. & hinc confirmari conjectura noſtra poſſet ad Epiſt. iv. 38. Burm.

568. *Et inſtantem turbam.*] Ad Epiſt. Ulyſſis Sabiniani ſcribendum monui:

—— *inſtantum turbam procorum.* Heins.

568. *Violenta procorum.*] Quis non videt, illud *violenta* vitioſum eſſe? Certe enim ſexti caſus eſſe debuit, ut ſententiae conſuleretur. *violenta conditione turbam procorum fugat*, ſed, ſi ita legatur, ruat metrum neceſſe eſt, cum ultima produci debeat: quamobrem legendum omnino eſt:

Et inſtantem turbam violente procorum
Conditione fugat.

Nam & *violens* & *violentus* dicitur, ut *opulens* & *opulentus*. atque alia ad id exemplum bene multa. Horat. lib. iii. Od. 30. *dicar qua violens obſtrepit Aufidus.* & in Epiſtolis i. x. 37. *ſed poſtquam victor violens.* Tan. Faber Lib. ii. Ep. 69. ſed probandum erat latine dici, *conditionem violentam*; cum *violenta puella* egregie & proprie dicatur. vid. ad Amor. ii. xvii. 7. *conditione* vel *conditionibus* vero ſimpliciter dici & eleganter notum eſt. vid. ad Vellej. ii. cap. 3. Burm.

569. *Potienda.*] *Potiunda* meliores. dictum lib. ix. vſ. 752. Heins.

571. *Thalamique.*] *Thalamusque* unus Heinſii.

573. *Sed tanta potentia formae.*] *Tanta potentia formae* parentheſim poſcit. nam conjunctio haec, *ſed*, ſequenti verſui in conſtructione jungenda eſt. Const. Fanens.

575. *Sederat.*] *Venerat* quatuor libri. *adfuit* Vivian. male; iii. Amor. ii. 1.

Non ego nobilium ſedeo ſtudioſus equorum.

Ubi & *venio* & *ſpectator*, quidam codices.

577. *Damnarat.*] *Condemnat* ingens codicum numerus. *damnabat* tres. *damnavit* ſex.

582. *Quae peteretis.*] *Quae peterentur* unus Baſil.

582. *Concipit ignes.*] *Ignem* iidem. Heins.

584. *Invidiamque timet.*] Ne invidia ſibi ſit impedimento, quo minus Atalanta potiatur Hippomenes. Regius. Ne invidia ſit ſibi impedimento, exponit Raphaël. adjungendum opinor erat, abs quo illa timenda, quod certe lectori conjectandum relinquo. Glareanus. Quid ſi legas? *Invidiâque timet*, hoc eſt, invidendo aliis, timet, ne quis victoriam praeripiat. Micyll. *Invidiaque* margo Gryphianae editionis ex veteri libro, & unus meus. Scribe, *Invidiaque timens.* pro *ſed cur*, *ſed quid* prim. Moreti & Bernegger. in Norico, *Invidaque timet.* Statius Theb. xi. 515.

Exigit Hippomenes: paſſu volat alite virgo.
Quae quamquam Scythicà non ſecius ire ſagittâ
Aönio viſa eſt juveni; tamen ille decorem
Miratur magis: & curſus facit ipſe decorem.
Aura refert oblata citis talaria plantis:
Tergaque jactantur crines per eburnea, quaeque
Poplitibus ſuberant picto genualia limbo:
Inque puellari corpus candore ruborem
Traxerat. haud aliter, quam cum ſuper atria velum
Candida purpureum ſimulatas inficit umbras.
Dum notat haec hoſpes; decurſa noviſſima meta eſt:
Et tegitur feſtâ victrix Atalanta coronâ.
Dant gemitum victi, penduntque ex foedere poenas.
Non tamen eventu juvenum deterritus horum
Conſtitit in medio; vultuque in virgine fixo,
Quid facilem titulum ſuperando quaeris inertes;

Mecum

Exultat, fratris credens hunc eſſe cruorem,
Credit & ipſe metu. HEINS.
Invidiamque tenet. Oxon. & quatuor alii. forte, *invidiaque tumet.*

585. *Intentata.*] *Intercepta* Baſil. unde Heinſius faciebat, *impercepta.* ut lib. IX. 710.

586. *Audentes Deus ipſe juvat.*] Alibi: *Audaces Forsque Venusque juvat.* Terentius in Phormione: *Fortes Fortuna adjuvat.* Ennius; citat Macrobius: *Fortibus eſt fortuna viris data.* Virgilius:
Audentes fortunæ juvat.
Claudianus:
Fors juvat audentes priſci ſententia vatis. CIOF. *Audaces* Leidenſ. & Palat. *audacem* Medic. unus. vid. ad lib. I. Art. Am. 608.

188. *Non ſegnius ire ſagittâ.*] *Non ſecius* Florentinus S. Marci. Neapol. & ſec. Medic. in tertio, *ſegius.* hoc eſt, *ſecius.* quomodo primus Mediceus & Spirenſis. ac pro diverſa lectione primus Gronovianus. diximus lib. II. ℣s. 809. HEINS.

590. *Mirator magis eſt, & curſus facit ipſe decorem.*] Non ſolum plus gratiae habet, ſed & neceſſitatis eſt, ut abſque conjunctione, *&*, hic locus legatur. *Talaria*, alata calceamenta commentatores exponunt. Servius in quartum Aeneidos pennas extuliſſe videtur, quae ut huic loco congruant non video, maxime propter verbum *ablata.* GLAREAN. Fortaſſe melius quod alii,
tamen ille decoris
Mirator magis eſt; curſus facit ipſe decorem.
DAN HEINSIUS. *Facit ipſe decoram* multi veteres. HEINSIUS.

591. *Aura refert ablata citis talaria plantis.*] *Oblata* prim. Palat. prim. Vatic. ſec. tert. quart. Medic. Cantabrig. Arond. Bernegg. Urbin. prim. Reg. uterque Hamburg. prim. Erfurt. Spir. aliique plurimi. bene. tunicam talarem intelligit. Apulejus eleganter de Statua Dianae lib. II. *Miles ſignum perfecte luculentum veſte reflatum, procurſu vegetius introeuntibus obvium.* HEINS. Val. Flac. III. 605.
Strata vel oblatis ductor videt aequora ventis.
Ubi plura dicemus.

592. *Tergaque.*] Codex Menardi & tres alii, *collaque*; parum refert: ſic lib. III. Art. 236. dixit, *fuſos per colla capillos*, ubi eadem varietas.

596. *Similem dat & inficit umbram.*] *Simul edit & inficit* Bernegger. & quatuor alii. *ſimul addat* Arondel. *ſimul edat* prim. & alius Medic. *ſimilem datur* unus Bonon. *ſimul & dat & inficit* prim. Moreti & ſeptem alii. *ſimilatas inficit umbras* Florentinus S. Marci omnium optimus. quod ſequor. nec abludit Spirenſis, in quo, *ſimilis dat inficit.* HEINSIUS.

599. *Penduntque ex foedere poenas.*] Ita locutus C. Nepos Hannib. VII. *ut eſſet pecunia, quae Romanis ex foedere penderetur.*

600. *Juvenis.*] *Juvenum deterritus horum* multi, non *juvenis.* HEINSIUS. *Perterritus* Menard. & tres alii.

602. *Facilem.*] *Fragilem* unus Heinſ. *vincendo quaeris* Menard.

603. *Mecum confer, ait.*] Nil juvant libri veteres. Putabam nihilominus, *Te mihi, confer, ait.* HEINSIUS. Stat. VII. Theb. 734.
Si tibi collatus Divûm ſator.

605. *Achaeſtius illi.*] Non mendoſus codex ſic habet, *Onchaeſtus & illi.* Onchoeſtus enim Neptuni filius fuit, ut in ſeptimo Thebaidos commentario legitur. quamvis Heſiodus, teſte Stephano, Onchoeſtum Boeoto Neptuni filio natum tradiderit.

Mecum confer, ait; ſeu me fortuna potentem
Fecerit, à tanto non indignabere vinci.
Namque mihi genitor Megareus Oncheſtius; illi
Eſt Neptunus avus: pronepos ego regis aquarum:
Nec virtus citra genus eſt. ſeu vincar, habebis
Hippomene victo magnum & memorabile nomen.
Talia dicentem molli Schoeneïa vultu
Adſpicit; & dubitat, ſuperari an vincere malit.
Atque ita, Quis Deus hunc formoſis, inquit, iniquus
Perdere vult? caraeque jubet diſcrimine vitae
Conjugium petere hoc? non ſum, me judice, tanti.
Nec formâ tangor. poteram tamen hac quoque tangi.
Quid? quod adhuc puer eſt? non me movet ipſe, ſed aetas.
Quid? quod ineſt virtus & mens interrita leti?
Quid? quod ab aequoreâ numeratur origine quartus?
Quid? quod amat, tantique putat connubia noſtra,

Ut

derit. Constant. Fanensis. *Namque mihi genitor Macareus, Aceſtius illi. Eſt Neptunus avus:* in editione Regii vulgo habetur, quod alii emendantes legunt, *Namque mihi genitor Megareus, Oncheſtius at illi, Eſt Neptunus avus, &c.* quam lectionem, ut non improbo, ita tamen non nihil me movet compoſitio verſus. quae hoc pacto durior aliquanto fit. & item quod ſequitur, *eſt Neptunus avus.* quod ambiguum redditur utrum ad dativum, *mihi*, an ad poſteriorem, *illi*, magis referendum ſit. quod ſi itaque liceat, malim legere:

Namque mihi genitor Megareus Oncheſtius, illi
Eſt Neptunus avus, pronepos ego regis aquarum.

Ut *Oncheſtius* vel patronymica figura, vel etiam gentili poſſeſſa accipiatur. ita enim neque verſus incommodi quicquam haberet, & ſententia plana ac certa redderetur, praeſertim quando & in veteri editione *Oncheſtius* eadem forma habetur. *Megareum* autem pro *Macareo* legendum eſſe etiam ex Pauſaniae Atticis lib. I. cap. 39. apparet, niſi quod ibidem Megareus Neptuni filius, non nepos. Oncheſtius autem genere, ſive patria dicitur. verba Pauſaniae haec ſunt: Βοιωτοὶ δὲ ὑπὸ Ὀγκηστῷ Μεγαρέα τὸν Ποσειδῶνος οἰκοῦντα, ἀφικέσθαι στρατιᾷ Βοιωτῶν φασὶ, Νίσῳ πρὸς τὸν Μίνω πόλεμον συνδιοίσοντα. πεσόντα δὲ αὐτὸν ἐν τῇ μάχῃ, ταφῆναι τε αὐτὸν γειτόνων πρότερον Νισαίων καλουμένῃ. in Boeoticis lib. IX. 26. tamen idem auctor etiam Oncheſtum, à quo urbi nomen factum, Neptuni filium facit his verbis: Ἀπὸ δὲ ὁδοῦ τούτου πέντε ἀπέχει καὶ δέκα σταδίους πόλεως ἐρείπια Ὀγχηστός. φασὶ δὲ ἐνταῦθα οἰκῆσαι Ποσειδῶνος παῖδα Ὄγχηστον. ἐπὶ ἐμοὶ δὲ ναός τε καὶ ἄγαλμα Ποσειδῶνος ἐλείπετο Ὀγχηστίου. ex quibus facile apparet & Oncheſtum Neptuni filium recte dici, & Megareum Oncheſti. Porro neque illud hoc loco omittendum, in commentariis Theocriti Idyll. III. verſ. 40. Hippomenem non Megarei, ſed Martis filium dici. niſi ibidem, ὁ Ἄρεος pro Μεγαρέος falſo irrepſiſſe putemus. ita enim habent verba: Ὁ Ἄρεος Ἱππομένης τῆς Σχοινέως Ἀταλάντης τῆς δρομαίας ἐρασθείς, Ἀφροδίτης συνεργούσης ἔδραμε ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, &c. De Atalante autem quae ad hunc locum pertinent, repete ex iis, quae ſupra lib. VIII. 318. annotavimus. Micyll. Oncheſtum etiam Neptuni filium, unde urbs Oncheſtus dicta, facit Scholiaſtes Statii lib. VII. 272. an vero *Megareus* an *Macareus* ſit legendum, vide Muncker. ad Hygin. CLXXXV. Megarea vero Apollinis filium facit Stephanus in *Megara*, ubi Berkelius varias ſententias Mythicorum recenſet. idem tamen Stephanus in *Niſaea* Megarea Oncheſtium ex Hellanico dicit. in *Oncheſtus* vero Oncheſtum Baeoti filium facit. Oncheſti & meminit Pindarus Iſth. Od. I. 46. & IV. 33. Megarei etiam Sophocles in Antigone vſ. 1311. quem Scholiaſtes *Macarea* ab aliis dictum notat, ut hic quoque multi codices hoc nomen exhibent. Camerarius vero dubitat, an Neptuni ſit filius, qui in bello, quod Minos Niſo intulit, occidit, an alius quiſquam. maxime vero placet Micylli emendatio, *Megareus Oncheſtius, illi eſt Neptunus avus. Oncheſtius* enim eſt in duobus. *Oreſtius* in tribus aliis codicibus. in aliis, *Orcheſius*, *Oncheſteus*, *Orcheſtius*, *Ancheſtius*, & neſcio quid magis varium. Burm.

611. *Formoſis, dixit, iniquus.*] *Inquit* vetuſtiores *formoſum dixit* prim. Moret. & quatuor alii. in Neapol. eraſa vetus lectio. Latet aliquid. *fortuni iniquis* prim. Ambroſ. an, *formis tam, dixit, iniquus?* Heins.

612. *Per-*

Ut pereat; ſi me Fors illi dura negârit?
Dum licet, hoſpes, abi; thalamosque relinque cruentos.
Conjugium crudele meum eſt. tibi nubere nulla
Nolet: & optari potes à ſapiente puellâ.
Cur tamen eſt mihi cura tui, tot jam ante peremtis?
Viderit: intereat: quoniam tot caede procorum
Admonitus non eſt; agiturque in taedia vitae.
Occidet hic igitur, voluit quia vivere mecum?
Indignamque necem pretium patietur amoris?
Non erit invidiae victoria noſtra ferendae.
Sed non culpa mea eſt. utinam deſiſtere velles!
Aut quoniam es demens, utinam velocior eſſes!
At quam virgineus puerili vultus in ore eſt!
Ah, miſer Hippomene, nollem tibi viſa fuiſſem!
Vivere dignus eras. quod ſi felicior eſſem;
Nec mihi conjugium fata importuna negarent;

Unus

612. *Perdere vult.*] *Pendere* Cantabrig. & unus Baſil. Vide Notas ad lib. VIII. vſ. 75. HEINSIUS.

615. *Sed quod.*] Argent. & ſecundus Moreti: *quid? quod adhuc puer eſt*, recte.

619. *Sors illi dura negarit.*] *Fors* cum melioribus. HEINS. Vid. lib. I. 453. *dira* etiam ſeptem ſcripti. non male, mox *importuna fata* vocat verſ. 634. id eſt ſaeva, dira.

622. *Nollet.*] *Nolet* prim. Palat. Bernegger. uterque Hamburg. Arondel. & ſex alii. HEINS.

624. *Viderit: intereat: quoniam tot caede procorum.*] Quidam emendarant, *Viderit interea, quoniam tot caede procorum Admonitus non eſt*, quòd duo haec verba inconcinne juncta videbantur. ſed impatientiam amantis & gloriam, & Hippomenem, haec confundit. nam nunc gloriae favet, tertio dehinc carmine juveni. *Interea* igitur legendum. GLAREANUS.

625. *Admonitus.*] *Attonitus* Baſil.

626. *Voluit quia vivere mecum.*] *Vovit* Urbinas & Noricus. *quia vovit* alter Hamburg. & alter Erfurt. nil mutandum temere. HEINS. Vide ſup. vs. 25. & IX. 362.

627. *Patietur.*] Langermanni excerpta, *potietur*: quod melius τῷ *pretium* convenit; & ſolere Noſtrum cum quarto caſu hoc verbum conſtruere oſtendit Heinſius ad Lib. XI. 55. & XIII. 730. & ita apud Plaut. Moſt. II. I. 67. pro *ne quid patiatur, quam ob rem pigeat vivere*; alii legunt, *ne quid potiatur*; majori ſpecie, quam in Aſinar. II. II. 58. vide Gruteri notas. BURM.

628. *Non erit invidiae victoria noſtra ferenda?*] Hoc modo legendum, id eſt cum interrogatione. eſt enim ſenſus: Non dabitur mihi crimini & culpae, ſi hic vincetur. *Invidia* enim crimen culpamque hoc loco ſignificat, quod ſequens haemiſtichium monſtrat, *Sed non culpa mea eſt.* CONST. FANENSIS. Male *ferenda* editi & plurimi ſcripti habent. Amor. lib. III. 6.

Non eris invidiae torrens (mihi crede) ferendae.

631. *Ah quam.*] *At* Urbin. Spir. & unus Regius. Vide Notas ad Epiſt. XII. vſ. I. HEINS.

635. *Cubilia vellem.*] *Poſſem* Cantabr. prim. Pal. prim. Vatic. & decem alii ex melioribus. IDEM.

636. *Primoque cupidine tacta.*] Theocritus Idyl. III. 40.

Ἱππομένης ὅκα δὴ τὰν παρθένον ἤθελε γᾶμαι.
Μᾶλ' ἐνὶ χερσὶν ἑλὼν δρόμον ἄνυεν, ἀδ' Ἀταλάντα
Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἄλλετ' ἔρωτα.

MICYLLUS. *Cupidine caeca* Junian. vid. lib. VIII. 224. *tracta* pr. Vatican.

637. *Quod facit ignorans.*] *Quid facit* plerique meliores. Caeſen. & tres alii. *Quid faciat.* Scribe, *Quidque agat ignorans.* HEINS.
Vulgata ſatis bona eſt lectio. amat; quod (ſc. amare) ignorans facit, & non ſentit tamen amorem.

640. *Cythereaque comprecor.*] *Cythereïa comprecor*, iidem meliores magna ex parte. HEINSIUS. *Cythereïa nunc, precor*, Voſſian. & Gronov. *Cythereïa, te precor.* Leidenſ.

643. *Nec opis.*] *Opi* malim. HEINSIUS. Vid. lib. IV. 695.

644. *Damaſenûm nomine dicunt.*] *Quem* ſubaudiamus, ut intelligamus, quem proprio nomine Damaſenum vocant. Nam eſt etiam ager Damaſcenus, à Damaſco urbe Syriae declinatus. REGIUS. Vereor ne *Damamaſſum* ſit legendum. *Amamaſſus* enim

Unus eras, cum quo ſociare cubilia poſſem.
Dixerat; utque rudis, primoque Cupidine tacta,
Quod facit ignorans, amat, & non ſentit amorem.
Jam ſolitos poſcunt curſus populusque paterque;
Cum me ſollicitâ proles Neptunia voce
Invocat Hippomenes. Cythereïa, comprecor, auſis
Adſit, ait, noſtris; &, quos dedit, adjuvet ignes.
Detulit aura preces ad me non invida blandas;
Motaque ſum, fateor. nec opis mora longa dabatur.
Eſt ager, indigenae Tamaſeum nomine dicunt;
Telluris Cypriae pars optima: quem mihi priſci
Sacravere ſenes: templisque accedere dotem
Hanc juſſere meis. medio nitet arbor in arvo;
Fulva comam, fulvo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria forte meâ veniens decerpta ferebam
Aurea poma manu: nullique videnda, niſi ipſi,

Hippo-

enim (quae & *Damamaſſus* dici poteſt, conſonante *d* principio adjecta, ut ſaepe fieri in locorum nominibus videmus, quod *Aulon Caulon* teſtatur) Cypri civitas fuiſſe apud Stephanum legitur. Const. Fanensis. De hoc agro apud auctores non memini me quicquam legere: quidam *Damaſenum* per, *n*, legunt, quaſi detracto, *c*, *Damaſcenum*, quod hoc loco carmen non patitur, dictum videri velint. Et in Cypro quidem ab eo, qui eſt in Syria, quod ego neſcio. Glareanus. Quidam pro *Damaſeno*, *Damaſeum*, abſque (*n*) legunt, ſed neque hujus, neque illius vocis mentio alibi exſtat. Illud hic addendum, interpretem Theocriti non ex Cypro, ſed ex Heſperidûm hortis aurea haec mala allata fuiſſe ſentire; ita enim ait: Ἔχων οὖν παρὰ τῆς θεᾶς μῆλα χρυσᾶ τοῦ τῶν Ἑσπερίδων κήπου, τῷ δρόμῳ ἔῤῥιπτεν ἕκαστον αὐτῶν. οὕτω δὲ ἀσχολουμένης τῆς κόρης ἐπὶ τῇ τῶν μήλων συλλογῇ, ἐλείφθη. Micyllus. *Indigenae Damaſenum* meus vetuſtior, Brian. Farneſ. & Maffejani. Ciofan. Levi unius literae mutatione reſtitutum ſpero redonatumque ſolo coeloque Cyprio agrum ſuum. *Damaſcum* ſibi habeat Syria, *Damaſeum*, *Damaſcenum* Critici. Inter oppida Cypri quindecim admittit *Tamaſeum* Plin. lib. v. cap. 31. & Stephanus. *Tamaſſum* in eadem inſula agnoſcit Strabo lib. xiv. Μέταλλά τε χαλκοῦ ἐστιν ἄφθονα ἐν Ταμασσῷ. hodie *Borgo di Tamaſſo*. Ferrarius. Farnabius. *Amaſenum* Boſch. & Thyſ. multi, *Damaſcum* vel *Damacenum*. *Damaſeum* Arondel. Scribe *Tamaſeum*. hoc eſt Ταμασεῖον. vide Notas lib. i. vſ. 579. Ταμάσεος πόλις Κυπρου. τὸ ἐθνικὸν Ταμασίτης καὶ Ταμασεῖος Stephano. quare dubito an non, *Tamaſiten nomine dicunt* hoc loco ſit legendum. nam prim. Vaticanus, *Damaſithona*. *Tamaſeum* etiam urbem hanc vocat Plinius. apud quem codices nonnulli antiqui *Tamaſus*; ἡ Ταμασὸς quoque Straboni libro vi. Ταμάσσος Ptolemaeo, ſed mendoſe, ut puto. Ταμεσία Polybio. Ταμασία Conſtantino Porphyriogenetae in Thematibus. nihil autem uſitatius in antiquis libris, quam *T* in *D* degenerare. ſic ſuperiori libro codices omnes vetuſti, *Driopeïus* pro *Triopeïus*. Auctor argumentorum, *Damaſum agrum* habet, ſed codex veterrimus S. Marci illic *Amaſenum* exhibet pro *Tamaſeum*. Heins. Vid. Meurſ. Cypr. lib. i. cap. 26.

645. *Quam mihi priſci Sacravere ſenes.*] *Quem* rectius ſex ſcripti. de agro enim Tamaſeo mentio eſt. Heins *Sacravere patres* duo Gronov.

647. *Nitet arbor.*] In uno meo, *Medio viret.* quod valde probo. Ciofanus. *Viret* Excerpta Mureti & duo ex noſtris. deinde *comam* pro *comas* meliores. Heinsius. Nec ego *viret* damno, quod auro convenit. vide ſupr. ad lib. iv. 636. ſed mox 666. *nitidum pomum* vocat. & ita paſſim etiam aurum *nitidum* dicitur. *comam* etiam recte. inf. xi. 47. & alibi. deinde *radiantibus auro* Leidenſ. unus; *trepidantibus* alter. *pomis* etiam pro *ramis* duo. vid. lib. iv. 637. Burm.

649. *Veniens.*] *Juvenis* unus Leidenſis. *forte mea juveni* Heinſio olim videbatur legendum, ut intelligatur Hippomenes. forte legendum, ut partim Fanenſis vidit:

Hinc tria forte meo juveni decerpta ferebam
Aurea poma manu. nullique videnda niſi ipſi
Hippomenen adii

Ut per juvenem intelligatur Adonis, cui illa decerpſerat Venus, ſed nunc, invocata ab Hippomene, ipſi ſubminiſtrabat. ita fere Virg. Ecl. iii. 70.

Hippomenen adii; docuique, quis uſus in illis.
Signa tubae dederant; cum carcere pronus uterque
Emicat, & ſummam celeri pede libet arenam.
Poſſe putes illos ſicco freta radere paſſu,
Et ſegetis canae ſtantes percurrere ariſtas.
Adjiciunt animos juveni clamorque, favorque,
Verbaque dicentum, Nunc, nunc incumbere tempus,
Hippomene: propera. nunc viribus utere totis.
Pelle moram: vinces. dubium Megareïus heros
Gaudeat, an virgo magis his Schoeneïa dictis.
O quoties, cum jam poſſet tranſire, morata eſt;
Spectatosque diu vultus invita reliquit!
Aridus è laſſo veniebat anhelitus ore:
Metaque erat longè. tum denique de tribus unum
Foetibus arboreis proles Neptunia miſit.
Obſtupuit virgo; nitidique cupidine pomi
Declinat curſus; aurumque volubile tollit.
Praeterit Hippomenes. reſonant ſpectacula plauſu.
Illa moram celeri, ceſſataque tempora, curſu
Corrigit: atque iterum juvenem poſt terga relinquit.

Et

Puero ſilveſtri ex arbore lecta
Aurea mala decem miſi. BURM.

650. *Nullique videnda niſi ipſi.*] Haemiſtichium hoc ſequenti adjungatur hoc modo: *Nullique videnda niſi ipſi Hippomenen adii.* CONS. FANENS.

653. *Summam celeri.*] *Summa celeris pendebat arena* Medic. & Bonon. & Florent. S. Marci.

654. *Sicco freta.*] *Celeri freta* Cantab. Vatic. & ſeptem alii. *celeri mare* Palatin. quart. *laedere* ſec. Pal. *condere* Leid. *planta* etiam tert. Palat.

659. *Macareïus heros.*] Hippomenes Macarei filius. REGIUS. Lege, *Megareïus.* MICYLLUS.

660. *Schoeneïa dictis.*] Libri ſcripti, & hic, & ſuprà habent, *Coeneïa.* ut facilè appareat, hanc alteram eſſe ab illa, cujus facta eſt mentio in octavo. CIOF.

663. *Aridus à laſſo.*] *E laſſo* caſtigatiores. HEINS.

664. *Tum denique de tribus unum Foetibus arboreis flores Neptunia miſit.*] In Ibide 371.

Ut qui velocem fruſtra petiere puellam,
Dum facta eſt pomis tardior illa tribus.

Vide & Apollodorum lib. III. ubi quae ab hac, quam hic poëta noſter deſcribit, fabula diverſa ſunt, ex aliis refert auctoribus. Illud notatu indignum mihi non videtur: nitor enim, quantum ingenii mei vires patiuntur, aliis locis lucem afferre: Speroque mihi condonatum iri, ſi aliquantum à propoſito digrediar. Ovid. lib. III. Eleg. II. 29. Atalantam *fugacem* vocat, *Talia Melanion Atalantae crura fugacis*, id eſt, velocis, celeris. Hoc propoſitis exemplis perſpicuum fiet. De Remedio 155. *Ecce fugax Parthus.* Dicitur & *rapidi*, lib. V. Faſt. 592.

Quid rapidi profuit uſus equi?

In Epiſt. XIX. 12.

Flectitis aut freno colla fugacis equi.

Propert. III. III. 17.

Tela fugacis equi.

Sic Horat. lib. II. Carm. Ode I.

Jam fulgor armorum fugaces
Terret equos.

Qui *fugacis* nomen aliter, atque ego dixi, in his locis poni exiſtimat, vehementer errat. In haec eò libentius delapſus ſum, quoniam id apud poëtam noſtrum, à nemine, quod quidem ſciam, animadverſum erat. CIOFANUS. Inanis haec Ciofani jactatio: nam Hubertinus jam ad Epiſt. IV. Ys. 46. animadvertit.

671. *Remorata.*] *Revocata* Ambroſian. quod hic melius conveniret, quam lib. IV. 137. ubi vide. *raptu* etiam pro *jactu* Medic. & alius.

672. *Pars ultima.*] *Pars optima* unus Moreti. HEINS. Vid. lib. VII. 662.

675. *Ab obliquo.*] Sic lib. De Rem. Amor. 121.

Stul-

Et rurſus pomi jactu remorata ſecundi,
Conſequitur, tranſitque virum. pars ultima curſûs
Reſtabat: Nunc, inquit, ades, Dea muneris auctor:
Inque latus campi, quo tardius illa rediret,
Jecit ab obliquo nitidum juveniliter aurum.
An peteret, virgo viſa eſt dubitare: coëgi
Tollere; & adjeci ſublato pondera malo:
Impediique oneris pariter gravitate moràque.
Neve meus fermo curſu ſit tardior illo;
Praeterita eſt virgo: duxit ſua praemia victor.
Dignane, cui grates ageret, cui turis honorem
Ferret, Adoni, fui? nec grates immemor egit:
Nec mihi tura dedit. ſubitam convertor in iram:
Contemnique dolens, ne ſim ſpernenda futuris,
Exemplo caveo: meque ipſa exhortor in ambos.
Templa Deûm Matri, quae quondam clarus Echion
Fecerat ex voto, nemoroſis abdita ſilvis,
Tranſibant: & iter longum requieſcere ſuaſit.
Illic concubitûs intempeſtiva cupido
Occupat Hippomenen, à numine concita noſtro.

Luminis

Stultus, ab obliquo qui cum diſcedere poſſet, Pugnat in adverſas ire natator aquas. Ciof.

675. *Liquidum.*] Quidam è veteribus libris, *Nitidum.* Idem. *Liquidum* unus Patavinus ex Noſtris. reliqui omnes, *nitidum*, niſi quod Barberin. *fulvum.* paulo anto:

——— *nitidique cupidine pomi*
Declinat curſus.

Libro ix. 688.

——— *cum ſpicis nitido flaventibus auro.*

Tò *liquidum* metuo ne ex *obliquo* profluxerit. Heinsius.

675. *Juveniliter.*] *Juveniliter* Raphaël exponit fortiter, quod mihi non probatur. nam ut à curſu averteret puellam, ſatis erat, quòd ab obliquo jaciebat pomum: ſed videtur mihi jaciendi modus expreſſus per hoc, quod dixit *juveniliter.* Glarean. *Juveniliter* eſt cum ardore & impetu, ut juvenes ſolent. ſic. iii. Art. 733. *juveniliter arcum corripit.* ſic *nimium juveniliter uti ingenio* ii. Triſt. 117. *juvenaliter* hic in quibuſdam ſcriptis, ut ſaepe. Burmann.

679. *Curſu ſit tardior ipſo.*] *Illo* quatuor ſcripti. *longior* etiam alter Hamburg. & alter Erfurt. Heinsius.

683. *Tura dedit.*] *Tulit* mallem, repetitione familiari noſtro Poëtae.

684. *Contemtuque dolens.*] *Contemnique* rectius duo Medicei cum altero Hamburgenſi. alter Erfurtanus, *Contemtique.* Heins. *Spernenda futuri* etiam Francof.

685. *Meque ipſam.*] *Ipſa* Prior Palatinus, duo Medicei & duo alii. recte. vide ad ℣s. 522.

686. *Clarus Echion.*] *Magnus* Baſileenſis & alii. ita ſup. 337. *Magnus Cinyra* & alibi. vid. vii. 695. viii. 371. Regius *Echionem* hunc unum è Cadmi ſociis facit, qui memoratur lib. iii. 126. recte, ſi Atalantam Boeoticam capiamus; ſed cum confudiſſe & Noſtrum & alios duas Atalantas viderimus jam ſupra, hic *Echion* poſſet intelligi Arcas, qui fuit inter venatores Apri Calydonii, viii. Met. 311. & qui inter Argonautas numeratur. Burm.

689. *Illic concubitûs intempeſtiva cupido.*] *Cupido* hic manifeſte genere foeminino ponitur, quod Horatius perpetuò maſculino. Ceterum ſequens carmen:

Occupat Hippomenen, & à numine concita noſtro,

Superflue habet, &, conjunctionem, contra & ſenſum & carminis legem. Glareanus. Deleatur praepoſitio, ut carmen rectum incedat. Const. Fanens. Recte in vetuſtis Codd. *jam numine concita noſtro*, erafis ſcilicet conjunctione & praepoſitione, quae concinnitatem occupabant & numerum. Mariang. Accurs in Diatribis. In utroque meo & aliis fidelioribus, *A numine concita noſtro.* Quo modo ſine ulla dubitatione legendum

Luminis exigui fuerat prope templa receſſus,
Speluncae ſimilis, nativo pumice tectus;
Religione ſacer priſcâ: quo multa ſacerdos
Lignea contulerat veterum ſimulacra Deorum.
Hunc init; & vetito temerat ſacraria probro.
Sacra retorſerunt oculos; turritaque Mater,
An Stygiâ ſontes, dubitavit, mergeret undâ.
Poena levis viſa eſt. ergo modo levia fulvae
Colla jubae velant: digiti curvantur in ungues:
Ex humeris armi fiunt: in pectora totum
Pondus abit: ſummae caudâ verruntur arenae.
Iram vultus habes: pro verbis murmura reddunt:
Pro thalamis celebrant ſilvas: aliisque timendi
Dente premunt domito Cybeleïa frena leones.
Hos tu, care mihi, cumque his genus omne ferarum,
Quae non terga fugae, ſed pugnae pectora praebent,
Effuge: ne virtus tua ſit damnoſa duobus.

FAB.

eſt. Mariang. tamen agnoſcit: *jam numine concita noſtro.* CICERO. *Jam* etiam libri quatuor.

689. *Cupido.*] *Libido* plurimi ſcripti.

691. *Luminis exigui.*] *Liminis* in plurimis. HEINSIUS. *Luminis* praeferrem, quod ſpeluncae obſcuriori melius convenit. & ita paſſim *lumina* vocantur feneſtrae & aperturae aedium, per quas lumen intromittitur. ut apud Ciceron. 1. de Orat. 39. & in juris voluminibus paſſim. vid. l. penul. ff. de Serv. praed. urb. l. 25. §. 3. Locat. & alias. diverſo ſenſu dixit lib. 11. Faſt. 743.

Lumen ad exiguum famulae data penſa trahebant. Ubi Lucernae intelligi debent. & recte *lumen unicum* tamquam paupertatis certiſſimae argumentum in l. 6. §. 3. de Off. Praefid. explicuit Pricaeus ad Apulej. lib. IX. p. 487. & nuper ampliſſimus Bynkershoekius in Obſerv. Juris l. 1. p. 14. ubi alii inepte *limine unico*, defendunt, quod verbo *tranſlatis* minime convenire puto. vide quae notavimus ad Quinctil. lib. x. De Inſt. Orat. 3. paſſim vero in codicibus MSS. *lumen* & *limen* confunduntur. Ceterum Heraclitus de Incredibilibus ab Allatio editus cap. 12. in antro concubuiſſe dicit, & à leonibus, qui caſu in illo erant, devoratos: unde fabula nata. BURM.

693. *Multa ſacerdos.*] *Vota* Neapol. & ſec. Medic. bene. Adi Notas lib. VII. 162. & VIII. 152. apud Minucium Felicem Octavio *nulla ſimulacra nota*, pro *vota* ſimiliter perperam legitur. & apud Virgilium XII. 769. in nonnullis exemplaribus:

——— *ubi figere dona ſolebant*
Laurenti Divo & notas ſuſpendere veſtes,

Pro *votas.* at in Spirenſi, *vitta ſacerdos.* HEINS.

694. *Lignea.*] *Aurea* Baſil. *ignea* duo. ſimilis varietas apud Petron. cap. 95. ubi pro *ligneum Candelabrum*, *igneum* alii.

695. *Probro.*] *Stupro* Urbinas & alius, quod à Gloſſatore eſt. nam *probrum* Terentius & alii hac ſignificatione habent frequentiſſime.

696. *Turrita mater.*] Turribus ornata. nam Cybele eadem cum tellure putatur eſſe. REGIUS. Alludit ad coronam, turribus inſignitam, moeniorum modo, quae illi attribuitur à poëtis. Hinc Lucretius libro ſecundo vſ. 606.

Muralique caput ſummum cinxere corona;
Ex imis munita locis quod ſuſtinet urbes.
Quo nunc inſigni per magnas praedita terras
Horrifice fertur divinae matris imago. MICYLL.

698. *Ergo modo.*] Malim,

Tergum, & modo levia fulvae
Colla jubae velant. HEINS.

699. *In ungues.*] *In unguem* ſec. Medic.

704. *Dente premunt domito.*] *Solido* unus Heinſii.

704. *Cybeleïa frena.*] Nam matris Deûm currum à leonibus trahi fingunt poëtae. Cybela autem dicta eſt à Cybelo monte Phrygiae, ipſi Deûm matri ſacro. REGIUS. Vel etiam ἀπὸ τοῦ κύβου, hoc eſt, cubo, quoniam terra cubica, hoc eſt, ſolida, & per hoc conſtans & immobilis intelligatur. De leonibus autem idem Lucretius ita meminit lib. 11. 600.

Hanc

Fab. XII. & XIII. Argumentum.

Adonis cruor in florem purpureum. Menthe nympha in herbam Mentham.

Adonis ſupradictus, [a] *monitus à Venere quam vim ferae haberent,* [b] *non obtemperavit. Igitur is in venatione ab apro interimitur: cujus cruor ejuſdem deae numine in florem purpurei coloris converſus eſt.* [c] *Minthe Nympha in herbam mutata mentham odit. Proſerpinae Cereris filiae eſt;* [d] *quod cum patre, conjuge ſuo, concubuiſſet.*

Illa quidem monuit: junctisque per aëra cygnis
Carpit iter: ſed ſtat monitis contraria virtus.
Forte ſuem latebris, veſtigia certa ſecuti,
Excivere canes; ſilvisque exire parantem
Fixerat obliquo juvenis Cinyreïus ictu.
Protinus excuſſit pando venabula roſtro,
Sanguine tincta ſuo: trepidumque, & tuta petentem
Trux aper inſequitur: totosque ſub inguine dentes
Abdidit; & fulvâ moribundum ſtravit arenâ.
Vecta levi curru medias Cytherea per auras
Cypron olorinis nondum pervenerat alis.

Agnovit

Hanc veteres Grajûm docti cecinere poëtae
Sedibus in curru bijugos agitare leones;
Aëris in ſpatio magnam pendere docentes
Tellurem, neque poſſe in terra ſiſtere terram.
Adjunxere feras, quod quamvis effera proles
Officiis debet molliri victa parentum. Micyll.

705. *Care mihi.*] *Care puer* Argentin.

706. *Quod non terga fugae, ſed pugnae pectora praebet.*] *Quae praebent* ex melioribus. Heinsius. *Quae n. t. f. ſed dant ſua pectora pugnae* unus Heinſii

[a] *Monitus.*] *Admonitus* Colon.

[b] *Non obtemperavit.*] MS. & Venet. non agnoſcunt verba illa. Immo nec Micyllus, cujus editio exhibet, *Quam vim ferae haberent; igitur is, (dum negligit haec) ab &c.* ſed verba, incluſa parentheſi, procul dubio ab emendatore aliquo ſunt. Muncker. Omittunt & Parm. Lugd. *Haberent; cum virtuti ſuis aliter egiſſet; in venatione*, &c. Colon.

[c] *Minthe.*] Cocyti filia. Plinius lib. xix. cap. 8. *Menthae nomen ſuavitas odoris apud Graecos mutavit, cum alioqui Mintha vocaretur. unde noſtri nomen declaraverunt.* Lege, *declinaverunt*, ut habent edd. vett. Nam à *μίνθη* vel *μίνθα* Graecorum declinatum Latinum *mentha.* Dicitur & *μίνθος.* Schol. Ariſtoph. ad Ran. Act. iv. ſc. 1. *Μίνθον οἱ μὲν τὸ ἡδύοσμον. οἱ δὲ τὴν ἴυγγα.* &c. Confer Strabon. lib. viii. Muncker. Hoc argumentum priori connectit Raener. ita, *ſic & olim Menthe.*

[d] *Quod.*] *Eo quod c. Dite p. c. ſ. concubuerat, transfigurata eſt.* & in priori omittit *mutata* Colon. *Dite* habet etiam Raener. *Dicteo* Parm. & Lugd.

710. *Veſtigia certa.*] *Trita* Baſil. unus.

714. *Tuta.*] *Tecta* Oxon. & Gronov.

715. *Totosque ſub inguine dentes.*] *Torosque* quinque veteres. nil muta. pro *pando roſtro* duo libri, *patulo.* Vid. lib. xv. 513. Heins. *Fixosque* unus Heinſii. ut iii. 84.

Figitque in acumine dentes.

Deinde pro *pando*, ſeptem libri, *curvo.*

718. *Cypron olorinis nondum pervenerat alis.*] Nec de hac fabula certum eſt, ubi venatus Adonis fuerit. puer quidem Adonis in Panchaia natus, jam vir factus poterat aliò conceſſiſſe. ex hoc autem carmine ſaltem liquet in Cypro non eſſe facta quae hic narrantur. Verum in fabula fruſtra haec, ut antea admonuimus. Glareanus. Pro *pervenerat*, *penetraverat* unus Baſil. & margo Gryph. Virg. vii. 365.

At non ſic Phrygius penetrat Lacedaemona Paſtor

Et ita ille & alii paſſim.

Agnovit longe gemitum morientis: & albas
Flexit aves illuc. utque aethere vidit ab alto
Exanimem, inque suo jactantem sanguine corpus;
Desiluit: pariterque sinus, pariterque capillos
Rupit; & indignis percussit pectora palmis.
Questaque cum fatis, At non tamen omnia vestri
Juris erunt, inquit. luctûs monumenta manebunt
Semper, Adoni, mei: repetitaque mortis imago
Annua plangoris peraget simulamina nostri.
At cruor in florem mutabitur. an tibi quondam

Femineos

719. *Agnovit longe.*] Multi, *cognovit.* sed nihil muta. aemulatus Noster illa Virgilii lib. x. Aeneid. 843.

Agnovit longe gemitum praesaga mali mens.

Ut & Statius lib. VI. Theb. 179.

Hypsipilem agnovit longe.

Ita & alibi. Virgilius lib. VIII. 531.

Agnovit sonitum.

Et lib. IX. 16.

Agnovit juvenis.

Heinsius conjecerat olim, *agnovit linguae gemitum morientis.* sed nihil opus. BURM.

720. *Flexit.*] In uno meo, *misit.* CIOF.

720. *Utque aethere.*] *Et ut aethere* Basil.

721. *Exanimem.*] Si exanimis, quomodo jactabat corpus? Scribe vel invitis membranis, *Semanimem.* de Procride moribunda lib. VII. 850.

Semanimem, & sparsas foedantem sanguine vestes, Invenio. HEINS.

721. *Inque suo jactantem sanguine corpus.*] In eodem meo, *Inque suo versantem.* CIOFANUS. Ita & excerpta Mureti. vide ad Ep. III. 50. & supr. lib. V. 55. 59.

722. *Desiliit, pariterque sinum.*] *Desiluit, & sinus* meliores. HEINS.

723. *Percussit pectora palmis.*] *Pectus percussa lacertis* unus Leidensis. IDEM.

724. *Et non tamen.*] *At non* Calandr. Arondel. & sex alii. bene. vide quae notamus initio Epist. Medeae. & lib. XII. 367. mox pro *dixit* idem Arond. Zulich. & unus Medic. *inquit.* IDEM.

726. *Repetitaque mortis imago.*] *Recitataque* Spirensis. *redivivaque* sec. Medic. Scribe, *recidivaque.* de qua voce fusius egimus ad Phoenicem Claudiani. etsi minime ignoro vulgatam scripturam ex aliis Nasonis nostri locis defendi posse. Adi Notas Fastor. IV. vers. 45. IDEM. Nihil muto. nam *repetere*, & *referre* de sacris anniversariis. & sequenti versu pro *peraget* Argent. habet, *referet.* vid. ad Remed. 593.

727. *Annua simulamina.*] Simulachra. Nam singulis quibusque annis Adonia, id est sacra in Adonis honorem celebrabantur, in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur. REGIUS. Haec sacra etiam ab Esaia increpantur alicubi. Nam circa Libanum in Palaestina & circa Byblum peragi solita fuisse legimus. Addunt autem Graeci fabulae huic, Martem, quia Adonidi invideret, tanquam rivalis, sese in aprum transformasse, & sub specie illius Adonim interemisse. Florem autem, qui ex cruore Adonidis enatus sit, Anemonen fuisse. Cujus quidem nomini respondet illud, quod statim subjicit poëta:

Namque male haerentem, & nimia levitate caducum
Excutiunt iidem, qui perflant omnia venti.

Ἄνεμος enim ventus Graecis est, inde Ἀνεμώνη. Praeterea autem & rosam iidem Graeci dicunt, cùm antea candida fuisset, in purpuream versam eodem tempore fuisse tinctam, videlicet Veneris cruore, quem illa emiserat, cum fortè ex nimio luctu ob Adonidem, discalceata approperasset, eoque modo pedem spina rosae fauciasset. Fuerunt etiam qui Adonim non Cinyrae, sed Thestantis filium facerent, & qui ex eodem & Venere Priapum natum dicerent. In Commentariis Theocriti autem etiam legitur: Ἀποθανόντα Ἀδώνιν ἐξ μήνας ἐν ἀγκάλαις τᾶς Ἀφροδίτης ποιῆσαι, ὥσπερ καὶ ἐξ ἐν ταῖς Περσεφόνης, quod iidem illi de frugibus interpretantur, quoniam fruges, quas per Adonim accipiunt, sex menses sub terra lateant, & sex supra terram aëre temperentur. Vide Idyll. III. Atque in eam sententiam & Orpheus meminit Adonidis in hymnis, his versibus:

Περσεφόνης ἐρασιπλοκάμῳ λέκτροισι λοχευθείς
Ὃς ποτε μὲν ναίεις ὑπὸ Τάρταρον ἠερόεντα·
Ἠ ὃ πάλιν πρὸς Ὄλυμπον ἄγεις δέμας ὠμόκαρπον.

MICYLLUS.

728. *An tibi quondam.*] Mynthe nympha fuit, quam Plutonis pellicem fabulae tradunt exstitisse. Eamque cùm Proserpina dolo circumvenisset, in horten-

Femineos artus in olentes vertere menthas,
Perſephone, licuit? nobis Cinyreius heros
Invidiae mutatus erit? ſic fata, cruorem
Nectare odorato ſpargit: qui tactus ab illo
Intumuit; ſic, ut pluvio perlucida coelo
Surgere bulla ſolet. nec plenà longior horâ
Facta mora eſt, cum flos è ſanguine concolor ortus.
Qualem, quae lento celant ſub cortice granum,

Punica

hortenſem mentham fuiſſe transfiguratam: quam plerique hedyoſmon vocant. Eſt & mons prope Pylum cognomine Mynthes, juxta quem Plutonis quoque eſt templum. Regius.

727. *Foemineos artus in olentes vertere menthas.*] Lego, *Minthas.* Mintha enim vel Minthe à Graecis dicitur, quae alio nomine hedyoſmon vocatur, à Mintho Neptuni pellice in eam mutata, ut auctor eſt Pollux libro ſexto, capite decimo. Minthos quin etiam ipſa herba appellatur eidem Polluci & Ariſtophanis in Plutum interpreti, ex quorum poſteriore nonnulla alibi ſuper hoc recitabimus. Constantius Fanensis. Hujus fabulae meminit & Nicandri interpres in Alexipharmacis. Cujus verba haec ſunt: Μίνθη δὲ Ἄιδου παλλακὴ οὕτω καλουμένη, ἣν διεσπάραξεν ἡ Περσεφόνη. ἐφ' ᾗ τὴν ὁμώνυμον ποὰν ἀνέδωκεν ὁ Ἅιδης. Micyllus. Tangit & fabulam Oppianus Halieut. lib. III. & Strabo lib. VIII. Vide & Plin. XIX. 8. qui prius Mintham dictam ait, nomenque ob odoris ſuavitatem mutaſſe.

732. *Sparſit.*] *Spargit* cum melioribus.

733. *Fulvo perlucida caelo.*] Ita libri veteres & Ald. Alii ineptè legunt, *Pluvio.* Ciofan. Immo rectè: cum pluvia enim cadit in aquam, ſurgit bulla ex gutta.

735. *Ortus.*] *Exit* in uno invenit Heinſius. ſic & mutata haec verba II. Pont. v. 50.

736. *Celant ſub cortice granum.*] *Grana* prim. Gronov. frag. Boxhornii & ſeptem alii. *in cortice* idem Gronov. *quae cortice* prim. Moret. *ſub vertice* prim. Pal. atque alii quatuor. Forte,

Qualem, quae lento celantur cortice, grana
Punica ferre ſolent.

Vel, *celant ſe cortice.* ſcriptum fuerat, *celant urtice.* mendoſe. Hinc factum *celant ſub vertice*, vel *cortice.* Videtur hunc locum reſpexiſſe Lactantius carmine de Phoenice foediſſime depravatus, quem ſic caſtigamus.

Principio color eſt, qualis ſub cortice levi
Mitia quem croceum punica grana legunt.

Nullo ſenſu nunc circumfertur, *qualis ſub ſidere caeli Mitia quem croceo Punica grana legunt.* Martial. I. Ep. 44.

Aut imitata breves Punica grana roſas.

Ita optimus Thuaneus. nam *Punica mala* perperam nunc legitur. Poſſis & caſtigare, *celantur tegmine*; Columella lib. X.

Mox ubi ſanguineis ſe floribus induit arbos
Punica, quae rutili miteſcit tegmine grani.

In Catalectis Pythoei pag. 186. exſtat carmen Avieni, quo mala Punica eleganter deſcribuntur. ubi & *granorum* bis terve fit mentio, & tegmen illud, cui grana ſunt involuta, *vellus* appellatur. De Granis Punicis corrige in tranſcurſu locum ejuſdem Columellae inſigniter depravatum libro VI. cap. 5. *Subluvies & intertrigo pice per ſe* (lege *terſae*) *liquida, vel alumine & ſulfure atque aceto mixtis rite* (bene vetus codex *litae*) *vel tenero* (vet. cod. *auſtero*) *punico malo, priusquam grana faciat, cum alumine pinſito, ſuperfuſoque aceto vel aeris aerugine* (lego *rubigine* cum ſcriptis) *infriata vel combuſta galla cum auſtero vino levigata & ſuperpoſita* (vet. Cod. *inlita*) *tuberculum, cui ſubeſt vermiculus, ferro quam acutiſſime* (lege *cautiſſime*) *circumſecari oportet, ne dum amputatur, etiam quod infra eſt, animal vulneremus.* Heins. Vide lib. IV. Faſt. 608. & IV. ex Pont. XV. 8.

738. *Et nimia levitate caducum.*] In uno meo eſt, *Gravitate*, non *Levitate.* Ciofan.

739. *Qui perflant omnia venti.*] Omnes libri ſcripti, *Qui praeſtant omnia venti.* Sic Ald. Briantii tamen liber eam habet lectionem, quae eſt in libb. vulgatis, quam ſequendam arbitror. Ciofan. *Qui perflant omnia venti.* Haec ſcriptura à ſcriptis nullis confirmatur. Plerique veteres, *praeſtant omnia*, vel *praebent omnia.* At prim. & tertius Medicei, Oxonien. prim. Hamburg. prim. Twiſd. & duo alii, *praeſtant nomina.* ſeptem alii pro diverſa lectione eandem ſcripturam quoque exhibent. verè. nec abludit Arondelianus, in quo *praebent nomina.* Adonidis enim cruor in anemonem florem mutatus eſt. qui flos ἀπὸ τοῦ ἀνέμου nomen deducit. quo alluſit Noſter. vera ſcriptura hujus loci jam mihi puero olim deprehenſa ex Leidenſis bibliothecae codice. de qua me monuerunt poſtea Deſiderius Heraldus & Johannes Peyrarędus, de ea quoque jam Lectorem monuit Aegidius

Punica ferre ſolent: brevis eſt tamen uſus in illo.
Namque malè haerentem, & nimiâ levitate caducum
Excutiunt idem, qui praeſtant nomina, venti.

Aegidius Menagius, magnum Galliae ſuae ornamentum, in erudito & ingenioſo opere, quod Gallicas Origines inſcripſit. & ad Poëmata Malherbae pag. 394. ubi de Anemone agit. appoſite Plinius lib. XXI. cap. 23. de anemone: *Flos nunquam ſe aperit, niſi vento ſpirante, unde & nomen accepit.* Sed & Fabricius Lutetiâ mihi ſcripſit ita hunc locum reſtitutum à Cl. Sarravio, viro longe humaniſſimo. HEINSIUS.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER UNDECIMUS.

FAB. I. ARGUMENTUM.

Serpens in Lapidem.

Orpheus, [a] *Oeagri fluminis & Calliopes Musae filius, cum habuisset conjugem nomine Eurydicen, & eam amisisset, & cum fine eâ* [b] *ab inferis redisset, lege accepta à Plutone: ne talem dolorem* [c] *in alterâ experiretur,* [d] *puerilem amorem primus instituit. Quam ob caussam* [e] *Thressae mulieres* [f] *instinctae, in abditis locis solitudinem agentem propter desiderium conjugis, interfecerunt;* [g] *separatumque caput ejus à reliquo corpore cum lyrâ in amnem Hebrum praecipitaverunt: per quem in mare delatum, & hinc in insulam Lesbum: cum hic haesisset in litore, serpensque morsu sanguinem lamberet, priusquam* [h] *vultus ejus adpeteret, ab Apolline Jovis & Latonae filio duratus in lapidem est.*

Carmine

Hoc argumentum, & sequens plane interpolatum, ita edit. Colon. habet. *Matronae Thracum Orpheo vate, eo quod foemineum amorem in puerorum venerem transferens, eas aspernaretur, furialiter interempto, Lyram & Caput ejus in Hebrum amnem projecere. Cuius secundo flumine in mare delata ad insulam Lesbon appulerunt; ibi obvius serpens, cum tam sacrum caput sacrilego morsu tentaret, Apolline vatem tutante, serpentis figura, ut erat inhians, in lapidis rigorem transformatur. Thraciae autem mulieres, quae sceleri tam nefando adfuere, in arbores Bacchi irâ mutatae sunt.*

[a] *Oeagri fluminis.*] Rex Thraciae fuit. Vide Philargyr. ad Virg. Georg. IV. 523. MUNCKER.

[b] *Ab inferis.*] *Ab inferis lege a. a. P. ad superas rediisset* Parm. Lugd. Micyll. Raener. *lege decepta*, Barth. Adv. VIII. 17.

[c] *In alterâ.*] *In aliâ* MS. MUNCK.

[d] *Puerilem amorem.*] Vide Hyg. Astron. lib. II. cap. 7. Sed Conon. Ὅτι οὐ μετεδίδων αὐταῖς τῶν ὀργίων, τάχα μὲν κατ' ἄλλας προφάσεις. In sacris sanè Bacchicis dilaceratus & carptus est, ut inter alios etiam Lactantius Firm. Lib. I. cap. 22. nobis narrat. Accedit huc, quod sacrorum initia docuisse Graecos Orpheus referatur. Tatianus Assyrius Orat. contra Graec. Ποίνσιν μὲν γὰρ ἀσκεῖν καὶ ᾄδειν Ὀρφεὺς ὑμᾶς ἐδίδαξεν, ὁ δὲ αὐτὸς καὶ μυεῖσθαι. MUNCKER.

[e] *Thressae.*] *Threiciae* Lugd. Micyll. *Thersae* Parm.

[f] *Instinctae.*] Hoc est furore percitae. *Instinctus* est afflatus. MUNCKERUS. Vid Barth. Adv. VIII. 17.

[g] *Separatumque ejus caput.*] Servium vide ad laudatum modo Maronis locum. Conon Narrat. 41. & Hygin. Astron. II. 7. Plutarch. libr. de Fluv. in Hebro longè aliter haec narrat. MUNCKERUS

[h] *Vultus.*] Ita MS. non *vultum*, ut edd. Emendatio, inquies, unius literae. Ita est, sed ideo non contemnenda. Litera una omissa corrupit etiam versum Aristoph. Plut. Act. I. sc. I. vs. II. Ἰατρὸς ὢν καὶ μάντις, ὡς φασὶ σόφος. Leg. φασὶν. Notum est ν addi interdum etiam sequente consonâ. Aristoph. ipse Act. II. sc. 5. Παρὰ τῆς Ἑκάτης ἔξεσιν τοῦτο πυθέσθαι. IDEM. *Vultum* Parm. Lugd. Micyl. Raen.

CArmine dum tali ſilvas, animosque ferarum
Threïcius vates, & ſaxa ſequentia ducit;
Ecce nurus Ciconum, tectae lymphata ferinis
Pectora velleribus, tumuli de vertice cernunt
Orphea, percuſſis ſociantem carmina nervis.
E quibus una, levem jactato crine per auram,
En, ait, en hic eſt noſtri contemtor: & haſtam
Vatis Apollinei vocalia miſit in ora.
Quae foliis praeſuta notam ſine vulnere fecit.
Alterius telum lapis eſt: qui miſſus, in ipſo
Aëre concentu victus vocisque lyraeque eſt;
Ac veluti ſupplex pro tam furialibus auſis,
Ante pedes jacuit. ſed enim temeraria creſcunt
Bella: modusque abiit; inſanaque regnat Erynnis.

Cuncta-

1. *Silvas.*] *Silvasque* Excerpt. Langerm.

1. *Animosque.*] Id eſt ſenſus. neque enim ferae *animos* habere dicuntur. niſi Poëta ad veritatem potius alludit, ut intelligamus ferorum hominum animos ab Orpheo fuiſſe excultos, id quod Horatius aperte his verſibus ſcribit. Art. Poët. 391.

Silveſtres homines ſacer, interpresque deorum,
Caedibus & victu foedo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosque leones.

REGIUS.

2. *Ducit.*] Delectat. *ducere* namque interdum ſignificat delectare, ut Nonius ſcribit. Cicero de Finibus bonorum & malorum. *Fabellarumque auditione ducuntur.* IDEM. Non placet exponere hoc loco, *ducit*, delectat, ſed in propria ejus verbi ſignificatione, vel trahit: quemadmodum Noſter hac ipſa de re loquitur IV. Triſt. I. 17.

Cùm traheret ſilvas Orpheus & dura canendo
Saxa, bis amiſſa conjuge moeſtus erat.

Seneca Medea 228.

Munus eſt Orpheus meum,
Qui ſaxa cantu mulcet & ſilvas trahit.

Rurſus aliter loquitur III. Art. Amat. 321.

Saxa ferasque Lyrâ movit Rhodopeïus Orpheus,
Tartareosque lacus, tergeminumque canem.

CIOFANUS. *Ducit* eſt vera ſcriptura. perperam alii codices, *traxit* vel *duxit*. Redde & Propertio hoc verbum lib. III. Eleg. II.

Orpheu, te duxiſſe feras, & concita dicunt
Flumina Threïcia detinuiſſe lyrâ.

Vulgati, *Orpheu te tenuiſſe*, vel *Orphea detinuiſſe*. inconcinne prorſus, cum idem verbum in pentametro proximo repetatur. Horatius de Orpheo lib. I. Od. XII.

Blandus auritas fidibus canoris
Ducere quercus.

Et libro III. Od. II.

Tu potes tigres domitasque ſilvas
Ducere.

Ceterum in optimo fragmento Spirenſi, *ſaxa ſequacia duxit*, probe. quomodo & Sidonius Apollinaris de Orpheo carm. XVI. HEINS. Utraque interpretatio, ſive *ducere* pro delectare, ſive pro trahere capias, convenit & in unum recidit. & *trahere* etiam pro delectare aeque ac *ducere* poni ſolet: voluptatem enim & delectationem, quâ mulcebat feras Orpheus, indicat verbum; quae cauſſa fuit, ut ſequerentur ejus cantum. ſic Horat. Art. Poët. 395.

Saxa movere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet.

Propert. I. Eleg. I.

Tunc ego crediderim vobis, & ſidera & amnes
Poſſe Cytaeaeis ducere carminibus.

Ubi vide Broukhuſii notas. Silius de Pane lib. XIII. 347.

Dulce ſonat calamus, ducit ſtabula omnia cantu.

Solinus cap. XIII. *Thebas condidit Amphion, non quod Lyra ſaxa duxerit.* Vide Heinſ. ad Claud. I. in Ruf. praef. 13. apud Quinct. XII. 10. *Commovendos enim eſſe ducendosque animos imperitorum*, ut nos legendum eſſe credimus. utuntur autem Poëtae utroque verbo *trahere* & *ducere* in hac fabula promiſcue. *ſaxa ſonantia* erat in uno Mediceo; *frequentia* in alio; *ſigna ſequentia* Voſſian. BURMANNUS.

3. *Ecce nurus Ciconum.*] Repentinus Baccharum impetus illâ particulâ *ecce* ſignificatur. Cicones autem populi ſunt Thraciae ad Hebrum habitantes. REGIUS. Ad quos primum delatus Ulyſſes fuit cum à Troja rediret, ut eſt apud Homerum Odyſſ. IX. MICYLLUS.

4. *Tumuli.*] *Cumuli* Medic. vid. lib. IV. 255.

Cunctaque tela forent cantu mollita: sed ingens
Clamor, & inflato Berecynthia tibia cornu,
Tympanaque, plaususque, & Bacchei ululatus
Obstrepuere sono citharae. tum denique saxa
Non exauditi rubuerunt sanguine vatis.
At primum attonitas etiamnum voce canentis
Innumeras volucres, anguesque, agmenque ferarum,
Maenades Orphei titulum rapuere theatri:
Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris;
Et coeunt, ut aves; si quando luce vagantem
Noctis avem cernunt: structoque utrimque theatro
Ceu matutinâ cervus periturus arenâ,
Praeda canum est: vatemque petunt; & fronde virenti
Conjiciunt thyrsos, non haec in munera factos.

Hae

6. *E quibus.*] *De quibus* Leidensis, ut lib. I. 325. Vid. ad Petron. cap. XLIV.

6. *Leves auras.*] *Levem auram* meliores. & pro, *En, ait, en hic est,* Bernegger. Rottendorph. & unus Mediceus cum uno Regio, *hic, hic est*; ut in Amoribus III. 120.

Atque, ait, Hic, hic est, quem ferus urit amor. Claudian. Epith. Hon. 319. *Hic est, hic Stilico.* Heins. Vid. ad d. l. Amorum. *levi j. c. p. auram* unus Heinsii.

7. *En, ait, en hic est.*] Conduplicatio indignationi conveniens tametsi hoc adverbium *en* fere indignationi serviat. Regius.

9. *Notam sine vulnere fecit.*] In uno meo, *Sine sanguine fecit.* Ciofanus. Ita & codex Menardi. eadem varietas lib. VIII. 518. XV. 82. & alibi: Vid. ad Remed. 26. pro *praesuta*, alii *praesumpta, protecta, praecincta, praefulta, praefixa, pressura, persuta.*

14. *Insanaque.*] *Vesanaque* Thuan. & Gronov. *erevit* unus Medic.

16. *Berecynthia.*] Eadem ratione Virgilius *Buxum Berecynthiam* dixit. Aeneidos IX. 619.

Tympana vos Buxusque vocat Berecynthia matris
Idaeae. Mycillus.

Cybeleia Basil. *afflato* etiam unus. *infracto* septem. seu *inflato* recte; ut VI. Fast. 704. ubi vide.

17. *Tympanaque & plausus.*] Τὸ & abest ab Oxon. & uno Medic. Lege, *Tympanaque plaususque.* quomodo & ex suis scriptis Gebhardus. Heinsius. Vid. mox ℣s. 36. & centies alibi.

18. *Obstrepuere sono.*] *Sonum* Urbin. Caesen. prim. Moret. sec. Pal. octo alii. *sonos* unus Moreti & Vossii. quod tantundem est. alius Medic. *sonis.* fragm. Boxhornii, *soni. Obstupuere sonum.* octo alii. prim. Reg. & Zulichem. *Obstruere sonum.* Apud Claudianum libro III. in Stilic. ℣s. 36. pari modo in multis probae notae membranis:

——— *nulli pars aemula defuit unquam,*
Quae gravis obstreperet laudes.

Non *laudi*, quod est in vulgatis, & sane sic locutus videtur Claudianus ad vitandam verborum obscuritatem, quam praevidebat, si τὸ *laudi* τῷ *nulli* construeretur. Virgilius in Culice:

Et quamquam geminas avium vox obstrepit aures.

Symmachus lib. II. Epist. XLIX. *Obstrepentes imbecillitatem querelae.* sic *oblatrare senatum* Varro apud Silium Italicum dicitur, libro VIII. 251. Heinsius.

19. *Exauditi vatis.*] *Exauditis nervis* Arond.

20. *Attonitas etiamnum.*] *Attonitas, nec tactas voce* Basil. unus.

22. *Orphei Theatri.*] Spectaculi ab Orpheo congregati. Est autem adjectivum *Orphei.* alii, *Triumphi* legunt, intelliguntque agmen illud ferarum à Bacchis raptum in titulum & gloriam triumphi de Orpheo acti. Regius. *Rapuere theatri.* Ita libri veteres. quare nihil mutandum censeo. Ciof. Argentinensis & Thysii habent, *populum rapuere theatri.* etiam non male. ita Manilius de Piscibus lib. V. 286. *Litoribusque suis populos exponere captos.* & lib. V. 363. *Aërios populos caelogue dicatum Alituum omne genus.* & ita alii. δῆμον ὀρνέων dixit Alciphron lib. III. Epist. 30. Margo Gryphii etiam, *triumphi.* & certe mox iterum sequitur *Theatro*, nec *titulus* male *triumpho* convenit: nihil tamen ausus mutare. Mart. Spectac. XXI.

Quidquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro
Dicitur, exhibuit, Caesar, arena tibi.

Confuderunt has voces etiam librarii lib. V. Fast. 189. Burm.

24. *Vagantem.*] *Volantem* unus Medic. eadem varietas inf. 749.

26. *Ut matutina.*] Multi ex melioribus, *Cum.*

Hae glebas, illae dereptos arbore ramos,
Pars torquent ſilices. neu deſint tela furori;
Forte boves preſſo ſubigebant vomere terram:
Nec procul hinc, multo fructum ſudore parantes,
Dura lacertoſi fodiebant arva coloni.
Agmine qui viſo fugiunt, operisque relinquunt
Arma ſui: vacuosque jacent diſperſa per agros
Sarculaque, raſtrique graves, longique ligones.
Quae poſtquam rapuere ferae, cornuque minaci
Divellêre boves; ad vatis fata recurrunt:
Tendentemque manus, & in illo tempore primùm
Irrita dicentem, nec quidquam voce moventem,
Sacrilegae perimunt. perque os (prô Juppiter!) illud,
Auditum ſaxis, intellectumque ferarum

Senſi-

Scribe, *Cëu.* ut bene prim. Vatican. & Calandrae excerpta. HEINS.

26. *Perituru.*] *Deprenſus* Junii codex; ut lib. I. 537. ſed *perituru* rectum, utpote in certam datus mortem. vide ad Petronii cap. CXIX. ceterum poſt hunc verſum in margine codicis Leidenſis adſcriptus erat hic verſus:

Jam morſu petitur cc̃um tstaque prementum.

Qui corruptus eſt & ſpurius. Heinſius conjiciebat tamen,

Circum turbaque trementum. BURMANNUS.

27. *Fronde virentes.*] *Virenti* Cantabrig. prim. Palat. Arondel. excerpta Jureti & decem alii. De quo loquendi modo differunt inter alios copioſe A. Gellius lib. V. cap. 8. Macrob. Saturn. VI. 8. apud Perſium Sat. V. 116. *Fronte polita*, non *politus* in multis antiquis codicibus. HEINS. *Injiciunt thyrſos* Tert. Medic.

29. *Direptos arbore ramos.*] *Dereptos* malim. vide Amor. lib. I. Eleg. V. ỳs. 13. quae noto. HEINS. *Decerptos* Gronov.

32. *Multo fructum ſudore.*] *Merito ſudore* unus Gron. non ineleganter. HEINSIUS. Vide ad lib. I. 157.

33. *Fodiebant.*] *Findebant* unus Mediceus. *ſubigebant* unus Leidenſis. quae omnia defendi poſſent.

35. *Arma.*] *Arva* Junian. qui & *dilapſa. diffuſa* Leidenſ.

36. *Sarculaque & ra.*] Lege, *Sarculaque raſtrique graves*: ac lege quae de *que* conjunctione ſuperius diximus. CONST. FANENS.

36. *Longique.*] Prior Moreti, *curvique*: recte, ut ex ligonis forma apparet in gemma apud Begerum Spicileg. Antiq. p. 71. ubi minime longus apparet. diverſam ex nummis hujus inſtrumenti figuram profert. Triſtanus Tom. II. Comment. pag. 47. qui bidens videtur. *longos* tamen vocat ligones & Noſter lib. I. Pont. VIII. 59. BURM.

37. *Cornuque minaci.*] In nonnullis, *cornuque minaces* utrumque recte. NAUGERIUS. *Cornuque minaci Divellêre boves.* quae vera ſcriptura eſt, non *minaces*, aut *Divulſere. Divellere* recte prim. Palat. Cantabrig. Oxon. Thuan. uterque Erfurt. & alii duodecim. Adi Notas ad Epiſt. VI. ỳs. 104. & VIII. Met. 583. Catullus de Bacchis LXIV. 257.

Pars è divulſo jactabant membra juvenco.

Sic Canidiam & Saganam veneficas Horatius lib. I. Sat. VIII. inducit:

——— *Scalpere terram*
Unguibus, & pullam divellere mordicus agnam.

Bacchatim diſcerpere Apulejus dixit Mileſ. libro primo. Apud Prudentium libro I. contra Symmachum,

Virides chelydros ore diſcindunt bacchantes.

Sic teſte Firmico contra Gentes pag. 9. *Laniabant in Bacchi ſacris taurum dentibus.* & Arnob. lib. V. *Bacchanalia praetermittemus*, &c. *in quibus caprorum reclamantium viſcera cruciatis oribus diſſipatis.* ubi vid. interpretes, & Heſychium, & Suidam in ταυροφάγος. & hinc intellige Stat. Achill. I. 594.

Hujus in umbra
Alternam revocare piae trieterida matres
Conſuerant, ſciſſumque pecus terraque revulſas
Ferre trabes.

Et lib. IV. Theb. 659.

Poſt exultantes ſpolia armentalia portant,
Seminecesque lupos, ſciſſasque mimallones urſas.

Et lib. II. 83.

Illis ſemianimum pecus, excuſſaeque Leonum
Ore dapes, & lacte novo domuiſſe cruorem
Luxus, at Ogygii ſi quando afflavit Iacchi
Saevus odor, tunc ſaxa manu, tunc pocula
pulchrum.

Spar-

Sensibus, in ventos anima exhalata recessit.
Te moestae volucres, Orpheu, te turba ferarum,
Te rigidae silices, tua carmina saepe secutae
Fleverunt silvae: positis te frondibus arbos,
Tonsa comam, luxit: lacrimis quoque flumina dicunt
Increvisse suis: obscuraque carbasa pullo
Naides & Dryades, passosque habuere capillos.
Membra jacent diversa locis. caput, Hebre, lyramque
Excipis; & (mirum) medio dum labitur amne,
Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis: respondent flebile ripae.
Jamque mare invectae flumen populare relinquunt;
Et Methymnaeae potiuntur litore Lesbi.
Hic ferus expositum peregrinis anguis arenis

Spargere, & immerito sociorum sanguine fuso
Instaurare diem festasque reponere mensas.
Et ŷs. 614.
Hunc utero quondam Dryope Phoenissa gravato
Rapta repente choris, onerisque oblita, ferebat.
Dumque trahit prensis taurum tibi cornibus Evan,
Procidit impulsus nimiis conatibus infans.
Vid. Apostol. proverb. p. 230. Heins. Sic apud Euripidem in Bacchis, Bacchae tauros, vaccas, vitulos discerpunt; & ita Persius 1. Sat. 101.
Et raptum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris. Burm.

38. *Divulsere.*] Exponit Raphaël dilaceravere, ego malim ab aratro avulsere exponere. Glareanus. *Divertere* Junian. *dimisere* alius. *divisere* Gron. *disjunxere* Medic. & duo alii. *dissiluere* Bonon. *dum misere* Bassi.

39. *Atque illo tempore.*] Elegantius & suavius duo codices, *& in illo tempore.* sic Cicer. pro Quint. 1. *in hoc tempore* dixit. & *in tali tempore* Livius xxv. 3. Sueton. Claud. xviii. *Nihil non excogitavit ad invehendos, etiam in tempore hiberno, commeatus.* & ita passim optimi scriptores. Burm.

41. *Perimunt.*] *Feriunt* unus Medic. *perdunt* duo alii. vid. ii. Art. 217.

45. *Te rigidi silices.*] *Rigidae* prim. Ambros. & duo alii. jam monitum ad lib. ix. ŷs. 225. Heins.

46. *Positis te frondibus arbos, Tonsa comas luxit.*] Antiquam consuetudinem latenter attingit: quae fuit, ut comae in luctibus tonderentur, id quod in penultimo Iliados in Patrocli funere Achilles facit; & ejus exemplo Antoninus Imperator in funere Faustì sui à memoria liberti apud Herodianum in iv. ac in funere Masistii Persae faciunt apud Herodotum ix. Eundem sanè morem idem Hom. ponit iv. Odysseae: ubi Pisistratum, Nestoris filium, ad Menelaum loquentem introducit. & poëta noster tertio hujus operis libro, quo loco Narcissi mortem exponit, sic inquiens: *Planxere sorores*
Najades, & sectos fratri imposuere capillos.
Ac Statius (ut ceteros poëtas praeteream) in Sylvis non semel: quamvis ferè semper depravatus. Const. Fanens.

47. *Tonsa comas.*] *Comam* quatuor veteres cum Berneggeriano. ex vetustioribus multi, *coma.* Heinsius. Vide ad lib. x. 648.

48. *Pullo.*] *Pullo* substantive, pro, *pullo colore,* dixit. est autem pullus color αἰὸς Graece, hoc est subniger. hoc utebantur in luctu, unde & *toga pulla* apud Ciceronem, & *pulla hostia* apud Tibullum. Micyllus. *Villo* Palat. unus, *Pullae* Junian. sed *pullum* hic dictum, ut *album* & *nigrum* alibi. Vid. Gronov. ad Liv. iv. 25. Flor. iv. 2. *Mane cum pullo apud principia conspectus.* Vid. Heins. ad Petron. xxx. Carbasis vero fluvios amiciri Poëtae fingebant. ut Nonius in *Carbasus,* quem perperam corrigit Lindenbr. ad Stat. vii. 958. Vid. Scal. ad Auson. Mosell. ŷs. 367. Burm.

49. *Habuere.*] *Habuisse* unus Moreti. Scribe,
Naidas & Dryadas, passosque habuisse capillos.
Et refer ad τὸ *dicunt.* Heins.

50. *Membra jacent diversa locis, &c.*] Seneca in Medea de ipso Orpheo ŷs. 625.

Ille vocali genitus Camoena,
Cujus ad chordas modulante plectro
Restitit torrens: siluere venti.
Cui suo cantu volucris relicto
Adfuit tota comitante silva,
Thracios sparsus jacuit per agros,
Ad caput tractu fluvialis Hebri,
Contigit notam Styga, Tartarumque
Non rediturus. Ciofan.

Os petit, & ſparſos ſtillanti rore capillos.
Tandem Phoebus adeſt; morſusque inferre parantem
Arcet; & in lapidem rictus ſerpentis apertos
Congelat; & patulos (ut erant) indurat hiatus.
Umbra ſubit terras: &, quae loca viderat ante,
Cuncta recognoſcit. quaerensque per arva piorum
Invenit Eurydicen, cupidisque amplectitur ulnis.
Hîc modo conjunctis ſpatiantur paſſibus ambo:
Nunc praecedentem ſequitur: nunc praevius anteit:
Eurydicenque ſuam jam tuto reſpicit Orpheus.

Fab. II. Argumentum.

Thraciae mulieres in arbores.

[a] *Thraciae matronae, quae caedi interfuerant Orphei, à Libero ulciſcente aemulum ſcientiae ſuae,* [b] *in arbores varias abierunt.*

Non

Divulſa Leid. *diviſa* Argent. *diſperſa* alius. *dimenſa* Medic.

54. *Mare.*] *Mari* quinque libri.

55. *Methymnaeae potiuntur litore Lesbi.*] Lib. XII. 38.

Multaque perpeſſae Phrygiâ potiuntur arenâ.

Et libro XIII. 729.

Sub noctem potitur Zanclaeâ claſſis arenâ.

Virgilius lib. I. Aeneid. 172.

Egreſſi optatâ potiuntur Troës arenâ. Ciof. *Littora* Spirenſis. adi Notas infra l. XIII. vſ. 730. Pro *methymnaeae* alii codices, *methymnaei*, de quo Voſſius videndus Analogiae lib. I. c. 2. apud Maronem, *Oſtriferi fauces Abydi.* Heins. *Mitelenei* Cantabr. In Lesbo ſepultum eſſe caput Orphei Hyginus quoque in Aſtronomico Poëtico lib. II. cap. 7. aſſeverat, & Antigonus Hiſt. Mirab. cap. v. qui addit Luſcinias melius illic, quam alibi, cantare, cujus rei quoque teſtis Pauſanias in Boeoticis. lib. IX. c. 30. qui tamen in Thracia ſepulchrum videtur collocare. Apollodor. lib. I. §. 2. ad Pieriam ſepultum Orphea tradit. Plutarchus de Flumin. in Hebro caput in Draconem mutatum narrat. Conon. narrat. 46. caput repertum ad oſtia fluvii Meletis adhuc canens & vegetum, & ſepulchro mandatum, cui templum circumdatum narrat. cum Ovidio facit Virgilius IV. Georg. 523. ubi Philargyrius etiam in Lesbum delatum caput notat. Senec. quoque in Medea 630. caput fluctuaſſe Hebro ait. & Lucian. adverſus indoctum p. 808. Ovidio conſentit. Burm.

56. *Hic ferus expoſito.*] Legendum ex veteri exemplari & impreſſis aliquot, *Expoſitum*, non *expoſito*. & *os petit* id eſt, Orphei caput invadit, non *obſtitit*. alioqui, ſi *obſtitit*, adhuc tueri poſſet (cum praeſertim verterit Planudes ἄγριος ὄφις ἀντέσχη) *expoſitis*, non *expoſito* dici oportuerat, & caput lyramque intelligi, quae utraque, in Hebrum amnem conjecta, in Lesbum inſulam undis delata ſunt. Hujus porro inſulae Draconem, qui capiti Orphei inhians, in lapidem mutatus fuerit, Poëtam in tranſitu ſignificaſſe opinamur libro VII. 357. cum loca, quibus interempto Pelia ſupervolaverit Medea, commemorat. Mariang. Accursius in Diatribis. *Hic ferus expoſito peregrinis anguis arenis Os petit, & ſparſos ſtillanti rore capillos Lambit, & hymniferos inhiat divellere vultus.*] Ita eſt in vulgatis, quos viderim, omnibus. Peſſimè. In quatuor Vaticanis, Joannis, Urſini, Capran. Briantii, duobus meis & in eis, quos evolvit Mariangelus:

Hic ferus expoſitum peregrinis anguis arenis
Os petit, & ſparſos ſtillanti rore capillos.

In alio Vaticano:

——— *anguis in herbis.*

Sed non placet. Verùm in antiquiore meo, *obſtitit*, non *os petit* legitur. Sed *os petit*, verior eſt lectio; quae reperitur etiam in Caeleſtino, in quo non *expoſitum*, ſed *expoſitus*, per *ſ.* apertè ſcriptum eſt. Verſus autem, *Lambit, & hymniferos inhiat divellere vultus:* in altero meo, Capran Joan. Briantii & iis, quos modo dixi, Vaticanis libris, non legitur. Qui quidem multis de cauſis mihi non probatur. Quo repudiato, ut adulterino & inepto, ſiquis attentè & diligenter locum conſideret, optima erit Ovidii ſententia, ſi poſt verbum *capillos*, pun-

NOn impune tamen ſcelus hoc ſinit eſſe Lyaeus,
Amiſſoque dolens ſacrorum vate ſuorum,
Protinus in ſilvis matres Edonidas omnes,
Quae fecêre nefas, tortà radice ligavit.
Quippe pedum digitos, in quantum quaeque ſecuta eſt,
Traxit: & in ſolidam detruſit acumine terram.
Utque ſuum laqueis, quos callidus abdidit auceps,
Crus ubi commiſit volucris, ſenſitque teneri;
Plangitur; ac trepidans adſtringit vincula motu:
Sic, ut quaeque ſolo defixa cohaeſerat harum,
Exſternata fugam fruſtra tentabat. at illam
Lenta tenet radix, exſultantemque coërcet.
Dumque ubi ſunt digiti, dum pes ubi quaerit, & ungues,
Adſpicit in teretes lignum ſuccedere ſuras.

Et

punctum ponatur. quo modo eſt in his, quae ſecutus ſum, exemplaribus. Ciofan. *Os petit* vera lectio. Ceterum verſus proximus ex auctoritate optimorum codicum hinc ablegandus eſt:

Lambit & hymniferos inhiat divellere vultus.

In codice Voſſiano pro hoc verſu erat,

Extemplo morſu cedit laniare ferino.

Credo pro, *cepit laniare.* Joannes Gulielmus Capoferreus cenſet ex duobus verſibus conficiendum unum, hoc modo:

Os petit, & ſacros inhiat divellere vultus.

cum de *capillis* otioſam mentionem eſſe contendat. pro *ſparſos ſtillanti* in antiquis multis, *ſparſo ſtillantes.* Heins. Vid. lib. xiii. 532.

63. *Ulnis.*] *Alis* alter Twisdenianus. ut *alas* pro brachiis ponat. adi Notas lib. viii. ŷs. 818. Heins. *Avidisque* Medic. vid. vi. 706. *trepidisque* Baſil.

64. *Conjunctis.*] *Conjuncti* Mazarin.

66. *Eurydicemque ſuam jam tuto reſpicit Orpheus.*] In uno meo, *Jam tutus.* Ciof.

a *Thraciae matronae.*] *Ceae* MS. & Venet. Muncker. *Caeae* Parm. *Ceae* Lugd. *Edonae* Marg. Micyll.

b *In arbores varias.*] *In varias ſpecies* MS. cum edd. Vett. Hyg. Myth. cap. 138. *Ut ſe in aliam ſpeciem commutaret.* Muncker. *In ſpecies varias* Parm. Lugd. Micyl.

69. *Matres Aedonidas.*] Mulieres Thracias. Aedones namque populi ſunt Thraciae. Regius. *Edonos* vocat Stephanus ſecunda declinatione. Ἀπὸ Ἠδωνοῦ τοῦ Μύγδονος ἀδελφοῦ. Micyllus. *Moerens Edonidas* Fragm. Boxh.

70. *Quae videre nefas.*] Rectius, *fecere* prim. Reg. prim. Medic. prim. Baſil. excerpta Jureti, cum ſex aliis. Stat. xii. Theb. 802.

Thyades amentes, magnum quas poſcere tredas,
Aut feciſſe nefas. Heins.

71. *Quippe pedum digitos, in quantum eſt quaeque ſecuta, Traxit.*] Oppidò obſcurus ſenſus, utrum autem *Traxit*, de Baccho ſimiliter intelligendum; ut *ligavit?* an de ſingulis Bacchi foeminis? ſed illud, *In quantum eſt quaeque ſecuta*, non minus me ſollicitum habet, nec planè à me intelligitur. Glarean. Vid. Ptol. Flavii conject. cap. 77. unde apparet inter viros doctos eo tempore dubitatum fuiſſe, an Latine diceretur, *in quantum*, quod ille exemplis, ſed nullius auctoris ante Ovidium, adfirmat. addi poteſt Vellej. ii. 8. *Et quid, non in quantum admiſſum foret, aeſtimabant.* Sed ſi licuerit dicere *in tantum*, quo ſaepius Vellej. utitur, (vid. ad ejus lib. i. 13. & ii. 53. & 120.) & ipſe Virgil. vi. Aeneid. 876. non video, cur non *in quantum* etiam. Burm.

72. *Detruſit.*] *Decluſit, demiſit, deſtruxit, detrivit, detraxit, defixit* in codicibus eſt legere.

75. *Trepidans adſtringit vincula motu.*] *Trepidus* Barberin. in Bernegger. *trepid.* additis poſtea manu recentiori tribus ultimis literis *ans.* ſupra lib. iii. v. 125. monui ſcribendum:

Plangitur, ac trepido ſubſtringit vincula motu.

Sic *ſubſtricta ilia* dat canibus venaticis lib. iii. 216. & lib. xi. 752. *ſubſtricta crura* mergo. poſſis &, *Trepidans adſtringit vincula motus* Senec. iii. de Ira 16. *Sic laqueos fera dum jactat adſtringit, ſic aves viſcum, dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus illinunt.* Heinsius. Cantabrigienſis & Junii quoque, *vimina* pro *vincula* habebant, ut fortaſſe ex vimine facti laquei intelligi poſſint. vid. lib. ii. 789. *Robora* Thyſ. Argent. & Fragm. Theatin. *trepidante motu* olim etiam Heinſius conjecerat. Burm.

76. *Sic quaecunque ſolo.*] *Sic ut quaeque* prim. Vatic. unus Patav. & unus Voſſ. lib. vii. 339.

His ut quaeque pia eſt hortatibus, impia prima eſt.

Heins.

Et conata femur moerenti plangere dextrâ;
Robora percuſſit. pectus quoque robora fiunt:
Robora ſunt humeri. porrectaque brachia veros
Eſſe putes ramos; & non fallare putando.

Fab. III. Argumentum.

[a] Contacta à Mida & arena Pactoli in aurum.

[b] *Liber, Thracia digreſſus, cum Tmolum* [c] *montem Lydiae comitatus Bacchis peteret, Silenus* [d] *ei aufugit: quem Phryges captum ad Midam regem* [e] *adduxerunt. Agnitus ab eo, exceptus eſt, & Libero advenienti* [f] *redditus.* [g] *Quod ob beneficium* [h] *optandi deus veniam ei dedit, ſi quid vellet, à ſe peteret.* [i] *Ille ut quaeque contigiſſet, aurum fierent: quod ei inutile fuit.* [k] *Cui deus petenti ut reſtitueretur ſibi fecit. Juſſit enim ad flumen Pactolum perveniret, ibique* [l] *ſe lavaret, & ſic rediret in priſtinum ſtatum, unde aqua aurei coloris* [m] *eſſe coepit.*

Nec

Heins. Sic III. ex Pont. IX. 59. *Poſtmodo collectas ut quaeque ſine ordine junxi.*

78. *Lenta.*] *Longa* Medic. Baſil.

79. *Dumque ubi ſunt digiti, dum pes ubi, petit, & ungues.*] *Quaerit*, etiam ſi vetuſtus codex non adſtipuletur, legendum eſſe conſtat, ne tribrachus in heroico verſu quintam occupet ſedem, ſi *petit* legatur. Regius.

80. *Succedere ſuras.*] *Succreſcere* in multis veterum, etiam benc. ut lib. IX. 352.

——— ——— *ſuccreſcit ab imo*
Totaque paulatim lentus premit inguina cortex.

Heinsius. Vid. lib. IX. 713. *Teretes ſuras* quoque laudat in formoſa ancilla Horatius lib. II. Od. 4. *reſpicit* Excerpt. Langerm. *proſpicit* Oxon. & unus Heinſii.

83. *Porrectaque brachia veros Eſſe putes ramos.*] Sic unus meus, Briantii & unus Maffei. In altero meo & altero Maffei: *Longos quoque brachia vera Eſſe putes ramos.* Ciofan. Plurimi ex vetuſtioribus, *longos quoque brachia veros.* Vel, *brachia tandem.* prim. Baſil. & Bernegger. *veros quoque brachia longa.* tert. Medic. *longos quoque brachia vera.* Puto, *brachia vara.* vel *porrectaque brachia varos eſſe putes ramos.* Vide Notas lib. VI. vſ. 625. Heins. *Brachia fortes* Palat.

[a] *Contacta.*] *Contactus Midae in aurum, & Pactolus amnis in colorem auri.* Parm.

[b] *Liber.*] *Liber pater* omnes editi.

[c] *Montem Lydiae.*] Ita repoſui ex MS. pro *Ciliciae*, quod perperam edd. repraeſentant. Vibius Sequeſter: *Tmolus Lydiae, vino inſignis.* Idem cap. de Flum. *Hermus Lyciae.* Leg. *Lydiae.* Muncker. *Lydiae* Parm. Colon. Raener.

[d] *Ei aufugit.*] *Ei* deeſt Colon.

[e] *Adduxerunt.*] *Duxerant, qui a. a. e. acceptus eſt & l. adventanti r.* Colon. *Et exceptus* Micyll.

[f] *Redditus.*] *Reddidit* Parm. Lugd. Raener.

[g] *Quod ob beneficium.*] MS. cum Vett. edd. *Et ob beneficium.* Forte, *id ob* &c. Muncker. *Et ob benefi.* Parm. Lugd. Micyll. *ob quod b.* Colon.

[h] *Optandi deus veniam illi dedit.*] Poteſtatem vel χάριν. Prudentius Hymm. ad Cereum: *Fit ligni veniâ mel velut Atticum.* Infr. lib. XIV. Fab. IV. *Optandi veniam tribuit.* Hyginus in hac Fabula Mythol. cap. 191. *Deus optandi dedit poteſtatem.* Salluſt. Jug. cap. 79. *Optionem Carthaginenſium fecerunt.* Victor Illuſtr. cap. 2. *Ei T. Tatius optionem muneris dedit.* Munckerus. *Dedit copiam, ut, quidquid vellet, peteret* Colon. ſed *veniam* rectum eſt. vid. Barth. III. Adv. 20. inf. XII. Fab. IV. & alibi.

[i] *Ille ut quaeque &c.*] Sic & Veneta cum MS. Micyllus dedit, *ille, ut quaeque contigiſſet, aurum fierent, petiit.* Forte, *Ille petiit, quaecunque contigiſſet, aurum fierent.* Non ignoro tamen *quaeque* poſſe accipi pro *quaecunque.* Auſon. Ludo: *Pareto legi, quisque legem ſanxeris.* Munckerus. *Poſcit ille, ut, quodcumque tangeret aurum foret, quod illi i. f.* Colon.

[k] *Cui Deus.*] *Cui iterum petenti, ut ſe priſtinum reſtitueret, Deus praecepit. ut ad f. P. p. itaque capite merſo crimen elueret, ut ſic rediret in priſtinum* Colon.

[l] *Se lavaret.*] Haec lectio eſt à Raenerio. Venet. & Micyl. cum MS. *ſe ſupponeret.* ſed depravatum iſtud indubie. ſenſus flagitat, *ejusque fonti ſe ſupponeret*, vel ſimile quid. Ita enim eſt apud Naſonem. *ſpumigeroque tuum fonti, quâ plurimus exit, ſubde caput.* Muncker. Cum Veneta Parm. & Lugd. faciunt.

[m] *Eſſe coepit.*] *Eſſet* MS. cum Venet. forte, *exſtitit.*

NEc ſatis hoc Baccho eſt. ipſos quoque deſerit agros:
Cumque choro meliore, ſui vineta Tymoli,
Pactolonque petit: quamvis non aureus illo
Tempore, nec caris erat invidioſus arenis.
Hunc adſueta cohors Satyri, Bacchaeque frequentant:
At Silenus abeſt. titubantem annisque meroque
Ruricolae cepere Phryges: vinctumque coronis
Ad regem traxere Midan: cui Thracius Orpheus
Orgia tradiderat, cum Cecropio Eumolpo.
Qui ſimul agnovit ſocium comitemque ſacrorum,

Hoſpitis

ſtitit. Muncker. *Eſſet* Parm. Lugd. *Vis autem illa aurum efficiendi à Mida in fluvium transiit; unde aureas arenas habere memoratur.* Raener. *Unde & adhuc fluvio color aureus ineſt* Colon.

86. *Sui Timoli.*] A ſe amati. Eſt enim *Timolus*, qui & *Tmolus* dicitur, mons Lydiae optimi vini fertilis, ut in ſuperioribus quoque diximus. Neque eſt ſpondaicus verſus, cùm *Timolus* etiam triſyllabum ſit nomen, non ſolùm diſyllabum. Regius. Quidam legunt, *Pineta Timoli.* Quomodo in uno meo & Caeleſt. In altero meo & uno Maffei, *Sui vineta Timoli.* Rectius. Sic etiam ſuperius: *Deſeruere ſui Nymphae vineta Timoli.* Et lib. II. Faſt.

Jam Bacchi nemus, & Tmoli vineta tenebat.

Etſi quid Regius hoc loco comminiſcatur non me fugit. Ciofanus. *Tymoli.* Graecis, Τύμωλος, καὶ Τμῶλος. Heinsius. *Dumeta* Baſil. *ſpineta* Junian. & Palat. vide ad lib. VI. 15.

88. *Nec caris.*] Quatuor libri, *fulvis.*

89. *Frequentant.*] *Sequuntur* Gronov. & quatuor alii.

91. *Cepere Phryges.*] *Cepere ſenes* Moreti. *boves* Junian.

91. *Vinctumque coronis.*] Liber meus, unus Vatican. & Maffeianus *Vinctumque catenis.* Ciofanus. Diverſitas haec lectionis, quae & in Heinſii plurimis eſt, ſaltem probat, minime admittendam interpretationem Gruteri ad Liv. XXXIII. 46. qui *vinctum coronis*, circumcinctum orbibus agricolarum, capit. nihil certe infelicius infimi ſubſellii ludimagiſtro excidere potuiſſet. ſed reliquis haec ſummi viri meritis donamus: an *vinctus* pro circumdatus, an *coronis* in plurali numero ita apud aliquem occurrit? denique an hoc ſimile illi Liviano II. 50. *multiplicatis in arcto ordinibus?* ſed fortaſſe Gruterus legerat pro *coronis*, *colonis*; ut in quatuor codicibus exſtat. & tunc legendum *cinctumque colonis*, quod aliqua ſpecie defendi potuiſſet. intelligendum vero hic de coronis, quas Silenus vino indulgens ſolebat capiti imponere, quibus Phryges pro vinculis uſi, ut apud Virgil. VI. Ecl. 19.

Injiciunt ipſis ex vincula ſertis.

Et ſic Lucian. in lib. II. Verae Hiſt. pag. 394. fingit, roſeis vinculis ligatos in inſula beatorum. Burm.

92. *Midam.*] Meliores, *Midan. traxere* etiam pro *duxere* Arondel. ut apud Virg. II. 403.

Ecce trahebatur paſſis Priameïa virgo
Crinibus. Heins.

Vide lib. III. 563. Virgil. II. Aeneid. 57. *Paſtoris magno ad regem clamore trahebant.*

93. *Orgia tradiderat.*] Hujus rei & Juſtinus meminit libro XI. 7. *Poſt hunc*, Gordium intelligens, inquit, *filius Mida regnavit, qui ab Orpheo ſacrorum ſolemnibus initiatus, Phrygiam religionibus implevit. quibus tutior omni vita quam armis fuit.* Micyllus.

93. *Cum Cecropio Eumolpo.*] Eumolpum Cecropium vel Athenienſem potes interpretari, ut poëta à Diodoro diſſentiat, qui Aegyptium facit; & à Pauſania, qui Thracium putat. vel qui Athenas venit habitatum: in quo omnes conſentiunt. vel genus à Cecrope ducentem per matrem, quae Erechthei pronepos ex filia erat. Lege Hecatoſtys primae Collectaneorum cap. 37. Const. Fanens. Duo Eumolpi traduntur apud autores Graecos. Prior Thracenſis genere, Neptuni & Chiones: ejus quae fuit Boreae & Orithyae filia. Hic Eleuſiniis auxilium tulit contra Erechtheum & Athenienſes. In quo praelio & Erechtheus rex, & Eumolpi filius Imaradus cecidiſſe dicuntur. factaque compoſitio belli talis, ut Eleuſinii in ceteris parerent Athenienſibus, ſacra autem ſive myſteria deae per ſe privatim agerent ac retinerent. Atque ita Eumolpum & Celei filias, quarum nomina, Diogenia, Pammerope, & Saeſara, illa tum peragere ſolitos. Poſt Eumolpi mortem autem Cerycen, qui filius Eumolpi fuerat, natu minimus, iiſdem velut antiſtitem relictum. quem tamen ſacerdotes, qui ab eodem *Ceryces* dicuntur, non Eumolpi, ſed Mercurii, ex Aglauro Cecropis, filium dicunt. Haec Pauſanias in Atticis lib. I. 38. Alter autem Eumolpus Eleuſinius, ſive, ut alii, Athenienſis genere, traditur, filius Muſaei: &, ut quidam addunt, etiam Orphei diſcipulus: quintus ab eo qui ex Thracia Eleuſinem venit. Nam Eumolpi filius Ceryx fuit, Cerycis Eumolpus alius,

Hoſpitis adventu feſtum genialiter egit
Per bis quinque dies, & junctas ordine noctes.
Et jam ſtellarum ſublime coëgerat agmen
Lucifer undecimus, Lydos cum laetus in agros
Rex venit; & juveni Silenum reddit alumno.
Huic Deus optandi gratum, ſed inutile, fecit
Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.
Ille malè uſurus donis, ait, Effice, quidquid
Corpore contigero, fulvum vertatur in aurum.
Adnuit optatis: nocituraque munera ſolvit

Liber 3.

hujus Antiphemus, Antiphemi Muſaeus poëta. Muſaei porrò Eumolpus, de quo hic agitur. Atque hunc primum, non Thracenſem illum, myſteriorum rationem ac ritus docuiſſe, eademque etiam verſibus deſcripſiſſe volunt. autores Suidas, Iſtrus, Aceſidorus & Androtion, ut quidem in commentariis Sophoclis citatur. Ceterùm in epitaphio Muſaei non pater Eumolpi, ſed filius idem dicitur. ita enim habet:

Εὐμόλπου Φίλον υἱὸν ἔχει τὸ Φαληρικὸν εὖδας
Μουσαῖον, Φθίμενον σῶμ' ὑπὸ τῷ δὲ τάφῳ.

Sed tamen plures ac potiores autores conſentiunt, Muſaei filium Eumolpum hunc fuiſſe. Micyllus. Manuſcripti omnes *Eumolpho.* quo modo impreſſit Aldus ſenior, & Sebaſtianus Gryphius illud III. De Ponto:

At non Chionides Eumolphus in Orphea talis.

Ciofanus. *Cecropium* Noſter vocat, quem alii Thracem faciunt, Neptuni & Chiones filium, qui bellum geſſit cum Erechtheo Athenarum rege, & in eo bello victus interiit. Hygin. Fab. 46. 157. & 273. quod bellum intulit vel auxilium ferens Eleuſiniis, vel ob veterem Neptuni cum Pallade ſimultatem. vide Meurſ. de Regn. Attico lib. II. cap. 8. Scholiaſtes quoque Sophocl. ad Oed. Col. 1041. tres Eumolpos recenſet. ut rectè Micyllus, quorum tertius myſteria inſtituit, & ἱεροφάντης fuit. quare veroſimile eſt hos Eumolpos fuiſſe confuſos. nam ſi de primo Eumolpo, Neptuni & Chiones filio, haec Ovidii capiamus, quid faciemus Poëtae noſtro, qui in Ponticis lib. II. eleg. XI. Cotyn ait deſcendere ex Eumolpo & Erechtheo, quem priorem Eumolpo facit, ubi Cotyn per exempla domeſtica adhortans ita alloquitur:

Hoc tibi & Eumolpus, generis clariſſimus auctor,
Et prior Eumolpo ſuadet Erichtonius.

Quae de Eumolpo primo intelligi non poſſunt, qui hoſtis Erechthei, & contra eum Eleuſinios incitaſſe videtur (vid. Sch. Eurip. Phoenis. 861.) & in praelio contra Erechtheum occubuit (licet alii filium ejus Immaradum cecidiſſe narrent) & ideo ab Erichtonio genus duxiſſe non potuit. praeterea ille primus Thrax, non Athenienſis, ſive Cecropius fuit. quare ſuſpicari licet Eumolpi primi poſteros ſedem fixiſſe Eleuſine, & aliquem ex illis cum nonnulla Erechtidarum matrimonium iniiſſe, unde Cotys originem traxit ex Eumolpo & Erechtheo. Sic Hercules, ab inferis cum Cerbero redux, Eleuſine ab Eumolpo fuit initiatus. vid. Anonym. de XII. labor. Hercul. ab Allatio editum cap. XII. ille autem Eumolpus diſcipulus Orphei fuit, & Muſaei Poëtae filius, licet & hic duplicem Muſaeum faciant Mythographi, & Euſebius in Chronicis Muſaeum diſcipulum Orphei Eumolpi filium, de quo vide Celeb. Periz. ad Aelian. lib. XIV. cap. 21. Athenienſis quoque Eumolpus dicitur à Plin. lib. VII. cap. 56. qui culturas vitium & arborum invenit. turbat tamen & confundit hos duos ipſe Ovidius cum lib. III. Pont. III. 41. *Chionidem* vocet Eumolpum, ubi & cum Orpheo conjungit. ubi vide Micyllum: atqui primus fuit Chiones & Neptuni filius, non tertius Orphei diſcipulus. Theocritus vero Idyllio XXIV. 108. *Philammoniden* vocat, cum Philammon Chiones & Apollinis filius ſecundum Noſtrum mox ℣s. 317. fuerit. at Hygino eſt Apollinis & Leuconoës Fab. CLXI. qui tamen Fab. cc. ex Chione ſive Philonide Philammonem creatum ait. cui aſſentit Conon, qui narratione VII. Philonidis, Phoſphori & Cleobaeae filiae, filium facit. illa vero Chione ab Hygino Fab. 157. Aquilonis filia dicitur. & Schol. Apoll. I. 211. Orithyae & Boreae. Burm.

94. *Qui ſimul.*] *Quem ſimul* undecim libri. mox, *Et bis quinque dies* unus Heinſii. *per quis quinos* unus Medic. unde Heinſius, *bis quinosque dies, &c.*

97. *Et jam ſtellarum ſublime coëgerat agmen Lucifer undecimus.*] Sic lib. II. 114. *quarum* (ſtellarum) *agmina cogit Lucifer.* Sic & Seneca, Ovidii maximus imitator, in Herc. Furente 128.

Cogit nitidum Phoſphoros agmen.

Videtur autem *cogendi* verbum his locis de militari conſuetudine translatum. Livius lib. XXXVII. *Cogebat agmen Charidus.* Idem ibidem: *Quod ubi Eudamus, qui cogebat agmen, vidit,* &c. Curtius lib. III. *Ultimi erant cum ſuis quisque ducibus, qui cogerent agmen leviter armati.* Cicero lib. XV. Epiſt.

13.

Liber; at indoluit, quod non meliora petîſſet.
Laetus abit; gaudetque malo Berecynthius heros:
Pollicitamque fidem tangendo ſingula tentat.
Vixque ſibi credens, non altâ fronde virentem
Ilice detraxit virgam: virga aurea facta eſt.
Tollit humo ſaxum: ſaxum quoque palluit auro.
Contigit & glebam: contactu gleba potenti
Maſſa fit. arentes Cereris decerpſit ariſtas:
Aurea meſſis erat. demtum tenet arbore pomum:
Heſperidas donaſſe putes. ſi poſtibus altis

Admovit

13. ad Attic. *Aſſentior tibi, ut nec duces ſimus, nec agmen cogamus.* Dicitur & *claudere.* Idem Curtius lib. III. *Horum agmen claudebatur triginta millibus peditum, quos equi regis* cccc. *ſequebantur.* Idem IV. *Maſſagetae duobus millibus agmen ejus claudebant.* Ciofanus.

98. *Laetus.*] *Lentus* Argentinenſis, quod verum puto. Calpurn. Eclog. VII.

Lentus ab urbe venis Corydon, viceſima certe
Nox ruit, ut noſtrae cupiunt te cernere ſilvae.

Ita lego; non, *nox fuit*, ut nunc circumfertur. pro *undecimus* unus meus & Gronovii unus habent, *undenus.* Amor. I. El. I.

Muſa per undenos emodulanda modos. Heins.

Laetus retineo: nam gaudebat & feſto genialiter orto, & Sileno invento.

100. *Huic Deus optanti gratum.*] Melius quod in Palatino:

Huic Deus optandi gratum, ſed inutile fecit
Muneris arbitrium. Dan. Heinsius

Optandi cum ſcriptis melioribus. muneris videlicet. pro *altore* Urbinas, *alitore.* Heins. *Optandi* & Lactantius in argumento, & Hygin. Fab. 191. *deoptandi.* mox etiam, *adnuit optanti* Gronov. & quatuor alii.

105. *Et indoluit.*] Lege, *at indoluit* cum uno Regio.

106. *Gaudetque malo Berecynthius heros.*] In uno meo & Caeleſt. *Gaudetque datis*, id eſt, muneribus. In Statii libro eſt ſuperior lectio. Midae autem fabula unde emanaverit, refert Tyrius Max. Diſſ. XXX. Ciofanus. *Dato* Cantabrig. & prim. Reg. *datis* alter Hamburg. ut lib. VIII. 363.

Myrrha datis nimium gaudet. Heins.

Sed ibi *data oſcula* intelliguntur. verum quidem eſt, *data* ſimpliciter pro muneribus poni, ut lib. VI. 464. vid. Rittersh. ad Gunth. Ligur. VI. 334. ubi etiam *gaudere datis.* ſed hic nihil muto: nam ita lib. III. 292. *Laeta malo, nimiumque potens.* Claudian. III. in Rufin. 355. *Luxuriata malo. gaudetque ſibi* Medic. unus. Burm.

106. *Berecynthius heros.*] Midas Phrygius, à Berecyntho Phrygiae oppido. Regius. Sive etiam à Berecynthia dea, hoc eſt, Magna Matre, cujus filius idem fuiſſe à quibuſdam fingitur. ut infrà Lactantius. Micyll.

107. *Pollicitique fidem.*] *Pollicitisque* excerpta Jureti & unus Medic. tertius, *Pollicitoque.* unus Baſil. & unus Argent. *Pollicitaque.* Lege, *Pollicitamque.* quomodo poſtmodum in altero Twiſdenio exaratum offendi. lib. III. Faſt. 366.

Pollicitam dictis Jupiter adde fidem.

Sic & *pacta fides* paulo poſt. Heins.

108. *Non alta fronde virentem Ilice detraxit virgam.*] Aliter loquitur Cicero pro Caecina cap. 21. *Qui praetereuntes ramum defringerent arboris.* Atque in his Ovidii verbis ordo eſt: Detraxit virgam virentem fronde, ilice non alta. Alii alio modo, ſed malè. Ciofanus. *Decerpit* quatuor. *decerpſit* tres. *depreſſit* Politiani & duo Medicei.

108. *Fronde.*] *Fronte* quatuor. vide notata lib. X. ỹs. 91. Heins.

110. *Saxum quoque palluit.*] *Saxumque impalluit* Palatin.

111. *Contigit & glebam.*] Puto, *ut glebam.* & mox, *Aurea meſſis erant*, nempe *ariſtae*, pro *erat.* Heins. *Corripit* Leidenſ.

112. *Cereris.*] *Cererem* Sprotii liber. ſed tunc Heinſius volebat legi, *arentis Cererem d. ariſtae.* ego, *arenti ariſtae.* ita lib. VIII. 292. *Cererem in ſpicis intercipit.* ubi *Ceres* ſunt ſpicae vel grana, unde panis conficitur, & v. Faſt. 322. *Grandine laeſa Ceres.* & I. Art. 401. *credenda Ceres fallacibus arvis.* & alibi paſſim. Burm.

114. *Heſperidas donaſſe putes.*] Quatuor Heſperides memorantur. Earum nomina apud Apollodorum, Αἴγλη, Ἐρυθία, Ἑσπερία, Ἀρεθούσα. Hygino Fabularum initio tres, Aegle, Heſperie, Aerica. ſed legendum eſt *Erythia.* Servius ad lib. IV. Aeneid. V. 480. ex Heſiodo tres itidem recenſet, Aeglen, Arethuſam, Heſperuſam. Fulgentius Planciades de Continentia Virgiliana quatuor, Eglen, Heſper, Meduſam, Eretuſam. Sed ſcribendum ex Servio, *Aegle, Heſperuſa, Arethuſa.* Apud Scholiaſten Statii Theb. II. tres ſunt, Aegle, Arethuſa, Heſperie. Heins.

Admovit digitos; poſtes radiare videntur.
Ille etiam liquidis palmas ubi laverat undis,
Unda fluens palmis Danaën eludere poſſet.
Vix ſpes ipſe ſuas animo capit, aurea fingens
Omnia. gaudenti menſas poſuere miniſtri,
Exſtructas dapibus, nec toſtae frugis egentes.
Tum verò, ſive ille ſuâ Cerealia dextrâ
Munera contigerat, Cerealia dona rigebant.
Sive dapes avido convellere dente parabat,
Lamina fulva dapes admoto dente nitebant.
Miſcuerat puris auctorem muneris undis,
Fuſile per rictus aurum fluitare videres.

Attoni-

116. *Ille etiam.*] Heinſius malebat, *illi. ut laverit* Gron. *laverit* Arund. ſeq. verſu *eludere* octo libri. & deinde multi codices addebant verſum hunc, *corporis & membris reſplenduit aurea veſtis*, vel, *e membris* Thuan.

120. *Toſtae frugis.*] *Coctae* tres libri.

124. *Admoto dente nitebat.*] *Nitebant* veteres multi. nempe dapes. quod rectius. *premebat* Florent. S. Marci, Neap. Bernegger. ſec. Palat. prim. & tert. Medic. excerpta Jureti aliique complures. quod Naugerius in poſtrema editione expreſſit. id eſſet ſimile illi, *lentus premit inguina cortex*, pro *tegit. premebant* fragment. Theat. & duo Leidenſes, *carebant* alius Leidenſ. *rigebant* codex Politiani & octo ex noſtris. *negabat* Arondel. & unus ex Moreti libris. *negabant.* ſec. Medic. Forte, *crepabant.* HEINS. Forte, *virebant*, quod convenientius auro. vid. ad IV. 636. & X. 647. pro *convellere* unus Leidenſis, *confringere*, octo, *contingere.*

126. *Fuſile.*] *Fluxile* duo libri.

128. *Quae modo voverat.*] Puto, *quas.* nimirum opes. HEINSIUS. *Noverat* alii, quod jam rejecit Gifan. Ind. Lucr. in *concedere.*

130. *Et inviſo merito, &c.*] In Caeleſt. & uno meo, *meritus.* CIOFAN. Etiam hic elegantius Palatinus, *& inviſo meritus torquetur ab auro.* DAN. HEINSIUS. *Meritus* cum plerisque ſcriptis. HEINSIUS.

133. *Specioſoque eripe damno.*] *Pretioſo* tres libri. ſed inſulſa. Hyginus in hac Fabula cap. CXCI. *Cum jam fame cruciaretur, petit a Libero, ut ſibi ſpecioſum donum erigeret.* Ubi *pecioſum damnum* referibi oportere exiſtimo, ut Ovidii verba expreſſerit, quod frequenter facit. HEINS. Ita Alciphron lib. III. Ep. 38. λαμπρὰ ζήμια.

134. *Mite Deûm numen.*] Pro, mitiſſimum deorum numen. ſic *magna dearum*, & ſimilia. Ut tamen, quod res eſt, dicam, opinor Naſonem dediſſe:

Mite reum numen Bacchus peccaſſe fatentem
Reſtituit,

Alluſum ad confitentes reos. Noſter in Ponticis, II. VI. 8.

Aſpera confeſſo verba remitte reo. HEINS.

Ego malim, *Mite Deus numen Bacchus.* ſic III. Faſt. 789.

Mite, pater, caput huc, placataque cornua verte.

I. Triſt. IX. 45.

Vos quoque Tyndaridae, quos haec colit inſula, fratres,
Mite precor duplici numen adeſte viae.

Et IV. Triſt. XI. 20.

Caeſareum numen ſic mihi mite fuit.

BURMANNUS.

135. *Factique fide data munera ſolvit.*] *Pactique* ſec. Medic. & pro diverſa lectione Neapolitanus. quomodo & in Berneggeriano videbatur à manu primâ fuiſſe. in eodem Neapol. poſt *τὸ fide* eraſa erat una litera: *fidem* fuiſſe primo opinor. quomodo Moreti primus, prim. Bonon. & unus ex meis. *factaque fide* prim. Hamburg. fragmen. Theat. & duodecim alii. *fatique fide* tert. Medic. *factamque fide* prim. Gronov. Scribe,

—— *pactamque fidem, data munera ſolvit.*

Vel, *pactique fidem.* elegans appoſitio; Epiſt. VI. 41.

Heu ubi pacta fides? ubi connubialia jura?

Faſtor. III. 485.

Heu ubi pacta fides? ubi quae jurare ſolebas?

Epiſt. XX. 70.

Conjugium pactamque fidem, non crimina peſco.

Phaedrus lib. III. Fab. III.

Si pactam fuci non recuſaſſent fidem.

Seneca Hippolyto 953.

—— *redde nunc pactam fidem*
Genitor: moraris?

Phoeniſſis tamen vſ. 280. *Spernitur pacti fides.* Dictys Cretenſis lib. II. 20. *His actis fidem pacti, quod*

cum

Attonitus novitate mali, divesque, miserque
Effugere optat opes: &, quae modo voverat, odit.
Copia nulla famem relevat: sitis arida guttur
Urit, & invisо meritus torquetur ab auro.
Ad coelumque manus & splendida brachia tollens,
Da veniam, Lenaee pater; peccavimus, inquit:
Sed miserere, precor, speciosoque eripe damno.
Mite Deùm numen Bacchus peccasse fatentem
Restituit, pactamque fidem, data munera, solvit.
Neve male optato maneas circumlitus auro,
Vade, ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem;
Perque jugum montis labentibus obvius undis

Carpe

cum Polymnestore interceſſerat, traditumque Polydorum refert. & poſtea cap. 47. *interpoſito ſacrificio fidem pacti firma vere.* libro v. 10. *veriti ne qua pacti fides apud Barbaros diſſolveretur.* Poſſet & *rata munera* legi. Heinsius. Ego mallem ita diſtinguere & legere:

Reſtituit. Pactamque fidem, data munera, ſolvit;
Neve male optato maneas circumlitus auro
Vade, ait, &c.

Ut ſint verba Bacchi, & *ait* huc revocetur. &, ait, ſolvi jam tibi fidem pactam, dicta munera; per appoſitionem: nam ineptum eſt *ſolvere* cum Regio explicare, reſolvere, irrita facere, cum ſit praeſtare quae promiſerat. ita ſupra 104.

Nocituraque munera ſolvit
Liber.

Sic quoque perperam apud Terent. And. IV. I. explicant vulgo, *ſolviſti fidem*, fregiſti, cum per ironiam ſint verba capienda; praeſtitiſti, ſcilicet, fidem. Noſter I. Faſt. 642.

Voverat, & voti ſolverat ante fidem.

Cicer. x. ad Fam. 21. *Laterenſis mittit literas, in quibus aperte denuntiat, videam ne fallar, ſuam fidem ſolutam eſſe, reipublicae ne deſim.* Florus I. I. *illi ut fidem ſolverent & ulciſcerentur, clypeis obruere.* Burmann.

136. *Maneat circumlitus auro.*] *Maneas* ſec. Palat. Arondel. Florent. S. Marci, Neapol. aliique non pauci. Heins.

137. *Vade, ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem.*] Herodotus lib. v. ait Pactolum amnem medium forum Sardium interfluere. Strab. autem lib. XIII. p. 625. inquit, Tmolum montem Sardium urbi imminere, ac ex eo fluere Pactolum in Hermum. quapropter ſi Bacchus ad Tmolum & Pactolum erat, ut paulò ante poëta teſtatus eſt, Sardibus haud dubie erat. mirum igitur non immeritò videri poteſt, quemnam fluvium hic innuere videatur poëta. ſed ego Pactolum intelligo propter auri ramenta. at illud *vicinum* cum Herodoto non convenit, qui perfluere Pactolum ait urbem Sardeis. quidam Cayſtrum exiſtimarunt Sardibus vicinum, ut habet Ptolemaei pictura. ſed codex errat, ut puto. Glareanus. *Magnas urbes* Noſter paſſim vocat metropoles, ut Ep. VII. 165. *Magnas Mycenas, Magnam Diomedis Urbem.* lib. XIV. 457. vid. lib. VI. 147. & VII. 553. & ita ipſam Romam *magnam urbem* vocat I. Triſt. I. 59. & IV. ex Pont. V. 20. & Claud. II. in Ruf. 54. & III. Conſ. Hon. praef. 16. & ita *Sardes* quoque *magnae*. & hinc rectè Herodotum Gadytim appellare, Πόλιν μεγάλην, Σαρδίων οὐ πόλλῳ ἐλάσσονα, notat vir doctus J. Phil. Heinius Obſervat. Sacrar. lib. I. cap. V. §. 14. & ex Strabonis lib. XIII. illuſtrat. Burm.

137. *Amnem.*] Amnem intelligit Pactolum, qui ex Tmolo monte, Sardibus vicino ſive imminente, profluit, ſic enim & apud Strab. legitur lib. XIII. 625. Ρεῖ δ' ὁ Πακτωλὸς ἀπὸ τοῦ Τμώλου, καταφέρων τὸ παλαιὸν χρυσοῦ ψῆγμα πολύ, ἀφ' οὗ τὸν Κροῖσον λεγόμενον πλοῦτον, καὶ τῶν προγόνων αὐτοῦ διονομασθῆναί φασι. νῦν δ' ἐκλέλοιπε τὸ ψῆγμα, &c. & Herod. lib. V. cap. 101. Καὶ οὐκ ἔχοντες ἐξήλυσιν ἐκ τοῦ ἄστεος, συνέῤῥεον ἔς τε τὴν ἀγορὴν, καὶ ἐπὶ τὸν Πακτωλὸν ποταμὸν, ὃς ψῆγμα χρυσοῦ καταφερέων ἐκ τοῦ Τμώλου, διὰ μέσης τῆς ἀγορῆς ῥέει, καὶ ἐπειτα ἐς τὸν Ἕρμον ποταμὸν ἐκδιδοῖ. Micyll.

138. *Perque jugum ripae labentibus obvius ulnis.*] Ex fide meorum librorum Maffeianorum & Caeleſtini lege, *Labentibus obvius undis. Labi* enim propriè de aqua dicitur, ſicut etiam de tempore. Ciofanus. *Vitae* Florentinus S. Marci & Spirenſis. In Neap. eraſa eſt vetus lectio, in primo Regio, optimo Thuan. & aliis duobus eſt, *montis.* Puto, *Perque jugum Tmoli.* ῥεῖ δ' ὁ Πακτωλὸς ἀπὸ τοῦ Τμώλου, Straboni lib. XIII. quod ipſum alii etiam Geographi confirmant. niſi pro *ripae* mavis reponi, *rupis.* ut Tmolus ſubintelligatur. Sic *praerupia*, vel *praeripia fluminum* Apulejus in Apologia dixit. ſi ſana eſt lectio. *jugum rupis*, ut *jugum montis* paſſim apud Scriptores. Heinsius. *Vita* & *ripa* etiam confuſa Epiſt. VI. 54.

Carpe viam; donec venias ad fluminis ortus.
Spumiferoque tuum fonti, quâ plurimus exit,
Subde caput: corpusque simul, simul elue crimen.
Rex jussae succedit aquae. vis aurea tinxit
Flumen, & humano de corpore cessit in amnem.
Nunc quoque jam veteris percepto semine venae
Arva rigent, auro madidis pallentia glebis.

Fab. IV. Argumentum.

Midae aures in asini aures.

Pan, cum Tmolum montem [a] *Lydiae frequentans fistulâ se* [b] *oblectaret, elatus gloria* [c] *agrestium Nympharum, Apollinem in certamen devocavit.* [d] *Judice ergo Tmolo,* [e] *cujus mons erat, cum victoria Apollini esset adjudicata, Midae regi* [f] *supradicto adsidenti soli displicuit. Quam ob causam* [g] *Apollo,* [h] *ob eandem stultitiam, quam & supra gesserat in Liberi patris voluntate,* [i] *iratus, aures ejus asininae ut essent* [k] *sempiterno, effecit, cujus judicium* [l] *nulli rei facerent. Qui tamen fertur Midas esse Matris Magnae filius: sic enim cum Hesiodo consentit Ovidius.*

Ille,

140. *Spumigeroque.*] *Spumiferoque* meliores.

141. *Elue.*] *Ablue* Gronov. & Sprotii & Thuan. *Crinem* excerpt. Caesen. & Menard. & tres alii.

142. *Succedit.*] *Subsedit* duo. *successit* quatuor.

144. *Nunc quoque jam veteris.*] Malim, *tam veteris.* quod miraculum auget, ex tam antiquo tempore adhuc venam auream sufficere. *jam* & *tam* confundi vidimus III. Ep. 67. & alibi; *praecepto* quinque libri, quod placebat Heinsio.

145. *Pallentia.*] *Parentia* Boschii & Argent. & Thysii. *Placentia* unus Heinsii. *Pallantia* Francof. sed pallor auro passim adscribitur, vid. Lucian. Charon. pag. 174. & 175. ita supr. ℣s. 110. *saxum quoque palluit auro.* Silius I. 233. *Et redit infelix effosso concolor auro.* ubi vide notas, & Barth. ad Claud. de Laud. Seren. 75. & Menag. ad Diog. Laërt. VI. 51. *rigidis* etiam *glebis* unus Heins. *validis* Med. & Barber. Burm.

[a] *Lydiae.*] Non habet Colon.

[b] *Oblectaret.*] *Delectaret* Colon.

[c] *Agrestium Nympharum.*] Non habet Col. nec, *in certamen.*

[d] *Judice.*] *A Judice* Micyll.

[e] *Cujus mons erat.*] *Qui montis illius Deus erat* Raener.

[f] *Supradicto.*] Cujus supra mentio facta. Lact. Firmian. Instit. lib. VI. cap. 5. *In tertio supradicti operis libro ostendit.* Salvian. de Provid. lib. I. *Errorem supradictorum statim in ipso opere punivit.* Eugrius in vita Antonii: *Cum in una memoria supradictus frater eum clausisset.* Anton. August. Itiner. *Provinciae suprascriptae stadia D.* divisim Plin. Hist. Natur. lib. VII. cap. 25. *praeter supra dicta.* Muncker. Vid. lib. XII. Fab. 4. *Supradicto* addit Raener. *qui auri efficiendi potestate amissa, opes perosus in silva habitans, Pana pastorum Deum colens sequebatur, assidenti &c.*

[g] *Apollo.*] *A. iratus stolidi regis mentem hac nota damnavit, ut aures ejus in asininas verterentur. Hic autem Midas fertur Magnae Matris filius fuisse. sic &c.* Colon.

[h] *Ob eandem.*] *Ob eamque* Raener.

[i] *Iratus.*] *Deus iratus* MS. & Veneta. Munckerus.

[k] *Sempiterno.*] Solinus cap. 48. *Tenacibus foliis sempiterno umbrantur.* Petron. Fragm. Trag. *sempiterno nominabitur.* Cato apud Charis. lib. II. *Ego mihi monumenta sempiterno posui, quae cepi.* Munckerus. Sic *aeterno* Ovid. III. Am. III. II. ubi vide.

[l] *Nulli rei facerent.*] Haec est lectio Venet. ac Micylli, quibus & MS. consentit, nisi quod *faceret* praefert. Raenerius, ut solet, etiam heic sua scripsit. Muncker. Raener. habet, *quibus ejus stoliditas appareret, nulliusque esse judicio judicaretur;* reliqua omisit. sed elegans locutio, *facere nulli rei.* vid. Heins. ad Ovid. Epist. II. 39. est vero idem quod inutile, ineptum esse. Sic *alicui rei esse* Terent. Adelph. III. 3. Geth. IX. 2. *Erraticum esse hominem & nulli rei.* quem & vide XIII. 30. Burm.

146. *Ille*

Ille, perosus opes, silvas & rura colebat,
Panaque montanis habitantem semper in antris.
Pingue sed ingenium mansit: nocituraque, ut ante,
Rursus erant domino stolidae praecordia mentis.
Nam, freta prospiciens, latè riget arduus alto
Tmolus in adscensu. clivoque extentus utroque,
Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypaepis.
Pan ibi dum teneris jactat sua carmina Nymphis,
Et leve cerată modulatur arundine carmen;
Ausus Apollineos prae se contemnere cantus,
Judice sub Tmolo certamen venit ad impar.
Monte suo senior judex consedit; & aures
Liberat arboribus. quercu coma caerula tantùm
Cingitur; & pendent circum cava tempora glandes.
Isque Deum pecoris spectans, In judice, dixit
Nulla mora est. calamis agrestibus insonat ille:
Barbaricoque Midan (aderat nam forte canenti)
Carmine delenit. post hunc sacer ora retorsit
Tmolus ad os Phoebi: vultum sua silva secuta est.

Ille

146. *Ille perosus.*] Forte, *inde*, id est, ideo, vel ab eo tempore. Voces vero hae passim permutatae. vide lib. III. 99. & alibi. *Silvasque* etiam Heinsius volebat cum Aldinis & aliis editionibus.

147. *Montanis habitantem semper in antris.*] *Arvis* Florent. S. Marci, Thuan. Neapol. Oxon. Arondel. sec. Palat. & alii complures. sed frustra. Val. Flaccus lib. III. 48.

Pan nemorum bellique potens, quem lucis ad ortum
Antra tenent. Heinsius.

149. *Stolidae.*] *Stultae* multi scripti.

150. *Alto.*] *Alte* Oxon. & quidam alii, *magno r. a. alte* fragm. Theat. *arto* Caesen. *extentus* etiam mox optimi. vid. IX. 226.

151. *Tmolus in ascensu.*] *In accessu* Frag. Theat. & duo alii. Heins.

154. *Modulatur.*] *Meditatur* unus. sed plurimi ex scriptis *moderatur*, quod non displicebat Heinsio olim. & adscripserat locum ex Phocae Grammatici vita Virgilii in Catal. Scal. p. 136.

Tu fori turbas strepitusque litis
Effugis dulci moderata cantu.

Et perpetua fere harum vocum est confusio. vide ad Remed. Amor. 181. sic & apud Claudian. conf. Manlii 316.

Innumeras voces fegetis modulatus aënae.

VI. Conf. Hon. 629.

Umbonum pulsu modulante resultans.

Praefat. lib. II. de Rapt. 15.

Et resides levi modulatus pectine nervos.

In quibus locis codices multi, *moderatus* & *moderante* exhibent. Stat. III. Silv. II. 173.

Qualia nec Siculae moderantur carmina rupes.

Virgil. Ecl. X. 51.

Carmina pastoris Siculi modulabor avenâ.

Et ibi, *moderabor* & *meditabor* scripti habent. & ita passim. suspicatus etiam olim fueram hoc in loco voluisse Heinsium legere, *molitur*, in notis ad Sil. XIII. 118. ubi vide Cl. Drakenborchii adnotata. sed deprehendi postea Heinsium respexisse locum lib. XIV. 341. nec inelegans lectio est Leidensis codicis, *jaculatur*, de quo ad Petron. cap. CIX. Ceterum alii non Pana sed Marsyam cantasse cum Apolline tradunt. vide Hygin. Fab. CXCI. Burmannus.

158. *Aures liberat.*] Ita Auctor Moreti:

Geminos tum veste lacertos
Liberat.

Ita *vaginâ liberare ensem.* vide ad lib. X. 475. Heinsius.

159. *Et pendent circum cava tempora glandes.*] *Cava tempora* summi ingenii acumen prae se ferunt. Ciofan. *Baccae* secundus Moreti, ut *baccas* quernas pro glandibus posuerit. Heins.

160. *Isque.*] Et hic mallem, *inde*. Vide inf. 248. *me judice* etiam tres libri.

161. *Insonat ille.*] *Intonat* prim. Medic. bene. Heinsius.

163. *De-*

Ille caput flavum lauro Parnaside vinctus
Verrit humum Tyrio saturatâ murice pallâ:
Instructamque fidem gemmis & dentibus Indis
Sustinet à laevâ: tenuit manus altera plectrum.
Artificis status ipse fuit. tum stamina docto
Pollice sollicitat: quorum dulcedine captus
Pana jubet Tmolus citharae submittere cannas.
Judicium sanctique placet sententia montis
Omnibus. arguitur tamen, atque injusta vocatur
Unius sermone Midae. nec Delius aures
Humanam stolidas patitur retinere figuram;
Sed trahit in spatium, villisque albentibus implet;

Insta-

163. *Deliniit.*] Ita antiquae editiones, & Aldi, Micylli & aliae. sed ita fit vis legi Pediae. ego *delenit* scribendum puto, cum Florent. S. Marc. ut apud Quinctil. v. de Inst. Orat. 18. *Sirenúm cantu deleniti*, ubi vide. Et ad Phaedr. lib. III. Prolog. ℣s. 44. & ita semper scribendum judico. Burm.

163. *Post hunc sacer ora resolvit.*] In utroque meo, Briant. & uno Maffei, *ora retorsit.* Rectius. In uno Vatican. *ora remisit.* quod ferri potest. Ciofanus. *Resolvit* perperam in antiquis plurimis. Heinsius.

164. *Tmolus ad os Phoebi.*] Se convertit subaudiendum. Regius. Sic quidem Regius, sed quid si construas, sacer Tmolus resolvit ora ad os Phoebi, pro convertit se ore ac vultu ad canentem Phoebum, quando mox sequitur, *Vultum sua sylva secuta est?* sic enim & Virgilius dixit lib. IV. 79.

Atque iterum narrantis pendet ab ore. Micyll.

164. *Vultum sua silva secuta.*] Non inelegans lectio codicis Medicei, Bononiensis prioris, Moreti & trium aliorum, *dominum sua silva secuta est.*

165. *Lauro Parnasside vinctus.*] In eodem Vatic. *cinctus.* Ciofan. *Caput parvum* Medic. *fulvum* Leidens.

166. *Verrit.*] *Sulcat* unus Basil. eleganter, quasi sulcum faceret syrmate pallae.

167. *Distinctamque lyram gemmis.*] *Instructamque lyram* Oxon. quart. Medic. & decem alii. *Distinctamque fidem* Bernegger. & unus Medic. *Instructamque fidem* Florent. S. Marci, Spirensis & unus Vatican. quod amplector. Vide Notas Fastor. II. ℣s. 318. Pari modo Lyra Apollinis à Marsya describitur apud Apulejum Floridorum I. *Quid quod & Lyra ejus auro fulgurat, ebore candicat, gemmis variegat.* ubi *variegatur* malim, quomodo non semel alibi Apulejus. *Gemmisque* etiam unus Moreti. Heinsius. Non damno Heinsii correctionem, sed & *distinctam* habet quo se tueatur: quod etiam illud *gemmis variegatur* apud Apulejum firmat. sic *retia maculis distincta* Ep. v. 19. *brevibus distincta sigillis* lib. VI. Met. 86. sic VI. Fast. 483. ex MSS. *Comiferos hedera distincte capillos.* Sueton. Neron. 25. *Distincta stellis aureis chlamyde.* sic Petron. cap. XXX. *Distinguente bulla dies notabantur.* Horat. II. Od. 5. *Jam tibi lividos distinguet autumnus racemos purpureo varius colore.* Burmann.

168. *Sustinet à laeva, tenuit manus altera plectrum.*] Ex hoc loco manifeste percipitur, quid sit lyra, quid plectrum. Lyra omnis hodie vel trichordos est vel tetrachordos, vel hexachordos. ipsae fides certis interstitiis, filo signatis, tanguntur à sinistrae manus digitis. porrò chordae plectro id est arcu, quem dextra tenet manus, percutiuntur, aut verruntur potius. ea itaque interstitia faciunt, ut tota disdiapason consonantia etiam trichordo haberi queat. at de hac re aliàs dicemus. Glareanus.

169. *Status ipse fuit.*] Lib. II. Pont. 5. 51.

Status est, vultusque diserti.

Ille quidam. *iste* etiam plures.

169. *Stamina.*] *Carmina* unus codex: sed *stamina* sunt fila Lyrae. Epigramma de cithara in Catalectis Pith. lib. IV. pag. 157.

Musica contingens subtili stamina pulsu.

Ita Heinsius apud Val. Flac. IV. 87. pro *medicabile carmen*, malebat *stamen.* Burm.

173. *Injusta vocatur.*] Vossianus, *notatur.* non male. ita *facta notanda* Epistol. II. 86. eadem varietas lib. V. 402. XIII. 68. XIV. 246. & alibi passim. Burm.

176. *Villis albentibus.*] *Ardentibus* S. Marci & Spirensis. in Neapol. & uno meo erasa vetus lectio. Forte, *villis horrentibus.* ut lib. II. 478.

Brachia coeperunt nigris horrescere villis.

Apulejus de se in asinum mutato, *Aures immodicis horripilant auctibus.* libro quoque VIII. apud eundem, in descriptione apri, scribendum puto, *toris callo, a cutis obesus pilis inhorrentibus auri* (vel *ori*) *squal-*

Inſtabilesque imo facit; & dat poſſe moveri.
Cetera ſunt hominis. partem damnatur in unam:
Induiturque aures lentè gradientis aſelli.

Fab. V. Argumentum.

Cannae vocales.

[a] *Refert quoque deformitatem illius :* [b] *quam cum veſte celaret, ut famulus vidit, neque eloqui poſſet,* [c] *quod ejuſdem Dei mentem in aures haberet.* [d] *Qui rurſus obruta arena arundines enatae, agitataeque vento deformitatem Midae indicarent.*

180 ILle quidem celat, turpique onerata pudore
Tempora purpureis tentat velare tiaris.
Sed, ſolitus longos ferro reſecare capillos,

Viderat

ſqualliduſ. non *corio :* nam cum *cutem* modo dederit apro, *corium* odioſe & parum propria locutione ſubjungat. *Villis* tamen *albentibus* apud Naſonem in *Horrentibus* nil neceſſarium mutari: nam & Perſius Satyra prima de auribus aſininis:

Nec manus auriculas imitari mobilis albas.

Ita ſcribe ex optimis membranis, non *imitata eſt.* Heinsius. Nihil mutarem: albi enim, vel cani villi ſunt aſinorum. Et inde forte Junius Baſſus dictus *Aſinus albus*, teſte Quinct. lib. VI. de Inſtit. Orat. 3. Burm.

177. *Inſtabilesque illas facit.*] *Imas* Florent. S. Marci, Neapol. Bernegger. prim. Ambroſ. *ime* prim. Palat. prim. Reg. & duo alii. *imo* Thuan. opt. Spirenſ. ſec. Palat. & alius, bene. conſule Notas libro V. 588. Heins. *Inſtalilesque Midae facit* Cantabr.

179. *Induiturque aures lente gradientis aſelli.*] Triplicem rationem afferri invenio, cur Midas aſini aures habuiſſe dicatur. alii enim acutiſſimi eum auditus fuiſſe inquiunt, ut aſini eſſe dicuntur, qui praeter murem animalia cetera auditu praecedant. alii pagum Phrygiae ab ipſo habitatum aſſerunt, cui nomen ὀνοῦ ὦτα, id eſt aſini aures, inditum fuerit. alii complures illi exploratores fuiſſe teſtantur, qui omnia, quae in regione illa dicerentur aut fierent, diligenter inquirerent. auctor Ariſtophanis commentator in Plutum. Const. Fanensis. Hanc autem fabulam de auribus aſininis Suidas ita exponit: Ἤτοι ὅτι πολλοὺς ὠτακουστὰς εἶχεν, ἢ ὅτι κώμην Φρυγιακὴν κατέσχεν, ἥτις ὦτα ὄνου ἐλέγετο. ἢ ὅτι ὁ ὄνος τῶν ἄλλων ζώων μᾶλλον ἀκούει, πλὴν μυός. Micyllus. Fabulam Midae longe aliter & magis ad fidem Hiſtoricam Nicephorus narrat III. ab Allatio editus. vide & celeber. Perizon. ad Aelian. III. 18.

[a] *Refert quoque.*] Repraeſentavi hoc argumentum, ut in MS. invenit Nob. Heinſius, una cum naevis ſuis. Raenerius maluit novum cudere. Munckerus. Ita Raener. *Midas deformitatem quidem ſuam celare volebat; ſed eam vidit famulus tonſor. Qui cum eam nec eloqui auderet, nec reticere poſſet; humum effodit, in eaque immurmurat Midam aſini aures habere. Foveam deinde replet. Ibi enatae ſunt arundines, quae vento agitatae Midae deformitatem indicarunt; verba inibi à famulo immurmurata referentes.* Colon. hoc modo: *Refert quoque, quod cum deformitatem illam veſte celaret Midas, & à famulo ſe tondente videretur, nec ſecretum hic cupiens eloqui auderet, tandem foveam effoſſam eſſe, intusque vitium Domini bene celandum obmurmuratum, rurſusque arenâ coopertum. Ubi poſtmodum natae arundines, cum in aëre adducto coliſae eſſent, certum reddentes ſonum, commiſſum loci arcanum vulgaverunt.*

[b] *Quam cum.*] *Quam* deeſt Parm. Lugd. *refert, quod cum deformitatem illam* Micyll.

[c] *Quod ejuſdem Dei.*] Ita cum Veneta etiam Micylliana. MS. liber pro *Dei* exhibet *Dî*, ſuperpoſita virgula, ut non *Dei* ſed *Domini* ſcripſiſſe videatur Lactantius. Munckerus. *Quod* deeſt Parm. Lugd. Fortaſſe legendum, *ejuſdem Dei voluntate inſcribens terrae effutivit, ex quibus rurſus arena obrutis harund. &c.* Micyll. in Marg.

[d] *Qui rurſus.*] *Cui rurſus* Micyll. latet aliquid quod dies aliquando deteget. Muncker. In Micylliana Baſileenſi editione ego lego, *Qui rurſus.* ſed in Francofurtenſi legitur, *cui rurſus.*

180. *Ille quidem celare cupit, turpique pudore.*] Sec. Palat. & prim. Baſil. *turpemque pudorem.* ut ſit appoſitio. ſed duo Moreti codices, Arondel. Oxon. prim. Bonon. Zulich. & unus Voſſ.

Ille quidem celat, turpique onerata pudore
Tempora purpureis tentat velare tiaris.

Neque aliter ſcripſerat Ovidius. auritum Midae caput eleganter dixit, *turpi onerata pudore tempora.*

Viderat hoc famulus. qui, cum nec prodere viſum
Dedecus auderet, cupiens efferre ſub auras,
Nec poſſet reticere tamen, ſecedit; humumque
Effodit: & domini quales adſpexerit aures,
Voce refert parvâ; terraeque immurmurat hauſtae.
Indiciumque ſuae vocis tellure regeſtâ
Obruit, & ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus
Coepit: &, ut primùm pleno maturuit anno,
Prodidit agricolam. leni nam motus ab Auſtro
Obruta verba refert; dominique coarguit aures.

Fab. VI. Argumentum.

Neptunus & Apollo in homines.

[a] *Inter Sigaeum Rhoeteumque promontoria, quo loco ara* [b] *Jovis Panomphaei Phrygibus eſt conſecrata, Laomedon,* [c] *Capys filius, cum Ilium poneret, Apollo ac Neptunus, in*

ra. ſic libro IV. Faſt. 219. Cybele dicitur, *caput turriferâ onerata coronâ*, ut quidam codices. Heinsius. Ignoſcet mihi vir doctiſſimus, haud facile crediderim Poëtam *τῷ celat*, quod validius eſt, ſubjeciſſe *τὸ tentat velare.* quare ne tam procul à prima ſcriptura abeamus, inverte duntaxat unicam literulam, & habebis: *Illi quidem celare caput, turpique pudore, &c.* quae lectio quam ſimplex eſt, tam etiam vera videbitur. Schepper. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. in Baſil. eraſa veteri lectione repoſitum *caput* erat, & ſuperſcriptum, *ora* vel *caput.* quod firmat conjecturam Schepperi.

181. *Tiaris.*] *Coronis* duo libri. ſed Phrygibus propriae *Tiarae*, unde *Phrygiae* Juvenali & aliis dictae. ita Midam exhibuit Cl. Gronov. Tom. I. Theſaur. Ant. Graec. Burm.

182. *Ferro reſecare.*] Forcipe. Metonymia. Ciofanus.

184. *Dedecus auderet.*] *Auderet facinus* duo libri, & mox totidem, *per auras.* vid. lib. III. 296. *deferre* etiam Moreti.

186. *Effodit.*] *Conſodit* Bonon. *occulit* Baſil. *& domino* unus Heinſii. *conſpexerat* decem. *aſpexerat* plurimi. mox, *tellure rejecta* quidam & Berſmanni. male. vid. ad Quinctil. de Inſt. Orat. II. II.

189. *Diſcedit.*] *Deſcendit* quatuor ex melioribus. *diſceſſit* nonnulli.

190. *Surgere.*] *Creſcere* tres libri: *ubi* etiam quatuor.

291. *Pleno maturuit anno.*] In uno meo, *Pleno maturuit aevo.* Ciofanus. *Maturo induruit aevo* Arundel.

192. *Prodidit agricolam.*] Videndum etiam atque etiam quomodo accipiat verbum *prodidit* hoc in loco: locus enim prodidit regem Midam agricolis, non ipſos agricolas. Raphaël per agricolam intellexit Regis famulum tonſorem, quod apud agrum effoderat. quod neſcio ſitne ſequendum. Glareanus. Et mihi haec vox *agricolam* ſuſpecta eſt: latere enim ille tonſor ſtudebat, ſolam vero volebat vocem & indicium in vulgus exire. nec ſcripti variant, niſi quod in Junii ſit, *Argolicam.* in Florentino, *agricola.* forte, *prodidit arcanum.* vel *agricolis.* deinde, *nam leni tactus ab auſtro* Baſil. *leni cum* unus. *leni jam* novem. mox, *redarguit* quatuor libri. *exercuit* Voſſian. Burmannus.

[a] *Inter Sigaeum Rhoeteumque.*] Serv. ad Aeneid. II. 312. *Duo ſunt Trojae promontoria, Rhoeteum & Sigaeum: quod dictum eſt propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hoſpitio Laomedontis ſimulavit abſceſſum, & inde contra Trojam per ſilentium venit, quod eſt σίγη.* Inter quatuor Idae promontoria numerat Nicandri Scholiaſtes pag. 67. Ed. Soter. Κορυφαὶ, inquit, ἀγόυν ἐξοχαὶ τῆς Ἰδης τέσσαρες, Φάλακρα, Λεκτὸν, Γάργαρον, Σιγειον. Tria tantum facit Schol. Homer. ad Iliad. Θ. verſ. 48. Τρὶὰ δέ ἐισιν ἀκρωτήρια τῆς Ἰδης, Λεκτὸν, Γάργαρον, Φαλάκρη. Lucem haec afferunt verbis Heſychii, Λεκτὸν, ὡς σεμνὸν, ἢ ἀκρωτήριον. Muncker.

[b] *Jovis Panomphaei.*] *Panopeja* Parm. Lugd. Vid. Schol. Homer. ad Iliad. Θ. 250. & Potter. ad Lycoph. Caſſand. ℣s. 6.

[c] *Ca-*

in homines verſi, operas ſuas [d] *aeſtimati ad exſtruendum murum addixerunt. Quibus perfectis, pactum aurum Laomedon* [e] *negavit.* [f] *ita tamen ut Neptunus perfidia regis offenſus in agros ejus mare mitteret, omnesque fructus obrueret. Supra quam poenam* [g] *coëgit eum Heſionen filiam marinae proſtituere belluae. Quâ liberatâ ab Hercule,* [h] *rurſus in fraude cognitus:* [i] *equos enim, quos ob ſalutem virginis pactus erat, ei abnegavit. Ideoque ille, expugnato Ilio, Heſionen abreptam Telamoni, qui ſocius militiae fuerat, copulavit.*

Ultus abit Tmolo, liquidumque per aëra vectus
Anguſtum citra pontum Nepheleïdos Helles
Laomedonteis Letoïus adſtitit arvis.
Dextera Sigaei, Rhoetaei laeva profundi
Ara Panomphaeo vetus eſt ſacrata Tonanti.
Inde novae primùm moliri moenia Trojae
Laomedonta videt: ſuſceptaque magna labore

Creſcere

[e] *Capys filio.*] *Capis* Parm. Lugd. Micyl. Colon. ſed dicendum foret *Capyos*, ſi Laomedon ejus filius fuiſſet; quod ego an à quoquam proditum ſit ignoro, cum Ili filius vulgo tradatur.

[d] *Aeſtimati.*] Ita & Venet. ſed Micyll. *aeſtimato.* latet & heic aliquid. forte, *aeſtuanti*, quod ſuſcepta creviſſe labore difficili dicat Naſo. Munckerus. *Operas ſuas regi ad ſtruendos muros addixerunt. Ille autem deorum laborem auro pactus eſt ſe repenſurum. Quod cum perfecto opere inficians, etiam perjurii perfidiam adderet, Neptunus, falſitate offenſus, mare in agros ejus convertit, quo agreſtium fructus in ultionem ſceleris obruerentur. ſuper &c.* Colon.

[e] *Negavit.*] *Negavit. Neptunus p. r. e. i. a. e. mare miſit, o. f. obruit* Raener.

[f] *Ita tamen.*] Forte, *Ita factum, ut.*

[g] *Coëgit eum.*] *Coëgit etiam eum* Colon.

[h] *Rurſus in fraude.*] *Rurſus pater in fraude deprehenſus eſt* Colon.

[i] *Equos.*] *Nam equos, quos pro ſalute virginis promiſerat* Colon.

194. *Vectus.*] *Lapſus* Voſſ. & Langer. *Motus* Ambroſ.

194. *Ultus abit Tmolo.*] Liber. Urſ. *Ultus abit molo*, ſine *T.* Antiquior meus, *Thimolo.* Ita paullò ſuprà, *Judice ſub Thimolo.* ſic & Statii liber. Idem mox & Farneſianus, *Thimolus ad os Phoebi.* Quibus in locis à Librariis erratum eſt. Non enim verſus rationem patitur. De ſcriptura illa, quam in lib. Urſ. eſſe dixi, infrà agemus. Similis quoque locus eſt apud Varronem lib. IV. De Ling. Latina: *Stillicidia, flumina, aquae, uti fluant cadantque.* Quem locum feliciſſimè ita reſtituit vir ſumma doctrina & judicio acerrimo I. Scal. Antea inſulſe legebatur, *Stillicidia, flumina, quae ut ita fluant cadantque.* Ciofanus. Mallem hic legere, *victor.* Illa enim de Midae auriculis fabula ex obliquo quaſi huc inducta eſt: non enim eo fine in Tmolum conceſſerat Apollo, ſed ut cum Pane fidibus contenderet, quem ut ex ſententia ſanctiſſimi montis ſuperavit, *victor abit Tmolo.* Sic paſſim Noſter lib. II. 437. *ſuperum petit aethera victor Jupiter.* lib. IV. 511.

Sic victrix votique potens.

Lib. VIII. 116.

Victor Iölciacos tetigit cum conjuge portus.

Sic in Orat. Ulixis. *Victor votique potens ingredior.* Et eodem libro V. 400. *Victor ad Hypſipylem*, &c. *Vela dat.* ita lib. IV. *Victor Perſeus*, & Virgil. *Victor Sinon*; qua loquendi formula nihil frequentius apud bonos auctores. Schepper. apud Tan. Fabr. lib. II. Epiſt. 71. *Victor* eſt in Regio, *vultus* in multis. *ultor* in Moreti. haec vero verba *victor* & *ultor* paſſim confunduntur. ut lib. V. 137. XII. 341. I. Faſt. 562.

195. *Anguſtum citra pontum.*] In eodem meo, *Supra pontum.* Ciofanus. *Portum* Arundelianus. vid. ad Epiſt. XIX. 123. *argutum citra* Palat.

198. *Ara Panophaeo Tonanti.*] Sic quidem in exemplaribus legitur, ſed corruptè legi facilè Homeri carmine coarguitur. nam in octavo Iliad. libro ὑs. 250. ſic ſcribit de hac eadem:

Παρ' δὲ Διὸς βωμῷ περικάλλεϊ κάββαλε νεβρὸν,
Ἔνθα Πανομφαίῳ Ζηνὶ ῥέζεσκον Ἀχαιοί.

Hoc eſt, *ubi Panomphaeo Jovi ſacra faciebant Achivi.* Quare hic quoque *Panomphaeo* legendum eſſe, vel refragantibus exemplaribus, audacter contenderim. *Panomphaeus* autem Juppiter dictus eſt, ut exponit Euſtathius, vel quòd omnium voces audiat, vel quòd omnium voce colatur. nam πᾶν omne, ὀμφὴ vox dicitur. Regius. Vel quod ſit

Creſcere difficili; nec opes expoſcere parvas.
Cumque tridentigero tumidi genitore profundi
Mortalem induitur formam; Phrygioque tyranno
Aedificant muros, pacto pro moenibus auro.
Stabat opus: pretium rex inficiatur; & addit
Perfidiae cumulum falſis perjuria verbis.
Non impune feres, rector maris inquit: & omnes
Inclinavit aquas ad avarae litora Trojae.
Inque freti formam terras convertit; opesque
Abſtulit agricolis; & fluctibus obruit arva.
Poena neque haec ſatis eſt: Regis quoque filia monſtro
Poſcitur aequoreo. quam dura ad ſaxa revinctam
Vindicat Alcides: promiſſaque munera, dictos
Poſcit equos: tantique operis mercede negatâ,

Bis

πασῶν τῶν ὀμφῶν αἴτιος, id eſt, aliis omnibus diis & hominibus facultatem vaticinandi daret. ut explicat Potterus ad Lycophr. Caſſand. ℣s. 6. hic vero codices variant. *Panopaeo*, *Panapaeo*, *Panapeio*, *Panepeo*, *Panapeo*, exhibentes. Burm.

199. *Inde.*] *Unde* Medic. Moret. & duo alii.

201. *Nec opes.*] *Nec res* Baſil.

202. *Cumque Tridentigero tumidi genitore.*] Ita veteres libri, & rectè. Virgilius lib. I. Aeneid. 154. *Sic cunctus pelagi cecidit fragor, aequora poſtquam Proſpiciens genitor, &c.* Vide ibi Servium. Ciof. MSS. quidam, *rectore*: alii, *domitore.* ut Virgil. V. 799.

Tum Saturnius haec domitor maris edidit alti.

At apud Stat. Achil. I. 61. Thëtis Neptuno: *ô magni rector genitorque profundi.* & Val. Flac. IV. 571. *Pater maris. tridentifero* etiam quidam codices, ut lib. VIII. 595. *Regna vagae ſortite tridentifer undae.* Heins.

203. *Phrygiaeque tyranno Aedificat muros, pactus pro moenibus aurum.*] *Phrygioque* meliores, & *Aedificant pacti aurum*, vel *pacto auro*, quod poſterius amplector, ut à pango, pepigi, deducatur. quod pro paciſcor ſubinde ponitur. Idem.

204. *Aedificant.*] Ad hanc aedificationem murorum Neptunum & Apollinem à Jove damnatos fuiſſe Graeci fabulantur, eò quòd cum Junone adverſus Jovem conſpiraſſent, ut ait Didymus: cujus conſpirationis meminit Homerus Iliad. I. 399.

Ὁππότε μιν ξυνδῆσαι ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,
Ἥρη, ἠδὲ Ποσειδάων, καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων.

Pindarus autem in Olympicis addit & tertium tanquam σύεργον Aeacum aſcitum fuiſſe, ut etiam mortalis alicujus opera accederet: quod futurum eſſet, ut iidem muri aliquando incendio rurſum collaberentur. quod fieri non poterat, ſi à ſolis immortalibus ac diis conſtructi fuiſſent, ut ibidem interpres adjicit. Micyllus. Iſacius Porphyrogenneta in praetermiſſis ab Homero pag. 268. edit. Allatianae damnatos quoque à Jove ob inſidias ipſi ſtructas narrat, quem vide. Anonymus vero de Incredibilibus, itidem ab Allatio editus, cap. 6. explicat, Laomedonta pecuniam ex templo Apollinis & Neptuni ſuffuratum in murorum extructionem abſumpſiſſe. Vide plura apud Hygin. Fab. 89. ubi Munckerus videndus. Serv. ad Virg. I. Aen. 553. & II. 610. III. 3. VIII. 156. Minuc. Felix c. 22. & ibi interpretes. Burm.

207. *Non impune feres.*] Hemiſtichium Virgilii. Ciofanus.

207. *Inquit.*] *Inſit* prior Twisdenius, ut alibi. Heinsius.

208. *Inclinavit aquas ad avarae litora Trojae.*] In uno meo & Caeleſt. *Avarae moenia Trojae.* Quod magis probo. &, ut hoc probarem, adduxerunt me verba, quae ſequuntur. Ciofanus. *Moenia* etiam plurimi. ſed modo praeceſſerat. *ad curvae* Neapolit.

209. *Convertit.*] *Complevit* Flor. & Neap.

210. *Et fluctibus obruit agros.*] In eodem meo eſt, *obruit arva.* Ciofanus. *Arva* prim. Palat. Vatican. prim. Gronov. Cantabrig. aliique complures. rectius. quia *agricolis* paulo ante praeceſſerat. Heins.

212. *Quam dura ad ſaxa revinctam.*] Scopulum dicit, cui nomen ex re poſtea fuit *Agamea*, ut Stephanus ſcribit, auctore Hellanico, quod nomen *innubus* interpretabitur. eo quod Heſione viro adhuc non copulata ceto fuerit in ipſo expoſita. γάμους enim nuptias Graeci appellant. Const. Fanensis.

213. *Dictos.*] Male codices nonnulli, *pactos*, vel, *doctos*

Bis perjura capit ſuperatae moenia Trojae.
Nec, pars militiae, Telamon, ſine honore receſſit:
Heſioneque datâ potitur. nam conjuge Peleus
Clarus erat Divâ. nec avi magis ille ſuperbit
Nomine, quam ſoceri. ſiquidem Jovis eſſe nepoti
Contigit haud uni: conjux Dea contigit uni.

Fab. VII. Argumentum.

[a] Thetis Nympha in varias formas.

[b] *Proteus cum Thetidi praedixiſſet, ſi vellet jugalis fieri, quod filium parente ſuo fortiorem procrearet.* [c] *Jupiter, incenſus pulchritudine eſt Nymphae; Qui, id ſibi ne* [d] *accideret, concubitum ejus refugit,* [e] *& in ſucceſſorem conjugii Peleum* [f] *nepotem dedit:*

doctos. dicti & *promiſſi* parum differunt. ſic *dicere dotem*, de quo ad VI. Faſt. 594. *legem dicere*, de quo ad Epiſt. XII. 39. *dona* & *praemia dicere*, de quo copioſe ad Maronem lib. V. & XI. Heinsius. Vid. lib. IV. 95.

215. *Bis perjura.*] Quidam *bis peritura* legunt, videlicet, ſemel cùm ab Hercule caperetur, & iterum cùm à Graecis. Micyll. Ita omnes ſcripti. Neſcio, qua ratione freti ſint illi, qui legunt, *Bis peritura, &c.* Quibus obſtant libri ſcripti, & ſenſus optimus eſt, & hiſtoria, ſive fabula, à veritate non eſt aliena. Nam bis Laomedon jusjurandum violavit: primum pollicitus ſolvere mercedem Neptuno & Apollini pro aedificatis Trojae moenibus. Vide Homerum lib. XXI. Iliad. Deinde Herculi, pro liberata & recepta Heſione. Huc accedit, quod Horatius quoque eodem modo *domum perjuram* dixit lib. III. Od. 3.

——— *Ilion, Ilion*
Fatalis inceſtusque judex,
Et mulier peregrina vertit
In pulverem, ex quo deſtituit Deos
Mercede pacta Laomedon, mihi,
Caſtaeque damnatum Minervae,
Cum populo, & duce fraudulento.
Jam nec Lacaenae ſplendet adulterae
Famoſus hoſpes: nec Priami domus
Perjura pugnaces Achivos
Hectoreis opibus refringit.

Sic Neptunus etiam apud Virgilium libro quinto 810. *Perjuram Trojam.*

——— *cuperem cùm vertere ab imo*
Structa meis manibus perjurae moenia Trojae.

Ciofanus.

216. *Nec pars militiae.*] Sic Epiſt. VIII. 46.

Hic pars militiae, dux erat ille ducum.

Ad quem locum reſpexiſſe videtur Seneca in Troadibus:

Rex ille regum, ductor Agamemnon ducum.

Ciofan. Hos verſus citat Gobel. Perſona Cosmod. aetat. III. cap. 5. ſed corrupte habet, *Heſioneque data petitur.*

216. *Telamon.*] *Telamo* Sixii & Ambroſii.

216. *Telamon ſine honore receſſit.*] Non ab re Telamonis fit mentio, quoniam conſtat eum Herculis aſſiduum fuiſſe comitem, & in multis certaminibus unà cum eo pugnaſſe. nec ſolum in Ilium navigaſſe, ſed in Amazonas fuiſſe auxilio, ac Alcyoneum interemiſſe, ut Pindarus ſcribit. Theocritus magnam inter eos amicitiam fuiſſe demonſtrat, cum ait: *Οἱ μὲν ἄμφω ἑταῖροι ἀεὶ ξυνίοντο τραπέζαν. Unam ambo ſocii ſemper comederunt ad menſam.* ſi tanta igitur Herculi fuit cum Telamone amicitia, non mirum, ſi ei potius quam alteri donavit Heſionem. Const. Fanens.

219. *Nomine.*] Heinſius malebat, *numine. nec avo* Leidenſis.

219. *Jovis eſſe nepotem contigit haud uni.*] *Nepoti* Florent. S. Marci & unus Mediceus. vere & eleganter. quo & Neapolitanus alludit, in quo, *nepote.* Adi Notas ad Ÿs. 64. Epiſt. XIV. Heins.

[a] *Thetis.*] *Thetis Nympha in plura* Parm.

[b] *Proteus cum.*] Ita & Venet. cum Micyll. ſed MS. principium hoc paullo aliter exhibet: *Proteus cum Thetidi praecepiſſet, ſi voluiſſet jugalis fore, ut filium parente fortiorem procrearet.* Putes ſcripſiſſe, *praedixiſſet, ſi voluiſſet jugalis fieri, fore, ut filium parente, &c.* Muncker. *Si vellet conjugare quod fil. p. f. genitura eſſet* Colon. *procreatura eſſet* Marg. Micyll. forte, *ſi vellet jugari, fore ut &c.*

[c] *Jupiter incenſus.*] *Jupiter, quamvis inc. p. Nymphae, id ſibi ne* Raener. *Jupiter, antea incen. p. n. ne tamen id ſ. a.* Micyll. *Jupiter, quamquam incenſus p. Deae, ne id tamen ſibi ac.* Colon.

[d] *Accideret.*] *Incideret* Parm Lugd.

[e] *Et in ſucceſſorem conjugii.*] *Et ſucceſſionem conjugii*

dit: quem illa refugiens, modo in volucrem, modo in arborem, interdum in tigrim conversa, cum eluderet, [g] *Peleus Neptunum oravit, ut opem sibi ferret: qui cum Proteo preces ejus commendaret, ille emergens è mari Peleo mandavit, ut quiescenti Thetidi meridiano calore insidiaretur, eamque* [h] *vinculis illigatam adgravaret; & quamvis in mille figuras converteretur, ne dimitteret, donec in pristinam rediisset formam. Sicque* [i] *illa potitus, Achilliesque Graecorum fortissimus* [k] *procreatus est.*

NAmque senex Thetidi Proteus, Dea, dixerat, undae,
Concipe: mater eris juveni, qui fortibus actis
Acta patris vincet; majorque vocabitur illo.
Ergo, ne quidquam mundus Jove majus haberet,
Quamvis haud tepidos sub pectore senserat ignes,
Juppiter aequoreae Thetidis connubia vitat:
In suaque Aeaciden succedere vota nepotem
Jussit; & amplexus in virginis ire marinae.
Est sinus Haemoniae curvos falcatus in arcus:
Brachia procurrunt. ubi, si foret altior unda,

Portus

jugii Pelium. Parm. *Et successionem conjugi Peleum* Lugd. *& successorem conjugi* (al. *conjugii*) *P. n. d.* Micyll. Colon. *& in successionem conjugii* Raener.

[f] *Nepotem.*] *Nepotem suum* Colon.

[g] *Peleus Neptunum.*] Sic & Venet. cum Micyll. Sed MS. *Peleus adorato Neptuno, ut opem in amorem sibi ferret, Proteo mandavit preces ejus, qui se mari emersurat, ac Peleo mandavit, &c.* Quam lectionem minus improbabis, si ante inspexeris, quae ad Hyg. Myth. cap. 8. annotavi. Muncker. *Peleus adorato Neptuno ut in amore opem sibi ferret, petiit; Qui cum Proteo preces ejus commendaret, ille* Colon.

[h] *Vinculis illigatam.*] *Vinculis alligaret, & quamvis* Raener. *eamque vinculis gravaret illigatam. quo facto ex his Achilles Grajorum fortissimus est procreatus* Colon. *illigatam aggravaret, ex quo Achilles Graec. f. natus est* Parm. Lugd. Micyll. omissis reliquis.

[i] *Illâ potitus. &c.*] Tzetzes in Lycophron. p. 37. Κατὰ δὲ Εὐριπίδην ὅτι διωκομένη ἡ Θέτις ὑπὸ Πηλέως μετήλλαττεν ἑαυτὴν, ὡς ὁ Πρωτεὺς, εἰς διαφόρους εἰδέας. Ἐκεῖ δὲ κατέσχεν αὐτὴν ἐν σηπίας μορφῇ, καὶ ἐμίγη αὐτῇ, ὅθεν καὶ Σηπίας χωρίον Μαγνησίας Θετταλικῆς. Ceterum quaeri heic non injuriâ possit, si dea Thetis, cur insidias sibi strui divinare nequiverit. Quid respondere debeas, docebit te Homeri Scholiastes ad Iliad. N. ὑς. 521. Ἐζήτηται δὲ, πῶς θεὸς ὢν Ἄρης οὐκ εἶδεν περὶ τοῦ ὑιοῦ; Ῥητέον οὖν, ὅτι παρὰ τῷ ποιητῇ οἱ θεοὶ, σωματικῶς λαμβανόμενοι, ἀνθρωποειδῶς ἐπίστανται, καὶ ἀθανασίᾳ μόνον διαφέροντες ἀνθρώπων, τοῖς αὐτοῖς ἐνέχονται πάθεσιν. Muncker.

[k] *Procreatus.*] *Natus est* Raener.

221. *Thetidi.*] Hujus transformationis, qua se Thetis in alias atque alias figuras mutare solita fuit, etiam Pindarus meminit, Ode III. Nemeorum, & Sophocles in Troilo, cujus versus hi citantur:

Ἔγημεν ὡς ἔγημεν ἀφθόγγους γάμους
Τῇ παντομόρφῳ Θετίδι συμπλακεῖς ποτὲ.

Et in fabula, quae inscribitur Achillis Erastae:

Τὶς γὰρ μὲ μόχθος οὐκ ἐπέζατο
Λέων, δράκοντε, πῦρ, ὕδωρ, &c.

Vaticinii autem, quo Juppiter à consuetudine illius abstterritus dicitur, etiam Lucianus meminit in Dialogis Superorum, qui tum à Prometheo Jovem monefactum dicit, ut se à Thetide contineret. Micyllus.

221. *Dea, dixerat, undae.*] Legendum *praedixerat udae*, ut est in nonnullis. nam & in Epistola Briseidis ad Achillem eandem *aquosam* vocat.

Tu mihi juratus per numina matris aquosae.

Sed neque minus scribi posse videtur, *Dea, dixerat, undae*, ut *dea* sit nominativi casus. quomodo omnes fere MSS. veteres. Mariang. Accurs. in Diatribis. *Udae* in nonnullis. Heins.

222. *Qui fortibus armis Acta patris vincet.*] *Fortibus actis* prim. Medic. prim. Basileensis, prim. Gronov. Oxon. Bernegger. & quinque alii. recte. Vide Notas ad Epist. VIII. vers. 44. recte etiam, *juveni* pro *juvenis* excerpta Langermanni & prior Strozzae. Idem. Vid. ad lib. V 415.

226. *Juppiter aequoreae Thetidis connubia vitat.*] In uno meo & Caelest. *Connubia fugit.* Quod autem ad hujus fabulae intelligentiam pertinet, vide, quae annotat & Graecae & Latinae linguae intelligentissimus D. Lambinus, ad illud Horatii

Ode

Portus erat: ſummis inductum eſt aequor arenis.
Litus habet ſolidum, quod nec veſtigia ſervet;
Nec remoretur iter; nec opertum pendeat algâ.
Myrtea ſilva ſubeſt, bicoloribus obſita baccis.
Eſt ſpecus in medio; naturâ factus, an arte,
Ambiguum; magis arte tamen: quo ſaepe venire
Frenato delphine ſedens, Theti nuda, ſolebas.
Illic te Peleus, ut ſomno vincta jacebas,
Occupat: & quoniam precibus tentata repugnas;
Vim parat, innectens ambobus colla lacertis.
Quod niſi veniſſes, variatis ſaepe figuris,
Ad ſolitas artes; auſo foret ille potitus.
Sed modo tu volucris; (volucrem tamen ille tenebat)
Nunc gravis arbor eras: haerebat in arbore Peleus.

Tertia

Ode XIII. in Epod. *Nate puer Thetide.* Ciofanus. *Vitat* multi ex melioribus. Heins.

227. *Inque ſua Aeaciden.*] *In ſuaque.* Idem. *Succedere jura* unus Heinſii. *tecta* Medic. & Junian.

229. *Eſt ſinus Haemoniae curvos falcatus in arcus.*] Alibi: *Eſt ſinus adductos modice falcatus in arcus,* Ciofanus. *Modicos falcatus in arcus* unus Heinſii, ut Epiſt. II. 131.

233. *Nec remoretur iter.*] Prim. Palat. Urbin. & duo Ambroſ. *aquis.* Nec remoretur aquis veſtigia. pro *Haemoniae* paulo ante Zulich. *Emathiae.* pro, *ubi ſi foret*, puto ſcribendum, *qui ſi foret.* Heins.

234. *Myrtea ſylva ſubeſt.*] Hoc eſt, ſylva myrtis conſita illi adjacet ſinui. *ſubeſſe* autem illam ait, quòd ex phyſicorum ſententia mare, quam terra, altius eſt. Regius. Nimis acutum hic Poëtam facit Regius. *ſubeſſe* enim ſaepe pro prope eſſe. mox 359. *Templa mari ſubſunt.* ita *ſub*, pro in, prope. Vid. ad lib. I. 689. pro *obſita*, *edita* nonnulli. *abſita* Arund. *obſita conchis* Leidenſ.

235. *Eſt ſpecus.*] Citat Priſcian. lib. VI. p. 713. *Et ſpecus* Baſil.

237. *Theti nuda.*] *Thetis uda* Cantabr.

238. *Ut ſomno victa jacebas.*] *Vincta* Florent. S. Marci, Bernegg. prim. Med. prim. Baſil. prim. Erfurt. & ſex alii. ita paſſim poëtae. *Molli devinctus lumina ſomno* apud Catullum. *Dulci devinctus lumina ſomno* apud Virgilium in Ciri. Moſchus Europa:

Τ' πνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων,
Λυσιμελὴς, τεδάκι μαλακῷ κατὰ φάεα δεσμῷ.

Lucretius libro IV.

Denique cum ſuavi devinxit membra ſopore
Somnus.

Apud Columellam libro X.

Profugos vinctura papavera ſomnos.

In Catalectis Pithoei,

Nymphius aeterno devinctus membra ſopore
Hic ſitus eſt.

Apud Noſtrum l. I. Faſt. 422. ex antiquis codicibus, *corpora vincta ſopore.* Ammianus l. XXV. *Quos ſecuritas placido vinxerat ſomno.* ſed modus exemplorum non eſſet. Hinc ſomnus δεσμὸς Graecis dictus. ita Ariſtoteles non ſemel in libro de Somno & Vigilia. Orpheus Hymno in ſomnum:

Σώματα δεσμεύων ἐν ἀχαλκεύτοισι πέδῃσι.

Simile quid apud Homerum etiam videor legiſſe. pari modo *alligare artus ſomnus* Senecae dictus Hercule Furenti:

Sopor indomitos alliget artus.

Valerio quoque Flacco & aliis, *mentem vincire Lyaeo.* Apulejus Met. VII. *Colligatos adhuc vino magis, quam vinculis deprehendimus.* Propertius libro III. Eleg. IV. ſic & *amore vinciri*, & *amoris vinculum.* de quibus dictum Faſtor. IV. ℣s. 224. Heinsius. Sic apud Sueton. in Aug. 15. *devinctus ſomno*, ubi alii, *devictus*: neque tamen ſemper puto *vinctus* eſſe praeferendum, ſed cum agitur de oculis, qui, poſtquam diu homo luctatus eſt cum ſomnolentia, labuntur in ſomnos, *vinci* praeferrem cum Gebhard. ad Tibul. I. Eleg. II. 2. vid. III. Faſt. 19. & Epiſt. XVI. 100. ſed cum de ſomno jam ingraveſcente & membra alligante agitur, *vinciri* probarem. de *alligare* vid. libr. I. 548. Burmannus.

240. *Colla.*] *Vincla* Oxon. & Palat.

242. *Auſo.*] *Auſu* Barber. & tres alii. ita Gronovius vult apud Calpur. Decl. V. legi, *quanti auſus eſt.* utitur & Oroſius lib. IV. 5. *Servorum tanta manus fuit, ut ſine controverſia auſu potirentur. voto* Gronovian. Burm.

243. *Sed modò tu volucris.*] In eodem meo, *Nam-*

Tertia forma fuit maculosae tigridis: illâ
Tertius Aeacides à corpore brachia solvit.
Inde Deos pelagi, vino super aequora fuso,
Et pecoris fibris, & fumo turis adorat.
Donec Carpathius medio de gurgite vates,
Aeacida, dixit, thalamis potiere petitis.
Tu modo, cum gelido sopita quiescet in antro,
Ignaram laqueis vincloque innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras:
Sed preme quidquid erit: dum, quod fuit ante, reformet.
Dixerat haec Proteus: & condidit aequore vultum;
Admisitque suos in verba novissima fluctus.
Pronus erat Titan, inclinatoque tenebat
Hesperium temone fretum: cum pulchra relicto
Nereïs ingreditur consueta cubilia ponto.
Vix bene virgineos Peleus invaserat artus;
Illa novat formas: donec sua membra teneri
Sentit: & in partes diversas brachia tendit.

Tum

Nam modo. CIOFAN. *Si modo* unus Gronov. *Nam* alter Hamb. puto:

Seu modo tu volucris; volucrem tamen ille tenebat,
Seu gravis arbor eras; haerebat in arbore Peleus.
HEINSIUS.

245. *Forma fuit.*] *Tibi* unus Mediceus.

248. *Isque.*] Multi, *jamque.* sed unus Heinsii, *inque.* Basileensis, *inde;* quod jam Heinsius expressit. Vide sup. 160. *postque* Moret. *Deum* etiam quinque.

248. *Adorat.*] *Honorat* Regius & unus Heins. vid. lib. VIII. 266.

250. *Aeacide.*] *Aeacida* unus Vossian. & prim. Twisden. at prim. Erfur. *Aeacidae.* propius vero. Dixi Epist. III. vs. 87. HEINSIUS.

251. *Cum gelido sopita quiescit in antro.*] *Rigido antro* Florent. S. Marci, unus Medic. & unus Bononiensis. *quieverit antro* etiam primus Gronov. & unus Basileensis. cum Jureti excerptis. multi alii, *quiescet.* IDEM.

252. *Vincloque innecte tenaci.*] *Firmisque innecte catenis* Palat. sec.

253. *Mentita.*] *Mutata figuras* Medic. *figuris* decem.

254. *Sed preme.*] Heinsius malebat, *perprime.* ut in Art. I. 394. *Perprime tentatam, nec nisi victor abi.*

257. *Inclinatoque petebat, &c.*] In meo antiquiore, Farnesiano, & Caelest. *Tenebat.* CIOFAN. *Tenebat* meliores. ut in Fastis lib. II. 364. *Medias sole tenente vias.* lib. IV. 686.

—— *hac Hyades Dorida nocte tenent.*
Adi Notas lib. III. Fastor. vs. 219. HEINS. Forte, *tepebat*, unde transpositis syllabis *petebat* natum est.

259. *Cubilia fluctu.*] In eodem meo lib. *Cubilia saxo.* In altero, uno Maffei, Brian. & Caelest. *Cubilia ponto.* placet. CIOFAN. *Ponto* cum melioribus. nam *fluctus* jam praecesserat. Florentinus tamen S. Marci, Neapol. & unus Bonon *saxo.* apud Virgilium IV. Georg. 429. de Proteo in simili narratione:

—— *Consueta petens è rupibus antra.* HEINS.
In Virgilii loco omnes editi habent *è fluctibus,* nec in MSS. video variantem lectionem.

260. *Invaserat artus.*] Lib. Briant. *Evinxerat.* Caelest. & Farnes. *Conjunxerat.* CIOFANUS. Ita quoque codices quidam Heinsii. unus etiam, *devinxerat;* sed nihil muta. vide ad Petron. LXXIV.

261. *Donec sua membra teneri Sensit.*] In sepiae formam mutata haec nympha legitur deprensa à Peleo. CONST. FANENSIS.

262. *Sensit & in partes diversas brachia tendit.*] *Sentit* praestantiores. nonnulli *tendens*, ut libro V. 419.

—— *in partes diversas brachia tendens*
Obstitit.
At in margine Gryphianae editionis, *tendi.* quod placet. in partes diversas tenduntur brachia, quando ligantur post tergum. Forte tamen, *in partes aversas brachia tendi.* HEINS.

264. *Exhibita estque.*] *Exhibitaque Thetis* tres. eadem varietas II. Fast. 39.

Tum demum ingemuit: Neque, ait, ſine numine vincis:
Exhibita eſtque Thetis. confeſtam amplectitur heros,
Et potitur votis; ingentique implet Achille.

Fab. VIII. Argumentum.

Daedalion in volucrem.

Peleus, fratre Phoco interempto, profugus Trachina [a] *ad Cëyca Luciferi filium in hoſpitium venit. Hic accepit Daedalionis filium Chionen ſpecioſiſſimam fuiſſe: hanc à Mercurio per quietem* [b] *oppreſſam: item ab Apolline in anum* [c] *converſo.* [d] *Horum altero Autolycum furaciſſimum, qui ex albis nigra, & ex nigris alba faciebat,* [e] *procreatum:* [f] *ex Apolline item* [g] *Philammona ſtudioſiſſimum citharae.* [h] *Hanc etiam gloriantem, quod cum talibus concubuiſſet dëis, Dianae pulchritudini ſe praetuliſſe.* [i] *Confeſtim itaque illam, ut debuit, procacem ejus linguam ſagittâ interiſſe, atque ex eo vulnere confeſtim interemptam. Quâ calamitate* [k] *Daedalion, cum ſe eodem rogo vellet conſumi,* [l] *neque eum proximi paterentur,* [m] *ut furiis inſtinctus montem Parnaſſum petiiſſet & ſe praecipitaſſet, antequam radicem montis contingeret, ab Apolline* [n] *in accipitrem eſſe converſum.*

FElix & nato, felix & conjuge Peleus;
Et cui, ſi demas jugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant. fraterno ſanguine fontem,

Expul-

[a] *Ad Ceyca.*] Antoninus cap. 38. ad Eurytionem Iri filium perveniſſe narrat. Facere cum Antonino Lycophronis Scholiaſten, quod annotat Vir Cl. fruſtra quaeſivi. Pag. 37. ed. Steph. legas: Ὁ δὲ Πηλεὺς κατὰ Φερεκύδην καθαίρεται ὑπ' Εὐρύτου τοῦ Ἴκτορος, οὗ θυγατέρα Ἀντιγόνην λαμβάνει. Ridiculum eſt, quod ex eodem deſcripſit idem, Pſamathen fuiſſe *μίαν Ἐρινύων*. Legendum enim utique, ἐκ Ψαμάθης μιᾶς τῶν Νηρεΐδων. Locus exſtat paginâ modo adductâ. Apollonius Lib. 1. ῥs. 71. Antonino conſentit; ubi conſulendus Scholiaſtes, ut & ad verſ. 224. Schol. Pind. ad Nem. Od. 4. Muncker. *Thraciam* (*Trachina* Lucd. *Trachina* Raener.) *ad Caeyca L. f. venit, ſuſceptusque ab eo moerente cauſſam moeroris ab ipſo audivit. huic Caeyci namque frater erat Daedalion, habens filiam Chrionem ſpecioſiſſimam, quae cum ab Apolline & Mercurio amaretur, à Mercurio p. q. compreſſa eſt.* Parm. Lugd. Raener. & Micyll. niſi quod, *Trachina ad Caeycem* Micyll. *in Trachiniam ad Ceycen regem L. f. venit, ſuſceptusque ab eo moerente, cum cauſſam moeroris quaereret, accepit Daedalionem fratrem ejus filiam Chionem ſpecioſiſſimam habuiſſe. hanc autem &c.* Colon.

[b] *Oppreſſam.*] Lego, *compreſſam.* Muncker. Ita & Colon. ſed vid. ad lib. VIII. Fab. 6.

[c] *Converſo.*] *Verſo* Parm. Lugd. Micyll. Raen.

[d] *Horum altero.*] *Horum ab altero, &c. ex nigris alba patria arte efficeret* Colon.

[e] *Procreatum.*] *Procreatum dicunt* Micyll. Col. *ferunt* Raener.

[f] *Ex Apolline item.*] Malim, *autem.* Muncker. Ita Colon. reliquae, *vero.*

[g] *Philammona.*] *Philemonem* Colon. *Philemonem* Parm Lugd. Micyll. qui in Marg. *Philammona.*

[h] *Hanc etiam glorianter.*] *H. e. gloriatam* Micyll. *Haec etiam gloriata eſt q. c. t. c. d. Dianaeque ſe p. praetulit.* Raener. *Horum matrem quod cum t. c. d. gloriantem, & ſuam Dianae pulchritudinem praeferentem, Dea procaci ejus lingua ſagitta trajecta, ſauciam fecit, eoque vulnere interemta eſt* Colon.

[i] *Confeſtim itaque.*] *Itaque dea confeſtim. u. d. p. e. l. ſagitta traiecit. atque ex eo vulnere eſt ſubito interemta.* Parm. Lugd. Micyll. Raener.

[k] *Daedalion.*] *Daedalion affectus* Raen.

[l] *Neque eum proximi.*] *Nec id proximi* Colon.

[m] *Ut furiis inſtinctus.*] *Cum ſ. in.* Marg. Micyll. *furiisque in. m Parnaſum petit, ut inde ſe praecipitaret; ſed antequam radicem m. c.* Colon. *furiisque inſt.* Raener.

[n] *In accipitrem.*] *In volucrem accipitrem eſt converſus* omnes Edd.

Expulſumque domo patriâ, Trachinia tellus
Accipit. hic regnum ſine vi, ſine caede, tenebat
Lucifero genitore ſatus, patriumque nitorem
Ore ferens Ceyx; illo qui tempore moeſtus,
Diſſimilisque ſui, fratrem lugebat ademtum.
Quo poſtquam Aeacides feſſus curâque viâque
Venit; & intravit paucis comitantibus urbem;
Quosque greges pecorum, quae ſecum armenta trahebat,
Haud procul à muris ſub opacâ valle reliquit.
Copia cum facta eſt adeundi prima tyranni;
Velamenta manu praetendens ſupplice, qui ſit,
Quoque ſatus, memorat, tantùm ſua crimina celat.
Mentitusque fugae cauſſam, petit urbe, vel agro
Se juvet. hunc contra placido Trachinius ore
Talibus adloquitur: Mediae quoque commoda plebi
Noſtra patent, Peleu; nec inhoſpita regna tenemus.

Adjicis

267. *Crimina Phoci.*] *Fratris* Arondel. Langerm. & unus Baſil. Heinsius.

269. *Trachinia tellus.*] Apollodorus lib. III. Peleum non Trachin, ſed Phthiam exſulatum perveniſſe refert. Ciof.

270. *Accipit.*] *Excipit* duo libri.

270. *Regnum regebat.*] *Tenebat* cum melioribus. paulo poſt 285.

—— *nec inhoſpita regna tenemus.*

Faſtor. III. 271.

Regna tenent ſortesque manu pedibusque fugaces.

Ita paſſim Noſter aliique. Heins.

273. *Diſſimilisque ſui.*] *Diſſimilemque* unus Mediceus & tertius Bononienſis, quod defendi poſſet ex verſu 297.

Culta mihi pax eſt, fratri fera bella placebant.

Nihil tamen muto, ſed ad moeſtitiam & luctum, quae mutaverant Ceycem, refero. Eleg. in Druſum 87.

Diſſimilemque ſui vultu profitente dolorem.

Ubi vide. Burm.

276. *Quosque greges pecorum.*] Hoc *pecorum* additum puto à ſciolo, qui credebat τὸ *gregis* id requirere, ut *armentis* opponi poſſent. ſed in uno Heinſii erat:

Quosque greges ſecum, quae ſecum armenta trahebat.

Quod mihi elegantius videtur. ita lib. IV. 634.

Mille greges illi, totidemque armenta per herbas
Errabant.

Sub *opaco colle* etiam Barber. vid. ad lib. I. 689. Burmannus.

278. *Adeundi tecta tyranni.*] *Prima* prim. ſec. Palat. prim. Vatican. Cantabr. Oxon. Calandr. Graevianus & alii decem. ſequor. Stat. III. Theb. 58.

Ut primum inviſi cupido data copia regis.

Et Noſter VI. 447.

Ut primum ſoceri data copia. Heins.

279. *Velamenta manu praetendens ſupplice.*] Ramum intelligit lauri vel oleae lana circumvolutum, quo legati & caduceatores utebantur. Lege primae Collectaneorum hecatoſtys cap. 33. Const. Fanensis. Ramum olivae dicit, qui ab externis, qui pacem afferebant, geſtabatur. Unde Virgilius in octavo Aeneidos 115. *Tum pater Aeneas puppi ſic fatur ab alta, Paciferaeque manu ramum praetendit olivae.* Regius. Et Aeneidos undecimo, 100.

Jamque oratores aderant ex urbe Latina,
Velati ramis oleae, veniamque rogantes.

Et Æneid. VII. 153.

Centum oratores auguſta ad moenia regis
Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes.

Ubi & verbum *velandi* ponitur, à quo *velamenta* hoc loco dicuntur. Quanquam etiam ad vittas & infulas nomen *velamenta* referri poterat, quae & ipſae à ſupplicibus praetendi ſolebant. Micyll.

279. *Quis ſit.*] *Qui* meliores. bene. & mox, *Mentitusque* prim. Moreti aliique multi. probe. Heinsius. *Quove* etiam Baſil.

280. *Sua crimina.*] Phoci fratris caedem. Regius. Hujus Phoci & Pindarus meminit. Ode 5. Nemeorum & Comment. Eurip. in Oreſte. Item Pauſan. in Corinthiacis lib. II. 29. Ab hoc & Phocenſium nomen factum idem autor dicit, filiosque eundem habuiſſe Panopeum & Criſſum: quorum hic Strophium genuit, patrem Pyladis, ex Anaxibia ſorore Agamemnonis. Panopeus autem Epeum fabricatorem equi Duratei ſive Trojani. Fuit autem

Adjicis huic animo momenta potentia, clarum
Nomen, avumque Jovem. nec tempora perde precando:
Quod petis, omne feres. tuaque haec pro parte videto,
Qualiacumque vides. utinam meliora videres!
Et flebat. moveat quae tantos cauſſa dolores,
Peleusque comitesque rogant. quibus ille profatur:
Forſitan hanc volucrem, rapto quae vivit, & omnes
Terret aves, ſemper pennas habuiſſe putetis.
[Vir fuit: & tanta eſt animi conſtantia, quantum]
Acer erat, belloque ferox, ad vimque paratus,
Nomine Daedalion; illo genitore creatus
Qui vocat Auroram, coeloque noviſſimus exit.
Culta mihi pax eſt, pacis mihi cura tenendae
Conjugiique fuit: fratri fera bella placebant.
[Illius virtus reges gentesque ſubegit:
Quae nunc Thisbaeas agitat mutata columbas.]

Nata

tem & alter Phocus Ornytionis filius, Corinthius, Siſyphi nepos, qui Hyampolitas bello, quod cum Opuntiis gerebant, à patre Ornytione adjutos, poſtea rexit, & de nomine ſuo Phocenſes appellavit. antiquior toto ſaeculo, ut inquit Pauſanias, Phoco Aeaci. Sed ut ille Hyampolitas primò, ita poſterior Phocus Aeaci, totam regionem à ſe Phocidem nominavit. Micyll.

282. *Se juvet.*] *Se recipi* Baſil. unus. vide ad Epiſt. II. 55.

284. *Commoda.*] *Moenia* quatuor libri & prior Moreti. Gudius ad Phaedr. III. 19. ex MSS. profert, *medio quoque commoda Phoebi*, & ipſe legit, *Phaebo* abſurde, ut puto: *media enim plebs* paſſim Ovidio dicitur. Vide V. 207. VII. 432. & alibi. praeterea, *inhoſpita tecta* duo Moreti & unus Medic. ut ſaepe alibi. Burm.

285. *Adjicis huic animo monumenta potentia.*] Idem Raphael illud, *huic animo*, ad Ceycem retulit, quaſi diceret noſtro per ſe benigno ac liberali, ſed difficultatem facit quod ſubjungitur, *Nec tempora perde precando.* ita ut locum ſuſpicer non omnino purum, ut hujus poëtae & diligentia & ingenium requirit. Glareanus. *Momenta* ſcribendum. atque ita unus Voſſii & unus Gronovii pro diverſa lectione. eandem vocem repoſui Pont. IV. El. XIII.

Quanta potes praebe noſtrae momenta ſaluti.

Guntherus Ligur. II.

Prima dies magnis momenta potentia coeptis
Addidit.

Et ſic ille frequenter. Heins.

287. *Tuaque haec pro parte vocato.*] *Videto* cum prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. prim. Reg. Neapol. Urbin. altero Hamburgenſ. Norico & quatuor aliis. Heins. *Notato* Marg. Berſm.

290. *Et Peleus comitesque rogant.*] Reſtitue, *Peleusque comitesque.* nec te moveat, *que*, copulativa conjunctio elongata, quoniam ratione & auctoritate defenditur, ut ſupra retulimus. Const. Fanens. *Peleusque comitesque rogant*, ſic quidem corruptè legitur, neque enim ratio carminis patitur, ut (*que*) copula brevis producatur. Quare illa (*que*) eraſa hanc copulam & in verſus principio putavi reponendam. Regius. Imò quae Regius hîc corrupta putat, & rectè leguntur, & elegantèr. nec obſtat verſus ratio aut quantitas. Nam ut apud Virgil. *Liminaque, laurusque* Dei. & *Tribulaque, trabeaeque.* Et item, *Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Pritanimque*, & id genus alia defenduntur. ita hic quoque verſus caeſura trithemimeri defendi poteſt. Micyll. Et ita optimi codices. Vide Gifan. Indic Lucret. p. 464. & paſſim apud Noſtrum.

293. *Vir fuit, & tanta eſt animi conſtantia, quantum.*] Alii, *quanta eſt animi conſtantia, tantum*, ſed quoquo modo legas, vix Latinus eſt verſus, quem ſi tollis omnia erunt plana. Praeterea illos duos verſus, qui mox ſequuntur, quorum initium, *Illius virtus*, auferendos cenſeo, cum Naſoniano nitori non reſpondeant & ſuperflui ſint. pro *pacis tuendae* omnes noſtri, uno alteroque exceptis, *tenendae.* Heins.

294. *Belloque ferox.*] *Armisque potens, belloque p.* Gronov.

297. *Culta.*] *Cura* Palatin. & octo libri. *culpa* Cantabr. *cuncta* Voſſ. ſequens verſus, *conjugiique &c.* non erat in Mazarin.

300. *Thisbaeas.*] Thiſbe urbs eſt Boeotiae, à

Nata erat huic Chione: quae dotatiſſima formâ
Mille procis placuit, bis ſeptem nubilis annis.
Forte revertentes Phoebus, Majâque creatus,
Ille ſuis Delphis, hic vertice Cylleneo,
Vidêre hanc pariter, pariter traxere calorem.
Spem Veneris differt in tempora noctis Apollo;
Non tulit ille moras: virgâque movente ſoporem
Virginis os tangit. tactu jacet illa potenti:
Vimque Dei patitur. Nox coelum ſparſerat aſtris;
Phoebus anum ſimulat; praeceptaque gaudia ſumit.
Ut ſua maturus complevit tempora venter;
Alipedis de ſtirpe Dei, verſuta propago,
Naſcitur Autolycus, furtum ingenioſus ad omne:
Qui facere adſuêrat, patriae non degener artis,

Can-

Thisbe Aſopi filia cognominata, columbis abundans, unde *Thisbeus* declinatur. Portus autem & navale Thisbeorum (ut ait Stephanus ex ſententia Epaphroditi) columbis plenum erat. REGIUS. Stat. VII. 261.

Dioneis avibus circumſona Thisbe.

Ubi Scholiaſtes dicit per columbas Jovis oracula aliquando data. & IX. 67. *candidam Thisben* dici propter columbas notat. *Thebeas* hic quatuor. alii, *Thiſteas*, *Tybeas*, *Thesbeas*. BURM.

301. *Nata erat huic Chione.*] Quae aliis Philonide dicta, teſte Hygino Fab. CC. & eidem Fab. CLXI. Leuconoë Luciferi filia. HEINS. *Laudatiſſima.* Barb. & Moret.

302. *Mille procis placui.*] Veteres libri, *Mille procos habuit.* CIOFAN. *Procis placuit* duo veteres & editiones nonnullae. ut Epiſt. VII. 123.

Mille procis placui. HEINS.

307. *Non fert ille moras.*] Sic lib. VI. 467. *Jamque moras malè fert.* Et X. 497. *Non tulit illa moram.* Hoc eleganter quoque dicitur in ſoluta oratione. Legitur apud Livium, *Pati, & ferre moram, & dilationem.* Apud Plautum, & apud Cicer. ad Attic. lib. XVI. *Moram facere.* Apud Terentium, *Moram producere.* CIOF. Heinſius edidit, *non tulit*, & mox *tetigit*, quorum hoc in multis eſt: illud in Ambroſ. *moram* etiam Moreti.

310. *Phoebus anum ſimulat.*] Dii Deaeque!, cum aliquem aliquamve decipere volebant, vel ne agnoſcerentur, ſe in anum mutabant. ut hic, & III. 275.

Quam ſimulavit anum, poſuitque ad tempora canos, &c.

Et VI. 26.

Pallas anum ſimulat, falſoque in tempore canos Addit.

Et XIV. 655.

Innitens baculo, poſitis per tempora canis Affimulavit anum.

Virgilius lib. VII. 415.

Alecto torvam faciem & furialia membra
Exuit: in vultus ſeſe transformat aniles:
Et frontem obſcoenam rugis arat: induit albos
Cum vitta crines. CIOFAN.

310. *Praereptaque gaudia.*] *Praeceptaque* quatuor libri veteres. Vide Notas Epiſt. XVII. vſ. 107. HEINSIUS. *Praeraptaque* unus. *ſumpſit* Arund.

311. *Complevit.*] *Complerat* Bonon. CONST. FANENSIS.

314. *Patriae non degener artis.*] Quia Mercurius pater furtorum inventorque dicitur. Lege Horatium I. Carminum, & hunc poëtam quinto Faſt. ac ſecundo hujus operis libro. IDEM.

314. *Non degener.*] Hoc eſt, ſimilis Mercurio, ejus patri. De quo ita Horatius I. Od. 10.

Callidum quidquid placuit jocoſo
Condere furto.

Quod interpretans vir doctiſſimus, Joannes Caeſarius, Conſentinus, haec ſcitu digna de Mercurio ſtudioſe & diligenter collegit. Phurnutus, ait, hunc Deum furandi artem inveniſſe; quod Suidas etiam ſuis monumentis mandavit. Prudentius quoque ſic ait:

Expertes furandi homines hac imbuit arte
Mercurius genitus Maja.

Et poſtea, pluribus omiſſis, ſubdit. Homerus:

Η῞ως γεγονὼς μέσῳ ἤματι ἐγκιθάριζεν,
Ε῾σπέριος βοῦς κλέψεν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.

Manè natus, meridie citharam pulſavit, veſperi furatus eſt boves Apollinis in longum ſagittas jacientis. CIOF.

317. *Philammon.*] Hujus Philammonis fit ab Apollonii interprete (lib. I. 52.) mentio, qui ait Pherecydem dixiſſe non Orphea cum Argonautis, ſed Philammonem navigaſſe. hunc vero ait Suidas. Thamyrae Thracis patrem fuiſſe. NAUGERIUS. Scribo *Philoemon* cum diphthongo in media ſyllaba, ut ſit nomen ab arte deductum. Φίλος enim ami-

Candida de nigris, & de candentibus atra.
Naſcitur è Phoebo (namque eſt enixa gemellos)
Carmine vocali clarus, citharâque Philammon.
Quid peperiſſe duos, & Dîs placuiſſe duobus;
Et forti genitore, & progenitore Tonanti
Eſſe ſatam prodeſt? an obeſt quoque gloria multis?
Obfuit huic certè. quae ſe praeferre Dianae
Suſtinuit; faciemque Deae culpavit. at illi
Ira ferox mota eſt: Factisque placebimus, inquit.
Nec mora; curvavit cornu: nervoque ſagittam
Impulit; & meritam trajecit arundine linguam.
Lingua tacet: nec vox tentataque verba ſequuntur:
Conantemque loqui cum ſanguine vita reliquit.
Quem (miſera ô pietas!) ego tum patruoque dolorem
Corde

amicus, ὑμὴν cantus dicitur. unde amator cantus interpretabitur, quod hoc poëtae verſu datur cognoſcere. Const. Fanens. Pherecydes, ut quidem in commentario Homeri Odyſ. T. 432. citatur, Autolycum & Philammonem, Philonidis ejus, quae fuit Dejonis, & Mercurii filios facit. ac Philammonem dicit, etiam choros virginum primum inſtituiſſe; Autolycum autem, patris artes ſecutum, furta exercuiſſe, iiſdemque faciendis hominibus inconſpicuum fuiſſe, praedas quoque, quas abegiſſet, aliis atque aliis formis induiſſe ſolitum, quare & divitem admodum praedando factum. Pauſanias autem in Arcadicis Autolycum nomine quidem Mercurii, re ipſa autem Daedalionis filium fuiſſe tradit; uxoremque habuiſſe Neaeram, filiam Perei cujuſdam, ſed quod ad uxorem attinet Ovidius ſupra lib. viii. Metam. Eriſichthonis filiam Autolyci conjugem vocat. hujus filia eſt Anticlea mater Ulyſſis, ut Odyſ. ii.

Αὐτολύκου θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἀντίκλεια.

Hanc ipſe pater Siſypho, aliquando hoſpitio accepto, noctu habendam conceſſit, atque inde Ulyſſes conceptus dicitur, priuſquam illa Laertae nuptum daretur. quare & ipſe Ulyſſes infra *Siſyphius* ab Ajace per contumeliam appellatur. auctor commentator Sophoclis Ajac. 190. Ex Philammone autem Thamyris natus traditur, matre Argiope nympha, ut Pauſaniae placet, ſive, ut aliis, Erato muſa, quem Muſae certamine canendi ſuperatum poſtea, oculis privarunt, ut Homerus tradit Iliados ii. Migyll. *Delphius* in Chronico Euſebiano Hieronymi ad an. dccxxx. dicitur. *Philammon Delphius nobilis habetur, qui primus apud Pythium chorum conſtituit.* vel, ut alii habent, *apud Delphos Pythiorum ludos inſtituit.* mallem vero, *Philammon Delphis nobilis habetur, qui primus apud Pythium chorum conſtituit.* nam gentile nomen eſt *Delphus*, non *Delphius*. vid. Stephan. in Δελφοί. & ita Juſtinus lib. xxiv. 8. quamvis & Plutarchus de Muſica pag. 1132. videatur Delphium facere. etſi corrupte ibi Φιλάμμονα τὸν ἀδελφὸν legatur, cum in MSS. etiam ſit Δέλφον. forte quod ibi ſedes fixerit: nam & Argiopam Parnaſum habitantem duxit uxorem, ex eaque Thamyrin ſuſcepit. teſte Pauſania lib. iv. c. 33. & Ludis Pythiis viciſſe Philammonem & ejus patrem Chryſothemidem & filium Thamyrim narrat Pauſan. lib. x. cap. 7. in eodem Euſebii Chronico ad annum dcclxv. perperam ſcribitur, *Thamyris*, *Ammonis filius*, pro *Philammonis*, ut recte Scaliger correxit. conjungit patrem & filium Tatianus Orat. adv. Graecos §. lxii. & lxiii. ubi oſtendit illos multo eſſe juniores Moyſe. vide de Thamyra ad lib. iii. Am. vii. 62. eum inſtituiſſe initia Lernaeorum teſtatur Pauſanias lib. ii. c. 37. vid. & ad ii. Pont. iii. 41. *Philaemon*, ut Fanenſis volebat, eſt in Excerptis Calandrae. in aliis, *Philemon*, *Pilemon*, *Palemon*, *Philamon*. Vid. etiam Cl. Fabric. lib. i. Bibl. Graec. cap. 26. Burm.

318. *Et dis.*] *Quid dis* unus Heinſii. vid. iii. ex Pont. i. 11.

319. *Progenitore Tonante.*] *Tonanti* meliores. Forte & ſcribendum, *eſſe ſatae prodeſt*, non *ſatam*. Adi Notas in Nucem vs. 107. Heinsius. *Nitenti* quinque libri.

324. *Nervoque ſagittam Impulit.*] Mallem, *expulit*. ſic lib. viii. 379.

Sagittam
Impoſuit nervo, ſinuatoque expulit arcu.

Schepper. apud Tan. Fabr. lib. ii. Epiſt. 71. *expulit* erat in uno Baſileenſi, ſed *impulit* ne mutes. vid. lib. xii. 552.

326. *Lingua jacet.*] *Tacet* ſex ſcripti cum opt. Thuan. Heins.

326. *Tentataque verba.*] *Iteratque* prior Vaticanus, quod non diſplicebat Heinſio. ſed lectionem

Corde tuli, fratrique pio ſolatia dixi.
Quae pater haud aliter, quam cautes murmura ponti,
Accipit: & natam delamentatur ademtam.
Ut verò ardentem vidit: quater impetus illi
In medios fuit ire rogos: quater inde repulſus
Concita membra fugae mandat: ſimilisque juvenco,
Spicula crabronum preſſà cervice gerenti,
Quà via nulla, ruit. jam tum mihi currere viſus
Plus homine eſt: alasque pedes ſumſiſſe putares.
[Effugit ergo omnes; veloxque cupidine leti]
Vertice Parnaſi potitur. miſeratus Apollo,
Cum ſe Daedalion ſaxo miſiſſet ab alto,
Fecit avem, & ſubitis pendentem ſuſtulit alis;
Oraque adunca dedit, curvos dedit unguibus hamos,
Virtutem antiquam, majores corpore vires.
Et nunc accipiter, nullis ſatis aequus, in omnes
Saevit aves; aliisque dolens ſit cauſſà dolendi.

FAB.

vulgatam imitatio Statii firmat, qui lib. XI. 602.

Nec verba diu tentata ſequuntur.

Ita *male tentatas preces* dixit Quinct. Declam. VI. 23. de *ſequi* vid. ad Quinct. Decl. XIII. 17. BURMANNUS.

328. *Quam miſer amplexans ego tunc, &c.*] Ita eſt in meo antiquiore. In altero, Briant. & Caeleſtino. *Quam miſer, ô pietas, ego tunc.* CIOFAN. *Quam miſero pietas* ſcripti plerique. & recte. niſi quod ſcribendum. *Quem.* nam in uno Palatino, *Quem miſero ô pietas.* deinde pro *patrio*, nonnulli, *patriumque.* Bernegger. & Rottendorph. pro diverſa lectione, *patruique.* quomodo prim. Medic. & quatuor alii in ipſo contextu. at Arondel. prim. Baſil. Junian. Medic. chartac. frag. Boxhorn. prim. Bonon. ſec. Vatican. *Patruo.* Nihil verius. *corde patruo*, eſt corde forti, vel duro. ſic apud Horatium II. Sat. 3. *ne ſis patruus mihi.* Vide omnino quae notamus Amor. libro III. Eleg. VI. verſ. 49. praeterea cum in multis veterum ſit, *miſero pietas*, vel *miſero ô pietas*, cenſeo ſcribendum, *miſera ô pietas* per parenthelin.

Quem (miſera ô pietas!) ego tum patruique dolorem
Corde tuli, fratrique pio ſolatia dixi.

Sic apud Senecam OEdip. verſ. 19.

Prô miſera pietas! eloqui fatum pudet.

Hercule OEtaeo, 1627.

O miſera pietas! ſi mori matrem vetas,
Patri es ſceleſtus.

Et paulo poſt, 1171.

O miſera virtus! ſummus Alcidae dies
Nullam malum proſternit.

Hippolyto, 903.

Prô ſancta pietas, prô gubernator poli.

Prudentius Hamartigen. de Abſolone:

Auſus in auctorem generis qui ſtringere ferrum
(Ah pietas!) ſignis contraria ſigna paternis
Egit, & unius commiſit ſanguinis arma.

Quinctilianus Declamatione IV. cap. 2. pro filio: *Fidem veſtram, Patres Conſcripti, ne quid amplius de miſera pietate ſperetis.* Declam. V. cap. 1. *Quicquid miſerae pietatis impatientia feci, querela malo defendere.* (Ibidem paulo poſt: *prô inconſulta pietas!*) mox cap. 4. *Tenuit inter illos inexplicabiles doloris aeſtus perquam longum pietas miſera conſilium.* &, *Tentata eſt miſera pietas, & placuit hoc quoque addi calamitatibus noſtris.* Declam. X. cap. 12. *Aliquis (ô pietas!) ſepultus & conditus.* Euſthenius in Ciceronis mortem,

Hunc tamen (ô pietas!) tres occidere tyranni.

vetus Epigramma:

Luderet in viridi dum ceſpite Lydius infans
Propter aquam (ah pietas!) ictus ab angue cadit.

Pro *ſolatia* opt. Thuan. & duo alii, *ſolamina.* ut ſaepe alibi Noſter. HEINSIUS. *Solamina miſi* Bonon. Arnobius lib. VII. pag. 233. *Sed tamen (ô pietas) quantus iſte eſt honor, aut qualis.* Florus lib. IV. cap. 12. *quum ille (ô ſecuritas) ad tribunal citaret.* quem locum immerito ſollicitant homines eruditi. BURM.

335. *Preſſa cervice gerenti.*] *Laeſa* prim. Baſil. quart. Medic. Arondel. Oxonien. & octo alii. *laeva* ſec. Palat. *paſſa* Junian. nimirum *ſpicula crabronum.* ſic libro VII. 274.

Ora

FAB. IX. ARGUMENTUM.

Lupus in ſaxum.

Anetor paſtor armentorum, [a] *quae Peleus ad Cëyca perduxerat*, [b] *indicat à lupo, cui obſiſti nequiret*, [c] *cuſtodes interimi.* [d] *Qui ut intellexit Nereidis irâ id ſibi accidere, quod Phocus* [e] *ea aetate Æaco genitus à ſe interiiſſet, & id* [f] *precibus potius quam ultione eſſe ſedandum, ſuppliciter ab ea petit, ne ultra* [g] *perſequeretur admiſſum. Quae aliquando* [h] *Thetidis ſororis mota precibus, ne amplius fera armenta petens ſaeviret, in ſaxi eam figuram* [i] *convertit.*

QUae dum Lucifero genitus miracula narrat
De conſorte ſuo; curſu feſtinus anhelo
Advolat armenti cuſtos Phoceus Anetor,
Heu Peleu, Peleu, magnae tibi nuntius adſum
Cladis, ait! quodcumque ferat, jubet edere Peleus:
Pendet,

Ora caputque novem cornicis ſaecula paſſae.
Libro XIII. 117.
——— *tam raro praelia paſſus*
Integer eſt clypeus.
Senec. Epiſt. 71. *Uticenſium quoque fides malis paſſa & fracta deficiat.* quomodo in antiquis membranis Gronovius exſtare monet Diatribes Statianae cap. 45. apud Tertullianum de Pallio, *jubae pectinem paſſae.* in libro quoque IV. Pont. X. Eleg. Farneſianus codex habet:
Et teritur paſſa vomer aduncus humo.
Pro *preſſa.* inf. XIV. 274. *lacte coagula paſſo.* pro *repulſus* paulo ante Boxhornii fragmentum, *revulſus.* HEINS.

336. *Qua via nulla fuit.*] Sic vetuſtior meus. alter verò & Br. *Qua via nulla fugit.* Nonnulli legunt, *ruit.* CIOFANUS. *Fugit* etiam quatuordecim.

337. *Alasque.*] *Aliosque pedes.* Voſſian. *videres.* Bonon. & MS. Berſm.

338. *Effugit ergo omnes.*] Hunc quoque verſum eſſe adulterinum vix dubito. HEINS.

339. *Miſeratus.*] Aliam Metamorphoſeos cauſam ex Boei Ornithogonia recitat Ant. Liberalis Fab. III. Hieracem, quia Teucris fame ab irato Neptuno immiſſa laborantibus ſuppetias tuliſſet, ejuſdem numinis ira in accipitrem verſum. Καὶ τὸ ἦθος ἤλλαξεν ἀφανίσας. μέγιστα γὰρ ὑπ' ἀνθρώπων φιληθέντα πλεῖστον ἐποίησε ὑπὸ τῶν ὀρνέων μισηθῆναι, &c. FARN.

341. *Suſtulit alis.*] *Suſtinet* prim. Gronov. prim. Hamburg. excerpta Jureti & decem alii. lib. IV. 411.
Suſtinuere tamen ſe perlucentibus alis. HEINS.

344. *Nulli ſatis aequus.*] *Nullis* plurimi codices, abſorpta ſcilicet litera à prima ſequentis vocis: *nullis*, ſcilicet avibus. BURM.

[a] *Quae Peleus.*] Ita recte Raenerius. perperam *quem* Venet. & Micyll. vid. Anton. Liberal. cap. 38. MUNCKER. *Quem P.* Parm. Lugd.

[b] *Indicat.*] *Nuntiat* Colon.

[c] *Cuſtodes interimi*] *Cuſtodem* Lugd. Raener. *armenta & cuſtodes* Marg. Micyll. *tam ea, quam eorum cuſtodes* Colon.

[d] *Qui ut intellexit.*] *Q. u. in. Pſamathes (Samates* Parm. Lugd.) *Nereidis ira* Parm. Lugd. Micyll. *Q. ut in. Pſamathes Nereidis Phoci matris ira* Raener. *Quam caedem Peleus intellexit Pſamathes N. ira ſibi accidere* Colon.

[e] *Ea aetate.*] *Ex ea & Aeaco.* Micyll *a ſe & ab Aeaco g. ab eo interiiſſe* Colon. *a ſe interire* illuſtravimus lib. V. ỷs. 192.

[f] *Precibus potius.*] *Precibus magis* Micyll. ſed MS. cum Venet. *Id precibus quam ultione.* nota eſt ellipſis Graeciſſans. Homerus, Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπόλεσθαι. Sed haec talia cum obvia cuivis ſunt, tum congeſta à plurimis, etiam à nobis non uno loco ad Fulgentium. MUNCKER. Cum Veneta facit Parm. Lugd. *unde precibus ſciens eam eſſe ſedandam. ſ. petiit, ne* Colon.

[g] *Perſequeretur.*] Ita repoſui ex MS. Perperam editi, *proſequeretur.* Vid. not. ad Mythol. cap. 58. MUNCKER. *Proſequeretur* omnes, niſi quod Colon. *proſequatur.*

[h] *Thetidis.*] MS. & Veneta *Thetis.* Quod quomodo defendi poſſit, diſces ex iis, quae dixi ad Hyg. Myth. cap. 10. MUNCKER.

[i] *Convertit.*] *Vertit* Parm. Lugd. Raener. Micyll.

347. *De conſorte ſuo.*] *Sua* Voſſian.

349. *Et*

Pendet, & ipſe metu trepidat Trachinius heros.
Ille refert: Feſſos ad litora curva juvencos
Adpuleram, medio cum Sol altiſſimus orbe
Tantum reſpiceret, quantum ſupereſſe videret.
Parsque boum fulvis genua inclinarat arenis,
Latarumque jacens campum ſpectabat aquarum:
Pars gradibus tardis illuc errabat & illuc:
Nant alii, celſoque exſtant ſuper aequora collo.
Templa mari ſubiunt, nec marmore clara, nec auro;
Sed trabibus denſis, lucoque umbroſa vetuſto.
Nereïdes Nereusque tenent. hos navita templi
Edidit eſſe Deos, dum retia litore ſiccat.
Juncta palus huic eſt, denſis obſeſſa ſalictis,
Quam reſtagnantis fecit maris unda paludem.

Inde,

349. *Et Peleu, Peleu.*] *O Peleu* tres. unus Voſſii, *En.* Arond. & quatuor alii, *Heu*, placet. niſi mavis, *Et Peleu, heu Peleu.* HEINS.

351. *Pendet, & ipſe metu trepidi Trachinius oris.*] *Trepidat Trachinius heros* vetuſtiores aliquanto rectius. ſed & hunc verſum cum aliis ſpuriis ex hac purpura cenſeo eſſe ablegandum. Niſi mavis, *trepidus Trachinius haeres.* de uſu τοῦ *pendere*, hac ſignificatione, videantur quae doctiſſimus Pricaeus notat ad Euangelium Lucae cap. XII. ℣s. 19. IDEM. Non temere ejiciendum verſum puto. ſed legendum cum multis ſcriptis, *Pendet & ipſe metu trepidus Trachinius heros.* Val. Fl. III. 91.

pendent mortalia longo
Corda metu.

Vide ad Petron. c. 89. BURM.

354. *Tantum.*] *Quantum reſpiceret tantum ſupereſſe videret* Gronov. *videtur* Jun. Voſſ. & quatuor alii.

355. *Inclinarat.*] *Incurvarat* Medic. unus.

356. *Campos ſpectabat.*] *Campum* Neapol. ter. Medic. & quatuor alii. ut lib. I. 41.

——— *campoque recepta*
Liberioris aquae.

Deinde, *illac & iſtuc* nonnulli. HEINS.

359. *Clara.*] *Tecta* Gronov.

361. *Umbroſa.*] *Obſcura* unus Heinſii. ita lib. VI. 521. *Silvis obſcura vetuſtis.* Faſt. VI. 425. *Lucoque obſcurus opaco.*

361. *Hos navita templi Edidit eſſe Deos.*] In meo antiquiore & utroque Maffei, *hos navita ponti.* CIOFANUS. & ita tres libri.

363. *Denſis obſeſſa ſalictis.*] *Raris* plurimi ex vetuſtioribus. ut apud Virgil. Ecloga V.

——— ——— *Aſpice ut antrum*
Sylveſtris raris ſparſit labruſca racemis.

Et Eclog. VII.

En quae vos rarâ viridis tegit arbutus umbrâ.

Noſter ipſe Epiſtola X. 25.

Mons fuit, apparent frutices in vertice rari.

Cornelius Nepos Vita Alcibiadis: *Namque arbores multis locis erant rarae, hoc conſilio ut & montium tegerentur altitudine, & arborum tractu equitatus hoſtilis impediretur.* Florus lib. IV. cap. 12. de Sarmatis: *Nihil praeter nives rarasque ſilvas habent.* Videtur tamen ſcribendum, *varis*, vel *canis ſalictis*, ut lib. V. 590.

Cana ſalicta dabant nutritaque populus unda
Sponte ſua natas ripis declivibus umbras.

Lucanus libro IV. 131.

Primum cana ſalix madefacto vimine parvam
Texitur in puppem. HEINS.

Mihi *denſis* movere relligio eſt, quia τῷ *obſeſſa* melius convenit, & ita rectius lupo ſedem praebebant *ſilvae* vel *ulvae paluſtres.* ſimiliter fere VI. Faſt. 411.

Hic quoque lucus erat; juncis & arundine denſus,
Et pede velato non adeunda palus. BURM.

365. *Inde fragore gravi ſtrepitus.*] Corrigo, *Strepitans*, ex veteri codice. licet illud non improbem. CONST. FANENSIS. Alii *gravis*, vel *gravi ſtrepitu.* excerpta Calandrae, *gravis crepitans.* Lege, *gravi ſtrepitans* cum Langermanniano & nonnullis editionibus. Spirenſis, *ſtrepita.* HEINSIUS.

366. *Silvisque paluſtribus exit.*] *Salicta* quidem *ſilvas* vocare per hyperbolem Poëtis puto licere, aeque ac *fruticum ſilvam* dixit Noſter lib. IV. 339. ſed hic minus apte; certe, ſi cum Heinſio *rara* fuiſſe ſtatuamus. duo MSS. *fulvisque paluſtribus.* alii, *niveisque paludibus*: nimirum ſcripſerat Ovidius, *ulvisque paluſtribus exit.* de quibus plura ad lib. XIV. 103. adnotavit Heinſius. prima litera *s* geminata fuit ex praecedenti *lupus.* BURM.

367. *Oblitus & ſpumis.*] In uno meo & Caeleſt.

Obſi-

Inde, fragore gravi ſtrepitans, loca proxima terret,
Bellua vaſta, lupus. ulvisque paluſtribus exit,
Oblitus & ſpumis, & ſpiſſo ſanguine rictus
Fulmineos; rubrâ ſuffuſus lumina flammâ.
Qui, quamquam ſaevit pariter rabieque fameque,
Acrior eſt rabie. neque enim jejunia curat
Caede boum, diramque famem ſatiare, ſed omne
Vulnerat armentum, ſternitque hoſtiliter omne.
Pars quoque de nobis funeſto ſaucia morſu,
Dum defenſamus, leto eſt data. ſanguine litus
Undaque prima rubent, demugitaeque paludes.
Sed mora damnoſa eſt, nec res dubitare remittit:
Dum ſupereſt aliquid, cuncti coëamus, & arma,
Arma capeſſamus, conjunctaque tela feramus.

Dixerat

Obſitus. deinde *rictus Fulmineos &c.* mihi legendum videtur, ex meo vetuſtiore & ſenſu expoſcente. Ciofan. *Et ſpumis* bene meliores. *ſpiſſo* etiam *ſanguine* Oxon. ſec. Palat. & alii quatuor. de quo lib. x. vs. 508. denique *rictus fulmineos* Calandr. Bernegger. prim. Gronov. & octo alii, cum editione Gryphiana. probe. ut *os fulmineum* II. Faſtor. 232. *obſitus* quoque Ciofanus in ſuis invenit, quod nolo rejicere. Stat. IV. Theb. 616.

Obſitus exhauſtos fedore & ſanguine vultus.

Ita cum MSS. lege. & lib. VII. 474.

Ecce truces oculos ſordentibus obſita canis.

Libro tamen V. 310. idem,

Oblita craſſo
Cuncta rubent tabo. Heins.

367. *Rictus.*] *Rictu fulmineus*, non *rictus.* Constant. Fanensis.

371. *Diramque famem finire.*] *Lenire* prim. Reg. *ſentire* Cantabr. at ſec. Palat. Juret. Oxon. & multi alii, *fedare.* ut lib. XV. 83.

Carne ferae ſedant jejunia.

Sedare ſitim Solinus c. 32. Macrobius VII. Sat. 4. *Socrates ſuadere ſolitus erat illos cibos potusve vitandos, qui ultra ſitim famemve ſedandam producunt appetentiam.* ſic & *placare jejunia* & *famem* alibi dixit. prim. Gronov. prim. Vatican. & ſex alii, *ſatiare.* Cantabr. pro diverſâ lectione, *ſaturare.* ut libro X. 541.

—— *armenti ſaturatos caede leones.*

Statius Achill. II. 385.

Uberibus ſatiaſſe famem.

Claudian. III. Laud. Stil. III.

Manantes ſanguine rictus
Non ſatiavit aquis.

Inde tracti loquendi modi, *Saturanter enarrare* apud Fulgentium, & *ſatiate dicere* apud Tertullian. de quibus Salmaſ. apud Solinum p. 416. *finire* tamen *ſitim* Horat. dixit l. II. Ep. II.

Si tibi nulla ſitim finiret copia lymphae.

Heinsius.

372. *Sternitque hoſtiliter omnes.*] *Omne* cum Florentino S. Marci & uno meo. Idem.

374. *Sanguine litus, Undaque prima rubet.*] Infrà XII. 71,

Et jam Sigaea rubebant litora.

Virgil. lib. II. Aeneid. 587.

Dardanium toties ſudarit ſanguine litus? Ciof.

Rubent cum Rottendorphiano. & ſic Naugerius in poſtrema editione expreſſit. Heins. Stat. X. Theb. 450. *Caede recenti Arma rubere notant.*

377. *Cuncti coëamus ad arma*] *Et arma* plerique veteres. ut jam alii monuerunt. Virgil. Aen. VII. 460.

Arma amens fremit, arma toro tectisque requirit.

Libro XI. 453.

Arma manu trepidi poſcunt, fremit arma juventus.

Statius Theb. III. 348.

Improviſus adeſt Tydeus, & poſtibus aulae
Vociferans, Arma, arma, viri.

Theb. XI. 309.

Nec mihi difficilis praeſens vindicta, ſed arma,
Arma prius famuli.

Seneca Hercule Furente 1241.

Arma, arma, Theſeu, flagito propere mihi
Subtracta reddi.

Sidonius Panegyrico Aviti 260.

—— *tandem prorumpit: & arma,*
Arma fremit.

Silius lib. XI. 153.

—— *furiata juventus*
Arma, arma, Hannibalemque volunt.

Ita habent optimae membranae. idem libro XII. 168.

Dixerat agreſtis. nec Pelea damna movebant:
Sed, memor admiſſi, Nereïda colligit orbam
Damna ſuo inferias exſtincto mittere Phoco.
Induere arma viros, violentaque ſumere tela
Rex jubet Oetaeus; cum quîs ſimul ipſe parabat
Ire. ſed Halcyone conjux excita tumultu
Proſilit, &, nondum totos ornata capillos,
Disjicit hos ipſos: colloque infuſa mariti,
Mittat ut auxilium ſine ſe, verbisque precatur,
Et lacrimis; animasque duas ut ſervet in unâ.

Aeacides

—— *arma, cruentus*
Hoſtis adeſt, capite arma viri.

Noſter ipſe lib. XII. 241. ex antiquis membranis,
Certatimque omnes uno ore, Arma, arma, loquuntur.

Plura Zinzerlingus Promulſidis Criticae cap. 1. HEINSIUS.

379. *Dixerat agreſtis nec Pelea.*] Si verſus ille ita ſcriberetur,
Dixerat agreſtis, & Pelea damna movebant.

Sciolus aliquis crederet corruptum illum eſſe: quod tamen minus verum eſt: & ita obſenſum legi debet. TAN. FABER lib. II. Ep. 69. ſed minus tunc adverſativam particulam *ſed* congruere puto. ſenſus ergo; non tam damna Pelea movebant, quam quod inde colligeret Deam parentare illis damnis umbrae Phoci ſui. non etiam *ſuo* moverem. credendum enim Nereidi fuiſſe charum Phocum: erat enim Phocus ex Aeaco & Pſamathe Nereide natus, quem ut nothum interfecerunt Peleus & Telamon. vid. Schol. Pindar. ad Od. Olymp. VIII. 39. & alios Mythographos. BURM.

380. *Colligit.*] *Cogitat* Menard.

381. *Damna ſuo.*] *Sua* vetuſtiores, vel *ſui*. poſterius amplector. *Damna ſui* pro ſua damna: lib. IX. *captus amore mei* pro meo. HEINS. Vid. ad lib. I. 30.

383. *Rex Oetaeus.*] Ceyx rex Trachinae, quae contermina eſt Oetae monti. A quibuſdam tamen *aetherius* legitur, hoc eſt, ſydereus & ſplendidus. REGIUS. Ita quoque plurimi codices Heinſio inſpecti, ſed *aetherium* hoc ſenſu dici poſſe vix puto. *Otriſius* Palat.

385. *Et nondum totos ornata capillos. Alcyone.*] Sub hoc Alcyones fabellae involucro, ingenioſus Poëta alludit ad Semyramim, de qua Valerius Maximus nono Memorabilium ſic loquitur: *Namque Semyramis, Aſſyriorum Regina, cum ei circa cultum capitis occupatae, nuntiatum eſſet Babylona defeciſſe, jam parte crinium adhuc ſoluta, protinus ad eam expugnandum cucurrit, nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam urbem in poteſtatem ſuam, redegit. Quo circa ſtatua ejus, Babylone poſita eſt illo habitu, quo ad ultionem exigendam celeritate praecipiti tetendit.* de cujus mulieris, imo viraginis, excellentia hunc in modum loquitur Beroſus: *Haec anteceſſit militia triumphis, divitiis, victoriis, omnes mortales. ipſa hanc urbem maximam ex oppido fecit, ut magis dici poſſit illam aedificaſſe, quam ampliaſſe. Nemo unquam huic foeminae comparandus eſt virorum, tanta enim in ejus vita dicuntur & ſcribuntur, tum ad vituperationem, tum maxime ad collaudationem magnifica.* JACOBUS A CRUCE.

385. *Totos.*] *Tortos* multi veteres. ſed nihil muta. nondum plene ornata. quanquam de *tortis capillis* probe memini, qui paſſim apud ſcriptores occurrant. HEINS. Eadem varietas lib. X. 424.

386. *Disjicit hos ipſos.*] Hic locus depravatus eſt una videlicet litterula, ut videbis. In uno Vatic. ambobus Maffei, meo, Farneſ. & Domin. apertè legitur, *Diſſicit hos ipſos*, per duo *ſſ*. In altero meo antiquiore, *Diſicit*, per ſimplex *ſ*. In duobus Vatic. & Caeleſtino ſcriptum eſt, *Diſſipat* (quod gloſſema eſt: dicitur & dividit). Ita quoque accidit in illo Virgilii verſu lib. I. Aen. 70. *Disjice corpora ponto.* ita enim nunc vulgo legitur. In optimo illo Virgilio Vaticano, litteris grandiuſculis deſcripto, (cujus auctoritati tantum ipſe tribuo, quantum optimo cuique Grammatico) perſpicuè ſine ulla litura legitur, *Diſſice corpora ponto.* Praeterea *Diſſice* legitur quoque in tribus aliis Vatic. At verò in Longobardico & in uno ſatis veteri, quem habet Phyſicus optimus, Graecarumque litterarum intelligentia ornatus, civis meus, Joſephus Silveſtris, ſcriptum eſt, *Diſice*, per unum *ſ*. Quo modo teſtatus ſum hoc loco reperiri in meo antiquiore. Sed miror Pierium hujus, quam retuli, lectionis mentionem nullam feciſſe: licet teſtetur ſe reperiſſe in exemplaribus antiquis ſic illud ejuſdem Virgilii lib. III. 337. *Diſſice compoſitam pacem.* Itaque non amplius dubito, quin haec vera & germana ſit lectio. Hanc eandem lectionem in veteribus quoque libris Gifanius (ind. Lucret. in *Proicere.*) ſe reperiſſe affirmat. CIOFAN. Libri veteres magna ex parte, *Diſſicit*, quod applauſo-

res

Aeacides illi, Pulchros, Regina, piosque
Pone metus: plena eſt promiſſi gratia veſtri.
Non placet arma mihi contra nova monſtra moveri.
Numen adorandum pelagi eſt. Erat ardua turris,
Arce focus ſummâ; feſſis loca grata carinis.
Adſcendunt illuc, ſtratosque in litore tauros
Cum gemitu adſpiciunt, vaſtatoremque cruento
Ore ferum, longos infectum ſanguine villos.
Inde manus tendens in aperti litora ponti,
Caeruleam Peleus Pſamathen, ut finiat iram,

Orat;

res ſuos invenit. vetuſtiſſimi tamen, *Diſicit*. nil muto. Silius lib. II. 558.

Cui vultus induta pares, disjectaque crinem
Eumenis, in medios perrupit turbida caetus.

Et lib. V. 203.

Disjectaque crinem
Illacrimat Venus. Heins.

Noſter Epiſt. XII. 63. *disjectamque comas. diſcutit* quinque, *diſſipat* quatuor, *diſcidit* tres. *diſſicit*, quod pro *diſſecat* volunt uſurpatum, probat hic Gevartius lib. II. Elect. 4. qui & in uno *diſſecat* ſe reperiſſe teſtatur. antiquariis ſuas delicias non invidemus. vid. & Juret. ad Paullin. lib. III. de Vita Martini vs. 360. Burm

386. *Colloque infixa mariti.*] In utroque meo & tribus Vatic. eſt, *Colloque infuſa mariti.* Placet. Epiſt. II. 93.

Auſus es amplecti, colloque infuſus amantis,
Oſcula per longas jungere preſſa moras. Ciof.

387. *Mittat ut auxilium ſine ſe.*] Eruditi viri prorſus negant dici poſſe, *Mittere auxilium*. Quorum opinio ex hoc potiſſimum loco facilè coarguitur. Salluſtius quoque hac locutione uſus eſt de Bello Jugurthino duobus in locis, & Livius, & Caeſar lib. III. ſub principium: bis lib. VI. & VII. De Bel. Gall. Hoc eo libentius annotavi, quod ii, qui Theſaurum, aliaque ejuſdem generis opera collegerunt, omiſerunt. *Mittere* etiam *auxilium* leges & apud Juſtinum lib. IV. Atque ita dicendum eſt de alio dicendi genere, *Opem emittere*. ut infrà lib. XV. 649.

——— *multi retinere, ſuamque*
Non emittere opem, nec numina tradere ſuadent.

Ciofan. In Juſtini lib. IV. 4. *ingentia auxilia miſere*, non *auxilium* legitur, ut & apud Salluſt. Jug. 7. reliqua loca, cum non accurate notaverit Ciofanus, requirere non vacat. nullus tamen dubito, quin *auxilia mittere* ſit obvium & rectum. ſed *auxilium*, pro auxiliariis Poëtae facilius quam Hiſtorico permiſerim. licet plane damnare non audeam. Burm.

388. *Ut ſervet in unâ.*] *Conſervet* opt. Thuan. & unus Voſſian. Heins.

390. *Plena eſt promiſſi gratia veſtri.*] An hoc recte ſit dictum dubito, pro concedo in tuam ſententiam, & obſequor omnino. *permiſſi* eſt in uno Moreti. Heinſius notaverat, *permiſſi gratia voti. gratia noſtri* Medic. & decem alii. *gloria veſtri* duo. acutiores videant. Burm.

391. *Moveri.*] *Movere* plurimi ſcripti & nonnulli editi.

393. *Arce locus ſumma, feſſis loca grata carinis.*] Melius *loci*, ut meum habet exemplar. C. Fanens. Quam inconcinnum *locus* & *loca* in uno eodemque verſu! Scribo igitur, *Arce focus ſummâ*. Pharon deſignat, ſeu turrem, ex qua nocturni ignes in uſum navium lucebant. Hanc conjecturam poſtea primus Vaticanus confirmavit. ita tamen ut eraſa quodammodo eſſet vetus & genuina ſcriptura. in altero etiam Twiſdenio à manu prima, *phocus*. an *pharus* ſcripſerat Naſo? ut apud Val. Flaccum VII. 83.

Non ita Tyrrhenus ſtupet Ioniusque magiſter,
Qui portus, Tyberine, tuos; claramque ſerenâ
Arce Pharon praeceps ſubiit.

Et Statium libro III. Sylvar. V. 105.

Theleboumque domos, trepidis ubi dulcia nautis
Lumina noctivagae tollit Pharus aemula Lunae.

Juvenal. Sat. XII. 75.

Tandem intrat poſitas incluſa per aequora moles.
Tyrrhenamque Pharon.

Rutil. I. 404.

Lumine nuctiurno conſpicienda Pharos.

Sed *focus* praeſtat. niſi *faces* mavis. Poteſt & *foci*. nam ſec. Palat. & Urbin. *loci*. quod in ſuis Conſtantius etiam Fanenſis invenerat. Heinsius. Sed nimis durum mihi videtur dicere, *focus, loca grata carinis*. nec *focum* pro Pharo poni ſcio. quare ampliandum & hic cenſeo. in uno Baſil. *arce patens ſumma*. ut turris illa ex ſumma arce, vel cacumine montis exſtiterit, & nautis in portum properantibus phari loco fuerit, ad quam iter dirigerent. Burm.

394. *Adſcendunt.*] Multi codices, *deſcendunt*. Certe pro *eſcendunt*. quam vocem Livio ſaepe reddidit ὁ πάνυ Gronovius. vide ad Lib. II. 28. & alibi. Idem.

396. *Longos.*] *Longosque* Oxon. & quatuor alii.

Orat; opemque ferat. nec vocibus illa rogantis
Flectitur Aeacidae. Thetis hanc pro conjuge ſupplex
Accepit veniam. ſed enim irrevocatus ab acri
Caede lupus perſtat, dulcedine ſanguinis aſper;
Donec inhaerentem lacerae cervice juvencae
Marmore mutavit. corpus, praeterque colorem,
Omnia ſervavit: lapidis color indicat, illum
Jam non eſſe lupum, jam non debere timeri.
Nec tamen hac profugum conſiſtere Pelea terrâ
Fata ſinunt: Magnetas adit vagus exſul, & illic
Sumit ab Haemonio purgamina caedis Acaſto.

Fab. X. Argumentum.

Ceyx & Alcinoë [a] in aves ſui nominis.

Ceyx, Luciferi filius, prodigiis agitatus, Miletum ad oraculum Apollinis (quoniam Delphos Phorbas cum Phlegyis infeſtabat) contendit: conjugique Halcyonae Aeoli filiae, tardanti.

401. *Sed enim irrevocatus.*] *Revocatus* plerique vetuſtiores. & recte. aut per Thetidem revocatus, aut per Peleum ejusque comites. Heins.

404. *Praeterque colorem.*] Ita veteres libri & recte. Ciofan.

405. *Omnia ſervavit.*] Videndum hoc loco, an *nomina*, magis quàm *omnia* legendum. Nam quo modo omnia ſervaſſet, qui colorem amiſit quoque, ut ſtatim ſequitur? Conſtruo ergo ſic. Donec inhaerentem juvencae, mutavit marmore corpus & colorem. ut accuſativi *corpus* & *colorem*, *κατὰ συνεκδοχὴν* poſiti accipiantur, non tranſitive, pro, corpore & colore in marmor. Micyllus. Recte animadvertit Micyllus laborare ſenſum, qui reddetur, ſi cum tribus codicibus, *inhaerentis* legas, & tunc ita diſtinguas:

Donec inhaerentis lacerae cervice juvencae
Marmore mutavit corpus; praeterque colorem
Omnia ſervavit.

Quamvis, ut concurſus genitivorum vitetur, poſſet & *inhaerenti* legi. ut eſt in uno Puteaneo. in uno Mediceo erat etiam, *cervice gerenti*, unde & legi poſſet:

Donec inhaerentis vaccae, cervice gerenti,
Marmore mutavit corpus.

Gerenti ſcilicet lupum. ita Valer. Flac. lib. I. 145. licet in alia re:

Fert gravis invito victorem Neſtora tergo
Monychus.

Ubi vide alia exempla in notis Heinſii. ſed illud *gerenti* forte huc migravit ex verſ. 335. itaque placet magis prior lectio, quam dedimus. inſolentior poſſet videri conſtructio *inhaerentis cervice*; ſed vel poſitum pro *haerentis in cervice*, vel ablativus aeque huic verbo additur, atque *haerere* & *adhaerere*, de quo lib. IV. 27. praeterea *niveae juvencae* Gronov., & Menardi. *lata cervice* Baſil. & deinde *mutavit corpus Pſamateque colorem* Medic. & duo alii. multi alii: *corpus pariterque colorem*, & in ſeq. *caetera ſervavit*, Regius unus: &, *lapidis rigor* prior Moreti, ex quibus variae emendationes poſſent excogitari, ſed taedet jam operae. Burm.

405. *Omnia ſervavit: lapidis color indicat, illum.*] Hunc verſum citat Eutychus lib. II. pag. 2170. Ciofan.

407. *Conſiſtere.*] *Conſidere* malebat Heinſius ad lib. II. 632. ſed contra ſcriptos nihil muto; cum *τῷ profugum* melius conveniat *conſiſtere*, quod proprie de illis, qui poſt vagos errores certis ſedibus manent & quieſcunt. ita Virgil. VIII. Aeneid. 10.

Latio conſiſtere Teucros.

Ubi etiam quidam codices, *conſidere*, ſed perperam, ut ex Servii notis manifeſtum eſt, qui vim verbi hujus recte animadvertit. ut & Dionyſ. Voſſ. ad Caeſ. de Bell. Gal. VII. 3. & nos olim ad Petron. XLVI. permutata vero haec verba ſaepiſſime ſunt. ut apud Virg. I. 129. III. 162. VI. 67. & fere ubique. Burm.

409. *Acaſto.*] Hujus fabulae & Pindarus meminit, quarta Nemeorum oda, verſ. 94. & commentator Apollonii lib. I. verſ. 224. item commentator Nubium Ariſtophanis Act. III. Sc. 3. Pindari autem interpres uxorem Acaſti Cretheïdem, quam ipſe Pindarus Hippolyten vocat, Hippolyti filiam

tardanti profectionem ob desiderium, [b] *adfirmat, intra alterum mensem se reversurum.* [c] *Quod ut non posset praestare, naufragio vitam amisit, cujus adventum cum illa desideraret* [d] *non respondentem tempori destinato,* [e] *& in dies gravissimo luctu adficeretur; misericordia Junonis, quam* [f] *assiduis precibus fatigabat,* [g] *per quietem Somnus ad indicium faciendum filium ipsius Morphea, imitatorem figurarum, mittere jussus, cujus frater à diis* [h] *Icelus, ab hominibus Phobetor adpellatur, & alter, qui in varias figuras abire solitus est, Phantasus. Ille igitur Trachinem ad Halcyonem missus est, quae ex eo conjugem comperit interiisse.* [i] *Excusso ergo sopore, lumen* [k] *inferri jussit. Novissimè ad litus decurrit,* [l] *ubi illam dimiserat. Et ut* [m] *naufragi exanime corpus* [n] *fluctuare* [o] *proximo litore perspexit, in figuram volucris* [p] *Æolis cessit, quae ab ejus nomine vocatur. In eamdem speciem corpus Ceycis est versum. Hae volucres hyberno tempore per septem dies* [q] *in mare nidum ponunt, pullosque, qui casus* [r] *suorum majorum deplorent, in litore exponunt.*

Interea

Iam facit. Idemque etiam Hesiodi versus hos de Acasto citat:

Ἦ δὲ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίζηλα φαίνετο βουλὴ,
Αὐτὸν ἅμ' εὐχεσθαι, κρύψαι δ' ἀδάκηλα μαχαίρᾳ
Καλὴν, ἣν οἱ ἔτευξε περίκλυτος ἀμφιγυήεις,
Ὡς τὴν μαχεύων οἷος κατὰ Πήλιον αἰπὺ
Αἶψ ὑπὸ Κενταύροισιν ὀρεσκώοισι δαμείη.

Micyllus. Vid. ad II. Fast. 40.

[a] *In aves.*] *In avem* Parm.

[b] *Adfirmat.*] *Adfirmavit* omnes editt.

[c] *Quod ut non posset.*] *Qui ne perficeret* Colon.

[d] *Non respondentem.*] *Non respondenti* Colon.

[e] *Et in dies.*] *Cum etiam in dies* Colon.

[f] *Assiduis precibus.*] Ita reposui ex MS. perperam *suis* vel *ipsius* Edd. Munckerus. *Ipsa suis pr.* Micyll. *ipsius* Parm. Lugd. *suis* Raener. sed *assiduis* Colon. & Marg. Micyll. Propert. I. VIII. 28. *Assiduas non tulit illa preces.*

[g] *Per quietem.*] *Per quietem Somnus ejus filius ad indictum Morthea imitatorem. f. missus est* Parm. Lugd. qui tamen *Morphea. per quietem Somnus Deus filium dictum Morphea, imitatorem figurarum humanarum, Trachinam ad Alcyonem dimittit, quae per eam conjugem c. int.* Raener. *per quietem unum de filiis Somni Morpheum, cujus fratrem Icelon superi, mortale vulgus Phobetora vocat, ab Iride jussum ad sollicitae Alcyones regiam misit, & demortui Ceycis speciem dormienti repraesentare jussit, ne diutius vana spe seduceretur. Excusso ergo sopore vere conjugem agnovit periisse. Novissime &c.* Colon.

[h] *Icelus.*] *Iceon.* Parm. *Icelon* Lugd. *Phebetor* etiam Parm. *Pheteor* Lugd.

[i] *Excusso ergo sopore.*] Leg. *excussa* cum Nob. Heinsius. Ovid. Fast. IV. 555. *Excutitur somno stultè pia mater.* O locum τοῦ *a* occupavit etiam apud Isidor. Orig. Lib. XX. cap. 16. *Character est ferrum coloratum, quo notae pecudibus inuruntur.* Leg. *caloratum* h. e. calefactum, ignitum. *Calorare* dictum est ut *vaporare, saporare, soporare* & sexcenta alia. Fulgent. lib. III. cap. 4. *Caloratae juventutis igniculus.* Muncker. Eleganter dici *excuti somno* nullum dubium. vid. Heins. ad Ovid. Ep. XIII. III. sed & *excusso somno* probum est. sic Ovid. Ep. X. 13. *Excussere metus somnum.* Ibide 156. *Excutiam somnos, visus adesse, tuos.* sic *excutitur metus, pavor* & similia. Burm.

[k] *Inferri jussit.*] *Jussit, agnitum vero perisse* Parm. Lugd. *jussit, agnitumque in somnis vere periisse rata* Micyll.

[l] *Ubi illum.*] *Unde illum* MS. Muncker. Demiserat Colon.

[m] *Naufragi.*] *Naufragii* Colon.

[n] *Fluctuare.*] *Fluctuari* MS. cum Edd. Vett. Muncker. *Fluctuari* Parm. Lugd. Micyll. *fluctuare* Colon. Raener. quod praestat. vid. Heins. ad Claud. II. in Eutrop. 270. licet ibi de alia re.

[o] *Proximo litore.*] *Proximum litori prospexit* Colon.

[p] *Aeolis.*] Deest Colon. deinde, *quae ejus n. nuncupatur.*

[q] *In mare.*] Ita & Venet. ac Micyll. cum MS. ἀρχαϊκῶς. Catull. carm. 4. *Quum veniret à mare,* Ovid. Ib. *Et summam Libyco de mare carpat aquam.* Horat. Lib. I. epist. 16. ỳs. 30. *Quum pateris sapiens emendatusque vocari. Respondesne tuo, dic sodes, nomine?* Malè interpretantur versum posteriorem. Sententia est: *Dic sodes, esne revera is, qui diceris? esne par nomini illi, quo pateris te vocari?* Τὸ *nomine* dandi casu accipiendum. Propert. Lib. I. el. 8. *Nam me non uliae poterunt corrumpere, de te Quin ego, vita, tuo lumine acerba querar.* Vide ibi Scaligerum. Admonuit me locus Horatii alterius, qui legitur in Collat. Leg. Ruffin. Tit. II. de Atroci Injuriâ: *Ut necesse habeat aut unam nomine suo rem destinare,* &c. Volebat Pithoeus, *nomine suo rem designare.* Frustra. Non venit ei in mentem etiam *destinare* eodem significatu interdum usurpari. Curt. lib. IV. cap. 8. *Quum rex urbis futurae muros polenta, ut Macedonum mos est, destinasset.*

Interea fratrisque ſui, fratremque ſecutis
Anxia prodigiis turbatus pectora Cëyx,
Conſulat ut ſacras, hominum oblectamina, ſortes,
Ad Clarium parat ire Deum: nam templa profanus
Invia cum Phlegyis faciebant Delphica Phorbas.
Conſilii tamen ante ſui, fidiſſima, certam
Te facit, Halcyone. cui protinus intima frigus
Oſſa receperunt; buxoque ſimillimus ora
Pallor obit; lacrimisque genae maduere profuſis.

Ter

naſſet. Vide ibi Freinshemium. MUNCKERUS. *In mare* omnes. praeter Colon. quae, *nidum in mari pendentem exſtruunt, incubatque Alcyone per dies ſeptem, quibus via maris tuta eſſe dicitur. Aeolo ventos in nepotum gratiam cohibente.*

[r] *Suorum majorum.*] *Suorum malorum* MS. MUNCK.

410. *Interea fratrisque ſui.*] Qui mutatus fuit in accipitrem: neque enim filiae mortem prodigium appellaverim. CONST. FANENS.

410. *Fratremque ſecutis prodigiis.*] Prodigia dicit lupi armenta vaſtantis, non fratris mutationem. nam ſupra (ut diximus) eam ſignificavit. IDEM. Hujus fabulae & Lucianus meminit, *περὶ Μεταμορφώσεως*, & commentator Homeri Iliados nono, qui hujus mutationis aliam cauſſam affert: nempe quod Cëyx, nimia ſuperbia elatus, ſeipſum Jovem vocari, uxorem autem Halcyonem, Junonem voluiſſet. Theocriti interpres nomen matris Halciones addit. *Ἀλκύων*, inquiens, *θυγάτηρ Αἰόλου, καὶ Κανάβης, γυνὴ δὲ Κήυκος.* Dicitur autem *Ἀλκύων, παρὰ τὸ κύειν ἐν ἁλί*, ut ſupra Regius indicavit. Latini autem hanc Alcedonem vocant, diesque quibus haec parturit, Alcedonia. MICYLL. Vide de hac fabula Servium & Pompon. Sabinum ad Virgil. I. Georg. 399. & Lutatium ad Stat. IX. Theb. 361.

412. *Hominum oblectamina.*] *Homini lactamina* Sixianus. Venuſte; nam ſpe vana homines lactabant & ludebant. apud Apulejum Met. VIII. *Cunctis tamen mentitae pietatis officiis ſtudium contrectandae mulieris adhibere, odioſumque amorem ſuum lactando nutrire.* ſic lego, *non delectando.* quae ſequuntur aeque mendoſa ſunt. *ſed officiis inferialibus ſtatim factis, puella protinus feſtinat ad maritum.* HEINSIUS. Metuo ut ſatis ex dignitate & reverentia rerum ſacrarum dicere poſſimus, oracula eſſe *oblectamina* hominum. Ipſe quidem arbitror Ovidium ſcripſiſſe, *hominum ſolamina*: idque eo magis, quod in verſu proxime ſuperiori legatur, *anxia prodigiis turbatus pectora.* Itaque *ſolatium* ab oracula petitum, non *oblectamentum*: quod hoc loco mihi quidem indignum videtur, & à bona mente alienum. TAN. FABER lib. II. Ep. 69.

412. *Ad Clarium Deum.*] Ad oracula Clarii Apollinis, quae olim in Lycia fuerunt. nam Claros urbs eſt Lyciae, Apollinis oraculo clariſſima. REGIUS. Strabo lib. XIV. item Plinius in Ionia ponunt Oraculum Clarii Apollinis, juxta Colophonem in nemore eidem deo ſacrato. in Lycia autem Apollinis Pataraei oraculum fuit, quod ille cognomentum à Patara urbe accepit. MICYLLUS. *Ad Parium* Argentin. vid. ad I. Faſt. 20.

414. *Profanus Phorbas.*] Phorbas Phlegyarum rex fuiſſe perhibetur, ac contra Delphos bellum ſuſcepiſſe. Phlegyae autem populi fuerunt Theſſaliae adverſus deos impii, qui tandem à Neptuno diluvio immiſſo fuerunt deleti. REGIUS. Hunc Phorbanta non eum eſſe dixerim, quem Hyginus Triopae (cujus ſupra meminimus) ex Hyſocle Mirmydonis filia, Diod. in v. Lapithi & Eurionem filium tradit: quia is amicus fuit Apollinis, ut apud eundem Diod. in VI. & Hyginum in Ophiucho licet intueri. niſi quis hunc & illum eundem eſſe dixerit, & Apollini poſt vitiatam Coronidem Phlegyae filiam factum inimicum voluerit. Phlegyas ſanè (qui & *Phlegyes* & *Phlegys* etiam declinatur teſte Stephano) Martis & Chryſes filius fuit ac Theſſaliae rex, à quo Phlegyae ejus regionis incolae ſunt nominati. is ob acceptam injuriam (quam diximus) Apollinis in Parnaſo templum combuſſit: Phlegyamque civitatem in Boeotia condidit. Lege Servium in VI. Aen. ac Stephanum, quorum poſterior etiam tradit Phlegyas in Aethiopia populos fuiſſe, qui deorum cultus & leges invenerunt. CONST. FANENSIS. Duo Phorbantes apud Graecos memorantur, Argivus alter, Argi filius, ſive, ut Pherecydi placet, nepos, pater Areſtoris, ejus ex quo Argus ille poſterior, centum oculis praeditus, natus fuit. alter autem Theſſalus, Lapithae filius, pater Actoris, ex quo Eurytus & Cteatus nati, quos Molionas Homerus vocat, de quibus ſupra in venatione Calydonia dictum. de hoc igitur Phorbante intelligendum hoc loco puto. fuit enim & aliàs homo ferox & ſuorum temporum robuſtiſſimus, qui obvios cogebat, ut pugillatu ſecum certarent, victosque necabat, eò arrogantiae poſtremò provectus, ut etiam deos ipſos provocando laceſſeret, donec ab Apolline ſuperatus ac morte mulctatus fuit, ut eſt in comment. Homeri Iliad. Ψ. De Phlegyis autem, quod ad hunc locum attinet, à Pau-

Ter conata loqui, ter fletibus ora rigavit:
Singultuque pias interrumpente querelas,
Quae mea culpa tuam, dixit, cariſſime, mentem
Vertit? ubi eſt, quae cura mei prius eſſe ſolebat?
Jam potes Halcyone ſecurus abeſſe relictâ.
Jam via longa placet. jam ſum tibi carior abſens.
At (puto) per terras iter eſt, tantumque dolebo;
Non etiam metuam; curaeque timore carebunt.

Aequora

à Pauſania traditur in Boeoticis lib. IX. 36. his verbis: Χρύσης δὲ τὸ Ἄλιος καὶ Ἄρεως ἔχει φύμην γενέσθαι Φλεγύαν, καὶ τοῦτον ἀρχὸν τῶν Ἐτεοκλέους λοχαγῶν ἀπαιδα, ὁ Φλεγύας ἔσχεν οὕτω. τῇ μὲν δὴ χώρᾳ τῇ πάσῃ Φλεγεαντίδα ὄνομα εἶναι μετέθεντο αὐτὶ Ἀνδρηίδος. πόλις δ' ἐγένετο ἤ τε ἐξ ἀρχῆς οἰκισθεῖσα ἡ Ἀνδρηὶς, καὶ ὕστερον ἐκτίσεν ὁ Φλεγύας ὁμώνυμον αὐτῷ, τὰς τὰ πολεμικὰ ἀρίστας Ἑλλήνων συλλέξας ἐς αὐτήν. καὶ ἀπέκτειναν τε ἀνὰ κράτος ἀπὸ τῶν ἄλλων Ὀρχομενίων ὑπὸ αἰσχύνης καὶ τόλμης οἱ Φλεγύαι, καὶ ἦγον καὶ ἔφερον τὰς ὑστοικίας. τέλος δὲ καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν συλλέξαντες στρατεύσαι τὸ ἐν Δελφοῖς, ὅτε καὶ Φιλάμμωνα λογάσιν Ἀργείων ἐπ' αὐτοὺς βοηθήσας, αὐτός τε ἀπέθανεν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ οἱ τῶν Ἀργείων λογάδες. Et paulo poſt, τὸ μὲν δὴ Φλεγυῶν γένος ἀνέτρεψεν ἐκ βάθρων ὁ θεὸς κεραυνοῖς συνεχέσι καὶ ἰσχυροῖς σεισμοῖς. τοὺς δὲ ὑπολειπομένους νόσος ἐπιπεσοῦσα ἐφθειρε λοιμώδης. ὀλίγοι δὲ καὶ ἐς τὴν Φωκίδα διαφεύγουσιν ἐξ αὐτῶν. Adeo autem fuerunt immanes ac feri Phlegyae, ut etiam verbum inde factum ſit, τὸ Φλεγυᾶν, quo idem, quod ὑβρίσαι Graecis ſignificat. Micyll. Phlegyas impios fuiſſe, & ideo hoc nomen ſceleſto impoſuiſſe Statium notat Barthius ad lib. VI. Theb. 699. ubi vide. Phlegyam Martis filium Apollinis templum incendiſſe narrat Schol. Stat. lib. I. 714. & Euſeb. ad Ann. DLXVI. ubi vide Scaligeri notas, qui notat Auguſtinum de Civit. Dei lib. XVIII. 12. id à Danao factum teſtari. Coronidem Aeſculapii matrem Phlegyae filium facit Pindarus Pyth. III. vſ. 14. ubi vide Scholiaſten. *Phorbantes* vero plures memorantur: ille, quem Micyllus hic intelligit, pater Actoris, fuit Olenius, & Alectoris filium Hyrminam duxit, data viciſſim Alectori filia ſua Diogeneia: ex Hyrmina vero ille ſuſtulit Augeam & Actora: Euſtat. ad Homer. Il. B. vſ. 623. Phorbas vero filius fuit Lapithae. Diod. Sicul. lib. IV. p. 183. quare forte ille eſt, qui in pugna Lapitharum infra memoratur lib. XII. v. 322. poſtea tenuit inſulam Rhodum, teſte Diodor. Siculo lib. IV. p. 228. Alterius Phorbantis Argivi ſtemma eſt apud Schol. Euripidis in Oreſte 930. Alius adhuc Phorbas Curetum rex ab Erechtheo Athenienſum rege interfectus, & cui Phorbanteum erat Athenis conſecratum. de quo vide Meurſii Athenas Atticas lib. II. c. II. & de Regno Attico lib. II. c. II. Burm.

414. *Faciebat Delphica Phorbas.*] *Faciebant* unus Voſſian. & unus Baſil. eleganter. Heins. Vide ad lib. I. 320. *profani* etiam hic Baſil. qui pro *Phorbas* habet *Phryxi, profanis* Regius.

415. *Conſilii tamen ante ſui fidiſſima certam Te facit Halcyone.*] In ſoluta oratione *certiorem* diceremus. Regius. Suprà lib. VI. 267.

Fama mali, populique dolor, lacrimaeque ſuorum
Tam ſubitae matrem certam fecere ruinae.

Apud M. Tullium ad Atticum etiam cum genitivo invenitur: *Pompejus certiorem me ſui conſilii facit.* Virgilius: *Anchiſen facio certum.* Plautus in Pſeudolo: *Fac me certum, quod tibi ſit.* Ibidem: *Epiſtola atque imago me certum facit.* Ciofan.

417. *Buxoque.*] *Buxuque* Arundel. & mox *pallor habet* Sixi & tres alii. vid. lib. I. 552. *habet* defendi poſſet ex IX. 291. *Horror habet*, ubi MS. *adit*, quod & hic in uno libro eſt. Stat. II. Silv. I. 166. *horror habet ſenſus.* vid. ad Epiſt. XII. 170. Burm.

418. *Maduere.*] *Caluere* unus Moreti.

419. *Ter conata loqui, ter fletibus ora rigavit.*] IV. Ep. 8.

Ter tecum conata loqui, ter inutilis haeſit
Lingua, ter in primo deſtitit ore ſonus.

Et II. Faſt. 823.

Ter conata loqui, ter deſtitit, auſaque quarto:
Non oculos ideo ſuſtulit illa ſuos.

Et V. Faſt. 247.

Ter volui promittere opem, ter lingua retenta eſt.
Ciofan.

420. *Singultuque pias.*] *Suas* Moreti. *ſingultu medias* Gronov. *loquelas* etiam Leidenſ.

422. *Vertit? ubi eſt.*] In Neapolitano vetus lectio eraſa. *Eſt ubi nam* Florentinus S. Marci, & ſuperiori verſu, *vertit* pro *dixit.* Forte,

Quae mea culpa tuam vertit, cariſſime, mentem?
Eja ubi jam, quae cura mei prius eſſe ſolebat?

Tò *eja* ſaepe corruptum eſſe in aliam vocem jam ſupra non ſemel monuimus. Heins. Vid lib. VI. 640. *Quae mala culpa* etiam Arund. & *prius eſſe* idem & ſex alii.

423. *Abeſſe.*] *Abire* Patavin.

426. *Non etiam metuam.*] In uno meo, *Non etiam timeam.* Ciofan. Parum intereſt, ſed *metuam* retineo, quia in ſimili re hac voce etiam ſae-

pe

Aequora me terrent, & ponti triſtis imago.
Et laceras nuper tabulas in litore vidi;
Et ſaepe in tumulis ſine corpore nomina legi.
Neve tuum fallax animum fiducia tangat;
Quod ſocer Hippotades tibi ſit; qui carcere fortes
Contineat ventos &, cum velit, aequora placet.
Cum ſemel emiſſi tenuerunt aequora venti;
Nil illis vetitum eſt, incommendataque tellus
Omnis, & omne fretum. coeli quoque nubila vexant;
Excutiuntque feris rutilos concurſibus ignes.
Quo magis hos novi, (nam novi, & ſaepe paternâ
Parva domo vidi) magis hoc reor eſſe timendos.
Quod tua ſi flecti precibus ſententia nullis,
Care, poteſt, conjux; nimiumque es certus eundi;

Me

pe utuntur Poëtae, ut oſtendam latius ad Valer. Flac. I. 327. Burm.

427. *Me terrent.*] *Perterrent* Leidenſ.

429. *Et ſaepe in tumulis.*] *In titulis* prim. Medic. optime. titulos tumulorum intelligit. nihil frequentius occurrit in monumentis veterum ſepulcralibus. libro XIII. Met. 424. ex veteri codice,

Prenſantem titulos, atque oſſibus oſcula dantem
Dulichiae traxere manus.

Juvenalis Satyra VI. 230.

—— *titulo res digna ſepulchri eſt.*

Auctor Herculis Oetaei 1826. ex vetuſto libro:

Quae tibi ſepulcra, nate, quis tumulus ſat eſt?
Hic totus orbis fama erit titulus tibi.

Sed forte ſcribendum, *vix tumulo ſat eſt Hic totus orbis. vis* pro *vix* erat exaratum. inde *quis* factum. ſic pro *quam vix* ſaepe in veterrimis codicibus *quamvis* offendi. Silius lib. XV. 44.

Dum cineri titulum memorandaque nomina buſtis
Praetendit.

Et verſ. 397.

Viri titulis decorare ſepulchrum
Ingentis bello liceat.

Auctori Queroli, quae ſub Plauti nomine circumfertur, non ſemel *titulus funeris* dicitur. Idem in praefatione de Urna: *Odoribus ſuperinfuſis, titulo que extra addito.* atque ita is paſſim. Poſſet etiam legi:

Et ſaepe in titulis ſine nomine corpora legi.

Ut intelligatur de naufragio poſt in litus ejectis ac terrae mandatis. Plin. lib. X. Epiſt. 6. *Subit indignatio cum miſeratione, poſt decimum mortis annum reliquias neglectumque cinerem ſine titulo, ſine nomine jacere, cuius memoria orbem terrarum gloria pervageſur.* Heins. Ita ſaepe apud Noſtrum *titulus* & *tumulus* confuſi. Vid. ad Epiſt. VII. 194. III. Triſt. III. 68. & 72. & alibi. ſed quia de Cenotaphiis agit, non mutanda *nomina*, quae, licet corpora hauſta eſſent fluctibus, tamen in illis legebantur. vid. Pontan. ad Macrob. II. Sat. 7. infr. ℣s. 707.

Nomen nomine tangam.

Et lib. XII. 2.

Tumulo quoque nomen habenti
Inferias dederat cum fratribus Hector inane.

Ita apud Quinct. de Inſt. Orat. VII. 3. *Nomen tumulo quem* (in litore) *exſtruxerant, inſcripſerunt.* unde apparet & hic *tumulis* retineri debere. vid. ibi notata. Burm.

431. *Hippotades.*] Aeolus, Hippotae Trojani nepos, filius namque fuit Jovis ex Segeſte Hippotae filia. Regius. De Aeolo & ejus genere ſupra quoque annotavimus quidem lib. VI. Ceterum duo Aeoli praecipue memorantur apud poëtas, antiquior alter, Jovis, ſive, ut alii, Hellenis, filius. alter Hippotae, ejus, qui fuit filius Mimantis, ſuperioris illius nepos, ut Diodorus lib. V. indicat. atque hic ventorum rex fuit, ut & Homerus tradit, & poſt hunc ceteri poëtae. Hom. Odyſ. 10. initio:

Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ', ἔνθα δ' ἔναιεν
Αἰολος Ἱπποτάδης, φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι.

Quo loco & commentator addit, Αἰόλοι δύο. οὗτος, μὲν Ἱππότου τοῦ Μιμαντος, ἕτερος δὲ Ἕλληνος, ὃς ἦν Διὸς, &c. Apollonius lib. IV.

Αὐτὰρ τρίτον εἰσαφίκανε
Αἴολον Ἱππότεω παῖδα κλυτὸν &c.

Et rurſum,

Αἴολον, ὅς τ' ἀνέμοις αἰθρηγενέτῃσιν ἀνάσσει.

Quanquam, quod ad praeſentem fabulam attinet, variant auctores. nam Halcyonem, quam Hippotadae filiam Ovidius vocat, Lucianus ejus Aeoli

facit,

Me quoque tolle simul. certè jactabimur unà:
Nec, nisi quae patiar, metuam: pariterque feremus
Quidquid erit; pariter super aequora lata feremur.
Talibus Aeolidos dictis lacrimisque movetur
Sidereus conjux: neque enim minor ignis in ipso est.
Sed neque propositos pelagi dimittere cursus,
Nec vult Halcyonen in partem adhibere pericli:
Multaque respondit, timidum solantia pectus.
Nec tamen idcirco caussam probat. addidit illis
Hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem:
Longa quidem nobis omnis mora: sed tibi juro
Per patrios ignes (si me modo fata remittent)
Ante reversurum, quam Luna bis impleat orbem.
His ubi promissis spes est admota recursûs;

Protinus

facit, qui Hellenis filius fuit, & idem addit Deucalionis nepos. Micyll.

432. *Placet.*] *Pacet* duo Medicei. Vid. ad Epist. x. 65. *Mulcet* Menard. & Gronov. ut Epist. II. 36. & alibi.

433. *Tenuerunt aequora venti.*] *Aequora & venti* jam praecesserant. Timide dico, sed dico tamen, videri scriptum ab Nasone, *tenuerunt caerula fratres*, vel *aëra*. ut alterum ex glossa natum sit. sic libro I. 77.

His quoque non passim mundi fabricator habendum
Aëra permisit. vix nunc obsistitur illis,
Cum sua quisque regant diverso flamina tractu,
Quin lanient mundum. tanta est discordia fratrum.

Libro XIV. 544.

Aëraque & tumidum subitis concursibus aequor
Astraei turbant, & eunt in praelia, fratres.

Aeolii quoque fratres nonnunquam dicuntur. Heins.

434. *Incommutata.*] Sic quidem legebatur, sed nihil sensui convenire videtur. *Incommendata* verò maximè quadrare, ut intelligamus, neque terram, neque mare, ventis esse commendata, hoc est, curae esse, sed violenter perturbari atque vastari. Regius. Quod nobis commendatum est, curae nobis est: tellus igitur ac fretum *incommendata* sunt ventis, quòd eis minime sint curae. quippe à quibus perturbentur ac vastentur. Glareanus. Vel *Incommendataque*, susque deque habita, sine respectu aut cura perturbata:

——— *Maria ac terras coelumque profundum*
Quippe ferunt rapidi secum, verruntque per auras.

Aen. I. 57. Farnab. *Inconservataque* Thuan.

435. *Vexant.*] *Verrunt* unus Basileensis; ut inf. 499. Et Virgil. I. Aeneid. 58. *Nixant* erat in Voss. quod non intelligere se Heinsius notaverat.

436. *Concursibus.*] *Incursibus* Regius. *occursibus* Basil. *concussibus* Ambr. & Barb. *congressibus* frag. Boxh. vid. lib. VI. 695.

438. *Domo vidi.*] *Domi* Medic.

438. *Magis hos reor esse timendos.*] *Magis hoc* prim. sec. Palat. Neapol. Urbin. aliique plures. bene. nam *hos* jam dixerat. Epist. XVIII. 110. *Hoc magis est cautum ne foret illud iners.* Vid. ad Vellej. Paterc. I. 9.

439. *Quod tua si flecti precibus sententia nullis*
Care potest conjux.] Virg. lib. II. Aeneid. 689.

Juppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis.

Ciofanus.

441. *Jactabimur una.*] *Jactabimur alto* Arg. & Thysii. *unda* tres. *undis* quinque.

443. *Feremur.*] Mallet Heinsius, *vehemur*, vel *trahemur*, quia praecedit idem verbum. vid. lib. VII. 67.

444. *Aeolidis.*] *Aeolidos* duo veteres. In Epist. XI. 5.

Haec est Aeolidos fratri scribentis imago.

Heinsius.

445. *Nec enim minor ignis in ipso.*] Emenda, ut est in veteribus libris, *neque enim.* Ciofanus. *Minor ardor* Gronov. pr.

447. *Nec vult.*] Numerosius unus Mediceus, *nec tulit.* ut Ep. V. 13.

Servo nubere Nympha tuli.

Vide infr. XIII. 460. *adhibere laboris* tres. Burmannus.

452. *Remittant.*] *Remittent* meliores. Heins.

454. *Admota.*] *Addicta* Argent. *admissa* Junian. *ablata* Medic. forte, pro *oblata*. sed *admota* potest explicari, quae magis apparebat, non *lenta*; ut alibi dixit; similiter fere *scelera propius admota* apud Quinctil. Decl. CCLXXXI. &, CCLXXXVI. Burmannus.

Protinus eductam navalibus aequore tingui,
Aptarique suis pinum jubet armamentis.
Quà rursus visâ, veluti praesaga futuri,
Horruit Halcyone: lacrimasque emisit obortas:
Amplexusque dedit: tristique miserrima tandem
Ore, Vale, dixit: collapsaque corpore tota est.
Ast juvenes, quaerente moras Cëyce, reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos:
Aequalique ictu scindunt freta. sustulit illa
Humentes oculos; stantemque in puppe recurvâ,
Concussâque manu dantem sibi signa maritum
Prima videt: redditque notas. ubi terra recessit
Longius, atque oculi nequeunt cognoscere vultus;
Dum licet, insequitur fugientem lumine pinum.
Haec quoque ut haud poterat, spatio submota, videri;
Vela tamen spectat summo fluitantia malo.

Ut

455. *Aequore tingi.*] In uno meo legitur, *tingui.* Ciofanus. *Mergi* duo: *pelli* Moreti: *tangi* duo.

456. *Aptarique suis pinum jubet armamentis.*] In quibusdam codicibus reperi, *armarique*; sed *armamentis armari* non puto Ovidianum. posset legi, *Ornarique*, quod verbum in hac re proprium esse constat. in codicis cujusdam ora ignota manu erat scriptum, *pinum* hic sumi pro malo; credidit scilicet, quicumque ille fuit, *armamenta* proprie esse vela, quae malo aptantur. & certe ita Servius & commentatores ad Virgil. v. Aen. 15. ubi male Castalio de remis capit. & sic Livius lib. xxxvi. 44. *Vela contrahit, malos inclinat, armamenta componit.* posset etiam aliquis, ut saepe interpretes solent, hic ad Hypallagen confugere, quia armamenta aptantur navibus, non naves armamentis. ut ita in alia re, sed quae sollemni tralatione à navigatione iisdem verbis & locutionibus à Poëtis exprimi solet. Noster II. Art. 65. *Aptat opus puero*, cum antea vs. 50. dixisset, *Nescius haec humeris arma parata suis.* ubi *arma* sunt alae, ut etiam vela vocantur. sed nequaquam opus hoc commento: *aptare* enim *navem*, propria est locutio, pro instruere, ornare, componere, &c. ita Virgil. IV. Aen. 280.

Classem aptent taciti.

Et simili Ovidianae locutione III. 472.

Interea classem velis aptare jubebat.

Et VIII. 80.

Remigioque aptat.

Quod non Poëtis solum familiare, sed & usurpatum Suetonio Tiber. 65. *aptatis navibus.* & ita capio illa Stat. IV. Theb. 320.

Tu bellis aptare viros.

Est enim idem quod instruere, parare. ut ita Frontin. I. Strateg. VIII. 5. *Concione advocata aptari jussit milites ad pugnam.* Quod Virgilius, notante Nonio, dixit *aptat se pugnae.* unde & *aptare convivium* olim dixerunt. vide Nonium in *Aptum.* & hinc jam dubito an movenda vox *aptata* apud Petron. cap. XXXIV. *Larvam argenteam attulit servus, sic aptatam, ut articuli ejus vertebraeque laxatae in omnem partem verterentur.* id est ita paratam, compositam. haec operosius, quam forte quibusdam videbitur necessarium, sed quia negligi antiquae elegantiae locutiones video, nolui praeterire. Burmann.

461. *Quaerente moras.*] Tibull. I. III. 15.

Ipse ego solator, quum jam mandata dedissem,
Quaerebam tardas anxius usque moras.

Douza. *Moram* Voss. lib. II. 461. *una moras quaerit.*

462. *Ordinibus geminis.*] Caute & erudite hoc Naso. biremem enim describit, cum nullae eo tempore essent triremes, quod Corinthiorum sub primam olympiadem inventum fuit, fabricatore triremium Aminocle Corinthio, ut Thucydides testatur lib. I. & Plin. VII. 57. Heins. Virgilius lib. V. 120. jam *triremis* mentionem facit, quem Poëticâ licentiâ id facere viri docti docent. Celeb. Schurzfleisch. in Notit. Biblioth. Vinar. p. 227. ad Euseb. N. MCCXXX. videndus. qui etiam observat ex Palaephato Ulixi triremem dari ab Euseb. N. DCCCXLIV. Vid. Scheffer. de Mil. Nav. I. cap. 3. Burmann.

463. *Scindunt.*] *Findunt* duo. *tundunt* Thuan. *sustinet* etiam quatuor.

464. *In puppe recurva.*] *Relicta* Florent. S. Marci, Cantabrig. prim. Medic. Spirensis & sex alii.

unus

Ut nec vela videt; vacuum petit anxia lectum:
Seque toro ponit. renovat lectusque locusque
Halcyonae lacrimas: & quae pars, admonet, abſit.
Portubus exierant; & moverat aura rudentes?
Obvertit lateri pendentes navita remos:
Cornuaque in ſummâ locat arbore; totaque malo
Carbaſa deducit; venientesque excipit auras.
Aut minus, aut certè medium non amplius aequor
Puppe ſecabatur; longeque erat utraque tellus,
Cum mare ſub noctem tumidis albeſcere coepit
Fluctibus; & praeceps ſpirare valentius Eurus.
Ardua, jamdudum, demittite cornua, rector
Clamat; & antennis totum ſubnectite velum.
Hic jubet; impediunt adverſae juſſa procellae:
Nec ſinit audiri vocem fragor aequoris ullam.
Sponte tamen properant alii ſubducere remos,

Pars

unus Medic. *redicta*. Forte, *reducta*. vel, *reduncâ*. ut lib. XII. 526.

——— *roſtroque reduncо*
Hamatisque viri laniaverat unguibus ora.

Sic *repandus* libro III. 680. & *reſimus* lib. XIV. 45. Heins. Sed & *puppim recurvam* dixit lib. XV. 698.

465. *Concuſſaque.*] *Comploſaque* Palat. & ita Gebh. III. Crep. 2. ſic certe Petronius ſaepe cap. XVIII. XX. CXXXVII. & alibi. ſed cum ex longinquo ſigna dare volumus, magis jactamus & concutimus, quam complodimus manus. ita Ep. X. 40.

Jactatae latè ſigna dedêre manus. Burm.

266. *Ubi terra.*] *Ut terra* duo libri, & tum mox *atque oculi* Heinſius volebat.

469. *Spatio ſubmota.*] *Semota* nonnulli. Heins.

470. *Fluctantia.*] Cantabrig. *volitantia*. ut Valer. Flac. I. 620.

Vela ſuper tremulum ſubitus volitantia malum
Turbo rapit.

Et ita paſſim *alae* dantur navibus. *pendentia* Baſil. *ſubito malo* Medic. Burm.

472. *Lectusque locusque.*] *Torusque* Heinſii unus & Baſileenſis; repetitione Ovidiana. neque offendere debet, *lectus torusque*, cum torus lecto imponeretur. VIII. 645.

In medio torus eſt de mollibus herbis
Impoſitus lecto.

Nil tamen temere mutem: nam & IV. Triſt. III. 23.

Dum te lectusque locusque
Tangat.

Vide ad lib. VI. 320. praeterea, *ſeque toro ſternit* Leidenſ. Idem.

473. *Et quae pars, admonet, abſit.*] Ab omnibus legi ſolet, *& quae pars admonet, abſit*, nos vero ex Priſciano *abſtit*, pro *abſtitit* reponimus. Jac. a Cruce. Priſcianus lib. IX. hoc loco legit, *abſtit*, id eſt *abſtitit*. In meo antiquiore eſt *abſtat*: quae lectio ad illam proximè accedit. Priſciani igitur auctoritatem ac teſtimonium ſequor. Ciof. *Halcyonae*, S. Marci veterrimus & unus Mediceus, cum uno Voſſiano. pro *abſit* prim. Vatican. prim. & tert. Medic. Calandr. & duodecim alii, *abſtit*. mendoſe & inepte. quod cum Priſcianus lib. IX. pag. 862. in ſuo etiam codice inveniſſet, non dubitavit amplecti & interpretari pro *abſtitit*. ridicule. quis enim veterum ſic locutus? tamen Priſciano ſubſcripſerunt Giphanius in Indice Lucretiano in *maenia Theatri*, Vivianus, Ciofanus, Conſtantius Fanenſis, ad Aſinariam Plauti Meurſius, in Exercit. Critic. Part. I. cap. I. & in doctiſſimo opere Grammatico Voſſius de Analogia cap. XX. & XXXI. In aliis codicibus, *obſtat*, *abſtat*, *obſtet*, *abſtet*, *obſit*. omnia fruſtra. Heins.

477. *Excipit auras.*] *Accipit* omnes meliores. Idem. Sed Quinctil. Decl. XII. 16. *Omnes excipe auras*; ubi vide.

480. *Albeſcere coepit.*] Sic libri ſcripti, & recte: eſt autem futurae tempeſtatis indicium. Virgil. lib. VII. 528.

Fluctus uti primo coepit cum albeſcere ponto
Paulatim attollit ſeſe mare.

Sic lib. III. Faſt. 592.

——— *& canas alveus hauſit aquas.* Ciof.

Albeſcere fecit Junian. *ſubitis alb. coepit* Arund.

483. *Subnectite.*] Detrahite. Ciofan. Immo, involutum velum alligate antennae. *tortum ſubnectite* malebat Heinſius, ut & ſupra 476. ubi in duobus erat, *torta*. ſic & III. Faſt. 587.

Dumque parant torto ſubducere carbaſa lino.

Pars munire latus; pars ventis vela negare.
Egerit hic fluctus: aequorque refundit in aequor:
Hic rapit antennas. quae dum sine lege geruntur;
Aspera crescit hiems; omnique è parte feroces
Bella gerunt venti; fretaque indignantia miscent.
Ipse pavet; nec se, qui sit status, ipse fatetur
Scire ratis rector; nec quid jubeatve, vetetve:
Tanta mali moles, totâque potentior arte est.
Quippe sonant clamore viri, stridore rudentes,
Undarum incursu gravis unda, tonitribus aether.
Fluctibus erigitur, coelumque aequare videtur
Pontus; & inductas adspergine tinguere nubes.
Et modo, cum fulvas ex imo verrit arenas,
Concolor est illis; Stygià modo nigrior undâ:

Sternitur

Et Virgil. IV. 575. *Tortos incidere funes. Subvertere*, vel *subvertite*, *subnectere*, *subducere*, *submittere*, vel *submittite* alii codices. BURM.

485. *Aequoris.*] *Aetheris* Medic.

486. *Subducere.*] *Succedere* Regius. *succidere* Vatic. *subnectere* Moreti.

488. *Aequorque effundit in aequor.*] Plane Ovidianae luxuriae. sic & *pelagus* pro aqua marina Statius Achil. 246.

Et ab aethere magno
Sublatum cursu pelagus cadit.

Auctor carminis, quod Jonas inscribitur ℣s. 46.

Pars maris interni puteum grave olere vicissim.

BURMANN.

489. *Geruntur.*] *Reguntur* Ox. & quatuor alii. *feruntur* duo.

490. *Aspera crescit hiems.*] *Hiems* hoc loco valet tempestatem: ut apud Virg. lib. I. 122. *Vicit hiems.* & apud hunc ipsum lib. XIV. 481. *Quos communis hiems, importunusque Caphareus Mersit aquis.* Valer. Flaccus lib. I. 196.

—— *Scio me cunctis è gentibus unum*
Illicitas tentare vias, hiememque mereri.

Et ipse Eleg. I. lib. I. Trist.

—— *me fera jactat hiems.* CIOF.

490. *Omnique à parte.*] Undique, ac per hoc à quatuor mundi cardinibus. IDEM. *E parte* vetustiores. HEINS.

491. *Bella gerunt venti.*] Lib. I. Trist. II. 30. hoc idem dixit aliis verbis: *Nunc Notus adversa proelia fronte gerit.* CIOF.

492. *Ipse pavet, nec se, quis sit status, ipse fatetur Scire ratis rector, nec quid jubeatve, velitve.*] Hujusmodi sententiam argutè ita est complexus: lib. I. Trist. II. 431.

Rector in incerto est, nec quid fugiatve, petatve
Invenit, ambiguis ars stupet ipsa malis. IDEM.

Qui sit status iidem. otiosa praeter hoc repetitio τοῦ *ipse.* Censeo scribendum:

Ecce pavet, nec se, qui sit status, ipse fatetur
Scire ratis rector, nec quid jubeatve vetetve.

Ita enim pro *jubeatve velitve* optimus Thuan. prim. Bonon. prim. Erfurt. & alii septem. HEINS. Francofurt. etiam, *vetetve.*

493. *Ratis rector.*] M. Tullius lib. II. de Divinat. *Rector navis.* Titinius Setina: *Sapientia gubernator navem torquet, non valentia.* CIOF.

494. *Mali moles.*] *Maris* Leid. *mali rabies* Basil.

494. *Tantaque potentior arte.*] *Totaque* multi veteres. probe. at Berneg. sec. Palat. pr. Hamburgensis aliique complures, *tantaque.* forte, *cautaque arte.* HEINS. Forte legendum,

Doctaque potentior arte.

Nam illud *tota*, nescio quare, non placet. sic, licet in alia re, I. Pont. III. 8.

Interdum docta plus valet arte malum.

Vid. ad lib. IX. 742. & alibi docuimus *doctos* dici quacumque in arte peritos. vid. etiam ad Epist. XX. 210. ita artem & peritiam rei navalis *doctrinam* vocat Hirt. de Bell. Alexandr. cap. XV. BURM.

495. *Quippe sonant clamore viri, stridore rudentes.*] Virgilius lib. I. Aeneidos 87.

Insequitur clamorque virûm, stridorque rudentum.

CIOFANUS.

496. *Incursu.*] *Impulsu* Gronov.

496. *Tonitribus aether.*] Subaudi *sonat.* I. Trist. II. 45.

Hei mihi, quàm celeri micuerunt nubila flamma,
Quantus ab aetherio personat axe fragor!

CIOFANUS.

497. *Fluctibus erigitur, caelumque aequare videtur Pontus.*] Ὑπερβολή. I. Trist. III. 19.

Me

Sternitur interdum, ſpumisque ſonantibus albet.
Ipſa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis:
Et modo ſublimis, veluti de vertice montis,
Deſpicere in valles, imumque Acheronta videtur:
Nunc, ubi demiſſam curvum circumſtetit aequor,
Suſpicere inferno ſummum de gurgite coelum.
Saepe dat ingentem fluctu latus icta fragorem:
Nec levius pulſata ſonat, quam ferreus olim
Cum laceras aries balliſtave concutit arces.
Utque ſolent, ſumtis in curſu viribus, ire
Pectore in arma feri, praetentaque tela leones;
Sic ubi ſe ventis admiſerat unda coortis,
Ibat in arma ratis; multoque erat altior illis.
Jamque labant cunei, ſpoliataque tegmine cerae

Rima

Me miſerum, quanti montes volvuntur aquarum,
Jam jam tacturos ſidera ſumma putes.
CIOFANUS.

498. *Tangere nubes.*] Placet unius Moreti codicis lectio, *tingere*, quod τῷ *adſpergine* egregie reſpondet. BURM.

499. *Ex imo vertit arenas.*] *Verrit* ſec. Palat. prim. Baſil. & ſeptem alii. quod placet. Avienus Ora Maritima 815. ex veteri libro Mediolanenſi:

Quantus arenarum numerus verratur ab Euro.

Non *verſetur* cum vulgatis. Marcian. Capell. lib. IX.

Et licet indomiti dira procella Noti
Spumea Scyllaei verreret ima maris,
Delphinas totis ſollicitavit aquis.

Ennodius in Hymnis:

Quem nec procella, turbidis
Si verrat ima motibus,
Poteſt fugare à pectore.

Drepanius Florus de cereo Paſchali.

Te nimbi & nebulae verrentesque aequora venti,
Te lucis noctisque vices, te quattuor anni
Tempora, transcurſis in ſe redeuntia rivis,
Pro ſe quisque timent.

Ubi ſcribendum cenſeo, *in ſe redeuntia gyris.* Prudent. Cathemer. Hym. VIII.

Increpas ventum furentem,
Quod procellis triſtibus
Verrat aequor fundo ab imo,
Vexet & vagam ratem.

Ita & ibi ſcripti nonnulli. praeterea pro *fulvas* unus meus habebat, *vulſas.* ut lib. XIV. 448. *in mare convulſa Thybris prorumpit arena* in uno Baſileenſi. HEINS. Vid. I. Amor. IX. 14.

501. *Spumisque ſonantibus albet.*] Palatinus, *tumentibus*; ut lib. VII. 263. unde forte repetitum eſt. unus Moreti, *ſtridentibus, ardet* etiam Gronovianus. quae varietas & lib. III. Amor. Eleg. v. 13. BURMANN.

503. *Et nunc ſublimis veluti de vertice montis*
Deſpicere in valles, imumque Acheronta videtur.] Lib. I. Triſt. II. 21. Hoc idem videtur ſignificaſſe:

Quantae diducto ſubſidunt aequore valles,
Jam jam tacturas Tartara nigra putes. CIOF.

Et modo Gron. pr.

505. *Demiſſam.*] *Demiſſae* Ambroſ. *dimiſſae* Medic. *demiſſam pinum* Menard. *navem* Gronov.

508. *Nec levius pulſata ſonat, quàm ferreus olim,*
Cum laceras aries balliſtave concutit arces.] Ibidem 47.

Nec levius laterum tabulae feriuntur ab undis,
Quàm grave balliſtae moenia pulſat onus.
CIOFANUS. *Pulſata tonat* fragm. Boxh.

509. *Concutit.*] *Contulit* Medic. *contudit* Palat. quart. *concitat* duo alii.

511. *Protentaque tela.*] *Praetentaque* plurimi, dictum lib. VIII. verſ. 341. lib. XII. 376.

——— *Praetentaque ſuſtinet arma.*

Libro III. 83.

Cuſpide praetenta. HEINS.

Ita *praetenta teſtudo* Livio lib. XLIV. 9. ex emendatione ſummi Gronovii. *in curſus* etiam Palat. Vatican. Med. & unus Heinſii. *cum curſu* alius.

512. *Commiſerat unda.*] *Admiſerat* eleganter optimus Thuan. prim. Moreti, prim. Bonon. Spirenſ. prim. Regius & quatuor alii. Florentinus S. Marci, *amiſerat.* in Neapolitano eraſa vetus lectio. Marc. Capella lib. VI. *Divulſo confinio corporum, devexis lacunisque terrarum improviſum pelagus in uſum impigrae mortalitatis admiſit.* ſic ex veſtigiis antiquorum codicum ſcribendum. vulgo, *in uſum immortalitatis.* HEINSIUS. *Commiſcuit* unus Baſil.

Rima patet; praebetque viam letalibus undis.
Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres:
Inque fretum credas totum deſcendere coelum:
Inque plagas coeli tumefactum adſcendere pontum.
Vela madent nimbis; & cum coeleſtibus undis
Aequoreae miſcentur aquae. caret ignibus aether;
Caecaque nox premitur tenebris hiemisque ſuisque.
Diſcutiunt tamen has, praebentque micantia lumen
Fulmina: fulmineis ardeſcunt ignibus undae.
Dat quoque jam ſaltus intra cava texta carinae
Fluctus: & ut miles, numero praeſtantior omni,
Cum ſaepe adſiluit defenſae moenibus urbis,

Spe

512. *Coortis.*] Licet hoc verbo, tamquam proprio, utantur Lucretius & alii de ventis, tamen huic loco parum convenire mihi videtur. nam jam dudum *coorti* erant venti. & valida jam erat tempeſtas; quare cum ſecundo Palatino & Francof. praeferrem, *coactis*; ingruente enim procella, ut in turbine fieri ſolet, coibant venti, & ab omni parte impugnabant navem: Val. Flac. IV. 686.

Sic ima fremunt, fluctuque coacto
Angitur.

Ita *coacto agmine procedere*, pro denſato, Livius lib. XXXVIII. 18. Sic & apud Silium lib. X. 186. ſcribendum cenſeo:

Has inter ſtrages rapido terrore coacti
Invadunt terga, atque averſo turbine miſcent
Bella inopina viri.

Immo apud Lucret. lib. I. 762. pro *tempeſtate coorta* edidit Gifanius, *coacta*. & lib. III. 15. Lambinus, *naturam rerum haud divina mente coactam*, legit pro *coortam*. an bene jam non dijudico. commutari ſaltem haec verba liquet. Vide plura de verbo *cogere* ad Epiſt. XI. 28. BURM.

513. *Ibat in arma ratis.*] Sprotii & Langerm. *aſtra*. Mediceus, *arva*. deinde, *multo tamen altior* Genev. & unus Heinſii.

514. *Jamque labant cunei, ſpoliataque tegmine cerae.*] Regius *Cerae* diligenter expoſuit, *picis*, qua naves integuntur: vellem ita *Cunei* expoſuiſſet. GLAREAN. *Cunei* ſunt, quibus tabulae navium inter ſe committuntur. *Subſcudes*, Feſt. 17. lib. *cuneatae tabellae, quibus tabulae inter ſe conſiguntur; quia, quo eae immittuntur, ſucciditur.* Turnebo XIV. lib. I. cap. *Succuditur.* Vitruvio lib. X. *Securiculae, à forma, quibus duo tigna tenaciſſime inter ſe vinciuntur.* Noſtri *hirundinum cauſas* appellant. FARNABIUS. *Cuneos* explicat Schefferus lib. I. de Militia Navali cap. 6. ligna quaedam craſſiora, quae affiguntur navibus, quo minus, ſi in ſaxa incurrerent, atterantur, rimasve contrahant. Graecis χελεύσματα. quem vide. Statius lib. V. Theb. 415.

Donec ab extremae cuneo ratis Aeſone natus
Palladios oleae, Mopſi geſtamina, ramos
Extulit.

Ubi Scholiaſtes Barthii *angulum remotiſſimum* interpretatur. neſcio an bene, & an non rectius ibi proram, quae cunei more in acutum deſinit, intelligamus. BURM.

517. *Totum deſcendere coelum.*] *Diſcedere* duo veteres. Forte, *deſidere*. Virgil. lib. III. 564.

Tollimur in caelum curvato gurgite, & idem
Subductа ad manes imos deſidimus unda.

Ita ſcribo. nam longe vetuſtiſſimus Mediceus, *deſedimus*. Vulgati, *deſcendimus*. HEINS.

518. *Adſcendere.*] *Scandere* plurimi. *ſurgere* duo alii & MSS. Gebhard. qui etiam lib. III. Crep. 23. vult *Eſcendere. tremefactum* etiam Bonon.

521. *Tenebris.*] *Tenebriſque* Leid. & Caeſen.

522. *Micantia fulmina.*] Multi, *minantia*: prim. Palat. ſec. Medic. Urbin. Bernegger. Spirenſis, duo alii, *minacia*. an *micacia?* Certe amare Noſtrum hujuſmodi verba ad Amores lib. II. Eleg. VI. jam monui. Apulejus Met. X. *Haec inquieto capite & oculis in aſpectum micacibus, citato & intorto genere geſticulationis alacris demonſtrabat Paridi.* ita locus vexatiſſimus ex veterum codicum veſtigiis eſt conſtituendus. certe *micacibus* diſertim illi, & *genere geſticulationis*. faceſſant igitur hominum eruditorum conjecturae, *femore* vel ſimilia ſubſtituentes. HEINS.

523. *Fulmina*] *Fulgura* unus Heinſii.

523. *Ardeſcunt ignibus.*] *Candeſcunt* prim. Erfurt. quod impenſius arridet. HEINS.

524. *Intra cava texta.*] *Inter* duodecim. *tranſtra* Leid. & Arundel. *tecta* duo. *tela* unus. *dant* etiam duo Medic. & unus Bonon.

526. *Adſiliit.*] Lego, *aſſiluit* ex Priſciani teſtimonio libr. X. pag. 906. CONSTANT. FANENSIS. *Adſiluit* vetuſtiores. HEINSIUS. In veteri codice Gol-

Spe potitur tandem; laudisque accensus amore
Inter mille viros, murum tamen occupat unus.
Sic ubi pulsârunt acres latera ardua fluctus;
Vastius insurgens decimae ruit impetus undae:
Nec priùs absistit fessam oppugnare carinam,
Quàm velut in captae descendat moenia navis.
Pars igitur tentabat adhuc invadere pinum;
Pars maris intus erat. trepidant haud secius omnes,
Quàm solet urbs, aliis murum fodientibus extra,
Atque aliis murum, trepidare, tenentibus intus.
Deficit ars: animique cadunt: totidemque videntur,
Quot veniant fluctus, ruere atque irrumpere mortes.

Non

Goldastum inveniſſe *adſaluit*, notat Spelmannus in Gloſſario in *Adſalire*. ſed ex aevi poſterioris uſu ita librarium ſcripſiſſe veroſimilius eſt. Burm.

529. *Celſi latera ardua fluctus.*] *Acres fluctus* Thuan. prim. Bonon. prim. Moreti, uterque Erfurtan. & octo alii. nec dubito ſic fuiſſe in Florentino S. Marci & Neapolitano, in quibus erasa erat vetus ſcriptura. quatuor ex vetuſtioribus, *coeli.* an *caeci?* duo, *puppis.* quinque alii, *navis.* mox, *decumae undae* prim. Mediceus, *ἀρχαικῶς.* Heins.

530. *Vaſtius.*] Pincierus Parerg. lib. II. 26. *Valdius* volebat. ſed male. nec rectius, *altius* Palatin. ſec. ita *vaſtus impetus*, de quo pluribus egimus ad lib. VIII. 359. & ita *vaſtare* de ventis Silius lib. I. 206.

Vaſtant cava tempora venti. Burm.

530. *Decimae undae.*] Maximae atque vaſtiſſimae. Nam decima quaeque unda maxima eſſe videtur, ut Ovidius in primo de Triſtibus libro Eleg. 2. teſtatur, cum inquit:

Qui venit hinc fluctus, fluctus ſupereminet omnes:
Poſterior nono eſt, undecimoque prior.

Hinc factum eſt ut *decimum decumanumque* pro maximo ampliſſimoque accipiatur, ut *decumana porta* in caſtris maxima, ut quae ab hoſtibus foret averſa, & *decumana ſcuta* ampliſſima, & *decumanus* in agro *limes*, qui longiſſimus & maximus foret. Regius. Et *Decumana ova*, quae maxima. Eodem autem modo & Lucanus dixit lib. V. 672.

Haec fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Invalidum cum puppe levat.

Et Silius lib. XIV. 121.

Non aliter Rhodopes Boreas à vertice praeceps
Cum ſeſe immiſit, decimoque volumine pontum
Expulit in terras, &c.

Vide Miſcellan. Politian. 86. Micyllus. Lib. I. Triſt. 2. longè ingenioſius & prudentius:

Qui venit hinc fluctus, fluctus ſupereminet omnes:
Poſterior nono eſt, undecimoque prior.

Huc ſanè facit, quod litteris mandavit Feſtus Pompejus. *Decumana*, inquit, *ova dicuntur, & decumani fluctus, quia ſunt magna. Nam & ovum decimum majus naſcitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur.* Nonnulla his ſimilia collegit doctiſſ. Politianus in Miſcellaneis. Cior.

532. *Moenia.*] Vid. Gifan. Indic. Lucr. in *moenia.*

533. *Tentabat adhuc invadere.*] *Tendebat* duo veteres. apud Virgilium lib II. Æn. *Tendit divellere nodos.* & lib. X. *Locum tendunt ſuperare priorem.* Adeantur quae noto ad Claudianum. I. in Eutrop. 15. ubi plura congeſſimus. Heins.

534. *Trepidant haud ſegnius omnes.*] Ad lib. II. verſ. 809. monui videri *ſecius* ſcribendum. Idem.

535. *Aliis murum fodientibus extra.*] M. Tullius in interrogatione in Vatinium eodem propè modo loquitur: *Licet impune per me parietes in adoleſcentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris.* Plautus in Aſinaria: *Ubi parietes perfoderis.* Idem in Milite glorioſo: *In eo conclavi ego perfodi parietem.* Salluſtius De Bello Jugurthino: *Alii ſuccedere, ac modo murum ſuffodere, modo ſcalis aggredi, cupere proelium manibus facere.* Cior.

536. *Murum tenentibus.*] *Tuentibus* quatuor libri. fruſtra. agit de hoſtili milite, qui jam murum obſeſſum occupavit. Heins.

537. *Animique cadunt.*] *Labant* unus Strozzae. Idem.

538. *Quot veniunt.*] *Veniant* S. Marci, Neapol. Arond. prim. Baſil. & quinque alii. Idem.

538. *Atque irrumpere mortes.*] In uno meo legitur, *montes*, non *mortes.* Cior. Pro *mortes* in multis veterum, *montes.* ut apud Virgilium I. Aen. 105. *praeruptus aquae mons.* & IV. Georg. 361.

Curvata in montis faciem circumſtetit unda.

Silius lib. XVII. 258. in Deſcriptione tempeſtatis:

——— *ſtridorque immitis rudentum*
Sibilat, ac ſimilem monti, nigrante profundo,
Duttoris frangit ſuper ora tremendia fluctum.

Apollon.

Non tenet hic lacrimas; ſtupet hic: vocat ille beatos,
Funera quos maneant: hic votis numen adorat:
Brachiaque ad coelum, quod non videt, irrita tollens
Poſcit opem: ſubeunt illi fratresque parensque;
Huic cum pignoribus domus, & quod cuique relictum eſt.
Halcyone Ceyca movet: Cëycis in ore
Nulla niſi Halcyone eſt: &, cum deſideret unam,
Gaudet abeſſe tamen. patriae quoque vellet ad oras
Reſpicere, inque domum ſupremos vertere vultus.
Verùm ubi ſit neſcit. tantà vertigine pontus
Fervet: & inductâ piceis è nubibus umbrâ
Omne latet coelum: duplicataque noctis imago eſt.
Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbos:
Frangitur & regimen: ſpoliisque animoſa ſuperſtans
Unda, velut victrix, ſinuatas deſpicit undas.
Nec levius, quam ſi quis Athon, Pindumve, revulſos
Sede ſuà, totos in apertum everterit aequor,
Praecipitata ruit: pariterque & pondere & ictu

Mergit

Apollon. Rhod. Argon. II. 169.

Εὖθα μὲν ἠλιβάτῳ ἐναλιγκιον οὔρει κῦμα
Ἀμφέρεται προπάροιθεν ἐπαίσσοντι ἐοικός.

Apud Achillem Statium in Deſcriptione raptus Europae: Ὡς ὄρους ἀναιβαίνοντος τοῦ κύματος, Paulinus nono natali Felicis:

Et tremula compage minax pendebat aquae mons.

Sed, quia jam ſupra monti undam compararat, hic nihil cenſeo mutandum. HEINSIUS. Nihil certius quam hic *mortes* legendum, id eſt praeſentiſſima pericula, aut totidem genera mortis. Stat. VI. 790.

Mille cavet lapſas circum cava tempora mortes.

Ubi Barthius rectè hunc Ovidii locum advocat. Lucan. V. 517.

Inde cadunt mortes.

Auſon. Epigr. 11.

Quam grandes parvo patitur ſub vulnere mortes.

Et ita Joſeph. Iſcanus Bell. Trojan. v. 347.

Septem mortes manus explicat una.

Sic quoque Graeci, Ariſtoph. Plut. II. IV. 66.

Ἱκανοὺς νομίζεις δῆτα ἰανάτους εἶκος.

Sophocl. Electr. 206.

Τοὺς ἐμοὺς ἐδὲ πατὴρ
Θανάτους ἀσικεῖ; διδύμαιν χέρειν.

Vide Zinzerling. Promulſ. Crit. c. XLVII. BURM.

542. *Hic votis numen adorat, Brachiaque ad coelum, &c.*] Vid. quae dixi Elegia II. lib. I. Trift. CIOFANUS.

542. *Subeunt illi materque parensque.*] In duobus mſs. & aliis vet. *Fraterque parensque.* Melius omnino. IDEM. *Fratresque* in melioribus. HEINS.

543. *Quod cuique.*] *Quodcunque* plurimi.

546. *Patriae oras.*] Malim, *patrias.* HEINSIUS. Vide lib. VIII. ℣ſ. 91. apud Catul. Epith. Pelei 132. quidam codices:

Siccine me patriis avectam, perfide, ab oris.

Ubi alii tamen, *aris.* deinde, *flectere vultus* Gronov. & Mentel. BURM.

548. *Tanta vertigine pontus Fervet.*] Alibi: *Et mare fervet aquis.* CIOF.

550. *Duplicataque noctis imago eſt.*] In uno meo, *Mortis imago eſt.* IDEM. *Mortis* etiam multi codices.

552. *Spoliisque animoſa ſuperſtes.*] In nonnullis exemplaribus eſt, *ſuperſtat.* CONSTANT. FANENSIS. Ita vet. lib. Alii aliter peſſimè legunt. CIOFANUS. *Animoſa ſuperſtes* S. Marci, Urbin. Neapol. Bernegger. Cantabrig. pr. Palat. pr. tert. quart. Medic. prim. Baſil. prim. Reg. prim. Erfurt. uterque Hamburg. aliique plurimi. *ſuperſtat* prim. Reg. Calandr. Barberin. & codices Conſtantii Fanenſis. *ſuperſtans* quatuor. rectè. *ſinuatas* etiam prim. Erfurt. & alter Strozzae cum Twiſdeniano altero. unus meus *ſinuata.* Scribe,

——— ſpoliisque animoſa ſuperſtans
Unda velut victrix, ſinuatas deſpicit undas.

HEINSIUS. Neſcio quî placere potuerit illud, *unda deſpicit undas?* in duobus codicibus erat, *deſpicit undas*, in Cantabrigienſi, *deſpicit alnos.* Baſileenſi, *deſpicit arva*, & pro varia lectione, *alnum*, forte, *ſinuatas deſpicit alas.* ut de antennis jam viventi curvatis agat, ſuper quas unda ſurgebat. praeterea illud *ſuperſtes* non temere damnandum, nam

Mergit in ima ratem. cum quâ pars magna virorum
Gurgite preſſa gravi, neque in aëre reddita, fato
Functa ſuo eſt. alii partes & membra carinae
Trunca tenent. tenet ipſe manu, quâ ſceptra ſolebat,
Fragmina navigii Cëyx: ſocerumque patremque
Invocat (heu!) fruſtra. ſed plurima nantis in ore
Halcyone conjux. illam meminitque refertque:
Illius ante oculos ut agant ſua corpora fluctus,
Optat; & exanimis manibus tumuletur amicis.
Dum natat; abſentem, quoties ſinit hiſcere fluctus,
Nominat Halcyonen, ipſisque immurmurat undis.
Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur: & ruptâ merſum caput obruit undâ.
Lucifer obſcurus, nec quem cognoſcere poſſes,
Illâ nocte fuit: quoniamque excedere Olympo
Non licuit, denſis texit ſua nubibus ora.
Aeolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes: & jam, quas induat ille,

Feſti-

nam veteres ita uſos eſſe probat locus Statii lib. VIII. 470.

Ille ingens in terga jacet, ſtat fronte ſuperſtes
Lancea.

Nec tamen ideo *ſuperſtans* repudiem, quod proprie de victore dicitur. Vid. ad Phaedr. II. Fab. 21. Burmann.

554. *Nec levius, quam, ſi quis Athon Pindumve revulſos.*] Hoc carmine alluditur ad hiſtoriam Xerxis, Perſarum Regis maximi pariterque potentiſſimi, qui montem Athon continenti abſcidit in longitudinem paſſuum mille quingentorum, ut ait Plinius, qua de re Juvenalis, *Creditur olim Velificatus Athos.* Et Sidonius inquit:

Admiſſoque in Athon tumente Ponto,
Juxta frondiferae cacumen Alpis,
Scalptas claſſibus ire per cavernas.

Nec non per *Pindum* clarum Herculis facinus innuit, qui Theſſaliam ſtagnantem aperuit ac Tempe, cujus rei Diodorus, Seneca & Lucanus commeminerunt. Jacob. a Cruce.

554. *Pindumque.*] *Pindumve* meliores. ſed non placet illud, *revulſos totos.* unus meus, *revulſum.* Neapol. & unus Gronovii, *revolſos.* pro *totos* Twiſdenianus alter, *tortos.* Forte:

Nec levius, quam ſi quis Athon Pindumve,
vel Oſſan,
Sede ſua motos in apertum everterit aequor.

Nam *everterit* pro *everteret* meliores. Heinsius. Illud *ſede motos* placere poſſet; ita enim Val. Fl. II. 513.

Motumque è ſedibus aequor.

Et vs. 522.

Quam ſede moveri Magnus Eryx.

Columel. IX. 12. *Nam hoc quoque refert, ne admodum hebes ferramentum vehementius impreſſum favos ſedibus ſuis commoveat.* & ita paſſim auctores. ſed nec minus *revulſi* montes ſe tueri poſſunt. ita lib. XIV. 181.

Vidi cum monte revulſo
Immanem ſcopulum medias permiſit in undas.

Sic *radice revellere herbas* VII. 226. & paſſim: *remiſſos* Voſſ. & Jun. & duo alii. *repulſos* Moreti. *verterit* Arund. & duo alii. *verteret* nonnulli. *mitteret* quatuor. *duceret* Regius. Burm.

556. *Praecipitata cadit.*] *Ruit* bene libri quatuor. Heins.

558. *Fato.*] *Fine* Putean.

560. *Solebat.*] *Tenebat* Thuan. Cantabr. & ſeptem alii.

561. *Fragmina navigii.*] *Remigii* Gronovianus. ut Virg. X. 306. *fragmina remorum.* ſed nihil opus. Senec. Herc. Oet. 115.

Non puppis lacerae fragmina colligit. Burm.

562. *Meminitque refertque.*] *Memoratque* unus Palatinus.

566. *Dum natat.*] *Vagat* Voſſianus. vid. ad lib. VIII. 13.

567. *Ipſisque immurmurat undis.*] Mihi magis placeat, ſi legas, *ipſamque immurmurat undis.* Quod ſonantius, nec minus Latinum. Sic Perſ. Sat. II.

Illa ſibi introrſum & ſub lingua immurmurat.

Schepper. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. *roſisque immurmurat* Barberin.

Feſtinat veſtes; jam quas, ubi venerit ille,
Ipſa gerat: reditusque ſibi promittit inanes.
Omnibus illa quidem Superis pia tura ferebat:
Ante tamen cunctos Junonis templa colebat:
Proque viro, qui nullus erat, veniebat ad aras.
Utque foret ſoſpes conjux ſuus, utque rediret,
Optabat; nullamque ſibi praeferret. at illi
Hoc de tot votis poterat contingere ſolum.
At Dea non ultra pro functo morte rogari
Suſtinet; utque manus funeſtas arceat aris;
Iri, meae, dixit, fidiſſima nuntia vocis,
Viſe ſoporiferam Somni velociter aulam:
Extinctique jube Ceycis imagine mittat
Somnia ad Halcyonen, veros narrantia caſus.
Dixerat. induitur velamina mille colorum
Iris, & arquato coelum curvamine ſignans

Tecta

571. *Excedere coelo.*] *Olympo* alter Regius. HEINSIUS. *Cui quamquam exc.* Argent. & Thyſii, *quoniam ſe excedere* Leidenſ.

572. *Texit ſua nubibus ora.*] *Sua texit* plurimi veteres. prim. Gronov. *ſubtexit.* HEINS. Vid. ad Claudian. II. in Eutrop. 451.

574. *Et jam quas induat ille.*] *Et quas mandaverat ille* Baſil.

578. *Ante tamen cunctos Junonis templa colebat.*] Quia matrimonio praeſidet. ut, *Junonemque, toris quae praeſidet alma maritis.* unde *pronuba* cognominatur. CONST. FANENSIS. *Junonia* puto. ut jam monui lib. I. Faſtor. vſ. 55. HEINS. Ad lib. I. Amor. XIII. 3. Heinſius citat, *templa frequentat.*

581. *Nullamque.*] *Nullasque* Palat. ſec.

583. *Functo morte.*] Plurimi codices, *pro functi morte rogari.* vide ad Eleg. in Druſum vſ. 393.

588. *Veros narrantia caſus.*] *Imitantia* prior Baſileenſis & octo alii. ut infr. 613. & ex Ponto I. 2. 45.

Somnia me terrent veros imitantia caſus. HEINS. Vid. ad II. ex Pont. I. 37. ita mox 626.

Somnia quae veras aequent imitamine formas.

590. *Et arquato coelum curvamine ſignans.*] Duo Vatican. & Caeleſt. *Arcato.* In uno meo, Capr. & Briantii, *Arcuato.* In altero item meo, *Arcuto.* Sed ſuprà additum eſt *A* litera: factumque *Arcuato.* Quae lectio probatur Gifanio, cujus judicium ego plurimi facio. CIOFAN. *Arcato* veteres multi. prim. Palat. & unus Mediceus, *arquato.* quod ſequor. Certe Nonius inter *arcum* & *arquum* diſtinguit, quod alter fornicem deſignet, alter iridem. unde & *arquatos* dici contendit. quae vox occurrit apud Lucretium. Atque hanc diſtinctionem Apulejus in Apologia ſecutus eſt, *arquus in nubibus* ita apud Arnob. lib. I. pag. 59. *Arquata ſella.* ubi vid. Heraldum. *Arcuato* defendit Gifan. Indic. Lucret. in *Cretico* p. 459. HEINS. In ſcriptis magna varietas, *arcato, arguto, alato, arcano, aequato, arquatico, &c.*

590. *Tecta petit.*] *Subit* unus Heinſii. quae eadem varietas lib. II. 761. VI. 669.

591. *Sub nube latentia.*] De nube nugae ſunt. Scribe, *ſub rupe* cum primo Gronovii, quarto Mediceo, Rottendorph. Graeviano & aliis duobus. ſec. Pal. & duo alii, *ſub nocte*; fruſtra. Audi Statium lib. X. Theb. 85. ubi Somni domum deſcribit ad Noſtri imitationem:

Stat ſuper occiduae nebuloſa cubilia noctis,
Aethiopasque alios, nulli penetrabilis aſtro
Lucus iners, ſubterque cavis grave rupibus antrum
It vacuum in montem: quae deſidis atria Somni.

Ceterum ſimilis quoque error apud Val. Flaccum lib. VIII. ſub finem operis eſt commiſſus, ubi *nubes* pro *rupibus* irrepſerunt:

Si Pagaſas vel Peliacas hinc denique rupes
Cerneret, & Tempe viridi ridentia luco.

At nunc ibi non tantum *nubes* perperam legitur, ſed *viridi* quoque *lucentia fumo* etiam in ſcriptis exemplaribus. perperam. ſequenti verſu unus Gronovii, *longi ſpelunca receſſus.* rectius quam vulgati, *longo receſſu.* Sic apud Senec. Herc. Fur. 679. ex MSS.

Intus immenſi ſinus
Placido quieta labitur Lethe vado. HEINS.

Sub mille Argent.

592. *Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu.*] Hoc videtur ſumpſiſſe ab Homero initio lib. XI. Odyſſeae. Ad hujus loci deſcriptionem videtur reſpexiſſe Val. Flaccus III. 398.

Eſt

Tecta petit jussi sub rupe latentia regis.
Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,
Mons cavus, ignavi domus & penetralia Somni:
Quo numquam radiis oriens, mediusve, cadensve
Phoebus adire potest. nebulae caligine mixtae
Exhalantur humo, dubiaeque crepuscula lucis.
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
Evocat Auroram: nec voce silentia rumpunt
Sollicitive canes, canibusve sagacior anser.
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanaeve sonum reddunt convicia linguae.
Muta quies habitat. saxo tamen exit ab imo
Rivus aquae Lethes: per quem cum murmure labens
Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.
Ante fores antri fecunda papavera florent,
Innumeraeque herbae: quarum de lacte soporem

Nox

Est procul ad Stygiae devexa silentia noctis
Cimmeriúm domus, & superis incognita tellus,
Caeruleo tenebrosa situ; quo flammea nunquam
Sol juga, sidereos nec mittit Juppiter annos.
Sunt tacitae frondes, immotaque silva comanti
Horret verna jugo: specus umbrarumque meatus
Subter, &c. Ciofan.

596. *Exhalantur.*] *Elaxantur* Strozzae.

596. *Dubiaeque crepuscula lucis.*] In uno meo, *Crepuscula noctis.* Atque ita legit vir pereruditus, Stephanus Pighius. Cior. Ita etiam Gronov. & sex alii: vide ad Epist. xiv. 22.

597. *Non vigil ales ibi cristati cantibus oris Evocat Auroram.*] Gallum intelligit. Sic Martialis in Distichis xiv. 223.

Surgite jam, vendit pueris jentacula pistor,
Cristataeque sonant undique lucis aves.

Gallus autem nocte Noctis Deae mactabatur. Ovid. lib. i. Fast. 455. *Nocte Deae noctis cristatus caeditur ales.* & addit causam, *Quod tepidum vigili provocat ore diem.* Cior.

599. *Sollicitive canes.*] *Sollicitaeve* duo Bononienses & prim. Hamburgensis. de quo libro iii. 140. Heinsius. Livius v. 47. *Canes, sollicitum ad nocturnos strepitus animal.*

599. *Canibusve sagacior Anser.*] Huc pertinet, quod scribit Columella lib. viii. cap. 13. *Anser*, inquit, *sollertiorem custodiam praebet quam canis: nam clangore prodit insidiantem, sicut etiam memoria tradidit in obsidione Capitolii, cum adventu Gallorum vociferatus est, canibus silentibus.* Vide etiam, si placet, Livium extremo lib. v. & quae nos superius annotavimus. lib. ii. 538. Ciofanus.

600. *Non fera, non pecudes, non moti flamine rami.*] Post hunc versum in uno meo, uno Vatic. & utroque Maffei legitur hic, qui in impressis omnibus desideratur:

Garrula nec Progne stertentia corpora mulcet.

Verum in meo est, *Efflentia pectora mulcet:* sed adscripta est glossa, *Stertentia.* In Capr. *Garrulae nec Progne stertentia pectora mulcet.* Qui optimus mihi videtur, & ipso Ovidio dignus. Ciofanus. Post hunc versum in Palatino iste inserebatur, *Garrula non Progne stertentia pectora mulcet.* Qui, cujus sit genii, tum quem hoc loco locum habeat, quivis, non omnino à poëtico alienus genio, videt. Dan. Heinsius. Multi codices subjungunt istum versum:

Garrula nec Procne stertentia pectora mulcet.

Vel ut alii, *stridentia*, vel *certantia pectora.* qui prorsus adversatur menti Nasonis nostri. nam si mulcet Procne stertentia pectora, nihil causae est, cur hinc ablegetur. Heins.

601. *Humanaeve sonum.*] Paulinus expressit hunc Ovidii locum Epist. i. ad Auson.

Dum levia humanae metuit convicia linguae.

Humanaeve sono Moreti & quindecim alii.

601. *Humanaeve sonum reddunt convicia linguae.*] Ineptissimus versus, ineptissimi parentis proles: hinc itaque amoveri debet: homo fatuus de Picis aliquid in animo habebat, & pannum mendicabuli purpurae Ovidianae assuit. vid. lib. v. argum. 12. Tan. Faber lib. ii. Epist. 69.

602. *Muta quies.*] *Multa* quatuor. *saxo quoque venit* Gronov.

603. *Per quem cum murmure.*] Barth. ad Stat. x. Theb. 96. legit, *Querulo cum murmure labens.* nam ineptum videbatur ipsi, *Undas labi per rivum*, vel *undam.* in Mediceo uno & tribus aliis est, *lambens.* mallem ego, *querulo quae murmure labens*,

Nox legit, & ſpargit per opacas humida terras.
Janua, quae verſo ſtridorem cardine reddat,
Nulla domo totâ; cuſtos in limine nullus.
At medio torus eſt, hebeno ſublimis in atrâ,
Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus:
Quo cubat ipſe Deus, membris languore ſolutis.
Hunc circa paſſim, varias imitantia formas,
Somnia vana jacent totidem, quot meſſis ariſtas,
Silva gerit frondes, ejectas litus arenas.
Quo ſimul intravit, manibusque obſtantia virgo
Somnia dimovit; veſtis fulgore reluxit
Sacra domus: tardàque Deus gravitate jacentes

Vix

vel, cum in uno Moreti legatur, *rivus aquae lenis*; poſſet legi, *Rivus aquae Lethes, leni quae murmure labens.* ut *leni* ſit abſorptum à *Lethes.* Imitatus hunc Ovidii locum Statius lib. I. Silv. III. 41.

Nox ſilet, & nigros invitant murmura ſomnos.

Ut Gronovius conjiciebat legendum ex prima Thebaide, 388. ubi, *Invitat teneros ad dura cubilia ſomnos.* praeterea ibi *pigros* malebat Heinſius. BURMANN.

605. *Fores antri.*] *Thalami* unus Medic.

608. *Janua ne verſo.*] *Quae reddat* octo ſcripti. quod rectius. HEINS. Recte. nam ſi *fores* ſunt ante antrum, intus januas fuiſſe veroſimile eſt, ſed minime ſonoras. deinde *moto cardine* unus Heinſii. in Neapolitano eraſa erat vetus lectio. ſed *verſo* retinendum eſt. IV. 93.

Callida per tenebras, verſato cardine, Thisbe
Egreditur.

Lib. XIV. 782.

Nec ſtrepitum verſo Saturnia cardine fecit.

BURMANN.

610. *At medio torus eſt ebeno ſublimis in antro.*] Aut *ebeni* legendum, aut *ebeno ſublimis in atra* cum primo Mediceo. pro *unicolor*, quod quid ſibi velit neſcio, S. Marci Florentinus, *atque color.* Spirenſis, *utve color.* Scribe, *atricolor*, quamquam & *unicolor* occurrit apud Paulinum ſeptimo Natali Felicis:

Unicolor plumis ales ſed picta loquelis.

Sic *concolor*, *decolor*, *diſcolor*, *verſicolor*, *bicolor* & ſimilia paſſim. ſic literas Auſonius Epiſt. VII. ad Theonem, *Cadmi filiolas atricolores* dixit. apud eundem *nocticolor Styx*, & *tricolor ſpuma. crimine nocticolores* apud Paulinum decimo natali Felicis. apud Solinum cap. II. *Cui nigricolor facies propria*, caſtigante Salmaſio. *albicolor* apud Corippum Africanum, poëtam non malum, ut illa ferebant tempora. & *lacticolorem ſpongiam* ibid. *multicolora prata* apud Prudentium Cathemer. Hymno III. & *multicolores notae* apud Marc. Capell. lib. I. *Multicolor veſtis* Apulejo. *multicolor lapis* Plinio. *multicolor fucus* Prud. περὶ Στεφάν. Hymno Hippolyti. & *omnicolor pictura* eidem Hymno SS. Petri & Pauli. quomodo & Lucilio, *omnicolor fomentum* apud Nonium in *coluſtra.* & *animae unicolores* Hamartig. eidem Prudentio. in Catalectis Pithoei, *multicolor Iris*, & *floricolor. nocticolor* etiam occurrit apud Gellium ex Naevio lib. XIX. cap. XII. & *pudoricolor Aurora. Flucticolor hyacinthi profunditas*, Marciano Capellae libro primo. *Oſtricolor pepli textus*, Sidonio Apollinari Panegyrico Majoriani. Virgilius in dedicatione Aeneidos:

Marmoreusque tibi, Dea, verſicoloribus alis
In morem picta ſtabit Amor pharetrâ.

Quomodo ſcribendum. Amori alas purpureas adſcribi à poëtis quis neſcit? Scaliger, *diverſicoloribus alis.* quod Latinum non eſt. ſcio occurrere apud Marcianum lib. I. *diverſicolorem fluentorum diſcretionem*, ſed de ſcripturae ſinceritate dubito. nec felicius Pithoeus, *aut ignicoloribus.* ſed cum nullus dubitem eam Pithoeanae editionis lectionem ex vetuſto aliquo codice depromtam eſſe, parum abeſt, quin perſuadear, ut credam reponendum eſſe, *Dea, cygnicoloribus alis.* ſive candidis, ſive purpureis intelligas. nam & purpureae alae Amori à poëtis paſſim aſſignantur, & *olores* Horatio *purpurei* ſunt. Sed ad rem. *atricolor* etiam in Neapolitano videbatur ſcriptum, eraſa quidem lectione veteri, ſed reſtante interlineari gloſſa, *id eſt, niger.* ſec. Palat. *inicolor.* Cogitabam aliquando, *aequicolor*, inſiſtens veſtigiis optimi Florentini codicis. hoc eſt, aequi cum ebeno atra coloris, ebeno concolor. ut locutus Silius libro VII. 682.

Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis,
Nigra viro membra, & furvi juga celſa trahebant
Cornipedes, totusque novae formidinis arte
Concolor aequabat liventia currus equorum
Terga,

Apud

Vix oculos tollens; iterumque iterumque relabens,
Summaque percutiens nutanti pectora mento,
Excussit tandem sibi se: cubitoque levatus,
Quid veniat (cognôrat enim) scitatur. at illa:
Somne, quies rerum, placidissime Somne Deorum,
Pax animi, quem cura fugit; qui corda diurnis
Fessa ministeriis mulces, reparasque labori;
Somnia, quae veras aequent imitamine formas,
Herculeà Trachine jube, sub imagine regis,
Halcyonen adeant; simulacraque naufraga fingant.
Imperat hoc Juno. postquam mandata peregit
Iris, abit. neque enim ulterius tolerare vaporis

Vim

Apud Ausonium pari modo *aequimanus* occurrit:

Quis Myrmilloni componitur aequimanus? Thrax.

Aequimanus Symmacho in Epistolis est quod Homero περιδέξιος. *ossicula aequilatera* eidem Ausonio in praefatione Centonis Nuptialis, quae duo habent latera aequalia. apud eundem alibi *aequanimus*, & *partes aequipares* occurrunt. *aequipari facundia* Apulejo quoque libro I. Florid. de Apolline: *Corpus totum gratissimum, membra nitida, lingua fatidica, seu tute oratione, seu versibus malis utroque facundia aequipari.* ubi scribendum, *seu soluta oratione, seu versibus malis.* quod miror eruditos interpretes fugisse. *atricolor* tamen non damno, qua voce etiam Plinium in Naturali Historia usum memini. sed locus non succurrit. Heinsius. *Atricolor* sensui optime quidem convenire videtur: apud Plinium tamen hanc vocem occurrere non puto, sed obversatam felicis satis, sed saepe etiam fallacis memoriae, viro puto vel locum ex libr. II. c. 7. *Esse Deos atricolores, aligeros, claudos, ovo editos, puerilium prope deliramentum est*, ut quaedam editiones exhibent. sed in MS. & emendatioribus editis est, *atri coloris*, vel alium locum ex libro XXXV. cap. II. sed & ibi legitur, *hic totum bovem atri coloris fecit. multicolores* saepe lapides dicit; ut Hexecontalithon & Mithracem lib. XXXVII. 10. de *versicolore* & *versicolorio* egregie Salmas. ad Vopisc. Aurel. cap. 46. reliquae lectiones omnes incertis conjecturis nituntur. & forte *unicolor* torus hic servandum, ne somno indulgentem varietas colorum à sopore detineat, sed nigredine oculos minime feriat. Burm.

615. *Ejectas litus arenas.*] Veteres libri, *Ejectat litus.* Rectè. Illud perperam: nisi quis voluerit κατὰ προσωποποιΐαν dictum esse: vel *ejectas* erit participium cum voce *arenas* conjungendum. Ciofanus. *Ejectas* cum melioribus. Heinsius. *Gerat* etiam Genev.

618. *Sacra.*] Puto, *atra.* Heins. *Refulsit* Gron. & quatuor alii. sed cur non *sacra*, cum Somnus sit Deus? vel eo sensu, quo *sacra quies loci* Val. Flacco III. 421. &, *sacra nox nemoris* VIII. 25.

622. *Cognovit enim.*] *Cognorat* quinque. *cognoscit* tres.

623. *Somne, quies rerum, &c.*] Hunc locum videtur adumbrasse Statius lib. V. Silvarum IV. 1.

Crimine quo merui juvenis placidissime Divûm,
Quove errore miser, donis ut solus egerem
Somne tuis? tacet omne pecus, volucresque feraeque,
Et simulant fessos curvata cacumina somnos.

Et Seneca in Hercule Furente 1065.

Tuque ô domitor
Somne laborum, requies animi. Ciofan.

Citat haec Ovidii Lutatius ad Stat. I. Theb. 500. in duobus erat, *summa quies*, & in quindecim, *placidissima.*

624. *Pax animi.*] Sic Lucretius lib. III. sub principium:

Omnia suppeditat porro natura, neque ulla
Res animi pacem delibat tempore in ullo.

Pax autem *animi* valet, opinor, requies animi, ut est in illo, quem modò protuli, Senecae versu. Ciofanus.

624. *Qui corpora duris Fessa ministeriis.*] *Qui corda diurnis* prim. Basil. rectè. nisi mavis cum aliis quatuor, *membra diurnis.* libro IV. 214.

——— *ea fessa diurnis*
Membra ministeriis nutrit reparatque labori.

Libro VIII. 83.

Prima quies aderat, qua curis fessa diurnis
Pectora somnus habet.

Similiter *currus* solis *diurnos* lib. IV. & *diurnos ignes* lib. VII. dixit. Heins.

625. *Mulces.*] *Nutris* Basil. & Sprotii. pro *reparasque, reficisque* sec. Palat.

626. *Somnia quae veras aequant.*] *Aequent* sec. Palat. Arondel. & alii complures. bene. Heins. *Sacras formas* Gronov. pr. vid. supr. ys. 588.

Vim poterat. labique ut Somnum ſenſit in artus;
Effugit; & remeat per quos modo venerat arcus.
At pater è populo natorum mille ſuorum
Excitat artificem, ſimulatoremque figurae,
Morphea. non illo juſſos ſollertius alter
Exprimit inceſſus, vultumque ſonumque loquendi.
Adjicit & veſtes, & conſuetiſſima cuique
Verba. ſed hic ſolos homines imitatur: at alter
Fit fera, fit volucris, fit longo corpore ſerpens.
Hunc Icelon Superi, mortale Phobetora vulgus
Nominat. eſt etiam diverſae tertius artis
Phantaſos. ille in humum, ſaxumque, undamque, trabemque,
Quaeque vacant animâ feliciter omnia tranſit.
Regibus hi, ducibusque ſuos oſtendere vultus
Nocte ſolent: populos alii plebemque pererrant.
Praeterit hos ſenior: cunctisque è fratribus unum
Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus
Eligit: & rurſus molli languore ſolutus

Depo-

627. *Herculeam Trachina jube.*] *Herculea Trachine* cum melioribus. Heinsius. *Herculeam Trachina* dici recte poſſe conſtat, ſed an in hac fabula? cum Seneca, notante Heinſio Herc. Oetaeo. 196. dicat, *Raptum conjux Ceyca gemit.* accidit ergo haec metamorphoſis ante Herculem, à quo Trachin *Herculea* demum dici debuit. ſed licentia ſua utuntur Poëtae, qui epitheta etiam imponunt à perſonis vel rebus poſterioris aevi. vid. ad libr. III. 169. & VI. 416. Burm.

630. *Tolerare ſoporis Vim poterat.*] Spirenſis, Florent. S. Marci, *vaporem vi poterat.* Forte, *vaporam vim.* ut *vaporus ardor* apud Prudentium, à *vapore*, *vaporus* & *vaporatus.* quomodo à *ſopore*, *ſoporus* & *ſoporatus.* Nec male tertius Bononienſis ex veterrimo, quod paſſim apparebat, codice deſcriptus, *vaporis vim.* Statius Theb. X. ℣s. 203. ubi Somni regiam deſcribit:

——— ——— *corpore pigro*
Strata calent, ſupraque torum niger adflat anhelo
Ore vapor.

Ita ſcribe. non, *efflat.* Heins.

631. *Senſit.*] *Sentit* quatuor libri.

632. *Per quos arcus.*] *Per quas auras* duodecim libri.

636. *Exprimit.*] Malo, *Exprimat.* mox ſec. Palat. & unus meus, *modumque loquendi*, non *ſonumque.* Heinsius. Ego *ſonum* retineo, cum quia mox 671. dicit, *adjicit his vocem;* & 677. *voce ſui ſpecieque viri.* tum quia ſaepe *vultum* & *vocem*, conjungi, ut duas praecipuas notas, quibus inter ſe homines diſtinguuntur, video in ſimilibus. Val. Flac. VII. 32.

Ille autem jamjam vultus, vocemque parantem
Ante aperit.

Et ℣s. 155.

Non jam mentitae vultum vocemque reſumit
Chalciopes.

Stat. II. Theb. 96.

Tireſiae vultus vocemque & vellera nota
Induitur.

Virgil. V. 649.

Qui vultus, vocisque ſonus, vel greſſus eunti.

Heinſ. ad Ovid. I. Art. 467. citat, *adjicit his voces*, lapſus memoria, & confundens haec cum ℣s. 671. Burm.

638. *Cuique.*] *Quaeque* plurimi ſcripti. mox, *hic ſolus* Cantabr. Oxon. & Baſil.

639. *Longo corpore.*] *Pectore* unus. *tempore* duo: Heinſius malebat, *tergore.*

640. *Mortale Phobetora vulgus.*] *Phobetor* terrefactor interpretari poteſt. Sic autem eſt legendum: quamvis corruptè *Phebetora* in exemplaribus legatur. Regius. Admodum variant in his nominibus ſcripti. *Itacon*, *Itecon*, *Atecon. Eliton*, *Itelon. Ycetum*, *Ycaton*, & neſcio quae monſtra. *Phebetora*, *Phabetora*, *Phebetona*, *Phlebotora*, *Phlebetona*, &c.

643. *Fallaciter omnia tranſit.*] *Feliciter* bene unus Palat. & meus chartaceus, cum uno Moreti. III. Amor. Eleg. V.

Feli-

Depoſuitque caput, ſtratoque recondidit alto.
Ille volat, nullos ſtrepitus facientibus alis,
Per tenebras intraque morae breve tempus in urbem
Pervenit Haemoniam: poſitisque è corpore pennis
In faciem Cëycis abit: formâque ſub illâ
Luridus, exſangui ſimilis, ſine veſtibus ullis,
Conjugis ante torum miſerae ſtetit. uda videtur
Barba viri, madidisque gravis fluere unda capillis.
Tum lecto incumbens, fletu ſuper ora refuſo,
Haec ait: Agnoſcis Cëyca, miſerrima conjux?
An mea mutata eſt facies nece? reſpice; noſces:
Inveniesque tuo pro conjuge conjugis umbram.
Nil opis, Halcyone, nobis tua vota tulerunt.
Occidimus. falſae tibi me promittere noli.
Nubilus Aegaeo deprendit in aequore navim
Auſter, & ingenti jactatam flamine ſolvit:
Oraque noſtra, tuum fruſtra clamantia nomen,
Implêrunt fluctus. non haec tibi nuntiat auctor

Ambi-

Feliciter ille maritus.

Pro *Quaeque vacant anima*, Spirenſis, *animi*. ut ſecundum caſum hoc verbum regat. codex S. Marci, *animo*. Heinsius. *Velociter* Exc. Hercul. *quaeque carent* Theat. fragm. & quatuor alii.

647. *Morphea qui.*] Hunc verſum ut ſpurium damnat Barthius ad Stat. x. Theb. 131. quia, *edita Thaumantidos* pro mandatis parum Latine dici putat. ſed defendi ſatis poſſe hanc vocem puto, quia uſus hujus verbi frequens eſt in religioſis & reſponſis deorum, quae proferuntur. ut Gronovium notaſſe ad Livii xxv. 12. & xliii. 14. oſtendimus ad Argum. 1. libri quarti. Idem Livius lib. xxxvii. 3. *Quibus diis decemviri ex libris fieret ediderunt*, ubi mallem, *fieret*, *ex libris ediderunt*. adde Curtii locum lib. iii. 3. *Vatum reſponſo*, *quod edebatur in vulgus*. & lib. iv. 10. *Edita in vulgus reſponſa*. qui, quod propius huc facit, etiam *edere mandata* dixit x. 8. Tibullus quoque lib. 1. iv. 67.

Haec mihi, *quae canerem Titio*, *Deus edidit ore.*

Et ita Cicero & alii paſſim loquuntur. *peragere* ergo *edita* eſt idem, quod *dicta*, ut mox 668. *mea fata edo*. & ita lib. viii. 814. *dicta fames Cereris peragit*. ita *juſſa peragere* ii. 119. *mandata* xii. 502. & alibi. Burm.

648. *Languore ſolutus.*] *Solutum* rectius duo veteres. Heins. Neſcio an *caput* rectius *ſolutum*, quam ipſe Deus *ſolutus* dicatur. nam *ſolutus ſomno*, *mero*, *morte*, & ſimilibus paſſim occurrit. vid. ad Petron. cap. 79. & 109. & Juſt. ix. 6. *deponere vero caput* dixit etiam lib. iii. Amor. v. 21. Burmannus.

749. *Recondidit alto.*] *Antro* tertius Gronovii. unde Heinſius, *atro*. in Ambroſ. erat, *aſto*, & emendatum, *oſtro*. *reconditus* etiam Gronov.

652. *Haemoniam.*] *Oetcam* maluiſſe Scaligerum monuit Heinſius.

653. *Sumptâque figurâ.*] *Formaque ſub illa* cum prim. Baſil. Arondel. prim. Moreti & decem aliis. Heinsius.

654. *Exanimi.*] *Exangui* meliores magno numero.

656. *Madidisque gravis.*] *Madidisque viri* Florent. S. Marci, Neapol. & tert. Bonon. Idem. *Fluit* duodecim.

658. *Haec ait.*] Malim, *Huncne*, *ait*, *agnoſcis Ceyca?* ſic libro vi. 273.

Heu quantum haec Niobe, *Niobe diſtabat ab illa!*

Paulo ante pro, *profuſo fletu* prim. Erfurt. Thuan. Bernegger. Cantabrig. & quatuor alii, *refuſo*. Heins. Qui etiam conjecerat, *dic*, *ait*, *agnoſcis*.

658. *Agnoſcis Ceycaque miſerrima conjux?*] Libri veteres, *Ceyca* ſine *que*. placet. Ciof.

660. *Inveniesque tuo pro conjuge.*] Arundel. *toto pro corpore*. forte, *invenies toto pro corpore corporis umbram*. vid. ad lib. vi. 142. Heinſius malebat, *noto pro corpore*. Burm.

662. *Falſo tibi me promittere noli.*] *Falſe* prim. Gronov. Lege, *falſae*. mox *navim* pro *navem* meliores. Heins.

663. *Deprendit.*] *Depreſſit* Medic. vid. ad Phaedr. v. Fab. 4.

667. *Va-*

Ambiguus: non iſta vagis rumoribus audis.
Ipſe ego fata tibi praeſens mea naufragus edo.
Surge, age: da lacrimas; lugubriaque indue: nec me
Indeploratum ſub inania Tartara mitte.
Adjicit his vocem Morpheus; quam conjugis illa
Crederet eſſe ſui. fletus quoque fundere veros
Viſus erat: geſtumque manus Cëycis habebant.
[Ingemit Halcyone lacrimans, motatque lacertos
Per ſomnum: corpusque petens amplectitur auras:
Exclamatque, Mane. quo te rapis? ibimus unà.]
Voce ſui, ſpecieque viri, turbata ſoporem
Excutit: & primo ſi ſit circumſpicit illic,
Qui modo viſus erat. nam moti voce miniſtri
Intulerant lumen. poſtquam non invenit usquam;
Percutit ora manu: laniatque à pectore veſtes:
Pectoraque ipſa ferit. nec crinem ſolvere curat;
Scindit: & altrici, quae luctûs cauſſa, roganti,
Nulla eſt Halcyone, nulla eſt, ait: occidit unà
Cum Cëyce ſuo. ſolantia tollite verba.
Naufragus interiit. vidi, agnovique; manusque
Ad diſcedentem, cupiens retinere, tetendi.
Umbra fuit: ſed & umbra tamen manifeſta, virique

Vera

667. *Vagis rumoribus.*] *Malis* Medic. *vagis erroribus* Voſſian.

672. *Fundere.*] *Mittere* Baſil.

673. *Geſtumque manus.*] Planudes, *ſceptrumque manus Ceycis habebat.* NAUGER. Fruſtra cum Planude quidam codices, *ſceptrumque.* dixi lib. VI. Vs. 308. HEINS. *Habebant* Oxon. & tres alii.

674. *Ingemit Halcyone, lacrimas movet.*] Fortaſſe legendum ſit:

Ingemit Halcyone lacrymans; movet atque lacertos. NAUGERIUS. *Lacrymans* cum prim. Erfurt. altero Hamburg. & aliis nonnullis. Recte itaque Gronovius:

Ingemit Alcyone lacrymans, motatque lacertos.

Sed ut dicam quod res eſt, habeo perſuaſum, cum ſequentibus duobus hunc verſum ab aliena manu hic inculcatum eſſe. Auget ſuſpicionem, quod paulo poſt ſex ſcripti agnoſcant, *Voce ſui ſpecieque viri,* non, *voce ſua.* quomodo omnino legendum, ſi hi tres verſus tollantur. HEINS.

678. *Et primo: ſi ſit circumſpicit illic, Qui modo viſus erat, nam moti voce miniſtri Intulerant lumen.*] Hic quoque videtur alludi ad hiſtoriam Caſſii Parmenſis; qui M. Antonii partes ſequutus, exiſtimavit ad ſe venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, ſqualidum barba & capillo demiſſo, interrogatumque quisnam eſſet, reſpondiſſe cacodaemona, perterritus tam tetro viſu & nomine horrendo, ſervos inclamavit, ſciſcitatusque eſt, ſi quem talis habitus, aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidiſſent, quibus affirmantibus neminem illuc acceſſiſſe, iterum quieti ſe dedit, & eadem animo ejus obſervata eſt ſpecies; fugato ergo ſomno, lumen introferri juſſit, puerosque à ſe diſcedere vetuit. Haec ex Valerio lib. I. cap. VII. §. 7. JACOB. A CRUCE.

678. *Illic.*] *Ille* Medic. Ox. & plurimi alii. *illuc* tres. ſi *illic* retineas ſeq. verſu legendum, *Qua modo viſus erat. quo* erat in pr. Medic.

681. *Intulerant.*] *Attulerant* Florent. S. Marci. vid. ſupr. lib. X. 473.

681. *Percutit ora manu.*] *Perculit* unus meus. de quo alibi. mox *crinem* pro *crines* nonnulli. HEINS. Vide ad lib. IV. 138.

683. *Scindit.*] In quinque codicibus eſt, *ſaevit,* de quo vide ad lib. II. 339. *ſedit* unus, unde Heinſius *caedit* faciebat. *ſolvit* unus. *curans* etiam Putean. & Sarrav.

685. *Solantia tollite verba.*] Haec mihi non ſatis fortiter exprimere videntur affectum & impatientiam dolentis lugentisque Alcyones, verba magis pathetica erunt ſi legas, *ſolamina tollite veſtra.*

SCHEPPER.

Vera mei. non ille quidem, ſi quaeris, habebat
Adſuetos vultus: nec, quo prius ore, nitebat.
Pallentem, nudumque, & adhuc humente capillo
Infelix vidi. ſtetit hoc miſerabilis ipſo
Ecce loco: & quaerit, veſtigia ſi qua ſuperſint.
Hoc erat, hoc animo quod divinante timebam;
Et ne, me fugiens, ventos ſequerere rogabam?
At certè vellem, quoniam periturus abibas,
Me quoque duxiſſes. tecum fuit utile, tecum
Ire mihi. neque enim de vitae tempore quidquam
Non ſimul egiſſem: nec mors diſcreta fuiſſet.
Nunc abſens pereo, jactor nunc fluctibus abſens:
Et, ſine me, me pontus habet. crudelior ipſo
Sit mihi mens pelago: ſi vitam ducere nitar
Longius; & tanto pugnem ſupereſſe dolori.
Sed neque pugnabo: nec te, miſerande, relinquam:
Et tibi nunc ſaltem veniam comes. inque ſepulcro,
Si non urna, tamen junget nos litera: ſi non
Oſſibus oſſa meis, at nomen nomine tangam.
Plura dolor prohibet; verboque intervenit omni
Plangor: & attonito gemitus è corde trahuntur.
Mane erat: egreditur tectis ad litus: & illum

Moeſta

Schepper. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. Sed ita paſſim Noſter *precantia*, *narrantia*, *indignantia*, *jurantia verba*, & ſimilia.

686. *Naufragus interiit*, *vidi*, *agnovique*, *manusque Et diſcedentum.*] Latinitas poſtulat, ut poſt *Agnovique* diſtinguatur, & *Manusque* conjungamus cum, *& diſcedentem cupiens retinere.* Glarean.

688. *Umbra fuit.*] *Fugit* prim. Erfurt. Bernegger. prim. Vatican. fragmen. Theat. & viginti alii. recte. Heinsius. Fab. II. Ep. 69. ut conjecturam venditat, *umbra fuit*, quod editiones innumerae & ſcripti plurimi exhibent. eſt tamen, ut puto, rectius, quod ſequentia oſtendunt: concedentis enim eſt, *umbra fuit*; reſpondentis vero, licet umbra, fuit tamen *manifeſta* & *vera. ruit* Patav. Burm.

690. *Aſſuetos vultus.*] Puto, *cultus.* ne bis idem dicat. atque ita haec reſpondebunt ſequentibus, *Pallentem nudumque.* Heins.

693. *Et quaerit*, *veſtigia ſi qua ſuperſint.*] Haec ſunt poëtae verba de Halcyone, mira me Hercle phantaſia, quaſi quae veſtigia adhuc monſtrare velit, ſtatimque non inventis exclamat, *Hoc erat*, per apoſtrophen plenam querelarum. Glarean.

696. *Periturus abibas.*] Heinſ. ad Rem. 793. citat, *fugitivus abibas*, memoriae credo vitio. *meriturus* multi.

697. *Fuit*, *ah fuit utile tecum.*] *Fuit ô* decem ſcripti. *multum fuit* Florent. S. Marci & duo alii. *quoniam* Bernegger. at Neapol. prim. Medic. prim. Hamburg. & praeterea ſex, probe,

—— *tecum fuit utile*, *tecum.* Heins.

700. *Nunc abſens perii*; *jactor quoque fluctibus abſens.*] *Pereo* Urbin. Thuan. prim. Gronov. prim. Moret. uterque Erfurt. aliique complures. *jactor nunc* quoque recte unus meus. Idem.

701. *Et ſine me te pontus habet.*] Redde Naſoni ſuum acumen & ſcribe, *ſine me me pontus habet.* quomodo in Barberiniano poſtea inveni & in uno Mediceo à manu prima. nihil verius. ſuperiora confirmant. niſi mavis:

Nec ſine me te pontus habet.

Sed alterum praeſtat. Ludunt frequenter ſcriptores in his argutiis. vide Epigramma CIII. Auſonii, cujus initium:

Vado: ſed ſine me, *quia te ſine.* Idem.

702. *Si vitam ducere nitar Longius.*] In meo legitur, *Quaeram*, non *Nitar.* Ciof. Ita infr. 754. *deſcendere ad ipſum Ordine perpetuo quaeris.*

707. *Nomen.*] *Nomine nomina tangam* Junian. & unus Heinſii.

Moesta locum repetit, de quo spectârat euntem.
Dumque, Moratus ibi; dumque, Hîc retinacula solvit,
Hoc mihi discedens dedit oscula litore, dicit,
[Dumque notata oculis reminiscitur acta, fretumque]
Prospicit; in liquidâ, spatio distante, tuetur
Nescio quid, quasi corpus, aquâ; primoque, quid illud
Esset, erat dubium, postquam paullo adpulit unda;
Et, quamvis aberat, corpus tamen esse liquebat;
Qui foret, ignorans, quia naufragus, omine mota est,
Et, tamquam ignoto lacrimam daret, Heu miser, inquit,
Quisquis es, & si qua est conjux tibi! fluctibus actum
Fit propius corpus. quod quo magis illa tuetur,
Hoc minus & minus est amens sua. jamque propinquae
Admotum terrae, jam quod cognoscere posset,
Cernit: erat conjux. Ille est, exclamat: & unà
Ora, comas, vestem lacerat: tendensque trementes
Ad Cëyca manus, Sic, ô carissime conjux,
Sic ad me, miserande, redis? ait. adjacet undis

Facta

709. *Gemitus à corde.*] *E corde* Bernegger. alii nonnulli, *de corde.* Heins.

710. *Mane erat, egreditur tectis ad littus.*] De quo littore loquatur incertum. neque enim Trachin propè mare erat. sed nunc desinam, toties hoc conatu illusus, de his quaerere in fabulis. Glarean. *Egreditur thalamis* Junian. & Thuan.

712. *Dumque moratur ibi.*] Puto, *Dumque, Moratus ibi est.* ut Halcyones sint verba. mox *dicit* pro *dixit.* meliores. Heins.

714. *Dumque notata oculis reminiscitur acta fretumque.*] *Quae dum tota locis* S. Marci & duo alii. *Dumque novata oculis* prim. Basil. *Dumque notat littus* sec. Palat. Versus est adulterinus. proximo opinor legendum, *Prospicit, en liquidâ.* Idem. Forte, *dumque notata oculis reminiscitur ante, fretumque Prospicit.* vid. inf. xv. 660.

715. *Postquam paulum appulit undae.*] *Unda* ex scriptis. *paulo* etiam multi veteres. bene. Heins.

719. *Quis foret.*] *Quid* vel *Qui* meliores. & mox, *lacrymam* pro *lacrymas.* Idem.

723. *Hoc minus & minus est mentis, jam jamque propinquae.*] S. Marci, Neapol. Urbin. prim. & sec. Palat. prim. Vatican. aliique complures, *mentis sua. jamque propinquae.* septem cum Spirensi, *mentis suae.* unus Medic. *menti sua.* Oxon. *jam mens sua.* Scribe minimâ mutatione:

Hoc minus & minus est amens sua.

Adeantur quae notavimus lib. iii. vs. 687. Cicero tertio Tusculanar. Quaest. cap. 5. *Nec minus illud notare, quod animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt amentiam, eandemque dementiam.* Apulej. lib. viii. *Quasi Deûm praesentia soleant homines non sui haud fieri meliores, sed debiles effici vel aegroti.* sic illa scribenda sunt, ubi perperam τὸ *haud* erat omissum. nisi Graecismus subest *sui meliores.* ἑαυτῶν βέλτιοι. quod probo. Arnobius libro primo. *Superstitiosa nimium res est, cum ipse sis non tuus, potentioribus dare velle conditionem.* Apulej. lib. ii. Met. *Adhaec Diophanes ille Chaldaeus, egregius mente viduus, necdum suus hospes, inquit, nostri tam diram peregrinationem incidant.* ubi in veteri codice, *nec adhuc suus.* apud Pomp. Melam de Nilo. *Cum diu simplex suusque desrendit.* Heins. *Mentis sibi* Leid. vel *sibi mentis* alius.

726. *Vestem lacerat.*] *Vestes* tres. *lacerans* totidem. *laniat* Leid. & duo alii.

729. *Primas aequoris undas Frangit.*] Jam dixerat, *adjacet undis.* optime igitur praestantissimus Thuaneae bibliothecae liber, quart. Medic. prim. Bonon. prim. Moret. *iras,* ne bis eadem voce utatur. Pari modo Valerius Flaccus lib. vii. v. 583.

——— *aequora non sic*
In scopulos irata ruunt, eademque recedunt
Fracta retro.

Sic scribe, non *Facta.* Silius libro iii. 55.

Mox remeat gurges fractoque relabitur aestu.

Ubi *tractoque* perperam nunc legitur. *Ira maris* eidem Valerio libro i. 37.

Ira maris, vastique placent discrimina ponti.

Tibul-

Facta manu moles: quae primas aequoris iras
Frangit; & incursus quae praedelassat aquarum.
Insilit huc: mirumque fuit potuisse; volabat:
Percutiensque levem modo natis aëra pennis,
Stringebat summas ales miserabilis undas.
Dumque volat; moesto simílem, plenumque querelae
Ora dedere sonum, tenui crepitantia rostro.
[Ut verò tetigit mutum & sine sanguine corpus;
Dilectos artus amplexa recentibus alis,
Frigida nequicquam duro dedit oscula rostro.]
Senserit hoc Cëyx, an vultum motibus undae
Tollere sit visus, populus dubitabat: at ille
Senserat. & tandem, Superis miserantibus, ambo
Alite mutantur. fatis obnoxius isdem
Tunc quoque mansit amor, nec conjugiale solutum
Foedus in alitibus. coëunt, fiuntque parentes:
Perque dies placidos, hiberno tempore, septem
Incubat Halcyone pendentibus aequore nidis.

Tum

Tibullus libro II. Eleg. IV. 10.

Stare vel insanis cautes obnoxia ventis,
Naufraga quam vasti tunderet ira maris.

Sic codex Thuaneus. nihil usitatius Nasoni nostro. Ep. Leandri: *Si cadat ira maris.* ubi male in multis, *unda.* libro XII. ℣s. 36.

—— *pariter maris ira recessit.* Heins.

Vid. ad Ep. XVIII. 2.

730. *Praedelassat.*] Variant scripti; *praedae quae lassat*, vel, *qua praedam traxit.* pr. Gronov. quod ultimum etiam Argent. agnoscit. *praedegustat* unus. *praedecessit* alius. *credo laxat* unus Heinsii.

731. *Insilit huc.*] *Huic* nonnulli. duo Leidenses, *hunc.* Puto, *hanc.* vide Notas lib. VIII. vers. 142. Heinsius.

736. *Ut vero tetigit.*] Hos quoque tres versus non esse Nasonianos censeo. medius certè,

Dilectos artus amplexa recentibus alis,

Omnino otiosus est. nam quid opus *recentibus alis*, cum paulo ante *modo natis pennis* dixerit? Certe in uno Gronoviano hic ipse, ut & tertius, margini erat adscriptus. Idem. Non facile hos quoque damnarem, aut otiosos crederem, qui novi luxuriem Poëtae nostri, qua sibi toties indulget in variandis narrationibus, & saepe ultra modum extendendis: aliud tamen est *alis amplecti* corpus, aliud *percutere aëra.* si quem, *τὸ recentibus* offendat. ille poterit cum uno Mediceo legere, *trementibus.* praeterea, si ejiciantur hi versus, non video quo sequentia illa, *senserit hoc Ceyx*, referri possint: nam ad sonum haec pertinere non puto, sed ad oscula. Burmann.

741. *Ambo Alite mutantur.*] Hanc fabulam à Nicandro Ovidium accepisse ait Probus in primum Georgicorum. Const. Fanens.

743. *Conjugale solutum.*] Emenda, *conjugiale*, ut versus eat rectus. Idem. *Conjugiale* ex scriptis. dixi lib. V. initio. Heins.

745. *Perque dies placidos, hiberno tempore, septem Incubat Halcyone pendentibus aequore nidis.*] De hoc sic Varro primo Hebdomadôn, ut est apud Nonium: *Dies deinde illos, quibus Halcyones hieme in aqua nidulantur, eos quoque septem esse dixit.* Sic etiam Simonides, ut refert Aristoteles lib. V. de Historia Animalium, quod ad hunc locum mirifice facit: Cujus haec sunt: Ἡ δὲ ἀλκυὼν τίκτει περὶ τροπὰς χειμερινὰς. διὸ καὶ καλοῦνται ὅταν εὐδιειναὶ γένωνται αἱ τροπαὶ, ἀλκυόνειοι ἡμέραι, ἑπτὰ μὲν πρὸ τροπῶν, ἑπτὰ δὲ μετὰ τροπὰς, καθὰ καὶ Σιμωνίδες ἐποίησεν, ὡς ὁτόταν χειμέριον κατὰ μῆνα πνύσσῃ Ζεὺς ἤματα τέσσαρα καὶ δέκα, λανθάνεμοντε μιν ἅμαν καλέουσιν ἐπιχθόνιοι ἱερὴν παιδοτρόφον ποικίλας ἀλκυόνος. Id est, Gaza interprete: *Halcyon autem circa brumam parere solita est, quamobrem, quoties bruma serena exsistit, dies Halyonei appellantur, septem ante brumam, & septem à bruma, ut Simonides quoque suo carmine tradidit, ut cum mensem hibernum Juppiter bis septem molitur dies teporis, clementiam hanc temporis, nutricem sacram variae & pietae Halcyonis mortales dixere.* Probus ita scribit in primo Georg. *Varia est opinio harum volucrum originis. Itaque in altera sequitur*

Tum via tuta maris: ventos cuſtodit, & arcet
Aeolus egreſſu: praeſtatque nepotibus aequor.

Fab. XI. Argumentum.

Aeſacus in volucrem mergum.

Aeſacus natus Priami, ex [a] *Alyxothoë*, [b] *Cebreni amnis filia, ſub* [c] *monte Idâ furtim editus, urbanum adparatum* [d] *cultumque cum ſylvis & labori poſtpoſuiſſet, incidit in conſpectum* [e] *Heſperies Nymphae:* [f] *cujus captus pulchritudine, dum fugientem perſequitur, cauſſa* [g] *interemptûs exſtitit. Confuſa enim timore per ignorantiam ſerpentem calce preſſit, cujus morſu* [h] *ſtricta concidit. Ejus deſiderio Aeſacus, ne diutius dolorem ſentiret, è monte in ſubjectum pelagus ſe praecipitavit:* [i] *qui, priusquam mergeretur, in avem ceſſit.* [k] Haec aequora amat, nomenque mergi tenet, quia amne mergitur illo.

HOs aliquis ſenior circum freta lata volantes
Spectat: & ad finem ſervatos laudat amores.

Pro-

Ovidius Nicandrum, in altera Theodorum: putatur enim Ceyx, Luciferi filius, cum Halcyone, Aeoli filia, mutatus in has volucres. Idem refert Halcyonem Scyronis filiam, latronis Attici Polyphemonis filii, cum pater ei praeciperet, ut quaereret maritum, arbitratam permiſſum ſibi, ut concumberet cum quibus vellet, ab irato patre dejectam in mare, mutatam in hanc avem. Iccirco autem dilectas Thetidi dicit has aves, quod per ſeptem dies, quibus excludunt foetus, in mari tranquillitas eſt, ut tuta ſit navigatio. Vide praeterea Aelianum lib. 1. de Hiſtoria Animalium cap. xxxvii. Et Hyginum cap. lxv. Ciofanus. Notaverat Ger. Voſſius, male à Ciofano Scyronem Latronem Atticum dici, cum fuerit Megarenſis, quem Theſeus Athenienſium rex ſuperavit & occidit. de Halcyonibus etiam Plinium lib. x. cap. 12. & 33. & Servium ad lib. 1. Georg. 399. agere adſcripſerat. vid. & Antigon. Hiſt. Mirab. cap. 36. Urſin. ad Simonid. fragm. pag. 339.

746. *Tunc via tuta maris.*] *Mari eſt* malim. at S. Marci, cum duobus aliis:

Tunc jacet unda maris. Heins.

[a] *Alyxothoë.*] MS. *Alyxiroë.* Unde *Alexirhoë* facit nob. Heinſius. Adi ejus animadverſiones in hujus libri ℣s. 763. Aliter Apollodorus lib. iii. cap. 11. *Podarces cognomento Priamus regnum tenuit, ac primum conjugem Meropis filiam, nomine Arisbam, ſibi conjugavit, ex quâ Aeſacum filium creat: cui Aſterope Cebrenis filia nupſit, quam cum mortuam nimio luctu deſleret, in mergum avem mutatus eſt.* Corrigendus ergo Servius ad Aen. ix. verſ. 262. *Dicta eſt Arisba à Meropis vel Macarei filia, quam primum Paris in conjugio habuit.* An ſcribendum *Priamus?* Certè corruptè ad Aen. iv. vſ. 254. *Iſacus* editum pro *Aeſacus.* Verum priorem locum Servii ſanum eſſe diſcas ex Stephano in Ἄρισβη. Ἔστιν, inquit, ἑτέρα ἐν Λέσβῳ ἀπὸ Ἀρίσβης τῆς Μάκαρος θυγατρὸς. Ἔφορος δὲ Μερόπος αὐτὴν γενεαλογεῖ, καὶ πρώτην Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πριάμου γαμηθῆναι. Ἡρόδοτος δὲ καὶ Ἴαζων Ἄρισβην καλεῖ. Vertit interpres: *Herodotus & Jazon Arisben vocat.* Perperam. Ἴαζων eſt *Jonicè loquens.* Muncker. *Et Alexiroës Cebreni a. filiae* Parm. Lugd. *& Alyxothoës Cebrenidis filiae* Micyll. *& Alyxothoës C. a. filiae* Raener. *& Alyxothoës filius ſub* Colon.

[b] *Cebreni amnis.*] Ita & Veneta. *Cebrenidis* Micyll. Scribe, *Cebrenis* ex Apollodoro, in quo Κεβρῆνος. Contrario vitio infectus eſt Sext. Rufus Brev. cap. 28. *Ut hoſtis ſollicitudinem demeret.* Leg. *hoſti.* Etiam Nepos, ut videtur in Hannib. cap. 6. *In propinquis urbis montibus moratus eſt.* An non *propinquis urbi?* Sed retrahit nos Salluſt. Jug. cap. 48. *Praeter fluminis propinqua loca.* Muncker.

[c] *Monte Idâ.*] *M. Idae* Colon.

[d] *Cultumque.*] Ita rectè MS. cum Micyll. Malè Veneta & Raener. *conſultumque.* Munckerus. *Conſultumque* Parm. Lugd.

[e] *Heſperies.*] *Eperies* Parm. Lugd. Micyll.

[f] *Cujus captus.*] *Qui ejus captus p. d. f. p. cauſſa ejus interemptae exſtitit*, Colon.

[g] *Interemptus.*] *Interemptus ejus* Parm. Lugd. Micyll. Raener.

[h] *Stricta.*

Proximus, aut idem, ſi fors tulit, Hic quoque, dixit,
Quem mare carpentem, ſubſtrictaque crura gerentem,
Adſpicis, (oſtendens ſpatioſum guttura mergum)
Regia progenies, &, ſi deſcendere ad ipſum
Ordine perpetuo quaeris, ſunt hujus origo
Ilus, & Aſſaracus, raptusque Jovi Ganymedes,
Laomedonque ſenex, Priamusque noviſſima Trojae
Tempora fortitus. frater fuit Hectoris iſte:
Qui, niſi ſenſiſſet primâ nova fata juventâ,
Forſitan inferius non Hectore nomen haberet:
Quamvis eſt illum proles enixa Dymantis.
Aeſacon umbroſâ furtim peperiſſe ſub Idâ
Fertur Alexirhoë, Granico nata bicorni.
Oderat hic urbes: nitidâque remotus ab aulâ
Secretos montes, & inambitioſa colebat
Rura: nec Iliacos coetus, niſi rarus, adibat.

Non

h *Stricta.*] Deeſt Lugd. Micyll.

i *Qui priusquam.*] *Sed priusquam* Colon.

k *Haec aequora &c.*] Ita cum Raener. etiam Micyll. ac Veneta. Sed non agnoſcit iſta MS. Facile alioqui corrigendum quisque videat, *Haec aequor amat, nomenque mergi tenet, quia mergitur illo.* Verſus ultimus hujus libri undecimi Metam. eſt: *Aequor amat, nomenque manet, quia mergitur illo.* Vel, ut nob. Heinſ. editio exhibet, *quia mergitur, illi.* Muncker. Ita & Parm. & Lugd. ſed Colon. *ceſſit, quae aequor amat, nomenque tenet, quia mergitur illo.*

749. *Circum freta lata.*] Eleganter S. Marci codex, *junctim freta lata volantes*, quod reſpondet ſequentibus, *ſervatos laudat amores. volare freta* dictum, ut *currere, ire maria* & ſimilia. *vagantes* Palat. tert. Burm.

751. *Proximus aut idem ſi fors tulit.*] Raphaël exponit aliquis proximus, aut forte idem ſenior, ſed omnino illud, *ſi fors tulit*, lectorem remoratur, quod poſitum pro fortaſſis exiſtimat Eraſmus Roterod. nec eſt dubium quin iliud Homeri exprimere voluerit, quod toties in Iliade eſt atque in Odyſſea, ὥδε δέ τις εἰπέσχεν. Glarean. *Sic fors tulit* Argen. ut lib. I. 297.

752. *Subſtrictaque.*] *Subtractaque* Polit. & Ambroſ. *ſuccinctaque* Barber. Med. Arg. & Thyſii. *conſtrataque* Exc. Lang. *ſubnixa* Leidenſ. vid. lib. III. 216.

753. *Spatioſum in guttura mergum.*] *In gutture* vel *gurgite* plerique veteres *ſpatioſum gutture* prim. Medic. prior Twiſd. & unus Moreti. Lege, *ſpatioſum guttura.* ut ſit Graeciſmus. Heins.

755. *Sunt hujus origo Ilus, & Aſſaracus.*] In meo apertè legitur. *Fuit hujus origo, &c.* Ciof. *Ejus* Mazar.

759. *Qui niſi ſenſiſſet.*] *Cui niſi ceſſiſſet* S. Marci. Forte,

Cui niſi ceſſiſſent primâ nova fata juventâ.

Hoc eſt, obtigiſſent. ſic *male, bene, utiliter cedere.* Heins. *Qui niſi ſumſiſſet* unus Heinſii. *praeſciſſet* Medic.

761. *Proles Dymantis.*] Hecuba, quam Dymantis filiam fuiſſe ſcribit Homerus. Euripides verò Ciſſei Thracum regis. Regius. Homerus Iliad. Π. 715.

Ταῦτ' ἄρα οἱ φρονέοντι παρίσατο Φοῖβος Ἀπόλλων,
Ἀνέρι εἰσάμενος αἰζηῷ τε κρατερῷ τε
Ἀσίῳ, ὃς μήτρως ἦν Ἕκτορος ἱπποδάμοιο,
Αὐτοκασιγνήτος Ἑκάβης, υἱός τε Δύμαντος,
Ὃς Φρυγίην ναιεσκε ῥοῇς ἐπὶ Σαγγάριοι.

De Ciſſeo autem meminit Euripides in Hecuba his verbis in initio:

Ἥκω, νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Λιπών, ἵν' ᾅδης χωρὶς ὤικισαι θεῶν,
Πολύδωρος, Ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς Κισσέως
Πριάμουτε πατρὸς, &c. Micyll.

762. *Umbroſa.*] Conjecerat olim Heinſius, *undoſa*; fontibus enim Idam fuiſſe celebrem notum eſt, vid. lib. II. 219. X. 71. & alibi. ſed & *umbroſa* defendi poſſet ex lib. XIII. 324. ubi tamen pro *ſine frondibus Ide*, alii codices *fontibus* habent. *pinus* & alias arbores altiſſimas in Ida natas paſſim Noſter & alii memorant. vid. Epiſt. XVI. 108. Stat. III. Silv. IV. 12. *Cedri* etiam meminit Noſter I. Am. XIV. 12. Burm.

763. *Alexirhoë.*] *Alixothoë* Planudes. Nauger.

Non agreſte tamen, nec inexpugnabile Amori
Pectus habens, ſilvas captatam ſaepe per omnes
Adſpicit Heſperien patriâ Cebrenida ripâ,
Injectos humeris ſiccantem ſole capillos.
Viſa fugit Nymphe: veluti perterrita fulvum
Cerva lupum, longéque lacu deprenſa relicto
Accipitrem fluvialis anas. quam Troïus heros
Inſequitur: celeremque metu celer urguet amore.
Ecce latens herbâ coluber fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit: virusque in corpore liquit.
Cum vitâ ſuppreſſa fuga eſt. amplectitur amens
Exanimem: clamatque, Piget, piget eſſe ſecutum:
Sed non hoc timui: nec erat mihi vincere tanti.
Perdidimus miſeram nos te duo. vulnus ab angue,

A me

Emendo, *Alizothoe*, id eſt, velociter fugiens, ut ſit conveniens nymphae nomen, & à currendi celeritate deductum. ἀλίζω enim fugio, θοὸς velocem ſignificat. Cons. Fanensis. Libri veteres, *Alixirhoë*. Quidam, *Alixorhoë*. Mihi planè ignotum eſt, quo modo ſit legendum. Ceterum Fanenſis mutabat *Alixithoë* in *Alizothoë*. quod puto falſum eſſe. Ciofanus. *Alixiroë* vetuſtiores, vel *Alixithoë*. Scribe, *Alexirhoë*. cujus nominis nympha quoque à Baccho amata occurrit apud Plutarchum περὶ ποταμῶν in Pactolo, alia item in Sagari. poſſet etiam reponi, *Alirrhotië*, vel *Alexiare*. Heinsius.

763. *Gracili conata bicorni.*] Raphaël *bicorne* ait eſſe inſtrumentum ruſticum. quod ſi verum eſt, ego planè hujus loci ſenſum non percipio. niſi quod parturientes ſolent, ſi nemo nitentibus adſit, ad aliquid fulciri. Glarean. Pro *gracili conata bicorni*, quod eſt nihili, tert. Med. *gratali*. unus meus, *gratili*. duo alii, *graciali*. Scribe, *Granico nata bicorni*. nam in nonnullis codicibus, *gracilico nata*. Granicum fluvium eſſe Phrygiae quis neſcit? quis ignorat fluvios bicornes dici? Appoſite Q. Smyrnaeus libro III. Παραλειπομένων de Atymnio, quem ab Ulyſſe occiſum narrat:

—— ὃν πότε νύμφη
Πηγασὶς ἠϋκόμοις σὺν ναρῷ τέκεν Η'μαθίονι,
Γρηνικου ποταμοῦ παρὰ ῥοῦν.

Sic & Heſiodus Granicum inter praecipua orbis flumina numerat in Theogonia. Heinsius. De Granico mera eſt conjectura, & ita jam emendaverat Pierius Valer. lib. III. Hierogl. cap. 9. ſed & poſſet meliori jure aliquis ſuſpicari *Sagarium* vel *Sagarim* fluvium hic latere, qui dictus à Sagari, Myndonis & Alexirhoës filio, & qui potuit filiam habuiſſe ex ſuae matris nomine Alexirhoën dictam. vid. Plutarch. de Flum. in Sagari. ille vero *bicornis*, forte quia duobus oſtiis in mare exibat, certe Strab. lib. XII. p. 543. & 563. ἐκβολὰς ejus memorat. & nomen hoc *Alexirhoë* familiare illis locis oſtendit altera Bacchi amica; unde natus Carmanor, teſte eodem Plutarcho in Pactolo. unde forte ratio dari poſſet, quare in nummo Antonini, apud Tianos cuſi, cui CAΓAPIC inſculptum eſt, Bacchus ſtet inter duos fluvios, apud Morell. Specim. pag. 175. in quod inquirant ſtudioſi harum deliciarum. *Sagarim* Noſter vocat lib. IV. ex Pont. X. 47. & *Sagaritidem* nympham IV. Faſt. 229. ut Morellus notat. legerem ergo:

Alexirhoë Sagari cognata bicorni.

Nam *cognata* in olim vulgatis eſſe teſtatur Pierius. & legitur in Arondel. & uno Heinſii. Burmannus.

769. *Aſpicit Heſperien.*] *Eperien* in omnibus, quin & Planudes, Η'περίην. Naugerius. Cebrenis fluvii ignobilis filiam. unde etiam (ut Herodianus ſcribit) *Cebrinia* urbs & regia Troadis fuit cognominata. Regius. Apud Strabonem libro decimotertio. Κεβρύνε, & Κεβρενία per η, ſcribitur, eandemque à Cebryone, Priami filio, dictam': cujus & Homerus meminit, dicens Iliad. π. 728.

Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγακλῆος Πριάμοιο.

Apud Stephanum autem ita legitur: Κεβρηνία Χώρα τῆς Τρωάδος, ἀπὸ Κεβριόνου τοῦ Πριάμου. Δίδυμος δὲ Κεβρῖνα καὶ τὴν πόλιν φησίν. Η'ροδιανὸς δὲ ἀπὸ Κεβρῖνος ποταμοῦ. In hac regione & ſepulchrum Paridis & Oenones fuiſſe Strabo refert, de quo ſuprà annotavimus. Micyll. *Eperiem* legit Raph. Ceterum *Cebrenida* per ſecundam vocalem legendum eſt, non *Cebrinida*. Multa de Cebreniis Strabo lib. XIII. diſſerit. Glarean. *Eperien* plurimi veteres. alii, *Epirien*, *Epireen*, *Epiren*, *Epirihen*, *Hyperien*, *Hoperien*, *Heperihen*. *Aſpexit Perien* Florent. S. Marci. Heins.

770. *In-*

A me cauſſa data eſt. ego ſim ſceleratior illo,
Ni tibi morte meâ mortis ſolatia mittam.
Dixit; & è ſcopulo, quem rauca ſubederat unda,
Se dedit in pontum. Tethys miſerata cadentem
Molliter excepit; nantemque per aequora pennis
Texit: & optatae non eſt data copia mortis.
Indignatur amans invitum vivere cogi,
Obſtarique animae, miſerâ de ſede volenti
Exire. utque novas humeris adſumſerat alas,
Subvolat: atque iterum corpus ſuper aequora mittit.
Pluma levat caſus. furit Aeſacos; inque profundum
Pronus abit, letique viam ſine fine retentat.

Fecit

770. *Injectos.*] *Innexos* duo; *ingeſtos* unus; *incomptos* alius. *in ſole* Cantabr.

772. *Cerva lupum.*] *Agna* Voſſian. & Sixii & duo Heinſ. & unus Leidenſ. vid. lib. I. Met. 505. II. Faſt. 85. & paſſim alibi. de cervis tamen & lupis Horat IV. Od. IV. 50. Silius XIII. 130. Stat. V. 164. Liv. X. 27. in Gloſſario Steph. *lupus cervalis*, θῶς. Heins.

776. *Strinxit & liquit.*] *Stringit* multi, & *linquit.* Heinsius. Sed ego vulgatam praetuli, ut rythmus caveatur, quem librarii amabant.

777. *Suppreſſa.*] *Suſpenſa* duo Med.

778. *Piget, piget eſſe ſecutum.*] Ita in uno meo & uno Vatic. In altero meo antiquiore alioque Vatican. Joannis, & Caeleſt. *Piget me te eſſe ſecutum.* Prior lectio magis placet, ut ſit μίμησις. Ciofanus.

781. *Ego ſim ſceleratior illo.*] Si *ſim* legimus, hemiſtichium hoc ſequenti verſui applicabimus, & ita legemus, ut aliqui codices habent: *Ni tibi morte mea mortis ſolatia mittam.* ſi autem *ſum* (ut in aliis codicibus ſcribitur & placet magis) à fine hemiſtichii ſenſus concludetur, & in ſequenti carmine *qui*, non *ni* ſtatuemus. Constantius Fanensis. *Ni tibi* prim. Baſil. pro diverſa lectione. Scribe,

——— *ego ſim ſceleratior illo,*
Ni tibi morte meâ mortis ſolatia mittam.

Sic ſupra 702.

——— *crudelior ipſo*
Sit mihi mens pelago, ſi vitam ducere nitar
Longius. Heins.

Ego ſum truculentior Leidenſ. ut XIII. 802. *foeta truculentior urſa.*

784. *Decidit in pontum.*] *Deſilit* prim. Moreti, quart. Medic. & decem alii. *Se dedit* Neap. & Urbin. bene. Lucretius libro VI. 1170.

In fluvios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabant.

Virgilius libro Georg. IV. 528.

Haec Proteus, & ſe jactu dedit aequor in altum;
Quaque dedit, ſpumantem undam ſub pectore torſit.

Idem Aeneidos XI. 564.

At Metabus magna propius jam urgente caterva
Dat ſeſe fluvio.

Val. Flacc. lib. VII. 18.

Felices mediis qui ſe dare fluctibus auſi.

tres alii, *Dejicit.* Heins.

786. *Texit.*] *Vexit* alter Strozzae. Heinſ. malebat, *veſtit.*

786. *Et optatae.*] Scribo, *ut optatae non eſt data copia mortis, Indignatur amans. morti* etiam Florent. S. Marci & unus Bonon. cum Spirenſi. ſuperiori verſu puto ſcribendum:

——— *invitus vivere cogi.*

Lib. XIII. 141.

——— *quia rettulit Ajax*
Eſſe Jovis pronepos.

pro ſe eſſe pronepotem. Heins.

790. *Subvolat.*] *Evolat* Cantabr. vid. ad II. Art. 19.

591. *Furit Aeſacus.*] *Aeſacon* Neapol. & ſex praeterea. at prim. Pal. prim. Medic. & duo alii, *Aeſacos.* Heins.

794. *Caput eſt à corpore longe*] *A pectore* alter Hamburg. & quatuor alii. *longo* ſec. Palat. *longum* Thyſii. Puto,

——— *caput exſtat pectore longum.*

Ut lib. II. *Colla toris exſtant.* Idem.

795. Ne-

Fecit amor maciem; longa internodia crurum,
Longa manet cervix; caput eſt à corpore longè.
Aequor amat; nomenque tenet, quia mergitur, illi.

795. *Nomenque manet.*] *Tenet* Menard. Vivian. Cantab. & ſex alii. rectè. praeceſſit enim *manet*. ſic *nomen tenere* lib. I. Met. 712. X. 502. XVIII. Ep. 140. & alibi. Burm.

795. *Quia mergitur illi.*] In uno meo, *Mergitur illo.* In libro Joannis, *mergitur illic.* Ciofan. Alii *illic. illi* legendum cum prim. Pal. prim. Vatic. prim. tert. quart. Medic. prim. Erfurt. aliisque plurimis. nomen manet illi, quia mergitur, Heinsius.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER DUODECIMUS.

FAB. I. & II. ARGUMENTUM.

Serpens in Lapidem. Iphigenia in cervam.

Agamemnon, Atrei & [a] Aeropes filius, dux Achivorum, cum in Aulide [b] Jovis sacrâ miniſtraret, conſpexit draconem in arbore, quae impendebat arae, lapſum ad nidum volucris: cujus octo pullis conſumptis ab eodem ſerpente, [c] noviſſimè etiam circumvolante matre aquilâ, ipſe converſus in ſaxum eſt. [d] Quorum prodigio Calchas [e] Theſtoris filius reſpondit, per novem annos in [f] Troadem dimicaturos: decimo autem [g] Ilio potituros. Fertur autem portus Boeotiae hic eſſe, ubi mille naves adverſis tempeſtatibus ſtetiſſent, [h] Morantibus enim Achivis, reſpondetur à Calchante, non antè claſſes poſſe moveri, quam Iphigeniam pater immolaſſet. Quae cum pro re communi ad aram eſſet adplicata, [i] inter ſacrificandum obductis nubibus à Diana rapta eſt, & pro ea ſuppoſita cerva.

Neſcius

[a] *Aeropes.*] Ita rectè Micyll. Malè *Europes* Venet. & Raener. *Acropes* MS. Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 86. MUNCKER. *Europes* Parm. Lugd. *Meropes* Colon.

[b] *Jovi ſacra.*] *Jovis* MS. Vide not. ad Myth. Hyg. cap. 86. ubi habes, *Sacra deae Veneris per aliquot annos non fecerat.* MUNCKER. *Jovis* Colon. quod rectius, ne quis capiat, *Aulide ſacrâ Jovi. miniſtrare ſacra* illuſtrabimus ad Val. Flac. III. 38.

[c] *Noviſſime etiam.*] *Noviſſime circumvolante matre aquilâ converſus, &c.* Parm. & Lugd. niſi quod *noviſſima. & noviſſime etiam* Micyll. *conſumptis à ſerpente, noviſſime circumvolantem matrem devoravit. deinde converſus i. s. e.* Raener. *conſumptis, matreque circumvolante noviſſimè, &c.* Colon.

[d] *Quorum.*] *De quo prodigio* Colon.

[e] *Theſtoris filius.*] *Filius augur* omnes editi.

[f] *In Troadem.*] Ita rectè cum MS. Venet. & Micyll. Perperam, *in Troade* Raener. Juſtin. lib. XLIII. 5. *In Hiſpaniam tunc temporis bellum gerentem.* & lib. III. cap. 1. *Bello in Graeciam infeliciter geſto.* MUNCKER. *In Troadem* Parm. Lugd. *apud Trojam* Colon.

[g] *Ilio potituros.*] *Illa potituros* Colon. *illa eos potituros* Micyll. *Ilio eos potituros* Parm. Raener. *Illo eos p.* Lugd.

[h] *Morantibus.*] Haec non habet Colon. ſed ita, *draco autem ille ad perpetuam rei memoriam in ſaxum à diis fuit commutatus.* ubi definit; & ſecundae fabulae argumentum ita exhibet ad verſ. 24. *Iphigenia, Agamemnonis filia, cum ad aram Dianae immolanda ſtaret, quia Deam Agamemnonis ſanguine ſacerdos dixerat eſſe placandam, nube oculis aſſtantium objecta, tandem propitiata Diana, ſuppoſita cerva, puellam rapuit.*

[i] *Inter ſacrificandum.*] *Inter ſacrificium ob. n. a. D. r. e. in finesque Tauricos translata, & pro &c.* Raener. in Parmenſ. Lugd. Micyll. ante verſ. 24. legitur, *Iphigenia ſupra dicta Agamemnonis filia in cervam* (*verſa* addit Micyll.) *& à Diana eſt in Tauricos fines translata.* Parmenſis etiam, *in Tauricas fines.*

NEscius adsumtis Priamus pater Aesacon alis
Vivere, lugebat: tumulo quoque nomen habenti
Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.
Defuit officio Paridis praesentia tristi,
Postmodo qui raptà longum cum conjuge bellum
Attulit in patriam: conjurataeque sequuntur
Mille rates, gentisque simul commune Pelasgae.
Nec dilata foret vindicta; nisi aequora saevi
Invia fecissent venti; Boeotaque tellus
Aulide piscosà puppes tenuisset ituras.
Hic patrio de more Jovi cum sacra parassent;
Ut vetus accensis incanduit ignibus ara;

Serpere

1. *Nescius assumtis alis.*] Opinabar aliquando, *at sumtis.* Adi notas nostras libro IV. ŷs. 562. sed & vulgata scriptura ferri potest. sic paulo ante, vers. 789.

—— *utque novas humeris assumpserat alas.*

HEINSIUS. Ita *adsumptus pater.* lib. III. ŷs. 558. Vell. Paterc. I. II. de Pseudo-Philippo, *adsumtis regni insignibus.* BURM.

1. *Priamus pater.*] Priamus interfectus est à Pyrrho ad Herceam aram. Auctor Euripides in Troad. Hoc etiam significavit Ovidius ipse in Ibide 283.

Nec tibi subsidio praesens sit numen, ut illi,
Cui nihil Hercei profuit ara Jovis.

Sed hunc locum lib. XIII. 409. ad illum, *Jovis ara,* tractare opportunius omnino erat. CIOF. Vivianus notat in quibusdam legi, *puerum pater.*

1. *Aesacon.*] Ne dubitandum quidem fuerat, utrum *Aesacon*, an *Aesalon* scripserit Ovidius, cum & Graeci, & Latini *Aesacon* legant. quidam tamen hoc quoque in dubium revocant. REGIUS.

3. *Inferias inanes.*] *Inani* Florent. S. Marci & unus Medic. Lego, *inane*, scil. nomen. In Amoribus I. VIII. 64.

Despice gypsati nomen inane pedis.

Art. Amat. I. 740.

Nomen amicitia est, nomen inane fides.

Ita passim scriptores Romani. HEINS. *Inferias tulerat* Leidensis. tertius forte rectius, ut alludat ad *inferias*, quae ab *inferendo* dictae. ut lib. III. Trist. III. *feralia munera ferre* dixit. & *tura ferre* & similia. vid. ad lib. VI. 569. quamvis Vossius ad Catull. p. 331. potius ab *inferis* deducat. *inanes* non mutem propter exempla, quae adducit ex Virgilio Farnabius. erat enim cenotaphium. BURM.

4. *Defuit.*] *Deficit* unus Patav.

5. *Rapta longum.*] *Durum* Basil. forte, *dirum.* HEINS. Sed & *durum bellum* eleganter dicitur, ut vs. 296. de quo nos ad Val. Flacc. VI. 545. videbimus nec tamen *longum* facile mutem. vid. vs. 20. mox itidem Basil. *detulit in patriam. contulit* Sixi. BURM.

6. *Conjurataeque sequuntur Mille rates.*] De navibus, quae Trojam petierunt, ut Helenam recuperarent, magna est scriptorum dissensio. Ovidius ipse, cum hic, tum alibi, mille fuisse testatur. ita Virgilius, Seneca, & alii apud Latinos. Item Euripides apud Graecos. Homerus verò CIↃ CLXXXVI. Euripidis Scholiastes CIↃ LXX. Dio CIↃ CC. Haec fere Muretus. Dares autem Phrygius, qui primus, ut creditur, bellum Trojanum, cui ipse interfuit, Graecè scripsit, ait fuisse CIↃ. CXL. Hyginus autem aliter, id est CCXLV. CIOF.

7. *Gentisque simul commune Pelasgae.*] *Commune, τὸ κοινὸν.* IDEM. Expressit Graecorum τὸ κοινὸν. sic Herodoto in Erato, τὸ κοινὸν τῶν Σαμίων. apud Dionysium Halicarnassensem libro V. πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Λατίνων. Idque in numismatibus vetustis frequenter occurrit modo eodem. ut κοινὸν Βυζαντίων. apud Ciceronem III. Verrin. *commune Meliadum.* & IV. *commune Siciliae.* quod Asconius Pedianus *communem* interpretatur *rempublicam.* In veteri inscriptione, *commune Lyciae. commune Asiae* Dig. de excus. tut. lib. VI. §. 2. *communis Graecia* Noster lib. XIII. 199. *Commune Siciliae* apud Symmachum libro primo epistola XVII. sed & τὸ κοινὸν ad collegia referebatur. ut apud Pollucem libro VIII. cap. 13. Ἔρανος, ἐρανισαί, κοινὸν ἐρανιστῶν. in antiquis saxis. Τὸ κοινὸν τῶν ἀλειφομένων, & τὸ κοινὸν τοῦ ἀνδρείου τῶν συγγένων. Latini id posterius per *corpus* frequentius extulerunt. In inscriptionibus Gruteri, *corpus Dendrophororum, corpus suariorum, fabrûm lignariorum*, & mille his similia. *commune* igitur τὸ κοινὸν, quomodo *communitas*, κοινωνία Graecis. Nec abludunt illa Thucydidae, qui τὸ Ἑλληνικὸν, & πᾶν τὸ Ἑλλενικὸν, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν pro Graecis omnibus aut aliis Graecis frequenter ponit: nec Aeliani, apud quem

πᾶν

Serpere caeruleum Danaï vidêre draconem
In platanum: coeptis quae ſtabat proxima ſacris.
Nidus erat volucrum bis quattuor arbore ſummâ:
Quas ſimul, & matrem circùm ſua damna volantem,
Corripuit ſerpens; avidàque recondidit alvo.
Obſtupuere omnes. at veri providus augur
Theſtorides, Vincemus, ait: gaudete, Pelaſgi.
Troja cadet; ſed erit noſtri mora longa laboris.
Atque novem volucres in belli digerit annos.
Ille, ut erat, virides amplexus in arbore ramos,
Fit lapis: & ſervat ſerpentis imagine ſaxum.
Permanet Aöniis Nereus violentus in undis:

Bella-

πᾶν ὅσον τὸ Μεγάρικον, πᾶν ὅσον Ἐρετρικὸν, pro οἱ Μεγαρεῖς, οἱ Ἐρετριεῖς. Hinc *in commune conſulere.* Heins. *Pelaſgúm* alios legere notat Vivianus, ut Virgil. I. Aen. 96.

O Danaúm fortiſſime gentis.

De τῷ κοινῷ vid. Salmaſ. ad Jus Attic. pag. 26. & 109. & Muncker. ad Lactant. Argum. lib. XIII. Fab. I. *gentesque* Gron. & octo alii. Burm.

10. *Aulide.*] Ex Aulide Agamemnon, placata Diana, Trojam cum claſſe profecturus ſolvit. Quod ex hoc loco colligitur, & ex Pauſania in Laconicis. Ciof.

10. *Piſcoſa.*] Sic III. Faſt. 581. dixit, *piſcoſam Cratiden.* Idem. *Spicoſa* Medic. *piſcoſa Gnidus* X. Met. 531. II. Art. 82.

Cinctaque piſcoſis Aſtypalaea vadis. Burm.

12. *Hic patrio, &c.*] Totum hoc, quod ad ſerpentem in ſaxum commutatum pertinet, accepit ab Homero Iliados B. verſ. 299. cujus principium tantum, ne eſſem nimius, afferre duxi: cetera, qui volet, nullo negotio reperire poterit:

Τλῆτε, φίλοι, καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον, ὄφρα δάωμεν,
Εἰ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται, ἦε καὶ οὐκί.

Quos verſus latinè reddidit princeps Latinitatis M. Tullius lib. II. De Divinatione cap. 30. Ciof.

14. *Sacris.*] *Templis* Medic. *caſtris* Palat. & Marg. Gryphii.

16. *Sua damna.*] Ita eleganter vocat perituros jam pullos. ut ita *damnum ſanguinis* in ſimili re Phaed. I. Fab. 28.

17. *Avidaque recondidit alvo.*] Variant ſcripti. Francof. & octo alii, *avidoque recondidit ore.* Florent. S. Marci, *udo quas condidit ore.* in Gallico alio erafa erat vetus ſcriptura, ſed vulgata mihi praeferenda videtur, ut magis Poëtica. lib. XIV. 176. *aut certe non illa condar in alvo.* & XV. 88. *in viſcera viſcera condi.* Phaedr. IV. 5.

Capacis alvi merſit tartareo ſpecu.

Ubi plura diximus. & in verbo *recondere* eſt alluſio ad ſepulchrum, ut Poëtae ſaepe alvum vel ventrem ſolent vocare. ut VI. 665.

Seque vocat buſtum miſerabile nati. Burm.

18. *Providus.*] *Prodigus* Strozz. & Mazar.

19. *Theſtorides.*] Calchantis mortem ſi quis ſcire deſiderat, legat primae Collectaneorum hecatoſtys caput XV. Const. Fanens. Fuit hic vates Graecorum, genus ab Apolline ducens, ut ſcribit Pherecydes. fuit enim Idmon Apollinis filius ex Aſteria Coroni. (quamquam ſunt, qui Abantis eundem dicant) hic cum Argonautis in Colchos navigans, ab apro in Mariandinis periit interfectus, relicto filio Theſtore ex Laothoë conjuge. ejus Theſtoris Calchas fuit, qui poſt excidium Trojanum in Aſiam veniens, & ibi à Mopſo vaticinandi certamine ſuperatus, ex maerore periiſſe dicitur. cujus rei & Strabo meminit lib. XIV. Hom. primo Iliad. 68.

——— τοῖσι δ' ἀνέστη
Κάλχας Θεστορίδης οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος,
Ὃς ἤδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Micyllus.

20. *Troja cadet.*] *Jacet* Leid. eleganter: ut vates enim futura videt tamquam praeſentia. vid. ad lib. II. Fs. 646. Ep. I. 3.

Troja jacet certe Danais inviſa puellis.

In Balliolenſi etiam erat, *fuerit nobis mora longa laboris*, quod nec Venere ſua caret. Heinſius malebat etiam, *noſtro labori.* Burm.

21. *Digerit.*] *Dividit* Leid. & Bonon. vide ad lib. III. 381. *dirigit* tres. ſed vulgata proba eſt. Virg. II. Aeneid. 182. *ita digerit omnia Calchas.* inf. lib. XIV. 469. *poenam digeſſit in omnes.* I. ex Pont. IV. 9.

Nam mea per longos ſi quis mala digerit annos. Burmann.

23. *Servat.*] *Signat* unus Leid. vid. ad lib. VIII. 539. *format* Excerpt. Calandr.

Bellaque non transfert: & sunt, qui parcere Trojae
Neptunum credant; quia moenia fecerat urbi.
At non Thestorides. nec enim nescitve, tacetve
Sanguine virgineo placandam virginis iram
Esse Deae. postquam pietatem publica caussa,
Rexque patrem vicit; casumque datura cruorem
Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris;
Victa Dea est: nubemque oculis objecit; & inter
Officium turbamque sacri, vocesque precantum,
Suppositâ fertur mutasse Mycenida cervâ.
Ergo ubi, quà decuit, lenita est caede Diana;
Et pariter Phoebes, pariter maris ira recessit:
Accipiunt ventos à tergo mille carinae:
Multaque perpessae Phrygià potiuntur arenâ.
Orbe locus medio est inter terrasque, fretumque,
Coelestesque plagas, triplicis confinia mundi;

Unde,

25. *Bellaque non transfert.*] Ita libri omnes. Malim nihilominus, *Velaque.* simile mendum insedit Statii codices Theb. v. 347.

——— *nos Thracia visu*
Vela ratae, vario tecta incursare tumultu.

Ubi *Bella* nunc legitur. mox pro *moenia fecerat urbi, urbi* decem ex melioribus. *fecerit* quoque cum uno Medic. & uno Ambros. Heins. *Velaque* fuit in Vossiano. similis diversitas in Senecae codicibus Agam. 171.

Sed vela pariter mille fecerunt rates.

Ubi *bella* Cod. Medic. sed male. hic tamen acutius videtur, *bella transferre*, quam *vela*, quia sequitur, *parcere Trojae.* ita tumore Poëtico dixit Florus lib. II. 2. *Jam in Africam navigabat bellum.* vid. Freinsh. Indic. Burm.

28. *Sanguine virgineo placandam virginis iram Esse Deae.*] Servius, exponens illud Virg. II. Aeneid. 116. *Sanguine placastis ventos & virgine caesa.* Sic scribit: *Cum Graeci ad Aulidem venissent, Agamemnon Dianae cervam occidit ignarus. Unde, irata Dea, flatus ventorum removit. Quamobrem, cum nec navigare possent, & pestilentiam sustinerent: oracula consulta dixerunt, Agamemnonio sanguine Dianam esse placandam. Ergo, cum ab Ulixe per nuptiarum simulationem adducta Iphigenia in eo esset, ut immolaretur, numinis miseratione sublata est; cervaque supposita & translata ad Tauricam regionem, Regi Thoanti tradita est. Sacerdosque facta Dictymnae Dianae, cum secundum statam consuetudinem humano sanguine numen placaret, agnovit fratrem Orestem: qui, accepto oraculo carendi furoris caussa cum amico Pylade Colchos petierat, & cum his occiso Thoante simulacrum sustulit absconditum fasce lignorum.* Tota haec fabula narratur ab ipso Ovidio lib. IV. Trist. Eleg. IV. & lib. III. De Ponto Eleg. II. Hac de re scribit etiam Sophocles in Electra. Ciofanus.

28. *Virginis.*] *Numinis iram esse docet* Cantabr. *pacandam* etiam Ambrosian.

30. *Rexque patrem vicit.*] Lege ex veteribus libris, *Resque.* Ciofan. Inepte. ut jam centies viri docti, hanc locutionem illustrantes, ostendêre. vid. lib. VI. 629. & XIII. 187. *vincit* Basil. Medic. & septem alii.

31. *Ante aram.*] *Aras* Moreti & sex alii.

31. *Stetit Iphigenia ministris.*] Iphigenia fuit Agamemnonis filia. Qui tres suscepit; unam, quam dixi, Iphigeniam; alteram Chrysothemin; tertiam Electram. Auctor Euripides in Oreste. Iphigenia alio nomine Iphianassa dicta est. Lucret. lib. I. 85.

Aulide quo pacto Triviai virginis aram,
Iphianassai turparunt sanguine foede
Ductores Danaûm delecti, prima virorum.

Huc pertinet quod scribit M. Tul. lib. III. Offic. cap. 25. *Quid Agamemnon? cum devovisset Dianae, quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo ando, immolavit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius.* De his autem Agamemnonis filiabus sic in epistola ad Achillem; *Ex Agamemnoniis una puella tribus.* Hom. autem lib. IX. eas vocat, *Chrysothemin, Laodicen & Iphionassam.* Ciofanus.

33. *Turbamque sacri.*] *Coetumque sacri* Cod. Menard. forte, pro *coetumque.* Heins.

34. *Supposita cerva.*] Haec recepta opinio. Hyginus Fab. XCVIII. de Iphigenia, *Quam cum parens immolare vellet, Diana virginem miserata est, & caliginem eis objecit, cervamque pro ea supposuit.* & Fab.

Unde, quod eſt uſquam, quamvis regionibus abſit,
Inſpicitur; penetratque cavas vox omnis ad aures.
Fama tenet, ſummàque domum ſibi legit in arce:
Innumerosque aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis incluſit limina portis.
Nocte dieque patent. tota eſt ex ore ſonanti:
Tota fremit: vocesque refert: iteratque quod audit.
Nulla quies intus, nullàque ſilentia parte.
Nec tamen eſt clamor, ſed parvae murmura vocis:
Qualia de pelagi, ſi quis procul audiat, undis
Eſſe ſolent: qualemve ſonum, cum Juppiter atras
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenent: veniunt leve vulgus, euntque:
Mixtaque cum veris paſſim commenta vagantur
Millia rumorum: confuſaque verba volutant.
E quibus hi vacuas implent ſermonibus aures:

Hi

Fab. CCLXI. *Ergo cum ab Ulyſſe per nuptiarum ſimulationem adducta Iphigenia in eo eſſet ut immolaretur, numinis miſeratione ſublata eſt, & cerva ſuppoſita.* quae fere totidem verbis habes, ut & reliqua hujus fabulae apud Servium in lib. II. Aeneidos ad vſ. 118. cervam quoque fuiſſe Arnobius lib. V. aſſeverat. Horatius lib. III. Sat. II. vitulam. Nicander in ἑτεροιουμένοις taurum ſuppoſitum narrarat, ut patet ex Antonino Liberali: atque inde *Tauros* locum in Scythia nominatum. Phanodaemus in Urſam fuiſſe mutatam memoriae prodidit. Atque alia. Plura de Iphigenia Antoninus Liberalis Metamorphoſi XXVII. Heins. *Suppoſitam cervam* Thuan. ſed tum *Mycenide* dicendum eſt. & veteres promiſcue ita uſos verbo *mutare*, docuit egregie Cl. Bentlejus, ut vidimus ad lib. VII. 60.

35. *Ergo ubi qua decuit.*] Alii, *licuit. τὸ ubi* abeſt à Zulichemiano. Τὸ *eſt* à fragmento Boxhornii. unus Leid. *lenitaque.* Exiſtimo ſcribendum:

Ergo, qua decuit, lenitâ caede Dianâ,
Ut pariter Phoebes, pariter maris ira receſſit.
Heinsius.

39. *Terrasque.*] *Terramque* Patavinus unus.

41. *Quamvis regionibus abſit.*] Barth. ad Stat. I. Theb. 200. emaculat, *quantis*, ſed non perſuadet.

42. *Inſpicitur.*] *Aſpicitur* Voſſian. forte, pro *accipitur.* Heins.

42. *Penetratque cavas vox omnis ad aures.*] *Penetrantque* prim. Medic. Vide notas lib. IX. vs. 425. Idem.

43. *Summaque domum ſibi legit in arce.*] In meo antiquiore & Caeleſtino: *Summaque locum.* Ciof. Multi veteres, *locum.* ut libro I. 27.

Emicuit, ſummàque locum ſibi legit in arce. Heins. *Sibi fecit* plurimi codices. *domus* retinendum, nam modo praeceſſerat *locus* vſ. 39. ita *domum* ſomni dixit lib. XI. 593. Burm.

46. *Ex aere ſonanti.*] *Ex ore* duo Palatini. *ex aure* Florent. S. Marci, prim. Medic. Spirenſis, Bernegger. prim. Gronov. utrumque recte. Virgilius de Fama IV. Aen. 183.

Tot linguae, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures.

Val. Flaccus lib. II. 122. de eadem,

——— *jamque advolat ultro,*
Impatiens, jamque ora parat, jam ſuſcitat aures.

Patent etiam pro *patet* quart. Medic. & duo alii. Heins. *Ex ore* probat Gruterus, ad Plaut. Aulul. III. VI. 18. & certe rectius *os ſonans* dicitur, quam *auris*, ut ex Virgilii loco patet. & ita *os ſonans* I. Faſt. 572. & hinc paſſim *loquax*, & *garrula* fama dicitur. *loquaces linguas* dat Famae Claud. II. Laud. Stilic. 408. *innumeras* Lucan. I. 472. Illud *aure* provenit ex diverſa ſcribendi ratione, ut *aula, caudex*, pro *olla, codex* & ſimilia. De quibus ipſe Heinſius infra ad h. l. verſ. 430. Burm.

49. *Vocis.*] *Linguae* Junian.

51. *Cum Juppiter atras, &c.*] In Vatic. eodem meo, Caeleſt. & utroque Maffei, *Altas*, non *Atras.* Ciof. *Altas* etiam in multis invenit Heinſius. ſed in Leidenſi tertio eſt a manu prima, *actas*: etiam non male. ſimilis diverſitas apud Propert. II. Eleg. IV. 12.

Nec dubio nubes vertitur atra Noto.

Ubi *acta* ex Palatino Gebh. ſed *atra* praefertur Broukhuſio. ego dubito. hic tamen *atras* retinerem. ita *atra nubes* Senecae Phoen. 394. Hippol. 675. Horat. III. Od. XXIX. 43. II. Od. XVI. 2. & cui non? Burm.

Hi narrata ferunt aliò: menſuraque ficti
Creſcit; & auditis aliquid novus adjicit auctor.
Illic Credulitas, illic temerarius Error,
Vanaque Laetitia eſt, conſternatique Timores,
Seditioque repens, dubioque auctore Suſurri.
Ipſa quid in coelo rerum, pelagoque geratur,
Et tellure, videt, totumque inquirit in orbem.

Fab. III. Argumentum.

Cycnus in Avem.

Fama cum per orbem Grajorum [a] *adventus ad expugnandum Ilium veniſſet, & in Troade claſſes adparuiſſent, primus in congreſſu bellantium Proteſilaus* [b] *Iphicli filius ab Hectore*

53. *Atria turba tenet.*] *Tenent* quinque ſcripti. Heins.

54. *Paſſim.*] *Pariter* Strozzae liber.

56. *Vacuas aures.*] Quidam, *auras.* ſed nil muto. Conſule Notas lib. III. Amor. Eleg. 1. 62. Heinsius.

57. *Hi narrata ferunt alio, menſuraque ficti Creſcit, & auditis aliquid novus adjicit auctor.*] Optimè famam deſcribit, ut Virgilius quoque lib. IV. Aeneidos:

Fama malum, quo non aliud velocius ullum,
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo. Ciof.

Aliis prior Gronovii & XXII. alii. conferenda cum hac Famae deſcriptione illa Val. Flacci lib. II. vſ. 117. & Lucan. lib. I. 469.

60. *Vanaque laetitia.*] Statius III. Theb. 426.

Fama ſono vanos rerum ſuccincta tumultu.

Sic MSS. vulgo, *varios.* Heins.

61. *Seditioque recens.*] *Repens* ſcribendum vel invitis libris. ſic *repens diſcordia* Virgilio XII. Aen. 313.

Quo ruitis? quove iſta repens diſcordia ſurgit?

Livius libro primo: *Repens ex agris tumultus in urbem allatus.* Tacitus Hiſt. II. *Atque illum jam ſupremas curas agentem repens tumultus avertit.* Noſter ſuperius initio libri quinti:

Inque repentinos convivia verſa tumultus.

Saepe in hac voce peccatum. ut in illo Petronii:

Sanguineoque repens deſcendit Jupiter imbre.

Ubi *recens* nunc legitur. libro I. Faſtor. 96.

Bina repens oculis obtulit ora meis.

Ubi *repente* fruſtra in plurimis veterum. ſic *repens fulminis ictus* Lucretio lib. V. *vox repens* Val. Flacco II. 91. & *vocis repens ſingultus* Statio, *cura repens* Ciceroni in Tuſculanis. *repens caſtra quatit clamor* Silio lib. III. *Flamma repens* Statio Achilleide II. 113. ex optimis membranis:

Sic variis manifeſta notis, palletque, rubetque
Flamma repens.

Repens fragor Claudiano Rapt. II. Heinsius. Vid. Gronov. ad Liv. VIII. 29. Heinſ. ad Claud. I. in Eutr. 412. in uno Leidenſi erat, *ſeditioque nocens.*

61. *Dubioque auctore ſuſurri.*] *Suſurra* Neapolit. vide ad lib. VII. 825.

63. *Inquirit in orbem.*] *Incurrit in orbem.* Cod. Menardi. vide lib. I. ỳs. 148.

[a] *Adventus.*] *Adventu* &c. *iſſet* Parm. *adventu exp. J. eſſet* Lugd. *adventum ad ex. I. & in Troade claſſes eſſe aperuiſſet* Micyll. *adventus ad ex. I. iſſet* Raener. *Fama nuntiante cum Trojani Graecorum adventum praenoviſſent, & ad reſiſtendum bellico apparatu ad litus, aditus litoris tuerentur, primus* Colon.

[b] *Iphicli.*] *Hyphicli* Parm. *Iſiphyli* Colon.

[c] *Dein.*] *Dehinc* Parm. Lugd. Micyll. Raener. *deinde* Colon.

[d] *Achilles.*] *Ab Achille* Parm. Lugd. *Cygnus &c. ab Achille occiſus eſt* Raener.

[e] *Cum diu.*] *Cum enim diu, &c.* Raener. *Achilles (quo cum diu ſibi in certamine contentio eſſet, & fr. i. e. tela jaceret* M. L. *p. interempto) ſ. e. p. hoſtem, ex curru ſupra eum ſe praecipitavit, eliſoque gutture preſſit* Colon.

[f] *Qui priusquam.*] *Quem pr. ſ. a. ab illo* Micyll. *Quem pr. ſpol. armis, Neptunus pater in v. ſui nominis mutavit, ne ipſius n. a. p.* Colon.

[g] *Eum parens.*] *Ejus parens* Parm. Lugd. Raener. Micyll.

¶ 66. *Prohibentque aditus.*] *Prohibent* libri veteres. praeterea *aditu* ſcribendum, quicquid in contraria eunt antiquae membranae. Caeſar I. Bell. Civ. 31. *Tuberonem portu atque opido prohibet.* Stat. Achill.

Littore praecipue portuque arcere memento.

Appoſite Dict. Creten. libr. II. 34. *Deinde venientes ad ſe duces aditu prohibere.* & libr. I. 18. *Quia*

per

Hectore est interemptus. [c] *Dein novissimè Cycnum, Neptuni filium, qui nullo telo interimi poterat,* [d] *Achilles,* [e] *cum diu in certamine victoriae contentio esset, & frustra in eum tela eminus jaceret, Menete Lycio prius interempto, stricto ense persequens, praecipitatum supra saxum elisо gutture pressit.* [f] *Qui priusquam spoliaretur armis ab eo, Neptunus* [g] *cum parens in volucrem ejusdem nominis contulit, ne nominis aboleretur perpetuitas.*

65 FEcerat haec notum, Grajas cum milite forti
Adventare rates: neque inexspectatus in armis
Hostis adest. prohibent aditu, litusque tuentur
Troës: & Hectoreâ primus fataliter hastâ,
Protesilaë, cadis: commissaque proelia magno

Stant

per omnem Graeciam multo majore egestate pabuli equitatus usu prohibentur. Sic scribo, non, *usus prohibetur,* quod est in vulgatis. libr. III. 4. *Ita Graeci prohibiti caede reliquorum.* libr. V. 17. *Quae postquam Antenori cognita sunt, regrediens ad Trojam imperfecto negotio aditu prohibetur.* lib. VI. 2. *Itaque Aegiale Diomedem advenientem per cives aditu prohibet.* & mox, *Teucer Salamine prohibitus à Telamone.* deinde cap. 15. *Ibi per custodes agri primo aditu prohibito.* ubi vetustus codex, *patrio aditu.* recte. adi notas lib. II. Art. Ÿs. 335. Heinsius. & sup. VI. 349.

67. *Et Hectorea primus fataliter hasta Protesilaë cadis.*] Ἀποστροφή. Huc pertinet illud, quod ait Laodamia apud poëtam nostrum:

Sors quoque nescio quem fato designat iniquo,
Qui primus Danaûm Troada tanget humum.
Infelix, quae prima virum lugebit ademptum:
Dii faciunt, ne tu strenuus esse velis.

Exstat & apud Ausonium hoc ejusdem Protesilai Epitaphium:

Fatale adscriptum nomen mihi Protesilao:
Nam primus Danaûm bello obii Phrygio.
Audaci ingressus Sigaeia litora saltu,
Captus pellaci Lartiadae insidiis.
Qui ne Trojanae premeret pede litora terrae,
Ipse super proprium desiliit clypeum.
Quid queror? hoc letum jam tum mea fata canebant.
Tale mihi nomen cum pater imposuit.

Et:

Protesilaë, tibi nomen sic fata dederunt,
Victima quod Trojae prima futurus eras.

Ciofanus.

67. *Fataliter.*] Hoc verbo utitur Cicero & Tacitus. Idem

68. *Protesilaë.*] Responsum enim fuerat Achivis, ut & Hyginus annotavit, eum, qui primus littora Trojanorum attigisset, periturum. fabulam autem describit Homerus Iliad. B. 697. his versibus:

Τῶν δ' αὖ Πρωτεσίλαος ἀρήϊος ἡγεμόνευε,
Ζωὸς ἐὼν, τότε δ' ἤδη ἔχε κατὰ γαῖα μέλαινα.
Τοῦ δὲ καὶ ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος Φυλακῇ ἐλέλειπτο,
Καὶ δόμος ἡμιτελὴς, τόνδ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνὴρ
Νηὸς ὑποθρώσκοντα πολὺ πρώτιστον Ἀχαιῶν.

Quod autem hic ab Hectore occisus dicitur, id alii variant: quidam enim ab Aenea occisum volunt, quidam ab Achate, Aeneae socio, alii etiam ab Euphorbo, ut eodem loco annotat Comment. Protesilaum porrò dictum ait Hyginus eo, quod primus Graecorum periisset, cùm antea Iölaus diceretur. Hujus pater Iphiclus fuit, cursus velocitate ac levitate celebris, ut qui pedibus supra summas aristas decurreret, neque spicas earum laederet, aut infringeret. Iphicli autem Phylacus. Unde & *Phylacides* alibi dicitur Protesilaus, ab avo videlicet paterno, non à loco. Dicitur autem idem etiam ab inferis commeatu in triduum impetrato, rediisse in vitam uxoris Laodamiae precibus. quam rem Lucianus tractat in Dialog. Inferorum, & divinos postea honores consecutus Eleunte in Chersoneso, ut Pausan. in Atticis tradit. Micyll.

68. *Commissaque proelia magno Stant.*] *Praemissaque p. damno Stant.* Leid. tert. sed vulgata bene se habet. *commissa proelia* enim sunt, quibus initium belli & proeliorum factum est. Flor. II. 15. ex Livio XXI. 40. *Primo commissum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum est.* & IV. 2. *Annotatum quoque committentis aciem Crastini pilum.* qui Lucanum imitatur VII. 472.

Cujus torta manu commisit lancea bellum.

Idem Florus IV. 7. *Acie namque commissa.* & IV. 2. *Spatium, ubi commissum,* quod male Freinshemius de tota duratione capit. quamquam legere ibi mallem & distinguere: *Si locum & spatium; commissum est intra Italiam: inde se in Galliam &c. deflexit.* illud *ubi* intrusum fuit. quamvis & posset ferri, si modo distinguatur; *spatium ubi: commissum, &c.* Dict. Cret. II. 36. *Instructis copiis ubi neutra pars committere audet.* Liv. XXXI. 28. *Hac satis felici expeditione*

Stant Danaïs: fortisque animae nece cognitus Hector.
Nec Phryges exiguo, quid Achaïa dextera posset,
Sanguine senserunt. & jam Sigaea rubebant
Litora: jam leto, proles Neptunia, Cygnus
Mille viros dederat. jam curru instabat Achilles:
Troaque Peliacae sternebat cuspidis ictu
Agmina: perque acies aut Cygnum aut Hectora quaerens;
Congreditur Cygno: decimum dilatus in annum
Hector erat. tum colla jugo candentia pressos
Exhortatus equos, currum direxit in hostem:
Concutiensque suis vibrantia tela lacertis,
Quisquis es, ô juvenis, solatia mortis habeto,
Dixit, ab Haemonio quod sis jugulatus Achille.
Hactenus Aeacides. vocem gravis hasta secuta est.

Sed

re, bello commisso. & ita passim alii. quae cum obvia sit hujus verbi significatio, mirari subit eumdem Livium pro *finito* ponere lib. VIII. 25. *Hoc bello tam prospere commisso, altero quoque bello jam finis aderat.* nec mendosum locum quisquam monuit. BURMANNUS.

69. *Fortesque animae.*] Ordo talis. Fortesque animae nec exiguo sanguine senserunt, quid Hector non cognitus possit. nec exiguo sanguine Phryges senserunt, quid Achaica dextera posset. CONST. FANENS. Strenui homines. Ita saepè apud bonos auctores. CIOFAN. *Fortesque animae, neque cognitus Hector* libri constanter. nec tamen sensus horum poëtae menti respondet. Censebam olim refingendum, *neque inagnitus Hector. inagnitus*, pro incognitus: etsi minus obviâ voce. Sequentia id confirmant. sic paulo ante:

—— neque inexpectatus in armis
Hostis adest.

Certe in meo chartaceo, qui ad fidem libri vetustioris erat descriptus, *neque incognitus* legebatur. nunc omnino amplector conjecturam Christiani Hugenii Zuilichemii, viri ad summa quaevis nati, qui monebat nuper, reponendum sibi videri:

—— fortisque animae nece cognitus Hector.

Ut Protesilaus subintelligatur. de quo paulo ante egerat. De cujus conjecturae veritate vix dubito. Posset etiam legi, *fortisque manu bene cognitus Hector.* ut apud Silium lib. XVII. de Annibale, *Latioque micat bene cognitus ensis.* HEINS. Recepi certissimam correctionem. ita mox vs. 180.

Qua tibi militia, cujus certamine pugnae
Cognitus.

Vide de hac voce *cognitus* Manut. ad Cicer. VI. Epist. Fam. 5. Et ita Cicer. XIII. Ep. 16. *Tum per me existimare coepi ex iis judiciis, quae de eo feceram, cognitis.* & ita cape ista Nepotis Miltiad. I. *Sed etiam confidere cives possent sui, talem futurum, qualem cognitum judicarunt.* id est, postquam cognoverunt & experti sunt. BURM.

70. *Achaïca dextera.*] *Achaïa* ex melioribus. sic *Troïa* passim pro *Troïca*, libro X. *Panchaïa tellus*, cum *Panchaïca* male legeretur. libro II. Aeneïdos *Achaïa castra.* & libro V. *manus Achaïa* in multis antiquis exemplaribus. *Achaicus* tamen *ignis* apud Horatium. HEINS.

71. *Et jam Sigaea rubebant.*] *Et jam signata rubebant* plurima ex veteribus, quod & Vivianus & Berssmannus in suis invenerunt.

72. *Proles Neptunia Cygnus.*] Duos fuisse Cygnos reperio. unum Marte genitum, qui ab Hercule est interfectus, ut in Aspide narrat Hesiodus. Alterum Neptuno, quem interemit Achilles, auctore Pindaro. à quo mutuatum haec Poëtam nostrum existimo. CONST. FANENS. Tres autem Cygni memorantur apud poëtas, primus Neptuni filius, quem occidit Achilles, de quo hic Ovidius, & in Phocicis lib. X. cap. 14. Pausanias. Alter Stheneli filius, Ligurum rex: de quo idem Ovidius supra lib. II. & Pausanias in Atticis lib. I. 30. mentionem facit, qui idem & Musicum eundem fuisse dicit, atque inde fabulae locum datum. Tertius autem Cygnus Martis filius fuit, quem Hercules singulari certamine apud Peneum amnem superavit & occidit. de quo idem Pausanias eodem libro cap. 27. & Hesiodus in Aspide vers. 37. MICYLLUS. *Proles Stenelëia* Gronov. quod repetitum ex lib. II. 367. Ceterum Cygnum ab Hercule occisum dicit Senec. Herc. Fur. 485. ubi vide Gronov. quo loco Heinsius legebat:

Vulneri & ferro invius
Mortem coactus integer Cygnus pati.

Et ad Cygnum referebat quoque illa ex Medea 635.

Patre Neptuno genitum necavit.

Sed quamquam certâ nullus fuit error in haſtâ;
Nil tamen emiſſi profecit acumine ferri:
Utque hebeti pectus tantummodo contudit ictu;
Nate Deâ, (nam te famâ praenovimus) inquit
Ille, quid à nobis vulnus miraris abeſſe?
(Mirabatur enim.) non haec, quam cernis, equinis
Fulva jubis caſſis, neque onus cava parma ſiniſtrae
Auxilio mihi ſunt: decor eſt quaeſitus ab iſtis.
Mars quoque ob hoc capere arma ſolet. removebitur omne
Tegminis officium; tamen indeſtrictus abibo.
Eſt aliquid, non eſſe ſatum Nereïde, ſed qui
Nereaque, & natas, & totum temperet aequor.
Dixit: & haeſurum clypei curvamine telum
Miſit in Æaciden: quod & aes, & proxima rupit

Terga

Et in Pindaro & Heſiodi ſcuto putabat ſe legiſſe Cygnum ab Hercule occiſum, vel certe vulneratum. confuderunt forte duos Cygnos, ut ſaepe Poëtae fecerunt. ſed & Seneca Troad. 183. & Agam. 215. ab Achille caeſum Cygnum memorat, & alii. Burmannus.

73. *Curru inſtabat.*] Ab illo Virgiliano I. Aen. 468. *Inſtaret curru criſtatus Achilles.* inſipidum enim eſt quod vulgo legebatur, *jam curru ſtabat Achilles:* vel *currus ſtabat Achillis.* Farnab.

74. *Totaque Peliacae ſternebat cuſpidis ictu Agmina.*] Mediceus chartaceus, ex veterrimo codice deſcriptus, *Troaque.* probe. nam Τρὼς & Τρωὸς & Τρωΐὸς & Τρωϊκὸς dicitur. Vide Notas ad Epiſt. I. ℣s. 28. *Troïa agmina* dixerat Virgilius v. 804.

——— *cum Troïa Achilles*
Exanimata ſequens impingeret agmina muris.

Noſter infra hoc ipſo libro,

——— *oſtendens ſternentem Troïa ferro*
Corpora Peliden.

Catullus de Achille, Carm. LXIV. 351.

Trojugenûm infeſto proſternet corpora ferro.

Heinsius.

76. *Cygno.*] *Congreditur Cygnum* tert. Medic. & Florent. S. Marci.

77. *Collo canentia.*] *Candentia* rectius legas ex decem ſcriptis. candidus enim color, non canus, in equis commendatur. ita Stat. IV. 130.

Ter nivea candente juba.

Ita lego. vulgo, *ſcandente.* Sic lib. VIII. 373. in fabula Meleagri de Caſtore & Polluce:

Nive candidioribus alba
Vectabantur equis.

Sic Palladius Martio Menſe tit. XIII. colorem *candidum* in equo commendat. Sil. IV. 219.

Candenti ſublimis equo. Heins.

79. *Vibrantia tela.*] Unus Voſſianus, *Vulcania,* ut ad arma ejus à Vulcano fabricata alludat. Heinsius. Sic & lib. XIII. 289. pro *coeleſtia dona, Vulcania* codex Graevianus, quod ibi admitti poſſet, ſed hic non agitur de clypeo, qui à Vulcano erat factus; ſed de Peliade haſta, quam Chiron donavit Peleo, & quae ab eo ad Achillem venit, quam deſcribit Homer. Iliad. π. 140. ubi tamen Scholiaſtes dicit à Pallade politam, & à Vulcano armatam, ſcilicet ferro. ut *ferrata fraxinus* inf. 323. vid. & Schol. Pind. III. Nem. 55. Mox *gravem haſtam* vocat, & lib. XIII. 108. exemplo Homeri. *Vibrantia* ergo recte, pro concuſſis, mobilibus. vid. ad lib. III. 34. mox *trementia* vocat. nec movere debet quod *tela* dixit ſollemni Poëtis permutatione numeri. nam haſtam emiſſam reſumſiſſe patet ex verſ. 105. Burmannus.

80. *Dixit ſolamen habeto Mortis.*] *Solatia mortis habeto, Dixit* tres antiqui. aliquanto rotundius. Heinsius.

81. *Quod ſis jugulatus.*] *Qui ſis* Arg. & Thyſ. lege, *qui ſis jugulandus.* Idem.

84. *Emiſſi.*] *Amiſſi* Junii codex. *excuſſi* unus Leid. ſed, *admiſſi* quinque libri. quod elegantius, ut *admiſſae aquae, admiſſi equi* & ſimilia. de quibus ad Heroid. Epiſt. I. 36. & II. 114. Burmannus.

86. *Nam te famâ praenovimus.*] *Fama jam te* Vatican. *praevidimus* Medic. *praevenimus* prim. Gronov.

90. *Auxilio.*] *Auxilium* prim. Gron. vide ad Remed. Amor. 528.

91. *Ob hoc.*] *Ob hunc* Francius malebat. *ab hoc* quinque libri. &, *removebitur ecce* ſec. Palat. & ſex alii. *removebitur hujus* Medic. unus.

94. *Temperat aequor.*] *Temperet* rectius Neap. duo Medicei & unus Strozzae. Heins.

Terga novena boum: decimo tamen orbe moratum.
Excutit hoc heros: rursusque trementia forti
Tela manu torsit: rursus sine vulnere corpus,
Sincerumque fuit, nec tertia cuspis apertum,
Et se praebentem valuit destringere Cygnum.
Haud secus exarsit, quam Circo taurus aperto,

Cum

97. *Orbe moratum.*] *Aere* Cantabr. & unus meus. *orbe resistit* Voss. & Menard. imitatio Homerica Iliad. H. 245. & seqq. Stat. IX. Theb. 104.

Intorquet jaculum, duro quod in aere moratum,
Transmissumque tamen clypei stetit orbe secundo.

HEINS. Vide Cl. Graev. Lect. Hesiod. cap. XIX.

98. *Excipit hoc heros.*] *Excutit* plerique castigatiores. *Decutere* dixit Virgilius X. 718. in re simili. Mariangelus in Diatribis etiam monet, *excutit* in pervetustis libris legi, atque illud etiam Planudem agnoscere, qui ἀνέσπασε verterit. supra lib. X. 713. *Protinus excussit pando venabula rostro.* HEINS. Et ita Farnabius, Bersmannus & alii. Solinus de Cervis cap. 19. *Dictamnum ipsi prodiderunt, dum ex eo pasti excutiunt accepta tela.* BURM.

100. *Sincerumque fuit.*] *Nudatum* exponit Bersmannus. male: est non tinctum, foedatum sanguine. vid. Cl. Gronov. ad Gell. I. 5. IDEM.

101. *Distringere Cygnum.*] *Destringere* vetustiores. paulo ante etiam, *indestrictus* reponendum. HEINSIUS.

104. *Phoeniceas vestes.*] Purpureas, quibus maxime agrestes tauri in harena irritabantur. REGIUS. Hos nostrum vulgus *Bubalos* hodie vocat. hi enim colorem puniceum, aut rutilum non ferunt, eumque gestantes impetunt. irritari autem solebant & pilis inde factis. Hinc Martialis lib. Spectac. 19.

Qui modo per totam flammis stimulatus arenam,
Sustulerat raptas taurus in astra pilas.

Et rursum 22.

Namque gravem gemino cornu sic extulit ursum,
Jactat ut impositas taurus in astra pilas.

MICYLL. *Puniceas* nonnulli. Lege tam hic quam aliis locis, *Poeniceas.* nam *Poenicus* pro *Punicus*, & *Poenicius* pro *Punicius* dicebant, quomodo in veterrima columna rostrata Duilii, quae in Capitolio etiamnum exstat, CLASEIS POENICAS habes, non *Punicas.* & apud Gellium lib. XVII. cap. 9. *Legebamus id quoque in vetere historia rerum Poenicarum*, atque ita ille passim locis plurimis. Naevii poëma *de bello Poenico* in optimis Nonii Marcelli exemplaribus passim inscribitur. *poenicius* tamen seu *punicius* à Graeco Φοινίκιος rectius deducas. apud Solinum cap. XXX. cum in nonnullis codicibus legatur, *Carthedam dixit, quod Phoenicio more exprimit civitatem novam.* puto scribendum; *Poenicio ore.* in vulgatis, *Phoenicum ore.* in *Phoeniceus* secunda producitur. ut in *Phoenices.* sic Amor. lib. III. Eleg. VII. ubi plura ad rem. pro *Phoenicea cera*, reponendum est *Poenicea.* & *Poeniceam chlamydem* Met. XIV. apud Lucretium l. II. *Purpura Poeniceusque color.* & lib. V. *Arbuta Poeniceo colore.* Varro de L. L. lib. IV. *Purpura à purpurae maritimae colore. Poenicum, quod à Poenis primo dicitur allatum.* sic *Poenicus ignis* pro *Punicus* apud Silium Italicum lib. I. ℣s. 590. ex optimo codice. Virgilio semper, *Puniceus.* sic, *Punicei cothurni* Ecloga VII. Ecloga V. *Punicea roseta.* Georg. III. & Aen. XII. *Puniceae pennae.* Aen. V. *Teniae puniceae.* l. XII. *Puniceas Aurora rotas.* Horat. *Color Puniceae flore prior rosae.* HEINS. Vide Lambin. ad Lucret. II. 829. & supr. ad lib. IV. 127. de irritamento taurorum plura ex aliis congessit P. Lotich. comm. ad Petron. lib. II. cap. 13. tanto stupore, ut Regii notam à Micylliana distinguere non potuerit. BURM.

106. *Manus est mea.*] *Manus haec mea* unus Heins.

107. *In uno.*] *In unum* Leidens. tert. & Medic.

108. *Lyrnesia primus Moenia dejeci.*] *Disjeci* libri veteres quinque. ut Epistola prima 47.

—— *nostris disjecta lacertis Ilion.*

Seneca Thebaïde 343. ut legit optimus codex:

Disjicite passim moenia, in planum date.

Virgilius lib. VIII. 290.

Ut bello egregias idem disjecerit urbes,
Trojamque Oechaliamque.

Et mox 355.

Haec duo praeterea disjectis oppida muris.

Et libro XII. 333.

Fulminat Aeneas armis, summasque minatur
Disjecturum arces.

Ita codex Leidensis Bibliothecae. apud Statium tamen Theb. VI. 657.

—— *qui Tyrias dejectum vaditis arces.*

primus etiam in Florentino S. Marci. HEINSIUS. Passim haec duo verba confunduntur. sed *dejicere* est proprie ex alto jacere, quare in loco Virgilii XII. 333. & Statii *dejicere arces* malim. ut etiam I. Georg. 283. *Dejecit fulmine montes.* & 333. *Altae Ceraunia telo Dejicit.* & Noster IX. Met. 196. *praesepia dejicere*; est enim ad terram dare. ut ita in bello & venatu *dejicere*, pro prosternere utuntur passim; sed hic *disjicere* rectius est, pro evertere, destruere, ut in diversas partes quasi jactae frangantur. ut infr. 366. *Disjectus foedo vulnere*, cujus jugulum, pectus

Cum ſua terribili petit irritamina cornu
Poeniceas veſtes, eluſaque vulnera ſentit.
Num tamen exciderit ferrum conſiderat haſtae.
Haerebat ligno. Manus eſt mea debilis ergo;
Quasque, ait, ante habuit vires effudit in uno.
Nam certè valuit, vel cum Lyrneſia primus

Moe-

pectus & humerus abſciſſa. & ita multi codices lib. I. 289. *Domus indisjecta.* Virgil. VIII. 191. *Disjectae procul ut moles.* Sic *ſepulchra disjicere* Suet. Caeſ. 81. ubi nihili eſt *diſcinderent*, quod profert Torrentius. vide Gronov. ad d. l. Senecae & adnotata ad Petron. cap. CXXIII. Burm.

109. *Solus Echionias.*] Corruptè quidem ſic legitur eorum culpa, qui ſibi omnia permittunt in iis invertendis, quae in priſcis exemplaribus deſcripta non percipiunt. cum enim quasnam Ovidius *Aeetionias Thebas* vocaret, minus intelligerent homines & imperiti & temerarii, non ſolum *Aeetionias* in *Echionias* inverterunt, ſed hoc quoque nomen *Solus* commodo ſuo adſcripſerunt, ignorantes *Echionias Thebas* in Boeotia eſſe, quae pro Graecis contra Trojanos ſteterunt, ut aperte in II. Iliad. narrat Homerus. Quas autem ſe jactat expugnaſſe Achilles in Cilicia, ſunt *Aeetioniae* dictae, ab Aeetione Andromaches patre, quem ab Achille interfectum, Thebemque urbem Ciliciae excelſam fuiſſe depopulatam, apud Homerum Andromache ipſa conqueritur. Thebae autem multarum urbium eſt nomen. ſiquidem & in Aegypto, & in Boeotia, & in Cilicia, & in Syria, & in Ionia juxta Miletum, & in Attica, & in Theſſalia Pthiotide, & in Italia Thebae fuerunt. Thebae ſanè Ciliciae pro Trojanis contra Graecos arma ſumpſerunt. legitur etiam *Etioneas.* Regius. Homerus Iliad. A. 364.

Ὤχόμεθ' ἐς Θήβην, ἱερὴν πόλιν Ηετίωνος,
Τὴν δὲ διεπράθομεν, καὶ ἤγομεν ἐνθάδε πάντα.

Et Iliad. Z. 395.

Ἀνδρομάχη θυγάτηρ μεγαλήτορος Ηετίωνος
Ηετίων ὃς ἔναιεν Ὑποπλάκῳ ὑλήεσσῃ,
Θήβῃ Ὑποπλακίῃ, Κιλίκεσσ' ἀνδρεσσιν ἀνάσσων.

Et rurſum 414.

Ἦτοι γὰρ πατὲρ ἀμὸν ὑπέκτανε δῖος Ἀχιλλεὺς,
Ἐκ δὲ πόλιν πέρσεν Κιλίκων εὖ ναιετάουσαν,
Θήβην ὑψίπυλον, κατὰ δ' ἔκτανε Ηετίωνα, &c.

Ex hac autem urbe, & Chryſeidem abduxere Graeci Chryſae ſacerdotis filiam, ut Iliad. A. 369.

Ἐκ δ' ἕλον Ἀτρεΐδῃ Χρυσηΐδα καλλιπάρῃον.
Χρύσης δ' αὖθ' ἱερεὺς ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος.

Sunt autem Chryſeis & Briſeis patronymica nomina, cum propria fuerint, alterius Aſtynome, alterius Hippodamia, ut Commen. ibidem annotat. Micyll. Secutus antiquiores, Regium, Vivianum, & reliquos Farnabius hic, & ad lib. XIII. 173. Thebas has in Cilicia ponit, & ſecuti hanc negligentiam Lexicorum Geographicorum auctores plurimi. ſed male omnes mihi verba Homeri cepiſſe videntur. qui non in Cilicia ſitam fuiſſe, ſed Cilicibus imperaſſe Eetiona dicit, & Strabo lib. XIII. pag. 586. ait Cilices olim duas δυναστείας habuiſſe, Lyrneſum & Theben: male enim interpres ἡ τῶν Κιλίκων δίστη reddit, *Cilicia duplex fuit.* nam hoc pag. 611. explicat per δύο δυναστείας, quarum una Eetioni, altera Myneti pareret. nam revera Thebe & Thebes campus in Myſia, ſive poſtea Aeolide fuit. vide Melam I. 18. ubi Voſſius adeundus: Scholiaſtes etiam Homeri ad Iliad. Z. 395. errat, qui in Lycia hanc urbem & Adramytium ponit, niſi Lycia, ut & apud Stephanum, pro Cilicia ſit poſitum. Et ita Thebe paſſim jungitur urbibus in Aeolide ſitis. vid. Iliad. A. 366. B. 691. X. 472. 480. Et Euripides Androm. I. in Aſia, id eſt Myſia ponit. & Θήβε Αἰόλις dicitur in Anthol. lib. III. cap. VI. p. 305. quam ignorare ſe dicit Obſopaeus. ſed Strabo illuſtrat, qui de agri Thebes praeſtantia certamina Lydis & Myſis olim, poſtea Graecis ex Lesbo & Aeolide fuiſſe dicit. neque recentiores deceperunt ſolum Homerici verſus, ſed ipſum Curtium, qui lib. III. cap. 4. de Cilicia proprie dicta agens, dicit ibi, *monſtratas urbium ſedes Lyrneſſi & Thebes.* ubi nemo veterum eas poſuit; ſed inde patet, quam facile labantur homines eruditi. vide quam ibi ſudent Raderus, Freinshemius & alii, duplices ejuſdem nominis urbes fingentes, ut Curtium erroris abſolvant. ſed ſi duplices urbes hae, vel in Cilicia proprie dicta, aut Pamphylia ſitae, ergo & Tenedus, Chryſe & aliae urbes, quas Achilles evertit, & quae ſemper Lyrneſo & Thebis junguntur. (vid. lib. XIII. 173. Senec. Troad. 719. & alios) ibi ſitae fuiſſe debuerunt. ex eodem fonte fluxit, quod Servius ad Virg. I. Georg. 56. duos montes Tmolos, unum in Cilicia, alterum in Lydia ſtatuat, cum unus in Lydia fuerit. videntur ergo olim Cilices huc usque imperii fines extendiſſe, vel eo colonias miſiſſe. dicta vero haec urbs, eodem modo ut Baeotica, *Thebe* & *Thebae:* & hinc quoque gentile *Thebanus* apud Noſtrum lib. IV. Triſt. III. 19.

Nec cruciere minus, quam cum Thebana cruentum
Hectora Theſſalico vidit ab axe rapi.

Ubi Andromache intelligitur. & hinc confuderunt illas librarii, & *Echionias* cum *Eetioneis* Thebis permutarunt: vide & ad lib. IV. Faſt. 280. Burm.

Moenia disjeci; vel cum Tenedonque, suoque
Eëtionêas implevi sanguine Thebas.
Vel cum purpureus populari caede Caycus
Fluxit; opusque meae bis sensit Telephus hastae.
Hîc quoque tot caesis, quorum per litus acervos
Et feci, &, video, valuit mea dextra, valetque.
Dixit: & ante actis veluti male crederet, hastam
Misit in adversum Lycià de plebe Menoeten:
Loricamque simul, subjectaque pectora rupit.
Quo plangente gravem moribundo vertice terram,
Extrahit illud idem calido de vulnere telum:
Atque ait; Haec manus est, haec, quâ modo vicimus, hasta.
Utar in hunc isdem: sit in hoc precor exitus îdem.
Sic fatus, Cygnumque petit, nec fraxinus errat;
Inque humero sonuit non evitata sinistro.
Inde, velut muro solidâve à cautе, repulsa est.

Quà

112. *Opusque meae bis sensit Telephus hastae.*] Hoc Plinius ad naturalem referens rationem, ait, Ferri naturam stipticam esse, ideoque medicos emplastris plagarum limaturam ferri adhibere solere. Unde & Achilles, inquit, doctus à Chirone per decussionem ferri Telephi vulnus dicitur curasse. Rescius. Et rursum lib. xxxiv. cap. 15. *Est & rubigo ipsa in remediis, & sic Telephum proditur sanasse Achilles, sive id aerea, sive ferrea cuspide fecit. Ita certe depingitur, eam decutiens gladio.* Porro de Telephi vulnere idem Ovidius libro primo Remed. 47. inquit:

Vulnus Achilleo quae quondam fecerat hosti,
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

Imperavit autem Telephus Mysis, quos Homerus, & post eum Calaber, *Ceteos* vocant, non *Lycios*, ut Regius sensit, à Teuthrante rege, cujus filiam Argiopen uxorem duxerat, successor ei terrae relictus, ut Diodorus autor est libro quinto, & Pausanias in Arcadicis, Pindarus Ode Isthmiorum quinta Ys. 52. Τίς γὰρ ἐσλὸν Τήλεφον τρῶσιν ἐῷ δορὶ Καΐκου παρ' ὄχθαις; Hujus filius Eurypilus fuit, quem postea Neoptolemus, ad Trojam profectum, occidit. Homerus Odyss. Λ. 518.

Ἀλλ' εἶον τὸν Τηλεφίδην κατενήρατο χαλκῷ
Ἥρῳ Εὐρύπυλον. πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
Κήτειοι κτείνοντο γενεὰν ἵνεκα δώρων, &c.

Reliqua apud Calabrum vide, libro sexto. Micyll. Amphibolon videtur esse in verbo *opus*, cum & vulnus & auxilium significet. Glarean.

115. *Crederet, hastam.*] *Hastae* Florentinus & Francof. unde conjiciebat Heinsius, *& ante actae veluti male crederet hastae.* ut *agere fulmina, tela* &c. Vid. ad III. Amor. III. 30.

116. *Lycia de plebe Nemeten.*] *Menoeten* duo Regii. bene. ejus nominis rector navis apud Virgilium occurrit non semel lib. v. & apud Statium alius in Thebaïde saepe. infra Noster, *Sanguis fuit ille Menoetae.* sic iidem Regii & prim. Medic. Heinsius. *Media de plebe* Sprotii codex. quod repetitum ex lib. v. 207. & I. Trist. I. 88. *Lycia de gente* XI. libri.

118. *Plangente.*] *Foedante* Medic. vid. lib. III. 125. *vertice* Heinsius ex tribus MSS. reposuit, cum ante *pectore* legeretur. lib. v. 84. *Resupinus humum moribundo vertice pulsat.*

120. *Vicimus.*] *Vincimus* Vatic. & octo alii.

121. *Utar in hoc idem.*] Lege, *iisdem*, scilicet manu & hasta, ex nostro codice. Const. Fanens. Ita veteres libri, itaque sine ulla dubitatione legendum: non autem, ut quidam volunt, qui opus hoc foediissime inquinant, *Utar in hoc idem.* Cior. *In hunc* nonnulli ex melioribus. recte. deinde pro *fatur* Florent. S. Marci & tres alii, *fatus.* Heins. *Vertar in hunc iisdem* sec. Palatin. eadem varietas lib. I. 235.

Solitaeque cupidine caedis
Vertitur in pecudes.

Praeterea si *fatus* recipiendum, mallem, *sic fatus Cygnum repetit*; ubique fere illud *que* commutari solet cum sequenti *re*, in verbis inde compositis. vid. Remed. 586. supr. VIII. 822. & alibi. *repetere* est iterum petere, quem antea frustra petierat. inf. 287.

Semicremoque novat repetitum stipite vulnus.

Et VIII. 770.

Repetitaque robora caedit.

Vide Lips. II. Satur. 20. & sup. IV. 462. Burmannus.

122. *Nec fraxinus errat.*] Hasta ex fraxino. Plinius

Quâ tamen ictus erat, ſignatum ſanguine Cygnum
Viderat, & fruſtra fuerat gaviſus, Achilles.
Vulnus erat nullum: ſanguis erat ille Menoetae.
Tum verò praeceps, curru fremebundus ab alto,
Deſilit: & nitido ſecurum cominus hoſtem
Enſe petens, parmam gladio, galeamque cavari
Cernit; & in duro laedi quoque corpore ferrum.
Haud tulit ulterius: clypeoque adverſa reducto
Ter quater ora viri, capulo cava tempora pulſat.
Cedentique ſequens inſtat: turbatque, ruitque.
Attonitoque negat requiem. pavor occupat illum,
Ante oculosque natant tenebrae: retroque ferenti
Averſos paſſus medio lapis obſtitit arvo.
Quem ſuper impulſum reſupino pectore Cygnum
Vi multa vertit, terraeque adflixit Achilles.
Tum, clypeo genibusque premens praecordia duris,

Vincla

nius quoque lib. xvi. cap. 13. ex Homero refert Achillis haſtam ex fraxino fuiſſe. Ciof.

123. *Non evitata.*] *Non devitata* Leid. unus & Heinſii alius. ut 11. 605. *Indevitatum telum.*

127. *Sanguis fuit.*] *Sanguis erat* Cantabr. & unus Heinſii, ut ſit venuſta & neceſſaria repetitio. quam mutarunt ſcioli, metuentes ultimae ſyllabae τοῦ *ſanguis.* ſed ſecuros nos facere poterit diligentia J. Brouk. ad Tibul. 1. vii. 72. Burm.

128. *Fremebundus.*] *Furibundus* Francof. & duo alii. *tremebundus* duo.

129. *Et nitido.*] *Et nudo* unus Heinſ. & Baſil.

131. *Et in duro.*] *Et induro* legit Gifanius Indic. Lucret. in *invalidus.* Faber. lib. 11. Ep. 69. *Nudo.* ego nihil muto.

132. *Gladioque adverſa reducto.*] In uno Vatic. & uno meo, *Clipeoque adverſa rejecto.* Ciofanus. Multi veteres, *clypeoque.* quod verum eſt. de gladio paulo ante habuimus. Innuit os Cygni adverſum clypeo impacto identidem ab Achille fuiſſe pulſatum. pro *reducto* quidam ex vetuſtioribus, *retecto, rejecto, relicto, remoto.* Florentinus S. Marci, *recepto.* fruſtra. Vide Notas libro vi. verſ. 107. ſic *reducta haſta* apud Virgil. libro x. Aeneid. 552. poſſet tamen & legi:

Gladiique adverſa retecti
Ter quater ora viri capulo & cava tempora pulſat.

Sic *detegere* & *retegere ferrum* aut *enſem* ſaepe apud Poëtas occurrit. Lucan. lib. ix. 830.

Invaditque manum, quam protinus ille retecto
Enſe ferit.

Sed *reducti* praeſtat. Stat. Theb. v. 664.

Acerque reducto
Adfuit Hippomedon, rectoque Erymanthius enſe. Heinsius.

134. *Cedentemque ſequens inſtat.*] *Cedentique* Florentinus S. Marci, Neapol. Spirenſis, prim. Moreti & ſeptem alii. Heinsius. Vide eum ad Claud. 1. in Rufin. 35.

137. *Medio lapis obſtitit arvo.*] *Armo* Meurſius ad Lycoph. 233. nolim factum, etſi ab uno meo codice confirmetur conjectura. alius, *alvo.* Ovidius enim numquam de homine utitur voce *armi.* licet infra 302. & 377. Centauris, qui ſemiferi erant, tribuit. Heins.

139. *Terraeque afflixit.*] Sic liber Statii. placet. Ciofan. *Adflixit* Neapol. prim. Medic. prim. Gronov. & decem alii. duo, *adfligit.* Florentinus S. Marci, Spirenſis, prim. Moreti & duo alii, *afflexit.* ſic apud Silium libro 1. 674.

Adfligunt proni ſqualentia corpora terrae.

Idem libro vii. 610.

Namque ſuper tepido lapſantem ſanguine & aegrâ
Lubrica nitentem nequicquam evadere plantâ
Impacto proſternit equo, trepideque levantem
Membra afflicta ſolo preſſâ violentius haſtâ
Implicuit terrae.

Libro ix. 631.

Et ſuperas alte miſerum jaculata per auras
Tellure eliſis afflixit flebile membris.

Ita enim in veterrimo codice Colonienſi legitur. Stat. 11. Th. 518.

Scopulis affligeret alvum.

Quidam, *infixit Achilles.* quo alludunt prim. Vatic. frag. Theat. & duo alii. in quibus, *infinxit.* Virgil. 1. Aen. 44.

Illum exſpirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, ſcopuloque infixit acuto.

Ubi Servius notat, Cornutum *inflixit* maluiſſe. Horatius 11. Sat. 11.

Vincla trahit galeae. quae preſſo ſubdita mento
Elidunt fauces; & reſpiramen iterque
Eripiunt animae. victum ſpoliare parabat:
Arma relicta videt. corpus Deus aequoris albam
Contulit in volucrem; cujus modo nomen habebat.

Fab. IV. Argumentum.

[a] Caenis in virum invulnerabilem.

[b] *Superato Cygno, inter epulas Achilles* [c] *ceterique Achivûm admirantur corporis* [d] *duritiam, quod toties* [e] *haſta à corpore ejus eſſet repulſa: quae admiratio à Neſtore ſene doctiſſimo ſpecioſiore exemplo* [f] *infirmatur. Retulit enim ſua aetate* [g] *Caenim Elati filiam fuiſſe, quae propter pulchritudinem à Neptuno* [h] *compreſſa ſit; data venia ob injuriam, ut in virum mutata nullo telo interfici poſſet.* [i] *Hic cum Pirithoi Ixionis filii nuptiis intereſſet, ducta Hippodamia, & Eurytus inter Centauros* [k] *vino incitatus in nuptam novam impetum feciſſet, ceteri proſiluere Lapithae atque Centauri,* [l] *nuptias frequentantes. Ideoque cum caedes maxima eſſet exorta, plurimique ex utraque parte ob raptum*

Atque affigit humo divinae particulam aurae. Pro *vertit* duo, *invertit.* unus Leidenſ. *avertit.* Puto, *advertit terraeque inflixit Achilles.* ut lib. IX. verſ. 54. quae videantur. *infligere humo* etiam Val. Maximus dixit lib. IX. cap. II. n. 4. Vide Nonium in *Infligere.* Heins. Vide quae promit eruditiſſimus Drakenb. ad Sil. Ital. I. 674. & IX. 631.

142. *Elidunt fauces.*] Scribe, *elidant* & mox *eripiant*, etſi libris antiquis nihil annuentibus. Heinsius. *Concludunt* vel *collidunt* Neapol.

143. *Victum.*] Cygnum. Pindarus Ode II. Olymp. de Achille loquens, Κύκνου τε θανάτῳ πόρεν. Ciofan.

144. *Arma relicta videt.*] *Relicta loco* Langermannus. ut lib. XIII. 946.

Nec potui reſtare loco. Heins. Lib. XIV. 70. *Scylla loco manſit.* II. Faſt. 207. *Caſtra loco ponunt.* plura dicemus ad Valer. Flacc. VI. 23. Burm.

144. *Deus aequoris.*] Alii Marti tribuunt. vide Caſaub. ad Athen. IX. 11.

[a] *Caenis.*] *Caenis in volucrem* Parm.

[b] *Superato Cygno.*] *Superato autem Cygno* Parm. Lugd. Micyll. Raener.

[c] *Ceterique Achivûm.*] *C. Achivi* Parm. Lugd. Micyll. Raen. Colon.

[d] *Duritiam.*] *Duritiem* Micyll. Colon.

[e] *Haſta.*] *Ictus a. c. ejus eſſet repulſus* Colon.

[f] *Infirmatur.*] *Inſinuatur* Colon.

[g] *Caenim.*] *Caenim Elatei* Raener.

[h] *Compreſſa.*] *Oppreſſa, id muneris ab eodem ob iniuriam accepit, ut* Colon.

[i] *Hic cum Pirithoi Ixionis.*] MS. *Huic cum Pirithous Ixionis filius nuptui &c.* Muncк. *Hic cum Pirithous Ixionis f. Neptuni* Parm. *Hinc cum Pirithous I. f. Neptuni intereſſet* Lugd. Micyll. qui in margine, *nuptias celebraret. Cum itaque Pirithoi I. filii ducentis Hippodamiam nuptiis intereſſet, Eurytus Centaurus i. n. n. i. fecit. Et cum perturbatis nuptiis ſubita pugna plurimi ex utraque parte obruti eſſent, omnes qui ex tanta caede relicti erant Centauri in ſolum Caeneum, qui inviolabilis ab univerſis reſtabat, noviſſime impetum fecerunt, conjectisque in eum arborum truncis ſpiritum coactum oppreſſerunt* Colon.

[k] *Vino.*] Deeſt Micyll.

[l] *Nuptias frequentantes.*] *In nupt. fr.* Parm.

[m] *Ipſe reſtaret.*] *Ipſa reſtaret* Parm. Lugd. *iſte reſtabat* Raener. & alii.

[n] *Coactus eſt.*] *Coactum* MS. Muncker.

[o] *Tamen non immemor.*] *Tamen illius n. im.* Raener. *Cujus tamen Deus m. non immemor, utpote à quo pretioſiſſimum p. &c.* Colon.

[p] *Supradictum.*] Forte, *Cycnum ſupradictum.* nam de Cycno, non de Caeneo haec dicuntur. Perperam ergo in lemmatis fabularum Micyllus, *Caeneus in avem*, vel, *Caenis in avem*, ut eſt in Veneta. *ſupradictum* ſic ſatis Latinè dici, de quo jam facta ſit mentio, offendi ad Fab. 4. lib. XI. at non tam bonae notae *praedictus*, quo cum barbaris etiam utitur Primaſius in Prolog. comment. in Apocalypſ. *Ejus conſilium ſequens utilitatem mox praedictam invenit.* Quod apud Vellejum cum aliis locis compluribus, tum & lib. I. cap. 4. legitur, ut praediximus, id ei obtruſum procul dubio à mala manu. Muncker. *Eum in volucrem transfiguravit* Raener. *Eum in volucrem ſ. n. tr.* Colon.

149. *Foſ-*

raptum matronarum concidiſſent; eo quod inviolabilis [m] *iſte reſtaret, ab univerſis, qui ex caede reliqui fuerunt, noviſſime impetu facto, congeſtisque in eum arborum truncis, ſpiritum reddere* [n] *coactus eſt.* [o] *Tamen illius non immemor Deus Neptunus, à quo ſpecioſum munus acceperat,* [p] *ſupradictum in volucrem ſui nominis transfiguravit.*

Hic labor, haec requiem multorum pugna dierum
Attulit: & poſitis pars utraque ſubſtitit armis.
Dumque vigil Phrygios ſervat cuſtodia muros;
Et vigil Argolicas ſervat cuſtodia foſſas:
Feſta dies aderat; quâ Cygni victor Achilles
Pallada vittatae placabat ſanguine vaccae.
Cujus ut impoſuit profecta calentibus aris;
Et Dîs acceptus penetravit in aethera nidor;
Sacra tulere ſuam: pars eſt data cetera menſis.
Diſcubuere toris proceres; & corpora toſtâ
Carne replent: vinoque levant curasque ſitimque.
Non illos citharae, non illos carmina vocum,
Longave multifori delectat tibia buxi:

Sed

149. *Foſſas.*] *Flammas* Gronov. pr. Vatic. Medic. & quinque alii. quod forte de *ignibus* poſſet capi. ut Horat. I. Od. x. 15.

Theſſalosque ignes, & iniqua Trojae
Caſtra fefellit.

De quibus plura ad Val. Flac. IV. 755. *portas* unus Baſil. *valles* unus Heinſii, unde ille *Argolicos vallos* conjiciebat. Burm.

151. *Pallada mactatae placabat ſanguine vaccae.*] *Vittatae vaccae* fragmentum Theatin. & Barberinianus. optime; victimae paſſim vittatae. nihil notius. Statius Achilleide II. 301.

Vittatâ genitrix placata juvencâ eſt.

Et apud Avienum Fabula ultima: ubi Lupus ad hoedum:

Hei mihi! vittatâ tu quoque fronte cades.

Apud Maronem libro V. 366. habes, *Velatum auro vittisque juvencum.* quomodo *bos auratus* Macrobio Saturnalium primo cap. 17. *Decemviris praeceptum eſt, ut Graeco ritu hiſce hoſtiis ſacrum facerent; Apollini bove aurato & capris duobus albis auratis, Latonae bove foemina aurata. Cretatus bos* Juvenalis Sat. X. 65. *Duc ad Capitolia magnum cretatumque bovem.* Heins. Vittis ornata fuiſſe omnia quae conſecrabantur, multis docuit Barth. ad Stat. VIII. 127. & Ouzel. ad Minuc. cap. 37. *porcae* hic unus Moreti.

152. *Profecta.*] Exta, à profecando dicta, quod in ſacris diis profecabant, hoc eſt, ſeorſim & primitus reſecta adolebantur. Lucanus lib. VI. 708.

Si pectora plena
Saepe dedi, & lavi calido profecta cerebro.

Micyllus.

153. *Et Dîs acceptus.*] *Exceptus* Regius; non male. ut aviditatem deorum notet. nidore enim paſci credebantur, ut notum.

154. *Cetera.*] *Maxima* Leidenſ. & Sprotii. vid. lib. VII. 662.

155. *Corpora toſta.*] Quia victimam torrere mos fuit, nam quod de elixorum uſu Servius & alii quidam volunt, inane eſt, ut in ſecundo Hecatoſty narrabimus? Const. Fanens.

156. *Curasque ſitimque.*] *Animumque ſitimque* Oxon. & unus Heinſ. *curasque levant vinoque jocisque* Leidenſis alius & Sprotii: quod nihilo deterius judicabat Heinſius. ita Noſter I. Art. 594. *Aptior eſt dulci menſa merumque joco.* & Horatius, *teſta jocos gerit.* III. Od. XXI. 2. & ſaepe alii. Burmannus.

158. *Longaque multiſoni.*] Ita Caeleſt. Alii veteres, *multifori.* Ciofanus. Prim. Vatic. fragment. Theat. Oxon. ſex alii, *delectant. multifidi* Neapol. Urbin. prim. Gronov. male. *multifora tibia buxo,* Senecae in Agamemnone 348. *Multifori tibia buxi,* ut πολύτρητος κάλαμος in Anthologia Graecorum Epigrammatum lib. I. cap. II. Ep. I. & Epig. 3. *Multiforatilem tibiam* Apulejus in Floridis vocat. & Metam. X. *multiforabilem,* ubi legendum, *multiforatilem,* & ita loquitur Sidonius lib. VIII. Ep. 9. rudi adhuc ſaeculo Horatius Art. Poët. 203. *Tibiam pauco foramine* monet fuiſſe. vid. VI. Faſt. 697. ex buxo tibias quoque fieri ſolitas, praeſertim à Tuſcis docet Plinius, quandoque ex loto, argento & oſſibus aſininis. recte etiam Noſter *longam tibiam,* utpote Graecanicam induxit, cum Phrygia eſſet incurva, de qua Met. III. 533.

mox,

Sed noctem sermone trahunt: virtusque loquendi
Materia est. pugnam referunt hostisque suamque.
Inque vices adita atque exhausta pericula saepe
Commemorare juvat. quid enim loqueretur Achilles?
Aut quid apud magnum potius loquerentur Achillem?
Proxima praecipue domito victoria Cygno
In sermone fuit. visum mirabile cunctis;
Quod juveni corpus nullo penetrabile telo
Invictumque ad vulnera erat, ferrumque terebat.
Hoc ipsum Æacides, hoc mirabantur Achivi.
Cum sic Nestor ait: Vestro fuit unicus aevo
Contemtor ferri, nulloque forabilis ictu
Cygnus. at ipse olim patientem vulnera mille,
Corpore non laeso, Perrhaebum Caenea vidi:

Caenea

mox, *pugnam referunt hostisque suamque* S. Marci, prim. Vatican. sec. Palat. prim. tert. quart. Medic. aliique multi. non *pugnas* & *suasque*. HEINS. etiam optimi *Longave. delectant carmina* Ambros. pro *buxi* etiam *cornu* Mazar.

161. *Exhausta pericula.*] *Exacta pericula* prim. Gronov. & duo alii. nil muto. HEINSIUS. Vid. I. Art. 771.

164. *Domito Cygno.*] *Domiti Cygni* plurimi.

166. *Quod juvenis corpus.*] *Juveni* Florent. S. Marci, pr. Vatic. sec. Palat. tert. Bonon. & Spirensis. *Nulli* quoque Medic. ut Stat. Theb. II. 653.

Sic irrita nobis
Tela cadunt, nullique tuum penetrabile telo
Pectus. HEINS.

Vid. ad lib. IX. 253. sic mox nonnulli codices, *nullique forabilis ictu.*

167. *Invictumque à vulnere.*] *Ad vulnera* Urbin. Thuan. prim. & tert. Medic. prim. Hamburg. tresque alii. tres itidem, *ad vulnus.* Sed *invictus à labore* dixit Cicero lib. I. Officiorum. Potest tamen & alterum admitti. Sic apud Macrobium lib. II. Saturnal. cap. I. *Eminentiores estis ad studia virtutum, quam ut Alcibiadi, qui tantum fortis fuit ad crimina, vos quisquam aestimet comparando.* apud Propertium, *Fortes ad praelia turmae*, &, *venales ad munus amici*, &, *ad eloquium rudes*, & *sobrius ad lites.* HEINS.

167. *Ferrumque terebat.*] *Verumque* prim. Gronov. & Medic. *mirumque ferebat* vel *terebat* Francof. *ferebat* magno numero codices. *tenebat* Cant. Ox. & tres alii. *ferebat* quatuor. certe qua ratione quis *terere ferrum* dici posset, quod repellebatur ab integro corpore, vix video. forte, *mirumque tenebat, Hoc ipsum Aeaciden, hoc mirabantur Achivi.* hoc miraculum tenebat defixum Achillen; *mirum pulchritudinis & bonitatis*, in lapide apud Fabret. cap. IV. p. 254. mox *monstrum* vocat. sic apud Minuc. Felic. cap. XX. *Ut temere crediderint etiam alia monstruosa mira miracula, Scyllam multiplicem, &c.* ita ajunt in codice Regio esse, nec Heraldo displicuit, si distinguas, *monstruosa mira, miracula.* sed sine distinctione J. Gronovii stomachus potuit concoquere fastiditum à Meursio. quasi & Varroni similis placuisset locutio, qui in Marcipore dixit *mera miracula.* quod neminem credo offendet. Hic vero expungendam esse alterutram vocem puto, & forte ultimam *miracula*, cujus priores syllabae repetitae ex praecedenti *mira*, ultimae ex primis sequentis *Scyllam.* Sic & apud Stat. II. Ach. 76.

Mira pavent aliae.

Ita MSS. ubi vulgo, *jure pavent.* & sic Noster in libris Fastorum saepe, *mira loquar*, *mira canam* & similia. in Eusebiano Chronico lib. posteriore n. CCCCLX. *sub quibus apud Graecos multa mira narrantur.* ubi *multa miracula* est in Palatino codice, *multa miranda* in aliis, notante Schurzfleischio in Notit. Biblioth. Vimariensis pag. 128. & ita posset defendi lectio MS. lib. XIV. 436.

Talia multa mihi longum narrata per annum
Miraque sunt.

Puto autem in Minucio duplicatam vocem forte à librario, qui in Nonio legerat, *mira, miracula veteres pro monstris vel horrendis ponebant.* sed ibi subintelligi copula & debet, ut exempla, quae adducit, utriusque vocis docent. & ita Noster passim *miracula* vocat Μεταμορφώσεις miras. & Virgil. IV. Georg. 441.

Omnia transformat sese in miracula rerum.

Tenere vero ut lib. IV. 284. *Dulcique animos novitate tenebo.* vid. Graev. ad Cicer. V. Famil. 12. mox Noster, *Monstri novitate moventur* eodem sensu. BURMANNUS.

168. *Hos*

Caenea Perrhaebum; qui factis inclytus Othryn
Incoluit: quoque id mirum magis esset in illo;
Femina natus erat. monstri novitate moventur,
Quisquis adest: narretque rogant. quos inter Achilles,
Dic age, (nam cunctis eadem est audire voluntas)
O facunde senex, aevi prudentia nostri;
Quis fuerit Caeneus, cur in contraria versus;
Quà tibi militiâ, cujus certamine pugnae
Cognitus; à quo sit victus: si victus ab ullo est.
Tum senior: Quamvis obstet mihi tarda vetustas;
Multaque me fugiant, primis spectata sub annis;
Plura tamen memini: nec, quae magis haereat illâ,
Pectore res nostro est, inter bellique domique
Acta tot, ac si quem potuit spatiosa senectus

Specta-

168. *Hoc ipse Aeacides.*] *Hoc ipsum* tert. Medic. & quinque alii. Heins

172. *Perrhaebum.*] Perrhaebus urbs est Thessaliae. unde *Perrhaebus* & *Perrhaebeus* nomen gentile declinatur, cujus nominis cum prima syllaba sit brevis, duplicato *r*, à Poëta producta est. Regius. Sequitur hoc loco Regius scripturam Stephani, apud quem legitur simplici ρ, Πέραιβος, πόλις Θετταλίας, &c. quamquam & apud Homerum in Catalogo legatur:

Τῷδ' Ἐνιῆνες ἔποντο, μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί.

Sed hoc; versus, ut puto, gratia, apud Strabonem autem ubique Περῤῥαιβοί, duplici ρρ, scribitur; fuisse autem Perrhaebos idem Strabo docet populum Thessaliae juxta Lapithas. verba Strabonis sunt lib. IX. pag 439. de Centauris: τούτους μὲν οὖν,

Ἐκ τοῦ Πηλίου ὦσε, καὶ Ἀβίκεσσι πέλασσε.

Τοῖς δὲ Λαπίθαις τὰ πεδία παρέδωκε, τινὰ δ' αὐτῶν καὶ οἱ Περῤῥαιβοὶ κατεῖχον τὰ πρὸς τῷ Ὀλύμπῳ. ἔσι δ' ὅπου καὶ ὅλοι ἀναμὶξ τοῖς Λαπίθαις ᾤκουν. Et rursum, Οἱ μὲν οὖν Περῤῥαιβοὶ καταδυναστευθέντες ὑπὸ Λαπιθῶν, εἰς τὴν ὀρεινὴν ἀπανέστησαν οἱ πλείους τὴν περὶ Πίνδον, καὶ Ἀθαμᾶνας καὶ Δόλοπας. τὴν δὲ χώραν καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν Περῤῥαιβῶν κατέσχον Λαρισσαῖοι, πλησίον μὲν οἰκοῦντες τοῦ Πηνειοῦ, γειτνιῶντες δ' ἐκείνοις, quae verba etiam illud confirmat, quod infrà sequitur: *Perque tuas urbes, tibi enim popularis Achille.* Mycillus.

177. *Audire voluntas.*] *Voluptas* prim. Vatican. aliique septem cum Arondeliano. Heins.

182. *Tarda vetustas.*] *Longa* meliores. Heins. *Quamvis obstat* duo, & mox, *fugiunt* Basil. *magna vetustas* unus. *longa senectus* tres. *tarda senectus* quatuor.

185. *Bellique domusque.*] Ineptus loquendi modus, si hoc modo legamus. at in nostro codice sic invenio, *Inter bellique domique Acta tot.* ut *belli* & *domi* adverbialiter sint locata. Const. Fanens. *Bellique domique* scripti quinque aut sex ex nostris. atque ita in suis invenerat Constantius Fanensis, recte: Horat. I. Ep. XX. 23.

Me primis Urbis belli placuisse domique.

Et II. Ep. I. 230.

Aedituos habeat belli spectata domique.

Silius lib. IV. 498.

——— *Multusque in imagine claris*
Praefulgebat avus titulis bellique domique.

Aemilius Probus vita Alcibiadis cap. VII. *Nam cum ei essent omnes honores decreti, totaque respublica domi bellique tradita.* Cicero in Bruto: *Omissis illis divinis consiliis, quibus saepe constituta est Imperatorum sapientia, salus civitatis aut belli aut domi.* Officiorum lib. II. cap. 5. ut quidem in vetusto codice legitur: *Longiores hoc loco sumus, quam necesse est. quis enim est, cui non perspicua sint illa, quae pluribus verbis à Panaetio commemorantur, neminem neque ducem belli, nec principem domi magnas res & salutares sine hominum studiis gerere potuisse.* & eodem libro cap. 24. *Praeterea quibuscunque rebus vel belli vel domi potuerunt, remp. augeant.* Idem in Fragmentis lib. IV. De Rep. *Pericles, cum jam civitati maximâ auctoritate plurimos annos domi & belli praefuisset.* Plautus Captivis Prologo. *Domi bellique duellatores optumi.* Asinaria III. II. *Edepol, virtutes tuas qui nunc possit collaudare, sicut ego possim, quae domi duellique male feciti.* Nec aliter Sallustium locutum scio. sic *domi militiaeque* apud Ciceronem, Terentium, frequenter. Quomodo & *domi forisque* dicebant. Ennius Iphigenia, *Neque domi nunc nos, nec militiae sumus.* Scholiastes Vetus Horatii Od. VII. lib. I. *Fulgentia, splendentia, aut luce coruscantia. ac si diceret, seu militiae fuerit, seu domi.* apud Dictyn

Spectatorem operum multorum reddere; vixi
Annos bis centum: nunc tertia vivitur aetas.
Clara decore fuit proles Elateïa Caenis,
Theſſalidum virgo pulcherrima; perque propinquas
Perque tuas urbes (tibi enim popularis, Achille)
Multorum fruſtra votis optata procorum.
Tentaſſet Peleus thalamos quoque forſitan illos;
Sed jam aut contigerant illi connubia matris,

Aut

quoque Cretenſem lib. II. cap. 26. ex veteri codice reſcribendum, *Vir domi bellique prudentiſſimus.* atque ita corrige lib. V. cap. 15. *Palamedem virum domi bellique prudentiſſimum.* libro VI. cap. 15. etiam ſcribendum, *Qui ſe domi bellique inclytum Ulyſſem interficere auſus eſſet.* pro *primis ſub annis* paulo ante Oxonienſ. & duo alii, *ſub armis.* de quo dictum lib. VIII 313. deinde pro, *haereat ulla*, meus chartaceus, *illa*, ut & alter Hamburgenſis. HEINS. *Sub antris* Leidenſ. mox, *plena tamen memini* Medic. quart. *multa tamen* alter.

185. *Ac ſi quem.*] Imperfecta ſententia. unde opinor huic ſecundo carmini deeſſe ultimum pedem, ac deeſſe ſimul verſum, qui ſequi debeat integrum uno minus pede. nam illud, *Vixi*, non huic, cui ſubjungitur verſui, ſed illi, qui deſit, ſubnectendum videtur. exempli cauſa hoc modo,

Ac ſi quem potuit ſpatioſa ſenectus
Spectatorem operum multorum reddere, certe
Me potuit, vidi qui tot jam ſecula,
Vixi annos bis centum &c. CONST. FANENSIS.

Anantapodoton eſt oratio, ut ſupra diximus, altero defecta membro. nam deeſt, certe me potuit ſenectus ſpectatorem multorum operum reddere. GLAREAN. Senſit defectum hunc librarius codicis Urbinatis, in quo erat, *reddere, certe, Me potuerit, vidi per tot jam ſecula, vixi Annos bis centum &c.*

188. *Nunc tertia vivitur aetas.*] Poëtica licentia hoc verbo *vivitur* in paſſiva & voce & ſignificatione uſus eſt Poëta. *aetatem* vero pro ſeculo poſuit. nam ſeculum centum annorum ſpatium comprehendit. REGIUS. Hom. Iliad. A. ὑς. 247.

Τοῖσι δὲ Νέςωρ
Ἠδυεπὴς ἀνόρουσε, λιγὺς Πυλίων ἀγορητής.
Τοῦ καὶ ἀτὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.
Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
Ἐφθίαθ', οἵ, &c. Pylo ab Hercule expugnata & Neleo cum filiis undecim interfectis, Neſtori, qui apud Gerenios alebatur, ſuperſtiti fingunt poëtae, adjectos annos fratribus ademptos. vide & Phleg. Trallianum περὶ Μακροβίων, & Euſebium de Praep. Euangel. lib. IX. cap. 13. FARNABIUS. Horat. II. Od. IX. 13.

At non ter aevo functus amabilem
Ploravit omnes Antilochum ſenex
Annos.

Et Ovidius, & Horatius, non dubium eſt, quin reſpexerint ad Homerum lib. I. Iliad. cujus verſus alii poſuerunt. De Neſtore vide quae notavi in Epiſtola Penelopae ad Ulixem. CIOFAN. Cic. Catone majore cap. X. *Videtis ne, ut apud Homerum ſaepiſſime Neſtor de virtutibus ſuis praedicet? tertiam enim jam aetatem hominum vivebat.* ubi male Gruterus ex MSS. ſuis, *videbat* legendum contendit. Veterrimus noſter codex à manu ſecunda exacte, *vivebat* habet. Juvenalis hinc, *vivere Neſtora totum*, pro totam Neſtoris aetatem, Sat. XII. 128. Eleg. in obitum Maecenatis:

Neſtoris annoſi vixiſſes ſecula. HEINS.

Ducitur aetas pr. Gron. & Sixii. *jungitur* Baſil. Arond. & unus Moret. *duxi annos b. c. n. t. ducitur aetas* Moreti alter. *vivere annos* inf. XV. 401. Martial. VII. 39.

Hic prope ter ſenas vixit Olympiadas.

Ubi alii codices, *vidit.* vid. ad Quinct. V. 14. & Heinſ.

Aut fuerant promiſſa, tuae. nec Caenis in ullos
Denupſit thalamos: ſecretaque litora carpens
Æquorei vim paſſa Dei eſt. ita Fama ferebat.
Utque novae Veneris Neptunus gaudia cepit;
Sint tua vota licet, dixit, ſecura repulſae;
Elige quid voveas. eadem hoc quoque Fama ferebat.
Magnum, Caenis ait, facit haec injuria votum
Tale pati nil poſſe mihi. da femina ne ſim:

Omnia

Heinſ. ad Prud. περὶ Στεφαν. XIII. ỳſ. 37. Burm.

189. *Proles Elateïa.*] Elatei filia. Regius. *Elateia*, ι, exili ſcribatur, & Elatei filia intelligatur, qui Elatus à Stephano dicitur. is Elateam civitatem in Theſſalia condidit, habuitque alteram filiam Dotiam nomine, à qua Dotium, in eadem regione civitas, fuit nuncupata. eſt & Elatea urbs Phocidis, cujus meminit Pauſanias in Attica, & Herodotus in Urania, niſi eandem eſſe quis velit, quam memorat Stephanus. Const. Fanensis. *Elati*, non *Elatei*, ut Regius putat: ſic enim & in Com. Iliados legitur: Οἳ δὲ Καινεὺς Ἐλάτου μὲν παῖς, Λαπιθῶν δὲ βασιλεὺς, &c. *Elatejus* autem à Graeco ἐλάτειος factum eſt, reſoluta diphthongo, & ε in η converſa: quae figura Graecis poëtis familiaris eſt. Micyll. Elati filiam quoque faciunt Lucianus in Gallo, Hyginus Fab. XIV. & CCXLII. & Phleg. Trallian. de Reb. Mirab. cap. v. At Atracis filius eſt Antonino Liberali Metamorph. XVII. Καθάπερ ὅτε Καινὶς μὲν, Ἀτράκος οὖσα θυγάτηρ, βουλῇ Ποσειδᾶνος ἐγένετο Καινεὺς ὁ Λαπίθης. Sed opinor excidiſſe vocem, & ſcribi debere, Καίνις μὲν Ἐλάτου Ἀτράκος οὖσα θυγάτηρ. Sic *Atracides* Caeneus Noſtro infra dicitur. Heins. Hygino inter Argonautas memoratur Coroni filius (vel ut corrupte editur *Coronis*) Caeneus. ubi vide Muncker. qui duos Caeneos confuſos putat. contra Coronus Caenei filius dicitur, Apollodor. lib. I. Biblioth. & Schol. Apollon. Rhod. I. 57. Forte & hic Caeneus fuerit, apud quem Neſtora Paraſiticam exercuiſſe dicit Lucian. in Paraſito pag. 778. Elatus vero ille fuit filius Arcadis ex Calliſto: Apollodor. lib. III. & Schol. Eurip. Oreſt. 1645. ubi corrupte Ἐλάτης, & ejus frater Ἄρεισας dicitur, pro Ἀφείδας. alius Elatus à Schol. Apollon. I. 101. ex Pherecyde dicitur Icari filius, qui ex Erimeda Damaſicli filia tulit Taenarum, unde urbs Taenaria dicta. Elatus etiam alius, qui & Elaſus, Pater Polyphemi memoratur ab eodem Scholiaſte lib. I. 1241. alius Elatus Pater Iſchyos à Scholiaſte Pindari ad III. Pyth. 14. ex Heſiodo laudatus, cujus verſus reddens inſignis ille Clericus, *Ichyn* nobis *Ilatidem* exhibet, & ex *Phlegya* à Jove oriundo, nobis *Phegyam Diognetum* fingit. vide quam verſatus in veterum fabulis ſit ille, ex Logicorum caſtris transfuga, ut veterum ſcriptorum loca non intellecta commacularet: in ſequenti etiam fragmento nobis exhibet, *Phyčteus filius*, pro *Phyčtei filius*, ita nec caſus diſtinguere novit ſtupor iſte Allobrox, qui Belgas primum ſapere docuit. Burm.

192. *Multorum fruſtra votis optata procorum.*] Codex S. Marci, Neapol. Thuan. prim. Moret. & unus Voſſianus cum altero Hamburg. & Jureti:

Multorumque fuit ſpes invidioſa procorum.

Qui verſus initio libri noni occurrit. ſic Propertius II. I. 83.

Maecenas noſtrae ſpes invidioſa juventae. Heins. Vid. & lib. IV. 795. *Multorumque fuit votis optata procorum* MS. Berſin. & Cod. Menard.

195. *In ullos denupſit thalamos.*] Cave immutes, ſic *denubere in caſtellum* Apulejo Met. IX. *Die ſequenti filia ejus occurrit è proximo caſtello, in quod pridem denupſerat.* ità optimae membranae, non *in quo. denubendi* verbum apud Dictyn Cretenſem occurrit frequenter. Heins. *Denubere in domum* Tacit. IV. An. 27. vid. ad lib. VII. 856.

197. *Ita fama ferebat.*] *Ita fata ferebant* Sec. Palat.

198. *Cepit.*] *Sumſit* Baſil. *ſenſit* Vatican. & Neapol.

200. *Elige quid voveas, eadem quoque fama ferebat.*] Amphibolon, utrum *eadem* neutro dixerit genere, an foeminino. & ſupplementum videtur verſus. Glarean. In duobus meis, Stat. & utroque Maffei: *Eadem hoc quoque fama ferebat.* Quod mihi perplacet. Ciofan. *Eadem hoc quoque* meliores. Heinsius. *Fadem haec quoque* Francof. & quindecim alii. multi etiam, *elige quod voveas.* vid. lib. XIII. 247.

202. *Tale pati jam poſſe nihil.*] In Palatino legebatur, *Tale pati nil poſſe miki da, foemina ne ſim.* Ceterum lectio noſtra diſtinctione juvanda eſt:

Magnum, Caenis ait, facit haec injuria votum;
Tale pati jam poſſe nihil. da foemina ne ſim;
Omnia praeſtiteris.

Quae vera lectio eſt. Dan. Heins. *Da poſſe* Urbin. & unus Reg. at Florent. S. Marci, *nil poſſe.* Scribe, *nil poſſe mihi* cum ſec. Palat. prim. Gronov. quart. Medic. & aliis duodecim. Heins. Elegans mihi videtur lectio Codicis Regii tertii & Urbinatis.

Tale pati da poſſe nihil, da femina ne ſim.

Omnia praeſtiteris. graviore noviſſima dixit
Verba ſono: poteratque viri vox illa videri:
Sicut erat. nam jam voto Deus aequoris alti
Adnuerat: dederatque ſuper; ne faucius ullis
Vulneribus fieri, ferrove occumbere poſſet.
Munere laetus abit: ſtudiisque virilibus aevum
Exigit Atracides, Peneïaque arva pererrat.
Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus:
Nubigenasque feros, poſitis ex ordine menſis,
Arboribus tecto diſcumbere juſſerat antro.
Haemonii proceres aderant; aderamus & ipſi:
Feſtaque confuſâ reſonabat regia turbâ,
Ecce canunt Hymenaeon: & ignibus atria fumant:
Cinctaque adeſt virgo matrum nuruumque catervâ,
Praeſignis facie. felicem diximus illa
Conjuge Pirithoum: quod pene fefellimus omen.
Nam tibi, ſaevorum ſaeviſſime Centaurorum
Euryte, quam vino pectus, tam virgine viſâ
Ardet: & ebrietas geminata libidine regnat.
Protinus everſae turbant convivia menſae:

Rapta-

Venuſtas in illa repetitione, qua opus erat, quia magnum erat votum. Sil. IX. 149.

Da nate magis, da jungere pectus.

Valer. Flac. v. 516.

Da jungere dextram,
Da Scythicas ſociare domos.

Ad quem pluribus de hujus verbi *dare* uſu agemus. BURMANNUS.

203. *Noviſſima dixit.*] *Duxit* Cantabr. vide ad I. Am. IV. 19. & inf. XIV. 365.

205. *Nam jam.*] *Jam jam* pr. Vatic. Medic.

205. *Aequoris alti.*] Profundi maris. Dicitur enim rectius, immò propriè, *Caelum altum*, *Profundum mare.* Quo abuſus eſt quoque Virgilius: *Caelumque profundum.* Idem: *Et longa ſulcat maria alta carina.* CIOF.

207. *Fieri.*] *Fieret* quinque libri.

209. *Peneïaque arva pererrat.*] *Peneaque rura frequentat* unus Heinſii. *tenebat* frag. Theat. & quatuor alii. *colebat* unus. *Patereïaque* Baſil.

210. *Duxerat.*] Fabulae meminit Homer. Odyſſ. Φ. 295. his verbis:

Οἶνος καὶ κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα
Ἄασεν ἐν μεγάρῳ μεγαθύμου Πειριθόοιο,
Ἐς Λαπίθας ἐλθόνθ', ὃ δ' ἐπεὶ φρένας ἄασεν οἴνῳ
Μαινόμενος κακὰ ἔρεξε δόμον κατὰ Πειριθόοιο.

Ubi & illud obiter notandum *Eurytiona* ab Homero dici, quem hic Ovidius *Eurytum* vocat. MICYLL.

214. *Reſonabat regia.*] *Reſonabant atria* Medic. ut lib. V. 2. *regia menſâ* Gronov.

216. *Cinctaque.*] *Comptaque* Argent. & duo alii.

216. *Matrumque nurumque caterva.*] *Matrum nuruumque* rectius ſec. Pal. & decem alii. HEINSIUS. *Matrumque virumque* Ex. Herc. duo Baſil. & duo alii. vid. ad IV. Faſt. 295. *corona* Medic. & unus Heinſii.

217. *Praeſignis facie.*] *Faciem* eleganter unus Mediceus. ſic lib. VI. Faſtor. ex optimo codice *Vs.* 628.

Praeſignis faciem Corniculana fuit. HEINS.

218. *Quod pene fefellimus.*] Mallem, *quam pene fefellimus omen?* & includere parentheſi. BURM.

219. *Nam tibi ſaevorum.*] *Semivirum* Mediceus chartaceus. Putabam aliquando, *ſemihominum*, ut infra,

Haec inter Lapithas & ſemihomines Centauros
Praelia. HEINSIUS.

220. *Euryte.*] Homerus Odyſſeae Φ. vocat *Eurytiona*, ſed ut antea admonuimus, & nomina ſaepe variant, & non eoſdem ſecutus auctores Poëta videtur. GLAREAN. *Eurytion* etiam videtur dici Noſtro lib. I. Art. Amat. 593. & de eo intelligit ambiguum Diogenis & turpe dictum apud Laërt. VI. 59. Menagius; & hunc Eurytum jam à Theſeo proſtratum fuiſſe, dum alii adhuc dubio marte pugnarent.

Raptaturque comis per vim nova nupta prehenſis.
Eurytus Hippodamen, alii, quam quisque probârant,
Aut poterant, rapiunt: captaeque erat urbis imago.
Femineo clamore ſonat domus. ocius omnes
Surgimus: & primus, Quae te vecordia, Theſeus,
Euryte, pulſat, ait; qui, me vivente, laceſſas
Pirithoum, violesque duos ignarus in uno?
Neve ea magnanimus fruſtra memoraverit heros;
Submovet inſtantes: raptamque furentibus aufert.
Ille nihil contra: neque enim defendere verbis
Talia facta poteſt: ſed vindicis ora protervis
Inſequitur manibus, generoſaque pectora pulſat.
Forte fuit juxta ſignis exſtantibus aſper
Antiquus crater, quem vaſtum vaſtior ipſe
Suſtulit Aegides; adverſaque miſit in ora.
Sanguinis ille globos pariter, cerebrumque merumque,
Vulnere & ore vomens, madidâ reſupinus arenâ
Calcitrat. ardeſcunt germana caede bimembres:
Certatimque omnes uno ore, Arma, arma, loquuntur.
Vina dabant animos: & primâ pocula pugnâ

Miſſa

gnarent, ex Pauſania docet Meurſ. Ath. Attic. lib. 1. cap. 6.

220. *Quam vino.*] *Tam vino pectus, quam* plurimi: & ſaepe transponi has particulas vidimus ad Quinctil. Decl. XVI. 15. Burm.

221. *Regnat.*] *Creſcit* Sprotii. *ſtimulata* Gronov. ut ita *jurgia vino ſtimulata* dixit 1. Art. 591. quod tamen durum nobis videbatur; ut & hic. quare retineo vulgatum. *cupidine* etiam duo libri, ſolemni variatione. Burm.

223. *Per vim.*] *Per humum* unus meus. Heins. *Nova ſponſa* duo libri. *reprenſis* tres.

224. *Probabat aut poterat.*] *Probabant aut poterant* multi veteres. Arondel. *probarat*, ut & unus Patav. Lege, *probarant*. Heins. Vid. lib. 1. 53.

229. *Violas.*] Lege, *violes*, ut conveniant tempora. Const. Fanens. *Violatque duos* veteres libri & rectè. Ciofanus. *Violesque* ex ſcriptis praecedentia requirunt. Heins. Erraſſe operae in Ciofani notis videntur. quae *violatque*, pro *violasque* ediderunt. *violesque duo* Palat.

231. *Raptamque.*] *Nuptamque* Baſil. *promovet* etiam Leidenſis unus.

235. *Signis exſtantibus aſper.*] Sic & apud Maronem habemus lib. v. 267.

Cymbiaque argento perfecta atque aſpera ſignis.

Apud Juvenalem Sat. XIV. 62. *Hic laeve argentum, vaſa aſpera, tergeat alter.* ubi *laeve argentum* & *aſperum* vides opponi. apud Claudianum III. Conſ. Honor. 193.

Brontes innumeris exaſperat aegida ſignis.

Gloſſae veteres, Δηνάριον λευκὸν, interpretantur *aſperum*. quod numiſmata recentia & aſperitudinem prae ſe ferant, necdum manibus ac multo uſu attrita, eademque albicent. habes & *nummum aſperum* in tertia Perſii Satyra. Vide quae dicuntur à nobis ad lib. XIII. 700. Heins.

236. *Antiquus.*] *Auratus* Baſil.

236. *Vaſtior ipſo.*] In nonnullis, *ipſe*. Nauger. *Ipſe* meliores; & recte. Heins.

239. *Madidâ arenâ Calcitrat.*] *Madidam arenam* Neapol. Arond. prim. Gronov. & decem alii. mox pro *germani caede*, unus meus, *germanâ*. bene. alter Thuan. *germania*. ſic *caedes marita* Epiſt. Hypermneſtrae ex antiquis libris. Idem. Exemplum tamen requiro, ubi *calcitrat* cum accuſativo ponatur, cum Noſter & lib. v. 40. ut quidam codices habent, abſolute poſuerit, & ita alii. *Germana* vero caedes non placet, quia dubium ſenſum faceret: poſſet enim etiam notare veram caedem: vid. comment. ad Cicer. IV. ad Att. v. & Ferrar. ad XI. Philip. 1. quod autem *Germania* ſit in codice Heinſiano, id ſeparandum judico, *Germani à caede*, id eſt propter caedem, vel poſtquam occiſum viderunt, ut ſaepe apud Noſtrum *a* & *ab* ponuntur: vid. Epiſt. II. 152. & alibi.

Missa volant, fragilesque cadi, curvique lebetes:
Res epulis quondam, nunc bello & caedibus, aptae,
Primus Ophionides Amycus penetralia donis
Haud timuit spoliare suis; & primus ab aede
Lampadibus densum rapuit funale coruscis:
Elatumque altè, veluti qui candida tauri
Rumpere sacrificâ molitur colla securi;
Illisit fronti Lapithae Celadontis: & ossa
Non agnoscendo confusa reliquit in ore.
Exsiluêre oculi; disjectisque ossibus oris
Acta retro naris, medioque infixa palato est.
Hunc pede convulso mensae Pellaeus acernae
Stravit humi Belates, disjecto in pectora mento:
Cumque atro mixtos sputantem sanguine dentes,

Vul-

& praefero vulgatae, *Germani*, ne hoc quis ad *bimembres* referat. BURM.

241. *Certatimque omnes simul uno ore Arma loquuntur.*] Scribendum ex fide castigatiorum: *Certatimque omnes uno ore, Arma, arma, loquuntur.* Dictum superiori libro vs. 378. HEINSIUS.

242. *Vina dabant animos.*] 1. Art. 237. *Vina parant animos.* CIOFAN.

242. *Et prima.*] Malim, *en prima*, mox pro *fragilesque cadi* prim. Vatic. *scyphi.* & postea, *Nunc bello aptae*, pro *tum* meliores. HEINS.

243. *Curvique lebetes.*] *Turbique* medic. unus: forte, *curtique.* vide ad lib. 1. Trist. 1. vel *fulvique* ut Epist. III. 31.

Fulvos operoso ex aere lebetas. IDEM.

247. *Lampadibus.*] *Funalia* (describente Isidoro l. XX. cap. 10.) *Erant candelabra, exstantes stimulos habentia, quibus funiculi cera vel hujusmodi alimento luminis obliti figebantur.* Unde conjicio fuisse hoc funale lychnuchum trabalem, de fornicato laqueari & camera caeli cavum referente pendentem, lampadibus aut lucernis stellatum, Virgil. 1. Æneid. 730. vs. 726.

Dependent lychni laquearibus aureis
Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.

Petron. cap. XXX. *Lucerna bilychnis de camera pendebat.* FARN.

249. *Sacrifica*] *Sacrifera* unus Medic. *terrifica* unus Heinsii.

250. *Ossa confusa.*] Puto, *contusa.* sic lib. v. 58.

Perculit, & fractis contundit in ossibus ora.

ita ex scriptis quidam, non *confudit.* libro XIV. 95.

—— *naresque à fronte resimas*
Contudit.

certe in duobus scriptis, *concussa.* alter Erfurtanus, *confracta. dispergere* dixit Virgil. x. 416.

Ossaque dispergit cerebro permista cruento. HEINS. Nihil mutandum. vid. ad lib. v. 58.

251. *Non agnoscendo*] *Non cognoscendo* magno numero scripti, *relinquit* etiam Leidensis.

252. *Exsiliere.*] Meliores, *Exsiluere.* HEINS. *Disjectique* Volebat Heinsius ad lib. v. 292.

253. *Medioque est fixa palato.*] *Infixa palato est* septem veteres. prim. Gronov. *affixa.* HEINS. Vid. ad lib. IV. 552.

254. *Hunc pede convulso mensae Pellaeus acernae.*] Dubium quid referat *hunc*, utrum Amycum, qui Celadonta percusserat, an Celadonta nondum prorsus confectum, quippe qui subjungat, geminato vulnere missum ad tartareas umbras. *geminato* inquam, cùm ab Amyco, tum a Pelate inflicto. si certum esset Centaurus, an Lapitha fuerit Pelates, facile solveretur nodus. GLAREAN. *Balates* Basil. & Pal. *Pelates* sex. *Pilates* Arund.

255. *Dejecto in pectore.*] *Disjecto in pectora* meliores. *in corpore* tres.

256. *Cumque atro mistos spumantem sanguine dentes.*] Ita & scripti. Mihi tamen dubium non est, *sputantem* debere reponi. quo verbo Plautus etiam non semel utitur. ut Mercatore, 1. 2.

Tui causa rupi ramices, atrum dum sputo sanguinem.

Aldhelmus de Laude Virginitatis, *Cruorem ritu rivi rorantis desputare.* ubi *deputare* perperam legitur apud Martialem lib. 1. Ep. 20. *expuere dentes.*

Si memini, fuerant tibi quattuor, Ælia, dentes:
Expuit una duos tussis, & una duos.

Virgilium imitatus est, qui Daretem describit libro v. 469.

—— *crassumque cruorem*
Ore rejectantem mistosque in sanguine dentes.

Statius Theb. IX, 132.

—— *Pariterque & murmure plenus*
Sanguis, & expulsi salierunt cuspide dentes.

Varro apud Nonium, *Andromeda vincta & proposita*

Vulnere Tartareas geminato mittit ad umbras.
Proximus ut ſteterat, ſpectans altaria vultu
Fumida terribili, cur non, ait, utimur iſtis?
Cumque ſuis Gryneus immanem ſuſtulit aram
Ignibus, & medium Lapitharum jecit in agmen:
Depreſſitque duos, Brotean, & Orion. Orio
Mater erat Mycale: quam deduxiſſe canendo
Saepe reluctanti conſtabat cornua Lunae.
Non impune feres, teli modo copia detur,
Dixerat Exadius. telique habet inſtar, in altâ
Quae fuerant pinu, votivi cornua cervi.
Figitur huic duplici Gryneus in lumina ramo:
Eruiturque oculos. quorum pars cornibus haeret:
Pars fluit in barbam; concretaque ſanguine pendet.

Ecce

ta ceto, non debuit patri ſuo in os ſpuere vitam. apud Val. Flaccum lib. III. 107.

—— *purpuream ſingultibus expuit auram.*

quomodo illic Aldinus codex, vulgati, *expulit haſtam.* Seneca Thyeſte, 245.

Ferro peremptus ſpiritum inimicum expuat.

pro *miſit* poſtea meliores, *mittit.* Heins.

257. *Tartareas miſit ad umbras*] interfecit. Sic & Triſt. II. 66.

Mittere me Stygias ſi jam voluiſſet ad undas,
Caeſar in hoc veſtra non eguiſſet ope.

Plautus in Caſina: II. VIII. 12.

Certum eſt, hunc ad Acheruntem praemittam prius.

Virgilius lib. XI. 397.

Et quos mille die victor ſub tartara miſi
Incluſus muris, hoſtilique aggere ſeptus.

Ciofan. *ad undas* quinque. *in umbras* duo.

260. *Immanem ſuſtulit.*] Vivianus, *in mortem*, quoſdam habere codices teſtatur: mox, *miſit in agmen* plurimi. ſed praeceſſit modo. vid. lib. IX. 114. *injecit* unus Moreti.

262. *Oppreſſitque duos.*] *Depreſſitque* S. Marci, Neapol. Urbin. tres Moreti, Arondel. & quinque alii. *Oppreſſit* mox ſequitur ỳſ. 284. pro *Orion* malim, *Oreon* cum meo chartaceo. Ὀρεῖος, ab ὄρος. ſic infra, *Orneus* & *Areus.* ὀρνεῖος καὶ ἀρεῖος, ab ὄρνις & ἄρης. Vide Notas lib. I. ỳſ. 579. ſic *Alexandrea*, *Dareus*, *Spercheus.* cum tamen *Alexandria*, *Darius*, *Sperchius* quoque dicatur, ſed alterum cum penultima producitur, praeſtat, ut *Elius* & *Eleus*, *Epius* & *Epeus.* ſed *Epeos* ſcribunt conſtanter optimae Maronis membranae *Scylaceum* & *Scylacium.* Heins.

263. *Mycale.*] Hujus meminit & Senec. Herc. Oet. 525.

263. *Canendo.*] Alludit ad id, quod Theſſaliae mulieres peculiariter eo nomine infames fuerunt, quòd eſſent veneficae & incantatrices. ut & Lucianus indicat in Aſino, & Tarrhaeus in quartum Apollonii. Micyll.

264. *Reluctantis Lunae.*] *Reluctatae* plurimi veteres: ita Claudian. I Rapt. 42.

Pene reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupiſſent elementa fidem.

Quem locum perperam ſollicitat Barthius. quatuor, *reluctante*, Scribe, *reluctanti* cum optimo S. Marci libro & utroque Caroli Strozzae. Heinsius.

266. *Exadius.*] Exadium Coeneo jungit Lucianus in Paraſito pag. 778. quorum Paraſitus fuerat Neſtor.

267. *Quae fuerant pinu votivi cornua cervi.*] Votivi, id eſt voto oblati, ſuſpenſa autem ad pinum intelligenda. porro ſequente verſu Aldinus codex omiſit, *ſua*, & *Gryneus* triſyllabon facit, cum Poëta nono paulo antea carmine *Gryneus* fecerit diſſyllabon, & Graece Γρυνεὺς eſt, non Γρυνεῖος, hoc ſaltem loco. Quare legendum, *Gryneus ſua lumina ramo.* Rurſus tertio inde verſu *concreta*, niſi pro confuſa dicatur, non video quid ſenſûs eſſe queat. Glareanus. *Grynaeus lumina* plurimi veteres. ſed ſupra etiam id nomen fuerat diſſyllabum. *per lumina* ſeptem codices. totidem, *ſua lumina.* nil muta. Statius Theb. IX. 284.

Figitur & validos ſonipes Aetolus in armos.

Si quid mutandum ſit, legam,

Figitur hinc duplici Gryneus duo lumina ramo.

Cicero in Arateis:

E trucibusque oculis duo fervida lumina flagrant.

pro *hinc* tamen octo, *huic.* probe. Heins. Ita mox 314. *duo lumina* ſeq. verſ. *pars cornibus haeres* unus Heinſii.

272. *Pri-*

Ecce rapit mediis flagrantem Rhoetus ab aris
Prunitium torrem : dextrâque a parte Charaxi
Tempora perfringit, fulvo protecta capillo.
Correpti rapidâ, veluti seges arida, flammâ
Arserunt crines : & vulnere sanguis inustus
Terribilem stridore sonum dedit ; ut dare ferrum
Igne rubens plerumque solet, quod forcipe curvâ
Cum faber eduxit, lacubus demittit. at illud
Stridet : & in trepidâ submersum sibilat undâ.
Saucius hirsutis avidum de crinibus ignem
Excutit : inque humeros limen tellure revulsum
Tollit, onus plaustri: quod ne permittat in hostem,
Ipsa facit gravitas. socium quoque saxea moles
Oppressit spatio stantem propiore Cometen :
Gaudia nec retinet Rhoetus. Sic comprecor, inquit,
Cetera sit fortis castrorum turba tuorum;
Semicremoque novat repetitum stipite vulnus:
Terque quaterque gravi juncturas verticis ictu
Rupit : & in liquido sederunt ossa cerebro.
Victor ad Evagrum, Corythumque, Dryantaque transit.
E quibus ut primâ tectus lanugine malas
Procubuit Corythus; Puero quae gloria fuso

Par-

272. *Primitium torrem.*] Antiquior lectio, *prunitium* à pruna, CONSTANT. FAN. *Pruniceum* Mediceus chartaceus. *Prunicium* fragm. Boxhorn. alter Hamburg. *Prunitium* à pruno. quod in suis etiam Constantius Fanensis invenerat. HEINS. Vid. Ep. XII. 34. *praecipitem* Ambros.

273. *Perfringit.*] *Perstrinxit* Leidensis. *perfregit* plurimi, & Politianum ita legere, vel *perstringit*, vel *perrupit* testatur Vivianus. Nihil muto. Stat. II. 636.

Pone gravis curvas perfringit lancea costas.

Sic duo Mss. Tiliobr. & Behotii, & Noster. Anglicanus. vulgo, *perstringit*. eodem lib. VI. 162. *perfringunt*. ubi Ms. *perstringunt*. sed *perstringere* est leviter tantum sauciare. ut Stat. IX. 108. X. 396. ut & *stringere* lib. I. Silv. II. 81. & IX. Theb. 108. HEINS.

274. *Rapida.*] *Valida* ex Palatino codice Gebh. III. Crep. 7. vid. ad lib. VII. 326.

277. *Forcipe curva.*] Medic. unus, *forcipe adunca. forfice* etiam Florent. S. Mar. vid. ad lib. VI. 555.

279. *In tepida submersum sibilat unda.*] *Trepida unda* Urbin. prim. sec. Palat. Cantabr. Oxon. uterque Hamburgensis, prim. Moret. Thuan. & multi ani. verè. Apud Virgilium lib. I. Georg. 296. similiter refinge,

Aut foliis undam trepidi despumat aheni.

Nam ita vetustissimi codices. neque aliter agnoscebat Servius, qui *trepidi* interpretatur, *bullientis, quia quod bullit, tremere videtur.* recte. quamquam in vulgatis Servii exemplaribus *tepidi* perperam circumfertur. atque ita capienda illa Valerii Flacci lib. V. vers. 430.

Ater & Eridani trepidum globus ibat in amnem.

nec audiendi, qui *tepidum* reponunt. similis aquae trementis descriptio apud eundem Virgilium lib. VII. 463.

——— *undantis aheni*
Exultant aestu latices, furit intus aquai
Fumidus atque alte spumis exuberat amnis.

ita scribendum ex Mediceo libro, longe veterrimo. nam Pierius Valerianus in suis omnibus, *furit intus aquae vis* exstare asseverat. Ceterum Lucretii illa Noster ex lib. VI. 147. manifeste imitatus est :

Ut calidis candens ferrum è fornacibus olim
Stridit, ubi in gelidum propere demersimus imbrem.

Imitatus etiam est ex Homero Iliad. Φ. 361.

Φὴ πυρὶ καιόμενος· αἰνὰ δ' ἔφλυε καλὰ ῥέεθρα
Ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ.

Elegantissime Naso notter τὸ φλύειν expressit verbo, *Stridere*. sic *Stridere rota Phoebi* dicitur, cum occidit sol. HEINS.

281. *Li-*

Parta tibi eſt? Evagros ait. nec dicere Rhoetus
Plura ſinit: rutilasque ferox in aperta loquentis
Condidit ora viri, perque os in pectora, flammas.
Te quoque, ſaeve Drya, circum caput igne rotato
Inſequitur: ſed non in te quoque conſtitit idem
Exitus, adſiduae ſucceſſu caedis ovantem,
Quâ juncta eſt humero cervix, ſude figis obuſtâ.
Ingemuit, duroque ſudem vix oſſe revellit
Rhoetus; & ipſe ſuo madefactus ſanguine fugit.
Fugit & Ornëus, Lycabasque, & ſaucius armo
Dexteriore Medon, & cum Piſenore Thaumas:
Quique pedum nuper certamine vicerat omnes
Mermeros, accepto nunc vulnere tardius ibat:
Et Pholus, & Melaneus, & Abas praedator aprorum:
Quique ſuis fruſtra bellum diſſuaſerat augur
Aſtylos. ille etiam metuenti vulnera Neſſo,
Ne fuge; ad Herculeos, inquit, ſervaberis arcus.
At non Eurynomus, Lycidasque, & Arêos, & Imbreus
Effugêre necem: quos omnes dextra Dryantis
Perculit adverſos. adverſum tu quoque, quamvis
Terga fugae dederis, vulnus, Crenaee, tuliſti.
Nam grave, reſpiciens inter duo lumina ferrum,

Quâ

281. *Limen.*] *Saxum* duo libri. *lignum* unus.

283. *Saxea moles.*] *Noxia* Oxon. *Saucia* Arondel.

285. *Gaudia nec retinet.*] Aut *retinens* legendum, aut pro, *ſic comprecor*, *ſicque ò precor.* Thuan. tamen prim. Bonon. pri. Baſil. & duo alii, *ſic ſic precor.* ut apud Virgil. II. Aen. 660.

Sic ſic juvat ire ſub umbras.

Et pro *fortis* prim. Ambroſ. & duo alii, *ſoſpes.* ut Pont. lib. I. Eleg. VIII.

Cetera ſit ſoſpes cultorum turba tuorum.

Heins. Nihil muto; eſt enim ſarcaſmus in illum, qui mole, quam in hoſtem mittere Charaxus meditabatur, ipſe oppreſſus perierat.

289. *Sederunt.*] Depreſſa fuerunt, deſcenderunt in cerebrum. à *ſidendo* namque hoc praeteritum venit. Regius ſed tunc *ſiderunt* legendum foret. vide ad Petron XCVI. & Quinct. II. de Inſt. Orat. I.

290. *Dryantaque.*] Dryantis hujus, ut & Exadii Homerus quoque meminit, Iliados A. 262. Οὐ γὰρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας, οὐδὲ ἴδωμαι οἷον Πειριθόοντε Δρύαντάτε ποιμένα λαῶν, Καινέα τ', Ἐξάδιόντε καὶ ἀντίθεον Πολύφημον. &c. Micyll. In multis hic eſt, *Drimanta. Dryanta* inter procos a Clito occiſum memorant Conon. Narrat. X. & Parthen. Erotic. VI. Orionis filium *Dryanta* memorat Stat. IX. Theb. 842. ubi vid. Barth. & ad ỷſ. 857. quorum obſcura eſt admodum memoria. Burm.

293. *Parta tibi eſt.*] *Pacta tibi eſt* unus Baſil. vid. lib. XIII. 348.

293. *Evagrus.*] Unus meus, *Evagros.* alius, *Evandros.* Heinsius.

294. *Loquentis.*] *Loquenti* Medic. & tunc *viro* legendum. vid. ad lib. VI. 559. *conjicit* etiam Baſil.

299. *Obuſta.*] *Abuſta* plurimi. *aduſta* duo. *acuta* duo.

300. *Revellit.*] *Revulſit* Francof. & alii, ſed male. vid. lib. VIII. 585. *ter gemuit* etiam Oxon.

305. *Tunc.*] *Nunc* Medic. & Sprotii. *tardior* ſeptemdecim.

306. *Praedator aprorum.*] *Equorum* unus Heinſii. *Venator aprorum* duo.

308. *Metuenti.*] *Fugienti* Baſil. & Thyſ. ut ſit ex more Ovidiano repetitio.

309. *Servaberis arcus.*] *Ictus* in multis veterum. Heins.

312. *Perculit.*] *Percutit* Thuan.

313. *Vulnus, Caenee, tuliſti.*] *Caeneus* Lapithae nomen, de quo haec eſt fabula, diſſyllabon eſt. at *Caeneus* triſyllabon, Centauri nomen hoc verſu; de quo Poëta jocatur; quemadmodum C. Caeſarem jocatum in Pomponium militem, Quintil. lib. VI. 3. refert. Cum enim Pompo-

Quâ naris fronti committitur, accipis, imae.
In tanto fremitu cunctis sine fine jacebat
Sopitus vinis, & inexperrectus Aphidas:
Languentique manu carchesia mixta tenebat,
Fusus in Ossaeae villosis pellibus ursae.
Quem procul ut vidit frustra nulla arma moventem,
Inserit amento digitos, Miscendaque, dixit,
Cum Styge vina bibas, Phorbas. nec plura moratus
In juvenem torsit jaculum: ferrataque collo
Fraxinus, ut casu jacuit resupinus, adacta est.
Mors caruit sensu: plenoque è gutture fluxit
Inque toros, inque ipsa niger carchesia sanguis.
Vidi ego Petraeum, conantem evellere terrâ
Glandiferam quercum: quam dum complexibus ambit,

Et

nius vulnus ore exceptum ostentaret, *Ne unquam fugiens*, inquit Caesar, *respexeris?* GLAREAN. Volunt hoc loco interpretes *Caeneum* Centauri nomen esse, penultima longa, eoque differre ab altero, Lapithae nomine. Deinde & Poëtam ad historiam alludere Pomponii cujusdam, qui cùm vulnus ore acceptum Caesari ostentasset, risu exceptus ab eodem fuerit, dicente, *Ne unquam igitur fugiens respexeris.* De Caeneo igitur dubium nonnihil videri queat, utrum id nomen integrum & syncerum sit, quandoquidem & alia non pauca diversè ac variè leguntur. De Pomponii autem historia meminit Quintilianus. MICYLLUS. *Cornee* S. Marci & Urbin. unus meus, *Gornee.* Scribe, *Crenaee* cum Thuaneo optimae notae, prim. Moreti, Oxon. & tribus aliis. à κρήνη, κρηναῖος. HEINS.

316. *Cunctis sine fine jacebat Sopitus venis.*] Quid sibi vult, *sopitus cunctis venis?* Non intelligo. *cunctis curis* primus Basileensis. sed nec id verum. Reliqui codices scripti cum vulgatis faciunt. Scribe,

—— *ductis sine fine jacebat*
Sopitus vinis.

hoc est, sine fine haustis. non aliter optimi scriptores loquuntur. Seneca Thyeste, 912.

Satur est, capaci ducit argento merum.

Ducere pocula apud Horatium libro I. Od. XVII. & Propert. l. II. Eleg. IX. *Ducere Liberum* eidem Horatio lib. IV. Od. XII. & *Ducere nectaris succos*, l. III. Od. III. sic & *educere vini hirneam* Plauto Amphitr. & Apulejo libro X. Metam. *Repertum vini poculum continuo perduxit haustu.* hinc apud Plautum Curculione, *Immergere in se liquores ductim. ducere ubera* lib. II. Fast. 419. ubi perperam *fugere* multi veteres. lib. IX. Met.

—— *nec sequitur ducentem lacteus humor.*

Pro *vinis* etiam *venis* plerique codices antiqui agnoscunt illo versu Artis Amatoriae, I. 244.

Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.

Vino sepulti, & *soluti*, passim occurrunt apud poëtas. Gronovio nostro *junctis vinis* scribendum videbatur, ut *jungi vina* dicantur, quae hauriuntur sine intermissione. quomodo Statius I. Silv. V. 10. *Junge puer Cyathos.* Ita ille II. Obs. 3. HEINS.

317. *Venis & inexperrectus Aphidas.*] Conjunctio, &, hoc in loco omitti non debet. Ceterum *Aphidas* Planudes vertit, cum alibi *Aphypnas* legatur, quod ad illud *inexperrectus* respondere videtur. sed neque de hoc certum est, sit ne Centaurus, an Lapitha. *Carchesium* autem, quod sequenti versu ponitur, Raphaël vas vinarium exponit. Ser. in IV. Geor. ad illud Virgilii, *Et mater, cape Maeonii carchesia Bacchi, Oceano libemus, ait:* Carchesia, inquit, sunt genera poculorum. at quantum ex Macrobii descriptione libro quinto constat, non longe videtur abesse ab eo, quod vulgo *Cantharum* vocant. GLAREAN. *Aphypnas* Gryph. Edit. *Aphindas* Junii cod. *Abibas* Leid. & al. *Aphibas* etiam unus.

318. *Mixta.*] *Musta* Edit. Gryphii. *juxta* Argent.

319. *Ossaeae.*] *Obscaenae* Oxon. & quinque alii. *Oscenae* pr. Palat. & sec. Vatic. sic Lucan. VII. 828.

Tum ursae latebras obscaenae, tecta domosque
Destruxere canes.

Ita enim Mss. Stat. VI. Theb. 865 *turpes ursas* dixit. & Noster lib. III. Trist. v. 35.

At lupus & turpes instant morientibus ursae.

sed & vulgata retineri potest. sic *Ossaeas Lynces* dixit Stat. V. Achil. 121. & *Samnitem ursam* Sil. IV. 560. HEINS.

320. *Nulla arma moventem.*] *Sequentem* prim. Vatic. & alii. unde olim Heinsius, *neutra arma sequentem*; ut lib. V. 91.

322. *Cum Styge vina bibes.*] Lege, *bibas*; est enim imprecantis, confirmat secundus Moreti & Mediceus chartaceus. sic libro V. 115. *Stygiis cane*

es-

Et quatit huc illuc, labefactaque robora jactat,
Lancea Pirithoi, coſtis immiſſa Petraei,
Pectora cum duro luctantia robore fixit.
Pirithoi virtute Lycum cecidiſſe ferebant:
Pirithoi cecidiſſe Chromin. ſed uterque minorem
Victori titulum, quam Dictys Helopsque, dederunt.
Fixus Helops jaculo, quod pervia tempora fecit;
Et miſſum à dextrâ laevam penetravit in aurem.
Dictys, ab ancipiti delapſus acumine montis,
Dum fugit inſtantem trepidans Ixione natum,
Decidit in praeceps: & pondere corporis ornum
Ingentem fregit; ſuaque induit ilia fractae.
Ultor adeſt Aphareus: ſaxumque è monte revulſum
Mittere conatur. conantem ſtipite querno

Oc-

cetera, *dixit*, *Manibus.* pro *plura locutus* S. Marci codex, prim. Moret. ſec. Palat. & novem alii, *moratus.* ſex cum Arondel. & pri. Baſil. *minatus*, utrumque praeſtat vulgatae lectioni. Heins. vid. ad lib. III. 193.

323. *Torſit.*] *Miſit* unus Heinſii.

325. *Mors.*] *Mox* Ox. & quatuor alii.

325. *Plenoque è gurgite.*] Ventre, quem propter magnitudinem *gurgitem* vocat. legitur etiam, *Gutture.* Regius. Raphaël legit, *plenoque è gurgite*, & exponit, ventre, quem propter magnitudinem gurgitem vocat. haec ille. ſed *è gutture* legendum eſt: illud magis lectori conſiderandum, num ſatis recte ab eodem expoſitum ſit, *Inque toros*, id eſt, in lectum & urſae pellem, quod ego tamen non reprehendo. Glarean. Aut etiam in pulpas pectoris, ſive armos. ut de anteriore parte centauri intelligatur. Micyll. *Inque ſinus* Baſil.

327. *Vidi ego Petraeum.*] Proprium nomen à *Petra*, in Theſſalia loco, ubi colebatur Neptunus, cognomento *Petraeus*, quoniam ibi percuſſa petra equum evocaverit. Lege quae ſcripſimus in primae Collectaneorum Hecatoſtyos c. 57. Const. Fan.

327. *Evellere.*] *Tollere* plurimi. *tollere dextra* duo. *vellere terra* Medic. *evellere dextra* Gronov.

329. *Labefacta robora.*] Labefactam quercum. *Robora* autem legendum eſt, non *corpora*, ut fere in exemplaribus eſt depravatum. Regius.

329. *Jactat.*] *Pulſat* plurimi veterum. Heins. *Verſat* Junian. & duo Moreti.

330. *Coſtis immiſſa Petraei.*] Puto, *coſtis Petraeis.* ut apud Virgilium, *Cineri Sicheo*, & *Lenaeus honor*: nam ingratus & Naſoni inſolens concurſus ille *Pirithoi*, *Petraei. Pheraei* S. Marci codex & unus Regius. Heins.

331. *Cum duro luctantia robore fixit.*] Quia modo praeceſſit *robora*, neſcio an melior ſit, Francof. cod. ſcriptio,

Pectora cum duro fixit luctantia ligno.
Figit etiam Sixii.

333. *Pirithoi virtute Chromin.*] *Cecidiſſe* prim. Gronov. & prim. Moreti cum aliis quatuor. meliores etiam ſuperiori verſu vocibus inverſis,

Pirithoi virtute Lycum cecidiſſe ferebant.
Heins.

333. *Chromin.*] *Chromum* vel *Chronum* multi ſcripti, quae eadem in hoc nomine varietas apud Stat. II. Theb. 613. III. 13. & ſaepe. *Chromis* Herculis filius fuit. lib. VI. 346. ubi vide Lutat. *Chronium* habet III. 170. Burm.

335. *Fixus Helops jaculo eſt.*] Meliores tollunt τὸ *eſt.* pro *ad aurem* Cantabr. Oxon. multique alii, *in aurem.* Heins.

337. *Ancipiti acumine.*] *Ancipitis acumine montis* Thuan. Neap. Bernegger. prim. Gronov. tert. Medic. Oxon. & octo alii. Vide ad Claud. IV. Conſ. Honor. vſ. 293. Idem.

339. *Ornum.*] *Ulmum* unus Heinſii.

340. *Fractae.*] *Fractâ* legit Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 1312.

341. *Ultor adeſt Phereus*] *Phereus* triſyllabum nomen eſt hoc loco. nam primam corripere debet, cum à *Pheris* Theſſaliae civitate (quae primam corripiunt) derivetur. multa ſanè hic nomina invenies à Theſſaliae locis declinata. Const. Fan. *Phereus* etiam quatuor libri. *Victor adeſt* Oxon. & duo alii. vid. lib. XI. 194. pro *Phareus* S. Marci, Neapol. Urbin. probe, *Aphareus.* quo alludunt nonnulli alii, in quibus, *Iphareus.* prim. Erfurt. *Aphereus*, alter *Amphareus.* ſic lib. VIII. 304.

—— *prolesque Apharëia Lynceus.* Heins.

341. *E monte.*] *A monte* Vatican. & duodecim alii. *qui monte* unus Heinſii. vid. lib. XIV. 181.

342. *Mittentem ſtipite querno.*] *Conantem* unus Voſſ. unus Baſil. & Genev. recte. Silius libro II. 126.

Occupat Aegides; cubitique ingentia frangit
Ossa: nec ulterius dare corpus inutile leto
Aut vacat, aut curat: tergoque Bianoris alti
Insilit, haud solito quemquam portare, nisi ipsum:
Oppositque genu collis: prensamque sinistrâ
Caesariem retinens, vultum minitantiaque ora
Robore nodoso, praeduraque tempora, fregit.
Robore Nedymnum, jaculatoremque Lycotan
Sternit, & immissâ protectum pectora barbâ
Hippason, & summis exstantem Riphea silvis;
Tereaque, Haemoniis qui prensos montibus ursos
Ferre domum vivos, indignantesque solebat.
Haud tulit utentem pugnae successibus ultra
Thesea Demoleon: solidoque revellere dumo

An-

Illa volans humerum rapido transverberat ictu
Conantis Dorylae.

lib. v. 256.

—— *subsidensque ilia nisu*
Conantis suspensa fodit.

Plenus est harum repetitionum Noster, si attendas. Cantabr. & tres alii, *nitentem*: etiam non male. Stat. II. Theb. 628.

Orat & a jugulo nitentem sustinet hastam.

& Herc. Surrent. 21.

Atque obluctantia saxa
Summovit nitens

Sil. I. 498.

Fidum sibi corripit ingens
Aggere convulso saxum, & nitentis in ora
Devolvit.

& v. 66.

Signa etiam effusa certant dum vellere molis,
Teter humo lacera nitentum erupit in ora
Exsultans cruor.

minitantem unus Basil. Leidensis unus, *mutantem*. HEINS.

343. *Cubitique ingentia fregit.*] *Frangit* multi. rectius. *cubitoque* etiam Florent. S. Marci & unus Mediceus ex melioribus. IDEM. vid. supr. 294.

345. *Alti.*] *Alto* multi. *haud soliti* etiam Arund. & duo alii.

348. *Vultum minitantiaque ora.*] Variant admodum codices. *vultum comitantiaque* Genev. *mutantiaque* duo. *nutantiaque* unus. sed eleganter decem, *vultumque minantiaque ora*. Heinsius conjecerat etiam, *vultumque comantiaque ora*: mox *perduraque* Leidens. unus.

350. *Jaculatoremque Lycetum.*] *Lichepen* vel *Licepen* vetustiores plerique. *Lycotan* Calandrae codex. quod arridet. HEINS.

351. *Immissa.*] *Immensa* novem codices, vid. ad lib. v. 338. *admissa* quatuor. *amissa* duo.

352. *Summis exstantem Riphea silvis.*] *Exstantem*, hoc est, *eminentem* ait interpres; sed haec nihili sunt: non enim de Titanum aut Cyclopum familia, sed de Lapithis & Centauris hic fuit, quos tam vastae ac prodigiosae magnitudinis fuisse, ut *summis silvis*, vel *silvas* potius, verticibus exstarent, haud memini me legisse. Quare dubito, an non scripserit Poëta,

Et sumptis instantem Riphea signis.

Quod furori illi apprime convenit; rapiebat enim quisque, quod cuique obvium; & quoniam

Amycus penetralia donis
Haud timuit spoliare suis.

Quis asserat Ripheo nostro plus frontis adfuisse? vides conjecturam, nosque non magis a literarum ductu, quam à scena rei ipsius declinasse. SCHEPPER. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. Intempestivam conjecturam puto: nam seculo illo immenso corpore fingebant viros, ut saepe Homerus & alii. ita apud Virg. IX. 674.

Abietibus juvenes patriis & montibus aequi.

quod ex Pindaro sumsisse videri potest, qui Alcyonea facit ὄρεϊ ἴσον Od. VI. Isthm. 47.

Stat. III. Theb. 13.

Et Chromis & Dorylas, & nostris turribus aequi
Thespiadae.

& immanes fuisse Centauros apparet, qui arbores gravissimas evulsas vibrabant, & humeris portabant. sic *ingentia ossa* 343. & Vs. 512. *immania membra* dat vs. 501. BURM.

353. *Tereaque.*] Scribo, *Therea* cum *th* aspirato, ut sit nomen à feris deductum, quarum hic venatione delectabatur. θὴρ feram significat. CONST. FAN.

356. *Solidoque revellere dumo.*] *Dumo* Perottus exponit nemore, quod placet, tametsi *Dumosum* apud Virg. in Tityro *dumis plenum*, exponit Ser. & Festus, *frondosum*. Porro in hac

pu-

Annosam pinum magno molimine tentat.
Quod quia non potuit; praefractam misit in hostem.
Sed procul à telo Theseus veniente recessit,
Pallados admonitu; (credi sic ipse volebat)
Non tamen arbor iners cecidit: nam Crantoris alti
Abscidit jugulo pectusque, humerumque sinistrum.
Armiger ille tui fuerat genitoris, Achille:
Quem Dolopum rector, bello superatus, Amyntor
Aeacidae dederat, pacis pignusque, fidemque.
Hunc procul ut foedo disjectum vulnere Peleus
Vidit, At inferias, juvenum gratissime Crantor,
Accipe, ait. validoque in Demoleonta lacerto
Fraxineam misit, mentis quoque viribus, hastam.
Quae laterum cratem perrumpit: & ossibus haerens

In-

pugna Centaurorum Lapitharumque propria nomina multa corrupta, multa incerta, *Nedymum Nedimnum*, *Lycotan*, *Lyceſpen* inepte, *Ripea*, quidam *Riphena*, *Phlegraeum Phlaegraeum* inepte, *Hylén* εἰλεὶν Planudes vertit. verum haec librariorum culpa fiunt, & correctorum incogitantia, aut verius insciti. Glarean. *Dumo* pro dumeto positum videtur. sic lib. I. 707. *Motos in arundine ventos.* id est arundineto. Ciofan. *Solidaque revellere ab ulmo* Leid. unus. *ſolidaque revellere terra* Cant. & Gron. unus. & Reg. tert. *ſolidoque revellere trunco* unus. *ſolido divellere dumo* Flor. S. Marci. *evellere clivo* unus. *fundoque evellere ab imo* alius.

357. *Molimine.*] *Conamine* quatuor libri.

358. *Praefractam.*] *Praefectam* unus Heinsii. *perfractam* multi. *quam quia* etiam sexdecim.

362. *Abſcindit.*] Lego, *abſcidit*, ut in temporibus sit concordia, quod tamen ex *abs* & *caedo*, non ex *abs* & *ſcindo* compositum esse monemus, ut ne claudicet syllaba. Const. Fan. *Jugulum* Junian. & decem alii. *jaculo* plurimi.

362. *Pectus humerumque ſiniſtrum.*] *Pectusque* scripti meliores. pro *Crantoris* omnes nostri, *Grantoris.* Heins. *Altum* etiam unus Regius. *alto* Medic.

363. *Achille.*] *Achilles* quidam, sed *Achille* legendum docet Priscianus, hoc versu citato, lib. VII. pag. 730.

364. *Dolopum.*] *Dolopon* unus Basil. Sic apud Catul. LXVII.

Jupiter ut chalybon omne genus percat.

Ut Politianus legit. pro *Amyntor* duo *Anetor.* alii, *Amictor*, *Aminctor*, *Atinctor.*

365. *Fidemque.*] *Fideque* duo libri. *pignus pacisque fidesque* Thysianus. lege, *pignus pacisque fideque.* VI. 506. *Utque fide pignus dextras utriusque poposcit.* Heins. Vid. supr. III 341. sed ego nihil mutem. *fides* dicitur res, quae est signum & documentum, quod spondet quasi de futuro, & certam spem facit. Flor. I. 2. *Ancilia atque Palladium, secreta quaedam imperii pignora, Janumque geminum, fidem pacis ac belli.* Stat. II. Th. 158.

—— *Geminae mihi namque nepotum*
Laeta fides, aequo pubescunt sidere natae. Burm.

367. *Viderat, Inferias.*] *Vidit, At inferias* recte potior scriptorum pars. jam monui ad Epistolam Medeae, nisi fallor, ipso statim initio. Heins.

367. *Gratissime.*] *Fidissime* unus Heinsii.

368. *Validoque.*] *Gravidoque* unus Basil.

369. *Mentis quoque viribus.*] *Mentis cum* unus meus & Neapolitanus. sed ita ut *magnis* à manu prima videretur fuisse. nonnulli, *magnis quoque.* sex, *junctis quoque.* totidem, *totis.* prim. Hamburg. prim. Gronov. & unus Medic. *meritis.* alii, *tantis*, *cunctis.* Puto scriptum fuisse, *cum mentis.* pro, *contentis viribus.* apud Apulejum Met. IV. *Contentissima voce clamitans.* Germanicus Arateis:

Hunc sequitur rapido contenta canicula cursu.

contenta tela opponit languidis Lucan: lib. VII. 562.

—— *Quis languida tela,*
Quis contenta ferat?

Val. Flac. III. 135.

Pectus arundo
Per medium contenta fugit.

sic *contendere nervos*, *vires*, *curas*, pro omnes simul intendere. certe unus Basil. *intensis viribus.* quomodo apud Val. Flaccum libro III. 103.

At Tydeus, En intentis quem viribus, inquit,
Experior,

apud Virgilium libro IX. 744.

Intorquet summis adnixus viribus hastam.

libro X. 474.

At Pallas magnis emittit viribus hastam.

Val. Flaccus libro III. 139.

Torserat hic totis connixus viribus hastam.

Silius libro II. 123.

Intremuit. trahit ille manu ſine cuſpide lignum:
Id quoque vix ſequitur. cuſpis pulmone retenta eſt.
Ipſe dolor vires animo dabat. aeger in hoſtem
Erigitur: pedibusque virum proculcat equinis.
Excipit ille ictus galeâ clypeoque ſonantes:
Defenſatque humeros: praetentaque ſuſtinet arma:
Perque armos uno duo pectora perforat ictu.
Ante tamen leto dederat Phlegraeon, & Hylen
Eminus: Hiphinoum collato Marte, Claninque.
Additur his Dorylas: qui tempora tecta gerebat
Pelle lupi, ſaevique vicem praeſtantia teli
Cornua vara boum multo rubefacta cruore.
Huic ego, nam vires animus dabat, Adſpice, dixi,
Quantum concedant noſtro tua cornua ferro:
Et jaculum torſi. quod cum vitare nequiret,
Oppoſuit dextram paſſurae vulnera fronti.
Adfixa eſt cum fronte manus. fit clamor: at illum
Haerentem Peleus, & acerbo vulnere victum

(Sta-

——— *totisque adnixa doloris*
Viribus intorquet lethalem in moenia cornum.
&, 627.
Ille jacit totis connixus viribus aegrum
In flammas corpus.
Stat. Theb. VIII. 586.
Miſſile ceu totis intortum viribus haeſit.

quare & hoc loco admitto, *magnis cum viribus*, dum meliora ſuggerant membranae. HEINS. *Mentis* illae *vires* nihili ſunt. nec aliae correctiones ſatisfaciunt. quid ergo? Nempe, quia ſaepiſſime Librarii *mentis*, & *gentis* vocabula confundere ſoleant (vid. ad Petron. CXI. & ſupr. ad lib. I. Met. 100.) forte ſcripſerit, *gentis quoque* (vel *cum*) *viribus*; Gentis nimirum Aeacidarum, unde & Achilli illud robur & vires, qui Pelei filius. ſic ſimpliciter *Genti inſita ſuperbia*, pro Atticae genti, Juſtin. V. 3. ut recte Cl. Graevius. BURM.

370. *Perrupit.*] *Perrumpit* cum melioribus. HEINS. *Perfregit* Voſſ. *lacerum pectus praerupit* Florent. S. Marci.

371. *Trahit ille.*] *Trahit inde* Baſil. *rapit* etiam Fragm. Boxhor.

373. *Aeger in hoſtem.*] *Aeger* hic eſt vulneratus, ex vulnere male ſe habens. Stat. XI. 517.

Caecusque avidos illidit in aegrum
Cornipedem curſus.
& VI. 546.
Mox intellecto magis ac magis aeger anhelat
vulnere. Vid. Heinſ. ad Val. Flac. I. 147. BURM.

374. *Proculcat.*] *Conculcat* Vatic. Baſil. & ſexdecim alii. *Calcabat* duo.

375. *Clypeoque ſonanti.*] *Sonantes* iidem. HEINS. *Sonante* Palat. & tres alii.

377. *Perque armos.*] *Perque humeros* Arund. & tres alii. *perfodit ictu* Oxon. & ſeptem alii.

379. *Glanimque.*] *Claninque* cum Florentino S. Marci. Val. Fl. I. 146. in hac pugna,

Ardenti peragit Clanis Actora quercu.

HEINS.

381. *Pelle lupi.*] Περίκραντα θήρεια. Strabo l. XI. *Cudones ferinos* Silius VIII. 495. vocat galeas hasce pellibus tectas. Virg. VII. Aeneid. vſ. 688. *fulvosque lupi de pelle galeros Tegmen habens capiti.* vide quae nos ad Senecae Hippolytum vſ. 541. FARNAB.

382. *Cornua dura boum.*] Inepta lectio. *curvae* prim. Moret. Thuan. quart. Medic. aliique multi. rectius omnino. At Florentinus S. Marci & unus Argent. *rara.* Genev. *cava.* Scribe, *Cornua vara*, & vide Notas Amor. III. 24. HEINS.

386. *Oppoſuit.*] *Appoſuit* duo Medic. Vid. ad II. Art. 584. & ſupr. II. 276.

387. *Affixa eſt cum fronte manus.*] Rectius, ni fallor,

Affixâ cum fronte manu ſit clamor.

HEINS.

388. *Et acerbo.*] *Et tervo* Cantabr. vid. vſ. 62.

389. *Sub alvum.*] *Sub alam* Baſil. *per alvum* Voſſian.

390. *Proſiliit.*] *Proſiluit* meliores & probe. HEINS.

391. *Et illis.*] *Et extis* Putean. alter.

394. *Con-*

(Stabat enim propior) mediam ferit enſe ſub alvum.
Proſiluit, terràque ferox ſua viſcera traxit:
Tractaque calcavit: calcataque rupit: & illis
Crura quoque impediit; & inani concidit alvo.
Nec te pugnantem tua, Cyllare, forma redemit,
Si modo naturae formam concedimus illi.
Barba erat incipiens: barbae color aureus: aureaque
Ex humeris medios coma deſcendebat in armos.
Gratus in ore vigor: cervix, humerique, manusque,
Pectoraque artificum laudatis proxima ſignis;
Et quà parte viri eſt: nec equi mendoſa ſub illà
Deteriorque viro facies. da colla caputque:
Caſtore dignus erit. ſic tergum ſeſſile, ſic ſtant
Pectora celſa toris: totus pice nigrior atrâ.
Candida cauda tamen: color eſt quoque cruribus albus.
Multae illum petiere ſuâ de gente; ſed una
Abſtulit Hylonome: quà nulla nitentior inter
Semiferos altis habitavit femina ſilvis.

Haec

394. *Concedimus illi.*] Heinſius malebat, *illis*, ſc. Centauris.

395. *Aurea.*] *Aureaque* prim. Palat. prim. Vatican. prim. Baſil. tert. Medic. Thuan. prior Erfurt. uterque Hamburg. & alii plurimi. idque recte. cum vocalis proxime ſequatur. ſic libro VI. 508.

——— *natamque nepotemque*
Abſentes pro ſe memori rogat ore ſalutent.

libro. IV. 780.

——— *hominum ſimulacra ferarumque*
In ſilicem ex ipſis viſâ converſa Meduſâ.

libro XV. 147. ex veſtigiis optimi codicis,

Quaeque diu latuere canam. juvat ire per ardua
Aſtra. Heins.

396. *Dependebat.*] *Deſcendebat* Stroz. & Moreti. recte: ita *Deſcendentes ab aure capillos* dixit Petron. XVIII. ubi vide.

396. *In armos.*] Qui in homine *humeri*, in reliquis animantibus *armi*, ajunt Plinium tradidiſſe. non igitur eſt fruſtranea haec Centauri deſcriptio, monſtroſa quidem illa, ſed non abusque gratia, Poëtae maxime quaeſita ingenio. Glarean.

397. *Vigor.*] *Nitor* ſex libri. *decor* Medic. *rubor* alius. *color* unus.

399. *Et quacunque vir eſt.*] In Palatino, *Ex qua parte vir eſt.* Sed nihil mutandum. Cervix, humeri, manus, pectora, & quaecumque in eo humana ſunt, aut virum referunt, ad laudata artificum ſigna quam proxime accedunt. Totus autem locus ita diſtinguendus:

——— *cervix, humerique, manusque,*
Pectoraque, artificum laudatis proxima ſignis,
Et quacunque vir eſt. nec equi mendoſa ſub illo,
Deteriorque viro facies. da colla caputque,
Caſtore dignus erit.

Dan. Heins. Multi, *Ex qua parte.* nec pauciores, *Et qua parte.* ſed vera ſcriptura, *Et qua parte viri eſt*, cum priore Strozzae & fragmento Boxhornii. *viri eſt*, nempe facies. deinde pro, *ſub illo*, ſcribe, *illâ*, parte videlicet. atque ita unus Mediceus ex melioribus & alter Regius. Heins. De pulchritudine Centauri loquitur; Cl. Heinſius legit, *& qua parte vir eſt.* Sed ibi mendum non latet: *quacunque* enim & *qua parte* eadem ſunt: legerem igitur. *Cervix &c. Haec, qua parte vir eſt &c.* quo nihil ſimplicius: poſtquam enim enumeravit partes, queis ἀγαλματίας erat Cyllarus, ſubjicit; haec facies ipſi, qua vir eſt; nec parte equi deformior erat. Schepper. apud Fabr. lib. II. Ep. 71.

401. *Caſtore dignus erit.*] *Erat* Neapol. Urbin. pri. Reg. Arund. tert. Medic. pri. Baſil. & multi alii. Scribe, *eat.* pro *ſunt* etiam recte prim. Vatic. *ſtant.* ut II. 854. *Colla toris exſtant.* Heins.

403. *Cruribus.*] *Crinibus* tres libri, etiam non male: nam toto corpore erat niger, cauda & juba albus: & has voces commutari vidimus Epiſt. XXI. 89.

404. *Petiere.*] Modeſtius eſt, *cupiere*, quod in uno Heinſii eſt, ut, lib. III. 333. ubi vide.

405. *Nulla decentior.*] Ita quidem recte puella laudatur, & alibi ſaepe a Noſtro *decentes* puellae dicun-

Haec & blanditiis, & amando, & amare fatendo
Cyllaron una tenet. cultus quoque quantus in illis
Esse potest membris; ut sit coma pectine levis:
Ut modo rore maris, modo se violâve rosâve
Implicet: interdum candentia lilia gestet:
Bisque die lapsis Pagasaeae vertice silvae
Fontibus ora lavet: bis flumine corpora tinguat.
Nec, nisi quae deceant, electarumque ferarum,
Aut humero, aut lateri praetendat vellera laevo.
Par amor est illis: errant in montibus unà:
Antra simul subeunt, & tum Lapitheïa tecta
Intrarant pariter; pariter fera bella gerebant.
Auctor in incerto est: jaculum de parte sinistrâ
Venit; & inferius, quàm collo pectora subsunt,
Cyllare, te fixit: parvo cor vulnere laesum
Corpore cum toto post tela educta refrixit.

Pro-

cuntur. ut III. Am. III. 8. sed prior Arund. Basil. Thuan. & duo alii, cum habeant, *nitentior*, hoc mihi Centaurae, ut ita dicam, convenientius videtur. *nitentes* enim equi proprie bene habiti: Virgil. VI. 654.

——— *Quae cura nitentes*
Pascere equos.

Et alii passim. sic etiam *nitentem vaccam* lib. I. Metam. 610. Puellae quoque ita passim *nitentes* & *nitidae* vocantur; quae, ut Terentius ait, sunt *solido corpore & succi plenae.* Horat. I. Od. 5. *quibus intentata nites.* vid. ad Phaedr. III. 7. BURM.

407. *Haec & blanditiis & amando.*] Multi, *& amans.* Puto,

Haec & blanditias adhibendo.

lib. X. 259.

Et modo blanditias adhibet, modo grata puellis
Munera fert illi.

lib. III. 376.

O quoties voluit blandis accedere dictis,
Et molles adhibere preces!

paulo ante, *inter Semiferos* libri meliores, non *Semiferas.* HEINS.

411. *Canentia lilia.*] *Candentia* cum melioribus, & mox, *Pagasaeae* pro *Pegasaeae.* IDEM.

415. *Praetendat.*] *Praetentat* tres. Heinsius volebat, *praetentet. praetendet* Oxon. *praetendit* tres. *pendebant* sexdecim. *dependent* unus.

417. *Et tum.*] *Et cum* plurimi.

420. *Qua collo pectora subsunt.*] *Quam* rerone cum Arondel. Zulich. Junian. & altero Thuan. HEINS.

423. *Excipit.*] *Suscipit* Leidens. Sprotii & Argentin.

424. *Impositaque manu.*] *Suppositaque* unus meus. ut Epistol. XI. 39.

Quae non medicamina nutrix
Attulit, audaci suppositque manu? HEINS.

429. *Saeva.*] *Sena* meliores magno numero. quod admittendum. IDEM.

430. *Connexis vellera nodis.*] *Collectis* S. Marci, prim. Gronov. & quatuor alii. *conjectis* prim. Erfurt. & alii nonnulli. *loris* etiam multi veteres. unus Basil. *contusis loris.* an, *consutis?* pro *nodis* forte, *codis*, hoc est, *caudis* reponendum. sic Apulejus in vetustis Apologiae codicibus, *ilices bicodulae. Canis sine coda* Varroni apud Nonium in *coda. Olus Posthumius Tiburtus*, pro *Aulus*, apud A. Gellium. & *Sergius Orata*, pro *Aurata* apud Macrobium. apud Servium ad Ÿf. 295. libri VI. in versibus Virgilio adscriptis,

Serpentum extremis nodantur vincula caudis.

Sic pro *Codice* paulo post Florent. S. Marci, Urbin. uterque Erfurt. aliique multi, *Caudice. à lauro, Loretum* locus Romae in Aventino. ab *aure*, *oricella.* a *caulibus*, *coliculi. Claudius*, *Clodius. cotes* & *cautes. plostrum* pro *plaustro* & *plostellum* Horatio. & similia. Hic scribendi usus occasionem dedit loco apud Phaedrum corrumpendo ipso operis initio,

Duplex libelli dos est, quod risum movet,
Et quod prudenti vitam consilio monet.

Ita enim Rhemensis liber. ac Pithoei codex, *libellis os.* alii, *mos.* puto, *libello los* pro *laus* exaratum fuisse, quanquam & τὸ *dos* commode omnino se habet. huc refer illud Horatianum, Artis Poët. 343.

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

apud Horatium libro II. Sat. 14. veterrimus codex bibliothecae Leidensis, *Cole sub urbano.* ubi Scholiastes,

Protinus Hylonome morientes excipit artus:
Impoſitâque manu vulnus fovet; oraque ad ora
Admovet; atque animae fugienti obſiſtere tentat.
Ut videt exſtinctum: dictis, quae clamor ad aures
Arcuit ire meas, telo, quod inhaeſerat illi,
Incubuit: moriensque ſuum complexa maritum eſt.
Ante oculos ſtat & ille meos: qui ſena leonum
Vinxerat inter ſe connexis vellera nodis
Phaeocomes, hominemque ſimul protectus equumque.
Codice qui miſſo, quem vix juga bina moverent
Juncta, Phonoleniden à ſummo vertice fregit.
Fracta volubilitas capitis latiſſima: perque os,
Perque cavas nares, oculosque, auresque cerebrum
Molle fluit. veluti concretum vimine querno
Lac ſolet; utve liquor rari ſub pondere cribri
Manat, & exprimitur per denſa foramina ſpiſſus.

Aſt

liaſtes, *cole pro caule. ſic coda pro cauda.* ita *aure* & *ore* frequenter confunduntur in ſcriptis exemplaribus, ut jam vidimus hoc ipſo libro ℣ſ. 46. Propertius libro I. Eleg. I.

Vos remanete, quibus facili Deus annuit ore.

ubi perperam *aure* legitur. Martialis lib. II. Ep. XXIV.

—— quod ſi Deus ore ſereno
Annuerit? felix Candide, ſolus eris.

ſic apud eundem Propertium Eleg. III. libri primi *cotibus* pro *cautibus*. Idem denuo Eleg. XII. libri I.

Nec mihi conſuetos amplexu nutrit amores
Cynthia, nec noſtro dulcis in ore ſonat.

non *noſtra aure*, quod nunc legitur. Idem libro III. Eleg. IX.

Dulciaque ingratos adimant convivia ſomnos.
Publica vicinae perſtrepat ora viae.

ubi circumfertur nunc *aura* perperam. ſed ut ad Naſonem revertar, placet impenſe prae ceteris Florentini codicis ſcriptura, quam deſignavi, *Collectis nodis.* ſic *colligere in nodum crines* ſimiliaque. Claudian. II. in Ruf. 108.

Illinc Armeniae vibratis crinibus alae,
Herbida collectae facili velamina nodo.

De *colligendi* verbo plura ad Maronem congeſſi Aeneidos XII. Heins. *Colligi* recte crines & alia dicuntur, ut nodo cohibeantur, ſed ipſos *nodos collectos* dici non puto, *connexos* vero recte, ut contra *diduci*, cum ſolvuntur, lib. II. 560.

431. *Hominemque ſimul protectus equumque.*] Raphaël exponit, qui coma & ſe & hominem protexerat. alii ſimpliciter accipiunt, id eſt, qui ſe, & hominem, & equum protexerat: quod videtur veriſimilius. Glarean.

432. *Codice.*] *Stipite* octodecim, *cortice* decem. *robore* ſeptem. *caldice* unus. *cardine* alius. *caudice* multi. *bina levarent* Langerm.

433. *Juncta Phonoleniden.*] Metuo ne haec mendoſa ſint. nam in membranis vetuſtioribus mera lectionum monſtra apparent. S. Marci, *Tecta Phonolen idemque. Phololeniden* Neapol. at Bernegger. & Thuan. *Te Phonolenides. Tectum Pholoniden.* prim. Erfurt. *Thephonoleniden.* alii aliter. Viderint acutiores. Proximi quinque verſus à multis vetuſtiorum abſunt. Heins.

434 *Capitis latiſſima: perque os.*] *Capitis, juncturaque frontis* Leidenſis.

436. *Veluti concretum vimine querno.*] Haec deſcriptio, niſi adjuvetur multis modis, & partim expoſitione, partim figuris declaretur, praeter hujus poëtae conſuetudinem inſignem ſecum adfert obſcuritatem, ut mirer Raphaëlem non dignatum aliqua ampliore declaratione. Glarean.

436. *Vimine querno*] Urbin. *teſto*, pro *texto*. Vide Notas Faſt. IV. ℣ſ. 435. Heins.

438. *Exprimitur per denſa foramina ſuccus.*] *Spiſſus* prim. Vatic. Bernegger. Arond. prim. Hamburg. aliique plurimi. recte. Severus Aetna:

Nunc ſpiſſus crebro praebetur vimine ſuccus.

pro *manat* unus Baſil. *ſtillat*. Sed Lucretius in re ſimili *permanare* dixit lib. II. pro *rari cribri* paulo ante, Urbin. prim. Baſil. & alter Thuan. *vini praeli*. tres alii, *coli*. cujus alterum illud *vini praeli* eſt gloſſema & interpretatio. ut apud Virg. Georg. II. 242.

Colaque praelorum fumoſis deripe tectis.

ubi Scholiaſtes Ms. *Cola, inſtrumentum, quo vinum premitur*. Lucretius lib. II. 391.

Aſt ego, dum parat hunc armis nudare jacentem,
(Scit tuus hoc genitor) gladium ſpoliantis in ima
Ilia demiſi. Chthonius quoque Teleboasque
Enſe jacent noſtro. ramum prior ille bifurcum
Geſſerat; hic jaculum. jaculo mihi vulnera fecit.
Signa vides: adparet adhuc vetus, ecce, cicatrix.
Tunc ego debueram capienda ad Pergama mitti:
Tunc poteram magni, ſi non ſuperare, morari
Hectoris arma meis. illo ſed tempore nullus,
Aut puer, Hector erat, nunc me mea deficit aetas.
Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyreti;
Ampyca quid referam? qui quadrupedantis Oëcli
Fixit in adverſo cornum ſine cuſpide vultu.
Vecte Pelethronium Macareus in pectus adacto
Stravit Erygdupum. memini & venabula condi
Inguine, Neſſeis manibus conjecta, Cymeli.

Nec

Et quamvis ſubito per colum vina videmus
Perfluere, at contra tardum cunctatur olivum.
ergo & cola olivarum, ut & piſcatorium vas Auſonio Epiſt. ad Theonem:
Nodoſas veſtes animantum Nerinorum,
Et jacula, & fundas & nomina villica lini,
Colaque, & inſutos terrenis vermibus hamos.
per *Nodoſas veſtes* retia intelligit, quae Noſter *nodoſas plagas* alibi vocat. apud Plinium lib. XIV. cap. 1. male legitur, *Uva non alibi gratior collo, ut inde poſſit inveniſſe nomen duracina*; cum ſcribendum ſit, *craſſior colo.* Turnebus, *craſſiore callo.* Apulej. lib. III. Met. *Vaſculo quodam, in vicem coli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo; infuſa aqua.* Appoſite. HEINS. *per crebra foramina* Strozzae liber. ante, *preſſi ſub pondere cribri* Baſil.

439. *Armis nudare.*] *Spoliare* ſec. Palat. Juret. alter Hamburg. & alii quatuor. placet. quia *ſpoliantis* mox ſequitur. *Arma etiam ſpoliare cupit* Statio Theb. XI. 562. Noſter ſupra 143. de Achille.
—— *victum ſpoliare parabas.*
parat hunc etiam tres ſcripti. HEINS.

441. *Ilia demiſi.*] *Dimiſi* meliores. pro *Thelboasque* repone ex ſcriptis, *Teleboas.* Τηλεβοὰς. pro *ramum bifurcum* in Boxhornii fragmento, *cornum.* HEINS. aberrarunt aut operae, aut Heinſii memoria; nam in fragm. Boxh. erat, *ramum bicontum.* Videant viri eruditi, an hoc a librario potuerit proficiſci. *bicornum* Genev. *biſulcum* etiam nonnulli. *Demiſi* vero retinendum, ut monuimus Epiſt. XIV. 5. & alibi, niſi cum uno Moreti malumus, *demitto.* BURM.

444. *Apparet adhuc vetus inde cicatrix.*] *Vetus ecce* prim. Gronov. & quatuor alii. HEINS.

447. *Arma meis.*] *Arma trucis* Gron.

448. *Me mea deficit aetas.*] *Deſerit* magno numero codices. ſed fruſtra. vide ad lib. II. 382.

450. *OEcli.*] S. Marci, *Echecli.* Neapol. *Echeli.* Urbin. *OEli* Thuan. *Ethedi.* prim. Erfurt. *Ahecli.* alter, *Eocli.* alii aliter. HEINSIUS. *Oïcli* alii.

452. *Pelethronius.*] Malo, *Pelethronium* cum Boxhornii fragmento. HEINS.

454. *Inguine Neſſei manibus conjecta Cymeli.*] Lege, *Neſſeïs manibus.* Zulichemianus, *Inguine Neſſeo.* Junianus, *Inguine, Neſſe, tuo.* Cymelum in inguine vulnerabat Neſſus, non Neſſum Cymelus. IDEM.

459. *Stiphelumque.*] *Stiphelonque* Argentin. *Stenelumque* Moreti.

460. *Helinumque.*] *Helimumque* ex ſcriptis. HEINSIUS.

462. *Spoliis armatus.*] *Ornatus* Baſileenſis. eleganter. ita XIII. 122.
Inde jubete peti, & referentem ornate relatis.
ubi etiam *armat* Mſ. Epiſt. IX. 103.
Se quoque Nympha tuis ornavit Jordanis armis.
& ita paſſim. BURM.

462. *Alaeſi.*] Pro *Aleſii. Aleſius* enim Sceluntis filius inter Hippodamiae procos a Stephano memoratur. Sunt & qui Aleſium Gargeti filium fuiſſe dicant (ut idem Stephanus tradit) qui cum Pelope iverit ad Hippodamiam Oenomai. a quo Aleſius in Elide civitas fuerit nuncupata. CONST. FAN. *Haleſi* ex iiſdem. cujus nominis etiam Faliſcorum conditor Argivus. HEINS.

463. *Membris & corpore.*] *Membrisque & corpore* Baſil. vere.

464. *Aetas inter juvenemque.*] Haec citat Iſidor. lib. XI. 2. tamquam ex lib. VI. ut explicaret quid eſſet

Se-

Nec tu credideris tantum ceciniſſe futura
Ampyciden Mopſum. Mopſo jaculante biformis
Occubuit, fruſtraque loqui tentavit Odites,
Ad mentum lingua, mentoque ad guttura fixo.
Quinque neci Caeneus dederat, Stiphelumque, Bromumque,
Antimachumque, Helimumque, ſecuriferumque Pyracmon.
Vulnera non memini: numerum nomenque notavi.
Provolat Emathii ſpoliis armatus Haleſi,
Quem dederat leto, membrisque & corpore Latreus
Maximus. huic aetas inter juvenemque, ſenemque,
Vis juvenilis erat. variabant tempora cani.
Qui clypeo, galeâque, Macedoniâque ſariſſâ
Conſpicuus, faciemque obverſus in agmen utrumque;
Armaque concuſſit, certumque equitavit in orbem:
Verbaque tot fudit vacuas animoſus in auras:
Et te, Caeni, feram: nam tu mihi femina ſemper,

Tu

Senior. vid. & Serv. ad Virgil. v. Aeneid. 409. infra, XV. 210.

Maturus; mitisque inter juvenemque ſenemque.

466. *Macedoniaque ſariſſa.*] Sariſſae haſtae ſunt Macedonum, ut pila Romanorum, geſſa Gallorum. Reg. Nota autem ſecundam in *Macedonia*, longam poſitam à Poëta per ἔκτασιν. Nam in primitivo aliàs corripitur, ut apud Claudianum de Bell. Getico. 180. *Nubibus intactum Macedo miratur Olympum*, &c. & Silium lib. XV. 287. *Fervebat Macedum ſubitis perculſa ruinis.* Micyll. Tot ſyllabarum brevium concurſu Poëta neceſſario brevem ſyllabam produxit in *Macedonia. Sariſſa* autem longior haſta erat, quàm Romanorum pilum, ut planè videtur apud Livium de Bello Macedonico. Glarean. Sariſſa eſt haſta, lingua Macedonum. Q. Curtius lib. IX. *Macedo juſta arma ſumpſerat, aereum clypeum, haſtam, quam Sariſſam vocant, laeva tenens, dextra lanceam, gladioque &c.* bene igitur, *Macedoniaque Sariſſa.* Ciofan. Fuit, cum locum hunc de mendo ſuſpectum haberem, ac caſtigari debere opinarer,

Qui clypeo & galea, Lacedaemoniaque ſariſſa
Conſpicuus.

Quod perſuaſus eſſem, ſyllabam in *Macedonia* ſecundam vix poſſe produci, cum Graecis ſit Μακεδονία, *ſariſſas* autem proprie quidem ad Macedonas pertinere, verum aliis etiam gentibus in uſu fuiſſe. Hinc & *Biſtonias ſariſſas* Noſtro lib. I. ex Pont. III. 59. dici. Tum recordabar, amoto haſtarum uſu, Sariſſas apud Lacaedaemonios a Cleomene invectas eſſe, idque Plutarchum in ejus vita teſtari. Διδάξας αὐτοὺς ἀντὶ δόρατος χρῆσθαι σαρίσσῃ δὲ ἀμφοτέρων. Quin & perſtitiſſe ejus uſum ad tempora uſque Machanidae tyranni, cujus rei fidem a Polybio fieri libro XI, Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, χωρὶς παραγγέλματος, ἐπαρθέντες ταῖς διανοίαις ἐπὶ τῶν ἐνζώνων προτερήματι, καταβαλόντες τὰς σαρίσσας, ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς ἐπεναντίους. Haec inquam, olim. At vero poſtmodum comperi, poëtas etiam Graecos Μακηδονία enunciaſſe producta ſecunda ſyllaba, quod antea ignorabam, ut loco huic Naſoniano controverſia haud ſit movenda. Mimnermus apud Athenaeum Libro XIII,

Ἀλλὰ Μακηδονίης πάσας κατενίσατο λαύρας.

Sed & apud Dionyſium Periegeten occurrit, Θεσσαλίη δ' ἐπὶ τοῖσι Μακηδονίης τε πόλης. *Macedoniae* igitur *Sariſſae* hoc Naſonis loco minime ſunt amoliendae. Heins. Stat. VII. 269.

Fraxineasque vibrant Macetum de more Sariſſas.

ubi vide Barth. & quos ille adducit. adire potes & Liv. XXXVI. 18. & XXXVII. 42. *Pellaeas Sariſſas* dixit Lucan. VIII. 298. & Lib. X. 47.

Eoi propius timuere Sariſſas,
Quam nunc pila timent populi.

Praeterea pro, *Clypeo, gladioque.* In ſec. Ambr. & duobus Heinſii erat,

Qui clypeo galeaque, Macedoniaque ſariſſa.

quod recepit Heinſius. ita apud Lucan. VII. 178.

Galeisque incumbere noſtrum.

ubi *gladiis* quidam codices. Burm.

468. *In orbem.*] *In hoſtem* Leidenſis.

469. *Vacuas in auras.*] *In aures* puto ſcribendum, etſi codices nil juvant. Dixi Amor. II. Eleg. I. vſ. 62. Heins. Ego *auras* hic retineo, aliter ac ſupr. 56. minime enim vacuae erant aures, pugnae huic intentis Lapithis & Centauris.

470. *Et te Caeni feram.*] In meo antiquiore, *Te Caeni feriam.* Ciofan.

Tu mihi Caenis eris. nec te natalis origo
Comminuit? mentemque ſubit, quo praemia facto,
Quàque viri falſam ſpeciem mercede pararis?
Vel quid nata vide, vel quid ſis paſſa: columque,
I, cape cum calathis; & ſtamina pollice torque:
Bella relinque viris. jactanti talia Caeneus
Extentum curſu miſſà latus eruit haſtà,
Quà vir equo commiſſus erat. furit ille dolore:
Nudaque Phyllêi juvenis ferit ora fariſſà.
Non ſecus haec reſilit, quam tecti à culmine grando:
Aut ſi quis parvo feriat cava tympana ſaxo.
Cominus adgreditur: laterique recondere duro
Luctatur gladium. gladio loca pervia non ſunt.
Haud tamen effugies: medio jugulaberis enſe,
Quandoquidem mucro eſt hebes, inquit; & in latus enſem
Obliquat: longâque amplectitur ilia dextrâ.
Plaga facit gemitus, ceu corpore marmoris icti:
Fractaque diſſiluit percuſſo lamina collo.
Ut ſatis illaeſos miranti praebuit artus;
Nunc age, ait Caeneus, noſtro tua corpora ferro

Ten-

472. *Commonuit.*] *Commovit* multi veteres. *Comminuit* prim. Palat. Cantabrig. Bernegger. & decem alii. Epiſt. III. 134.

Ut taceam, lacrymis comminuere meis.

Pont. III. El. III. 33.

—— *ignis & arcus*
Ingenii vires comminuere mei.

animum alicujus comminuere Val. Maximus lib. II. cap. 10. nonnulli codices, *Continuit.* tres, *Admonuit*, ut Epiſt. Sapphus,

—— *nec te*
Admonuit, quod tu pignus amantis habes. HEINS.

472. *Praemia facto.*] *Pacto* Medic. un. & Baſil. vid. lib. IV. 756. *Mentemve* etiam ſec. Moret. forte, *mentemne ſubit.*

474. *Quid ſis nata vide.*] *Vel quid nata vide* ex melioribus. HEINS.

476. *Bella.*] *Tela relinque* unus Medic. non male.

477. *Extentum.*] Eleganter. ita Tertullianus Apolog. cap. 8. *Oſſulae, quae canes ad everſionem luminum extendant*; ubi hunc Ovidii locum apte adduxit diligentiſſimus Haverkampius.

477. *Latus eruit haſtâ.*] *Hauriit* S. Marci. *hauſerat* pro diverſa lectione prim. Vatic. HEINS.

479. *Nudaque Pellaei juvenis ferit oſſa fariſſa.*] Quidam codices non *Pellaei* habent, ſed *Phyllaei*, quod non convenit minus. Phyllus enim civitas in Phthiotica, una quatuor regionum Theſſaliae, teſte Strab. lib. IX. ubi Apollinis Phyllaei fanum. hinc *Phylleiam* matrem, id eſt, Theſſalam poëta noſter appellat ultimo Artis Amatoriae, ut, *Nec tibi turpe puta crinem, ut Phylleia mater, Solvere.* CONST. FAN. In aliis editionibus legitur, *Nudaque Phylei juvenis*; ut dubitari poſſit, utrum *Phyllaei* potiùs, quàm *Pellei* legendum ſit, à Phyllo Theſſaliae oppido, cujus & Stephanus & Strabo meminit lib. IX. A quo & Phyllaei Apollinis templum dictum fuit. Hyginus autem & montem Phyllaeum in Theſſalia fuiſſe teſtatur in catalogo Argonautarum. hujus etiam Apollon. meminit lib. I. 35. ubi ait:

Ηλυθε δ' Αγερίων αὐτοσχεδὸν, ὃν ῥα Κομήτης
Γείνατο δινηέντος ἐφ' ὕδασιν Απιδανοῖο
Πιερσίας, ὄρεος Φυλλήιου ἀγχόθι ναίων.

MICYLL. *Pillei* Florent. S. Marci. Scribe, *Phyllei.* Φυλλοῖς πόλις ἐν Θετταλίᾳ. Quanquam Hyginus Fab. XIV. montem in Theſſalia contendit eſſe. dixi ad Epiſt. XIII. vſ. 35. HEINS.

480. *A culmine.*] Abeſt praepoſitio a ſexdecim libris. *a tegmine* Voſſian. *jacta a culmine* Bonon. tert.

483. *Luctatur.*] *Conatur* Sprotii & Leidenſis.

486. *Obliquat, longaque amplectitur ilia dextra.*] Niſi *longa* pro extenta exponamus, non equidem intelligo, cum ſenſus alioqui non ſit obſcurus. videtur enim caeſim nunc verberaſſe, qui punctim antea. GLAREAN. *Obliquans longa complectitur i. d.* unus Moreti.

487. *Pla-*

Tentemus. capuloque tenus demiſit in armos
Enſem fatiferum : caecamque in viſcera movit,
Verſavitque manum : vulnusque in vulnere fecit.
Ecce ruunt vaſto rabidi clamore bimembres :
Telaque in hunc omnes unum mittuntque feruntque.
Tela retuſa cadunt. manet imperfoſſus ab omni,
Inque cruentatus Caeneus Elateïus ictu.
Fecerat attonitos nova res. Heu dedecus ingens!
Monychus exclamat : populus ſuperamur ab uno,
Vixque viro. quamquam ille vir eſt : nos ſegnibus actis,
Quod fuit ille, ſumus. quid membra immania proſunt?
Quid geminae vires ? quid ? quod fortiſſima rerum
In nobis natura duplex animalia junxit?
Nec nos matre Deâ, nec nos Ixione natos
Eſſe reor; qui tantus erat, Junonis ut altae
Spem caperet. nos ſemimari ſuperamur ab hoſte.
Saxa, trabesque ſuper, totosque involvite montes:
Vivacemque animam miſſis elidite ſilvis.
Silva premat fauces : & erit pro vulnere pondus.
Dixit : & inſani dejectam viribus Auſtri

For-

487. *Plaga facit gemitus.*] *Dedit gemitus* Arond. *facit ſonitus* Francof. & tres alii.

487. *In corpore marmoris icti.*] *Ut corpore* plurimi veteres. & recte. niſi quod malo cum Arondeliano & ſeptem aliis, *ceu corpore*, vid. III. Triſt. x. 47. verſu proximo, *diſſiluit* pro *diſſiliit* cum melioribus. Heins.

489. *Miranti.*] *Minitanti* Barberin.

492. *In viſcera movit.*] Malim, *in viſcere.* quanquam aliter ſcripti. unus tamen Vatic. & unus Baſil. *condit.* ut I. XV. 88.

Heu quantum ſcelus eſt in viſcera viſcera condi.

paulo ante, *dimiſit*, non *demiſit* praeſtantiores. Heins.

494. *Rapidi clamore bimembres.*] In multis, *trepidi.* prim. Vatic. *rapidi de more.* prim. Hamburg. *rabidi de more.* quod placet. Idem. *De more* aliquid facere ſaepe occurrit, ſed dubito an recte *de more vaſto* dicatur, cum epitheton illud *vaſtus*, recte *clamori* & ſimilibus jungatur. ita *vaſtus latratus* Columel. VII. 12. & *vaſtitas vocis* I. 9. ita *vaſte dicere* Ciceroni & aliis. Sic *vaſtum murmur*, de quo ad Val. Flac. III. 588. & *impetum vaſtum* illuſtravimus ſupr. ad lib. VIII. 359. Vid. & ad. Quinctil. XI. 3. Burm.

495. *Mittuntque feruntque.*] *Mittunt feriuntque* magno numero codices. *mittuntque ruuntque* Palat. *vertuntque feruntque* Medic. *mittunt ferrentque* Bonon.

496. *Retuſa.*] *Recuſſa* vel *retunſa* Gronov. *repulſa* ſex. ut ſupr. vſ. 124. *recuſſa* ſex alii.

499. *Superamur.*] *Superemur* Langermann. & tres alii, per interrogationem. Heins.

500. *Vixque viro.*] *Vixque mari* unus Heinſii. & contra mox vſ. 506. *ſemiviro* quatuor ſcripti *ſegnibus haſtis* Palat. unus.

501. *Quod fuit.*] *Quae fuit* Leidenſis unus. vid. ad Phaedr. V. Fab. 10.

502. *Et quod fortiſſima rerum.*] *Quid quod* Calandrae codex & quatuor ex noſtris. mox, *Natura duplex* cum prim. Reg. & aliis tribus. Heinsius.

505. *Eſſe reor.*] *Rear* Langerm.

505. *Junonis ut altae Spem caperet.*] Hujus rei meminit Tibullus libro primo : El. I. 73.

Illic Junonem tentare Ixionis auſi
Verſantur celeri noxia membra rota.

Meminit & Pindarus in Pythiis, & Hyginus. Ciofan.

507. *Totosque involvite.*] *Tortosque* duo Medic. *evolvite* tert. & Sprotii.

510. *Inſanis dejectam viribus Auſtri.*] *Inſani* Neap. Arondel. prim. Baſ. ſec. Pal. & multi alii. *disjectam* prim. Pal. & Medic. chartaceus cum aliis duobus. *defectam* quinque ex vetuſtioribus. *direptam* prim. Baſil. Arondel. tres alii. Heinsius. *dejectam* non eſſe movendum docebimus ad Val. Flac. VIII. 289.

Forte trabem nactus, validum conjecit in hostem.
Exemplumque fuit: parvoque in tempore nudus
Arboris Othrys erat: nec habebat Pelion umbras.
Obrutus immani cumulo, sub pondere Caeneus
Aestuat arboreo: congestaque robora duris
Fert humeris. sed enim postquam super ora caputque
Crevit onus; neque habet, quas ducat, spiritus auras;
Deficit interdum: modo se super aëra frustra
Tollere conatur, jactasque evolvere silvas.
Interdumque movet. veluti, quam cernimus, ecce,
Ardua si terrae quatiatur motibus Ide.
Exitus in dubio est. alii sub inania corpus
Tartara detrusum silvarum mole ferebant.
Abnuit Ampycides: medioque ex aggere fulvis
Vidit avem pennis liquidas exire sub auras:
Quae mihi tunc primum, tunc est conspecta supremum.
Hanc ubi lustrantem leni sua castra volatu
Mopsus, & ingenti circum clangore sonantem
Adspexit, pariterque oculis animoque secutus;
O salve, dixit, Lapithaeae gloria gentis,

Maxi-

511. *Validum.*] *Validam* Gronov.

512. *Exemplumque.*] *Exemploque* unus Medic. melioris notae.

513. *Pelion umbras.*] *Pelios* S. Marci, Thuan. prim. Gronov. prim. Moreti. Juret. & septem alii. sed *Pelion* tam apud Graecos, quam Latinos est in usu. Heins.

514. *Obrutus immani cumulo.*] In Palatino legebatur, *Obrutus immani tumulo.* Sed distinguendum, *Obrutus immani cumulo, sub pondere Caeneus Aestuat arboreo.* Dan. Heins. *Tumulo* plurimi veterum. *cumuli arborei pondere* unus Medic. Heins. Vid. iv. 240.

515. *Congestaque.*] *Conjectaque* Oxon. Gronov. & quatuordecim alii. Vid. ad I Amor. ix. 15.

516. *Ora caputque.*] *Ora manusque* Medic. unus.

517. *Quas ducat spiritus auras.*] Malim, *qua ducat*, vel *quo ducat.* ut lib. v. 467.

——— *nec quo loqueretur habebat.* Heins.

523. *Tartara detrusum.*] *Retrusum* Florent. S. Marci. Idem.

524. *Ex aggere.*] *Sub aggere* Basil.

526. *Quae mihi tunc primum, tunc est conspecta volucris.*] Ita in quibusdam, sed &, *nunc est conspecta supremum*, rectum: ait enim inferius, *sed avis nunc unica, Caeneu.* Nauger. Labuntur & foedissimè quidem, qui hanc versum aliter, atque est in vetustis quoque exemplaribus scriptum, legunt, *Quae mihi tunc primum, tunc est conspecta supremum*, quasi verò illam avem semel tantùm Nestor viderit. & quod isti aiunt, Caenea, in avem non ante visam, mutatum fuisse, ex priore versus parte lucidissimè non colligatur. quòd si ista admitteretur depravatio, sibi ipsi Ovidius repugnaret. id quod quae subjiciuntur a Poëta, ita declarant, Caeneum in aquilam conversum, quamvis id me alibi legisse non meminerim. sed cui Ovidii auctoritas satis non est, eum valere sinamus. Regius. *Quae mihi tunc primum, tunc est consp. volucris* Regius quidem legit; ceterum sunt qui legunt, *Tunc est conspecta supremum.* ut idem Regius in annotationibus indicat. quam lectionem, ut temere asserere nolim, ita tamen adjuvare eam videtur quod infra sequitur, *Sed avis nunc unica, Caeneu.* cur enim unicam diceret Poëta si in aquilam, notamque volucrem conversus ille fuisset? Ceterum fabulam hanc Caenei etiam Apollonius describit lib. I. vs. 57.

Ἤλυθε δ' ἀφνείην προλιπῶν Γυρτῶνα Κόρωνος
Καινείδης, ἐσθλὸς μὲν, ἐοῦ δ' οὐ πατρὸς ἀμείνων.
Καινεὰ γὰρ ζωὸν περ ἔτι κλείουσιν ἀοιδοὶ
Κενταύροισιν ὀλέσθαι, ὅτε σφέας οἷος ἀπ' ἄλλων
Ἤλασ' ἀμοτήων. οἱ δ' ἔμπαλιν ὁρμηθέντες
Οὔτε μὲν ἐγκλῖναι προτέρω σθένον, οὔτε δαΐξαι.
Ἀλλ' ἀρρηκτος, ἀκαμπτος ἐδύσσετο νειόθι γαίης,
Θεινόμενος στιβαρῇσι καταιγδὴν ἐλάτῃσι.

qui-

Maxime vir quondam, ſed nunc avis unica, Caeneu.
Credita res auctore ſuo eſt. dolor addidit iram:
Oppreſſumque aegrè tulimus tot ab hoſtibus unum.
Nec prius abſtitimus ferrum exercere cruore;
Quam data pars leto, partem fuga noxque removit.

Fab. V. Argumentum.

Periclymenus in varias figuras.

Periclymenus, à Neptuno accepta poteſtate, ut ſe in varias figuras [a] *transverteret, cum* [b] *adverſus Herculem dimicaſſet, & eum varietate formarum vellet eludere, in aquilam* [c] *transfiguratus eſt: quam ille* [d] *advolantem ſibi, & in altitudinem ſe aëris efferentem, noviſſime ſagitta trajecta interemit.*

HAec inter Lapithas, & ſemihomines Centauros
Proelia, Tlepolemus, Pylio referente, dolorem
Praeteriti Alcidae tacito non pertulit ore:
Atque ait; Herculeae mirum eſt oblivia laudis

Acta

quibus verſibus & illud confirmatur, quod Ovidius dixit:

Exitus in dubio eſt, alii ſub inania corpus
Tartara detruſum ſylvarum mole ferebant.

Micyll. *Tunc eſt mihi viſa ſupremum* unus Ambroſ. non male. Heinsius.

528. *Clamore ſonantem.*] *Clangore* meliores magno numero & rectè. nam *clangor* ſonus eſt avium. Vid. XIII. 611. Idem. ita & Gebh. III. Crep. 23. Vid. & Heinſ. ad Claud. Bel Gild. 475.

529. *Animo eſt oculisque.*] *Oculis animoque* multi veteres. tres, *animis oculisque* cum Florentino S. Marci. Heins.

531. *Maxime vir quondam.*] Malim, *gloria gentis Maxima, vir quondam.* prim. Vatic. prim. Gronov. & tres alii, *ſed nunc avis unica.* Idem.

534. *Ferro exercere dolorem.*] *Ferrum exercere cruore*, unus Mediceus. *ferro cruorem* Rottendorp. ſed alterum verius. *dolorem* paulo poſt ſequitur. *Ferrum exercere dolore* Noricus. Idem. Rectè Heinſius ſic lib. XIII. 54.

Volucresque petendo
Debita Trojanis exercet ſpecula fatis.

535. *Noxque removit.*] *Redemit* ſex ſcripti. prim. Gron. *diremit.* quomodo paſſim hiſtorici, *Nox pugnam diremit*, aut *praelium*, aut *certamen.* apud Virgilium Aeneid. 465. *Proelia voce diremit.* & Noſtro, *dirimatur ſanguine bellum.* Nihil uſitatius vetuſtis ſcriptoribus. Guntherus tamen Ligurini libro IV, vulgatam lectionem in hoc Naſonis loco, quem manifeſte aemulatus eſt, videtur agnoviſſe,

Vix tandem miſeros ſero jam veſpere cives
Afflictosque diu bello fuga noxque removit.

Dictys Cretenſis libro I. *Atque ita eo die conſilium dirimitur.* ita vetuſtus codex, non *dimittitur.* Heins. Vid. Met. XIV. 187. & ad Calpurn. Decl. XI.

[a] *Transverteret.*] *Converteret* Colon.

[b] *Adverſus Herculem.*] *Adv. Achillem.* Colon.

[c] *Transfiguratus.*] *Transformatus* Parm. Lugd. Micyll. Raener.

[d] *Advolantem.*] Forte, *avolantem*, vel *evolantem.* vid. ad lib. I. Art. 19.

537. *Triptolemus.*] Ita quidem ferè in exemplaribus legitur, quod grande flagitium eſt, cum *Triptolemus* nuſquam bello Trojano interfuiſſe legatur. *Tlepolemus* igitur loco *Triptolemi* reponatur, fuit enim *Tlepolemus* (ut in ſecundo Iliad. narrat Homerus) Herculis & Aſtiocheae filius, qui cum Lycimnium matris germanum interfeciſſet, comparata claſſe, magnaque comitum multitudine Rhodum profugit, ubi imperium adeptus, cum novem navibus, una cum aliis Graeciae principibus, ad bellum Trojanum eſt profectus, ubi tandem a Sarpedone fuit interfectus. Regius.

538. *Tacito.*] *Placido* prior Moret. & decem alii.

540. *Acta*

Acta tibi, ſenior. certè mihi ſaepe referre
Nubigenas domitos à ſe pater ipſe ſolebat.
Triſtis ad haec Pylius: Quid me meminiſſe malorum
Cogis; & obductos annis reſcindere luctus?
Inque tuum genitorem odium, offenſasque fateri?
Ille quidem majora fide (Dî!) geſſit; & orbem
Implevit meritis; quod mallem poſſe negari:
Sed neque Deïphobum, nec Polydamanta, nec ipſum
Hectora laudamus. quis enim laudaverit hoſtem?
Ille tuus genitor Meſſania moenia quondam
Stravit: & immeritas urbes, Elinque Pylonque,
Diruit: inque meos ferrum flammamque penates
Impulit. utque alios taceam, quos ille peremit;
Bis ſex Nelidae fuimus, conſpecta juventus:

Bis

540. *Acta tibi ſenior certe.*] Melius Palatini. *Atque ait, Herculeae mirum eſt oblivia laudis, Acta tibi, ſenior. certe mihi ſaepe referre Nubigenas domitos a ſe, pater ipſe ſolebat.* Dan. Heins. aliae editiones diſtinguunt, *acta tibi: ſenior certe &c. pater ipſe ſolebat.* nec male, ut puto. *facta tibi* Cod. Menard. & duo alii. ſed *agere ſilentium* apud Quinct. x. de Inſtit. Orat. I. & Noſtr. I. Met. 349. *facere* I Faſt. 183. Burm.

541. *A ſe pater eſſe ſolebat.*] *Ipſe ſolebat* meliores. Heins. Mollius quoque, *a ſe domitos pater ipſe*, ut eſt in duobus.

543. *Obductos annis reſtringere luctus.*] Codex meus & alii plurimi habent, *reſtinguere.* quod placet magis; ſignificabit enim ſuſcitare. nam ut *recludere* perſaepe ſimplicis verbi contrarium habet ſignificatum, reſolvere, religare, & id genus plura, cur non interdum habeat & *reſtinguere?* quin participium illud *obductos*, *reſtinguere* innuit eſſe legendum, cum *obduci* ignis dicatur, cum operitur. Virgilius. *Et Cinis obductae celabat lumina prunae.* Constant. Fan. *Reſtringere* eſt rurſus & de novo tangere & exercere. *Renovare dolorem.* II. Aen. *Reſtringere viam* pro *aperire* uſurpavit Lucretius, inquit Gifanius in Collectaneis, quia *reſtringere* valet, *id, quod antea conſtringebatur, ſolvere.* Apulejus Metamorph. *Jumentum reſtrinxit, abireque liberum ſtabulo ſivit.* Editio Aldina aliaeque nonnullae, Mſſ. inſuper noſtri habent, *reſcindere.* Farn. Locus peſſime habitus. Cave accedas pleriſque veterum, qui τὸ *reſcindere* mutant in *reſciſcere*, *reſtringere*, *retexere.* male etiam S. Marci & Neap. *reſtringuere.* Cantabr. *reſcinguere.* pro *annis* Thuan. pri. Moret. quart. Medic. Juret. & duo alii, *leviter.* quod locum mihi dedit conjecturae, ut puto, indubitatae. nam S. Marci, *oculis*, ut & tertius Bonon. *armis* Genev. manifeſte mendoſa ſunt. Scribe.

—— *obductum leviter reſcindere vulnus.*

& vide quae notavimus Triſt. lib. III. El. XI. ỹſ. 63. Florus lib. IV. c. II. de Catone. *Ille paſſus dum recederent, reſcidit plagas. reſcindere juſſa* lib. II. Met. *reſcindere acta* lib. XIV. Decepit hic locus Giphanium Indice Lucretiano, qui videndus voce *Reſcindere. reſcindere vias noſtris ſenſibus* Lucretius lib. I. 406. hoc eſt perfringere. ubi nihil eſt mutandum. *aevi leges reſcindere* eidem lib. IV. *obducere* vulnus, ut *ducere* & *conducere* aliis. hinc & *ducere cicatricem* apud medicos, qui loquendi modus apud Noſtrum non ſemel occurrit. Stat. Achilleid. II. ſub finem:

Quid faciat ſomnos, quid hiantia vulnera ducat.

Ita ſcribi oportere arbitror. vid. nos ad Val. Flac. I. 480. ſic *Jungere vulnera* dixit Statius Theb. X. *Vulnera jungere doctus Aethion.* Heins.

544. *Offenſasque.*] *Offenſamque* Leid. & quinque alii. *inque tuum offenſas genitorem, odiumque fateri* Sixi.

545. *Ille quidem majora fide quoque geſſit.*] *Majora fide degeſſit* Juret. & unus meus. in Neap. & Urbin. eraſa vetus lectio. in altero *quae geſſit* videbatur fuiſſe. in altero ſepoſitum, *bona geſſit. cum geſſit* ſec. Palat. at optimus S. Marci Florent. quart. Medic. tertius Bonon. & Barberin. *digeſſit.* Lege,

Ille quidem majora fide (Dî!) geſſit.

quod eſt cum admiratione laudantis. Pari modo, *Dî magni, Dî boni*, admirantium ſunt. Adeantur quae notamus ad Epiſt. XVIII. ỹſ. 102. Heinsius.

546. *Poſſe negare.*] *Negari* prim. Baſ. prim. Reg. prim. Hamburg. & unus Voſſ. recte. Idem. lib. I. ex Pont. VII. 39.

Et tamen ut cuperem, culpam quoque poſſe negari.

ubi etiam *negare* multi.

547. *Polydamanta.*] Lego, *Pulydamanta*, cujus rei

Bis ſex Herculeis ceciderunt, me minus uno,
Viribus. atque alios vinci potuiſſe ferendum eſt.
Mira Periclymeni mors eſt: cui poſſe figuras
Sumere quas vellet, rurſusque reponere ſumtas
Neptunus dederat, Nelêi ſanguinis auctor.
Hic, ubi nequicquam eſt formas variatus in omnes,
Vertitur in faciem volucris: quae fulmina curvis
Ferre ſolet pedibus, divûm gratiſſima Regi.
Viribus uſus avis, pennis roſtroque redunco,
Hamatisque viri laniaverat unguibus ora.
Tendit in hunc nimium certos Tirynthius arcus:
Atque inter nubes ſublimia membra ferentem,
Pendentemque ferit, lateri quâ jungitur ala.
Nec grave vulnus erat: ſed rupti vulnere nervi

De-

rei ratio ſuperius fuit expoſita. Const. Fan. Producta eſt autem prima in *Polydamas*, eadem extenſione, qua apud Horatium in *Polypus*, Satyra 3. & in Epodis. Nam ex Πόλυπος, Πωλυπὸς fit Dorica dialecto, ut etiam Aldus annotavit. Apud Homerum tamen Πουλυδάμας ferè dicitur per *ου* diphtongum, ut Iliad. Σ. 249.

Τοῖσι δὲ Πουλυδάμας πεπνυμένος ἦρχ' ἀγορεύειν
Παντοίδης, ὁ γὰρ οἷος ὁρᾷ πρόσσω καὶ ὀπίσσω.

Et rurſum: verſ. 285.

Πουλυδάμα, σὺ μὲν ἐκ ἔτ' ἐμοὶ φίλα ταῦτ' ἀγορεύεις.

Micyll. *Pulydamanta.* Πουλυδάμας pro Πολυδάμας poëtice. ſic Homerus & alii. Silius libro xii. 212.

Pulydamanteis juvenis Pedianus in armis
Bella agitabat atrox.

ſic & illic ſcribendum. & Epiſtola quoque OEnones Naſonianae reponendum. ſic *curallum* in antiquis codicibus lib. ix. ὑſ. 748. κουράλλον pro κοράλλιον vel κοράλιον. Οὔλυμπον pro Ὄλυμπον & ſimilia Homerus dixit. quae Graecorum licentia Latinos non raro imitatores habuit: certe in Propertii codicibus nonnullis ſcriptis libro iii. El. 1. *Pulydamantas in armis* legitur. atque ita quoque in Perſio ſcribendum. Heins. Vide ad Epiſt. v. 94.

549. *Meſſenia.*] *Meſſania* libri. vid. ſupr. lib. ii. 679. *litora* Baſil. unus.

550. *Elinque Polynque.*] Nugae. *Pylumque* veteres plerique. *Pylonque* unus Moreti & Mediceus chartaceus. probe. *Pylon antiqui Neleïa Neſtoris arva*, habuimus epiſtola Penelopes. pro *flammasque* ex melioribus nonnulli, *flammamque.* Heins.

552. *Impulit.*] Mallet forte quis, *intulit.* ut lib. xiii. 51.

Ecce ferunt Troës ferrumque ignemque Jovemque
In Danaas claſſes.

ſed *impulit* rectum eſt. ut *impellere ſagittam.* xi. 325.

553. *Bis ſex Neleidae fuimus.*] Neleus (quod hoc loco interpres tetigit) ex Chloride genuit Neſtorem, Periclymenum & Chromium, ex diverſis aliis mulieribus Taurum, Aſterium, Lycaonem, Deimachum, Eurybium, Epileonta, Phraſin, Antimenem & Alaſtorem. auctor Apollonii commen. in i. Argon. Omnium autem natu minimus Neſtor fuit, ut in undecimo Iliados ſcribit Homer. Const. Fan.

553. *Neleidae.*] S. Marci, *Pelidae.* Lege, *Nelidae.* ſic & *Pelides*, non *Peleïdes*, A Peleo, a Theſeo *Theſides*, ab Oeneo *Oenides*, ab Ægeo *Ægides*, a Neleo *Nelides.* Heins.

555. *Ferendum eſt.*] Tolle Τὸ *eſt* vel invitis libris. quod odioſe mox repetitur. Idem.

556. *Periclymeni.*] Periclymeni & Pindarus meminit octava Ode Nemeorum. ſed hunc Neptuni filium & Chloridis, ejus quae Tireſiae fuit, cognominis Neleo, commentator ibidem facit. & in bello Thebano infeſtum Amphiarao, ipſum ubique perſecutum dicit, donec terra ſorberetur. Micyll.

557. *Rurſusque reponere ſumtos.*] *Sumtasque reponere poſſe* Gronov. & quatuor alii.

559. *Variatus.*] *Verſatus* Oxon. Cantabr. & viginti alii. & ita in Palatinis reperit Gebhard. ii. Crep. ii.

562. *Redunco.*] *Reducto* Arond. & ſex alii, *recurvo* ſec. Palat. & octo alii. *rotundo* Gron. & duo alii. nihil muta. vide lib. xi. 464. *pedibus roſtroque* etiam Regius unus.

563. *Laniaverat.*] *Dimoverat* unus Heinſii.

564. *Tendit in hanc.*] *In hunc* malo cum multis veterum. Heins.

565. *Atque inter.*] *Totque inter* Mediceus.

566. *Pendentemque ferit.*] *Rapit* ſcripti quatuor cum Graeviano. ſic *deripere volucrem coelo volantem* videor legiſſe apud neſcio quem ex Poëtis. Heins. Vide ad Sil. Ital. ii. 96. Cl. Drakenb.

Deficiunt, motumque negant viresque volandi.
Decidit in terram, non concipientibus auras
Infirmis pennis: & quâ levis haeſerat alae,
Corporis adfixi preſſa eſt gravitate ſagitta:
Perque latus ſummum jugulo eſt exacta ſiniſtro.
Num videor debere tui praeconia rebus
Herculis, ô Rhodiae ductor pulcherrime claſſis?
Nec tamen ulterius, quam fortia facta ſilendo,
Ulciſcar fratres. ſolida eſt mihi gratia tecum.
Haec poſtquam dulci Neleïus edidit ore;
A ſermone ſenis, repetito munere Bacchi,
Surrexêre toris. nox eſt data cetera ſomno.

Fab. VI. Argumentum.

Apollo in Alexandrum.

Neptunus, graviter ferens Cygnum [a] *filium ab Achille* [b] *occidiſſe, & Hectorem defenſorem*

568. *Viresque volandi.*] *Volanti* nonnulli veterum. ſed nihil muto. Sic *dictandi vires* III. Triſt. III. 86. *viresque fugamque* Patavin.

570. *Infirmis.*] *Infirmus* Neapolitan.

570. *Quae levis haeſerat alae.*] *Quâ* ex ſcriptis plerisque. Heins.

573. *Debere tui.*] *Tibi* Arond. & *Herculeis o Rhodiae.* Idem Heinſius volebat, *debere tibi, p. r. Herculeis, Rhodiae.*

574. *Ductor.*] *Rector* plurimi. pro *claſſis* etiam *gentis* duo.

575. *Ne tamen ulterius.*] Palatinus.

Nec tamen ulterius, quam fortia facta ſilendo,
Ulciſcar fratres. ſolida eſt mihi gratia tecum.

Dan. Heins. *Nec tamen* plurimi ſcripti.

577. *Haec poſtquam.*] *Haec plusquam dulci* Junian.

[a] *Filium.*] *Filium ſuum* Parm. Lugd. Colon. Micyll.

[b] *Occidiſſe*] *Cecidiſſe* Colon. eleganter. Vid. ad Ovid. v. Met. 192. *Occiſum* Micyll.

[c] *Ut ultor.*] *Ipſe ultor ex* Colon.

[d] *Immixtus acie.*] Pro *acici*; ἀρχαικῶς. Salluſt. apud Probum in Catholicis, *Dubitavit acie pars.* Idem Jugurth. cap. 16. *Uti famae, fide, poſtremo omnibus rebus ſuis commodum regis anteferret.* Ita legere malim, quam *fama, fide*, vel *famae, fidei*, ut edd. hactenus praetulerunt. Horat. Lib. I. Sat. 3. 95. *Prodiderit commiſſa fide.* Plaut. Aulul. IV. 6. *Fide cenſebam maximam multo fidem eſſe.* Ovid. III. Metam. fab. 5. *Prima fide vocisque ratae tentamina ſumſit.* Et VI. Faſt. *Utque fide pignus dextras utriusque popoſci.* Muncker. *Ita immixtus nebulis, ut conſpici nequiret, in agmine aſtantium conſtitit, &* *arcum Paridis (qui & alio nomine Alexander dictus eſt) in Ach. convertit, ſagitta talum ejus (quod i. e. e. fuit mortale) percutiens, Achillem interemit* Colon.

[e] *Conſpicuus.*] *Conſpectus* Parm. Lugd. Micyll. Raener.

[f] *Sagittas.*] *Sagittam* eaedem Edd.

[g] *Quod fuit in corpore ejus mortale.*] Ita rectè Venet. & Micyll. Confirmatque eam lectionem MS. Confer quae ſcripſi ad Fulg. Mythol. cap. 8. Lib. II. *qui fuit i. e. c mortalis* Raener.

581. *Stheneleïa verſum.*] Vatic. & alii veteres *Cygneïda.* Ciofan. *In volucrem Phaëthontida* veteres plerique. quidam, *Cygneïda.* in nonnullis erasa vetus lectio. *Stheneleïda* editiones nonnullae vetuſtae cum Gryphiana, ut à cognato Phaëthontis Cycno, Sthenelei filio, deducatur. is nimirum jam ante in hanc volucrem mutatus, de quo Noſter,

Adfuit huic monſtro proles Stheneleïa Cygnus.

ſed nihil horum ſatis ad rem facit: quamquam Marcianus Capella vulgatam quoque lectionem in Naſone videtur agnoviſſe lib. IX. ubi agit de Ledae Cygno.

Teneros ciere cantus,
Phaëtontiasque muſas
Coepit repente, fictâ
Fraudem parans ſenecta.

Statius lib. II. Silv. II. 9.

Cedat Phaëtontia vulgi
Fabula, non ſoli celebrant ſua funera Cygni.

Scribendum enim opinor, *volucrem Ledeïda.* Martialis lib. I. Ep. LIV.

Inter Ledaeos videtur corvus olores. Heins.

583. *Memores iras.*] *Memorem iram* tert. Medic.

585. *Smyr-*

ſorem operum, quae ipſe poſuiſſet, ab Apolline ſocio laboris petit, quoniam ſibi non daretur, ut cominus cum eo congredi poſſet, [c] *ut ultor exſiſteret. At ille, auditis precibus ejus,* [d] *immixtus acie, nullique* [e] *conſpicuus, arcum Alexandri in Achillem convertit, ut* [f] *ſagittas in eum dirigere poſſet: talumque* [g] *(quod fuit in ejus corpore mortale) percuſſit & interemit.*

AT Deus, aequoreas qui cuſpide temperat undas,
In volucrem corpus nati Stheneleïda verſum
Mente dolet patriâ: ſaevumque peroſus Achillen
Exercet memores, plus quam civiliter, iras.
Jamque ferè tracto duo per quinquennia bello,
Talibus intonſum compellat Smynthea dictis:
O mihi de fratris longe gratiſſime natis,
Irrita qui mecum poſuiſti moenia Trojae;
Ecquid, ut has jam jam caſuras adſpicis arces,
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Millia caeſa doles? ecquid (ne perſequar omnes)
Hectoris umbra ſubit, circum ſua Pergama tracti?

Cum

585. *Smynthea dictis.*] Libri ſcripti omnes, *Cynthia dictis.* Ciofan. *Smynthea* hic legendum jam vidit Beroald. Append. Adnot. ad Sueton. cap. 12.

587. *Irrita qui mecum poſuiſti moenia Trojae.*] Neptunum & Apollinem Trojae moenia aedificaſſe alibi etiam ſignificat. 1 Epiſt. 67.

Utilius ſtarent etiam nunc moenia Phoebi.

Et Epiſt. v. 139.

Me fide conſpicuus Trojae munitor amavit.

Et Epiſt. XIII. 129.

Ipſe ſuam non praebet iter Neptunus ad urbem.

Suprà hoc ipſo libro: ℣ſ. 25.

—— *& ſunt qui parcere Trojae*
Neptunum credant, quia moenia fecerat urbis.

Neptunus apud Homerum, lib. Φ. 446. Apollinem alloquens, ſic ait:

Ἦτοι ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν καὶ τεῖχος ἔδειμα
Εὐρύ τε καὶ μάλα καλὸν, ἵν' ἄρρηκτος πόλις εἴη.

Coluthus de raptu Helenae.

Ἴλιον, ἣν πύργωσε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων.

Tryphiodorus vocat Trojam opus Deorum, id ſignificans, ἔργον ἀθανάτων. In hac quoque opinione eſt & Euripides, ſub principium Troad. & in Rheſo. Horat. etiam lib. III. Carm.

Ter ſi reſurgat murus aheneus Auctore Phoebo.

Propertius lib. III. Od. 3.

Nec referam Scaeas, & Pergama Apollinis arces,
Et Danaum decimo vere rediſſe rates:
Moenia cum Grajo Neptunia preſſit aratro
Victor Palladiae ligneus artis equus.

Statius II. Silv. VI. 32.

Nec circum ſaevi fugientem moenia Phoebi
Troilon Haemoniae deprendit lancea dextrae.

Id ipſum apertè indicat & Plautus in Bacchidibus. IV. 9.

Atridae duo fratres feciſſe dicuntur facinus maximum:
Quom Priami patriam, Pergamum divina moenitum manu,
Armis, equis, exercitu, exumiis bellatoribus,
Cum mille numero navium, decumo anno poſt ſubegerunt. Ciofan.

588. *Ecquid ubi Aſiacas caſuras &c.*] Cum *Aſia* regio primam corripiat, pro *Aſiacas, has jam jam* ſubſtituendum ex vetuſtis exemplaribus & recentioribus aliorum cura impreſſis affirmaverim. Quanquam non ſim neſcius, primitivorum ſimpliciumque rationem in compoſitis plerumque derivatisque corrumpi. ſed poſſeſſivum ab *Aſia*, praeter *Aſiam, Aſianum, Aſiaticum* non legimus. Congruit autem nonnihil caſurum jam jam Ilium praefari, ut liberam tutamve haudquaquam eſſe moram Apollini oſtendat, quando etiam dixerit,

Jamque fere tracto duo per quinquennia bello.

Mariang. Accurs. in Diatribis. In Vatic. Farn. & uno meo, *Ubi has jam jam caſuras, &c.* Quod probo vehementer. Ciofan. *Ecquid ut has* Jureti & tres alii Heins. Vid. ad Epiſt. XV. 1. *Ecquid ubi has jam cum* Med. *Ecce quid has jam cum* tres. alii aliter. *proſpicis* etiam duo. non male. *conſpicis* quinque.

591. *Pergama tracti.*] *Rapti* Gronov. & ſolent in hac re Poëtae utroque verbo uti. vid. Heinſ. ad Claud. Bell. Gild. 255. & ad IV. Triſt. III. 30. & V. IV. 11. *Circum ſua moenia tracti* plures alii.

Cum tamen ille ferox, belloque cruentior ipſo,
Vivit adhuc, operis noſtri populator, Achilles.
Det mihi ſe : faxo, triplici quid cuſpide poſſim,
Sentiat. at quoniam concurrere cominus hoſti
Non datur, occultà necopinum perde ſagittâ.
Adnuit : atque animo pariter patruoque ſuoque
Delius indulgens, nebulà velatus in agmen
Pervenit Iliacum ; mediâque in caede virorum
Rara per ignotos ſpargentem cernit Achivos
Tela Parin : faſſusque Deum, Quid ſpicula perdis
Sanguine plebis ? ait. ſi qua eſt tibi cura tuorum ;
Vertere in Æaciden, caeſosque ulciſcere fratres.
Dixit : & oſtendens ſternentem Troïa ferro
Corpora Peliden, arcus obvertit in illum :

Cer-

592. *Cum tamen ille.*] In nonnullis, *cur tamen.* in aliis, *Et tamen.* NAUGER. Non *cum*, ſed *cur* boni codices habent. CONST. FAN. In Vatican. & Caeleſt. *Cur tamen.* quod ad rem magis videtur pertinere. CIOFAN. *Cur* tres etiam ex Heinſianis : & *bello truculentior ipſo* pr. Gronov. & mox, *vivat* quatuor libri, & *operis noſtri violator* pr. Vatic. & Genev. quod placet ; ſacra enim Troja a Diis poſita erat : ita apud Virgil. XI. 255.

Quicumque Iliacos ferro violavimus agros.

ubi etiam *populavimus* quidam ſcripti : ſed *Trojae populator Atrides* infr. lib. XIII. 655. BURM.

596. *Necopinum perde ſagitta.*] *Prode* Cantabrig. eleganter. apud Dictyn Cretenſem lib. IV. II. Ajax de Achille mortuo, *Tua te inconſulta temeritas prodidit.* v. ad lib. I. 229. & IV. Faſt. 715. HEINS.

597. *Animo pariter patruique ſuoque.*] *Patruoque* opt. Thuan. & quatuor alii. recte. videantur notata noſtra lib. III. El. VI. Amor. Vſ. 49. IDEM. Vid. ſupr. lib. XI. 328.

598. *Velatus.*] *Delatus* Medic. quart. *in agrum* Oxon.

599. *In caede.*] *In plebe* Genev.

600. *Rara per ignotos.*] Praeſtantiſſimus Florentinus, *gnara.* quod non eſt de nihilo, ut idem ſit quod ſcita, docta, bene ac perite torta. Putabam aliquando, *gnava.* ut apud Val. Flaccum III. 145.

—— *mihi dextera ferro*
Gnavet opus. HEINS. Si *rara* legatur, imbellem videretur Paridis animum tangere, qui languide bellum gerat. & neſcio an apte ſatis dicatur, *rara tela, in media caede virorum, ſpargere*, qui ea perdit ſanguine plebis. certe ad id pluribus opus erat. quare ſuſpecta vox eſt. licet plerique libri nihil mutent ; *gnara* poſſet defendi ex ipſa Paridis jactatione Epiſt. XVI. 361.

Neve putes, non me niſi cominus eſſe timendum ;
Figitur in juſſo noſtra ſagitta loco.

Sed, ſi id voluiſſet Poëta, potius, ut ſolet, *certa* dixiſſet, ſic ut mox, quam tam inſolenti ſignificatione *gnara* : quare melius legeretur, *vana*, id eſt inutilia, ex quibus nihil ad ſummam belli redibat utilitatis, quia licet plures ſterneret, dum Achilles tamen ſupereſſet, metu ſolvi Trojani non poterant. *Vana pila* cadere paullum alio ſenſu dixit Livius VII. 23. quae fallunt, nec figuntur. *Vana arma* Val. Flac. IV. 173. pro *Achivos* etiam *acervos* Genev. BURM.

603. *Caeſosque ulciſcere fratres.*] Sic libri omnes ſcripti. Rectè. Peſſimè in quibusdam vulgatis, *laeſosque.* CIOFANUS.

604. *Troica ferro.*] *Troïa* Calandr. & alter Hamburg. bene. dictum ad Epiſt. primam. HEINS.

606. *Certaque letifera direxit ſpicula dextra.*] In hac ſententia ſunt illa Virgilii lib. VI. 58.

Phoebe, graves Trojae ſemper miſerate labores,
Dardana qui Paridis direxſti tela, manusque
Corpus in Aeacidae. CIOFAN.

607. *Quo Priamus gaudere ſenex poſt Hectora poſſet, Hoc fuit.*] Non poterat merito Priamus, interfecto Hectore, gaudere. Nam Hector, ut ait Pindarus, erat Trojae inexpugnabilis ac ſolida columna. Ejus verba ſunt : II. Olym. 45.

Ὅς Ἕκτορ' ἔσφαλε Τρώϊος
ἄμαχον, ἀστιβῆ κίονα.

CIOFANUS. *quod* libri ultra quadraginta agnoſcunt ; & ita olim Seneca legit lib. V. Contr. 33. eadem diverſitas fuit in *dolere* lib. VII. 720. ubi vide. lib. III. ex Pont. IV. 48. Et *gaudere aliquid*, quod ſollicitari non debet. BURM.

609. *Vinceris.*] Cum Ovidio ſentit & Calaber, qui libro tertio Achillem ab Apolline ſagitta interfectum ſcribit : & Homerus, apud quem Hector

Achil-

Certaque letiferâ direxit ſpicula dextrâ.
Quod Priamus gaudere ſenex poſt Hectora poſſet,
Hoc fuit. ille igitur tantorum victor Achille,
Vinceris à timido Grajae raptore maritae?
At ſi femineo fuerat tibi Marte cadendum;
Thermodontiacâ malles cecidiſſe bipenni.
Jam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelaſgi
Nominis, Æacides, caput inſuperabile bello,
Arſerat; armârat Deus idem, idemque cremârat.
Jam cinis eſt; & de tam magno reſtat Achille
Neſcio quid, parvam quod non bene compleat urnam.
At vivit, totum quae gloria compleat orbem.
Haec illi menſura viro reſpondet: & hac eſt
Par ſibi Pelides; nec inania Tartara ſentit.

620. Ipſe

Achilli vaticinatur in hunc modum, Iliad. x. 358.

Φράζεω νῦν μήτοι τι θεῶν μήνιμα γένωμαι,
Ηματι τῷ, ὅτε κέν σε Πάρις καὶ Φοῖβος Απόλλων
Εσθλὸν ἐόντ' ὀλέσωσιν, ἐνὶ Σκαιῇσι πύλῃσι.

Alii autem in templo Apollinis Thymbraei interfectum à Paride dicunt, inſidiis Hecubae. cùm eò noctu ad Polyxenam ingreſſus fuiſſet. Ut & Servius meminit in VI. Virgil. Micyll.

609. *Victus es.*] *Vinceris* Bernegger. pri. Erfurt. & ſex alii. in nonnullis, *Vincitur.* Heins. Sed *Vinceris* rectum eſt. vide ad Ep. XIV. 95.

609. *A timido Graiae raptore maritae?*] Periphraſis eſt Paridis. A quo Achillem interfectum eſſe alibi etiam apertè ſignificavit: *Aſt poſtquam Paridis cecidit Phoebique ſagittis.* Hujus rei ita meminit Dares Phrygius cap. 34. *Alexander Antilochum interemit, ipſumque Achillem multis plagis confodit: ita animam, nec quidquam fortiter faciens, amiſit: quem Alexander feris & volucribus projici jubet.* Dictys Cretenſis lib. IV. cap. 11. De Bello Trojano: *Interim Alexander, compoſitis cum Deiphobo inſidiis, pugione cinctus Achillem aggreditur, confirmator veluti eorum, quae Priamus ſollicebatur: mox ad aram Apollinis, quo, ne hoſtis dolum praeſentiſceret, averſusque à duce aſſiſtit: dein, ubi tempus viſum eſt, Deiphobus amplexus inermem juvenem, quippe in ſacro Apollinis nihil hoſtile metuentem, exoſculari, gratularique ſuper his, quae conceſſit, neque ab eo divelli, neque amittere. Quo Alexander vibrato gladio procurrens adverſus hoſtem, per utrumque latus geminato ictu transfigit. At, ubi diſſolutum vulneribus animadvertêre, parte alia, qua venerant, prorumpunt. Re ita maxima & ſuper vota omnium perfecta, in civitatem recurrunt.* Huc pertinet illud. Ep. XVII. 254.

Bella gerant fortes, tu Pari, ſemper ama. Ciof.

609. *Raptore maritae.*] *Puellae* pr. Moreti; ſed elegantior ſcriptura prioris Baſileenſis, *juvencae*: nam an *Graja marita* aeque rectè dicatur, quam *Graja juvenca* dubito, ut Epiſt. V. 117.

Graja juvenca venit.

ubi vide adnotata. Burm.

611. *Thermodoontiaca.*] *Thermodontiaca.* dictum alibi. Heins. *Securi* etiam codex Menardi.

612. *Jam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelaſgi Nominis, Aeacides.*] Hoc videtur expreſſiſſe Seneca in Troad. Sed, quod poëta noſter hoc loco Achilli tribuit, ille Hectori adſcribit, ubi Chorum loquentem introducit: ℣ſ. 124.

Columen Patriae, mora fatorum,
Tu praeſidium Phrygibus feſſis,
Tu murus eras; humerisque tuis
Stetit illa decem fulta per annos.

Et Caſſandra apud eundem in Agamemnone: ℣ſ. 743.

Frater auxilium Phrygum,
Terrorque Danaûm. Ciofan.

614. *Armarat Deus idem, idemque cremarat.*] Broukhuſius frigidum hoc & pueriliter luxurians credebat.

615. *Achille.*] Vel *Achilli* Neapol. Heins.

616. *Parvam.*] Omnes fere ſcripti. *neſcio quid parvum, quod n. b. c. u.*

617. *Compleat.*] *Poſſidet* Argent.

618. *Haec illi menſura viro.*] *Manſura* in nonnullis. pro *haec eſt par tibi Pelide*, *Pelides* multi ex vetuſtioribus. alter Erfurt. & quart. Medic. *Pars tibi Pelides.* Florent. S. Marci, *Par ſibi Pelides.* Scribe, *& hac eſt par ſibi Pelides.* Vide Notas ad Epiſt. XX. 62. Heins.

619. *Inania Tartara.*] Ita paullò ſuperius. Alibi, *ſub inania corpus Tartara detruſum ſilvarum mole ferebant.* Virg. lib. VI.

Perque domos Ditis vacuas & inania regna.
Ciofan.

Ipſe etiam, ut cujus fuerit cognoſcere poſſis,
Bella movet clypeus: deque armis arma feruntur.
Non ea Tydides, non audet Oïleos Ajax,
Non minor Atrides, non bello major & aevo
Poſcere, non alii: ſoli Telamone creato,
Laërtaque fuit tantae fiducia laudis.
A ſe Tantalides onus invidiamque removit:
Argolicosque duces mediis conſidere caſtris
Juſſit: & arbitrium litis trajecit in omnes.

620. *Ipſe etiam.*] *Ipſe quoque* Leidenſ.

620. *Cognoſcere poſſes.*] *Poſſis* meliores. mox, *proque armis*, non *deque*, prim. Reg. prim. Vatican. prim. Medic. prim. Baſil. & tres alii. HEINS. *Moventur* Menardi.

621. *Bella movet clipeus.*] *Clipeum*, inquit Feſtus, *antiqui ob rotunditatem etiam corium boum appellarunt, in quo foedus Gabiorum, vel, ut alii malunt, Sabinorum cum Romanis fuerat deſcriptum.* Libri omnes, calamo deſcripti, habent *Clipeus*, per i Latinum: idque rectius, ut puto. Qua in ſententia eſt etiam eruditiſſimus vir, acerrimoque judicio praeditus, Obertus Gifanius. CIOFAN.

621. *Deque armis arma feruntur.*] Continens pro contento. Sic Epiſt. VIII. 89.

Parva mea ſine matre fui, pater arma gerebat.

Achillis autem arma, ut ſcribit Q. Smyrnaeus (qui ab aliis malè vocatur Q. Calaber) lib. v. Derelictorum ab Homero, Thetis, confectis certaminibus, ac praemiis diſtributis, in medium propoſuit, illi auferenda, qui inter Graecos praeclariora facinora edidiſſet. CIOFAN. Idem Lucian. in mortuor. Dial. Ajacis & Agamemn. pag. 154 dicit.

622. *Oïleus Ajax.*] Aut *Oïlius* eſt ſcribendum, aut *Oïleos*. ut habent excerpta Calandrae. nam *Oïleus* facit *Oïlei* & *Oïleos*, ut *Orpheus*, *Orphei* & *Orpheos*. de quo ad Ibin. Vir ſummus Gerard. Joh. Voſſius Operis Grammatici de Analogia lib. II. c. 9. putat per diaereſim, *Oïleus* dici. ſed Ajax non *Oïleus* eſt dictus, ſed Oïleus Ajacis pater. HEINS. *Olenius* habet Gobelinus Perſon. Coſmod. aet. III. cap. 17. ubi vid.

623. *Bello major & aevo.*] Eleganter Arundel. & tres alii, *non regno major & aevo*. nam Menelaus, *Pars erat militiae, dux erat ille ducum.* Epiſt. VIII. 46. *rex regum*, Ἄναξ ἀνδρων Homero ſemper. BURM.

625. *Laërtaeque fuit.*] Laërtae, id eſt Ulyſſi; exponit Raphaël, ſed fortaſſis codex errat. nam *Laërte* videtur ablativi eſſe caſus, ut *Telamone*: quanquam *Laërta* etiam dici poteſt, ut *Anchiſa* apud Maronem in auferendi caſu, quare absque diphthongo legendum. GLAREAN. *Laërteque* nunc legitur in impreſſis, in Farneſ. hoc ſenſu: Et Ulixi Laërte creato. Regius, mendoſos nactus libros, legit, *Laërtique*. Rectius omnino alii ſcripti: & in iis Joannis liber, *Lartiadaeque*. Quo modo ſine ulla dubitatione legendum eſt. CIOFAN. *Laërteque* nonnulli. rectius. plurimi veteres, *Laërtiadaeque*, *Lertiadaeque*, *Lartiadaeque*. ut apud Auſonium in Epitaphiis Heroum.

Captus pellacis Lartiadae inſidiis.

Sed dubito an Noſter id putarit ſibi licuiſſe. Florent. S. Marci, *Leraoque*. Neap. pro diverſâ lectione, *Et Laërta*. Scribe:

—— *ſolis Telamone creatis*
Laërtaque fuit.

& adi Notas ad Epiſt. III. ỳſ. 29. HEINS.

626. *A ſe Tantalides onus invidiamque removit.*] *Invidiam* interpretor crimen vel injuriam, licet & pro odio poſſet accipi. CONST. FAN. *Invidia* eſt infamia, mali rumores, qui ſi huic vel illi adjudicaſſet, de eo ſparſi fuiſſent, ut millies apud Ciceron. & alios. vid. ad lib. IV. 598. & alibi.

628. *Trajecit in omnes.*] *Conjecit* Gronov. male. Quinctil. Decl. CCLXXIX. *Arbitrum vel occidendi adulteri, vel acceptâ pecuniâ dimittendi, transferri ad patres.*

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER TERTIUSDECIMUS.

Fab. I. Argumentum.

Ajacis cruor in florem [a] purpureum.

Achille ab Alexandro occiſo, arma cum peterentur ab Ajace, [b] *quia frater patruelis eſſet & Ulixe, qui ſe conſilio potiorem ac virtute* [c] *judicaret: placuit principibus, ut utriusque* [d] *geſta erga rempublicam in bello perpenderentur, &* [e] *digniori propoſitum praemium cum cauſſa ab univerſo exercitu tribueretur. Cum itaque* [f] *in conſpectu omnium Ajax virtutes ſuas, quibus Graecos juviſſet, retuliſſet, & Ulixes conſilia ſua, quibus* [g] *communem rempublicam juviſſet, duces quoque* [h] *adduxiſſet; noviſſimè ſignum Minervae fatale, quod* [i] *ille ſuſtuliſſet, oſtendit. Quo Graji moti, cum ante* [k] *oratione ejuſdem perculſi ſtuperent, ab Ajace arma abjudicata ſunt, & Ulixi data.* [l] *Quâ ille contumeliâ accenſus incubuit enſi; ex cujus cruore flos purpureus,* [m] *ſimilis hyacinthi, natus eſt.*

Con-

[a] *Purpureum.*] Deeſt Parm.

[b] *Quia frater.*] *Qui frater* Colon.

[c] *Judicaret.*] *Indicaret* MS. & Veneta, Muncker. *Indicaret* Parm. Lugd. Raener.

[d] *Geſta.*] *Res geſtae in bello perpend.* Parm. Lugd. Micyll. Raen. *merita erga Rempl. in bello* Colon.

[e] *Digniori.*] *Digniori, ab univerſo exercitu cauſſa audita, propoſitum praemium trib.* Colon. *digniori prop. pr. ab univerſo exercitu trib.* Raener.

[f] *In conſpectu.*] Forte, *in conſeſſu.* nam, *conſedere duces*, dixit Naſo.

[g] *Communem rempublicam.*] Inanis tautologia haec eſt. Libenter deletum vellem τὸ *publicam.* Supr. Lib. XII. fab. 1. *Quae cum pro re communi ad aram eſſet applicata. Commune* appellat Horat. Lib. II. od. 15. *Privatus illis cenſus erat brevis, Commune magnum.* Cicero Verr. III. *Commune Miliadum.* Ubi Aſconius, *Mirè, commune, rempublicam.* Etiam Graeci τὸ κοινὸν vocant, vel τὰ κοινὰ. Ariſtoph. Plut. Act. II. ſc. 5. Πλουτήσαντες ἀπὸ τῶν κοινῶν &c. Muncker. Colonienſis jam editio habet, *quibus communem rem juviſſet, ducemque adduxiſſet:* non male, ut Achilles intelligatur, cujus nomen forte excidit. Vid. Heinſ. ad Ovid. lib. XII. ℣ſ. 7.

[h] *Adduxiſſet.*] *Adauxiſſet* MS. Muncker.

[i] *Ille ſuſtuliſſet.*] *Quod ille extuliſſet* Parm. Lugd. *iſte* (marg. *ipſe*) *extuliſſet* Micyll. *quod e Troja ſuſtulerat* Raener. *quod ipſe a Troja extuliſſet* Colon.

[k] *Orationem ejuſdem.*] Edd. *oratione.* Sed alterum non dubitavi reponere ex MS. Virgil. Aen. II. vers. 31. *Pars ſtupet innuptae donum exitiale Minervae.* Muncker. *Cujus orationem commoti, Graji, cum omnes ſtuperent* Colon. ſic, *ſtupere omnia* Petron. XXIX. ubi vide. hic tamen *oratione* malo, ob praecedens *ante*, & rectius jungitur τῷ *perculſi.* Burmann.

[l] *Qua ille.*] *Qua Ajax c. a. enſi incumbens ſe interemit* Colon.

[m] *Similis hyacinthi.*] *Hyacintho* Raener. & Colon.

CONsedêre duces: &, vulgi ſtante coronâ,
Surgit ad hos clypei dominus ſeptemplicis Ajax.
Utque erat impatiens irae, Sigeïa torvo
Litora reſpexit, claſſemque in litore, vultu:
Intendensque manus, Agimus, prò Juppiter! inquit,
Ante rates cauſſam; & mecum confertur Ulixes!

At

1. *Conſedêre Duces.*] Ex his, quae ſequuntur, Ajacis & Ulixis, ſummorum Ducum, de Achillis armis, concionibus, quantum Ovidius noſter, ingeniorum flos, Q. Smyrnaeum, qui hoc idem perſecutus eſt argumentum, ſuperaverit, qui utriusque, quae in pretio ſunt, linguae intelligentia ornatus eſt, ſi conferendi laborem non detrectabit, facillimè judicabit. Ac profecto ſi nihil aliud hic Noſter poſteris ſcriptum reliquiſſet, quàm pulcherrimas haſce conciones, quae directae vocantur, miro artificio conſcriptas, ſervatoque perſonarum, quae loquentes introducuntur, aptiſſimè decoro, quis eſſet, qui infitietur eum, non dicam, plurimi fieri debere, ſed etiam poëtis fere omnibus anteponendum? Nunquam enim quiſquam, ut Graecos & Latinos ſcriptores quàm diligentiſſimè evolvat, duas alias inveniet, quae meritò cum his comparari poſſint. Utinam ſine mendarum labe has hodie legeremus: ad quas emendandas & illuſtrandas ſi ſtudioſi omne ſuum ſtudium, auxilio atque ope veterum librorum, judicio etiam adhibito applicarent, praeclarè ſcilicet cum hoc ſtudiorum genere ageretur. Ego verò, ut id praeſtarem, pro virili parte laboravi. quid autem praeſtiterim, cùm in his, tum in toto volumine, qui nulla ſunt ſuffuſi malevolentia, dijudicabunt. CIOFAN. Imitatum eſſe hic Ovidium veteres Poëtas, Pacuvium & Attium, qui Fabulas ediderunt, paſſim a Grammaticis laudatas, quibus nomen fuit *Armorum judicium*, oſtendit Bernard. Martinius lib. IV. Var. Lect. 15. ſed praeter alios etiam Aeſchylus ſcripſerat olim ὅπλων κρίσιν, quam citat Schol. Sophoclis Ajac. 190. Antiſthenes etiam ſcripſiſſe videtur orationes Ajacis & Ulixis, ut conjiciunt ad Diogen. Laërt. VI. 15. viri docti. egregiae certe ſunt hae orationes, in quibus tamen declamatorium, quo valebat, acumen ſaepe nimis Naſo oſtentat. BURM.

1. *Conſedere duces: &, vulgi ſtante coronâ, Surgit &c.*] Cognoſcimus ex hoc loco, eos qui dicturi erant, ſurgere ſolitos eſſe: eos verò, qui erant audituri, excepta plebe, ſedere. Idque etiam oſtendit Cicero initio orationis pro Sexto Roſcio Amer. Cujus haec ſunt: *Credo ego vos, Judices, mirari quid ſit, quod cum tot ſummi oratores hominesque nobiliſſimi ſedeant, ego potiſſimum ſurrexerim, is, qui neque aetate, neque ingenio, neque auctoritate, ſim cum his, qui ſedeant, comparandus.* Et oratione III. in Catil. *Lentulus toto jam ſenatus judicio exemto atque edito ſurrexit.* Ad hunc locum reſpexit Juven. Satyra VII.

Conſedere duces, ſurgis tu pallidus Ajax;
Dicturus dubia pro libertate, bubulco Judice.
CIOFAN.

2. *Clypei dominus ſeptemplicis Ajax.*] Septem boum coriis tecti. REGIUS. *Ut Ajax* clypei *dominus* dicatur non equidem intelligo, & enarratori id explicandum erat. Ceterum ipſe *ſeptemplicis* enarrat, ſeptem boum coriis tecti, cum hic certus numerus pro incerto ponatur. quippe priore libro, non ita longe ab initio, ubi Cygnus in Achillem mittit telum, ita ait Poëta: *Quod & aes, & proxima rumpit Terga novena boum, decimo tamen orbe moratum eſt.* quare non eſt neceſſaria hujusmodi expoſitio de clypeo ſemtemplici, & de *domino* optarim dignum aliquid lectu traditum. GLAREANUS. hujus Clypei deſcriptio eſt apud Homerum, Iliad. H. 219.

Αἴας δ' ἐγγὺς ἦλθε, φέρων σάκος ἠΰτε πύργον,
Χάλκεον, ἑπταβόειον, ὅ οἱ Τύχιος κέυμε τάχων,
Σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος. Τ' ἔν οἰκία ναίων,
Ὃς ὃι ἐποίησεν σάκος ἀιόλον, ἑπταβόειον,
Ταύρων ζατρεφέων, ἐπὶ δ' ὄγδοον ἦλασε χαλκὸν.

Quod igitur Homerus ἑπταβόειον dixit, idem hîc *ſeptemplicis* nomine intelligendum. MICYLL. Optimè interpretatus eſt hoc Regius. Errat autem Glareanus, qui eum reprehendit. Nam, quod huic opponit illud, *Terga novena boum, decimo tamen orbe moratum eſt.* illi reſponderi poteſt, id nihil ad hoc pertinere. quippe illic de Cygni, hic de Ajacis clypeo Poëtam locutum eſſe notius eſt, quàm ut ipſe aperiam. Atqui hoc perſpicuè patebit ex ipſo Ovidio, qui eodem modo *Septemplicem* vocat. I Amor. VII. 7.

Quid? non & clipei dominus ſeptemplicis Ajax
Stravit deprenſos lata per arva greges?

Et infra 347.

——— *fruſtra Telamone creatus*
Geſtaſſet laeva taurorum tergora ſeptem.

Rurſus III. Art. III.

Scilicet Ajaci conjux ornata veniret,
Cui tegmen ſeptem terga fuere boum.

Statius in Achilleid. III. 76. *Septemque Ajax umbone coruſcet Armenti greges.* Valerius Flaccus VI. 307.

Ille iterum in clipei ſeptemplicis improbus orbem
Arietat. & mox dicit, *ſeptenum tegmen.*

Sophocles in Ajace.

Ἴ' ἰὼ πολυῤῥάφου στέφων
Πόρπακος ἑπτάβοιον ἄῤῥηκτων σάκος. CIOFAN.

3. *Im-*

At non Hectoreis dubitavit cedere flammis:
Quas ego ſuſtinui; quas hac à claſſe fugavi.
Tutius eſt fictis igitur contendere verbis,
Quam pugnare manu. ſed nec mihi dicere promtum;
Nec facere eſt iſti. quantumque ego Marte feroci,
Quantum acie valeo, tantum valet iſte loquendo.

Nec

3. *Impatiens irae.*] Ita Liv. v. c. 38. *Galli flagrantes ira, cujus impatiens eſt gens.* ſic Mſſ. & veteres editiones. at Rhenanus emendavit, *cujus impotens.* ſic *impatiens linguae* Servius Fuldenſis ad Virgil. I. Aen. 518. *Impatiens hominum* Lucan. VII. 866. *aequi* Stat. III. 603. *Dei vates* Theb. X. 159. Heins.

3. *Sigeïa torvo Littora proſpexit.*] Sic legitur in impreſſis, quos adhuc mihi videre contigit, libris. Sed quem locum hic habet *proſpiciendi* verbum? nullum planè. longè rectius eſt in omnibus ſcriptis, *Reſpexit.* Sequitur enim *torvo vultu*, quod ad *reſpiciendi* verbum mirificè accommodatur. ad *proſpiciendi* verò nullo modo. Si *oculis*, non *vultu* dixiſſet, aptius omnino eſſet *proſpiciendi* verbum. Itaque legendum *Reſpexit.* Quam lectionem, ut planè veram germanamque probat etiam Petrus Magnus, vir ſummo ingenii acumine, & ea morum elegantia, eaque eruditione, quae ad nobiliſſimum quemque pertinet, vehementer ornatus. Probat & Petrus Galeſius, & frater meus, M. Antonius. Ciofan. Prim. Baſil. prim. Moret. fragm. Boxhorn. Noricus, & ſex alii, *proſpexit.* Paulo ante, pro *Surgit ad hos*, forte *ab his* ſcribendum. Heins. Nihil muta; verſo enim a judicibus ad mare vultu, reſpexit litora. II Met. 190.

Proſpicit occaſus, interdum reſpicit ortus,
& ita millies alibi, *reſpiciens* Leidenſ. unus, & alius. Burm.

5. *Agimus prô Jupiter.*] Ajacis perſonae decorum pulchre ſervatur, qui fortis quidem ac bellicoſus fuiſſe, ſed eloquentia parum valuiſſe tum à Graecis tum à Latinis fingitur poëtis. Quare illi oratio ſimplex attribuitur, omnique artificio carens. Nam & prooemio ſtatim cum magna exclamat indignatione, & ſe per totam jactat orationem, quae non eſſe facienda rhetores omnes praecipiunt. Verſatur autem haec oratio in duplici conjecturali conſtitutione. Cùm enim Achillis arma Graecorum praeſtantiſſimo & virtute & meritis forent tribuenda, uter horum ſit praeſtantior quaeritur, Ajax an Ulyſſes, cùm uterque ſe dignum illis eſſe jactaret. Uterque autem conjecturis & ſe meruiſſe, & alterum non meruiſſe oſtendit. Regius. Neque verò omni prorſus artificio caret haec oratio, ut Regius ait. Nam & partes ſuas habet, & diſertè cauſam proponit Ajax, oſtendens arma ſibi potius quàm Ulyſſi deberi, primò quidem jure ſucceſſionis ſive haereditario, quia frater Achillis patruelis ſit, & nobiliore etiam genere natus: deinde, ex merito, quoniam plura, quàm ille, praeclarè geſſerit, ille autem etiam quaedam peſſimè. Et hîc collatione utriusque geſtorum facta, quae ab illo turpiter geſta ſunt, criminando exaggerat: quae verò tolerabiliter, elevando extenuat. Poſtremò autem etiam illud addit, neque parem neque idoneum his armis geſtandis Ulyſſem eſſe. Atque haec, quantum ad ſubjectum orationis attinet. Deinde verò vel ſummae artis fuit, decorum praeſtare, talemque ſermonem perſonae tribuere, qui illi quàm aptiſſimè conveniret. Nam ut apud Salluſtium Marius, ita hîc Ajax fingitur virtute magis & factis laudem quaerere, ſeſeque aliis commendare, quam dicendi facultate. Idque militari ac forti viro peculiare eſt. eoque neque amplificationibus longioribus utitur, neque coloribus aliis, quibus ſolent qui verbis magis quam factis excellere cupiunt. Eſt enim ſimplex veritatis oratio, ſimulata verò aut falſa aliena commendatione indigent, ut Euripides ait. Quod autem principio utitur turbulentiore, & minus ad artem accommodato, ut Regio videtur, id ipſum ex arte ſumptum eſt. Nam & iratus ad cauſam agendam accedit, & eo magis indignatur, quòd cum Ulyſſe, homine bellicis rebus aut armis nunquam apertè aut rectè exercitato, certandum ſibi eſſet, ad quem nullo neque jure neque merito adeo arma illa pertinerent. denique ex cujus collatione ipſius fama plus detrimenti, quam victoria gloriae acceptura eſſet. Proinde illud magis dicendum fuerat, Ajaci quidem ſimplicem, non tamen ab arte remotam orationem tribui. Ulyſſi autem coloratam & propemodum veteratoriam. Micyllus. Conſiderat hunc locum Quinctilianus lib. v. cap. 10. Ciofan.

6. *Confertur Ulixes.*] *Contendit* unus Medic. ſed ſequitur. & deeſt ſex codicibus.

7. *Dubitavit.*] *Dubitabat* tert. Bonon.

8. *Quas ego ſuſtinui, quas hac à claſſe fugavi.*] Cùm quis ſe ipſum laudat, Periautologian vocant. Ciofan.

8. *Quas hac à claſſe fugavi.*] ἀναφορὰ. Idem.

8. *Hac.*] δεικτικῶς. Idem.

8. *Fugavi.*] Expuli, rejeci. Homerus lib. XVI. Iliad. narrat, Trojanos in Graecorum naves ignem conjeciſſe. Idem. *Removi* prior Gron. & duo alii. *hac ego claſſe fugavi* Leid. unus. *hac de claſſe* Voſſian. *quas noſtra claſſe* Moreti.

9. *Fictis.*] *Siccis* ſec. Medic.

10. *Quam pugnare.*] *Bellare* unus Leidenſis. Heins. Ita & Epiſt. XIII. 69. ubi vide.

Nec memoranda tamen vobis mea facta, Pelasgi,
Esse reor : vidistis enim. sua narret Ulixes,
Quae sine teste gerit, quorum nox conscia sola est.
Praemia magna peti fateor : sed demit honorem
Æmulus Ajaci. non est tenuisse superbum,
Sit licet hoc ingens, quidquid speravit Ulixes.
Iste tulit pretium jam nunc certaminis hujus;
Quo cum victus erit, mecum certasse feretur.
Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset,
Nobilitate potens essem, Telamone creatus :

Moe-

11. *Quantumque ego Marte feroci, Inque acie valeo, tantum valet iste loquendo.*] Collatio, qua ostendit se in certamine, & adversarium in eloquentia valere. Ex hoc autem loco intelligi licet, natura ita comparatum esse, ut fortes viri eloquentia careant : contra imbelles. Idque etiam ostendit Hercules initio lib. IX.

—— *melior mihi dextera linguâ est.*
Dummodo pugnando superem; tu vince loquendo.

Contra de Drance apud Virg. lib. XI. 338. *Et linguâ melior, sed frigida bello Dextera.* Carent etiam viri fortes consilio: Euripides in Rheso, ubi Aeneas cum Hectore colloquitur. Ciofan. Livius X. 19. *Quam mallem tu a me strenue facere, quam ego a te scite loqui didicissem.*

12. *Inque acie valeo.*] *Quamque* quinque veteres. *Quantum* Neapol. quod placet. Heins. Vid. ad lib. VIII. 59. *In morte* etiam hic sex libri. *mente feroci* Leidens. unus.

15. *Nox conscia.*] Inde Diomedes *nocturnus Ithaci comes* Senec. Troad. 38. & ipse Ulixes, *nocturnus miles* Ibid. 754.

16. *Sed demit honorem Aemulus Ajaci.*] Neque hoc oppido difficile explicat Regius. Puto autem per contemptum dici, ut alia. Ulyssem videlicet hominem nihili Ajaci dedecori esse, quîcum contendat. Glareanus. Mallem distinguere.

—— *demit honorem*
Æmulus. Ajaci non est tenuisse superbum.

Ut Ajax Ulixi opponatur, & ita Francius notaverat in ora libri sui. de illa locutione, *est superbum*, egimus ad Petron. cap. XVIII. similiter Columel. lib. I. 3. *Quia superbum videbatur tantum loci tenere.* Burm.

19. *Iste tulit.*] In quibusdam, *ipse*. Naug. In uno meo, *iste*. Ciofan. *Iste* ex melioribus scriptis. ut supra & infra passim. utebantur ea voce, quoties cum contemtu de aliquo loquerentur. Heins.

20. *Quod cum victus.*] In utroque meo emendatum est, *Qui* Quo modo impressit Aldus senior. & Sebastianus Gryphius. Atque ita legit Corradus in praeclarissimis illis suis in Ciceronis Brutum commentariis. Cujus haec sunt illud enarrantis : *Cum Hortensio certare erat gloriosius, quàm omnino adversarium non habere.* Est enim glorioſum cum magnis viris certare, etiamsi eos vincere non possis. Nam, ut ait ingeniosus poëta :

—— *quidquid speravit Ulixes,*
Ipse tulit pretium jam nunc certaminis hujus:
Qui cùm victus erit, mecum certasse feretur.

Fit tamen saepe, ut, qui magnos viros provocant, in Melampygum, quod dici solet, incidant. *Qui* legitur etiam in libr. Capr. Ciofan. *Qui* in multis. *Quo* Florent. S. Marci, Bernegger. & fragm. Boxhorn. nimirum certamine. Heins.

21. *Atque ego.*] *Ast* quatuor. *Atqui* fragm. Boxhorn. infra, 859.

Atque ego contemtûs essem patientior essem.

nisi & illic *Atqui* reponendum. quod non puto. Idem.

21. *Virtus.*] *Valore sufficiensa.* Sic enim nostrâ linguâ dicimus. Plautus. Amph. prol. 78.

Virtute ambire oportet, non favitoribus. Ciofan.

22. *Nobilitate potens essem, Telamone creatus, Moenia qui forti Trojana sub Hercule cepit*, & reliqua.] Quae omnia confutat Ulixes, his verbis:
Nam genus & proavos, & quae non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco. Idem.

23. *Sub Hercule cepit.*] Hercules enim Telamonem ad Trojam duxit. quae ab iis expugnata est. Pindarus in Isthmiis Oda VI.

Οὐδ' ἄτις Αἰαντ@ Τελαμωνιάδα
Καὶ πατρὸς, τὸν χαλκοχάρμαν ἐς πόλεμον
Ἄγε σὺν Τιρυνθίοισι
Πρόφρονα σύμμαχον ἐς Τροίαν ἥ-
ρωσιν μόχθων, Λαομεδοντί-
αν ὑπὲρ ἀμπλακίαν
Ἐν ναυσὶν Αλκμήνας τέκ@.
Εἷλεν δὲ Περγαμίαν.

Et in Nemea, Oda quarta, ubi loquitur de Hercule :

Ξὺν

Moenia qui forti Trojana ſub Hercule cepit:
Litoraque intravit Pagaſaeâ Colcha carinâ.
Æacus huic pater eſt: qui jura ſilentibus illic
Reddit, ubi Æoliden ſaxum grave Siſyphon urget.
Æacon agnoſcit ſummus, prolemque fatetur
Juppiter eſſe ſuam. ſic ab Jove tertius Ajax.
Nec tamen haec ſeries in cauſſâ profit, Achivi;
Si mihi cum magno non eſt communis Achille.
Frater erat: fraterna peto. quid ſanguine cretus
Siſyphio, furtisque, & fraude ſimillimus illi,

In-

Ξὺν ᾧ ποτὲ Τρωΐαν
Καρτερὸς Τελαμὼν
Πέρθησε. Vide & Apollod. lib. III. Ciofan.

25. *Reddit jura.*] Jus dicit; forum agit. Priore modo Tacitus lib. v. *In tempus deligebatur qui jus redderet.* Caeſar lib. vi. *Neque iis petentibus jus redditur.* Idem.

26. *Ubi Aeoliden.*] *Aeolides ſaxum grave Siſyphus urget* Strozzae & Barber. etiam non male. lib. iv. 459.

Aut petis, aut urges ruiturum, Siſyphe, ſaxum.

ſed non omnes volviſſe ſaxum volunt: ſunt enim, qui geſtiſſe illud in adverſum montem ſcribant, ut Propert. II. XVI. 30.

Tumque ego Siſyphio ſaxa labore geram.

Senec. Herc. Fur. 751.

Cervice ſaxum grande Siſyphia ſedet.

Hippol. 1229.

Et cervicibus
His, his repoſitum degravet feſſas manus
Saxum, ſeni perennis Æolio labor. Burm.

26. *Siſyphon.*] Hoc ad Ulixis contemtum dictum eſt; nam fama erat a Siſypho latrone, Iſthmum obſidente Anticleam, Ulixis matrem, cum ad Laërtem duceretur, fuiſſe compreſſam, atque ex eo concubitu Ulixem ortum. Regius. De hac re ſupra lib. XI. 317. in fab. Autolyci nonnulla annotavimus. ſumpta autem videntur haec vel ex Ajace Sophoclis ὑſ. 188. ubi chorus, de Ulyſſe loquens, inquit:

Εἰ δ' ὑποβαλλόμενοι,
Κλέπτεσι μίθες οἱ μεγάλοι βασιλῆς,
Ἢ τᾶς ἀσώτε Σισυφιδᾶν γενεᾶς
Μὴ μὲμ' ἄναξ
Εθ' ὧδ' ἐφάλοις κλισίαις ὁμμ' ἔχων,
Κακὰν φάτιν ἄρῃς, &c.

aut ex Aeſchylo, cujus haec ibidem citantur:

Αλλ' Ἀντικλείας ἄσσον ἦλθε Σίσυφος
Τῆς σῆς λέγω τοι μητρὸς, ἣ σ' ἐγείνατο.

aut etiam ex Cyclope Euripidis. ubi Silenus Ulyſſem interrogans inquit:

Χαῖρε ὦ ξέν', ὅστις σ' εἶφράσον, πάτραν τε σὴν.

Ille autem reſpondens ſubjicit:

Ἰθακος Οδυσσεὺς γῆς Κεφαλλήνων ἔναξ.

Tum rurſus alter:

Οἶ σ' ἄνδρα κρόταλον, δριμὺ Σισίφοιο γένος.

Micyll.

27. *Æacon agnovit.*] *Agnoſcit* cum plerisque. paulo ante pro *ſilentibus illic*, Juret. prim. Moret. prim. Baſil. Oxon. aliique multi, *ſilentibus umbris.* Heinsius. Malè: licet & Heinſ. ad Claud I. in Rufin. 126. defendat. *ſilentes* enim abſolute ponuntur pro umbris. vide quae inf. ad lib. XIV. 411. ipſe notat. Claud. Gigant. 45. *Rex ille ſilentum.* Senec. Med. 740. *Comprecor vulgus ſilentum.* & paſſim omnes Poëtae. At Noſter XV. 797. *umbras ſilentum* dixit. Burm.

27. *Prolemque fatetur Juppiter eſſe ſuam: ſic à Jove tertius Ajax.*] Ajacem fuiſſe Jovis gentilem docet Sophocles in ejuſdem perſona: Ω Ζεῦ προγόνων πρόπατωρ. Sciendum etiam eſt, priſcos illos auctores, *Jovis* in nominativo protuliſſe. Ennius: citant Martianus & Appulejus:

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Ciofan.

28. *A Jove.*] *Ab Jove* cum prim. Vatic. prim. Baſ. & ſec. Pal. Heins.

29. *In cauſam profit.*] *In cauſâ* vetuſtiores plerique. & deinde, *non eſt communis*, pro *ſit.* Idem.

31. *Quid ſanguine cretus Siſyphio?*] Auctor Sirenum cantus:

Sanguine Siſyphio generatus magnus Ulixes,
Hac tutos ſola praeſtitit arte viros.

Servius ad illud Virg. VI. Aeneid. 528. *Comes additur una Hortator ſcelerum Æolides.* ita ſcribit, hunc locum proferens: *Ulixes, quia ubique talis inducitur. Nam Anticliae filius eſt, quae ante Laërtae nuptias clam cum Siſypho Aeoli filio concubuit: unde Ulixes natus eſt. Hoc etiam in Ovidio Ajax objicit: Quid ſanguine cretus Siſyphio!* Ciofan. Vid. & Schol. Stat. Achil. II. 472.

32. *Furtisque.*] *Furtoque* quatuor libri. & *furto & fraude* Oxon. quod praeferebat Heinſius.

Inſerit Æacidis alienae nomina gentis?
An quod in arma prior, nulloque ſub indice veni,
Arma neganda mihi? potiorque videbitur ille,
Ultima qui cepit; detrectavitque furore
Militiam ficto: donec ſollertior iſto,
Sed ſibi inutilior, timidi commenta retexit
Naupliades animi, vitataque traxit in arma?
Optima nunc ſumat, qui ſumere noluit ulla.
Nos inhonorati, & donis patruelibus orbi.
Obtulimus qui nos ad prima pericula, ſimus.

At-

33. *Inſeris Æacidis alienae nomina gentis?*] Annumeras. Cornel. Tacitus lib. v. *Cùm repente Togonius Gallus, dum ignobilitatem ſuam magnis hominibus inſerit, per ludibrium auditur*, Horat. I. Od. I.

Quod ſi me lyricis Vatibus inſeris,
Sublimi, &c.

CIOFAN. *Inſerit* uterque Erfurt. excerpta Langermanni, unus Voſſ. & unus meus. quod ſequentia confirmant. Plinius libro XXXV. c. 2. *Exſtat Meſſallae Oratoris indignatio, qua prohibuit inſeri genti ſuae Levinorum alienam imaginem.* HEINS. Val. Max. VI. II. extern. I. *Inſerit ſe tantis viris mulier alienigeni ſanguinis.*

33. *Aeacidis.*] Achilli, & mihi, Aeaci nepotibus. Arguit autem à legitimo adverſarium. CIOF.

34. *Nulloque ſub indice veni.*] Sic Cicero in ſecunda act. in Ver. *An ſine ullo duce, ſine indice pervenerit ad hanc improbitatem neſcio.* IDEM.

35. *Potiorque videbitur illis.*] *Ille* Oxon. tert. Medic. & viginti alii. rectius. duo, *iſte.* quod ſequitur poſtea. HEINS.

36. *Ultima qui cepit.*] Ulixes, ſimulata inſania, poſtremus omnium Graecorum ducum arma arripuit. CIOFAN.

36. *Detrectavitque militiam.*] Sic & Caeſar lib. VII. De bello Gallico, non longè à principio: *Praeterea oppida incendi oportere, quae non munitione & loci natura ab omni ſint periculo tuta, neu ſuis ſint ad detrectandam militiam receptacula, neu Romanis propoſita ad copiam commeatûs, praedamque tollendam.* Alio modo, cui omnes, qui politioribus ſe oblectant litteris, plurimum debent, Cicero lib. III. Offic. cujus haec ſunt: *Sed inſimulant Ulixem tragoediae ſimulatione inſaniae militiam ſubterfugere voluiſſe.* Livius lib. XXXVI. *Nec auctoritate, nec gratia, nec imperio adverſus detrectantes militiam valuiſſe.* Apud quem, *Detrectare pugnam*, eodem modo, leges frequentiſſimè. Et apud Tacitum, *Detrectare certamen.* IDEM.

38. *Et ſibi inutilior.*] *Sed* cum uno Leidenſi. niſi mavis, *At.* mox *in arma*, non *ad* Juret. & ſex alii. Monui ad Ep. III. ℣. 136. HEINS.

39. *Naupliades.*] De Palamede lege Servium lib. II. Aeneid. Videtur expreſſiſſe Pacuvii verſus ex Armorum judicio, qui citantur à Cicerone. lib. III. Offic. 26.

Cujus ipſe princeps jurisjurandi fuit,
Quod omnes ſcitis, ſolus neglexit fidem:
Furere aſſimulavit: ne coiret, inſtitit:
Quod ni Palamedis perſpicax prudentia
Iſtius percepſet malitioſam audaciam,
Fides ſacratae jus perpetuo falleret. CIOFAN.

39. *Vitataque traxit ad arma.*] *Juratague* Regius, Leid. & duo alii. ut mox ℣ſ. 10. & lib. V. 150. *invitaque* duo alii.

40. *Nunc ſumat.*] *Num* Florent. S. Marci, per interrogationem. pro *quia nos* tres, *qui nos*; bene. HEINSIUS. Etiam ℣ſ. 40. multi, *quia ſumere.* Vid. I. Art. 725.

43. *Aut verus.*] *Aut* ignorant Medic. & Voſſian. *furor illi* unus Heinſii, non male, ſi diſtinguas poſt *furor.*

44. *Ad arces.*] *Ad oras* Balliol. & unus Heinſii.

45. *Hortator ſcelerum.*] Virg. lib. II. Aeneid. *Scelerumque inventor Ulixes.* Plautus in Cap. *Sator, ſarritorque ſcelerum, & meſſor maxume.* CIOFAN.

45. *Non te Poeantia proles.*] Ἀποστροφὴ ad Philocteten. De quo exſtat Sophoclis Tragoedia. Vide & Q. Smyrnaeum lib. IX. & Pind. Ode I. Pyth. & Tryphiod. de Ilii excidio. IDEM.

46. *Lemnos.*] Lemnos inſula eſt una ex Cycladibus (*Seu potius è regione Thraciae, ut Steph. habet, unde cetera haec transſumpta.* MICYLL.) Vulcano dicata, quae duo oppida habet Epheſtiam & Myrinam, in cujus forum ſolſtitio Athos ejaculatur umbram, ut Plinius ſcribit. REGIUS. Lemnos (ait Regius) inſula eſt una ex Cycladibus: id ita verum eſt, ut quod priore libro, non ita longe ab fine, ait, Meſſenem urbem prope Arcadiam eſſe, & Eliden Arcadiae juxta Olympiam. Verum haec librariorum vitio accidiſſe reor: nam Raphaël hic Geographica non ignoravit. GLAREAN.

47. *Qui nunc, ut memorant, ſilveſtribus abditus antris, Saxa moves gemitu.*] Amplificatio miſeriarum Philoctetae, qua potiſſimum in Ulixem odium concitatur. Philocteta autem, dum unà

cum

Atque utinam aut verus furor ille, aut creditus, eſſet;
Nec comes hic Phrygias umquam veniſſet ad arces
Hortator ſcelerum! non te, Poeantia proles,
Expoſitum Lemnos noſtro cum crimine haberet.
Qui nunc (ut memorant) ſilveſtribus abditus antris
Saxa moves gemitu: Laërtiadaeque precaris,
Quae meruit: quae (ſi Dî ſunt) non vana preceris.
Et nunc ille eadem nobis juratus in arma,
(Heu!) pars una ducum, quo ſucceſſore ſagittae
Herculis utuntur, fractus morboque fameque,

Ve-

cum aliis Graecis ad bellum Trojanum proficiſceretur, ab angue morſus in Lemno inſula (ubi per decennium fere manſit) relictus erat; ſagittisque, quas ab Hercule dono acceperat, humi ſtratus, aves, quae per aëra volarent, interficiebat, iisque vitam ſuam vix ſuſtentabat: qua in re ſagittis illis, ſine quibus Troja capi non poterat, abuti videbatur. Quae ſententia partim hoc loco oſtenditur, partim verò libro quinto Triſtium, elegia ſecunda:

Paene decem totis aluit Poeantius annis
Peſtiferum tumido vulnus ab angue datum.

Partim etiam illo Attii carmine, quod citat Cicero lib. v. De Fin. cujus haec ſunt verba: *Philoctetа, cum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio ſagittarum.*

Configebat tardus celeres, ſtans volantes.

Huc quoque pertinet, quod ſcribit idem Cicero libro ſecundo de Finibus, ubi citat carmina quaedam, quae hunc locum valde illuſtrant. *Quamobrem*, inquit, *turpe putandum eſt, non dico dolere (nam id quidem eſt interdum neceſſe) ſed ſaxum illud Lemnium clamore Philoctetaeo funeſtare,*

Quod ejulatu, queſtu, gemitu, fremitibus,
Perſonando mutum flebiles voces refert.

Huic Epicurus comparet ſe ſi poteſt,
Cui viperino morſu venae viſcerum
Veneno imbutae taetros cruciatus cient.

Et II. Tuſcul. *Aſpice Philoctetam: cui concedendum eſt gementi: ipſum enim Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum ejulantem. Nihil igitur hunc virum ſagittae, quas ab Hercule acceperat, tum conſolabantur.*

Cùm è viperino morſu venae viſcerum
Veneno imbutae taetros cruciatus cierent.

Itaque exclamat, auxilium expetens, mori cupiens:

Heu quis ſalſis fluctibus mandet
Me ex ſublimi vertice ſaxi!
Jam jam abſumor: conficit animam
Vis vulneris, ulceris aeſtus.

Cum è viperino, &c. Ne quis hanc ſcripturam improbet, cum in II. De Fin. ſcriptum ſit, *cui viperino morſu v. v. v. i. t. c. cient*, non *cierent*. ſciat ipſum Ciceronem eam detorſiſſe, atque ad rem ſuam accommodaſſe. Ciofan.

48. *Gemitu.*] Τὸ πρεπὸν heroïs ſervat. quem non flere, ſed gemere decet. Aeneas apud Virg. lib. I. Aeneid.

— *duplices tendens ad ſidera palmas*
Ingemit. Idem.

49. *Quae (ſi Dii ſunt) non vana precaris.*] In Vatic. *Si Dii ſint.* In meo antiquiore, Joan. & uno Maff. *Si Dii dent.* Idem. *Di ſint* nonnulli. *Di dent* prim. Palat. Bernegg. quart. Medic. prim. Gronov. prim. Hamburg. & octo aut novem alii. praeterea *preceris* prim. Pal. prim. Moret. prim. Bon. & prim. Patav. & Juret. ſcribe,

Quae meruit; quae, Di dent, ô non vana preceris.

nihil de meo addidi praeter unam literam τὸ ô: Vide Notas ad Epiſt. VI. vſ. 156. niſi τὸ *Di* geminandum cenſemus hoc modo,

— *quae Dî, Di dent, non vana preceris.*

quae indignantis animi adfectum eleganter exprimunt. Heins. Sed cum major pars codicum ſtet pro vulgata, non temere verſum, ſatis leniter fluentem, in ſcabriorem mutarem. ſic lib. III. Amor. III.

Eſſe Deos, i crede, fidem jurata fefellit.

& ita paſſim Poëtae. vide egregiè haec vindicantem Broukh. ad Propert. III. Eleg. XXIII. 19. Burm.

50. *Et nunc ille eadem nobis juratus in arma.*] An hoc è militum, quibus in bellum profecturis jusjurandum dari ſolet, ne à quibus ſtipendium acceperunt deſciſcant, conſuetudine dictum eſt? An ex eo, quod recenſet Euripides initio Iphigeniae in Aulide? Idque multo magis probo. Is enim ait Tyndareum, cum Helena ejus filia propter eximiam formam, qua Graecas alias mulieres ſuperaſſe dicitur, à multis Graeciae principibus uxor peteretur, eos ipſos jurejurando adegiſſe, ut ei, quem illa ſibi virum delegiſſet, reciperent, ſe, ſi contingeret, ut illa unquam raperetur, omnibus viribus uno conſenſu fore opitulaturos; eique, qui tali injuria illam afficeret, bellum indicturos, patriamque vaſtaturos. Idem jusjurandum Ajax quoque apud Pacuvium de Ulixe loquens iis, quos ſuprà citavi, verſibus haud obſcurè annuit:

Velaturque aliturque avibus; volucresque petendo
Debita Trojanis exercet ſpicula fatis.
Ille tamen vivit, quia non comitavit Ulixen.
Mallet & infelix Palamedes eſſe relictus.
Viveret; aut certè letum ſine crimine haberet.
Quem male convicti nimium memor iſte furoris
Prodere rem Danaam finxit: fictumque probavit
Crimen. & oſtendit, quod jam praefoderat, aurum.
Ergo aut exſilio vires ſubduxit Achivis,
Aut nece. ſic pugnat, ſic eſt metuendus, Ulixes.
Qui, licet eloquio fidum quoque Neſtora vincat,
Haud tamen efficiet, deſertum ut Neſtora crimen
Eſſe rear nullum. qui, cum imploraret Ulixen
Vulnere tardus equi, feſſusque ſenilibus annis,

Pro-

Cujus ipſe princeps jurisjurandi fuit;
Quod omnes ſcitis, ſolus neglexit fidem:

Vide & Apollodorum lib. III. Bibliothecae, qui eorundem principum nomina enumerat. Hac de re Ovid. quoque ipſe lib. I. De Arte:

Jurabant omnes in laeſi verba mariti;
Nam dolor unius publica cauſa fuit.

Attingit & hanc rem Hyginus cap. LXXIIX. & XCV. CIOFANUS. *Juratus* eſt qui nobiscum juravit. ut ita Epiſt. XX. 127. & alibi Noſter cum optimis Latinitatis auctoribus hoc participio utitur. quare nollem haec inter plebeja Hygini retuliſſet Broukh. ad Propert. lib. II. Eleg. XXI. 10. apud Hyginum vero lib. II. Aſtr. 15. mallem legere, *Neque in quod juerat juratus remiſit. Eadem autem nobis*, dictum eſt, ut *epulas nobis adituras eaſdem.* I Amor. IV. I. ubi vide. *at nunc* Oxon. & Leidenſ. BURM.

51. *Heu pars una ducum.*] Sic in omnibus, ſed fortaſſe ſit rectius, *Et pars una ducum.* NAUGER. Scripti omnes, *Heu pars.* Idque melius videtur atque ad ſenſum aptius. CIOFAN.

53. *Velaturque.*] In quibusdam, *venaturque aliturque*, NAUGER. Alteri lectioni favet, quod ex Attio citatur à Cicerone I. de Finibus, *Philoctetem pennarum contextu corpori tegumenta feciſſe.* vulgo leg. *Venatur.* & v. de Finib. *Propagabat vitam aucupio ſagittarum.* nec non Sophocles in Philoctete, & Smyrnaeus lib. IX. FARNABIUS. *Venaturque* S. Marci liber, Thuan. Urbin. prim. Vatic. tert. Medic. aliique nonnulli. Sed Cicero lib. v. de Finibus docet ex Attio, *Philoctetam pennarum contextu corpori tegumentum feciſſe.* ipſe Philocteta apud Attium:

Configo tardus celeres, ſtans volatiles;
Pro veſte pennis membra textis contegens.

Nam quod ejusdem Attii illuc quoque trahunt viri in re literaria ſummates

Ingemiſcimus,
Quod haec pennigero, non armigero in corpore Exerceantur tela.

In eo aberrarunt a vero ſcopo: exercentur enim illic Philoctetae tela in avium corpore pennigero, non in armigeris hoſtibus. Q. Smyrnaeus Paralip. libr. IX. 350. de eodem Philoctete.

——— ἀμφὶ δ' ἀρ' αὐτῷ
Οἰωνῶν πτερὰ πολλὰ περὶ λεχέεσσι κέχυντο,
Ἀλλὰ δὲ οἱ συνέραπτο περὶ χροΐ, χείρατος ἄλκαρ
Λευγαλέου. HEINS. Vide Scal. ad Varron. lib. VI. p. 67.

54. *Debita Trojanis exercet ſpicula fatis.*] Quae, & quot fuerint fata, quibus Troja capi poſſet, docet Plautus in Bacchidibus: IV. IX. 29.

Ilio tria audivi fuiſſe fata, quae illi exitio forent:
Ex arce ſignum ſi periſſet; alterum etiam eſt mors Troili:
Tertium quom portae Scaeae limen ſuperum ſcinderetur.

His haec addit Servius, exponens illud Virg. *Fatisque repulſi Ductores Danaûm.* Secundum verò alios pluribus: ut de Aeaci gente aliquis intereſſet. Unde Pyrrhus admodum puer evocatus ad bellum eſt, ut Rheſi equi tollerentur: ut Herculis intereſſent ſagittae, quas miſit Philoctetes, cùm ipſe non potuiſſet afferre mortis praeventu. CIOFAN. *Dedita* Leidenſes duo & Gronov. & tres alii. *irrita* pr. Gronov.

55. *Comitatur Ulyſſem.*] *Comitavit Ulyſſem* Florent. S. Marci. & unus Gronovii. bene. Adi Notas Triſt. I. El. VIII. ỹſ. 31. multi, *comitatus.* mox pro, *vellet*, idem Florentinus, *mallet.* HEINS.

58. *Quem male convicti.*] Interpres, *nimium male memor*; ſed haec nimis operoſa, cum τὸ *nimium memor* hic ſufficiat; quare lego ſimpliciter; *quem male conficti nimium memor:* non enim ita aſſute atque caute furioſi perſonam induerat Ulyſſes,

Proditus à ſocio eſt. non haec mihi crimina fingi
Scit bene Tydides: qui nomine ſaepe vocatum
Corripuit; trepidoque fugam exprobravit amico.
Adſpiciunt oculis Superi mortalia juſtis.
En eget auxilio, qui non tulit: utque reliquit,
Sic linquendus erat. legem ſibi dixerat ipſe.
Conclamat ſocios. adſum; videoque trementem,
Pallentemque metu, ac trepidantem morte futurâ.
Oppoſui molem clypei; texique jacentem;
Servavique animam (minimum eſt hoc laudis) inertem.
Si perſtas certare, locum redeamus in illum:
Redde hoſtem, vulnusque tuum, ſolitumque timorem:
Poſt clypeumque late: & mecum contende ſub illo.
At poſtquam eripui; cui ſtandi vulnera vires

Non

ſes, quin hanc ipſi larvam detraxerit Palamedes; niſi forte legere malis, *male contecti*, ſenſu gemino cum priori lectione. Schepper apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. *Convictum* pr. Gron. & tres alii; ſcilicet Palamedem. Sed probabilis Schepperi conjectura, *male conficti*, id eſt fruſtra, temerè confecti, ut millies ita vox illa *male* ponitur: bene enim convicerat Ulixen Palamedes furoris falſi, Ulixes vero Palamedem male convicerat, & dolo & fraude probavit ejus proditionem. *Quam male convicti* erat in Florent. S. Marci. Burm.

59. *Rem Danaam.*] *Danaum* duo libri. *res Danaum* alii duo. vid. ad lib. VII. 513.

60. *Quod jam.*] Malim, *quod clam.*

61. *Achivis.*] *Achivas* Leidenſes duo, Neapol. & Argent. pro varia lectione. *ſubducit* etiam Baſil. & tert. Medic.

62. *Aut nece.*] Inducens exercitum ad lapidandum Palamedem. Regius. Sic idem Ajax apud Calabrum lib. v. 191.

Ἦ τὸ δ' ἐξελάθου, ὅτ' ἐς Ἰλίῳ ἱερὸν ἄστυ
Ἐλθέμεναι ἀλείτνες ἅμ' ἀγερομένοισιν Ἀχαιοῖς,
Καί σε καταπτώσσοντα καὶ ἐκ ἐθέλοντ' ἐφέπεσθαι
Ἤγαγον Ατρεΐδαι, ὡς μὴ ὤφειλες ἱκέσθαι,
Σῇς γὰρ ὑπ' ἐννεσίῃσι κλυτὸν Ποιάντιον υἱα
Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ λίπομεν μεγάλα σθενάχοντα,
Οὐκ οἷα δ' ἄρα τοτε λυγρῷ ἐπεμήσαο λώβην,
Ἀλλὰ κῇ ἀντιθέῳ Παλαμήδεϊ θῆκας ὄλεθρον
Ὅς σέο φέρτερος ἔσκε βίῃ κῇ εὐφρονι βελῇ.

Ac de Palamede quidem etiam Virgilius meminit ſecundo Aeneidos: de Philoctete autem exſtat tota fabula apud Sophoclem. Micyllus.

63. *Fidum quoque Neſtora.*] *Fidum ſibi* Baſil. quod efficacius; fidum ſibi, quem tamen ille perfidus prodidit & deſeruit.

64. *Deſertum ut Neſtora.*] *Ut* non habent ſeptem libri. ſic & lib. XIV. 139, & 731. I. Pont. X. 43. vid. ad Quinctil. Decl. XI. 7.

68. *Nomine ſaepe vocatum.*] *Vocatus* Strozz. & Medic. *notatum* unus Baſil & Moret. ut ſimul ignaviam ipſi objiceret: ſed hoc *corripiat* praeſtat. eadem diverſitas alibi. vid. ad lib. V. 402. & II. Pont. II. 17. Burm.

69. *Trepido.*] Timido. Alludit autem ad verba, quae Diomedi attribuit Homerus. Iliad. Θ. 93. Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ Πῇ φεύγεις, &c. Regius.

70. *Adſpiciunt oculis ſuperi mortalia juſtis.*] Indignatus Ajax, quòd in certamine cum Hectore jam ſuſcepto ſtrenuè ſe geſſiſſet, patruelis armis haud donaretur: quibus, exiſtimans ſibi injuriam factam, adverſario, aliisque Graecis, qui ſibi ea non adjudicarunt, religione oblata timorem injicit. Ciofan.

71. *Eget auxilio.*] *Eget, auxilium qui non tulit* Francof. *& neget auxilium* duo alii.

72. *Legem ſibi dixerat ipſe.*] *Iſtam* Bernegg. prim. Erfurt. & decem alii. *ipſam* duo. forte, *ſibi ipſi.* Heinsius. *Legem ſibi fecerat ipſe* Cod. Menard. *duxerat* Arondel. & ſeptem alii. vide ad Epiſt. XII. 39.

73. *Texique jacentem.*] *Latentem* tres libri. non male; ut mox repetit, *poſt clypeumque late.*

76. *Minimum eſt hoc laudis.*] *Hic* plerique veteres. Legebam olim, *minimae eſt hoc laudis.* Heins. Nihil muta. vid. ad Quinctil. Decl. II. 1.

77. *Redeamus ad illum.*] *In illum* plerique meliores, & pro *hoſtes* mox, *hoſtem.* Heins.

78. *Vulnusque tuum.*] Nam latus illius haſta trajecit Socus. Homer. Il. Λ. 459.

Τρῶες δὲ μεγάθυμοι, ἐπεὶ ἴδον αἷμ' Ὀδυσῆος
Κελόμενοι καθ' ὅμιλον, ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔβησαν.
Αὐτὰρ ὁγ' ἐξεπίσω ἀνεχάζετο, αὖε δ' ἑταίρους.
Τρὶς μὲν ἔπειτ' ἤυσεν, ὅσον κεφαλὴ χάδε φωτός.

Τρὶς

Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.
Hector adest: secumque Deos in proelia ducit.
Quâque ruit, non tu tantum terreris, Ulixe;
Sed fortes etiam: tantum trahit ille timoris.
Hunc ego sanguineae successu caedis ovantem
Cominus ingenti resupinum pondere fudi.
Hunc ego poscentem, cum quo concurreret, unus
Sustinui; sortemque meam vovistis, Achivi:
Et vestrae valuere preces. si quaeritis hujus
Fortunam pugnae; non sum superatus ab illo.
Ecce ferunt Troës ferrumque, ignemque, Jovemque
In Danaas classes. ubi nunc facundus Ulixes?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,
Spem vestri reditûs. date tot pro navibus arma.

Quod

Τρὶς δ' ἄϊεν ἰάχοντος ἀρηΐφιλος Μενέλαος.
Αἶψα δ' ἄρ Αἰαντα προσεφώνεεν ἐγγύς ἐόντα, &c.
Et paulo post. 485.
Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε, φέρων σάκος ἠΰτε πύργον,
Στῆ δὲ παρέξ. Τρώες δὲ διέτρεσαν ἄλλυδις ἄλλος.

MICYLL. Haec ad versum 74. referri debere nemo, qui textum legerit, negare queat, ubi *pallentemque metu*. Vides ibi de pallore agi, quod optime huic versui conveniet, si legas, *Redde hostem vultumque tuum, solitumque timorem. Vultum*, hoc est pallidam & cadaverosam illam faciem, pavoris ac inertiae tuae indicem. de vulnere enim post loquitur SCHEPPER apud Tan. Fabr. Lib. II. Ep. 71. immo jam vulneratus erat, nam addit eum prae vulnere non potuisse stare, sed ubi Hector adest, fugisse, quasi vulnus nullum accepisset. & ex Homeri loco id manifestum. quare nihil muto. BURM.

82. *Deos.*] Deorum, in primis Jovis, auxilium. Nam (ut scribit Hom.) se Jovis filium esse jactabat Hector. REGIUS. Videtur hoc loco intelligere Ovidius id, quod Homerus lib. XII. scribit, Jovem voluisse Hectori & Trojanis victoriam & gloriam eo die suppeditare, eoque etiam Iride missa, consilia illi subministrasse, quibus ille instructus, & fossam Graecorum superavit, & effractis munitionibus illorum, ad naves usque pervenit. Quare & sequenti libro mox sequitur.

Ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν Τρωάς τε, καὶ Ἕκτορα νηυσὶ πέλασσε, &c.

Illud autem quod infrà sequitur:
Ecce ferunt Troës, ferrumque, ignesque, Jovemque, &c. ad id refero, quod Iliad. decimoquinto idem Homerus ait, Jovem è somno, quo dolo Junonis sopitus fuerat, experrectum, misisse Apollinem, qui Trojanos contra Graecos restitueret, illosque in fugam verteret. Quo facto Trojanos ad naves usque insecutos esse, iisdemque flammas injecisse.

MICYLL. *In proelia portat* Oxon.

84. *Ille timoris.*] *Furoris* novem libri. & ita Politianus ex veteri codice.

85. *Ovantem.*] Exultantem. sic Virg. lib. IV. Aeneid. 577.
—— *imperioque iterum paremus ovantes.*
CIOFAN. Supr. XII. 298.

86. *Eminus.*] *Cominus* Oxon. & recte. Plus enim laudis Ajaci, quod cominus cum Hectore erat congressus, quam si eminus congressus fuisset. HEINS.

86. *Ingenti resupinum pondere fudi.*] Maximo saxo. Nam (ut in decimo quarto Iliados volumine legitur) cum Hector hastam in Ajacem jecisset, neque vulnerasset, Ajax ipse sublato maximo saxo pectus illius ita percussit, ut cum ingenti armorum strepitu in terram caderet. REGIUS. Graeci versus sunt Iliad. Ξ. 409.

Τὸν μὲν ἔπειτ' ἀπιόντα μέγας Τελαμώνιος Αἴας
Χερμαδίῳ, τὰ ῥα πολλὰ θοάων ἔχματα νηῶν
Παρ' ποσὶ μαρναμένων ἐκυλίνδετο, τῶν ἓν ἀείρας
Στῆθος βεβλήκει ὑπὲρ ἄντυγος, ἀγχόθι δειρῆς.
Στρόμβον δ' ὡς ἔσσευε βαλών. περὶ δ' ἔδραμε πάντη.

MICYLL. Hac de re ita scribit Dictys Cretensis lib. II. *Interea*, inquit, *Ajax Telamonius adveniens, cognito apud naves Hectore, magna armorum specie ibidem apparuit: deinde molestia urgens hostem, multo sudore ad postremum à navibus extra vallum detrudit. Tum jam cedentibus acrior insistens, Hectorem, qui adversum eum promptius steterat, ictum immani saxo, ac mox consternatum ejicit.* In uno Vaticano legitur, *Vulnere fudi.* Quod Homerus comprobat: ait enim Z. Hectorem ab Ajace vulnus accepisse. sed tamen *pondere* magis probo. Hoc ipsum, quod Ajax se fecisse hoc loco significat, apud poëtam quendam veterem, quem Pacuvium esse suspicari licet, per derisum Ulixi tribuit. Il-

lius

Quod ſi vera licet mihi dicere; quaeritur iſtis,
Quam mihi, major honos: conjunctaque gloria noſtra eſt.
Atque Ajax armis, non Ajaci arma petuntur.
Conferat his Ithacus Rheſum, imbellemque Dolona,
Priamidenque Helenum raptà cum Pallade captum.
Luce nihil geſtum, nihil eſt Diomede remoto:
Si ſemel iſta datis meritis tam vilibus arma;
Dividite: & major pars ſit Diomedis in illis.
Quo tamen haec Ithaco? qui clam, qui ſemper inermis
Rem gerit; & furtis incautum decipit hoſtem?
Ipſe nitor galeae, claro radiantis ab auro,
Inſidias prodet, manifeſtabitque latentem.
Sed neque Dulichius ſub Achillis caſſide vertex
Pondera tanta feret. nec non oneroſa gravisque

Pe-

lius autem poëta haec citat Cariſius, ita loquens κατὰ μυκτηρισμὸν, id eſt, per deriſum quendam, tanquam,

Vidi te Ulixes ſaxo ſternentem Hectora,
Vidi tegentem clipeo claſſem Doricam:
Ego tunc pudendam trepidus hortabar fugam.

Haec omnia cum deriſu quodam dicta ſunt à fortiore ad non fortem. Ciofan. *Pulvere* Junian. *pectore* Baſil. *vulnere* magno numero alii. *Stravi* Bonon.

87. *Unus ſuſtinui.*] *Unum* Cantab. & Leidenſ.

88. *Sortemque meam voviſtis Achivi.*] Hoc quoque ab Homero ſumptum eſſe videtur, qui Iliad. H. 179. ſcribit Achivos, ſublatis in altum oculis manibusque, his precibus ad Jovem uſos fuiſſe:

Ζεῦ πάτερ ἦ Αἴαντα λαχεῖν ἠ Τυδέος υἱὸν,
Ἠ αὐτὸν βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης.

Regius. Quod autem mox ſequitur, *Et veſtrae valuere preces*, poteſt etiam eò referri, quòd Ajax, interim dum armatur, Graecos comprecari Jovem jubet, quod & illi faciunt his verbis. Ὑſ. 202.

Ζεῦ πάτερ Ἰδηθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε,
Δὸς νίκλν Αἴαντι καὶ αὐτῷ κῦδος ἀρέσθαι,
Εἰ δὲ καὶ Ἕκτορά πῦρ φιλέεις, καὶ κήδεαι αὐτῷ,
Ἴσην ἀμφοτέροισι βίην καὶ κῦδος ὀπάσσον.

Micyll.

88. *Voviſtis.*] Ergo voto optaſtis, tametſi *noviſtis* fere legatur. Regius. Neſcio an ſatis Latine. *noviſtis* viginti quatuor libri. Heinſius olim conjecerat, *foviſtis.* ut in libr. I Triſt. IV. 41.

——— *quia nec contraria fovi Arma.*

moviſtis Medic. tert. *volviſtis* tert. Bonon.

91. *Ferrumque ignesque Jovemque.*] Emenda, ut eſt in Vatic. utroque Maffei & ambobus meis. *Ferrumque ignemque.* Ciofan. *Ignemque* multi veteres. deinde, *ubi nunc*, pro *tunc* caſtigatiores. Heins. Inf. 384. etiam *ignemque* optimi codices. *ubi nunc* illuſtratum vide ad IV. Ep. 150.

94. *Veſtri.*] *Noſtri* Oxon. & quinque alii.

94. *Date pro tot navibus arma.*] In Vatican. & uno Maffei, *Date tot pro navibus.* Melior & ſuavior numerus. Ciofan.

97. *Non Aiaci arma petuntur.*] *Non arma Ajace petuntur* Arundel. male. dictum ut illud apud Valer. Max. VII. 5. ex. 6. *Non Catoni Praetura, ſed Praeturae Cato negatus eſt.*

99. *Rapta cum Pallade.*] In Caeleſt. *Caſta cum Pallade raptum.* In Vatican. *Rapta cum Pallade raptum.* placet magis, ut eſt in Capran. & Farneſ. *caſta cum Pallade captum.* Illud non omittendum duxi, alios notaſſe hoc loco ab Ovidio tantùm mentionem fieri Ulixis, qui Palladium furatus eſt. Cum poëta noſtro facit Euripides in Rheſo. Ciofan. *Capta* vel *caſta* multi veteres. Heinsius.

99. *Pallade*] De Palladio, ex arce Trojana per Diomedem & Ulyſſem ablato, etiam Virgilius meminit II. Aeneid. de Heleno autem Sophocles in Philoctete vers. 601. his verſibus:

ἦν τις εὐγενὴς
Πριάμῳ μὲν υἱὸς, ὄνομα δ' ὠνομάζετο
Ἕλενος, ὃν ὄντος νυκτὸς ἐξελθὼν μόνος
Ὁ πάντ' ἀκούων αἰσχρὰ κἀβίωτ' ἔπη
Δόλιος Ὀδυσσεὺς εἷλε, δέσμιον δ' ἄγων
Ἔδειξ' Ἀχαιοῖς, &c.

qui tamen hoc ab Ovidio differt, quòd ille unà cum Palladio, & adjuvante Diomede, captum Helenum dicit: hic autem ſolius Ulyſſis meminit. Micyll.

101. *Si ſemel.*] *Si tamen* magno numero ſcripti. vid. lib. VI. 511.

102. *Et major pars.*] *Et pars ſit melior* unus Heinſ. Inf. XV. 875. & XVII. Ep. 68. eadem varietas. ita ſaepe, *pars bona.*

105. *Ipſe nitor galeae claro, &c.*] Argumentum ab inutili: quòd Achillis arma Ulixi, homini omnium

Pelias esse potest imbellibus hasta lacertis.
Nec clypeus, vasti caelatus imagine mundi,
Conveniet timidae, nataeque ad furta sinistrae.
Debilitaturum quid te petis, improbe, munus?
Quod tibi si populi donaverit error Achivi;
Cur spolieris, erit; non, cur metuaris ab hoste.
Et fuga (quà solà cunctos, timidissime, vincis)
Tarda futura tibi est, gestamina tanta trahenti.
Adde, quod iste tuus, tam rarò proelia passus,
Integer est clypeus. nostro, qui tela ferendo
Mille patet plagis, novus est succesor habendus.
Denique, quid verbis opus est? spectemur agendo:

Ar-

nium timidissimo, usui futura non sunt. Sed id ita confutat Ulixes:

—— *his, inquam, humeris ego corpus Achillis*
Et simul arma tuli, quae nunc quoque ferre laboro.
Sunt mihi &c. Ciofan.

105 *Claro radiantis ab auro.*] Illud *claro* adeo ignarum inersque est hoc loco, mihi ut persuadeam scripsisse Poëtam, *cono radiantis ab aureo.* Tan. Faber. lib. II. Epist. 69. sed tamen infr. 704. *claram auro coronam.* ubi & Leidensis habet, *claro auro. fulvo* prim. Moret. *in auro* unus Leid. *& auro* Genev. forte, *ferro radiantis & auro.* ferreae enim erant & auro inductae. ferrum vero in splendorem erat datum. Sil. IV. 13. *Inductus ferro splendor.* Burm.

106. *Manifestabitque latentem.*] *Paventem* Oxon. & duo alii. ceterum hoc verbum *manifestare*, quo usus erat Cl. Francius, ut notae non optimae culpavit olim Cl. Perizonius, & cum Justini & Nasonis auctoritate Francius se tueretur, illius recusavit, ut cujus singularia numquam fuerint ab eruditis pro probis & genuinis recepta, hujus non admisit, nisi in carmine. quasi hoc poëticum & a Poëta fictum esset vocabulum; quod non puto. Neque enim aptius huic rei exprimendae supereresse nobis puta, ut *latentem*, sive *paventem*, & dissimulantem pavorem manifestum faciat. nam, *declarare, palam facere* minime explere sensum puto. propius accederet *aperire.* nam *manifesta* Latini vertunt τὰ φαινόμενα, quae oculis incurrunt, & quae manibus quasi tenemus, ut egregie docuit Gisan. Indic. Lucret. & barbarizare qui dicunt, *hinc manifestum est*, pro *perspicuum est.* in eo ergo peccavit forte Francius, quod paullum alio sensu, quam Ovidius adhibuerit, qui de latente, sed qui deinde apparet, utitur, non ut Justinus, qui rectius lib. XI. cap. 3. dixisset, *confirmari, probari, ostendi.* Sic vitiose Nonius in Avernio dixit, *hujus rei manifestator est Lucretius.* tentasse puto Ovidium vim verbi Δηλόω Latino verbo exprimere, nec reperire potuisse aliud aeque commodum ac *manifestare*, nam ut Graecis, de homine, qui clarissima indicia & signa dat exteriori specie eorum, quae mente sentit, Δῆλος ἐστὶ dicitur, ut Aristoph. Plut. Act. II. Sc. II. 12. & Sophocl. Ajac. 326. ubi videndae notae Stolbergii; sic Ovidius dixit, v. Fast. 313.

Per quod fierem manifesta doloris.

Et ante eum Sallustius Jug. cap. 35. *Manifestus tanti sceleris.* & ita Plautum & saepe Tacitum locutum adnotarunt viri docti. Graeco etiam more Paullus JC. dixit leg. 33. de Leg. I. *Testator ex scriptura manifestissimus.* Nihil ergo prohibebit, auctore Nasone, verbo *manifestare* eodem significatu uti, quo ille, nec tam rigide excutere recentiorum scripta fas esse puto. Burm.

107. *Dulichius.*] Ulyssis caput. nam Dulichium insula est Ithacae vicina. Regius. Quidam autem eandem cum Cephalenia faciunt Dulichium, ut Strab. indicat. & quia Cephaleniis imperavit Ulysses, hinc poëtae *Dulichium* ipsum quoque Ulyssem passim appellant. quod tamen contrarium Homero est, qui Dulichios & Cephalenas diversos facit, atque his quidem ducem Ulyssem, Dulichiis autem Megetem assignat. Vide Iliad. II. & Strab. lib. IX. Micyll.

108. *Feret.*] *Ferat* Medic. melius. ut & mox idem, *conveniat.* deinde *generosa* Oxon. Basil. & alius. male. expressit Homeri descriptionem hujus hastae Iliad. T. 388.

110. *Caelatus imagine mundi.*] Descriptio clypei Achillis est apud Hom. Iliad. XVIII. non solum autem elementa in eo, sed totam machinam mundi, hoc est, caelum cum sideribus suis, terram cum urbibus & populis, & ipsum denique Oceanum, oras ambientem, fuisse sculptum idem auctor est. Micyll. *Concretus* in Florentino S. Marci, cum glossa, *id est, pictus*, atque ita unus quoque Mediceus. Heinsius.

117. *Proelia passus.*] *Vulnera* Bernegg. prim. Gron. & alter Hamburg. cum tribus aliis. Ita lib. XII. 171.

At ipse olim patientem vulnera mille Vidi.

Et

Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes;
Inde jubete peti: & referentem ornate relatis.
Finierat Telamone ſatus; vulgique ſecutum
Ultima murmur erat: donec Laërtius heros
Adſtitit: atque oculos paullum tellure moratos
Suſtulit ad proceres; exſpectatoque reſolvit
Ora ſono: neque abeſt facundis gratia dictis.
Si mea cum veſtris valuiſſent vota, Pelaſgi,
Non foret ambiguus tanti certaminis heres:
Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille.
Quem quoniam non aequa mihi vobisque negarunt
Fata; (manuque ſimul veluti lacrimantia terſit

Lu-

Et inf. 391.

Pectus tum denique vulnera paſſum. Heins. Vide ad Sil. IV. 16. Eruditiſſimum Drakenborchium. praefero tamen, *proelia*, quia ſi raro *vulnera* eſſet paſſus clypeus, aliqua tamen haberet, nec eſſet integer. Burm.

121. *Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes, Inde jubete peti.*] Teſtatur Seneca lib. II. Controverſ. hanc ſententiam Ovidium accepiſſe à Portio Latrone in armorum judicio, cujus haec ſunt: *Mittamus arma in hoſtes, & petamus.* Ciofan.

122. *Et referentem.*] *Et* deeſt Cantab. & Jun. *armate* Gron. & Moreti. vid. lib. XII. 462.

123. *Vulgique.*] *Vulgusque* Francof.

125. *Oculos paullum tellure moratos.*] Imitatur Homerum Ovidius, qui Ulyſſem ſtetiſſe oculis in terram defixis, immotoque ſceptro, priusquam illam eloquentiae procellam effunderet, ſcribit. Regius. Locus eſt Iliad. Γ. 216. ubi Antenor inter ſe confert Menelaum & Ulyſſem:

Α'λλ' ὅτε δὴ πολύμητις ἀνάξιεν Ο'δυσσεὺς
Στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἰδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας.
Σκῆπτρον δ' εὖτ' ὀπίσω, οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα,
Α'λλ' ἀσεμφὲς ἔχεσκεν, ἀίδρειφωτι ἐοικὼς.
Φαῖης κὲν ζάκοτόν τινα ἔμμεναι, ἄφρονα θ' αὕτως.
Α'λλ', ὅτε δὴ ῥόπαιεμεγάλην ἐκ στήθεος ἵει.
Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν,
Οὐκ ἂν ἔπειτ' Οδυσῆϊ γ' ἐρίσειεβροτὸς ἄλλος, &c.

de praeſenti autem oratione, ſive contentione Ulyſſis cum Ajace, nihil eſt apud Homerum, niſi quantum de judicio & victoria meminit Odyſſ. Λ. 542. ubi ait:

Οἵη δ' Α'ίαντος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο
Νόσφιν ἀφεστήκει, κεχολωμένη εἵνεκα νίκης,
Τήν μιν ἐγὼ νίκησα δικαζόμενος παρὰ νηυσὶ
Τεύχεσιν ἀμφ' Α'χιλῆος, ἐθηκε δὲ πότνια μήτηρ.
Παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν, καὶ Παλλὰς Α'θήνη.

Micyllus. Apud Tryphiodorum, vſ. 114. ὄμματος ἀστρέπτοιο βυλὴν ἐπὶ γαίκν ἔρεισας. ceterum *moratus* eſt in Cantabr. & decem aliis. ſed XIV. 106.

At illa diu vultus tellure moratos
Erexit. Burm.

127. *Facundis gratia dictis.*] Ita Propert. I. II. 29.

Unica nec deſit jucundis gratia verbis.

Ubi etiam forte *facundis* legendum, ut Ovidius imitatus Propertium ſit. Idem.

129. *Non foret ambiguus tanti certaminis heres.*] Verbum *heres* ſine diphthongo legitur in omnibus libris ſcriptis, quemadmodum in veteribus marmoribus & nummis. Dicitur autem *heres*, quaſi herus, id eſt, dominus. Feſtus Pompejus, *Heres apud antiquos pro domino ponebatur.* Quod verbum in eo recitat loco, in quo nulla eſſe poteſt diphthongus. Unde perſpicuè colligitur, eos eſſe deceptos, qui arbitrati ſunt ab *haerendo* dici, & cum diphthongo ſcribi debere: neque quod ipſi objiciunt ei quam expoſui opinioni obſtat, *heredem*, cùm priorem ſyllabam producat, ab *hero*, cujus prima brevis eſt, derivari. Multa enim verba apud Latinos ſunt, quae à ſuis primitivis orta ſyllabam primam mutent. Ciofan.

130. *Tuque tuis armis.*] Potireris ac poſſideres & fruereris ſubaudiatur. Eſt enim hypozeugma. *Poteremur* autem legendum eſt, ut ſit tertiae conjugationis, ita verſu exigente. Hac autem apoſtrophe ad Achillem animos auditorum ad fletum inclinat. Regius. In omnibus ferè libris veteribus & bis apud Priſcianum *potiremur* legitur. ſed malè. Syllaba enim *ti* repugnat. Admonuit hoc Valla. Ciofanus. *Poteremur* ex multis veterum. ἀιχαικῶς. ſic & lib. XIV. 641. *ut poterentur eâ* reponendum. Catullus LXIV. 398.

Liber, ut innuptae poteretur flore juventae.

Propert. lib. II. El. VII. 64.

Cum capite hoc Stygiae jam poterentur aquae.

ita vetuſtus codex Neapolitanus. Auſon. Epitaph. Heroum:

Fortis praegreſſis ut potereris equis.

Val. Flaccus lib. VII. 54.

Lumina) quis magno melius succedat Achilli;
Quam per quem magnus Danaïs succeſſit Achilles?
Huic modo ne proſit, quod, ut eſt, hebes eſſe videtur.
Neve mihi noceat, quod vobis ſemper, Achivi,
Profuit ingenium: meaque haec facundia, ſi qua eſt,
Quae nunc pro domino, pro vobis ſaepe locuta eſt,
Invidiâ careat: bona nec ſua quisque recuſet.
Nam genus, & proavos, & quae non fecimus ipſi,

Vix

Scilicet Æoliae pecudis poteretur ut auro.

ſic & ibi ſcribendum. apud Columellam lib. 1. c. 3. ex optimis membranis: *Ut emiſſe videamur, quo poteremur, non quo cneraremur.* pari modo *oreretur* apud Paullinum quarto Natali Felicis:

Civis ut adfectu noſtris oreretur in oris

ubi *eriretur* peſſime nunc legitur. ſic a *fodior foderetur.* HEINS. Ita & apud Sueton. Caeſ. 64. Codex Memm. *ne ſpolio poteretur hoſtis.* qui codex & exhibet, *adoreretur* Claud. cap. 13. Juvencus lib. II. 298.

Quod ſecreta ejus poteretur femina verbis.

ubi vide quae nuper adnotarunt viri docti. & Broukh. ad Prop. d. l. & Valeſius in Valeſianis pag. 117. BURM.

132. *Lacrymantia terſit.*] Statius: *Palmite maturo rorantia lumina terſit.* Idem: *Et pectore terget Lumina.* Et quisquis eſt auctor Moreti:

Saepè manu ſumma lacrimantia lumina terget.

CIOFAN. *Tergit* tres antiqui. mox *ſuccedat* pro *ſuccedet* prim. Reg. Oxon. alter Hamburg. & quatuor. vetuſtiores magna ex parte, *ſuccedit.* HEINS.

133. *Quis magno melius ſuccedit Achilli &c.*] Neminem natum arbitror, a quo doceri poſſim, quid ſibi hoc velit, *Danais ſucceſſit Achilles*, neque tamen huc usque animadverſum id a quoquam fuiſſe arbitror. Dicam igitur quid mihi in mentem. Illud *s*, in quod deſinit *Danais*, geminatum fuit, ita ut vox ſequens corrupta fuerit. Cum enim ab Ovidio ſcriptum fuiſſet, *Danais acceſſit Achilles*, ex geminato illo *s* factum fuit *ſucceſſit*: quod cum nihili eſſe viderent, Latinum quidem verbum fecere, ſcribentes *ſucceſſit*, ſed ſententiam Latinitatis perdidere. Deinde homines nullo judicio praediti bellum aliquid & ſane politum eſſe eximiabant, Achilli *ſuccedat* Ulyſſes, per quem Achilles *ſucceſſit Danais.* Rem egregiam ſcilicet! ſed cur Achilles *acceſſiſſe* Danais dicitur? Nihil opus Pythii ſortibus: Videlicet inter poſtremos venit ille Heros: & norunt pueri fabulam de Thetide praeſcia venturi; & cui ignota Scyros eſt? Itaque certa emendatio, ni fallor. TAN. FABER. Lib. II. Epiſt. 69.

135. *Hebes eſſe videtur.*] *Fatetur* unus Baſ. ut ſit Graeciſmus, ut mox ℣ſ. 142.

Quia retulit Ajax Eſſe Jovis pronepos.

Lucan. IX. 1037.

Tutumque putavit Jam bonus eſſe ſocer.

ad rem autem huc facit illud Martialis VIII. 19.

Pauper videri Cinna vult, & eſt pauper.

pro *facundia* prim. Gronov. *ſollertia.* HEINS.

140. *Nam genus, & proavos, & quae non fecimus ipſi, &c.*] Pierius lib. XI. Hieroglyphicae de Pileo, hunc locum ita interpretatur: *Nimirum verò is apud Graecos nobilitatis indicium fuit, hique ea de cauſa Ulixis caput pileatum fieri ſolitum autumant, quod magna ſcilicet ab utroque parente nobilitas illi obtigiſſet. Nam apud Ovidium eam ita in Ajacem oggeret: Nam genus, &c.* CIOFAN.

141. *Vix. ea noſtra.*] *Vix* praeter ſignificationes duas vulgarias & uſu obvias, videlicet cum labore, & ſtatim, habet & illam remotiorem, quod *parum leviterque* interim ſignificat. Macrob. III. Saturn. 9. *Nux Tarentina dicitur, quae ita mollis eſt, ut vix attrectata frangatur.* Refertur vero, quod eſt cum difficultate, & ad corpus & ad animum. Quare hoc aut eo modo apud Ovidium accipiendum videtur. Niſi plenam ejus quoque adverbii vim quisquam habere voluerit, quae eſt, *non.* Cum Auſonius ex Cleobuli perſona dixerit, *Majorum meritis gloria non datur.* Et Iphicrates: *Meum genus a me incipit, tuum in te deſinit.* Donatus certe, *Carcer vix carcere dignus*, pro *non*, apud Lucillium interpretandum putat. MARIANG. ACCURS. in Diatribis. Sed in exemplo Macrobii *vix* idem notat, quod ſtatim, quamprimum attrectata eſt, frangitur. ita *vix* poſitum Virgil. II. Æneid. 172. ubi *mox* notare Servius notat; quem & vid. ad lib. I. 34. hoc vero loco *vix* eſt jungendum cum *voco*, & notat, non omnino, haud facile, aegre. ut ſolebant *vix aegreque* conjungere, ut docuerunt viri docti ad Macrob. I. Sat. 9. Sueton. Tib. 44. *Majore adhuc & turpiore infamia flagravit, vix ut referri audirive, nedum credi fas ſit.* BURM.

141. *Sed enim quia.*] Terent. in Phorm. act. II.

Quia enim in illis fructus eſt. CIOFAN.

141 *Quia rettulit Ajax Eſſe Jovis pronepos.*]

Con-

Vix ea noſtra voco. ſed enim, quia retulit Ajax
Eſſe Jovis pronepos, noſtri quoque ſanguinis auctor
Juppiter eſt: totidemque gradus diſtamus ab illo.
Nam mihi Laërtes pater eſt, Arceſius illi,
Juppiter huic: neque in his quisquam damnatus & exſul.
Eſt quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas. Deus eſt in utroque parente.
Sed neque materno quod ſum generoſior ortu,

Nec

Conſtructio Graeca, ut rectè admonet Linacrus lib. VI. De Figuris. CIOFAN.

144. *Acriſius illi.*] Duo fuerunt nobiles Acriſii, & hic Jovis filius ac Ulyſſis avus, & alter Abantis Argivorum regis filius, ac Danaës pater. Legitur etiam *Arceſius*. REGIUS. Non *Acriſius* legendum, ut Raphaëli falſo videtur, ſed *Arceſius*. Nam in *Acriſio* etiam ſecunda ſyllaba repugnat, quae brevis eſt, ut apud Virgilium. VII. *409.*

Quam dicitur urbem
Acriſioneis Danaë fundaſſe colonis.

Et ſuprà lib. IV. 607. *Solus Abantiades ab origine cretus eadem Acriſius ſupereſt, &c.* Arceſii autem Homer. meminit Odyſſ. Ξ. 180. de Telemacho loquens, his verſibus:

——— τὸν δὲ μνηστῆρες ἀγαυοὶ
Οἶκαδ' ἰόντα λοχῶσιν, ὅπως ἀπὸ φῖλον ὄληται
Νώνυμον ἐξ Ἰθάκης Ἀρκεισίου ἀντιθέοιο.

MICYLL.

146. *Eſt quoque per matrem.*] Anticlia mater Ulyſſis, filia fuit primi Sinonis Mercurii filii. REGIUS. Anticlea Autolyci filia fuit. Autolycus autem Mercurii ex Chione Daedalionis. Hom. Odyſſ. Λ. 84.

Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ μητρὸς καταθνητῆς
Αὐτολύκου θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἀντίκλεια.

Sed de hac etiam ſuprà mentio facta eſt. MICYLL.

147. *Altera nobilitas. Deus eſt in utroque parente.*] Confert genus ſuum Ulixes cum Ajacis genere, quod ob Phoci ejus patrui caedem exprobrat. Nam is Phocus à Peleo & Telamone, qui ab Aeaco propter id facinus damnati ſunt, & in exilium ejecti, interfectus fuiſſe traditur. Docet etiam Ulixes ſe matris ſuae Anticliae, quae ad Mercurium genus referebat, nobilitate adverſarium ſuperare. ejus autem Phoci meminit Ovidius ipſe lib. IX. & II. Faſtor. & Apollodorus lib. III. Huic verò loco ſimilis eſt apud M. Tullium Philippica III. ubi Antonii uxorem cum Octavii matre comparat. CIOFAN. Ulixem a Mercurio deſcendere docent nummi Gentis Mamiliae; quae a Telegono Ulixis & Circes filio originem ducebat, ubi in una parte caput Mercurii, ab altera ipſe Ulixes, reducis in Ithacam habitu. vid. Vaillant. in Gente Mamilia. BURM.

148. *Sed neque materno quod ſum generoſior ortu.*] Sed & hoc quoque explicandum erat commentatori, ut puto. certe quantum memini, apud auctores dubium eſt de legitima Telamonis uxore. nam Heſione, ex qua natus eſt Teucer, Telamonis concubina fuiſſe dicitur. GLAREAN.

149. *Nec mihi quod pater.*] Quomodo pater, ſi non Telamo, pater Ajacis, ſed Peleus patruus Phocum fratrem interfecit. Ovid. XI. 266.

Felix & nato, felix & conjuge Peleus,
Et, cui ſi demas jugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant.

Lib. II. Faſt. 39.

——— *ipſum quoque Pelea Phoci,*
Caede per Aemonias lavit Acaſtus aquas.

dicendum Poëtam noſtrum hoc loco eorum opinioni ſuffragari, qui ſcribunt Telamonem cum Peleo Phocum occidiſſe. quod Statianus interpres in VII. Theb. tangit. Vel, quod magis placet, Theodoro adſtipulandum, qui (ut Plutarchus ſcribit in Paralellis) primo Metamorphoſeon tradit Telamonem ſolum de induſtria Phocum, cum quo ſimultatem gerebat, venatum duxiſſe, & comparente apro ipſum venabulo confodiſſe, cum illud in aprum dirigere ſimulaſſet Diodorus, ab his diſſentiens omnibus, lib. V. ait hunc jacto imprudenter diſco interfectum fuiſſe a Peleo. adeo varia & inconſtantia a diverſis perſaepe traduntur. CONST. FAN. Alii utrumque, hoc eſt, tam Telamonem quàm Peleum, in exilium actos tradunt. Utrumque enim caedis fraternae participem fuiſſe, ac Peleum quidem diſco, Telamonem autem ferro in cervicem illius adacto, Phocum occidiſſe. Quare & Peleum in Theſſaliam poſtea, Telamonem autem ex Ægina Salaminem perveniſſe. Vide Comment. Pindari in quintam Odam Nemeorum. MICYLL. Criticus aliquis ſciolus cenſere poſſet, minus haec appoſite dici de fraternae caedis invidia. cum & in Diomedem, cujus benevolentiam ubique captat Ulixes, haec caderet exprobratio; cujus pater Tydeus Menalippum fratrem interfecit. HEINS. Vid. Columm. in Ennii Telamonem p. 222.

Nec mihi quod pater eſt fraterni ſanguinis inſons,
Propoſita arma peto : meritis expendite cauſſam.
Dummodo quod fratres Telamon Peleusque fuerunt,
Ajacis meritum non ſit : nec ſanguinis ordo,
Sed virtutis honos ſpoliis quaeratur in iſtis.
Aut ſi proximitas primusque requiritur heres;
Eſt genitor Peleus, eſt Pyrrhus filius illi.
Quis locus Ajaci ? Phthiam Scyronve ferantur.
Nec minus eſt iſto Teucer patruelis Achilli.
Num petit ille tamen, num ſperat, ut auferat arma?
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur;
Plura quidem feci, quam quae comprendere dictis
In promtu mihi ſit. rerum tamen ordine ducar.
Praeſcia venturi genetrix Nereïa leti

Diſ-

150. *Expendite cauſam.*] Tacitus lib. XIII. *Scripſit Caeſar Senatui, privatim expenderent cauſam libertorum.* CIOFAN.

153. *Virtutis honor.*] *Honos* cum melioribus. HEINSIUS.

156. *Phthiam haec Scyronque.*] *Phthiam Scyronve* plerique vetuſtiores. *Phthiam* ſec. Moret. paulo ante pro, *Eſt genitor*, Oxon. non male, *En genitor.* & tum etiam foret ſcribendum, *en Pyrrhus.* IDEM.

157. *Nec minus eſt iſto Teucer patruelis Achilli.*] De Teucro ita litteris conſignavit C. Vel. Paterculus initio lib. I. *Teucer, non receptus à patre Telamone, ob ſegnitiam, non vindicatae fratris injuriae, Cyprum appulſus, cognomine patriae ſuae Salamina conſtituit.* In uno Maffei legitur, *Nec minus eſt illi.* CIOFAN. *Eſt iſti* prim. Erfurt. & quinque alii. Puto, *eſt ipſi.* Bernegg. prim. Moreti & plurimi alii, *eſt illi. eſt illic* Florent. S. Marci. *iſtic eſt* prim. Reg. prim. Cantabr. prim. Vatic. & alter Hamburg. *iſti eſt* Noricus. *eſt iſtic* Neap. Thuan. in uno Mediceo, *in iſto eſt.* Forte, *en ipſi*, vel, *extincto Achilli.* HEINS.

158. *Non petit ille tamen, num ſi petat auferat arma?*] Exemplaria non mendoſa ſic habent, *nec ſperat, ut auferat arma.* CONSTANT. FANENS. In uno Maffei, *Nec tamen ille petit, num ſi petat, auferat arma ?* In uno Vatic. Caeleſt. & duobus meis, *Nec petit ille tamen, nec, ſi petat, auferat arma.* Quo modo ſine ulla dubitatione legendum. verum in uno meo eſt, *auferet.* CIOFAN. *Auferat arma* plurimi veteres. & *Num petit* Florent. S. Marci.

Num petit ille tamen, num ſperat ut auferat illa? excerpta Calandrae, quart. Medic. & Junian.

—— *num ſperat, ut auferat arma?*

quod ſequor. alii aliter. HEINS.

162. *Praeſcia venturi genitrix Nereïa leti Diſſimulat cultu natum, &c.*] De Achille, in Scyro occultato, & tota ejus educatione copioſe Statius in Achilleide. MICYLL. Huc ſanè facit quod ſcribit Hyginus, cap. XCVI. *Thetis Nereis, cùm ſciret Achillem filium ſuum, quem ex Peleo habebat, ſi ad Trojam expugnandam iſſet, periturum. commendavit eum in inſula Scyro ad Lycomeden regem. quem ille inter virgines filias habitu femineo ſervabat, nomine mutato. Nam virgines Pyrrham nominarunt; quoniam capillis flavis fuit, & Graecè rufum pyrrhon dicitur. Achivi autem, cùm reſciſſent ibi eum occultari, ad regem Lycomeden oratores miſerunt, qui rogarent, ut eum adjutorium Danais mitteret. Rex cum negaret apud ſe eſſe, poteſtatem eis fecit, ut in regia quaererent. qui cùm intelligere non poſſent, quis eſſet eorum, Ulixes in regio veſtibulo munera feminea poſuit, in quibus clipeum, & haſtam, & ſubito tubicinem juſſit canere, armorumque crepitum & clamorem fieri juſſit. Achilles, hoſtem arbitrans adeſſe, veſtem muliebrem dilaniavit, atque clipeum & haſtam arripuit. ex hoc eſt cognitus, ſuasque operas Argivis promiſit & milites Myrmidones.* Vide Apollodorum lib. III. Qua de re lib. I. De Arte 690.

Turpe, niſi hoc matris precibus tribuiſſet, Achilles
Veſte virum longa diſſimulatus erat.

CIOFAN. Poëta incertus, cujus ἔπος περὶ Ἑλένης edidit Morellus, dicit Achillem duxiſſe eo tempore Deidamaim, & fuiſſe ἀρτίγαμον, quae cauſſa fuit fabulae, & miſſos cum Ulixe Palamedem & Neſtora, ad Pelea, Thetida & Chironem, a quibus obtinuerunt Achillem. & hoc moris apud Graecos fuiſſe, ut νεωστὶ γεγαμηκότας militandi munere abſolverent, ex ſimili fere facto Alexandri, quod narrat Arrianus lib. I. Exped. Alex. cap. 25. colligi poteſt. BURM.

163. *Et deceperat omnes.*] Non agnoſcunt τὸ & ſeptem veteres. HEINS.

166. *Projecerat.*] *Dejecerat* duo libri; non male,

Diſſimulat cultu natum. deceperat omnes,
In quibus Ajacem, ſumtae fallacia veſtis.
Arma ego femineis, animum motura virilem,
Mercibus inſerui. neque adhuc projecerat heros
Virgineos habitus. cum parmam haſtamque tenenti,
Nate Deâ, dixi; tibi ſe peritura reſervant
Pergama. quid dubitas ingentem evertere Trojam?
Injecique manum; fortemque ad fortia miſi.
Ergo opera illius mea ſunt. ego Telephon haſtâ
Pugnantem domui: victum orantemque refeci.
Quod Thebae cecidere, meum eſt. me credite Lesbon,
Me Tenedon, Chryſenque, & Cyllan, Apollinis urbes,
Et Syron cepiſſe. meâ concuſſa putate
Procubuiſſe ſolo Lyrneſia moenia dextrâ.

Ut-

le. Heinſius malebat, *rejecerat.* non ego. Vid. ad lib. II. 582.

169. *Evertere Trojam.*] *Vertere* prim. Strozzae & alii quinque aut ſex. Virgil. lib. v. 810.

Cuperem cum vertere ab imo
Structa meis manibus perjurae moenia Trojae.

Heins. Vid. ad Nuc. 191.

171. *Ego Telephon haſta, &c.*] Quae hic recenſet Ulixes Achillem geſſiſſe nonnulla exſtant initio lib. XII. Telephus autem ad Caici ripas ab Achille vulneratus eſt. Pindarus Iſthmiorum Oda v. Τίς γὰρ ἐσθλὸν Τήλεφον τρῶσεν ἑῷ δορὶ Καΐκοῦ παρ' ὄχθαις; *Quis verò ſtrenuum Telephum vulneraverit ſua haſta ad ripas Caici?* Tangit & hoc ipſe, in eo, quem modò citavi, libro:

Vel cùm purpureus populari caede Caicus
Fluxit, opusque meae bis ſenſit Telephus haſtae.

Ciofan.

173. *Quod Thebae cecidere meum.*] Bene admonet interpres de Thebis Ciliciae, Andromaches patria, hic eſſe intelligendum. Homerus Iliad. Z. 414. apud quem ita Hectora alloquitur Andromacha:

Ἤτοι γὰρ πατέρ' ἀμὸν ἀπέκτανε δῖος Ἀχιλλεὺς,
Ἐκ δὲ πόλιν πέρσεν Κιλίκων εὐναιετάωσαν,
Θήβην ὑψίπυλον. Id eſt:
Nempe enim patrem meum interfecit nobilis Achilles,
Et urbem devaſtavit Cilicum bene habitatam,
Theben celſiportam. Ciofan.

173. *Lesbon.*] Lesbos inſula eſt clara Alcaei carminibus & Sapphus. Reg. Haec autem Achilli prodita fertur à puella quadam, Piſidice nomine, quae illius amore flagrabat. autor Parthenius in Eroticis. Micyll.

175. *Et Syrum.*] *Syros* absque *c.* inſula eſt Iöniae cum urbe ejusdem nominis. Nam *Scyros* per *c.* patria eſt Lycomedis. Tametſi *Seſton* forſitan non ineptè legeretur. Eſt enim Seſtus urbs Helleſponti notiſſima. Regius. Locus obſcurus eſt. neque enim Graeci alibi leguntur expugnaſſe Cycladas, inter quas Syrus à Strabone refertur lib. x. neque Scyron Achilles, in qua ſervatus fuerat, filiumque ex Deidamia Neoptolemum procrearat. Aut igitur mendae aliquid ineſſe nomini Syro dicendum, aut una ex undecim urbibus, quas Achilles ante expugnationem Trojae cepiſſe dicitur, eadem haec accipienda, quandoquidem cum Chryſa, Cylla & Lyrneſſo recenſetur. De numero autem urbium hoc etiam Calaber meminit in oratione funebri, qua Neſtor laudaſſe Achillem fingitur. ſic enim ait: lib. IV. 148.

Ὁ δ' ἀρ' ἔνθεν ἔγων ἐρικυδέα φῶτα
Ἐκπαγλως κύδαινεν ἀρηραμένοις ἐπέεσσιν.
Δώδεχ' ὅπως διέπερσε κατὰ πλόον ἄστεα φωτῶν,
Ἕνδεκα δ' αὖ κατὰ γαῖαν ἀπείριτον, &c.

Apud Strabonem autem lib. XIII. & Scepſis quaedam memoratur, ubi regia Æneae fuerit, & ex qua idem Lyrneſſum aufugerit, quando ea loca ab Achille vaſtabantur. Unde ipſe Achilles apud Homerum Æneae objicit: Iliad. Υ. 188.

Η οὐ μέμνῃ ὅτε πέρ σε βοῶν ἀπὸ μοῦνον ἐόντα
Σεῦα κατ' Ἰδαίων ὀρέων ταχέεσσι πόδεσσι,
Κεῖθεν δ' εἰς Λυρνησσὸν ὑπέκφυγες, αὐτὰρ ἐγὼ τὴν
Πέρσα, μεθορμηθείς. &c.

Ut hinc aliquis, *Scepſin* magis quàm *Seſton*, quod Regio placet, pro *Syro* reponendum putare poſſit. Quanquam mihi neque hoc, neque illud ſatis probatur, quando neutrum cum priore voce convenit. Micyll. Recte legitur hoc loco, *Scyron*: ſed pro urbe, cujus & Homerus meminit Iliados I. 659. his verſibus:

Αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς εὖδε μυχῷ κλισίης εὐπήκτου,
Τῷ δ' ἄρα παρ' κατέλεκτο γυνὴ, τὴν Λεσβόθεν ἦγε,
Φόρβαντος θυγάτηρ Διομήδη καλλιπάρηος.
Πάτροκλος δ' ἑτέρωθεν ἐλίξατο, παρ' δ' ἄρα καὶ τῷ

Ἴφις

Utque alias taceam; qui saevum perdere posset
Hectora, nempe dedi. per me jacet inclytus Hector.
Illis haec armis, quibus est inventus Achilles,
Arma peto. vivo dederam, post fata reposco.
Ut dolor unius Danaos pervenit ad omnes,
Aulidaque Euboïcam complerunt mille carinae;
Exspectata diu, nulla, aut contraria classi,
Flamina sunt: duraeque jubent Agamemnona sortes
Immeritam saevae natam mactare Dianae.
Denegat hoc genitor: Divisque irascitur ipsis:
Atque in rege tamen pater est. ego mite parentis
Ingenium verbis ad publica commoda verti.
Nunc equidem fateor, fassoque ignoscat Atrides;
Difficilem tenui sub iniquo judice caussam.

Hunc

Ὕφις εὔζωνος, τὴν οἱ πόρε δῖος Ἀχιλλεύς,
Σκῦρον ἑλὼν αἰπεῖαν Ἐνυῆος πτολίεθρον.

Quo loco Commentat. addit, Σκῦρος πόλις τῆς νῦν μὲν Φρυγίας, πρότερον δὲ Κιλικίας, ἔστι δὲ καὶ νῆσος τῶν Κυκλάδων, ἣν οὐ πορθήσας, ἀλλ' εἰρηνικῶς διαπλεύσας ἐλαφυραγώγησεν. & mox, ἦν δὲ ὁ Ἐνυεὺς οὗτος υἱὸς Διόνυσου. IDEM. In Retractat. Tres libri veteres *Scyrum*, declinatione Latina. De qua urbe sive insula sic Homerus idem sub extremum Iliad. 1.

—— τὴν οἱ πόρε δῖος Ἀχιλλεύς,
Σκῦρον ἑλὼν αἰπεῖαν Ἐνυῆος πτολίεθρον.

Id est, *quam* (Iphin) *ei* (Patroclo) *tribuit nobilis Achilles, Scyron cum cepit altam, Enyei oppidum.* Quo loco haec scribit Eustathius. Scyron insulam, antequam Helena raperetur, ut quidam ajunt, aut ut alii, post Helenam raptam, cum à Peleo defeciisset, aut cum eo societatem coire nollet, ducto ad eam exercitu cepit Achilles; ubi etiam congressus cum Deidamia, Lycomedis filia, gravidam eam fecit, ex qua natus est Neoptolemus. Quòd si haec vera sunt, cùm Graeci dicuntur decem annos consumpsisse in comparandis copiis, ita ut viginti anni interfuerint inter raptum Helenae & captam Trojam, dubitari merito potest, quo modo eorum, qui ad oppugnandam Trojam profecti sunt, minimus natu fuerit Achilles, & adolescentulus, qui ita esset intelligens rei militaris, ut ait Phoenix, etiamque quo modo antequam Helena raperetur, fortis in bello esse potuerit, & unà cum Patroclo Scyrum obsidere, quae à patre defecerat. Alii autem dicunt pacatae decussam ab Achille Scyron, & illinc eum spolia retulisse. Latebras autem, seu occultationes, in Scyro, & vestitum illium muliebrem, & commorationem inter mulieres, & totam rem detectam esse Ulixis opera omnino ignorat Homerus, neque subactum necessitate navigasse Ulixem, sed missum à patre, cùm tamen Agamemnonis imperio subditus non esset. Alii ajunt Scyrum hic non esse insulam, sed urbem quandam ejus regionis, quae nunc quidem Phrygia, olim Cilicia dicebatur, quam Achilles itidem, ut alias, cùm expugnasset, Diomeden (mulierem) inde abripuit. Haec ille. Quibus verbis quantum peccaverint eruditi viri, fabulae ignari, qui quidvis potius, quàm Scyron, aut Scyrum, hoc loco legere voluerunt, nullo sanè negotio intelligi ac perspici potest. CIOFAN. Sed *Syron* vindicavit Gronov. ad Senec. Troad. 225. & jam antea Petitus lib. 1. Observ. 3.

176. *Procubuisse.*] Superius dixit *dejecisse*, utrumque valet prostrasse, & solo aequasse. CIOFAN.

176. *Lyrnesia moenia.*] Lyrnesus urbs fuit Troadis, unde Briseida rapuit Achilles. REGIUS. Occiso ejus marito Minete, ut Iliad. T. 295. ipsa loquens, ait:

Οὐ δὲ μὲν οὐ δ' ἔμ' ἔασκες, ὅτ' ἄνδρ' ἐμὸν ὠκὺς Ἀχιλλεὺς,
Ἔκτεινεν, πέρσεν δὲ πόλιν θείοιο Μύνητος, &c.

MICYLL.

177. *Utque alios.*] *Alias* Florent. S. Marci & unus Mediceus. ut ad civitates expugnatas referatur. deinde pro, *qui vincere posset*, Thuan. opt. *posses.* quod placet. HEINS.

182. *Euboïcam.*] *Eubaeam* tert. Medic.

183. *Exspectata diu.*] *Exspectanda* prim. Basil. pro *Flamina erant* veteres plerique, *sunt.* recte. HEINS.

184. *Flamina erant.*] In nonnullis veteribus libris, *Flamina sunt.* CIOFAN.

184. *Duraeque.*] *Diraeque* quatuor libri.

189. *Nunc equidem fateor.*] *Hanc* prim. Pal. Cantabr. prim. Vatic. prim. Basil. & multi alii. tres *Hoc.* Puto. *Nunc (equidem fateor &c) difficilem tenui caussam.* HEINS.

189. *Fas-*

Hunc tamen utilitas populi, fratrisque, datique
Summa movet ſceptri; laudem ut cum ſanguine penſet.
Mittor & ad matrem: quae non hortanda, ſed aſtu
Decipienda fuit. quo ſi Telamonius iſſet,
Orba ſuis eſſent etiamnum lintea ventis.
Mittor & Iliacas audax orator ad arces:
Viſaque & intrata eſt altae mihi curia Trojae.
Plenaque adhuc erat illa viris. interritus egi,
Quam mihi mandàrat communis Graecia, cauſſam:
Accuſoque Parin: praedamque, Helenamque repoſco:
Et moveo Priamum, Priamoque Antenora junctum.
At Paris, & fratres, & qui rapuere ſub illo,
Vix tenuere manus (ſcis hoc, Menelaë) nefandas;
Primaque lux noſtri tecum fuit illa pericli.

205 Lon-

189. *Faſſoque ignoſcat Atrides.*] Sic in eleg. de morte Tibulli:

-- *ignoſcite faſſo, Sollicitor nullos eſſe putare Deos.* CIOFAN.

190. *Difficilem cauſſam.*] Sic Cicero lib. IV. epiſt. 3. ad Atticum de Clodio, qui à Milone de vi fuerat accuſatus: *Habebat*, inquit, ille *quidem difficilem manifeſtamque cauſſam.* IDEM.

191. *Fraterque datique Summa movet ſceptri.*] *Fratrisque* tredecim libri. praeterea multi, *cura movet ſceptri.* ita & lib. V. Faſt. 72.

Ad hos urbis cura relata novae.

ubi & alii, *ſumma.* & ita *cura* pro imperio, praefectura millies ponitur. vide tamen ad Epiſt. VII. 12. BURM.

193. *Mittor & ad matrem, quae non hortanda, ſed aſtu Decipienda fuit.*] Non enim ſimpliciter ab illa filiam abſtulit, ſed ſub praetextu, quaſi nuptum daretur Achilli, qui alio pacto ad bellum Trojanum proficiſci nollet, niſi uxore accepta Agamemnonis filia, ut ex Iphigenia Euripidis patet. quanquam ibidem Euripides fingat, non oratorem Ulyſſem, ſed litteras ab Agamemnone ad uxorem Clytemneſtram miſſas. ſed Ovidius aliorum traditionem ſequitur. MICYLL. *Oranda* quatuor libri.

195. *Etiamnunc.*] *Etiamnum* S. Marci, Thuan. Oxon. pro *lintea* fragm. Caeſen. & Gronov. unus & Medic. *carbaſa.* HEINS.

196. *Mittor & Iliacas audax orator ad arces.*] Scribit Dares Phrygius, Diomedem & Ulixem miſſos eſſe ab Agamemnone ad Priamum, ut Helenam repeterent. Antenor apud Homerum III. Iliad. refert, Ulixem una cum Menelao ad Helenam repetendam miſſum: eosque ſe hoſpitio excepiſſe. CIOFAN. *Hortator* undecim libri. *in arces* tres.

198. *Plenaque ad.*] Significat ſe non noctu, ſed interdiu, cum adhuc curia viris eſſet plena, intrepide regem Priamum adiſſe. REGIUS. Immo plena, quum nondum tot proceres Trojanorum bello occiſi fuere. MICYLL.

198. *Interritus.*] *Non territus* pr. Gronov.

200. *Praedamque Helenamque repoſco.*] Ὕστερον πρότερον. CIOFAN.

201. *Et moveo Priamum.*] Significantiſſimè loquitur. *Movere* enim eſt unum ex oratoris officiis. IDEM. *Moneo* Oxon. Cantabr. Bent. & viginti alii.

201. *Priamoque Antenora junctum.*] *Junctum* dixit aut affinitate, aut quia aſſentiebat Priami ſententiae. Id quod probabilius eſt. De quo ita ipſe Ovid. Ep. V. 35.

Quid gravis Antenor, Priamus quid ſuadeat ipſe,
Conſule, queis aetas longa magiſtra fuit.

Et III. Art. 439.

Vix mihi credetis, ſed credite: Troja maneret
Praeceptis Priami ſi foret uſa ſenis.

Et IV. Faſt. 75.

Adjice Trojanae ſuaſorem Antenora pacis.

Horatius I. Epiſt. II. 9.

Antenor cenſet belli praecidere cauſſam.

Dares Phrygius: *Antenor Helenam Graecis cum illis, quae Alexander cum ea attulerat, ſuadet reddi.* Sed hoc totum habetur apud Homerum Iliad. H. 348. Ubi ita eſt:

Κέκλυτε μευ Τρῶες καὶ Δάρδανοι, ἠδ' ἐπίκουροι
Ὄφρ' εἴπω τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει.
Δεῦτι ἄγετ' ἄργε ἐν Ἑλένην, καὶ κτήματ' ἀμ' αὐτῇ
Δώομεν Ἀτρειδῆσιν ἄγειν. νῦν δ' ὅρκια πιστὰ
Ψευσάμενοι, μαχόμεσθα, τῷ οὐ νύτι κέρδιον ἡμῖν
Ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι, ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε.

Audite me Trojani, & Dardani, & auxiliarii, ut ego vobis exponam quod ſentio. Eja agite: Argivam Helenam, & cum eâ bona, quae huc ſecum advexit, Atridis reddamus. nunc autem foedera fida fallentes, pugnamus: quare nihil nobis ſpero perfectum iri, niſi fe-

Longa referre mora eſt, quae conſilioque manuque
Utiliter feci ſpatioſi tempore belli.
Poſt acies primas, urbis ſe moenibus hoſtes
Continuere diu; nec aperti copia Martis
Ulla fuit. decimo demum pugnavimus anno.
Quid facis interea, qui nil niſi proelia noſti?

Quis

fecerimus ita. Quinctus Smyrnaeus lib. II. ait, Pulydamanta, cui omnes Trojani aſſentiebantur, reddendae Helenae auctorem fuiſſe. Livius initio lib. I. Aenean quoque addidit. Cujus haec ſunt: *Jam primùm omnium ſatis conſtat, Trojâ captâ in ceteros ſaevitum eſſe Trojanos, duobus Aenea Antenoreque & vetuſti jure hoſpitii, & quia pacis reddendaeque Helenae ſemper auctores fuerant, omne jus belli Achivos abſtinuiſſe*, & reliqua. CIOFAN.

202. *Sub illo.*] Regius exponit illo tempore. male. eſt *duce Paride.* ut ſup. 23.

Moenia qui forti Trojana ſub Hercule cepit.

203. *Vix tenuere manus.*] Id eſt abſtinuerunt, ac per hoc parum abfuit, quin me interfecerint. M. Tullius lib. IV. Tuſc. Diſput. *Alexander, cùm interemiſſet Clytum, familiarem ſuum, vix à ſe manus abſtinuit. Tenere* aliquando valet aſſequi. Epiſt. XVI. 93.

Utque ego te cupio, ſic me cupiere puellae,
Multarum votum ſola tenere potes. CIOFAN.

203. *Scis haec Menelae.*] *Hoc* plerique. *ſcis ô* Cantabr. tert. Medic. & duo alii. probe. HEINS. *Hoc* praetuli. lib. XII. 440. *Scit tuus hoc genitor.*

203. *Manus nefandas.*] Nefas enim eſt Legatos violare. Ideo Cato dixit: *Caduceatori nemo homo nocet.* CIOFAN.

206. *Spatioſi tempore belli.*] Pugnatum eſt, inquit Dares Phrygius, apud Trojam annis decem, menſibus ſex, diebus duodecim. Poëtae verò, numeri rotundandi cauſſa dicunt decem annos. Sic etiam tradunt trecentos fuiſſe Fabios, qui contra Vejentes bellum ſuſceperunt; cum Dionyſius, Corn. Nepos, Livius aliique hiſtorici, uno excepto Eutropio, ſex & trecentos fuiſſe affirment. Bellum Trojanum Syagrus poëta, qui poſt Orpheum & Muſaeum exſtitit, primus ceciniſſe fertur, Aelianus lib. XVI. de Var. Hiſt. Scripſit & idem bellum Calliſthenes. Cicero lib. V. Famil. ad Luceium. IDEM. Qua ratione hoc bellum tamdiu tractum fuerit docebit optime Thucydides lib. I. cap. 10 & 11.

207. *Urbis ſe in moenibus hoſtes Continuere diu.*] Sic Caeſar lib. I. de Bello Civili: *Iter ſupprimunt, copiasque in caſtris continent.* Item ad Ciceronem citat Cariſius: *Neque pro cauto ac diligente, ſe caſtris continuit.* Cicero poſt Red. ad Quirites: *Magnam partem tectis ac tenebris continebantur.* Quod apertius ſignificat idem Caeſar lib. II. de Bello Gallico his verbis: *Simul quod quantum in ſe facinus admiſiſſent, intelligebant, legatos, quod nomen apud omnes nationes ſanctum inviolatumque ſemper fuiſſet, retentos ab ſe, & in Vincula conjectos.* CIOFAN.

211. *Requiris.*] *Requiras.* Junian. & Leidenſis, bene. Epiſt. VII. 83.

Si quaeras, ubi ſit formoſi mater Iuli.

Supr. III. 141. & alibi ſaepius: vid. & Epiſt. XVI. 173.

212. *Foſſas munimine cingo.*] Videtur ad foſſam reſpicere, quae a Graecis ante navium ſtationem ducta, & muro cincta fuit, quem poſtea Neptunus immiſſis fluminibus Phrygiae delevit. de qua re Hom. Iliad. MICYLL.

215. *Armandique.*] *Armandive* Mediceus.

216. *Ecce Jovis monitu deceptus imagine ſomni.*] Tot vocabula ſubſtantiva ſine adjectivo aut epitheto ullo non recordor uno verſu conjuncta alibi apud Naſonem occurrere. unde fit, ut erigendam orationem nonnihil cenſeam, ac ſcribendum proinde,

Ecce Jovis monitos deceptus imagine ſomnos Rex jubet.

cum nihil ſit familiarius aut majore in uſu Naſoni noſtro hujuſcemodi Graecismis, ut ubertim alibi locorum demonſtravimus. *Moniti ſomni* dicebantur, in quibus Dii, nunc hoc, nunc illud ſuggerentes ac monentes apparebant. nota haec etiam indoctis veterum ſuperſtitio. Claudianus appoſite de Diis itidem. I. Stil. 216. *Aut alite monſtrant,*

Aut monitos certâ dignantur imagine ſomnos.

quod egregie conjecturae noſtrae ſuffragatur. Valerius Maximus libro primo capite VII. §. 8. *Propioribus tamen, ut ita dicam, lineis Aterii Rufi equitis Romani ſomnium certo eventu admonitum eſt.* Quo loco cum vir ſummus, & rei Romanae ac Latinae orationis peritiſſimus, Juſtus Lipſius graviter ſit lapſus reponendo, *admotum eſt*, impoſitam quodammodo neceſſitatem mihi video hunc loquendi modum, etſi ſatis obvium, pluribus illuſtrare. Auſonius Odyſſea XV. *Telemachus a Minerva per ſomnium commonetur.* Florus libro IV. cap. 7. *Caeſaris medicus ſomnio admonitus eſt, ut Caeſar caſtris excederet.* Petronius in Satyrico cap. 106. de diis quoque, *Et quid feciſſent admonuerunt parè ſomniorum conſenſu.* apud Scholiaſtem antiquum Juvenalis Satyra VIII. v. 253. *Decii pater & filius ſomno moniti.* mox, *Cumque eſſent ſomnio admoniti.* Solinus cap. IX. *Aeſculapii ſacello incubantes aegritudinis remedia capeſſunt de monitis ſomniorum.* Silius X. 373. poſtquam Hannibalem in ſomniis

nar-

Quis tuus uſus erat ? nam ſi mea facta requiris ;
Hoſtibus inſidior : foſſas munimine cingo :
Conſolor ſocios ; ut longi taedia belli
Mente ferant placidâ : doceo quo ſimus alendi,
Armandive modo : mittor quo poſtulat uſus.
Ecce Jovis monitu, deceptus imagine ſomni,

Rex

narravit ab occupanda Roma deterritum :

Hos inter monitus ſomni, vanosque tumultus
Dedita per noctem reliquo cum milite caſtra
Nunciat, & praedam pleno trahit agmine Mago.

Ita malo quam *motus :* nam ſubjungit *celatis ſuperum monitis.* apud Virgilium etiam Aeneidos ſeptimo ℣ſ. 102. habes,

Reſponſa Patris Fauni monitusque ſilenti
Nocte datos.

Noſter de Iſide in ſomnis Telethuſam compellante, libr. IX. Met. 700. *Monuit thalamoque receſſit.* mox 779. Telethuſa ad Iſidem :

Conſilium monitumque tuum eſt.

Juvenalis Satyra VI. 528. de hac ſuperſtitione :

A Meröe portabit aquas, ut ſpargat in aedem
Iſidis, antiquo quae proxima ſurgit ovili ;
Credit enim ipſius dominae ſe voce moneri.
En animam & mentem, cum qua Di nocte loquantur.

Eadem Iſis apud Apulejum ſic fatur : *Nam meo monitu ſacerdos roſeam manu geſtabit coronam.* & mox : *Sed ſacerdos utcumque divino monitu cognitis ab origine cunctis cladibus meis.* Nec aliter capiendum marmor vetuſtum in opere Inſcriptionum Gruterianarum pag. LXXXII. ISIDI. SACRUM. EX. MONIT. EJUS. D. D. L. VALERIUS MEMOR. Sed de inſcriptionibus mox videbitur. Noſter denuo epiſtola IX. 39.

Me pecudum fibrae, ſimulacraque inania ſomni,
Ominaque arcana nocte petita monent.

Ita enim codices nonnulli manu exarati, cum in vulgatis *movent* circumferatur, etiam non male. apud Claudianum quoque libro III. Raptus Proſerpinae ℣ſ. 125. par ſcripturae diverſitas,

Somnia quin etiam variis infauſta figuris
Saepe monent.

De *monendi* verbo nonnihil jam praefatus eſt ad Statianas Silvas Gronovius Diatribes capite XXVI. apud Apulejum libro II. Metamorph. *Noctis imperiis monere.* & *per quietem moneri* apud Solinum. Plinius in epiſtolis lib. III. Ep. 5. ubi agit de patruo ſuo. *Quae cum Germanis geſſimus bella collegit. Inchoans, cum in Germania militaret, ſomnio monitus. adſtitit enim ei quieſcenti Neronis Druſi effigies.* Suetonius vita Caeſaris Octaviani : cap. 91. *Quamvis ſtatuiſſet tabernaculo non egredi, egreſſus eſt tamen amici ſomnio monitus.* Solinus cap. 1. *Liber pater ducem monuit per quietem, ſepeliri delicias ſuas ſineret.* Aeneas apud Maronem IV. 351.

Me patris Anchiſae, quoties aſtra ignea ſurgunt,
Admonet in ſomnis & turbida terret imago.

Hinc *monitura ſomnia* apud Statium lib. III. Silv. III. 203.

Inde vias morum longaeque examina vitae,
Affatusque pios monituraque ſomnia poſcam.

Recte igitur ac proprie interpres antiquus illud Divi Matthaei cap. II. ℣ſ. 22. χρηματισθεὶς δὲ κατ᾽ ὄναρ, vertebat, *& admonitus in ſomnis.* Inſcriptio antiqua apud Gruterum in magno opere, pag. LXXX. NEMESI. SANCTAE CAMPESTRI. P. AEL. P. F. ÆLIA. PACATUS. SCUPIS. SOMNIO. ADMONITUS. POSUIT. pag. LXII. SILVANO. SACR. ET. NYMPHIS. LOCI. ARETE. DRUIS. ANTISTITA. SOMNO. MONITA. D. pag. CII. M. AUR. PACORUS. SPEI. ARAM. CUM. PAEMENTO. SOMNIO. MONITUS. SUMPTU. SUO. D. pag. LXX. *viſu monitus* pari ſignificatione. ASCLEPIO. P. XELIUS. POLIO. VISU. MONITUS. POSUIT. pag. LXXX. L. VICTULIENUS. VICTORINUS. VISU. MONITUS. nec aliter intelligenda, quae in eodem opere Inſcriptionum frequenter occurrunt : *Imperio Dei poſuit. ex juſſu,* vel *juſſo, ipſius Dei poſuit ; ex religione & juſſu numinis poſuit ; ex viſu Deae Valentiae poſuit aut dedicavit. viſu juſſus poſuit. ex viſu* vel *ex viſo poſuit ; Imperio Dei fecit. juſſus* vel *juſſa fecit. ex praecepto Deorum poſuit ; ex imperio Deorum dedicavit.* Ut igitur ad Naſonem revertar, cur *monitos ſomnos* huc loci revocarem etiam praeter rationes jam prolatas codices vetuſtiſſimi compulerunt. Certe pro *monitu* Mediceus ſecundus & unus ex meis, *monitus. monito* Arundelianus. ex Mediceis alius quidam, *monitor. monitis* unus ex Gronovianis. *nitu* fragmentum Boxhornianum, truncato vocabulo. Hos Deos, qui ſomniantibus apparebant frequenter, maxime propitios & ἀλεξικάκους credebant. Graecis ὀνειροπομποὶ, Latinis *Somniales* dicebantur. Hercules ἀλεξίκακος apud Graecos ſcriptores paſſim occurrit, qui HERCULES SOMNIALIS in veteri inſcriptione, a Salmaſio Solinianis Exercitationibus in medium prolata, nuncupatur : CULTORES HERCULIS SOMNIALIS. HEINSIUS. Vix perſuadet Heinſius, & duriſſimum hunc Graecismum paucis, puto, approbabit. neque inſolentem illum ablativorum concurſum, aliquot exemplis oſtendit eruditiſſimus Schultingius ad Senec. Suaſor. VII. & Gifan. Indic. Lucret. in *caſus ſextus.* ſic apud Juſtin. XXII. 5. *ut terminari* (gloria), *nullo tempore oblivione poſſit.* ubi temere etiam Faber legit, *nulla temporis oblivione.* & in his ſaepe unus

Rex jubet incepti curam dimittere belli.
Ille poteſt auctore ſuam defendere cauſſam.
Non ſinat hoc Ajax: delendaque Pergama poſcat:
Quodque poteſt, pugnet. cur non remoratur ituros?
Cur non arma capit? dat, quod vaga turba ſequatur?
Non erat hoc nimium, numquam niſi magna loquenti.
Quid? quod & ipſe fugis? vidi, puduitque videre,
Cum tu terga dares, inhoneſtaque vela parares.
Nec mora, Quid facitis? quae vos dementia, dixi,
Concitat, ô ſocii, captam dimittere Trojam?
Quidve domum fertis decimo, niſi dedecus, anno?
Talibus atque aliis, in quae dolor ipſe diſertum
Fecerat, averſos profugâ de claſſe reduxi.
Convocat Atrides ſocios terrore paventes:
Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere quidquam
Auſit. at auſus erat reges inceſſere dictis

Ther-

ablativus tempus, alius modum, vel aliud quid notat, aliquando locum, vel diverſum quid. ſic Nepos Regib. 1. *Maximis exercitibus terraque marique bellum intulit.* & ſimilia, quae vid. in notis Cl. Perizon. ad Sanctii Miner. IV. VI. 18. ubi praepoſitionem ſubintelligi eſt manifeſtum. Ita hic ergo *monitu* Jovis eſt *ex monitu*, ut ſaepe in lapidibus, quos Heinſius adducit. in quibus promiſcue *monitu* & *ex monitu.* ceterum vera & docta ſunt, quae de verbo *monere* notat. vid. & Brouckh. ad Tibul. III. IV. II. BURM.

218. *Suam defendere vocem.*] *Suam cauſam* rectius Bernegger. prim. Moreti aliique complures. Nonnulli, *culpam*, minus bene. HEINS.

220. *Remoratur ituros.*] *Solatur ituros* duo ſcripti. *remoretur* Medic. tert.

221. *Det quod vaga turba ſequatur.*] *Dat* cum tribus ſcriptis, quod praecedentia requirunt. HEINS.

223. *Quid? quod & ipſe fugit.*] *Fugis* malo cum uno Palatino, Zulich. & tribus aliis. IDEM.

224. *Bella pararet.*] *Vela* legendum eſt, non *bella*, ut fere in exemplaribus eſt depravatum. REGIUS.

228. *In quae dolor ipſe.*] *In quae dolor ire diſertum* Arund. ut apud Virgil. IV. Aeneid. 413. *Ire in lacrimas.* HEINS.

229. *Adverſos profugâ de claſſe reduxi.*] *Averſos* cum melioribus ſcriptis reponendum. IDEM.

229. *Reduxi.*] *Retraxi* Langer. & Argent. quod quidem verbum proprie de iis, qui ex fuga retrahuntur, ut apud Terentium, Juſtinum & alios occurrit. & ſi de Ajace ageretur probarem. ut mox de eo utitur. ℣ſ. 237. ubi etiam in quibusdam codicibus, *reduxi.* ſed quia de reliquis loquitur, *reduxi* retineo, quaſi illi moti facundia Ulixis, & in pudorem dati facile, & quaſi ſua ſponte redierint. vid. & infr. ℣ſ. 333. & ſic lib. III. Amor XI. 37.

Nequitiam fugio, fugientem forma reducit. BURM.

230. *Convocat.*] *Concitat* Langerm.

231. *Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere.*] Vide num poſuerit *nunc* pro *tunc*, ut ſaepe fit. ceterum de Ajacis in principes rebellione eo in libro haud ſcio an meminerit Homerus, ſed de prioribus annis hoc κατὰ σιωπὴν intelligi poteſt, opinor. GLAREAN.

232. *Audet & auſus erat.*] *Audeat* prim. Palat. prim. Vatic. Cantabr. Flor. S. Marci, Urbin. prim. Erfurt. & ſex alii. *Audet ut* Bernegger. Thuan. ſec. Palat. Juret. & quindecim alii. *Audet, at auſus* Arondel. alter Hamburg. & alii decem. *Auſus at auſus* unus Ambroſ. *Audit & auſus* unus meus. alius, *Auſus & auſus.* Oxon. *Auſit & auſus.* Lege, *Auſit. at auſus erat.* pro *protervus* repone mox, *protervis.* dictis videlicet. ita prior Erfurt. tertius Mediceus & alii circiter viginti. pro *Telamoniades* fragmentum Caeſen. *Telamonides.* HEINS.

234. *Et trepidos cives.*] Sic accipe ac conjunge has voces. CIOFAN. Nimirum legit ille, *hoſtes*, ut multi codices habent.

235. *Refundo.*] Hoc verbo utuntur jurisconſulti. CIOFAN. *Refundo* Juret. prim. Moret. Boxhorn. Bernegger. multique alii. Idem Bernegger. ut & Arondel. pro diverſa lectione, *repono.* quomodo & prim. Baſil. & ad Horatii III. Od. 5. Theodorus Marcilius. ſic & apud Stat. Theb. VI, 591.

Ignea tollunt
Crura, brevemque fugam nec opino fine reponunt;

unus Mediol. *refirmo*, unus Voſſ. *reformo.* unus meus,

Therſites, etiam per me haud impune, protervis.
Erigor: & trepidos cives exhortor in hoſtem:
Amiſſamque meâ virtutem voce repoſco.
Tempore ab hoc quodcumque poteſt feciſſe videri
Fortiter iſte, meum eſt: qui dantem terga retraxi.
Denique de Danaïs quis te laudatve petitve?
At ſua Tydides mecum communicat acta:
Me probat: & ſocio ſemper confidit Ulixe.
Eſt aliquid, de tot Grajorum millibus, unum
A Diomede legi. nec me ſors ire jubebat:
Sic tamen & ſpreto noctisque hoſtisque periclo,
Auſum eadem, quae nos, Phrygiâ de gente Dolona
Interimo: non ante tamen quam cuncta coëgi
Prodere: & edidici quid perfida Troja pararet.
Omnia cognoram: nec, quod ſpecularer, habebam:
Et jam praemiſſâ poteram cum laude reverti.

Haud

meus, *rependo*. Putem, *reprendo*, eleganter, ut ad fugientes ſocios reſpiciat, quomodo apud Livium: lib. XXXIV. 14. *Adeo turbati erant dextrae alae equites peditesque, ut quoſdam Conſul Cato manu ipſe reprenderit verteritque in hoſtem.* Lucretius lib. VI. 567.

——— *nulla refrenet*
Res, neque ab exitio poſſit reprendere.

apud Propertium, III. XVII. 9.

Quam poſſit quisquam noſtros reprendere curſus.

pro, ex fuga retrahere, Epiſt. XI. 53.

Continuo gemitus elapſaque verba reprendo.

ubi multi codices etiam, *rependo*. Met. XV. 526. de Hippolyto direpto,

Membra rapi partim, partim reprenſa relinqui.

hoc eſt, tanquam ex fuga retracta vepribus adhaerere. plura ad Juſtini lib. XXXVIII. Graevius & ad Vellej. II. 130. Acidalius. Heins.

237. *Qui dantem terga retraxi.*] *Quem dantem* meliores. Idem. Durior ille concurſus vocum in *em* exeuntium, & quod a librariis profectum fuit, qui metuebant Orbilium, ſi poſt *meum* eſt, ſequeretur, *qui*. ſed vid. ad I Triſt. v. 41. praeterea *reduxi* hic Junian. male vid. ℣ſ. 229. *repreſſi* Cantab. Burm.

238. *Petitve.*] Sc. ſocium Ciofan. *Probatve* Cod. Menard. & alius.

240. *Confidit Ulyſſe.*] *Ulixi* Florentinus S. Marci. Heins. vid. ad lib. X. 69.

241. *Eſt aliquid.*] Sic Remed. 482.

Eſt aliquid valida ſceptra tenere manu.

Et in Faſtis: VI. 29.

Eſt aliquid nupſiſſe Jovi.

Quem locum profert Budaeus in Comment. linguae Graecae de τῷ loquens: aitque valere *praeclarum*. Ciofan.

242. *A Diomede legi.*] Quaſi dicat à viro fortiſſimo. Eſt autem emphaſis quaedam in nomine *Diomede*. Verùm contra hanc ſententiam reſpondentem induxerat Ajacem Theodectes, qui Tragoediam de armorum judicio conſcripſerat. Ejus verborum ſenſum ita refert Ariſt. ſub finem lib. II. de Arte dicendi. *Quòd Diomedes*, utar Mureti praeceptoris mei interpretatione, *Ulixem ſibi prae ceteris comitem elegerit; non quia eum magni faceret, ſed ut comitem inferiorem haberet.* Ciofan.

243. *Sed tamen &c.*] *Sic tamen* S. Marci, prim. Reg. alter Hamburg. Urbin. Cantabr. ſec. Palat. & alii quinque. Idem. Vid. ad Epiſt. XI. 219.

244. *Auſum eadem quae nos.*] *Auſum etiam* S. Marci, Urbin. Neapol. prim. Erfurt. & multi alii. unus, *qui nos*. Forte, *Auſum eadem nobis*. Vide Notas ad lib. I. Amor. El. IV. Noſter ſupra,

Et nunc ille eadem nobis juratus in arma.

Idem. Sed aeque elegans & Latinum magis eſt, *eadem quae nos*, cum altera locutio Graecismus ſit. Noſter lib. VI. Faſt. 267.

Veſta eadem eſt quae terra,

& ita Cicero centies, & alii. Burm.

244. *Dolona Interimo, &c.*] Huc faciunt illa ex epiſt. I. 39.

Rettulit & ferro Rheſumque Dolonaque caeſos,
Utque ſit hic ſomno proditus, ille dolo.
Auſus es ô nimium, nimiumque oblite tuorum,
Thracia nocturno tangere caſtra dolo. Ciofan.

246. *Perfida.*] *Maxima* Oxon.

247. *Nec quid ſpecularer.*] *Nec quod* cum optimo Florent. prim. Erfurt. prim. Moret. prim. Twiſden. & uno meo. Heins. Vide lib. XII. 290. X. 372. Virgilius tamen Ecl. II. 2.

Nec quid ſperaret habebat.

Haud contentus eâ, petii tentoria Rheſi:
Inque ſuis ipſum caſtris comitesque peremi.
Atque ita captivo victor votisque potitus
Ingredior curru laetos imitante triumphos;
Cujus equos pretium pro nocte popoſcerat hoſtis.
Arma negate mihi: fueritque benignior Ajax.
Quid Lycii referam Sarpedonis agmina ferro
Devaſtata meo? cum multo ſanguine fudi

Coe-

in Cantabrig. erat, *nec quod ſpoliarer habebam.* quod ſi ſciviſſet vir doctus, qui Bibliothecae noviſſimae, quae Halae nuper prodiit, Sect. IX. Obſer. 4. minime probabilem loci Petroniani correctionem exhibuit, avide arripuiſſet; ille enim in capite LXVII. corrigebat, *Sic nos hae calae deſpoliantur:* & exponit pro *deſpoliant.* BURM.

248. *Promiſſâ cum laude.*] *Praemiſſâ* prim. Erfurt. prim. Moret. tert. quart. Medic. & multi alii. rectè. forte & *promerita* legi poſſet. mox, *Haud contentus eâ* reſcribo, *laude* nimirum; non *eo*, cum Langerm. & uno Mediceo. HEINS. Vir Cl. probat quorumdam librorum lectionem, *praemiſſa.* miror equidem: nam per *promiſſam laudem* intelligit gloriam, quam ſibi ex ejusmodi facinore *promiſerat*, id eſt, *ſperarat.* TAN. FABER. Lib. II. Epiſt. 69. vid. inf. XV. 348.

254. *Fueritque benignior Ajax.*] Sic repoſitum eſt in uno Maff. quo modo antea legeretur divinare non poſſum. In uno meo & Farneſ. *Fuerit benignior Ajax.* In altero antiquiore, *Fuerat &c.* ſine *q.* Quo adductus eſt ingenioſiſſimus, & numquam ſatis laudatus, M. Ant. Muretus, ut legeret, *Ferat haec ut dignior Ajax.* Cui libentiſſimè aſſentior: nam *Benignior* hic locum habere poſſe non videtur: niſi quis velit ab agris, ſive arboribus, quae, cùm fructus ferunt, *benignae* appellari ſolent, metaphoram duci. Studioſi rem diligentius conſiderent. CIOFAN. in Mſ. expreſſè iſta leguntur, ut ſunt edita. Et eſt ironia, quaſi dicat, ſitque melius de vobis meritus Ajax quam ego. BERSMAN. *Fuerit quod dignior* unus Baſil. *fuerit quia dignior* Excerpta Calandrae. *fuerit quoque dignior* ſec. Ambroſ. *fueratque* Arondel. Puto, *tuleritque ea dignior Ajax.* vel *fueritque his dignior.* Sed nil fortaſſe mutandum, ut *benignior* paſſive ſumatur, pro eo qui benigne habetur. cujus tamen ſignificationis aliud exemplum quaero. Ita ſit *benignior*, gratioſior. HEINS. Immo *benignior* eſt magis popularis, blandus; ut ideo obtineat quae velit: vide quae de hac voce notavimus ad Petron. XLIV. BURM.

256. *Ferro devaſtata meo.*] Eleganter Francof. *Marte devaſtata meo.* quod plus notat, quaſi ductu ſuo, non tantum opera ſint devaſtata. ita mox *Heſperio concurre Marti* 275. vid. ad lib. VI. 464. & ita apud Petron. cap. CXXI. legi rectè poſſet cum Heinſio.

Cerno equidem gemino jam ſtratos marte Philippos.
BURM.

257. *Coeranon.*] Mariangelus in Diatribis legebat hos verſus hoc modo:

Coeranon, Hippaſiden, & Alaſtoraque, Chromiumque,
Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Prytaninque.

Et ex Homeri verſibus, ab aliis adductis, confirmabat. Caeranus memoratur alius pater Polyidi vatis. Vid. Sch. Pind. XIII. Olymp. 105. ubi inter interpretes non conſtat, an Polyidus ἐπιχώριος μάντις dicatur reſpectu Corinthi, ubi res, de qua ibi Poëta, agitur, an ratione Bellerophontis, qui ex Lycia veniebat. quod ſi procedat, hic Caeranus Lycius Sarpedonis ſocius aliquem cum eo ſanguinis ſocietatem habere poſſet. ſed hoc obſcurum. IDEM.

257. *Caeranon.*] Iphithi filium, ferè autem eos, qui hoc loco ab Ulyſſe enumerantur, & Sarpedonis ſocios fuiſſe, & ab Ulyſſe interfectos, in v. Iliados ſcribit Homerus. REGIUS. Homeri verſus ſunt: Iliad. E. 677.

Ἐνθ' ἄγε Κοίρανον ἷλεν, Ἀλάστορά τε, Χρομίον τε,
Ἀλκανδρόν θ', Ἅλιόν τε, Νοήμονά τε, Πρυτανίν τε.

de Thoone autem & ceteris qui ſequuntur Iliad. Λ. mentio fit his verſibus: 422.

Αὐτὰρ ἔπειτα Θόωνα καὶ Ἔννομον ἐξενάριξε,
Χερσιδάμαντα σ' ἔπειτα καθ' ἵππων αἰξαντα.

Et paulò poſt:

Οὐδ' ἄρ Ἱππασίδην Χάροπ' οὐτασε δουρὶ,
Αὐτοκασίγνητον εὐηγενέες Σάκοιο.

Ubi & illud notandum, *Cherſidamantem* & *Ennomon* dici apud Homerum, qui vulgo hic *Pheridamas*, & *Eunomus* leguntur. MICYLL.

257. *Iphitiden.*] Lego, *Hippaſiden*, id eſt, Socum Hippaſi filium, ab Ulyſſe interfectum, ut narrat in Iliados II. lib. & nos in prima Collectaneorum hecatoſty diximus cap. 26. ubi etiam docuimus verſu ab hoc tertio non, *cum Pheridamante*, ſed & *cum Cherſidamante* ejusdem Homeri auctoritate in eodem loco eſſe legendum. CONST. FAN. Prima haec duo carmina ſunt ex Iliad. V. quorum alterum Virgil. lib. IX. Aeneid. ad finem habet. Tertium eſt ex Iliad. II. ubi tamen *Cherſidamante*, non *Iphidamante* legitur. quare ex his locis hic nomina re-

Coeranon, Hippaſiden, & Alaſtoraque, Chromiumque,
Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Prytaninque,
Exitioque dedi cum Cherſidamante Thoona,
Et Charopen, fatisque immitibus Ennomon actum:
Quique minus celebres noſtrâ ſub moenibus urbis
Procubuere manu. ſunt & mihi vulnera, cives,
Ipſo pulchra loco. nec vanis credite verbis.
Adſpicite en (veſtemque manu diducit) &, Haec ſunt

Pe-

reſtituenda ſunt. Glarean. *Iphitiden & Alaſtoraque* veteres plerique. Heins. Offendit tamen illud, *Et Alaſtoraque.* in Neapolit. erat, *& Alaſtora Charoniumque.* in Urbin. *Et Aletora Charoniumque.*

258. *Pritanimque.*] Scribe, *Prytaninque.* ex Homero Iliad. E. 677. pro *Cherſidamante*, *Chreſidamante* nonnulli. Bernegger. Thuan. ſec. Palat. Oxon. multique alii, *Pheridamante.* Heinsius. *Thoonta* Cod. Menardi.

259. *Exitioque dedi.*] Sic legendum. ſic Amor. 15.

Carmina ſublimis tunc ſunt peritura Lucreti,
Exitio terras cùm dabit una dies.

Ciofan. *Excidioque dedi.* Medic.

260. *Fatisque immitibus Eunomon.*] In meo antiquiore & Farneſ. *Enomon.* In altero, *Ennemon.* In illis per ſimplex *N*, in hoc per duplex, & ita in uno Maffei. Quare non dubium eſt, quin rectè & ingenioſe animadverterit ille, qui addidit annotationes Regii Commentariis, cui quicumque hisce litteris, & Ovidio, ſe oblectat, plurimum debet. Legit enim, Homeri auctoritate, *Ennomon:* quo modo teſtatus ſum legi in duobus lib. ſcriptis. Facilè autem contingere potuit, ut *N* in *V* verteretur. Quod ſaepiſſimè nos vidimus contigiſſe. In hac ſecunda impreſſione animadverti, quem nunquam videram, Mariangelum hunc ipſum quoque locum cum Homeri loco contuliſſe: ut mirer auctorem illum, quem meritò hac quidem in re laudibus extuli, ipſius Mariangeli mentionem nullam feciſſe, qui omnia, quae ille jam pridem notaverat, repetiit. Sed fieri poteſt, ut ejus labores non legerit. Ego hominis liberaliter inſtituti eſſe judico, quenquam ſua laude defraudari non debere. De Ennomo ſic Auſonius: Epitaph. 204.

Ennomus hic Chromiusque jacent, queis Myſia regnum,
Queis pater Alcinus, Oceanusque atavus.
Nobilitas quid tanta juvat? quo clarius iſtis
Eſt genus, hoc mortis conditio gravior.

Ciofan.

262. *Sunt & mihi vulnera, cives, Ipſo pulchra loco: nec vanis credite verbis: Adſpicite, en.*] Militibus cicatrices, quas ab hoſte acceperant, oſtentare maximum erat ornamentum apud antiquos. Docet hoc C. Marius apud Salluſtium. De Bello Jugurthino, cui vitio dabatur generis ſui novitas: quòd nemo ex eo conſulatum, aut alios honores geſſiſſet. Verba ejus haec ſunt, in oratione, quam habuit ad Quirites: *Non poſſum fidei cauſſa imagines, neque triumphos, aut conſulatus majorum meorum oſtentare: at, ſi res poſtulet, haſtas, vexillum, phaleras, alia militaria dona, praeterea cicatrices adverſo corpore.* Ciofan. *Vulnera teſtes* Sixi & unus Medic. Forte, *Sunt en mihi vulnera teſtes.* Vide Notas Faſt. IV. ỳſ. 885. Heins. *Sunt o* Baſil. & Gronov.

263. *Ipſo pulchra loco.*] Pectus denotat, ubi vulnera excepta fortitudinem & decus oſtendunt. Aeneas apud Virg. lib. XI. 55. de Pallante à Turno interfecto.

—— *At non Evandre pudendis*
Vulneribus pulſum aſpicies: nec ſoſpite dirum
Optabis nato funus pater.

Contrà pudori erat illi, cui à tergo vulnera illata eſſent, quae metum atque ignaviam prae ſe ferebant. Depromptus eſt autem hujusmodi geſtus ex ipſa arte, quae in Romano foro vigebat, in quo hic Noſter ſumma cum laude verſatus erat. Qui autem talem agebat geſtum, ita judices ad miſericordiam commovebat, ut pro ſe judicare cogerentur. De quo Craſſus Antonium alloquens II. De Oratore: cap. 28. *Quod enim ornamentum, quae vis, qui animus, quae dignitas illi Oratori defuit, qui in cauſſa peroranda non dubitavit excitare reum conſularem, & ejus diloricare tunicam, & judicibus cicatrices adverſas ſenis imperatoris oſtendere?* Et Antonius ibidem: *Senſi equidem tum magnopere moveri judices, cùm excitavi maeſtum ac ſordidatum ſenem, & cum iſta feci, quae tu, Craſſe, laudas, non arte, de qua quid loquar neſcio, ſed motu magno animi ac dolore, ut diſcinderem tunicam, ut cicatrices oſtenderem, cùm C. Marius maerorem orationis meae praeſens ac ſedens multis lacrimis ſuis adjuvaret: &c.* Hujus rei meminit M. Tullius lib. V. in Verrem. in initio. quem vide. Ciofan.

264. *Veſtemque manu deduxit.*] Ita omnes libri ſcripti: itaque legendum ſupra etiam docuimus. Juven. Sat. XIII. 132.

—— *nemo dolorem*
Fingit in occaſu, veſtem deducere ſummam;
Contentus vexare oculos humore coacto.

Sic eſt in perveteri typis excuſo & in ſcripto libro,

Pectora ſemper, ait, veſtris exercita rebus.
At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sanguinis in ſocios: & habet ſine vulnere corpus.
Quid tamen hoc refert; ſi ſe pro claſſe Pelaſgà
Arma tuliſſe refert contra Troasque Jovemque?
Confiteorque tulit: neque enim bene facta malignè
Detrectare meum eſt. ſed nec communia ſolus
Occupet, atque aliquem vobis quoque reddat honorem.
Repulit Actorides, ſub imagine tutus Achillis,
Tröas ab arſuris cum defenſore carinis.
Auſum etiam Hectoreo ſolum concurrere Marti
Se putat, oblitus regisque, ducumque, meique;

No-

bro, qui adſervatur in Bibliotheca Alexandri Farneſii Cardinalis. ſicque ſcriptum eſſe memini me vidiſſe in alio libro, quem tribus abhinc annis donavi Fulvio Urſino, viro optimo ac Romanae urbis lumini, omnisque antiquitatis peritiſſimo; cujus rei in eo libro, quem De Romanorum Familiis inſcripſit atque edidit, ſpecimen dedit: ex quo omnes ſummos fructus, non mediocri cum voluptate, percepturos fore confido. de quo opere ſic ipſe cecini:

Dum ſibi quisque ſtudet nomen famamque parare,
Ærumnas tolerat nocte dieque graves.
Hinc meus Urſinus, Graecae Latiaeque Camoenae
Summus honor, fretus, nobile fecit opus.
Sed quid eum dixi hoc nomen famamque parare?
Jampridem id ſummo quaeſiit ingenio.
Quippe dedit ſpecimen rara virtute refertum,
Quod propter toto multus in orbe nitet.
At modò percupidus cunctis prodeſſe, vetuſtos
Collegit nummos, expoſuitque ſimul:
Et docuit, quo quisque loco deduxerit ortum,
Quodque domi & belli geſſerit imperium.

Deducere quoque eſt in quatuor veteribus exemplaribus Bibliothecae Vaticanae, è quibus eſt unum, quod eam prae ſe fert antiquitatem, ut vetuſtate cum aliis omnibus ſcriptis libris comparari poſſe exiſtimem:

—— *nemo dolorem*
Fingit in occaſu, veſtem deducere ſummam

Contentus. Sed non celabo lectorem, locum hunc Juvenalis multo rectius legi in libro ſcripto Petri Galeſii Hiſpani, viri & ingenio acutiſſimo, & doctrina planè ſingulari. & in alio Vatican.

—— *nemo dolorem*
Fingit in hoc caſu, veſtem deducere ſummam

Contentus, &c. Quo modo ex ingenio legendum nuper conjecerat Muretus. *Deducere* reperitur etiam in altero lib. veteri ejuſdem Petri. Ciofan. *Deduxit* cum melioribus ſcribendum. ut jam alibi monitum eſt. niſi mavis *deducit* cum prim. Hamburg & quinque aliis. Heins. Sed nos, cur *diducit* probemus, rationes adduximus ad lib. I. Amor. VII. 47.

265. *Veſtris exercita rebus.*] *Curis* Gronov. pr. & duo alii. ut lib. VII. 634.

—— *& curis exercita corpora ſomnus.*
Occupat.

& lib. XV. 768.

Solane ſemper ero juſtis exercita curis.

266. *Impendit.*] *Expendit* Sixi & unus Heinſii: argute quidem, ſed *impendit* praefero, propter locum Curtii, & alia adducta a Gronovio ad Senec. Herc. Fur. 24. plura videbimus ad Val. Flacc. IV. 581. Burm.

267. *Et habet ſine vulnere corpus.*] Habent fabulae, Herculem aliquando Salaminem veniſſe ad Telamonem, ibique cum Ajacem adhuc infantem conſpexiſſet, circumdediſſe illi τὴν λεοντὴν ſuam, precatumque, ut qua puer ille tegeretur, invulnerabilis foret. Quod ita factum, fuiſſàque Ajacem toto corpore invulnerabilem, praeterquam latere: id enim contectum non fuerat. Hinc infra quoque ſequitur:

Dixit, & in pectus tum demum vulnera paſſum,
Qua patuit ferro lethalem condidit enſem.

Meminit fabulae & Pindarus Iſthmiorum Ode quinta. Micyll.

268. *Claſſe Pelaſga.*] *Claſſe, Pelaſgi* Argent. & quatuor Moreti. ut Vſ. 13. 128. & alibi. de *claſſe* Cantabr.

270. *Neque enim benefacta malignè Detrectare meum eſt.*] A conſuetudine ſua rurſus judicum benevolentiam ſibi conciliat: aſtuteque adverſarium eisdem, quod honore ab eo privatos eſſe ait, odioſum reddit: utpore qui omnia, quae jam adverſus hoſtes communiter à Graecis geſta erant, ſibi adſcripſerat. In uno autem Vatic. & uno meo, non *aliquem vobis*, ſed *nobis* legitur. Superior lectio

Nonus in officio, & praelatus munere ſortis.
Sed tamen eventus veſtrae, fortiſſime, pugnae
Quis fuit? Hector abit violatus vulnere nullo.
Me miſerum, quanto cogor meminiſſe dolore
Temporis illius; quo Grajûm murus Achilles
Procubuit! nec me lacrimae, luctusve, timorve
Tardarunt, quin corpus humo ſublime referrem.
His humeris, his, inquam, humeris ego corpus Achillis,
Et ſimul arma tuli: quae nunc quoque ferre laboro.
Sunt mihi, quae valeant in talia pondera, vires:
Eſt animus veſtros certè ſenſurus honores.
Scilicet idcirco pro gnato caerula mater

Am-

ctio majus oſtendit artificium, quo Ulixes à crimine ab Ajace objecto ſe excludit. Ciofan. *Detractare* & hic multi. vid. v. Met. 246.

271. *Modo ne.*] *Sed ne* plerique veteres. *ſed nec* quinque. quod placet. mox pro

—— *atque aliquem nobis quoque reddat honorem*,

vobis legendum; ut vetuſtiores exhibent. Conatur enim omni arte odioſum Graecis facere Ajacem. *aut aliquem* Florent. S. Marci, Neapol. & multi alii. *cedat honorem* unus meus ex melioribus. Heins. *Occupet acta, aliquem* ſec. Pal. & duo alii.

273. *Reppulit.*] *Rettulit* S. Marci & alii duo. forte, *Rettudit.* Heins. *Tectus Achillis* Baſil. *ſed imagine* multi. rectius, ut non per ſuam virtutem Patroclus haec ediderit. vid. ad Petron. cap. CXXVIII. Martial. VI. 78.

Miſceri ſibi protinus deunces,
Sed crebros jubet.

Lucan. IV. 342.

—— *gerit omnia victi,*
Sed ducis. Burm.

275. *Hectoreis telis.*] *Hectoreo Marti* plurimi veteres. optime. Heins. Vide modo ad ỳſ. 256. *Hectoreis flammis* duo. *Hectoreo telo* totidem. *contendere* tres.

276. *Ducisque.*] Menelai. Regius. & Patrocli, qui ſimulatus Achilles, exercitum ducebat. falſus eſt hic Regius. Ciofan. *Meique, ducisque* multi ex vetuſtioribus. Scribe, *ducumque.* Novem enim fortiti erant, ut ex Homero diſcimus. Rex erat ſolus Agamemnon, reliqui duces. notus Senecae verſus in Agamemnone:

Rex ille regum, ductor Agamemnon ducum.

Ovid. Epiſt. VIII. 46. *Dux erat ille ducum.* Liv. XLV. cap. 27. *Rex ille regum.* unico verbo Homero Il. I. 69. Βασιλεύτατος dicitur. Heins. Immo ipſe Ciofanus falſus hic eſt: nam inter novem duces, quos Homerus enumerat Iliad. H. 161. neque Patroclus, neque Menelaus recenſetur. Menelaus quidem cum Hectore voluit concurrere, ſed ab Agamemnone prohibitus. Homerus vero non ultimum in officio, ut Naſo ait, Ajacem, ſed Ulixen nominat. Ovidius invidioſe haec mutat. Burm.

278. *Fortiſſime.*] *Saeviſſime* Thuaneus. deinde, *quid fuit* fragm. Moreti.

280. *Quanto cogor.*] *Quantum dolorem* Argent. & Thyſii. *quanti doloris* unus Baſil.

281. *Quo Grajûm murus Achilles.*] Τεῦχος Ἀχαιῶν, *Murus Argivûm.* Haec Muretus. qui praeclarè & ingenioſè emendat illud, quod legitur apud Fabium lib. VIII. cap. VI.

Ferrone, an fato murus Argivûm occidit?

In vulgatis peſſimè legitur, *Ferro, an fato metus Argivûm occidit.* Ciofan. Catal. Pith. 97.

Defenſor patriae, juvenum fortiſſimus Hector,
Qui murus miſeris civibus alter erat.

Vid. Barth. ad Claud. IV. Conſ. Hon. 108. & Waſſ. ad Salluſt. Catil. 61. *quo Grajis murus* unus Medic. Burm.

282. *Nec me lacrimae, luctusque, timorque tardarunt.*] In uno meo, *Nec me lacrimae, luctusque, dolorque.* Ciofan. *Dolorque* etiam in Voſſiano & duobus aliis.

283. *Sublime referrem.*] *Levarem* ſec. Palat.

284. *His humeris.*] Variant autem hoc loco poëtae. Nam Calaber non à ſolo Ulyſſe, ſed à principibus Graecorum communiter relatum corpus Achillis dicit lib. III. ỳſ. 384.

Τέυνεκά μιν βασιλῆες ἀπὸ Πολέμου ἐρύσαντες
Ἀμφὶ νίκῃ Φορέοντο ἀπείριτον, εὖτε φέροντες,
Κάτθεσαν ἐν κλισίῃσι νεῶν προπάροιθε Θοάων.
Micyll.

284. *Ego corpus Achillis.*] *Ego ſolus Achillem* unus Mediceus.

287. *Senſurus.*] *Cenſurus* Junian.

288. *Pro nato.*] *Gnato* alter Strozzae. Heins.

289. *Coe-*

Ambitioſa ſuo fuit, ut coeleſtia dona,
Artis opus tantae, rudis & ſine pectore miles
Indueret? neque enim clypei caelamina norit,
Oceanum, & terras, cumque alto ſidera coelo,
Pleïadasque, Hyadasque, immunemque aequoris Arcton,
Diverſasque urbes, nitidumque Orionis enſem.
Poſtulat ut capiat, quae non intelligit, arma.
Quid? quod me, duri fugientem munera belli,
Arguit incepto ferum acceſſiſſe labori?
Nec ſe magnanimo maledicere ſentit Achilli?
Si ſimulaſſe vocat crimen; ſimulavimus ambo.
Si mora pro culpâ eſt; ego ſum maturior illo.
Me pia detinuit conjux: pia mater Achillen:
Primaque ſunt illis data tempora, cetera vobis.
Haud timeo, ſi jam nequeo defendere crimen
Cum tanto commune viro. deprenſus Ulixis
Ingenio tamen ille; at non Ajacis, Ulixes.
Neve in me ſtolidae convicia fundere linguae

Ad-

289. *Coeleſtia dona.*] *Vulcania dona* Graevianus pro diverſa lectione. HEINS.

291. *Indueret.*] *Induerit* Argent.

291. *Caelamina novit.*] *Norit* Bernegg. & octo aut decem alii. bene. HEINS. Etiam *norit* Francof. in deſcribendo clypei caelamine ſobriè Noſtrum & decore, nec niſi initium Homericae deſcriptionis ſibi ſumſiſſe laudat Broukhuſius, & Graecum vatem plus quam credi poſſit ineptire & luxuriare in Iliad. XVIII. notaverat. quo Patrono Gallici Homeromaſtiges ſe tueri poterunt.

293. *Pleiadasque.*] Verſus Homeri ſic habet: Iliad. Σ. 487. Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι. Solum autem ex omnibus hoc ſydus nunquam occidit, ac idcirco ab Homero quoque aequoris expers dicitur eſſe. His verbis, οἴη δὲ ἄμμορος ἐστὶ λοετρῶν Ὠκεανοῖο. id eſt, *Haec autem ſola expers lavacrorum, Oceani.* MICYLL. Probus ad illud Virg. lib. I. Georg. 138. *Pleiades, Hyadas, claramque Lycaonis arcton:* de Plejadibus ita ſcribit. *Plejades Virgiliae dicuntur, ut quibusdam liquet, quia ſint Atlantis & Pleiones filiae:* ἀπὸ τοῦ πλέειν *dictae. Idcirco quod earum ortu prima cura ſit navigatio. quarum mentionem facit Ovid, in Phaenomenis, dicens de Perſeo:*

Pleiades ante genus ſeptem radiata feruntur,
Sed tamen apparet ſub opaca ſeptima nube.

Hyades exiſtimantur eſſe in cornibus Tauri, in ore, quas imperiti ſuculas appellant, arbitrantes ἀπὸ πιοῦ *ὗος Hyadas dictas: Sed errant. dictae ſunt enim* ἀπὸ τοῦ ὕειν, *hoc eſt à ſpargendo. Eſt enim pluvium ſidus: hoc non temere oritur, ut non imbres ſequantur.* Vide & Germanicum & Hyginum in ſigno Taurus. Ex his autem Probi verbis edocemur Ovidium opus de Phaenomenis edidiſſe. Hujus etiam operis meminit Lactantius lib. II. De Orig. Erroris: cap. 5. cujus haec ſunt: *Quanto igitur Naſo prudentius quàm illi, qui ſapientiae ſtudere ſe putant, qui ſentit à Deo lumina illa, ut horrorem tenebrarum depellerent, inſtituta? Is eum librum, quo φαινόμενα breviter comprehendit, his tribus verſibus terminavit:*

Tot numero, talique Deus ſimulacra figura
Impoſuit caelo: perque atras ſparſa tenebras
Clara pruinoſae juſſit dare lumina nocti.

Duo illa carmina, quae citat Probus, mendis non carere arbitror. CIOFAN.

294. *Diverſasque urbes.*] *Diverſosque orbes* prim. Bonon. ut ſtellas innuat. Ita Claud. II. de Rapt. 283.

Sicut altera nobis
Sidera, ſunt orbes alii.

HEINS. Sed δύω πόλεις, contrariis pacis & belli ſtudiis inſignes, Homerus dicit. *diverſas* enim eſt oppoſitas, contrarias. ut paſſim ſumitur haec vox.

295. *Quae non intelligit.*] *Intelligat* quatuor. pro *munera belli* Bernegg. Juret. & alii quinque, *munia*; nil mutem temere. apud Lucretium, *fera moenera militiai* & *moenera belli* non uno loco. HEINS. Vid. ad lib. I. Art. Am. 691. & Remed. 153.

297. *Incepto.*] *Et coepto* Leidenſis.

299. *Vocas crimen.*] *Vocat* Caeſen. unus Regius & unus meus. ut ad duces orationem convertat.

HEINS.

Admiremur eum : vobis quoque digna pudore
Objicit. an falſo Palameden crimine turpe
Accuſaſſe mihi, vobis damnaſſe decorum eſt?
Sed neque Naupliades facinus defendere tantum,
Tamque patens, valuit : nec vos audîſtis in illo
Crimina; vidiſtis : pretioque objecta patebant.
Nec Poeantiaden quod habet Vulcania Lemnos,
Eſſe reus merui. factum defendite veſtrum:
Conſenſiſtis enim. nec me ſuaſiſſe negabo;
Ut ſe ſubtraheret bellique viaeque labori,
Tentaretque feros requie lenire dolores.
Paruit; & vivit. non haec ſententia tantùm
Fida, ſed & felix; cum ſit ſatis, eſſe fidelem.
Quem quoniam vates delenda ad Pergama poſcunt;
Ne mandate mihi. melius Telamonius ibit:
Eloquioque virum morbis iràque furentem
Molliet : aut aliquâ producet callidus arte.
Ante retro Simoïs fluet, & ſine frondibus Ide

Sta-

Heins. *Velis crimen* Vatic. *putas* Ox. *ſimulare* etiam quatuor.

302. *Sunt illis.*] *Illi* plurimi. *aliis* Leidenſ. *poſtera vobis* Argent.

303. *Haud timeam, ſi jam nequeam.*] *Haud timeo* meliores plerique. nonnulli etiam, *ſi jam nequeo.* Forte,

Haud timeo, ne grande queam defendere crimen.

ut εἰρωνικῶς haec dicantur. Heins.

304. *Deprehenſus Ulixis Ingenio tamen ille.*] *Ingenio*, aſtu. ſic Seneca in Troadib. *Ingenio eſt opus.* Ciofan.

304. *Ulyſſis.*] *Ulyſſes* Caeſen. Puto *Ulyſſei*, vel *Ulyſſi.* ſic & infra,

——— *regnum fallacis Ulyſſi.*

& lib. xiv. 159.

——— *comes experientis Ulyſſi.*

& 671.

——— *& conjux timidis audacis Ulyſſi.*

Vide Notas ad Artem Amatoriam. lib. i. 743. Heins.

305. *Non Ajacis.*] *Non illius* Baſil. quod placet Heinſio.

306. *Fundere.*] *Reddere* Medic. tert. & quatuor alii. vid. ad. vii. 590.

308. *Palamedem.*] *Palameden* Bernegger. ſec. Pal. uterque Erfurt. & alii decem. Heins.

310. *Defendere tantum.*] *Defendere notum* duo libri.

313. *Vulcania Lemnos.*] *Tellus* duo Medicei. Heins.

314. *Crimen defendite veſtrum.*] Ita legendum. Reddit autem rurſus Ajacem judicibus odioſum. Ciofan. Pro *crimen veſtrum* praeter tertium Mediceum noſtri omnes, *factum.* & recte. quomodo enim crimen vocare poteſt, quod jam negavit crimen eſſe ? Heins.

315. *Conſediſtis enim.*] Tale illud Ciceronis ſub finem orat. in Piſonem : *Qui Catilinam inceſto liberatum, non eos, qui ita judicarunt, pari ſcelere adſtrictos arbitretur ?* Ciofan. non monuit Ciofanus, unde illud *conſediſtis* habuerit, ego certe in nullo codice repperi.

315. *Nec me ſuaſiſſe negabo.*] Idem numerus lib. xi. 25. *Nec me tentaſſe negabo.* & lib. ii. Triſt. 129. *Nec me meruiſſe negabo.* Ciofan.

317. *Lenire dolores.*] Hoc Latiniſſimè dicitur. Eodem modo ſunt illa Cic. ad Atticum lib. iii. *Nam ceteri dolores mitigantur vetuſtate.* Et ad Brutum : *Iis remediis meum dolorem tu levaſſes.* lib. Farn. *finire labores.* Idem. *Finire* multi veteres. Heins. *Labores* etiam multi. *ferox* Ox. & tres alii.

319. *Fida, ſed & felix, cùm ſit, facit eſſe fidelem.*] Ineptiſſimè ita legitur in impreſſis. Tu verò emenda, ut eſt in duobus Vatican. uno meo & Caeleſt. *Sed & felix, cùm ſit ſatis eſſe fidelem.* Ciofan. *Cum ſit ſatis* omnino reſcribendum cum plurimis membranis. niſi malis, *cum ſit ſatis eſſe fideli.* Silius xvi. 493.

——— *Satis eſt huic eſſe priori*
Huic ſperare ſat eſt, fieri ſe poſſe priorem. Heins.

322. *Morbisque iraque furentem.*] *Morbis* plerique caſtigatiores. *frementem* unus meus. Idem.

323. *Aut aliquâ perducet callidus arte.*] *Producet* prim.

Stabit, & auxilium promittet Achaïa Trojae;
Quàm, ceſſante meo pro veſtris pectore rebus,
Ajacis ſtolidi Danaïs ſollertia proſit.
Sis licet infeſtus ſociis, regique, mihique,
Dure Philoctete; licet exſecrere, meumque
Devoveas ſine fine caput; cupiasque dolenti
Me tibi forte dari; noſtrumque haurire cruorem;
[Utque tui mihi, ſic fiat tibi copia noſtri:]
Te tamen aggrediar: [mecumque reducere nitar.]
Tamque tuis potiar (faveat Fortuna) ſagittis,
Quam ſum Dardanio, quem cepi, vate potitus:
Quam reſponſa Deûm, Trojanaque fata, retexi:
Quam rapui Phrygiae ſignum penetrale Minervae
Hoſtibus è mediis. & ſe mihi comparet Ajax?
Nempe capi Trojam prohibebant fata ſine illis.
Fortis ubi eſt Ajax? ubi ſunt ingentia magni
Verba viri? cur hîc metuis? cur audet Ulixes
Ire per excubias, & ſe committere nocti?

Per-

prim. Moret. prim. Hamburg. prim. Erfurt. Cantabrig. Oxon. tert. Medic. prim. Gronov. & alii duodecim. *Producet* è latebris ſuis. Praeterea ſcribendum, *aliâ arte*. nam & eloquium ars eſt. HEINS. Ita I. Art. Am. 692.

Tu titulos alia Pallados arte petas.

324. *Sine frondibus.*] Unus Heinſii, *ſine fontibus*. quod defendi quidem poſſe video ex iis, quae adnotantur ad lib. XI. 762. & IV. Faſt. 249. ſed τῷ *ſtabit* melius conveniet *frondibus*. quibus non minus ſide frequens fuit quam fontibus. BURM.

325. *Achaia.*] A parte totum. ſic in epiſt. XVI. 185. *O quoties dices, quàm pauper Achaïa noſtra eſt.* CIOFAN.

329. *Dure.*] *Jure* multi. *dire* tres.

330. *Devoveas.*] Alludit autem ad fabulam Sophoclis, in qua fingitur Philoctetes, cùm ceteros Graecorum, tum ipſum regem Agamemnonem infectari verbis, praecipuè verò Ulyſſem, ut cujus conſilio & opera proditus ac Lemni relictus fuiſſet. MICYLL.

332. *Utque tui mihi, ſic fiat.*] *Sit fiat* multi veteres. *mihi ſit, ſic ſit.* unus Baſil. *mihi ſit, fiat.* Aut valde depravatus eſt hic verſus, aut adulterinus. HEINS.

333. *Te tamen aggrediar, mecumque reducere nitar. Utque tui mihi, ſic fiat tibi copia noſtri.*] In veteribus libris hi verſus & aliter leguntur, & alio ordine collocantur. In uno Vatican. & Farneſ. *Utque tui mihi, ſic fiat tibi copia noſtri, Te tamen aggrediar longè formidine pulſa.* In alio Vatican. *Longè formidine merſa.* In uno Maff. *Te tamen aggrediar, nec inultus, ſpero, relinquar, Utque &c.* Hic autem poſterior non legitur in alio Vaticano. Quod facit, ut Mureto aſſentiar, qui acutè & ingenioſe jam dixerat, ſe arbitrari confodiendum eſſe. In altero Maffei & Briantii non legitur verſus, qui incipit, *Te tamen.* Hic etiam in meo antiquiore aliena manu repoſitus eſt. Statuant eruditiores & emunctae naris viri, quî legendum ſit. Satis fuit mihi vet. lib. fidem repraeſentare. CIOFAN. *Nec inultus ſpero relinquar* multi. nonnulli, *longe formidine pulſa*, ſex, *ſollerti pectore fidus.* alii aliter. At ſec. Palat. prim. Vatic. tert. & quart. Medic. prim. Hamburg. prim. Erfurt. & ſex alii non agnoſcunt hunc verſum. In primo Palat. inter lineas erat ſcriptum *Te tamen aggrediar*, reliquis omiſſis. optime. Non enim dubito hunc & plures ab Ovidio verſus relictos imperfectos, quos ſcioli poſtea ſuppleverint. ut & apud Virgilium frequenter eſt factum. quid enim aliud ſibi vult immenſa lectionum diſcrepantia in poſteriori hemiſtichio? HEINS. non diſplicet lectio Juniani codicis & Fragm. Boxhor.

Te tamen aggrediar, caſtrisque reducere nitar.

334. *Faveat fortuna.*] *Faveas* Bonon. & Palat.

336. *Retexi.*] *Recepi* Baſil. *retraxi* Gronov. pr.

337. *Quam rapui Phrygia ſignum penetrale Minervae Hoſtibus è mediis.*] Aliter Dictys Cretenſis, cujus haec ſunt lib. V. cap. 5. *Praeterea Graeci cognoſcunt ab Antenore editum quondam oraculum, Trojanis maximo exitio civitatique fore, ſi Palladium, quod in templo Minervae eſſet, extra moenia auferretur. Namque id antiquiſſimum ſignum, è caelo lapſum, qua tempeſtate Ilus templum Minervae exſtrue-*

Perque feros enſes, non tantùm moenia Tröum,
Verum etiam ſummas arces intrare : ſuâque
Eripere aede Deam : raptamque efferre per hoſtes?
Quae niſi feciſſem; fruſtra Telamone creatus
Geſtaſſet laevà taurorum tergora ſeptem.
Illâ nocte mihi Trojae victoria parta eſt:
Pergama tum vici, cum vinci poſſe coëgi.
Deſine Tydiden vultuque & murmure nobis
Oſtentare meum. pars eſt ſua laudis in illis.
Nec tu, cum ſociâ clypeum pro claſſe tenebas,
Solus eras : tibi turba comes, mihi contigit unus.
Qui, niſi pugnacem ſciret ſapiente minorem
Eſſe, nec indomitae deberi praemia dextrae,
Ipſe quoque haec peteret : peteret moderatior Ajax,
Eurypylusque ferox, claroque Andremone natus:
Nec minus Idomeneus, patriâque creatus eâdem
Meriones : peteret majoris frater Atridae.
Quippe manu fortes (nec ſunt tibi Marte ſecundi)

Con-

ſtruens, prope ſummum faſtigii pervenerat. ibique inter opera, cùm nondum tegmen ſuperpoſitum eſſet, ſedem ſui occupaviſſe. Et, quibusdam interpoſitis verbis : *Graeci etiam Palladium ablatum per Antenorem docent; dein ex omnium ſententia reliquus miles rem cognoſcit. Ob quae placet univerſis mitti Minervae donum quàm honoratiſſimum. Tam accitus ad eam rem Helenus cuncta, quae antea geſta erant, non ſecus ac ſi praeſens fuiſſet, ordine exponit: additque finem jam adveniſſe Trojanarum rerum. quippe, quo maximè ſuſtentaretur, ſummam civitatis Palladium fuiſſe: quo ablato exitium ingruere.* Haec ille. Sed mihi veriſimile non fit, credere ut poſſim Dictim Cretenſem ac Daretem Phrygium, libros, qui eorum vulgo habentur, edidiſſe. nam multa in iis leguntur, quae repugnant veritati. De Palladio nonnulla ſcribit Dionyſius Halicarnaſſeus libro primo, & Apollod. lib. III. Bibliothecae. Ciofan.

338. *Et ſe mihi comparat Ajax.*] In uno Vatic. *Comparet.* In meo antiq. *Conferat.* Idem. *Comparet* duo. Tert. Medic. prim. Hamburg. Caeſen. & quinque alii, *Conferat.* ut reponantur haec iis,

——— *& mecum confertur Ulyſſes?* Heins.

339. *Sine illo.*] Ita omnes edd. ſed *ſine illis* in Francof. Sixii, Francii & Moreti. & rectè meâ ſententiâ, agit enim de Palladio, Heleno &c. ſine quibus Troja capi non poſſet. ſi vero haec ironice capiamus de Ajace, quaſi ſine eo Troja capi non poſſet, reſponderi facile poterat, etiam potuiſſe ſine Ulixe capi, de quo nihil tale reſponſis Deorum aut Fatis erat proditum. Burm.

340. *Ubi eſt Ajax.*] *Es Ajax* unus Heinſii. vid. ad Eleg. in Druſum. vſ. 340.

341. *Cur hic metuit.*] *Metuis* rectius plurimi veteres. Heins.

342. *Per excubias.*] *Per inſidias* unus Heinſ. quod ex libr. II. 78. *per inſidias iter eſt. per excubias* vero rectum eſt, ut I Am. IX. 27.

Cuſtodum tranſire manus, vigilumque catervas. Burm.

343. *Moenia Trojae.*] Q. lib. vet. *moenia Troum.* Ciofan. *Moenia Troum*, non *Trojae* iidem. ut infra 375. *caſuraque moenia Troum.* Heins.

345. *Afferre per hoſtes.*] *Efferre* multi. *ecferre.* prim. Vatic. ſex, *auferre.* Idem. *Inferre* Moreti. vid. I Faſt. 528.

347. *Geſtaſſet.*] *Geſtaret* tres libri. *geſſiſſet* duo.

348. *Parta eſt.*] *Pacta eſt* Mediceus. non male. ut *deſponſatam* laudem Cicero dixit de Haruſp. Reſp. 3. eadem diverſitas lib. XII. 293. & ita poſſet *promiſſa laus* exponi ſup. vſ. 248.

350. *Vultuque.*] *Nultuque* Leid. pro *nutuque.*

351. *In illo.*] *In illis* unus Moret. lege, *pars & ſua laudis in illis.* vel, *pars eſt ſua laudis & illi.* Heins.

353. *Tibi turba comes, mihi contigit unus.*] *Turba* & *Unus* opponuntur. ſic propè lib. XII. 499. *Populus ſuperamur ab uno.* Sic M. Tullius unum cum univerſo conjunxit Philippica II. Cujus haec ſunt: *Quid cupidè à Senatu, quid temere fiebat, cùm tu unus adoleſcens* (Antonius) *univerſum ordinem decernere de ſalute Reip. prohibuiſti?* Ciofan.

357. *Eurypylus ferox.*] Eurypyli duo ad bellum Trojanum profecti ſunt, alter Herculis filius ex

Consiliis cessere meis. tibi dextera bello
Utilis; ingenium est, quod eget moderamine nostri.
Tu vires sine mente geris: mihi cura futuri est.
Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides. tu tantum corpore prodes;
Nos animo. quantoque ratem qui temperat, anteit
Remigis officium; quanto dux milite major;
Tanto ego te supero. nec non in corpore nostro
Pectora sunt potiora manu. vigor omnis in illis.
At vos, ô Proceres, vigili date praemia vestro;
Proque tot annorum curis, quas anxius egi,
Hunc titulum meritis pensandum reddite nostris.

Jam

Co insula, augurio insignis, Alter Euaemonis filius ex Ormenio urbe, qui, ut scribit Homerus, cum XL. navibus in expeditionem Trojanam Agamemnona est secutus. is, cum viribus plurimum posset, arma tamen Achillis non poposcit. REGIUS. De posteriore Eurypylo, Euaemonis filio, patet secundo Iliados in catalogo, ỷs. 734.

Οἵτ' ἔχον Ὀρμένιον, οἵτε κρήνην Ὑπέρειαν,
Οἵτ' ἔχον Ἀστέριον. Τιτάνοιότε λευκὰ κάρηνα,
Τῶν ἦρχ' Εὐρύπυλος, Εὐαίμενος ἀγλαὸς υἱός.

De altero autem videtur deceptus esse Regius, neque enim Cous ille ad Trojam profectus fuit, sed pronepotes ejus Phidippus & Antiphus. ut in eodem catalogo legitur: ỷs. 676.

Οἵτ' ἄρα Νίσυρόντ' εἶχον, Κράπαθόντε, Κάσοντε,
Καὶ Κῶ Εὐρυπύλοιο πόλιν, νησούσε Καλύδνας,
Τῶν δ' αὖ Φειδίππός τε καὶ Ἀντίφος ἡγησάσθην
Θεσσάλου ἦε δύω Ἡρακλείδαο ἄνακτος.

Locum autem errori dedisse videtur, quod Con Eurypyli urbem Poëta dixit lib. VII. 363. unde Regius Eurypylum hunc ad Trojam venisse collegit. Fuit autem & tertius quidam Eurypylus, Telephifilius, qui & ipse quidem ad Trojam profectus fuit cum Mysis, sed in auxilium Trojanorum, hunc interfecit Neoptolemus, filius Achillis, ut Homerus meminit Odyssea undecima; sed de Eurypylis etiam supra annotavimus. MICYLL. Servius Eurypylum, Telephi (Herculis filii) & Antyoches filium Graecis contra Trojanos auxilium tulisse scribit ad Virgil. Eclog. VI. 74. Ubi forte legendum, *Trojanis contra Graecos.* Alius Eurypylus, diversus a Coo laudatur a Scholiaste Euripid. ad Hippol. 408. alius itidem a Callimacho Hymno in Apoll. 92, & ut notaverat jam olim Ill. Spanhemius, a Scholiast. Apollon. Rh. II. 500. & IV. 1561. quem etiam producit post eum Jac. Gronovius tom. I. Antiq. Graecar. qui tamen Eurypylum Telephidem in nummis Salaminiorum ostentari aeque ac Pergamenorum temere credidit, ut ab illustri Spanhemio, quem pervicaciae absurdae accusaverat, in nova editione libri eruditissimi de Usu & Praestant. Numism. Dissert. IX. p. 508. egregie est demonstratum. miror autem a neutro Servii locum adductum, qui nummum illum egregie illustrat. mirum etiam accidere alicui posset, Pergamenos, Eurypylum nummis suis consecrasse, cum Pausan. lib. III. cap. ult. tradat, eos ob interfectum ab eo Machaona illaudatum eum in hymnis praeterire, cum Telephum celebrent. hunc vero Eurypylum a Pyrrho, Achillis filio, occisum ait Hygin. Fab. 112, &, quem citat Munkerus, Schol. Juven. Sat. VI. 655. qui tamen ipsi Uxorem Eriphilem dat, quam omnes Amphiarao nuptam fuisse tradunt. sed confudit fabulas Scholiastes, & matri Astyochae vitem missam, non Eriphilae uxori debuisset dicere. vid. & Philostr. Jun. Icon. X. ille vero, qui inter procos Helenae ab eodem Hygino Fab. 81. numeratur. Evaemonis filius ab Apollodor. lib. III. cap. 9. dicitur, & de quo Pausan. VII. 19. qui alios non Thessalum, sed Dexameni regis Oleni filium facere scribit: Euaemonis qui hic intelligitur filius memoratur etiam Homer. Iliad. E. 76. & alibi. & ille videtur a Virgilio lib. II. Æneid. 114. indicari. de Eurypylo Coo, de quo supr. ad lib. VII. 363. videndus idem vir illustris Spanhemius ad Callim. in Del. 161. cui hoc nomen ab avo materno, itidem Eurypylo, fuit inditum, quem Hercules occidit, teste Apollodoro lib. II. cap. 7. meminit & ejus Mimnermus apud Athen. XIII. cap. 8. vid. Sch. Pind. IV. Nem. 40. alius eidem Apollodoro memoratur, Temeni filius, lib. II. cap. 8. Eurypylus etiam Meicestei filius inter Epigonos recensetur ab Apollodor. lib. III. cap. 7. BURM.

357. *Andremone natus.*] Periphrasis Thoantis, qui princeps Atolorum ad bellum Trojanum cum 40. navibus est profectus. Homerus. Iliad. B. 638. REGIUS. vid. ad lib. IX. 331.

358. *Patriâque creatus eâdem.*] Ambo namque Lyctii fuere. REGIUS. Accipio *eadem patria*, gene-

Jam labor in fine eſt. obſtantia fata removi:
Altaque, poſſe capi faciendo, Pergama cepi.
Per ſpes nunc ſocias, caſuraque moenia Tröum,
Perque Deos oro, quos hoſti nuper ademi;
Per, ſi quid ſupereſt, quod ſit ſapienter agendum;
Si quid adhuc audax, ex praecipitique petendum;
Si Trojae fatis aliquid reſtare putatis;
Eſte mei memores: aut ſi mihi non datis arma;
Huic date. & oſtendit ſignum fatale Minervae.
Mota manus procerum eſt: &, quid facundia poſſet,
Re patuit; fortisque viri tulit arma diſertus.
Hectora qui ſolus, qui ferrum, ignemque, Jovemque

385 Su-

neraliter pro Creta. ſic enim & Homerus in Catalogo ỷſ. 645.

Κρητῶν δ' Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἡγεμόνευεν. &c. Micyll.

359. *Peteret.*] *Peterent* Florent. S. Marci. & mox, *manus ſecundae.* Forte.

Quippae animae fortes, tibi nec Mavorte ſecundae. Heinsius. *Mihi marte ſecundi* duo Leidenſes. neſcio an male, ut ſit oppoſitio ſequentium. qui mihi non cedunt virtute bellica, ſed prudentia.

362. *Quod eget moderamine noſtro.*] *Noſtri* prim. Palat. nempe ingenii, quod placet. Heins. *Moderamine certo* Gronov. & unus Heinſii.

363. *Futuri eſt.*] *Eſt* abeſt fere omnibus ſcriptis.

365. *Prodes.*] *Polles* marg. Berſman. & quidam editi. nec male.

368. *Tantum ego.*] In nonnullis, *tanto ego.* Nauger. *Tanto* multi veteres. Sed apud Maronem lib. xii. 19.

O praeſtans animi juvenis, quantum ipſe feroci
Virtute exſuperas, tanto me impenſius aequum eſt
Conſulere. Heins. Vide ad lib. viii. 749.

371. *Proque tot annorum curis quas anxius egi.*] Alii, *quibus.* Scribe, *quos egi.* videlicet tot annos. atque ita tres ſcripti. praeterea in optimo Florent. *cura.* Heins. Nihil muta. vide quae notavimus ad Epiſt. xvi. 302. & Quinctil. v. de Inſt. Orat. 6. Burm.

374. *Altaque poſſe capi faciendo Pergama cepi.*] In uno meo & duobus Vatic. *Aptaque, &c.* nihil muto. vulgata autem lectio malè diſtincta eſt: itaque lege ac diſtingue,

Altaque poſſe capi faciendo Pergama, cepi.

Id eſt, cùm facerem, ut alta Pergama capi poſſent, cepi. *Poſſe capi faciendo* locutio poëtica. Lib. v. Triſtium. ix. 14.

Et facis accepto munere poſſe frui.

Et ii. De Ponto, eleg. vii. 75.

Omnia deficiunt: animus tamen omnia vincit:
Ille etiam vires corpus habere facit.

Ciofan. *Sapiendo* Medic. *patiendo P. feci* Junian. *capiendo feci* tres. *feci* plures.

375. *Per ſpes nunc ſocias.*] *Per ſpes vos ſocias* unus Moreti. eleganter. Heins.

375. *Caſuraque moenia Troum.*] Ita in utroque meo. In Caeleſt. & Vatic. *Moenia Trojae.* Probo. Virg. i. Aen. 7.

Albanique patres, atque altae moenia Romae.

Idem v. 811.

Structa meis manibus perjurae moenia Trojae.

Ovid. ipſe lib. xi. 215.

Bis perjura capit ſuperatae moenia Trojae.

Ciofan. Vid. ſupr. ad ỷſ. 343.

378. *Per, ſi quid ſupereſt, &c.*] Ita veteres omnes, & rectè. Ciofan.

378. *Ex praecipitique.*] *Ex difficilique* Leidenſ.

379. *Si Trojae fatis aliquid reſtare putatis.*] Nempe Herculis ſagittis, propterea ſuperius dixit: *Te tamen aggrediar, mecumque reducere nitar, Tamque tuis potiar (faveat fortuna) ſagittis.* & inferius dicturus eſt. Ciofan. Agnoſco alienam denuo manum in hoc verſu. Poſſet tamen *putatur* legi. Praecedens etiam verſus eſt ſuſpectus. Heins. Nihil video, quod non Ovidium decere poſſit in his verſibus.

380. *Aut ſi mihi.*] *At ſi mihi* unus Heinſ. eleganter.

381. *Et oſtendit ſignum fatale Minervae.*] Ex poëtae perſona hoc dicitur. Quo facto, Ulixes maximam ſpectantibus attulit admirationem, ſibique pro armis aſſequendis magnum adjumentum. Ciofan.

383. *Tum patuit.*] In duobus meis atque aliis veteribus, *Tunc patuit.* Idem. *Re patuit* multi ex melioribus. libro iii. 368.

——— *Reque minas firmat.*

libro ix. 228.

——— *ultima dicta*
Re probat.

Faſt. iv. 322.

——— tu-

Suſtinuit toties; unam non ſuſtinet iram:
Invictumque virum vincit dolor. adripit enſem:
Et, Meus hic certè eſt. an & hunc ſibi poſcet Ulixes?
Hoc, ait, utendum eſt in me mihi: quique cruore
Saepe Phrygum maduit, domini nunc caede madebit:
Ne quisquam Ajacem poſſit ſuperare, niſi Ajax.
Dixit: & in pectus, tum denique vulnera paſſum,
Quà patuit ferro, letalem condidit enſem:
Nec valuêre manus infixum educere telum.
Expulit ipſe cruor. tabefactaque ſanguine tellus
Purpureum viridi genuit de ceſpite florem,
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.

Li-

——— *tu noſtrae pignora vitae*
Re dabis.

quod male mutarant. lib. XIV. Met. 385.

Laeſaque quid faciat, quid amans, quid foemina, diſces
Rebus, ait. HEINS.

383. *Fortisque viri tulit arma.*] Achillis arma aſſecutus eſt. Huc facit quod refert Hyginus cap. CVII. *Occiſo Achille ac ſepulturae tradito, Ajax Telamonius, quòd frater patruelis ejus fuit, poſtulavit à Danais, ut arma ſibi Achillis darent: quae, ira Minervae abjudicata, ſunt ab Agamemnone & Menelao Ulixi data. Ajax furia accepta per inſaniam pecora ſua & ſe ipſum vulneratum occidit, eo gladio, quem ab Hectore muneri accepit, dum cum eo in acie contendit.* CIOFAN. Damnat hanc Graecorum ſententiam Pindarus, & in Ajacis laudes longe exſpatiatur Nemeor. Od. VIII. & IV. Iſthm. 58. Arma etiam poſtea Ulixen Neoptolemo, Achillis filio, reddidiſſe ſcribit Philoſtr. Junior Icon. X.

383. *Diſertus.*] Ulixes eloquens. Alibi. *Non formoſus erat, ſed erat facundus Ulixes.* Sed *diſertus* & *eloquens* inter ſe differre docet M. Antonius apud Ciceronem in Oratore. CIOFAN.

384. *Qui ferrum, ignesque.*] *Ignemque* meliores. & pro *vicit* mox *vincit.* HEINS.

386. *Invictumque virum vicit dolor.*] Stultè dictum eſſe videtur. quo namque modo eum dolor vincat, qui vinci non poteſt? Sed aut *antè*, aut *alioqui* eſt ſubaudiendum, ut intelligamus, alioqui antéve invictum Ajacem à dolore & indignatione fuiſſe ſuperatum. REGIUS. Tu invictum intellige à ceteris, ut ſit, quem ceteri vincere non potuere, is ab ira victus fuit. Neque ſtultè aut imprudenter à Poëta dictum eſt, ut Regio videtur. MICYLL. Hoc eſt quem alii vincere non potuerunt. Errat Regius, qui aliter interpretatur. CIOFAN. Male carpunt Regium Micyllus & Ciofanus, qui non ſtatuit Ovidium *ſtulte dixiſſe*, ſed *ſtulte dictum videri*, (ut & infra notat ad ℣ſ. 505.) id eſt eſſe ἐξύμωρον, quo videtur aliquid ſtulte dici, quod revera acutum eſt. ut Horat. II. Ep. I. 156.

Graecia capta ferum victorem cepit,

& quae multa millia exemplorum ex Terentio, Cicerone & aliis adduci poſſent. BURM.

387. *Poſcit Ulyſſes.*] *Poſcet* multi veteres. *poſcat* Neapolit. & tres alii. HEINS. *Poſſedit Ulyſſes* tert. Medic. unde cogitabat Heinſius, an non, *poſſedit Achilles* legendum.

391. *Tum demum.*] *Tum denique* prim. Moret. & alii quatuor. quomodo & alibi Noſter locutus. HEINS. Regius *demum* ſolum interpretatur, ut apud Quinctilianum ſaepe poni docuimus ad lib. II. cap. 15. & alibi. *tum denique* etiam vidimus lib. VII. 86. & aliis in locis.

392. *Qua patuit.*] Raphaël exponit, quatenus patuit & ceſſit ferro, quod ego planè fateor me non intelligere, ſed puto de armato Ajace hoc dictum, qui quaeſierit locum, depoſitis ab ea parte armis, qua munitiſſimi eſſe ſolebant, ut ferrum conderet. GLAREAN. Rectè Raphaël. *qua patuit ferro* Ajax, id eſt qua parte vulnus accipere poterat, reliquum enim corpus a vulneribus immune habebat. vid. ſupr. ad ℣ſ. 26. in *pectus* vero enſem condidiſſe Noſter dicit. Pindar. VII. Nem. 38. διὰ φρένων, ubi Schol. dicit alios, obliquum vulnus in latus inflixiſſe Ajacem, memorare, & ex Euphonone confirmat. & in latus adegiſſe gladium debet, quia toto corpore vulneris erat expers, niſi ſub ala, ut docet Schol. Sophocl. in Ajac. ℣ſ. 840. ubi vide etiam Camerarii notas. vid. & Pind. VI. Iſthm. 66. & ibi comm. BURM.

392. *Letalem enſem.*] Hic gladius, quo ſe Ajax interfecit, fuit Hectoris: quem ab eo in certamine accepit, cùm mutuis donis ſe ipſos, quoniam uterque ſtrenuè ſe geſſerat, honeſtaſſent. Hector autem ab Ajace balteum accepit, quo ipſe, cùm circum Trojam traheretur, vinctus eſt. Qua de re vide Sophoclem in Ajace, ubi loquitur Teucer: & Homerum Iliad. VII. & Tryphiodorum de Ilii excidio. CIOFAN. *Fatalem* Argent.

393. *Edu-*

Litera communis mediis pueroque viroque
Inscripta est foliis : haec nominis, illa querelae.

Fab. II. Argumentum.

Hecuba in canem.

Ulixes, postquam Philoctetae sagittas, ipso comitante, in castra Grajorum pertulit, quibus Ilium captum est, [a] *praeda dives Hecuba, Priami conjux, Ulixi* [b] *sorte cessit; quae novissime* [c] *acerbitatibus interitum Astyanactis & Polyxenae, quae in bustis Achillis fuerat interempta, moerens,* [d] *classe in Thraciam cum esset adpulsa, ex reliquis liberis,* [e] *qui restabant orbae, Polydorum, apud Polymestora* [f] *qui quondam fuerat educatus, putabat incolumem* [g] *manere : quae dum spatiatur in litore, animadvertit eum exsanguem è fluctibus* [h] *in aridam ejectum. Polymestor autem propter aurum, quod cum infante Polydoro*

393. *Educere telum.*] Ita legitur in uno Maffei & meo. In uno Vatic. & meo antiquiore, & Caeleſt. *Ducere ferrum.* Nihil propterea mutandum cenſeo. Siquidem priore illo modo loquitur quicumque eſt auctor ad Herennium : quod mirificè huc facit. *Ajax*, inquit, *in ſilva, poſtquam reſcivit quae feciſſet per inſaniam, gladio incubuit. Ulixes intervenit, occiſum conſpicatur, è corpore telum cruentum educit.* Sed tamen, ſi propriè loqui velimus, *telum* eſt quod jacitur. idcirco minus hoc quidem loco videtur convenire. *Ferrum* verò per Metonymiam gladium ſignificat; quae ſcriptura placet fratri meo, M. Antonio, & P. Gulefio; quorum ego opinionem vehementer probo: licet, ut dixi, auctor ille, qui Latinam linguam callebat, multum me moveat. Ciofan.

394. *Rubefactaque ſanguine tellus Purpureum viridi genuit de ceſpite florem.*] Extat apud Auſonium Ajacis epitaphium, quod huc pertinere ſum arbitratus:

Ajacis tumulo pariter tegor obruta virtus,
Illacrimans buſtis funeris ipſa mei :
Incomptas lacerata comas, quòd parvus Atrides
Cedere me ſtructis compulit inſidiis.
Jam dabo purpureum claro de ſanguine florem,
Teſtantem gemitu crimina judicii. Idem.

396. *De vulnere.*] *De corpore* unus, de *pectore* Gron. *de ceſpite* duo. *de ſanguine* ſeptem. vid. lib. v. 95.

[a] *Praeda dives.*] *Praeda diviſa eſt, & Hecuba* Colon. lege, cum Micyllo, *praedâ diviſâ Hecuba &c.*

[b] *Sorte ceſſit.*] Ita rectè cum MS. Micylliana. Malè *forte* Raen. & Veneta. Virgil. Æn. i. vers. 142. *Non illi imperium pelagi, ſaevumque tridentem, Sed mihi ſorte datum.* Vellej. lib. ii. 18. *Sorte obvenit Sullae Aſiae provincia.* Albricus cap. 2. *Cui coelum & coeli regnum in ſortem ceſſit. Cedere* autem eleganter dicitur quod nobis obtingit. Horat. iii. od. 20. *Grande certamen, tibi praeda cedat Major, an illi.* Juſtin. xiii. 4. *Summus caſtrorum tribunatus Seleuco Antiochi filio ceſſit.* Lib. xxxviii. 3. *Homines & quaecunque auferri poſſent, Tigrani cederent.* Muncker. De verbo *cedere* vide Serv. ad Virgil. iii. Aeneid. 297. utitur & ſic Ovid. i. Met. 74. reliqua hujus argumenti, longe diverſa a vulgatis, verba ſunt in Colonienſi, quae deſcribere longum eſſet.

[c] *Acerbitatibus.*] Non habet Raener. *acerbitatibus, interituque* Marg. Micylli.

[d] *Claſſe in Thraciam.*] *Claſſe Thraciae* MS. cum Venet. & Micyllianâ. Et vereor ne fruſtra illam lectionem mutaverit. Primaſius in cap. i. Apocal. Joan. *A Domitiano Caeſare exilio miſſus, & metallo damnatus.* Adde annotata à nobis ad Hygini Mythol. cap. 15. & 108. Muncker. In Micylliana lego, *Claſſis Thraciae cum e. a.* ut & in Parm. & Lugd.

[e] *Qui reſtabant.*] *Reſtabant orbae.*] Micyll. & Veneta. Optimè proculdubio. Muncker. Ita & Parm. & Lug. *reliquis liberis orba* Raener.

[f] *Qui quondam.*] *Qui clam* Parm. Lugd. Micyll. Raener.

[g] *Manere.*] *Permanere* eaedem Edd.

[h] *In aridam ejectum.*] Ita repoſui ex MS. pro *dejectum.* Ter. Andr. i. 3. *Ibi tum hanc ejectam Chryſidis Patrem recepiſſe orbam &c.* Curt. ix. 10. *Belluarum, quas fluctus ejicit, carne veſcuntur.* Quod autem *arida* pro littore vel terrâ ponitur, id ſapit phraſin ſacrae ſcripturae. Geneſ. cap. i. vers. 9. *Congregentur aquae, quae ſunt ſub coelo, in locum unum, & appareat arida.* Et vers. 10. *Et vocavit Deus aridam terram.* Exod. cap. iv. vers 9. *Sume aquam fluminis, & effunde eam ſuper aridam.* Abſolute τὴν ξηρὰν vocant etiam οἱ ὁ. Ceterum periodus ſequens in MS. ita concepta erat: *Is autem propter aurum, quod cum infante Polydoro traditum fuerat, itaque avaritiâ ductus eum interfecit Polymeſtor.* Muncker. *In aridam dejectum* Parm. Lugd. Micyll. Raener. *ejectum* vero rectius eſt. vid. ad Ovid. Ep. vii. 89. ſed *aridam* pro arida terra dici vix puto. neque hujus ellipſeos exemplum apud Latinos novi. ſimile illi poſſet videri apud Diog. Laërt.

doro ei traditum fuerat, [i] *avaritia ductus eum interfecit. Et ut indicia quoque facinoris celari possent, eum* [k] *in profundum praecipitavit. Quod cum Hecuba suprædicta, Cissei filia, comperit,* [l] *per pollicitationem curavit, ut perveniret ad Polymestorem, dicens se velle adjicere super, quod ante dederat, aurum, quo facilius nati celarentur indicia. Et tyrannus, verum esse existimans, petenti secretum* [m] *colloquium dedit. Hecuba nacta locum, lumina ei abstulit :* [n] *quam Thraces dum prosequuntur* [o] *saxis,* [p] *versa est in canis figuram.*

Victor ad Hypsipyles patriam, clarique Thoantis,
Et veterum terras infames caede virorum,
Vela dat; ut referat, Tirynthia tela, sagittas.
Quae postquam ad Grajos, domino comitante, revexit;

Im-

Laërt. VII. 171. τὴν σκλῆραν ἐρνάζεσθαι. sed *aridum* analogiae melius congruere puto. ut ita *sacrum* IV. Fast. 749. *Illyricum*, *Hosticum* & similia. vid. ad I. Trist. XIII. I. sic *in sicco* Virg. I. Georg. 363. BURM.

[i] *Avaritia ductus eum.*] *Avaritia quoque facinoris eum.* Parm. Lugd. *avaritia victus* Micyll. *ductus* omisit Raener.

[k] *In profundum.*] *In profundo* Mf. consule not. ad Fulgent. lib. I. cap. 2. Hygin. Myth. cap. 92. Astron. II. 40. MUNCKER. vid. inf. Fab. 9.

[l] *Per pollicitationem.*] Desunt Raener. *pollicitatione* Micyll. *prae pollicitatione* Parm. Lugd.

[m] *Colloquium.*] Glossam esse puto. nam *secretum petere* & *dare* passim occurrit. vid. ad Phaedr. IV. 24. & Gudius ad lib. III. 10. *colloquium* subintelligi & aliquando exprimi notat. *secretum colloquii* Colon.

[n] *Quam Thraces.*] *Thracesque dum eam pr.* Raener.

[o] *Saxis.*] *Telis* Colon.

[p] *Versa est in canis figuram.*] Vid. Hygin. Mythol. cap. III. & quae ibi annoto. de Cynossemate porro Polluc. lib. V. cap. 5. paullo superius, *id Tyrannus*, aptius fore videtur, quam *& Tyrannus.* MUNCKER.

400. *Et veterum.*] *Ad veterum* Voss. & duo alii. *& veterum ad terras* tert. Medic.

400. *Infames caede virorum.*] Hinc & proverbium, *Lemnium malum*, de immensis & miserandis. Quanquam Herodotus lib. VI. etiam alteram de Lemniis historiam afferat, nempe, Pelasgos eos existentes ex Attica aliquando ejectos, cùm injuriam Athenienſium ulcisci vellent, observasse Atticas mulieres Dianae Brauroniae sacrificantes, easque insidiis exceptas, ac Lemnum avectas, pro pellicibus habuisse. Sed cùm ex his nati Atticis moribus & institutis omnes à matribus erudirentur, adultique Pelasgorum vim & injurias, si quas patiebantur, communibus viribus à se propellerent, Pelasgae mulieres, pellicum & ex iis natorum potentiam indignè ferentes, inito consilio, Atticos omnes unà cum matribus occidisse: atque inde factum, ut cùm ob hoc, tum ob superius illud facinus, τὰ σχέτλια ἔργα πάντα, Λήμνια vocentur. MICYLL.

401. *Transierat*, *tandem portu votoque potitus.*] Hic versus perquam multis codicibus desideratur, ideoque non visus est occultandus. CONST. FAN. Hic versus legitur tantùm in uno Vatic. in quo est, *Voto portuque potitus.* Quare in eam eo sententiam, ut expungendum constituam. CIOFAN. Perperam quidam interserunt:

Transierat tandem portis votoque potitus. HEINS.

403. *Impositaque fero est.*] Ita in meis. In uno Vatican. *Impositaque est fero.* CIOFAN. Alii, *Imposita estque fero. Imposita est fero* scribendum cum Caesen. prim. Vatic. quart. Medic. & aliis non paucis. HEINS. *Saevo* unus Heins.

404. *Priameïa conjux Perdidit infelix hominis post omnia formam.*] Fabulae meminit Euripides in Hecuba. 1265. Ibi enim Polymestor ab Hecuba excaecatus, ex vaticinio Dionysii Thracum vatis illi praedicit, quo pacto in canem postremò commutanda sit. Nam cùm illa perpetuis conviciis, ob liberorum caedes, Graecorum duces infectaretur, Graecique ob id, ira accensi, illam ad malum navis alligatam lapidibus obruissent, remotis iterum lapidibus, pro corpore illius catulum inventum tradunt. autor Commentator in eandem fabulam. Quanquam Ovidius infrà non à Graecis, sed à Thracensibus, quos dolor excaecati regis in illam accenderat, lapidibus obrutam dicit. Meminit & Calaber libro decimo quarto, vs. 346.

Ἔνθα τέρας θνητὸν ἐπιχθονίοισι φαάνθη,
Οὕνεκα δὴ Πριάμοιο δάμαρ πολυδακρύτοιο
Ἐκ βροτοῦ ἀλγινόεσσα κύων γένετ', ἀμφὶ δὲ λαοὶ
Θάμβεον ἀγρόμενοι, τῆς δ' ἄψεα λάϊνα πάντα
Θῆκε θεὸς, θαῦμα μέγα ἐσσομένοισι βροτοῖσι.
Καὶ τὴν μὲν Κάλχαντος ὑπ' ἐννεσίῃσιν Ἀχαιοὶ
Νηὸς ἐπ' ὠκυπόροιο πέραν θέσαν Ἑλλησπόντου.

Vocatus autem est locus, ubi illa commutata fuit, κυνὸς σῆμα, hoc est, sepulchrum canis. MICYLL.

Al-

Impoſita eſt ſero tandem manus ultima bello.
Troja ſimul Priamusque cadunt: Priameïa conjux
Perdidit infelix hominis poſt omnia formam;
Externasque novo latratu terruit auras.
Longus in anguſtum quâ clauditur Helleſpontus,
Ilion ardebat; neque adhuc confederat ignis:
Exiguumque ſenis Priami Jovis ara cruorem
Combiberat. tractata comis antiſtita Phoebi
Non profecturas tendebat ad aethera palmas.
Dardanidas matres patriorum ſigna Deorum
Dum licet amplexas, ſuccenſaque templa tenentes
Invidioſa trahunt victores praemia Graji.

Mit-

Altercantur Grammatici, &, ut ait Flaccus, *adhuc ſub judice lis eſt*, an *Homo* ſit generis communis. Conſtantius quidem Fanenſis ad locum illum lib. II. 521. *Eſſe hominem vetui:* omnes reprehendens Grammaticos, negat *Hominem* eſſe gen. communis: ſiquidem cum adjectivo junctum non invenitur. Falſo. Eſt locus Plauti, qui hoc, quidquid eſt, apertè declarat. cujus haec ſunt in Ciſtellaria: Act. IV. ſc. IV. 22. *Nam & intus paveo, & formido foris, ita metus nunc utrobique me agitat, illius hominis miſerae miſereri.* M. Tullius pro A. Cluentio: cap. 70. *Cujus ea ſtultitia eſt, ut eam nemo hominem; ea vis, ut nemo feminam; ea crudelitas, ut nemo matrem appellare poſſit.* quamquam hoc ambiguè dictum videri poteſt. Ciofan. Donat. etiam ad Terent. Eun. II. III. 65. *hominem* dici Eunuchum opportune dici notat, tamquam incerti ſexus. & ita Cicer. IV. ad Fam. 5. *quoniam homo nata erat.* vid. & Voſſ. de Analog. lib. I. cap. 5. ubi ex Plauti loco corrupto nihil eſſe praefidii docet, nec *hominem* umquam niſi maſculino genere poni docet. Burm.

406. *Terruit auras.*] Multi *aures.* nil muto. ſic lib. I. Faſtor. 567.

——— *fragor aethera terruit ipſum.*

Heins. Ita Petron. CXXI.

Jam fragor armorum trepidantes perſonat auras.

ſic lego, non, *aures.* idem. cap. CXXXVI.

Tremuit perterritus Aether
Planctibus inſolitis, confuſaque regia coeli.

Terruit urbes Vatican. & unus Medic. *Oras* duo. *externos agros* unus Moreti. ut lib. VII. 362. *Maera novo latratu terruit agros.* Burm.

407. *Quâ clauditur Helleſpontus.*] Palatinus, *quâ pontus clauditur Helles.* D. Heinsius. *Quâ pontus clauditur Helles* quinque libri.

408. *Ilion.*] *Ilios* Voſſ. vid. ad Epiſt. I. 48.

409. *Exiguumque ſenis Priami Jovis ara cruorem Combiberat.*] Senem parum ſanguinis habere naturale eſt. Ita Seneca in Agamemnone 656. ubi loquitur Caſſandra:

Vidi, vidi ſenis in jugulo,
Telum Pyrrhi vix exiguo
Sanguine tingui. Ciofan.

409. *Jovis ara.*] Subaudi, Hercei. Sic vetus poëta apud Ciceronem lib. III. Tuſcul.

Haec omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam evitari,
Jovis aram ſanguine turpari.

Vide, quae dixi initio libri ſuperioris. Tangit & hanc rem Tryphiodorus, de Ilii excidio. Idem.

409. *Priami ſenis.*] Sic & Epiſt. I. 34. *Hic ſteterat Priami regia celſa ſenis.* Et II. Art. 440. *Troja maneret, Praeceptis Priami ſi foret uſa ſenis.* Propertius II. XXI. 54. *Et Priami diruta regna ſenis.* Vide Scholia in epiſt. Penelopes. Idem.

410. *Tractisque comis Antiſtita Phoebi.*] Hoc eſt, cùm tracta eſſet comis, id eſt, capillo. Qui de hoc opere bene meritus eſt, Ob. Gifanius ex veteri libro, veluti affirmat, hoc loco legit, *Tractata comis.* Quam lectionem in iis, quae ego evolvi, exemplaribus, non reperi. licet in uno Vatican. & Briantii, & Joannis libro, quem mihi dono dedit, ſit, *Tractaque.* Quae ſcriptura lectioni, quam ille repraeſentat, proximè accedit. Idem. Alii, *tractaque.* Thuan. prim. Moret. Cantabrig. Oxon. & duo alii, *tractata.* bene. Pacuvius apud Marium Victorinum, lib. II.

Agite, ite, volvite, rapite, comâ tractate per
Aſpera ſaxa & humum: ſcindite veſtem ocyus.

Id ipſum ex ſuis codicibus etiam notavit ad Lucretium Giphanius. Ennius Annal. II. *Tractatus per aequora campi. morſu ferarum tractari* apud Lucretium lib. III. 902. Legebam olim, *raptata comis.* ut lib. XII. 223.

Raptaturque comis per vim nova nupta prehenſis.

Heins. *Tractata* & Francof. habet. vid. Colum. ad Enn. p. 49.

410. *Antiſtita.*] Pollio: *Veneris Antiſtita cupras.* & Corn. Severus.

Stabat apud ſacras Antiſtita numinis aras.

Citat Cariſius libro primo. Ciofan. *Antiſtitae* ver-

Mittitur Aſtyanax illis de turribus, unde
Pugnantem pro ſe, proavitaque regna tuentem,
Saepe videre patrem, monſtratum à matre, ſolebat.
Jamque viam ſuadet Boreas; flatuque ſecundo
Carbaſa mota ſonant: jubet uti navita ventis.
Troja, vale: rapimur, clamant: dantque oſcula terrae
Troades: & patriae fumantia tecta relinquunt.
Ultima conſcendit claſſem (miſerabile viſu)
In mediis Hecube natorum inventa ſepulcris.
Prenſantem tumulos, atque oſſibus oſcula dantem
Dulichiae traxêre manus. tamen unius hauſit,
Inque ſinu cineres ſecum tulit Hectoris hauſtos.

He-

bo & Ciceronem uſum monet A. Gellius Noct. Attic. XIII. cap. 19. *Sacerdotes Cereris atque illius ſunt antiſtitae.* Plaut. Rudent. II. II. 10. *Veneria antiſtita.* Ubi vid. Taubm. Virg. Ciri 166. *Cybeles antiſtita.* HEINS.

415. *Mittitur Aſtyanax illis de turribus.*] Ita ſuperius loquitur lib. VIII. 39. *Eſt impetus illi Turribus è ſummis in Gnoſia mittere corpus Caſtra.* Et ibid 250. *Sacraque ex arce Minervae Praecipitem miſit.* Alio modo loquitur Silius lib. II. 145.

—— *vaſtae ſe culmine turris Praecipitem jacit.*

Calchas apud Senecam in Troadib. praedixerat, tum Graecos Troja abire poſſe, cùm Aſtyanax è turri ejectus fuiſſet. cujus haec ſunt. ỳſ. 368.

—— *Turre de ſumma cadat*
Priami nepos Hectoreus, & letum oppetat.
Tum mille velis impleat claſſis freta.

Et mox nuncius ỳſ. 1062.

Mactata virgo eſt, miſſus è muris puer.

Ennius:

Hectoris natum de muro jactari.

Et apud Euripidem ita loquitur Talthybius.

Ῥίψαι δὲ πύργων δεῖ σφε Τρωϊκῶν ἀπὸ.

Praecipitari ipſum oportet de turribus Trojanis. Et Tryphiodorus:

Ἡ δὲ κυβιςήσαντα διηερίων ἀπὸ πύργων,
Χειρὸς Ὀδυσσῆος ὁλοὸν μέλος ἀβρήσασα
Ἀνδρομάχη μινύωρον ἐκώκυσεν Ἀστυάνακτα.

Ipſa verò praecipitatum de altis turribus
Manu Ulixis miſerum filium conſpicata
Andromache, parvum lugebat Aſtyanacta.

Auſonius Epitaph. XV.

Flos Aſiae, tantaque unus de gente ſuperſtes,
Parvulus, Argivis ſed jam de patre timendus,
Hic jaceo Aſtyanax, Scaeis dejectus ab altis.
Pro dolor! Iliaci, Neptunia moenia, muri
Viderunt aliquid crudelius Hectore tracto.

CIOFAN. Alii tradunt Aſtyanacta regnum poſtea Trojanum tenuiſſe. vid. Serv. ad Virgil. IX. 264. Sed communi opinioni accedit ad lib. II. 453. & III. 489.

416. *Pugnantem pro ſe proavitaque regna tuentem.*] Illud *ſe*, & Hectorem & Aſtyanacta referre poteſt. *proavita* autem generaliter dixit, pro majorum regno, & *tuentem* proprie à *tueor*, unde & *tutor*. GLAREAN. *Tenentem* Voſſ. Leidenſ. & Flor. S. Marci, & quinque alii.

418. *Jamque viam ſuadet.*] Leidenſis codex *ſpondet*, quod elegantius, quam ut a librario rudi proficiſceretur. agemus de hoc verbo ad Val. Flac. VI. 117. ita apud Claud. I. in Ruf. 143.

Heu neſcis quid fata tibi, quid ſidera ſpondent.

ut eſt in Moreti codice. quod elegantius vulgatâ, & ſequentibus, *Quid fortuna paret*, magis conveniens mihi videtur. ſic idem II. in Eutrop. 57.

Hortantesque licet ſponderent proſpera Divi.

vulgata tamen defendi ſatis poteſt. ſic Epiſt. VII. 55.

Ut Pelago ſuadente etiam retinacula ſolvam.

BURM.

419. *Carbaſa mota.*] *Tenſa* unus meus. Ep. X. 30.

Vidi praecipiti carbaſa tenta noto.

Val. Flaccus libro IV. 422.

—— *placidi tendebant carbaſa venti.*

Virgil. Æn. III. 268. *Tendunt vela Noti.* & libro V. 32.

—— *vela ſecundi*
Intendunt Zephyri. HEINS.

420. *Dant oſcula.*] *Dantque* ex ſcriptis. IDEM.

421. *Fumantia.*] *Flammantia* duo libri, quod ſi recipiatur, ex ipſo incendio adhuc graſſante in tecta raptos indicaret. ita inf. lib. XIV. 86. quidam codices:

—— *terrasque calenti*
Sulfure flammantes.

& hoc libro 848. ex Mſſ.

Turpis equus, niſi colla jubae flammantia velent.

ubi vulgo *flaventia*, quae vox ſaepe commutata cum *flammante*. ita apud Claud. III. in Stilic. 18. ex Mſſ.

Illic flammante Sygambri
Caeſarie.

Bell.

Hectoris in tumulo canum de vertice crinem,
Inferias inopes crinem lacrimasque relinquit.
Est, ubi Troja fuit, Phrygiae contraria tellus,
Bistoniis habitata viris. Polymestoris illic
Regia dives erat, cui te commisit alendum
Clam, Polydore, pater, Phrygiisque removit ab armis.
Consilium sapiens. sceleris nisi praemia magnas
Adjecisset opes, animi irritamen avari.
Ut cecidit Fortuna Phrygum, capit impius ensem
Rex Thracum, juguloque sui defigit alumni:
Et, tamquam tolli cum corpore crimina possent,
Exanimem è scopulo subjectas misit in undas.

Li-

Bell. Get. 327.

Flammantes adstringit striria setas.

ita quidam codices. vi. Cons. Hon. 343.

Hunc dorso trepidum flammante ferebat
Ambustus sonipes.

& ibi *fumante* alii legunt. sic & lib. ii. 297. apud Nostrum *flammantem axem* duo scripti. Burm.

424. *Prensantem.*] *Pressantem* Francof. & plurimi ex melioribus, ultra viginti: vide ad lib. viii. 536. & Zinzerl. Promuls. cap. xxxix. *pulsantem* Vatic. & Moreti.

424. *Tumulos.*] *Titulos* pro diversa lectione Neapol. Vide notas lib. xi. ỳs. 430. Mallem hic, *tumulos*, qui in tanto tumultu temere congesti facile fingi possunt, sed titulis etiam occisorum nomina fuisse commendata, in tanta rerum perturbatione vix concipi potest. Burm.

425. *Traxere manus.*] *Rapuere* Mediceus & quinque alii. ut infr. 450. & Ep. v. 121. nec displicebat olim Heinsio; nisi quod mox ex Leidensi & quatuor aliis, *canum de vertice raptum*, magis probare videbatur. *canum de v. cr. Inferias inopes raptum l. r.* Cod. Menard. ego mallem,

—— *cano de vertice raptum.*

Inferias inopes, crinem, lacrimasque relinquit.

Idem.

429. *Contraria.*] *Contermina* Thuan. & Leidens. & quatuor alii.

430. *Polymnestoris.*] *Polymestoris* hic & infra vetustiores. recte. Πολυμήστωρ est etiam apud Euripidem initio Hecubae, secundâ syllabâ correptâ, atque ita scribe apud Propertium libro iii. Eleg. xii.

—— *accepto Thracis Polymestoris auro.*

nam libri veteres, *Polynestoris*. Tzetzae quoque in Chiliadibus ter quaterve Πολυμήστωρ. ut & in Excerptis Rhetorum ab Allatio editis, & Servio l. i. Æn. ỳs. 666. lib. iii. ỳs 6. & 49. & Dictyi Cretensi in scriptis editisque exemplaribus. sic *Clytemestra* apud Ausonium pro *Clytemnestra*, in Epitaphiis Heroum, i.

Vindicem adulterii cum Clytemestra nocet.

ita enim diserte codex Vossianus veterrimus. Livius Andronicus in Ægistho apud Nonium voce *juxtim*:

—— *in sedes collocat se regias*
Clytemestra juxtim. tertias natae occupant.

nisi Κλυταμνήστρη pro Κλυταιμνήστρη sit dictum. secundam in *Therapnaeus* apud Silium Italicum libro viii. 414. & xiii. 43. correptam invenies, de quibus vide Vossium artis Grammaticae lib. ii. cap. 12. & Salmas. Exercit. Pliniar. p. 33. Heins. vid. ad vi. 468. & v. Fast. 9.

431. *Cui te commisit alendum Clam, Polydore, pater.*] Ausonius hoc recitat Polydori Epith. xix.

Cede procul tumulo, myrtum fuge nescius hospes:
Telorum seges est sanguine adulta meo.
Confixus jaculis, & ab ipsa caede sepultus,
Condor in hoc tumulo bis Polydorus ego.
Scit pius Æneas, & tu, Rex impie, quòd me
Thracia poena premit, Trojaque cura tegit.

Ciofan.

431. *Commisit alendum.*] Sic Claud. lib. i. de Raptu Proserpinae.

Infidis natam laribus commisit alendam.

Idem. Reperio in vi. Cons. Honor. 583.

Infantem genitor moriens commisit alendum.

in libro de Raptu non inveni. *dimisit* hic Sprotii liber.

432. *Ab armis.*] *Ab arvis* quatuor. *ab aris* Barberin.

433. *Consilium sapiens.*] *Utile consilium* codex Sprotii.

433. *Sceleris n. p. magna.*] *Magni* quinque. *magna* duo Vaticani. *scelerum* Moreti unus.

436. *Demisit alumni.*] In aliis, *dimisit*. sed malo cum vetustiorum plerisque, *defigit*. Heins. *Configit* Ambrosian. *defixit* sexdecim.

438. *Exanimem scopulo.*] *E scopulo* cum melioribus. Heins.

Litore Threïcio classem religârat Atrides,
Dum mare pacatum, dum ventus amicior esset.
Hic subito, quantus, cum viveret, esse solebat,
Exit humo late ruptâ; similisque minaci,
Temporis illius vultum referebat Achilles;
Quo ferus injusto petiit Agamemnona ferro.
Immemoresque mei discessitis, inquit, Achivi?
Obrutaque est mecum virtutis gratia nostrae?
Ne facite. utque meum non sit sine honore sepulcrum,
Placet Achillêos mactata Polyxena manes.
Dixit: &, immiti sociis parentibus umbrae,
Rapta sinu matris, quam jam prope sola fovebat,
Fortis, & infelix, & plusquam femina, virgo
Ducitur ad tumulum; diroque fit hostia busto.
Quae memor ipsa sui, postquam crudelibus aris
Admota est; sensitque sibi fera sacra parari;

Ut-

440. *Dum ventus mitior esset.*] Non ausim rejicere, quod in Palatino legitur, *dum ventus amicior esset.* secundus magis, aut favens. Dan. Heins. Ex melioribus, *amicior.* Trist. lib. I. Eleg. IV. 17.

Si tamen haec navis vento ferretur amico.

Silius lib. XVII, 210.

Interea voto non auras poscit amicas
Contentus caruisse Noto.

Heins. Confuderunt & duas has voces librarii infr. XV. 443. & III. Trist. v. 41. *placatum* etiam hic Leidens. ut saepe alibi haec varietas est notata.

441. *Quantus.*] Novem cubitorum altitudinis fuisse Achillem Lycophron in Alexandra testatur. Const. Fan.

442. *Similisque minanti.*] *Minaci* unus Leid. & Zulich. Heins. Maluerat olim Heinsius, *similemque minaci vultum. multum referebat* fragm. Moreti.

445. *Immemoresque mei discessitis, inquit, Achivi? &c.*] Qua de re Seneca in persona Talthybii sic ait, ubi Achillis umbra introducitur. Troad. 191.

Ite, ite inertes: debitos manibus meis
Afferte honores. solvite ingratas rates
Per nostra ituri maria. non parvo luet
Iras Achillis Graecia. at magno luet.
Desponsa nostri cineribus Polyxena
Pyrrhi manu mactetur, & tumulum riget.

Ibidem Agamemnon. 287.

Regia ut virgo occidat,
Tumuloque dono detur, & cineres riget.

Leges hoc etiam apud Q. Smyrnaeum lib. XIV. Ausonius de Polyxena. Epitaph. XXVI.

Troas Achilleo conjuncta Polyxena busto,
Malueram nullo cespite functa tegi.
Non bene discordes tumulos miscetis, Achivi.
Hoc violare magis, quàm sepelire, fuit.

Ciofan. *Immemoresne* prior. Bonon. non male.

446. *Gratia.*] *Gloria* plurimi. ut saepe.

447. *Non sit.*] Malebat Broukhusius, *ne sit.*

450. *Fovebat.*] *Ferebat* unus. *tenebat* alius.

451. *Fortis & infelix.*] Hic Noster, ut veteres saepe monuerunt, (sed & res vel illis tacentibus facile apparet) quantum a Poëtica poterat, tantum & a Rhetorica facultate poterat. Idque cum mihi plane persuasum sit, a me impetrare non possum, quin dicam quod sentio de hoc versu, in quo mendum esse arbitror. Id quod vel tria verba probare possunt, si quis modo aequum se praebuerit. Primum enim *infelix* post *fortis* positum haud dubie cadit, & surgere tamen debuerat. Dein *virgo plusquam femina*, non alia esse potest, quam puella quidem, sed quae supra sexum suum (ἀνδρείας γ' ἕνεκα) assurgat. Itaque & fortior quam femina. At si ita est (neque aliter est) ex versu Ovidii erit fortis, infelix & fortior quam femina: quod quale sit, & quo nomine appellandum, dicent magistri. Deinde ei occurrendum est, quod dicebam modo, cum illud *infelix*, subjectum alteri voci *fortis*, non suo loco positum esse ajebam. Utrique rei unum remedium est, si legatur, ut & scripsisse poëtam credidi,

Fortiter infelix, & plusquam femina virgo;

Quae figura haud scio an aliâ ullâ sit illustrior aut ingeniosior. Tunc certe sententia non incipiat a *fortitudine*, quod altera parte vitiosum esse dixi. Ita ut vox dominans sit *infelix*, τὸ autem *fortiter* sit tantum illius πεῖσιν. sed plura addere nihil necesse est. Tan. Faber lib. II. Ep. 69. omnis hic aestus facile componitur, si legamus.

Fortis (at infelix) & plus quam femina virgo.

Plus

Utque Neoptolemum ſtantem, ferrumque tenentem,
Inque ſuo vidit figentem lumina vultu;
Utere jamdudum generoſo ſanguine, dixit.
Nulla mora eſt. at tu jugulo vel pectore telum
Conde meo: jugulumque ſimul pectusque retexit.
Scilicet aut ulli ſervire Polyxena ferrem,
Aut per tale ſacrum numen placabitur ullum.
Mors tantum vellem matrem mea fallere poſſet.
Mater obeſt; minuitque necis mihi gaudia. quamvis
Non mea mors illi, verùm ſua vita gemenda eſt.
Vos modo, ne Stygios adeam non libera manes,
Eſte procul; ſi juſta peto: tactuque viriles
Virgineo removete manus. acceptior illi,
Quisquis is eſt, quem caede meâ placare paratis,
Liber erit ſanguis. ſi quos tamen ultima noſtri
Vota movent oris; Priami vos filia regis,

Non

Plus quam femina vero dictum eſt, quae ſuperat ſexum, eodem modo fere, ut lib. 1. 573. *Sonitu plus quam vicina fatigat.* & 1. Faſt. 170. *Nec plus quam ſolitum teſtificatur opus.* Quinctil. XI. de Inſt. Orat. 2. *Plus quam firma debet eſſe memoria, quae aliam memoriam adjuvat.* Burm.

454. *Sibi fera ſacra parari.*] *Fera fata* nonnulli. *ſua ſacra* Gronov. *fera buſta* Medic. unus, unde Heinſ. conjiciebat, *fera juſta:* ſed vulgatam defendunt illa Virgilii II. Æen. 132. *Mihi ſacra parari.* Idem.

455. *Tenentem.*] *Parantem* Gronov. & tres alii. *moventem* Oxon.

456. *Utque ſuo vidit.*] Meliores, *Inque ſuo.* Heins. *Inque ſuos vultus* Voſſ. ut Epiſt. III. II. *alter in alterius jactantes lumina vultus.*

458. *Aut tu jugulo vel pectore telum.*] *At tu jugulo* rectius tres ſcripti cum uno Moreti. Heins. *Pectore ferrum* nonnulli.

460. *Scilicet haud ulli ſervire Polyxena vellem.*] *Servire ferrem,* pro paterer, Urbin. prim. Reg. uterque Hamburg. Arondel. prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. tert. Medic. aliique plurimi. bene. praeterea *aut ferrem, aut placabitis* ſcribendum cum multis, non *haud ferrem ſervire*, ut Val. Flacco lib. II. 156.

Scis ſimile ut flammis ſimus genus. adde, cruentis
Quod patimur ſervire Dahis.

ita ex veſtigiis vetuſti apud Carrionem libri videtur corrigendum. Paulo ante 151. apud eundem repone,

Attamen hos aliis forſan ſolabere caſus
Tu thalamis.

cum *hos tales* inſulſe legatur. ibidem 148. ſcribendum,

Non forma, non arte colus, non laude pudoris
Par tibi.

nam *fama* idem eſt quod *laus pudoris.* ceterum quod *patrium* pro *patimur* irrepſerat literis transpoſitis, idem error non ſemel alibi mihi deprehenſus apud eundem Valerium, ut libro IV. 320.

Tenditur ille ingens in humum pavor, arvaque latè
Occupat.

frigide hactenus legebatur, *hominum pavor. Tenditur* pro extenditur. ſic noſtro Met. IV. 576.

—— *ſerpens in longam tenditur alvum.*

apud eundem Valerium libro V. Vſ. 463. locus eſt inſignis, ſed peſſime habitus vulgo,

Poſt alii, quos praecipuo Titanius aulae
Legit honores patres, motique ad praelia reges.

vel *Titanias aula.* nunc *Titania tellus.* Sed finis exemplorum non eſſet. haec interim in transcurſu. Heins. *Ferrem* recte pro *vellem.* vid. ad lib. XI. 447.

462. *Mors tantum vellem.*] Languidi & ſimul duriſſimi hi numeri, tribus vocibus in mugientem illam literam *m* exeuntibus, & tribus itidem ſpondeis ſe ſubſequentibus. *vellem mea matrem* Voſſ. & Thuan. & *matrem mea vellem* unus Heinſii. ego vero mallem.

Mors tamen haec vellem mea matrem fallere poſſet! Burm.

464. *Mea mors.*] *Mea ſors* Medic. unus.

466. *Si juſta peto.*] *Juſta precor* tres libri. ut I. Amor. III. I. *Juſta precor.*

466. *Eſte procul.*] *Ite* S. Marci, Neap. Bernegger. & ſex alii. Heins.

469. *Liber erit.*] *Erat* Oxon. unde Heinſius, *eat.* ut Epiſt. III, 146.

Eſt mihi, qui foſſo pectore ſanguis eat.

470. *Verba movent.*] *Vota* tres noſtri. idque in ſuo codice ex antiquis libris notarat Politianus. Heins.

471. *Nunc*

Non captiva, rogat; genetrici corpus inemtum
Reddite: neve auro redimat jus triſte ſepulcri,
Sed lacrimis. tunc, cum poterat, redimebat & auro.
Dixerat. at populus lacrimas, quas illa tenebat,
Non tenet. ipſe etiam flens invitusque ſacerdos
Praebita conjecto rupit praecordia ferro.
Illa, ſuper terram defecto poplite labens,
Pertulit intrepidos ad fata noviſſima vultus.
Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,
Cum caderet; caſtique decus ſervare pudoris.
Troades excipiunt; deploratosque recenſent
Priamidas: & quid dederit domus una cruoris.
Teque gemunt, virgo; teque, ô modo regia conjux,
Regia dicta parens, Aſiae florentis imago;
Nunc etiam praedae mala ſors: quam victor Ulixes
Eſſe ſuam nollet, niſi quod tamen Hectora partu
Edideras. dominum matri vix reperit Hector.
Quae corpus complexa animae tam fortis inane,

Quas

471. *Nunc captiva.*] *Non captiva* longe elegantius cum Neapol. Urbin. Cantabrig. prim. Palat. prim. Gronov. Arondel. & ſex aliis. *Nec captiva* fragment. Boxhornii. Moveant vos preces meae, non tanquam à captiva, ſed à regis filia, profectae. HEINS.

474. *At populus lacrimas, quas illa tenebat, Non tenet.*] Feliciſſimè hunc locum mutuatus eſt Georg. Buchananus in Jephte Tragoedia:

——— *quas tenebat lacrimas*
Propinqua morti virgo, populus non tenet.

Tenere lacrimas dixit & Cicero. CIOFAN. Senec. Troad. 1099.

——— *Non flet e turba omnium*
Qui fletur.

Quas ipſa quatuor ſcripti.

475. *Invitusque Sacerdos.*] Pyrrhus, qui ſacrificii curator & Pontifex fuerat deſignatus. Euripides in Hecuba, ferè ſub principium, ubi ita eſt:

——— Θύματος δ' ἐπίσκοπος,
Ἱερεύς τ' ἐπέστη τοῦδε παῖς Ἀχιλλέως.
——— *ſacrificii curator*
Et Pontifex deſignatus eſt filius Achillis.

CIOFAN. Stanleius haec adducit ad Æſch. Agam. 247. quem Noller imitatus eſſe videtur.

476. *Rupit praecordia.*] *Rapuit* Thuaneus.

477. *Illa ſuper terram defecto poplite labens.*] In uno Vatican. *Deflexo poplite.* Quod mihi non diſplicet, ſed tamen ſuperior lectio probabilior videtur. CIOFAN. Multi quoque, quos Heinſius vidit, *deflexo*, alii nonnulli, *defeſſo.* ſed omnes fruſtra. ita *defecta ora* Val. Fl. II. 464. ubi plura dicemus. BURM.

478. *Ad fata.*] *In fata* Medic. unus.

479. *Tunc quoque cura fuit partes velare pudendas.*] Quamvis hoc videatur tractum ex Euripide, qui de Polyxena ita inquit: Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν, id eſt, *multam prudentiam habuit honeſte cadere*, tamen videtur hoc quoque loco alludere ad Caeſarem. Qui cum in ſenatu ſtrictis undique pugionibus feriretur, ita togam compoſuit, in eaque ſe convolvit, ut honeſte caderet. Quod etiam Pompejum & nonnullos ex nobiliſſimis Romanis moribundos ſervaſſe legimus. JACOB A CRUCE. *Nunc quoque* Moreti ſec. *partes celare pudendas* duo. *verendas* unus. *velare pudendas* ſex.

482. *Quid dederit.*] *Quem d. d. u. cruorem* duodecim. *Quod cruoris* Oxon. *quam cruoris* Gron. & Moreti. *quot cruores* Bonon. *& quantum* Medic. *quantum* Baſil. Heinſius volebat, *dederitque domus quantum una cruoris.* ſed *quid* non mutem. ita Terent. Heaut. II. 3. *Quid rerum.* & III. 1. *Quid vini.* & ita alii.

485. *Mala ſors.*] Imitatus Senec. Troad. 62.
Mea ſors timetur, ſola ſum Danais metus.

487. *Ediderat.*] Scribe, *Edideras.* aliter libri. HEINS. Quorum nonnulli, *ediderit. Hectora partum* etiam fragm. Boxh. ut ſit appoſitio. mox, *vix invenit Hector*, Sprotii codex.

490. *In vulnera fundit.*] *In vulnere* plerique omnes codices. vid. lib. VIII. 540. & Ep. XI. 125.

491. *Oſcu-*

Quas toties patriae dederat, natisque, viroque,
Huic quoque dat lacrimas; lacrimas in vulnera fundit:
Oſculaque ore legit: conſuetaque pectora plangit:
Canitiemque ſuam concreto in ſanguine verrens,
Plura quidem, ſed & haec, laniato pectore dixit:
Nata tuae (quid enim ſupereſt?) dolor ultime matri,
Nata, jaces: videoque tuum, mea vulnera, vulnus.
En, ne perdiderim quemquam ſine caede meorum,
Tu quoque vulnus habes. at te, quia femina, rebar
A ferro tutam: cecidiſti & femina ferro.
Totque tuos idem fratres, te perdidit idem
Exitium Trojae, noſtrique orbator, Achilles.
At poſtquam Paridis cecidit Phoebique ſagittis;
Nunc certè, dixi, non eſt metuendus Achilles.
Nunc quoque mî metuendus erat. cinis ipſe ſepulti
In genus hoc ſaevit: tumulo quoque ſenſimus hoſtem:
Æacidae fecunda fui. jacet Ilion ingens:
Eventuque gravi finita eſt publica clades:

Si

491. *Oſculaque ore tegit.*] *Legit* ſec. Palat. Oxon. quart. Medic. & quinque alii, cum Naugerii codicibus. *egit* duo. an *legere oſcula?* ut apud Virgil. IV. 684.

—— *extremo, ſi quis ſuper halitus errat,*
Ore legam.

& *legere ore ſpiritum* Senecae Hercule OEtaeo. quomodo *frigentia lambere oſcula*, apud Statium Epicedio Glauciae. Poſſet & *terit* reſcribi, ſed vulgatum defendi poteſt, tanquam os opponat animae fugienti. ſic lib. XII. 424.

—— *oraque ad ora*
Admovet; atque animae fugienti obſiſtere tentat.

ore petit Thuan. non male. duo alii, *dedit.* unus Regius, *regit.* Heins.

492. *Verrens.*] *Verſans* ſeptemdecim. *volvens* unus. *vergens* duo. *vertens* ſex. *in vulnere* Gronov. & Berſmanni Mſ. *in* deeſt nonnullis.

494. *Ultime matris.*] *Matri* Ambroſ. & unus Patavinus. ſed Gronov. & octo alii. *ultima.* prior Gron. *quis enim.* quare poſſet & legi,

Nata tuae, (quis enim ſupereſt dolor) ultima matri. Heins.

495. *Videoque meum tua vulnera pectus.*] *Tuum mea vulnera vulnus* Bernegger. Polit. & octo alii. quod placet. quidam, *meum tua vulnera vulnus.* alii, *tuum mea vulnera pectus*, vel, *meum tua pectora vulnus.* ſed quia mox ſequitur, *Tu quoque vulnus habes*, puto ſcribendum hoc loco,

—— *videoque tuum mea funera funus.* Idem.

496. *Et ne.*] *En ne* Bernegg. & placet. Idem. Qui & conjecerat, *An, ne perdiderim &c. vulnus habes?*

500. *Exitium Trojae.*] *Excidium* duo libri.

503. *Tunc quoque mi.*] Libri veteres, *nunc quoque.* Ciofan.

503. *Cinis.*] *Habet hoc Montanus vitium*, inquit Seneca, Controverſia 28. *ſententias ſuas repetendo corrumpit, &c. ſolebat itaque Scaurus eum* inter oratores Ovidium vocare. *Nam & Ovidius neſcit, quod bene ceſſit, relinquere. Cum Polyxena eſſet abducta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dixit*, cinis ipſe ſepulchri In genus hoc pugnat. *poterat hoc contentus eſſe, adjecit*; tumulo quoque ſenſimus hoſtem. *Nec hoc contentus adjecit*; Æacidae foecunda fui. Ovidium aſſerit H. Stephanus lib. de Criticis, & Jo. Paſſeratius praefat. *in Armorum Judicium.* Farn.

504. *Tumulo quoque ſenſimus hoſtem.*] Urbin. *tumulum.* & multi mox, *cinis ipſe ſepultus*, pro *ſepulti.* ſic infra, 615.

Inferiaeque cadunt cineri cognata ſepulto
Corpora.

& Virgil. Ceiri loco corruptiſſimo,

Uti cineres gaudete ſepulti.

Virgil. IV. Aeneid. 34.

Id cinerem aut manes credis curare ſepultos.

ſed aliter Seneca haec producit. Heins. *Cinis ille* Francof. & multi alii. Senec. Oedip. 106.

Ille, ille dirus callidi monſtri cinis
In nos rebellat.

Sed Troad. 957.

Si finita tamen. ſoli mihi Pergama reſtant,
In curſuque meus dolor eſt. modo maxima rerum,
Tot generis natisque potens, nuribusque viroque,
Nunc trahor exſul, inops, tumulis avulſa meorum,
Penelopae munus. quae me data penſa trahentem
Matribus oſtendens Ithacis, Haec Hectoris illa eſt
Clara parens: haec eſt, dicet, Priameïa conjux.
Poſtque tot amiſſos tu nunc, quae ſola levabas
Maternos luctus, hoſtilia buſta piaſti.
Inferias hoſti peperi. quo ferrea reſto?
Quidve moror? quo me ſervas, damnoſa ſenectus?
Quid, Di crudeles, niſi quo nova funera cernam,
Vivacem differtis anum? quis poſſe putaret
Felicem Priamum, poſt diruta Pergama, dici?
Felix morte tuâ, nec te, mea nata, peremtam
Adſpicit: & vitam pariter regnumque reliquit.

At

Cinis ipſe noſtrum ſanguinem & tumulus ſitit. Tumulo quoque ſaevit in hoſtem Junian. Burm.

505. *Jacet Ilion.*] *Fuit Ilion* Boxhorn. Ut Virg. II. Aeneid. 325.

Fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum.

Supr. 429. *Eſt, ubi Troja fuit, &c.*

507. *Sed finita tamen.*] Emendati codices habent. *Nec finita tamen*, ut ſit correctio, Rhetoricus color, & Hemiſtichium hoc ad illud ſuperius referatur, *Finita eſt publica clades*, non autem ad illud inferius. *Soli mihi Pergama reſtant.* nam eò cauſſa redditur, cum publica clades ſibi Hecubae non finita. Const. Fan. Imo cum Palatino, *Sit finita tamen.*

Eventuque gravi finita eſt publica clades.
Sit finita tamen. ſoli mihi Pergama reſtant.

Dan. Heins. *Nec finita* Calandrae excerpta, Conſtantii Fanenſis codices, & ex noſtris unus Leidenſis. Malo tamen cum prim. Reg. & uno Medic. *Si finita tamen.* ut lib. x. Met. 323.

Si tamen hoc ſcelus eſt.

Heins. Sed oppoſitio non ſatis valida mihi videtur, quare mallem,

Eventuque gravi finita eſt publica clades,
Sed finita aliis, ſoli mihi Pergama reſtant.

Scheffer. apud Fan. Fab. lib. II. Ep. 71.

507. *Soli mihi Pergama reſtant.*] Ita propè Epiſt. I. 53. *Uni mihi Pergama reſtant.* Quorum alterum locorum aemulatus eſt Seneca in Herc. Oeteo.

Tibi cuncta domus concidit uni.

Ciofan. Tres quoque hîc libri habent, *uni mihi.* vid. ad Epiſt. I. 51.

509. *Tot generis natisque.*] Quinquaginta filios & duodecim filias Priamum habuiſſe (ex diverſis tamen intelligere licet mulieribus) Hom. in Ilia. VI. teſtatur, quod volui dicere, quia multi natas in numero quinquaginta filiorum comprehenderunt. Const. Fan.

511. *Penelopae.*] *Penelopes* quindecim libri.

514. *Amiſſos tu nunc, quae*] *Tu tot quae ſola l.* Mediceus unus.

517. *Quo me ſervas, damnoſa ſenectus?*] Veteres libri, *Annoſa ſenectus?* Probo. v. Triſt. II. II.

Scilicet exiguis prodeſt annoſa ſenectus. Ciofan. *Damnoſa* reponendum ex antiquis editionibus. ſic in Triſt. III. VII. 35. *Formae damnoſa ſenectus.* pro *quo ferrea, quid ferrea reſto* quatuor libri. ſed ſec. Vatican. *quid ahenea.* Statius Theb. III. 280.

—— *ſcopulos & ahena precando*
Flectere corda paro. Heins.

518. *Quo di crudeles niſi uti.*] In quibusdam, *niſi quo nova.* Nauger. *Niſi quo* S. Marci, Neapol. Bernegger. Polit. multique alii. Multi etiam ex melioribus, *Quid Di.* ſcribendum forte cum primo Vatican. priore Twiſdenio & duobus Medic.

Quid, di crudeles, niſi quo nova funera cernam? Idem.

519. *Differtis.*] *Servatis* Palatin. ſec. male. lib. XII. 76. *Decimum dilatus in annum Hector erat.* vid. ad Remed. 93.

522. *Et vitam pariter regnumque reliquit.*] Hunc locum imitatus eſt Seneca in Troadibus. 157.

Secum excedens ſua regna tulit.

Notavit hoc Muretus. Ciofan.

523. *Dotabere regia virgo.*] *Donabere* Medic. Flor. & Neapol. Manil. IV. 140.

Taurus ſimplicibus dotabit rura colonis.

ſic Gembl. editio Scal. *donabit.* lib. V. 710.

Tertia Pleïades dotabit forma ſorores

ſi

At (puto) funeribus dotabere, regia virgo;
Condeturque tuum monumentis corpus avitis.
Non haec eſt Fortuna domûs. tibi munera matris
Contingent fletus, peregrinaeque hauſtus arenae.
Omnia perdidimus. ſupereſt, cur vivere tempus
In breve ſuſtineam, proles gratiſſima matri,
Nunc ſolus, quondam minimus de ſtirpe virili,
Has datus Iſmario regi Polydorus in oras.
Quid moror interea crudelia vulnera lymphis
Abluere, & ſparſos immiti ſanguine vultus?
Dixit: & ad litus paſſu proceſſit anili,
Albentes laniata comas. Date, Troades, urnam,
Dixerat infelix, liquidas hauriret ut undas:
Adſpicit ejectum Polydori in litore corpus,
Factaque Threïciis ingentia vulnera telis.
Troades exclamant: obmutuit illa dolore;

Et

ſi *donabere* legas, erit ut illud. Senec. II. de Clem. 6. *Donabit lacrimis maternis filiam.* Heins. vide ad Epiſt. XI. 99.

524. *Condeturque.*] *Credeturque* Mſ. Berſm.

526. *Contingent.*] *Contingunt* Grön. & Moreti. *contingant* unus. *contigerint* Baſil.

529. *Quondam minimus de ſtirpe virili, Has datus Iſmario regi Polydorus in oras.*] Hunc omnium poſtremum ex Hecuba Priamus ſuſcepit. Vetus poëta apud Ciceronem lib. III. De Orat.

Qua tempeſtate Paris Helenam innuptis junxit nuptiis,
Ego tum gravida, expletis jam fere ad pariendum menſibus;
Per idem tempus Polydorum Hecuba partu poſtremo parit.

Hoc idem legitur initio Hecubae Euripidis, unde magna pars horum omnium converſa eſt. Fuit & alius Polydorus ex eodem Priamo & Laothoë, filia Altae. Auctor Homerus lib. XXI. Sed, quando in Priami filiorum mentionem incidi, locus hic peropportunus me admonet, ut ex Apollodoro nominatim omnes enumerem, apud quem lib. III. Bibliothecae ita eſt.

Ex Hecuba filii.

Hector, Paris, Deiphobus, Helenus, Pammon, Polites, Antiphus, Hipponous, Polyxenus, Troilus.

Ex aliis mulieribus.

Menalippus, Gorgithon, Philemon, Hippotheus, Glaucus, Agathon, Cnerſidamas, Euagoras, Hippodamas, Meſſor, Atas, Doriclus, Lycaon, Dryops, Bias, Chromius, Aſtygonus, Teleſtas, Evander, Cebriones, Melius, Archemachus, Laodocus, Echephron, Idomeneus, Hyperion, Aſcanius, Democoon, Arrhetus, Deiopites, Clonius, Echemon, Hypirhyeus, Aegeoneus, Lycithaus ac Polymedon.

Ex Hecuba filiae.

Creuſa, Laodice, Polyxena, Caſſandra.

Ex aliis mulieribus.

Meduſa, Medeſicaſta, Lyſimache, Ariſtodeme.

Sunt igitur inter mares & feminas LIV. Qui numerus eſt & apud Hyginum cap. XC. Virg. lib. I. Aeneidos Ilionen ponit. Priamum L. tantum filios ſuſcepiſſe vulgo creditum eſt. Illud inſuper animadvertendum, Ciceronem ab Apollodoro diſſentire, qui Priamum ex legitima uxore XIV. ſuſcepiſſe ait. ille verò I. Tuſcul. XVII. Sed fieri poteſt, ut apud Ciceronem numerus mutatus ſit. Ciofan.

532. *Sparſos immiti ſanguine vultus.*] *Inſonti ſanguine* unus meus. & mox 503. *ſanguine ſonti.* alius, *ſtillanti.* ut lib. XI. 57. *Sparſos ſtillanti rore capillos.* pro *procedit* mox vetuſtiores plerique, *proceſſit.* & *laniata*, pro *lacerata comas* prim. Baſil. atque alii quatuor. Heins.

533. *Proceſſit.*] *Properavit* tres libri, ut Virgil. IV. 6. I. *illa gradum ſtudio celerabat anili.* *protendit* Moreti unus.

537. *Threïciis.*] Mſſ. Gebhardi, *Treïcidis* unde ille lib. III. Crep. 23. *Threcicidis. lacerantia vulnera* unus Baſil. male. Flor. II. 7. *vulnera non ſpiculis, non ſagittis, nec ullo Graeculo ferro, ſed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladiis ulcera nonnulla patebant.* in quo loco explicando non ſatisfaciunt mihi viri docti, qui *ultra mortem* poſt mortem interpretantur: cum verum ſenſum putem, tam ingentia fuiſſe vulnera, ut etiam mors potuiſſet minori vulnere inferri, ſed ex uno illorum potuiſſe quaſi plures homines morti dari, nec opus eſſe illud, ut ſaepe fit, repetere. non diſſimiliter Ovid. VI. Met. 642. *Satis illi ad fata vel unum vulnus erat.* hic

Et pariter vocem, lacrimasque introrsus obortas
Devorat ipse dolor: duroque simillima saxo
Torpet: & adversâ figit modo lumina terrâ;
Interdum torvos sustollit ad aethera vultus:
Nunc positi spectat vultum, nunc vulnera, nati;
Vulnera praecipuè: seque armat & instruit irâ.
Quà simul exarsit, tamquam regina maneret,
Ulcisci statuit; poenaeque in imagine tota est.
Utque furit catulo lactente orbata leaena;
Signaque nacta pedum sequitur, quem non videt, hostem:
Sic Hecube, postquam cum luctu miscuit iram,
Non oblita animorum, annorum oblita suorum,
Vadit ad artificem dirae Polymestora caedis:
Colloquiumque petit. nam se monstrare relictum

Vel-

non tantum satis, sed plus & ultra erat. & ut *ultra* & *citra* opponi vidimus ad Eleg. in Drus. ỳs. 50. ita Quinctil. Decl. CCXLVI. dixit *Venenum temperamento datur, ut sletur citra mortem.* ubi vide. BURM.

341. *Adversa.*] In Troade, ubi fuit Troja è regione Thraciae sita. REGIUS. Ego verò simpliciter accipiendum puto. *Adversa terra*, quemadmodum dicimus, *Vulnus adversum*, *corpus adversum*, hoc est, quod ex adverso intuemur. hoc enim & *ἀντίθετον* postulat quod sequitur. *Interdum torvos extollit ad aethera vultus.* MICYLL. *Adversa terrae* S. Marci, unus Thuan. & unus meus. mox pro *sustollit* Oxon. *intendit.* HEINS. *Oppositа* in uno Heinsii, quod ex Epist. II. 26. petitum.

Haesit, in oppositâ lumina fixus humo.

Vid. ad. I Am. IX. II. an vero figit *terrae*, vel *terra*, sit legendum vide ad lib. III. Amor. II. 25. BURM.

542. *Sustollit.*] *Extollit* Cantab. Junian. & ultra quadraginta alii. *attollit* tres. *tollit torvos ad sidera* quatuor. *extendit* Sprotii. *intendit* Vossian. *sustollere* tuetur Voss. lib. III. de Analog. cap. 37. BURM.

544. *Et instruit ira.*] Vatic. & Neapol. *instruit iram*, quod elegantius puto. irata enim jam dudum erat Hecuba. sed nunc instruit iram, & parat ea, quibus in ardorem exsequendi, quae irata conceperat, dari posset. sic *instruere odia* Just. IX. 8. *Instruere virtutem* Senec. I. de Ira. 13. *Crimina & accusationem instruere* Tacit. II. 75. ubi vide Freinsh. & Gronov. IDEM.

549. *Cum luctu miscuit.*] *Luctu permiscuit* unus Medic.

552. *Colloquiumque petit.*] Livius lib. XXXII. *Cum Romanus eum aequum censeret priorem dicere, qui petisset colloquium: &c.* C. Julius Caesar lib. I. De Bello Civili: *tandem omnibus rebus obsessi, quartum jam diem sine pabulo retentis jumentis, aquae, ligni & frumenti inopia, colloquia petunt, &, id si fieri possit, semoto à militibus loco.* Trogus Pompejus lib. VI. *Inde sceptrum petit, quos è media interfecta socru contulerat; is ab Herculide petito colloquio.* Citat Priscianus lib. VI. Tacitus lib. ult. *Extremo petito colloquio scinditur Nabaliae fluminis pons.* Idem lib. XIII. *Commotis, qui aderant, ultroque spiritus ejus mitigantibus, colloquium filii expescit.* CIOFAN.

554. *Praedaeque assuetus amore.*] *Amori* scribendum. vel, quod nihilo sit deterius, *allectus amore.* HEINS. Immo nil muta. *assuescere* enim etiam cum ablativo construi docuerunt jam Freinsh. ad Flor. I. I. & Gronov. ad Liv. XXXI. 35. ita & infra. XV. 484.

—— *gentemque feroci*
Adsuetam bello

capio. nam in quibusdam est *ferocem*, forte pro *feroce.* BURM.

556. *Tolle moras.*] *Metus* Leid. & duo alii. *minas* Moreti.

560. *Atque ita correpto captivarum agmina matrum Invocat.*] *Correptum* Bernegger. à manu prima, & pro diversâ lectione prim. Gronov. *correpta* Neapol. Arondel. & tert. Medic. pro *agmina* prim. sec. Vatican. & septem alii, *agmine. Involat* prim. Vatican. Calandr. Thuan. & alii sex. Scribe cum primo Moreti,

Atque ita correptum captivarum agmine matrum Involat.

Auctor belli Alexandrini: *At ipsum Longinum L. Licinius Squillus involat, jacentemque lorum jaculis plagis.* perperam illic editur, *ad ipsum Longinum.* si *correpto agmine* mavis, *eo involat* referendum erit ad subsequens, *in lumina.* ut apud Terentium, Eun. IV. III. 6.

Ut ego unguibus facile illi in oculos involem.

Lucilius apud Nonium: *Inde canino rictu oculisque involans.* sic *irruere* supra lib. XII. cum quarto casu

Velle latens illi, quod nato redderet, aurum.
Credidit Odryſius: praedaeque adſuetus amore
In ſecreta venit. cum blando callidus ore,
Tolle moras, Hecube, dixit: da munera nato.
Omne fore illius quod das, quod & ante dediſti,
Per Superos juro. ſpectat truculenta loquentem,
Falſaque jurantem: tumidàque exaeſtuat irâ;
Atque ita correptum captivarum agmine matrum
Involat, & digitos in perfida lumina condit,
Exſpoliatque genas oculis, (facit ira valentem)
Immergitque manus: foedataque ſanguine fonti
Non lumen, neque enim ſupereſt, loca luminis haurit.
Clade ſui Thracum gens irritata tyranni
Tröada telorum lapidumque inceſſere jactu

Coe-

caſu habuimus. Guntherus Ligurino II. de Leone

Miſerum violento pectoris ictu
Involat.

Solinus cap. XI. *Caryſtiae aves flammas impune involant.* & cap. XXVI. *Ut aedem Apellis inſignem alites non involarent.* & c. XXXIII. *Ægyptum involat Phoenix.* Apulejus lib. II. Met. ſub finem. *Nec cunctatus medios latrones involo.* ſic enim codices nonnulli, cum in vulgatis ſit, *invado.* lib. VI. *His editis involat eam.* lib. V. *Nec deus amator humi jacentem deſerens involavit proximam cupreſſum.* lib. IX. *Philebum ceterosque ejus comites involant avide.* ſic & *Advolare* cum quarto caſu ſcriptores jungunt, & Apulejus lib. V. *Pervolare ſcopulum* dixit. Lucanus libro VI. 588.

——— *quos Caeſaris involet artus.*

Correptum, ut in Phaedro Lib. I. Fab. I.

Atque ita correptum lacerat injuſta nece.

Heins. *Agmine involat* etiam Francof. ſed *correptum* aliter cepit Heinſius ad lib. I. Art. 714.

562. *Expellitque genis oculos.*] In nonnullis, *expilatque genis.* utrumque recte. Nauger. Qui putant omnino *expellit* eſſe legendum, ii mihi neque veteris ſcripturae, neque naturae foemineae ullam habuiſſe rationem videntur: nam & in antiquis codicibus *expilat* eſt ſcriptum, quod quidem verbum tam infirmitati foemineae convenit, quam illud *expellit* repugnat: acubus enim Hecuba Polymeſtori oculos eruiſſe fertur. Quare *expilat*, ut fuit ab Ovidio ſcriptum, ita proſus eſt legendum. Regius. Alii codices, annotante Grutero, & ante eum aliis, *Expilatque genis oculis.* pro quo alii, *Expoliatque genis oculos.* Dan. Heins. *Expilatque* eſt in meo antiquiore & Capran. In altero vero Vaticano & Caeleſt. *Exſpoliatque.* Utrumque recipi poſſe arbitror. Ciofan. *Expellitque genis oculos* Florent. S. Marci, ut *expellere crines cerebro* Plaut. Trucul. II. II. 33. *Expilatque* prim. ſec. Palat. prim. Vatican. Oxon. Cantabrig. tert. quart. Medic. uterque Erfurt. uterque Hamburg. prim. Moret. aliique plurimi. ſic *Expilare pharetram* dixit Apulej. lib. V. & *Expilata cubilia ferarum* Senec. ad Marc. cap. 7. *Extraxitque* prim. Gronov. prim. Thuan. & decem alii. *Exſpoliatque* quatuor cum Bernegger. Unus Reg. *Expilatque genas oculis.* Scribe,

Exſpoliatque genas oculis.

quomodo excerpta Jureti, & pro diverſa lectione Arondelianus. ſupra lib. XII. 438.

——— *armis ſpoliare jacentem.*

exſpoliare veteres dixiſſe liquet ex Quadrigario, qui *agrum Campanum exſpoliabatur* dixit. Vide Nonium in *Spolio.* Heins. Sic in veteri epigrammate de menſibus inter Catalecta Pithoei:

Majus Atlantiades gnatae dignatus honore.
Exſpoliat pulchris florea ſenta roſis

ita enim vetuſtus codex Voſſianus, non *florea ſerta*; *ſenta* pro *ſenticetis* videtur poſuiſſe. in Actis paſſionis S. Cypriani: *In agrum Sexti perductus eſt, & illic ſe lacerna binra exſpoliavit.* in ejuſdem vita: *Cum ſe Dalmatica exſpoliaſſet.* Heins.

562. *Facit ira valentem.*] In meo antiquiore, *Ira potentem.* In Capran. *nocentem.* Ciofan. *Nocentem* plurimi veteres. at tert. Medic. & multi alii, *potentem.* recte. Adeantur Notae Amor. II. El. II. Heins. An ira potentiam (quo ſenſu Heinſium hanc vocem capere ex notis ad II. Amor. II. 30. liquet) addere dici poſſit valde dubito. ſed infirmis etiam vires dare notiſſimum eſt, quare ſe antiquam ſcripturam reduxi, *valentem.* id eſt validam. ita Cicero *Homines valentes* pro Milon. 20, *Lictores valentiſſimos* v. Verr. 54. & alibi. *nocentem* gloſſatoris eſt, qui *valentem* explicabat, ita viribus valentem, ut nocere poſſet. Burm.

563. *Foedataque ſanguine fonti.*] Raphaël *fontis* legiſſe videtur, nam exponit, ſanguine fontis, id

Coepit. at haec miſſum rauco cum murmure ſaxum
Morſibus inſequitur: rictuque in verba parato
Latravit, conata loqui. locus exſtat, & ex re
Nomen habet: veterumque diu memor illa malorum,
Tum quoque Sithonios ululavit moeſta per agros.
Illius Troasque ſuos, hoſtesque Pelaſgos,
Illius Fortuna Deos quoque moverat omnes:
Sic omnes, ut & ipſa Jovis conjuxque ſororque
Eventus Hecubam meruiſſe negaverit illos.

Fab. III. Argumentum.

[a] Memnonis cineres in aves.

[b] *Memnon*, [c] *Tithoni & Aurorae filius*, *Priamo ferens auxilium ab Achille occiditur.*

eſt, ſanguine nocentis ac ſcelerati Polymneſtoris. ſed *ſonti* etiam legi poteſt. Glarean.

564. *Loca luminis.*] Sic libr. viii. 805. *Ventris erat pro ventre locus.* Douza.

566. *Lapidumque inceſſere.*] *Laceſſere* unus Ambroſ. & Heinſii. ſed lib. iii. Am. xiii. 21. *Jaculis inceſſitur index.* & infr. lib. xiv. 402. *Saevisque parant inceſſere telis.*

568. *In verba.*] *Ad verba* plurimi.

569. *Locus exſtat.*] Julius Pollux lib. v. c. 5. hunc locum κυνὸς σῆμα *cynos ſema*, id eſt, canis ſepulcrum, appellatum fuiſſe, à quodam generoſo cane ibi ſepulto, inquit, ut alterum locum in agro Calydonio à cane Atalantae (cui nomen Aura fuit) ibi tumulata. ſed invaluiſſe opinionem Hecubam in canem mutatam eidem in Helleſponto loco nomen indidiſſe. eſt & Libyae locus Cynoſſema, ut Steph. ſcribit. Const. Fan. Legitur apud Auſonium hoc Hecubae epitaphium, xxv.

Quae Regina fui, quae claro nata Dymante,
Quae Priami conjux, Hectora quae genui:
Hic Hecuba injectis perii ſuperobruta ſaxis:
Sed rabies linguae me tamen ulta prius.
Fidite ne regnis, & prole, & ſtirpe parentum,
Quicumque hoc noſtrum σῆμα κυνὸς legitis.

Quare Hecuba fingatur in canem mutata, Plautum audiamus, cujus haec ſunt in Maenech. v. i. 14.

M. *Non tu ſcis mulier Hecobam quapropter canem*
Graeci eſſe praedicabant? v. *non equidem ſcio.*
M. *Quia idem faciebat Hecoba, quod tu nunc facis,*
Omnia mala ingerebat quemque aſpexerat.
Itaque adeo jure coepta eſt appellari canis.

Aliter Cicero lib. iii. Tuſc. *Hecubam*, inquit, *putant, propter animi acerbitatem quandam & rabiem, fingi, in canem eſſe converſam.* Ciofan. *Canis exſtat* Medic. & Moreti.

571. *Tunc quoque.*] *Nunc quoque* Gronovii.

[a] *Memnonis.*] *Memnonides in aves* Parm.

[b] *Memnon.*] In Cantabrigienſi codice erat: *Priamus & Tithonus fuerunt fratres, cujus Tithoni fuit uxor Aurora, ex qua habuit filium nomine Memnonem. ſed Priamus, obſeſſus a Graecis, mandavit fratri ſuo, ut Memnonem filium ſuum ad defendendum ſuam Trojam ſibi mitteret. Qui Memno quidem, poſtquam venit Trojam, audax & in armis fortis a Graecis interfectus eſt. ſed mater illius Aurora, videns illum interfectum, cecidit* (lege *accidit*) *genibus Jovis, quem deprecata eſt ſupplici voce, ut eſſet miſertus ſui nati, antequam eſſet ſepultus. Jupiter autem ex cinere illius fecit aves, quae vocantur Mnemonides: & ut oſtendant ſuum auctorem fuiſſe audacem, pugnant unoquoque anno inter ſe, ut moriantur, & iterum recreentur.*

[c] *Tithoni.*] *Tithonis aurorae* Lugd.

[d] *Impetrat.*] *Impetravit* Colon.

[e] *In cineres.*] Ita Mſ. at falſum hoc Memnonis ſocios in aves verſos tradit quidem Q. Smyrnaeus lib ii. ſed qui de ſororibus [illegible] hoc tradat fruſtra quaeras. Veneta & Micyll. [illegible] exhibent, *ut favillae ejus aduſto rogo, pariterque ſorores in volucres &c.* Quae nata ſunt ex [illegible] intellectis verbis Poëtae: *Mox vera volucris In[illegible] pennis, pariter ſonuere ſorores.* Muncker. Cum Veneta & Parm. & Lugd. faciunt. *ut favillae [illegible] aduſto rogo in volucres* Raener. *ut favillae e. a. [illegible] in ſorores verterentur volucres, quae Memnoni[illegible] nomine dicerentur* Colon. in marg. Micyl. leg. [illegible] *in ſorores volucres.*

[f] *Quotannis.*] Ita & Plinius lib. x. cap. [illegible]. Aelian. v. i. Iſidorus autem libr. xii. 7. *Quinto quoque*

tur. Mater ergo precibus pro adſiduo officio inducendae lucis ab Jove [d] *impetrat, ut* [e] *in cineres ejus aduſto rogo ſorores in volucres convertantur, Memnonides nomine. Quae memores belli* [f] *quotannis ad ſepulcrum ejus conveniunt, & inter ſe dimicantes ſanguine ſuo manibus ejus* [g] *frequentes parentant.* [h] *Et ipſa mater ejus matutinis temporibus lacrimas deſiderio filii ſui Memnonis* [i] [k] *transmutat in rorem.* [l] *quod tamen monumentum in Phrygia conſtituit patruus ejus: ut Heſiodus vult.*

NOn vacat Auroræ, quamquam îsdem faverat armis,
Cladibus, & caſu Trojaeque Hecubaeque moveri.
Cura Deam propior, luctusque domeſticus angit
Memnonis amiſſi, Phrygiis quem lutea campis
Vidit Achilleâ pereuntem cuſpide mater.
Vidit; & ille color, quo matutina rubeſcunt
Tempora, palluerat: latuitque in nubibus aether.
At non impoſitos ſupremis ignibus artus

Su-

que anno. ſed ille confundit hiſtorias & ex Æthiopia praeterea Ægyptum facit. vide tu Plinium. Muncker.

[g] *Frequentes.*] *Frequentia parent* Parm.

[h] *Et ipſa mater.*] *Ipſius autem miſerandae matris lachrymae in matutinum rorem converſae ſunt. Monumentum tamen in Phrygia patruum conſtituiſſe Heſiodus ſcribit* Colon.

[i] *Transmutat in rorem.*] Servius ad Æneid. I. 493. *Quia Tithonus, frater Laomedontis, raptus ab Aurora, filium ſuum Memnonem ex ipſa progenitum inlectus dono votis aureae, Priamo ad Trojae miſit auxilium, qui, congreſſus cum Achille, ab eo eſt interemptus, cujus mortem mater Aurora hodieque matutino rore flere dicitur.* pro, *votis aureae*, lege, *vitis.* Meminit ejus vitis etiam Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. VI. vers. 652. Hem tibi hominis verba: *Eriphyle, uxor Euryphili, filii Telephi, qui Telephus, cum veniſſet ad auxilium Priamo, plagatus eſt ab Achille, & cum non poſſet curari, ſortitus eſt ab Achille ſe ſolo poſſe curari. venit ſupplex, petit ſe curari promiſſo hoc, ut nunquam jam auxilium ferret Trojanis, nec ipſe, nec de ſuis aliquis. Curatus eſt, receſſit, poſt mortem hujus filius Euryphilus vir fortis fuit. Hunc ſaepe ad auxilium petit Priamus, ille negavit, monitus ſcilicet à patre ſuo. Ergo cum non poſſet aliter Priamus eum ſollicitare, fecit vitem ex auro, & miſit ad uxorem ejus Eriphylen. Haec, accepto munere tanto, marito perſuaſit. Venit in Trojam auxilium ferens. Hunc occidit Pyrrhus, filius Achillis. Eurypylum* (ita enim ſcribendum) Telephi filium fuiſſe etiam alii tradidere: ſed *Eriphylen* illam, cujus tam frequens apud poëtas & mythographos mentio fit, ejus fuiſſe conjugem, id vero falſum eſt. *Plagari* ab hoc homine pro *vulnerari* vides uſurpari. Mira barbarorum licentia eſt in verbis iſtiusmodi fingendis. Ejusdem farinae eſt *humanari*, quod apud interpretem Concilii Epheſini inveni nuper & miratus ſum. *Et humanatus, inquit, eſt & paſſus &c.* Unde *inhumanatio* dicitur ἐνσάρκωσις Epiſcopis Galatiae in Epiſt. ad Leonem Auguſtum. Non minus audax eſt *auguriare* pro οἰωνοσκοπεῖν. Auctor Vit. Apollin. *Numquid iſte eſt, in quo auguriatis?* Ceterum quod ſequitur *ſortitus eſt*, pro *ſortem accepit*, ſuam habet venerem. *Sortem tollere* eo ſenſu dixit Hyginus Mythol. cap. 88. de eo, qui oraculum conſulit, aut ſortem petit. Uſus eadem phraſi Licinius Ruffin. Collat. Leg Tit. XV. *Non inveniatur in te, qui luſtret filium tuum aut filiam tuam, nec divinitus apud quem ſortes tollat.* Vulg. Interp. *qui ariolos ſciſcitetur* Deut. XVIII. Munck.

[k] *Transmutat.*] *Transformat* Parm. Lugd. Micyll. Raener.

[l] *Quod tamen*] Ita quidem edd. omnes. Legendum tamen putem, *qui tamen &c.* Muncker.

576. *Faverat.*] *Faverit* Barberin. & unus Ambroſ.

577. *Hecubaeque moveri.*] *Hecubesque* unus Heinſii.

579. *Lutea.*] *Caerula* unus Regius.

581. *Et ille color.*] *Ille Deus* pro diverſa lectione Gronov. prior. unde conjiciebat *Decor* Heinſius. *rubor* duo alii. *rubeſcit* etiam Oxon. ut ſit Graeciſmus.

582. *Palluerat, latuitque in nubibus aether, &c.*] Aurora quantum filii necem doluerit, ſcribit Tryphiodorus de Ilii excidio. Seneca in Troadib. 239. huc fortè reſpiciens: *Pariterque Memnon: cujus ob luctum parens Pallente maeſtum protulit vultu diem.* Ciofan. *Latuit ſub nubibus* Excerpt. Lang.

586. *Ad-*

Suſtinuit ſpectare parens: ſed crine ſoluto,
Sicut erat, magni genibus procumbere non eſt
Dedignata Jovis, lacrimisque has addere voces:
Omnibus inferior, quas ſuſtinet aureus aether,
(Nam mihi ſunt totum rariſſima templa per orbem)
Diva tamen venio: non ut delubra diesque
Des mihi ſacrificos, caliturasque ignibus aras.
Si tamen adſpicias, quantum tibi femina praeſtem,
Tum cum luce novâ noctis confinia ſervo;
Praemia danda putes. ſed non ea cura; neque hic eſt
Nunc ſtatus Aurorae, meritos ut poſcat honores.
Memnonis orba mei venio: qui fortia fruſtra
Pro patruo tulit arma ſuo: primisque ſub annis
Occidit à forti (ſic vos voluiſtis) Achille.
Da, precor, huic aliquem, ſolatia mortis, honorem,
Summe Deûm rector: maternaque vulnera leni.
Juppiter adnuerat; cum Memnonis arduus alto
Corruit igne rogus: nigrique volumina fumi

In-

586. *Addere.*] *Edere* quinque libri. *lacrymoſasque addere voces* liber Sprotii.

587. *Suſtinet aureus aether.*] Modo praeceſſit, *latuitque in nubibus aether.* quare placet ex uno Argent. *aureus axis: arduus aether* plurimi. *quot ſuſtinet* volebat etiam Heinſius.

589. *Diva tamen veni, non ut delubra diesque.*] *Venio* meliores. pro *diesque* prim. Moret. *decusque.* Prim. Erfurt. prim. Gronov. tert. Medic. & quatuor alii, *bovesque.* Forte, *popasque ſacrificos.* quae vox etiam Avieno Fab. XXXVI. reddatur:

Mox vitulum ſacris innexum reſpicit aris
Admoto & cultro cominus ire popam.

qui locus vulgo eſt inquinatiſſimus etiam in ſcriptis, quotquot vidi, codicibus. Propertius libro IV. Eleg. III.

Succinctique calent ad nova ſacra popae.

Deisque ſacrificis Florent. S. Marci. HEINS. Forte ſcripſerit, *dapesque des mihi ſacrificas.* Ita *dies* & *dapes* confuderunt librarii apud Claudian. praefat. in Nupt. Honor. 4. ſed forte praeſtiterit, *focos ſacrificos.* vel nihil mutare.

593. *Non ea cura.*] *Haec cura* Medic. *non ea cauſa* alter Medic. deinde, *meritos ſibi poſcat* Argent. ut omittatur τὸ *ut.* vid. ſupr. V. 64.

596. *Pro patruo.*] Priamo. Nam Tithonus & Priamus fratres fuerunt. Apollodorus lib. III. Biblioth cae. CIOFAN.

597. *Primisque ſub annis.*] *Sub armis* Vatican. & Baſil. & duo Moreti. vid. ad VIII. 313.

597. *Occidit à forti (ſic Di voluiſtis) Achille.*] Memnonem interfectum eſſe ab Achille docet etiam Pindarus Oda V. Iſthmiorum, hisce verbis: Καὶ στράταρχον Αἰθιόπων ἄφοβον Μέμνονα χαλκοκόρυν, & Oda II. Olymp. Ἀ'οῦσε παῖδ' Ἀ'ιθίοπα. De Memnone, Trojanis opem ferente, deque ejus nece, copioſè ſcribit Q. Smyrnaeus lib. II. ubi etiam addit, ejus ſocios in aves eſſe commutatos. CIOFAN. *Concidit* tres libri. *a magno* Moreti.

597. *Sic Di voluſtis.*] *Sic vos* S. Marci, Neap. ſec. Pal. Oxon. & decem alii ex melioribus. HEINS. Vid. lib. I. 2.

598. *Solatia mortis.*] *Mentis* Moreti. *moris* Oxon.

599. *Vulnera leni.*] In Vatic. *pectora leni*, hoc eſt cor, ſi ita legi placet. CIOFAN. Ita & tres libri. unus, *munera.* ut ſaepe haec confuſa. vid. ad lib. I. Art. 170.

600. *Juppiter annuerat.*] Non ab re Latini poëtae *Annuere*, non verbis rem promittere deos, & praecipue Jovem ſcripſerunt: quoniam capitis nutus (ut Hom. in Iliad. I. confingit) peculiare eſt ac maximum Jovis & deorum ſignum promittendi, quod nunquam revocari, nunquam falli, nunquam irritum fieri poteſt. CONST. FAN.

602. *Flumina natas.*] *Nigras* prior Baſil. ſed praeceſſit, *nigri fumi. flamina* Thuaneus, male. *nebulas natas* capere licet ex ipſis fluminibus, quae fumum, & auram, & nebulas emittunt. vide ad Quinctil. XII. de Inſtit. Orat. 10. dubius tamen dictum mihi videtur. forte ſcripſerit Ovidius, *latas exhalant nebulas.* in Florentino S. Marci, omiſſo hoc verſu, legebatur, *nigrique v. fumi exhalat nebulas.* ut rogus exhalaret volumina fumi, qui nebularum inſtar eſſent. & per appoſitionem tunc capien-

Infecere diem.* veluti cum flumina natas
Exhalant nebulas, nec Sol admittitur infra.
Atra favilla volat, glomerataque corpus in unum
Denſatur; faciemque capit: ſumitque calorem
Atque animam ex igni. levitas ſua praebuit alas.
Et primò ſimilis volucri, mox vera volucris
Inſonuit pennis. pariter ſonuere ſorores
Innumerae; quibus eſt eadem natalis origo.
Terque rogum luſtrant: & conſonus exit in auras
Ter clangor. quarto ſeducunt caſtra volatu.
Tum duo diverſâ populi de parte feroces
Bella gerunt: roſtrisque & aduncis unguibus iras
Exercent; alasque adverſaque pectora laſſant.
Inferiaeque cadunt cineri cognata ſepulto
Corpora: ſeque viro forti meminere creatas.
Praepetibus ſubitis nomen facit auctor; ab illo
Memnonides dictae, cum Sol duodena peregit
Signa, parentali periturae marte rebellant.

Er-

pienda eſſent *volumina fumi*, *nebulas*. In Moreti & ſeptem aliis erat, *nigrique volumine fumi infecere diem*. Burm.

605. *Denſatur.*] *Denſetur* S. Marci, Neapol. prim. Palat. & tres alii. bene. de eo verbo ad Claudiani IV. Conſ. Honor. 325. & III. Faſt. 820. mox pro *animum* rectius *animam* multi veteres. & *calorem* pro *colorem* ſec. Palat. Oxon. & quinque alii. Heins. De *denſare* vid. Gifan. Ind. Lucret. mox, *faciemque rapit* Palat. quint.

607. *Vera volucris.*] *Prima volucris* Florent. & Neap. mox, *ſonuere per auras Innumerae* Argent.

610. *Terque rogum luſtrant, & conſonus exit in auras.*] In uno meo legitur, *Et ter ſonus exit in auras.* quod non damno. Ciofan.

611. *Ter plangor.*] *Clangor* prim. Moret. ſec. Palat. quart. Medic. Oxon. & alii quindecim. rectius. vid. lib. XII. 528. Heins.

611. *Quarto ſeducunt.*] In Caeleſt. & Cap. *Quarto ſecedunt.* Ciofan. Prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. prim. Baſil. & ſeptem alii, cum Arondel. *ſuccedunt aſtra*; etiam bene. pari modo, *ſubire tectis* & *ſubire tecta* dicebant. ſic apud Val. Flaccum lib. II. 283. ſcribendum,

Non ſimiles jam ferre choros (ſemel orgia fallunt)
Audet, non patrios furtim ſuccedere ſaltus.

perperam *furtis accedere* nunc circumfertur, nec melius Carrionis liber, *buſtis accendere*. poſtea dicturus eſt, *vox accidit aures Flebile ſuccedens*. Virgilius lib. III. Æſ. 541.

Sed tamen iidem olim currum ſuccedere ſueti
Quadrupedes.

ſic vetuſtus codex Bibliothecae Leidenſis: apud eundem libro VII. Æſ. 161. cum *muroque ſubibant* nunc legatur, exemplaria non pauca vetuſta *muros* agnoſcunt. Silius libro X. 596.

—— *properemus, ut hoſtis*
Nequicquam armatos auſit ſuccedere muros.

Apulejus Met. V. *Larem noſtrum laetae ſuccedite.* Feſtus Avienus Deſcript. Orb. 916.

Maſſagetae glauci ſuccedunt flumen Araxis.

&, 1211.

Horum qui gelidi ſuccedunt plauſtra Bootae,
Pinguia rura tenent.

tres cum primo Reg. *ſecernunt caſtra*. Heins. De *ſubire* & *ſuccedere* vid. ad Ep. IV. 23. & XVIII. 62. *ſeducunt clauſtra* unus Heinſii. *ſuccedunt caſtra* octo.

614. *Laſſant.*] *Laxant* duo. *jactant* octodecim. *pulſant* duo. *exertaque pectora* Ambroſ.

615. *Cognata.*] *Congeſta* Langerm. *ſepulchro* duo libri.

617. *Nomen facit.*] *Nomen dedit* Argentin.

618. *Memnonides dictae.*] Sic & Plinio dicuntur: quomodo *Meleagrides* a Meleagro. *Memnoniae* ſunt Solino. quod de parentali earum conflictu addit, id de Diomede quoque ac Meleagridibus veteres produnt. Noſter, cum & Meleagri mortem libro VIII. deſcribat, & luctum publicum ex hoc caſu a Calydoniis tam foeminis quam viris conceptum, lugentes tamen in aves Meleagridas converſos fuiſſe, quod Apollodorus tradit, non addit. ex Æthiopia illas catervatim ad buſtum Memnonis convolare, quod eſt prope Ilium, Solinus adfirmat, plura ſubjungens ex Cremutio. Heins. Graecis di-

Ergo aliis latraſſe Dymantida flebile viſum:
Luctibus eſt Aurora ſuis intenta; piasque
Nunc quoque dat lacrimas: & toto rorat in orbe.

Fab. IV. Argumentum.

[a] Anii filiae in columbas.

Æneas cum patre Anchiſe & filio Aſcanio profugus [b] *Delphos venit. Hic ab Anio ſacerdote Apollinis recipitur hoſpitio, quibus indicat* [c] *quinque ſe filiorum parentem orbum relictum. Andrum enim filium, à quo Andros inſula, reliquiſſe patriam* [d] *narrat. Huic ut Apollo dederit augurium, ſic Liberum dediſſe virginibus, ut contacta manibus earum in ſegetem, vinum oleumque verterentur. Eas Agamemnon, ut coeleſti munere* [e] *exercitum aleret, cum vellet abducere, in inſulam eamdem Andron profugiſſe. Hinc rurſus, ne vinculis* [f] *illigatae raperentur, potentiâ regis Agamemnonis, Liberi numen effecit ob miſericordiam & muneris ſui cauſſam, ut in columbarum ſpeciem transferrentur.*

Nec

cuntur ἀντίψυχοι, teſte Heſychio, Οὕτως καλοῦνται οἱ Μέμνονος ὄρνιθες. quia pro anima Memnonis ſuam perdunt.

619. *Parentali morte rebellant.*] 1 Amor. XIII. 3. *Sic Memnonis umbras Annua ſollemni caede parentet avis.* Vide Aelianum lib. v. cap. 1. De Nat. Animalium, ſi de his avibus plura cupis. Ciofan. Melius in Palatinis, *parentali moriturae more rebellant.* Dan. Heins. *Perituraе* tres ſcripti. *more* in plurimis. Sed ſcribe, *parentali Marte.* alludit ad gladiatores in funeribus patriciis exhiberi ſolitos. Heins. *Parentali voce* Medic. & Palat. *jure* Baſil.

620. *Ergo aliis.*] Deeſt hic verſus in Francof. & multis aliis.

622. *Et toto rorat.*] Mallem, *toto rorat ab ore.* Quod propius tangit perſonam lugentis Aurorae. adde quod τὸ *orbe* & *ore* confundi aliquando in Mſſ. codd. obſervat Vir Cl. ad XV. Met. 278. Schepper apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. *Cum toto rorat* Gronov.

[a] *Anii.*] *Anienis filiae* Parm.

[b] *Delphos.*] *Delon* Colon. *Delum* Micyll.

[c] *Quinque ſe filiorum.*] Ita reſcribere non ſum veritus, quanquam *filiarum* habuit MS. ut & Micyll. cum Veneta. Denominatio fit à potiori. Illuſtravimus abunde eam loquendi rationem ad Hyg. Myth. cap. 159. & Fulg. Lib. I. cap. 2. Raenerius, cum eam non caperet, ridiculè interpolavit. Firmat noſtram emendationem Naſo ipſe vers. 645. *Natorum vidiſti quinque parentem.* Muncker. *Filiarum* Parm. Lugd. *quinque ſe natorum, hoc eſt, unius filii & quatuor filiorum* Raener. ſed rectè Muncker. vide quae notamus ad Quinctil. IX. de Inſt. Orat. cap. 3. & ad Ovid. IV. Met. 61. & alibi ſaepe.

[d] *Narrat.*] Omiſſo hoc verbo Colon. *ſic ei dederat Apollo augurium: Virginibus autem Liberum munus dediſſe.*

[e] *Exercitum aleret.*] *Alerent* MS. Rectè. Vide Naſon. vers. 659. in hac fabulâ. Corruptus in eâdem Servius ad Æn. III. vers. 80. *Anius autem rex Deli, Apollinis filius, cum trium filiarum eſſet parens, ne unius tantum Dei eſſet totas * auxilio filias numini Liberi patris devovit, qui parem ei gratiam reddens effecit, ut quidquid una attigiſſet verteretur in fruges, altera in vitem, tertia in oleum &c.* tolle aſteriſcum & reſcribe, *eſſet tutus auxilio, filias numini.* Non parum lucis hiſtoriae huic adferunt, quae Tzetzes ſcribit ad Lycophron. Caſſandr. vers. 570. Steph. Σταφύλη τῆ υἱᾶ Διονύσου θυγάτηρ γίνεται Ῥοιὼ, ἣ ἐμίγη Ἀπόλλωνι, γνοῦς δὲ τοῦτο ὁ Στάφυλος, βαλὼν εἰς λάρνακα, πρὸς τὴν θάλασσαν ἀφῆκεν. ἡ δὲ προσπελάσθη τῇ Εὐβοίᾳ, κὴ ἐξελθοῦσα τῆς λάρνακος παρὰ τὸ ἄντρον γεννᾷ παῖδα, κὴ Ἄνιον καλεῖ, διὰ τὸ ἀνιασθῆναι δι' αὐτόν· τοῦτον Ἀπόλλων ἤνεγκεν εἰς Δῆλον, ὃς Δωρίπην γήμας, γεννᾷ τὰς οἰνοτρόπας, Οἰνὼ, Ξπερμὼ, Ελαΐδα, αἷς ὁ Διόνυσος ἐχαρίσατο ὅποτε βούλοιντο, οἶνον, σπέρματα κὴ ἔλαιον λαμβάνειν &c. Οἰνοτρόποι dicuntur illae filiae Heſychio. Meminit & Stephanus earum. Ἄνδρος, inquit, νῆσος, μία τῶν Κυκλάδων, ἐκλήθη ἀπὸ Ἄνδρου τοῦ Εὐρυμάχου, ἢ τοῦ Ἀνανίου ἀδέλφου, τοῦ πατρὸς τῶν οἰνοτρόπων. Vertit interpres: *Sic vero vocata fuit ab Andro Eurymachi vel Ananii fratre Oenotroporum patre*, ſed Οἰνοτρόπους, cum nusquam inveniret, mutat τὸ Οἰνοτρόπων in Οἰνοτρῶν. perperam omnino: lego, ἢ τοῦ Ἀνίου ἀδέλφου. verti autem iſta ita debent: *ſic vero vocata fuit ab Andro fratre Eurymachi, vel Anii, patris Oenotroparum.* Andrum fratrem Anii fa-

NEc tamen everſam Trojae cum moenibus eſſe
Spem quoque fata ſinunt. ſacra, & ſacra altera patrem,
Fert humeris venerabile onus Cythereïus heros.
De tantis opibus praedam pius eligit illam;
Aſcaniumque ſuum: profugâque per aequora claſſe
Fertur ab Antandro: ſceleratâque limina Thracum,
Et Polydorêo manantem ſanguine terram
Linquit: & utilibus ventis aeſtuque ſecundo
Intrat Apollineam, ſociis comitantibus, urbem.
Hunc Anius, quo rege homines, antiſtite Phoebus
Rite colebantur, temploque domoque recepit:
Urbemque oſtendit, delubraque vota, duasque
Latonà quondam ſtirpes pariente retentas.
Ture dato flammis, vinoque in tura profuſo,
Caeſorumque boum fibris de more crematis,
Regia tecta petunt: poſitique tapetibus altis

Mu-

facit, cum ab Ovidio & Servio filius fuiſſe dicatur: quibuscum & Conon facit Narrat. XLI. Ἀπόλλωνος καὶ Κρεούσης Ἄνιος γίνεται, παρὰ τοῦδε Ἄνδρος, ὃς μίαν οἰκήσας τῶν νήσων τὸ ὄνομα λείπει τῷ νήσῳ. Confer. Etymol. in Ἄνιος. Muncker.

8 *Illigatae.*] *Alligatae* Colon.

623. *Non tamen.*] *Nec* meliores. Heins. *Trojae cum maenibus urbis* Francof.

624. *Sacra & ſacra altera patrem.*] Ita ſanè legit Raphaël, & priora ſacra Veſtae ignem intelligere videtur: alii *ſacer* maſculinum legunt, & neutrum plurale ſubjungunt, *Sacer* Aeneas, *& ſacra altera*, nempe patrem humeris. ego lectori dijudicandum relinquo. Glarean. Quidam temere hunc locum auſi ſunt mutare: hoc videlicet modo: *Sacer & ſacra altera patrem.* Primùm contra omnium librorum veterum fidem: deinde neſcierunt ita eum locutum eſſe lib. I. Faſt. 525.

Jam pius Æneas ſacra, & ſacra altera patrem
Afferet, Iliacos accipe Veſta Deos.

Et IV. 38.

Hinc ſatus Æneas, pietas ſpectata per ignes:
Sacra, patremque humeris, altera ſacra tulit.

Ciofan.

626. *De tantis opibus praedam pius eligit illam, Aſcaniumque ſuum.*] Reſpexiſſe videtur ad id, quod memoriae prodidit Aelianus lib. III. de Varia Hiſtoria. Quando captum eſt Ilium Graeci fortunas eorum, qui victi erant, miſerati, humaniter ſanè edixerunt, ut quisque hominum liberorum, quod vellet ex rebus domeſticis, ſecum poſſet auferre. Aeneas igitur, aliis neglectis rebus, Deos patrios abſtulit. Laetati verò Graeci hominis pietate iterum illi idem conceſſerunt. Ille verò patrem in humeros ſublatum abſtulit. Id autem Graeci multo magis admirati ab omnibus ejus rebus domeſticis abſtinuerunt, affirmantes eos, qui naturâ ſunt crudeles, mites tamen erga illos fieri, qui Deos & parentes venerantur. Et Martialis hoc idem videtur ſignificare libro XI. Epigr. 5.

Sacra Laresque Phrygum, quos Trojae maluit heros,
Quàm rapere arſuras Laomedontis opes.

Ciofan. *De tantisque* Gryph. Ed.

626. *Eligit illam.*] *Unam* Thuan. prim. Moret. Neapol. Gronov. prim. Baſil. & duo alii. Heins. *Excipit* etiam Palatin. ſec. quod ferri poſſet, ut praecipua illa ſegregaverit ſibi. ut ita *Excipiam ſorti* Virgil. IX. III. 271.

628. *Sceleratâque littora.*] Vetuſtiores, *limina.* mox, *ſociis comitatibus* Oxon. & duo alii, non *comitantibus* Heins. *Sceleratâque moenia* unus Heinſii.

629. *Et Polydoreo.*] Eleganter unus Baſil. *& Polydore tuo.*

630. *Aeſtuque.*] *Flatuque* pr. Gronov.

632. *Homines, antiſtite.*] *Homines, quo antiſtite* duo libri.

633. *Rite colebatur.*] *Colebantur* cum ſec. Vatic. & aliis quatuor. Heins.

634. *Delubraque nota.*] *Vota* cum prim. Bonon. & quatuor aliis. de quo dictum lib. VII. vſ. 162. *Aedem votivam* dixit Horat. lib. II. Od. XVII. Idem. Vid. & ad lib. VIII. 152. & X. 693.

636. *Profuſo.*] *Refuſo* novem codices. vid. lib. XI. 657.

637. *Caeſarumque boum.*] Atqui ad Apollinis Delii aram non ſacrificabatur animatum, ut Cenſorinus de natali die & Macrob. III. Satur. referunt. ege primam Collectaneorum Hecatoſtyn cap. 74. lConst. Fan. *Caeſorumque* meliores. Heins.

Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.
Tum pius Anchiſes : O Phoebi lecte ſacerdos,
Fallor ? an & natum, cum primùm haec moenia vidi,
Bisque duas natas, quantum reminiſcor, habebas?
Huic Anius niveis circumdata tempora vittis
Concutiens & triſtis ait : Non falleris, Heros
Maxime : natorum vidiſti quinque parentem.
Quem nunc (tanta homines rerum inconſtantia verſat)
Pene vides orbum. quid enim mihi filius abſens
Auxilii ? quem dicta ſuo de nomine tellus
Andros habet, pro patre locumque & regna tenentem.
Delius augurium dedit huic : dedit altera Liber
Femineae ſorti voto majora fideque
Munera : nam tactu natarum cuncta mearum
In ſegetem, laticemque meri, baccamque Minervae
Transformabantur : divesque erat uſus in illis.
Hoc ubi cognovit Trojae populator Atrides,
(Ne non ex aliquà veſtram ſenſiſſe procellam

Nos

637. *Fibris de more crematis.*] In uno meo, *de more reſectis.* CIOFAN. *Litatis* Baſil. & duo alii, ut lib. XIV. 156. *Sacris ex more litatis.* vide ad VI. Faſt. 629.

638. *Poſitisque tapetibus altis.*] *Poſitique* cum Barberin. & uno meo. ut Ep. XIX. 158.

Ponuntur medio cur mea membra toro?
HEINS. Vid. lib. I. Art. 231.

640. *Tum pius.*] *Tunc pater* Leidenſ. *tunc prius* quatuor.

642. *Bisque duas.*] Has Oenotropas, id eſt, vini mutatrices, Stephanus cognominatas teſtatur, cujus etiam patrem Ananium, id eſt renovatum, vocat. quoniam (ut puto) cum pro mortuo fuerit à matre in Apollinis ara derelictus, ab eo fuerit educatus, ac veluti revocatus ad vitam. CONST. FAN. De Anio & ejus filiabus totaque hac fabula Codrus annotavit primo Sermonum in hunc modum. Bacchi, inquit, Staphylus fuit, Staphyli filia Rhoeo. Hanc vitiavit Apollo, quod cum reſciviſſet Apollo, praegnantem clauſit in arcam, & in mare projecit. Illa in Euboeam venit, & in quodum antro puerum peperit, quem Anium a triſtitia, quem de eo ſuſceperat, vocavit. Hunc poſtea Apollo tulit in Delum, qui Dorispen uxorem ducens genuit Οἰνὼ, Σπερμὼ & Ελαΐδα. quibus Bacchus conceſſit, ut, quotiescunque vellent, vinum ſemina & oleum ſumerent. Eas Lycophron appellavit οἰνοτρόπους. Pherecydes autem dicit, quod Anius ſuaſit Graecis, ut ſecum novem annos manerent, filiasque ſuas exercitum illorum nutrituras. ſed alii dicunt a Palamede illos abductas ad exercitum Graecorum, fame laborantem, & in Rhoeteo exercitum illas paviſſe; unde & Rhoeteum ipſum dictum, quoniam illae τῆς Ῥοίους neptes fuiſſent. MICYLL. Vid. Dict. Cretenſ. lib. I. cap. ult. & ibi commentatores. locus vero Scholiaſtis Lycophronis eſt ad ὑϛ. 570. male in quibusdam a Codro vel Micyllo verſus. non enim Apollo, ſed Staphylus, Rhoeo incluſit arcae, & Dorippe dicitur uxor Anii, non Dorispe. vide plura apud Munckerum in argumento hujus fabulae. BURM.

643. *Tempora vittis.*] *Vitreis c. t. vittis* Baſil. *Velatus tempora* Medic. *tempora canis* Palat. ſec. in uno erat *metis.* forte pro *mitris.* ita apud Lucan. v. 170.

Colla ferens, vittasque Dei, Phaebeaque ſerta &c.

in uno Hamburgenſi codice erat, *mitrasque Dei.* & eadem varietas infr. XIV. 654. III. Faſt. 669. IV. Triſt. IV. 78. & alibi. ſed *candidae vittae* ſacerdotum inſignia, ut vulgo notum. vid. Barth. ad Stat. II. Theb. 738. & alibi BURM.

646. *Tanta homines.*] *Hominem* quatuor. *hominis rerum inc. verſa eſt.* pro *verſat* tres, *ſervat.* Baſil. *vexat.*

647. *Vides orbum.*] *Vides viduum* liber Sixii.

647. *Quod enim eſt mihi filius abſens Auxilium?*] *Quid enim* nonnulli. Lege cum Oxonienſ. *quid enim auxilii.* HEINS. Ita, *Quid animi?* I. 358.

649. *Pro patre locumque & regna tenentem.*] Numeri ſatis evincunt nihil hic Naſonianum eſſe. Scribe, *locos & regna tenentem.* ut apud Val. Flaccum libro V. 685.

Victorque domos & regna tenebit.

exaratum erat *loquos.* hinc natus eſt error. ejus ſcripturae veſtigia in membranis nonnullis etiamnum

Nos quoque parte putes) armorum viribus uſus,
Abſtrahit invitas gremio genitoris : alantque
Imperat Argolicam coeleſti munere claſſem.
Effugiunt quo quaeque poteſt. Euboea duabus,
Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.
Miles adeſt : &, ni dedantur, bella minatur.
Victa metu pietas conſortia pectora poenae
Dedit : & ut timido poſſis ignoſcere fratri;
Non hic Æneas, non, qui defenderet Andron,
Hector erat : per quos decimum duraſtis in annum.
Jamque parabantur captivis vincla lacertis.
Illae tollentes etiamnum libera coelo
Brachia, Bacche pater, fer opem, dixere : tulitque
Muneris auctor opem. ſi miro perdere more
Ferre vocatur opem. nec quâ ratione figuram
Perdiderint, potui ſcire, aut nunc dicere poſſim.
Summa mali nota eſt. pennas ſumſere; tuaeque
Conjugis in volucrem, niveas abiere columbas.

Fab.

num exſtant. Poſſet & legi, *loci jam regna tenentem*, vel *ſceptra*. ut ſupra libro VI. 677.

Sceptra loci rerumque capit moderamen Erechtheus. nam *locum quo regna* prim. Gronov. *locumque in regna* alius. *locum & regna* duo. frag. Boxhornii, *qui parte locum qui regna tenetque.* vel, *pro parte locus me regna tenente.* multi, *pro parte.* Florent. S. Marci, *quod parte locum quod regna teneret.* Bernegger. *locus quo regna tenente.* quomodo & Arondel. pro diverſa lectione. tres, *tenenti.* Heins. *Locum regnumque tenentem* Francof. *tuentem* etiam Medic. ſec.

651. *Femineae ſtirpi.*] *Sorti* prim. Baſil. Arondel. & duo alii pro diverſa lectione. bene. libro VI. 680.

Quattuor ille quidem juvenes, totidemque crearat
Femineae ſortis.

libro IX. de feminis, 676.

—— *oneroſior altera ſors eſt,*
Et vires Natura negat. Heins. vid. lib. X. 244.

653. *In ſegetem laticemque.*] *In ſegetes laticesque* Gronov. & ſeptem alii. *ſegetem laticesque* plurimi. *laticemque merum* Patav. & Moreti. *canaeque Minervae* Morent. S. Marc.

658. *Abſtrahit.*] *Abſtulit* Moreti.

659. *Munere gentem.*] In uno meo & duobus Vatic. *Munere claſſem.* Quae vera lectio eſt: hoc eſt exercitum, ut & jam expoſuit Gifanius, qui in ſuo libro veteri invenit etiam, *claſſem.* quam vocem ex Numaea lege fortaſſis accepit poëta. Cujus fragmentum ita legitur apud Feſtum. *Quoius auſpicio claſſe procincta opeima ſpolia capiuntur Jovi Feretrio darier oporteat, & bovem caedito quei cepit aeris ducenta ſecunda ſpolia in Martis aram in campo Solitaurilia utra volverit caedito tertia &c.* Clofan. *Claſſem* meliores. Heins. Ita & Gifan. Ind. Lucret. in *claſſis. numine* unus. *divino munere* duo.

660. *Euboea duabus.*] Priſcianus in corruptum incidit codicem, qui lib. VII. *deabus* hoc loco legit. Sed non improbo *quod potita* legit, non *petita*, quamvis nec *petita* ſit explodenda. Const. Fan. *Duobus* Moreti & quinque alii.

661. *Et totidem natis.*] Ita & ſcripti. Puto,

Natabusque Andros totidem fraterna petita eſt.

etſi aliter Priſcianus. ſed & ille *deabus* & *potita* mendoſe citat. Heins.

662. *Dedantur.*] *Reddantur* fere omnes. *minantur* etiam Junian.

664. *Conſortia corpora poenae Dedidit & timido poſſes.*] *Pectora* ex melioribus. *Dedit & timido* Neapol. & duo alii. Scribe, *Dedit, & ut timido poſſis*, cum altero Erfurt. uno meo & Graeviano. *poſſis* etiam multi veteres. *Dedit* à Dedo. Apulejus Met. VII, *Ad caſas interim ſuas vinctum perducunt, quoad renaſcenti die ſequenti, deductus ad magiſtratum (ut ajebant) poenae dederetur.* perperam *redderetur* nunc legitur hoc quoque Naſonis loco in plurimis membranis. ſic *Deditus noxae*, de quo Faſt. I. 359. &, *Dedi ſuppliciis.* de quo ad Claudian. in Eutrop. libro I. 45. Heins. *Tradidit* viginti & unus. *reddidit* octodecim. *edidit* Baſil.

666. *Per quos.*] *Per quem* ſeptem libri. *decimum per quos* Baſil. Palat. & duo alii.

671. *Vocatur.*] *Vocetur* Oxon.

672. *Dicere poſſum.*] *Poſſim* unus Voſſii & Sixii.

Fab. V. Argumentum.

Orionis filiae [a] in Coronas.

Discedentes ab Anio Anchises & Æneas invicem munera dant & accipiunt. In quibus fuit crater Æneae datus, ab [b] *Alcone Lydio caelatus; Anius autem à Therse Boeotio acceperat: in quo* [c] *sculptae erant Thebae & Orionis filiae, quae pro populo Thebano* [d] *passae erant immolari.* [e] *Et harum proci cum cineribus adusti essent, duo adolescentes inde increverunt: qui &* [f] *virginum nomine Coronae sunt nominati.*

675 TAlibus atque aliis postquam convivia dictis
Implerunt; mensâ somnum petiere remotâ.
Cumque die surgunt: adeuntque oracula Phoebi.
Qui petere antiquam matrem cognataque jussit

Li-

Heins. *Discere* duo Basil. & tres alii. *aut tibi dicere* Thysii.

674. *In volucres niveas, &c.*] Ita legendum, cùm scriptis libris auctoribus, tum ratione. Ciof. *Volucrem* cum sec. Pal. Oxon. quart. Medic. & tribus aliis. Heins. Vid. lib. v. 298

[a] *In Coronas.*] *In Coronidas* Parm.

[b] *Alcone Lydio.*] *Lindio* Mss. Muncker. *datus, quem Anius a Therse Boeotio munus acceperat, Alcon autem artifex conflaverat* Colon. *Boeotico* Raen.

[c] *Sculptae.*] *Excultae* Mss. lege, *exsculptae.* Muncker.

[d] *Passae erant.*] *Se passae* Raener.

[e] *Et harum proci.*] Ita Mss. etiam Veneta cum Micyll. nisi quod hae duae pro *cineribus* exhibent *muneribus.* verum haec nata sunt ex male intellectis verbis Aretae. *Tum de virginea geminos exire favilla, Ne genus intereat, juvenes &c.* Muncker. *Muneribus* Parm. Lugd. *Quae cum adustae essent, è rogi favilla duo ad. increverunt* Raener. *Ex quarum rogis cum cineres essent adusti, duo adolescentes excreverunt, qui virg. &c.* Colon.

[f] *Virginum nomine Coronae.*] Mss. *Coronidae.* Nisi Naso haberet, *quos fama coronas Nominat*, probarem protinus, & dicerem Latina usum terminatione hunc scriptorem. Anton. Liber. cap. 25. Προσαγορεύουσι δ' αὐτὰς ἄχρι νῦν Αἰολεῖς Κορωνίδας παρθένους. Atqui in Aonia natas virgines istas, & ab Aonibus templo honoratas dixit in praecedentibus. An ergo Νύνες pro Αἰολεῖς reponendum? Ita Viro Cl. visum, qui nuperrime in Antoninum notas suas recoxit. Non accedo. Quae consecratae primitus fuerint ab Aonibus, sive Boeotiis, illas etiamnum ab Æolensibus Coronidas appellari nihil habet absurdi. Æolensium enim nonnulli sedem ceperunt postea in Boeotia. Homeri Schol. ad Iliad. Π. vers. 233. Ἐπεὶ Πελασγοὶ κατῴκησαν τὴν Δωδώνην, ἐκβληθέντες ἀπὸ Βοιωτίας παρὰ Αἰολέων ἐξ Ἀρνης τῆς Θεσσαλιώτιδος. Ne dicam jam plurimos Æolensium fuisse Boeotos. Etymol. in Αἰολεῖς. Ὀρέσης κατὰ χρησμὸν συνήθροισε πολλοὺς τῶν ὀνομαζομένων Αἰολέων, ὡς μὲν τινες, ὅτι πλεῖστοι ἦτοι Βοιωτοὶ ἦσαν, ὡς δὲ Μενεκλῆς, διὰ τὸ ἐκ πολλῶν ἐθνῶν συνηθροῖσθαι. Sanè ex variis gentibus conflatos esse Æolenses, & inde nomen sortitos, affirmat etiam Tzetzes in Lycophron. pag 200. Ceterum post τὸ πλεῖστοι interserit Δωριεῖς Sylburgius; quam ejus conjecturam cùm alia adstruunt, tum & illud, quod ait Eustath. ad Dionys. p. 109. ed. Steph. Ἡ Δωρὶς ἡ αὐτὴ τῇ Αἰολίδι ἐστί. Ubi autem Doris, & quae ejus urbes fuerint, inter alios breviter refert Aristoph. Schol. ad Plut. Act. II. sc. 3. Cognationem Æolensium & Boeotiorum hoc quoque vel in primis arguit, quod à Varrone Lib. III. de L. L. *Æoles Boeotii* appellantur, & Strabo Lib. VIII. docet non aliam esse Doricam dialectum quam Æolicam antiquam, & non extra Isthmum solum, sed in Isthmo etiam positas gentes Æolicas fuisse, quemadmodum pridem in Diss. de Numm. Praest. pag. 62. observavit illustr. Spanhemius. Muncker.

678. *Jussit.*] *Suasit* Sprotii & Medic.

679. *Prosequitur.*] *Progreditur* Argent & Thysii.

681. *Craterem Æneae.*] In uno meo & Vatican. *Cratera.* Quod magis placet viris doctis, qui hîc sunt: à quibus ego non dissentio. Ciofan. *Crateram* multi. quod arripere Gisanius in Indice Lucretiano in *comites* non debuit. *Cratera* probe Neap. Urbin. & quinque alii. Ex Virgilii v. 535. haec & sequentia est mutuatus:

Ip-

Litora. prosequitur Rex, & dat munus ituris;
Anchisae sceptrum, chlamydem pharetramque nepoti,
Cratera Æneae; quem quondam miserat illi
Hospes ab Aöniis Therses Ismenius oris.
Miserat hunc illi Therses, fabricaverat Alcon
Myleus; & longo caelaverat argumento.
Urbs erat: & septem posses ostendere portas.
Hae pro nomine erant, &, quae foret illa, docebant.
Ante urbem exsequiae, tumulique, ignesque, rogique,
Effusaeque comas & apertae pectora matres
Significant luctum. Nymphae quoque flere videntur,
Siccatosque queri fontes. sine frondibus arbos
Nuda riget: rodunt arentia saxa capellae.
Ecce facit mediis natas Orione Thebis,
Hanc non femineum jugulo dare pectus aperto,
Illam, demisso per fortia vulnera telo

Pro

Ipsius Anchisae longaevi hoc munus habeto
Cratera impressum signis: quem Thracius olim
Anchisae genitori in magno munere Cisseus
Ferre sui dederat monumentum & pignus amoris.

ut in Fastor. III. 518.

Cratera Iliacis turaque pone focis.

idem Virgilius lib. IX. 266. *Cratera antiquum* dixit. Forte tamen, *Creterram* corrigendum: nam Non. Marcellus videtur velle, sic ubique scribendum esse, quoties latina enuntiatione *cratera* pro *crater* effertur. ut in illo Ciceronis, quod ex Arateis ejus profert idem Nonius,

In medioque sinu fulgens creterra refulget. Heins.

682. *Ab Haemoniis.*] In meo antiquiore & duobus Vaticanis, *ab Aöniis.* in altero meo, *ab Joniis.* Ciofan. *Eoniis*, *Hispanis*, *Eoneis* &c. codices. *Haemoniis* nonnulli. *Oniis* fragmen. Boxhorn. *Ooniis* tert. Medic. *Adoniis* quartus. *Jöniis* S. Marci, Neapol. Urbin. Bernegger. prim. Vatican. & tres alii. alii aliter. pro *Ismenius* unus meus, *Ymeneius. Imenëius* in Graeviano. Forte, *Minyëius.* mox pro *Myleus* scripti propemodum omnes, *Nileus.* Puto, *Nileos.* nempe filius. Heins.

683. *Alcon Myleus.*] Non Mylei filius, sed a patria sic cognominatus. Mylae namque est nomen duarum urbium, quarum altera est in Sicilia, altera in Thessalia. duo autem fuerunt Alcones clari, hic argentarius faber, & alter Cretensis, arte sagittandi insignis. Regius. De Alcone latius ad Valer. Flacc. agemus.

685. *Ostendere portas.*] *Offendere* Oxonienf. *ascendere* Thysii. *valvas* duo libri.

687. *Ignesque, rogique.*] *Urbesque, rogique* Medic. unde olim Heinsius conjiciebat, *urnaeque.*

689. *Significant.*] *Signarant* Medic. *luctus* Oxon. & tredecim alii.

690. *Arbor.*] *Arbos* Thuan. & multi alii. mox pro *lambunt saxa* S. Marci, Neapol. Thuan. Bernegger. Oxon. prim. Gronov. sec. Palat. tert. Medic. aliique complures, *rodunt.* sic in Fastis I. 357. *Rode caper vitem.* Festus Avienus Descript. Orb. 1143.

Intectique artus erepunt ardua semper
Culmina saxorum, non ollis pabula in usum
Terra parit, glebas arrodunt more ferarum
Jejunas herbae, nec amicas frugibus ullis.

Ita scriptus liber, non *obrodunt.* sic & apud Lucanum corrigatur. *Derodere* dixit Plinius XII. 17. *Hircorum barbis inhaerens hederae flore derofo.* Heins.

692. *Ecce facit mediis natas ab Echione.*] *Filias Echionis* Thebani. legitur & *Orione.* Regius. *Facit* cum pondere, quasi qui adhuc faciat. quidam etiam *ab Orione* legunt, pro, *ab Echione*, sed magis placet Raphaëlis lectio. Glarean. Quidam veteres, *ab origine.* Ciofan. Tolle τὸ *ab* cum uno Gronovii. multi, *ab origine.* Heins.

692. *Natas.*] Ὠρίωνος τοῦ Ὑριέως ἐν Βοιωτίᾳ θυγατέρες, &c. Orioni Hyriei f. in Boeotia duae erant filiae, Metiocha & Menippa. Cum grassaretur per Aoniam pestis, responsumque esset ex oraculo, placatum iri Deorum iram, si duae virgines immolarentur, ceteris recusantibus, hae pro salute patriae se devoverunt. &c. Ant. Liberalis 25. Fab. ex Nicandro & Corinna. Farn. Vide ibi Muncker.

693. *Hanc non.*] *Agmen femineum*, & seq. ỳf. *illas* Florent. S. Marci. *illis* Argent.

694. *Demisso.*] *Dimisso* non *demisso* nonnulli. Heins.

694. *Per fortia pectora.*] *Per inertia vulnera*

Flo-

695 Pro populo cecidisse suo; pulchrisque per urbem
Funeribus ferri, celebrique in parte cremari:
Tum de virgineâ geminos exire favillâ,
Ne genus intereat, juvenes, quos fama Coronas
Nominat, & cineri materno ducere pompam.

Fab. VI. & VII. Argumentum.

Ambracius in saxum.
Molossi filii in aves.

Petentes insulam Cretam, & hinc Italiam [b] *supradicti, ut aliquando errorem* [c] *positis*

Florent. unde Heinsius, *per Martia*, ut ad originem Thebarum a Marte respiciat, unde & Pentheus *proles Mavortia* lib. III. 531. & ibid. VI. 32. *Martius anguis*: malebat etiam, *per Martia viscera.*

696. *In parte.*] *In monte* Neapol. pro diversa lectione.

697. *Virginea.*] *Funerea* Palat. sec.

698. *Coronas.*] Latinè dixit, nam apud Graecos *Stephani* vocantur. Regius.

699. *Nominat.*] Malim, *nominet.* Heins.

699. *Materno.*] *Maternam* Oxon. & unus Arg. Hoc argumentum desideratur in Colon.

[a] *Petentes.*] *Petens* Parm. & Micyll. qui in margine, *petentes.*

[b] *Supradicti.*] *Aeneas & Anchises* Raener.

[c] *Positis aedibus.*] *Sedibus*, Micyll. recte, ut puto. sic libr. seq. fab. X. *domicilium posuisset.*

[d] *A Diis per.*] *A Diis olim per* Raener.

[e] *Ambracii.*] Addidit Raenerius *judicis.* Judex ille Cragaleus fuit, de quo Anton. Liberal. cap. 4. ubi hanc fabulam habes. Dictam Ambraciam scriptor ille tradit ab Ambracia Melanei filia. Sed Stephanus, Ἀπὸ Ἀμβράκου τοῦ παιδὸς Θεσπρωτοῦ τοῦ Λαοκόοντος, ἡ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αἰνέου θυγατρός. Antonini verba sunt: Γεννήσας δὲ παῖδας Εὔρυλον καὶ Ἀμβρακίαν, ἐφ' ἧς ἡ πόλις Ἀμβρακία καλεῖται, *A qua urbi Ambraciae nomen sit factum.* Sed ἀφ' ἧς malle me ibi cum scripsissem nuper, regestum mihi fuit à Viro Cl. qui veteres Graecos evolvere solitus sit, eum non mutaturum illud ἐφ' ἧς in ἀφ' ἧς. Ergo τὸ ἐπὶ pro ἀπὸ positum docere me intendit hisce exemplis. Dionys. Halicarnass Lib I. Ἰταλία δὲ ἀνὰ χρόνον ὠνομάσθη ἐπ' ἀνδρὸς δυνατοῦ, ὄνομα Ἰταλοῦ. Ut versibus paucis interjectis: Ἦν δὴ πρῶτον κληθῆναι Ἰταλίαν ἐπὶ τοῦ Ἰταλοῦ. Sed ego respondere illi possim, ἐπὶ in illis locis notare tempus, ut cùm apud alios omnes frequenter, tum & Stephanum in Πελοπόννησος Ἐπὶ μὲν δὴ Ἄπεως τοῦ Φορωνέως ἐκαλεῖτο Ἀπία. Ἐπὶ δὲ τοῦ Πελασγοῦ Πελασγία. Ἐπὶ δὲ Ἄργου ὁμωνύμως Ἀργος ἐκαλεῖτο. Ἐπὶ δὲ τῶν Πελοπιδῶν Πελοπόννησος. Quod ad sententiam attinet, rectè interpres nuperus: *Imperante enim Apeo, Phoronei filio, vocabatur Apia. Sub Pelasgo vero Pelasgia. Sub Argo autem &c.* Sed pro *Apeo* scribendum, *Apide.* Apollod. Lib. II. cap. I. Ἄπις ἦν εἰς τυραννίδα τλὼ ἑαυτοῦ μεθαρμοσάμενος δύναμιν, καὶ βίαιος ὢν τύραννος, ὀνομάσας ἀφ' ἑαυτοῦ τλὼ Πελοπόννησον Ἀπίαν &c. In errorem induxisse virum videtur genitivus Ἄπεως non ita valde usitatus. Eustath. ad Dionys. p. 59. Τὴν δ' Ἀρκάδας ὁ Διονύσιος μὲν Ἀπιδανῆς καλεῖ, οἱ δὲ νεώτεροι Ἀπιδόνας καὶ τὴν γεωγράφον ἀπό τινος Ἄπιδος, ἧς ἡ γενικὴ καὶ Ἄπεως, ὡς ὄφις ὄφεως Ἄμαθρις Ἀμάθρεως, Ζάμολξις Ζαμόλξεως Lucian. 124 Οὕτω δὲ καὶ τὸ Ἄπις τὸ κύριον ἐν τοῖς παλαιοῖς Ἀρκάδων λόγοις οἱ μὲν διὰ τοῦ δ' ἐκλιναν, Ἄπιδος ὡς Πάριδος, οἱ δὲ κατὰ τὴν τοῦ ὄφεως κλίσιν αὐτὸ μετεχειρίσαντο, κλίνοντες Ἄπεως. Etiam Latini in genitivo non *Apidis* tantum, sed & *Apis* dicunt. Justin. lib. I. 9. *Apis ceterorumque Deorum aedes dirui jubet.* Operae praetium fecisset, si adduxisset illud ejusdem scriptoris ex lib. IX. pag. 573. Καὶ ὠνομάσθη τὸ φρούριον ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ Κρήμερα. Heic certè ἐπὶ de tempore explicare nequeo. Et adnotat ibi Sylburgius: Ἐπὶ *pro* ἀπὸ *plus tricies habuimus in similibus loquendi generibus.* Hunc locum debeo, ne quid dissimulem, indicio doctissimi Perizonii nostri, ut & alterum istum ex Appiani Syriacis, non adeo longe a fine. ex quo insuper apparet praepositionem ἐπὶ in hac significatione etiam cum dativo conjungi. Loquitur de Seleuco Nicatore Antiochi filio: Πολεῖς δὲ ὤκισεν ἑκκαίδεκα μὲν Ἀντιοχείας, ἐπὶ τῷ πατρὶ, καὶ πέντ' ἐπὶ τῇ μητρὶ Λαοδικείας, ἑνέας δὲ ἐπωνύμους ἑαυτῷ, τέσσαρας δ' ἐπὶ ταῖς γυναιξὶ τρεῖς Ἐπαμείας καὶ Στρατονικείαν μίαν. mox iterum Τὰς δὲ ἄλλας (πόλεις) ἐκ τῆς Ἑλλάδος καὶ Μακεδονίας ὠνόμαζον ἢ ἐπὶ ἔργοις ἑαυτοῦ τισιν. Ergo mihi mutare debueram. Feci id tamen, quia eam phrasin alibi ab Antonino nusquam memineram frequentari. Certe tanta confidentia eam conjecturam non obtrusi lectori, quanta ipse suam cap. VIII. Ἐκ δὲ τούτης, καὶ Λοκροὶ πόλιν ἐν Ἰταλίᾳ Σύβαριν ἐκάλεσαν, pro ἔκτισαν. *tota*, inquit, *anti-*

ſatis aedibus finire poſſent, multis regionibus tranſitis, Ambraciam adeunt, [d] *à diis per certamen petitam: in quam* [e] *Ambracii imaginem in ſaxum conſpiciunt figuratam. Hinc in Chaoniam,* [f] *in quâ oraculum Jovis,* [g] *delati adſpiciunt Moloſſi regis filios:* [h] *qui ne flamma conſumerentur, immortalium numine factum eſt, ut in avium figuras* [i] *transmutarentur.*

700 HActenus antiquo ſignis fulgentibus aere
Summus inaurato crater erat aſper acantho.
Nec leviora datis Trojani dona remittunt:
Dantque ſacerdoti, cuſtodem turis, acerram;

Dant

liquorum turba non habet exemplum, quo probes, τὸ κτίζειν *hoc in loco ſatis ſanum & integrum eſſe.* Ne quis dicat nimis hoc *Φορτικὸν* eſſe, credere omnes debent illum legiſſe Graecos veteres omnes. ſed falſum hoc eſſe convincam illico. Heſychius in Βουκέφαλος, Ἀφ' οὗ πόλιν ἐν Ἰνδοῖς κτίσαι λέγεται Βουκεφάλειαν. in ea phraſi ſubaudiendum eſſe ὀνομαζομένην, vel ſimile quid, palam eſt ex Appiani verbis. Ad eundem planè modum Latine Feſtus in Roma. *A qua, ut Italia ſit potitus, urbem condiderit &c.* plura vide in notis ad Hygin. Mythol. cap. 8. Muncker.

[f] *In quo oraculum.*] *In qua O. Jovis Dodonaei, ibique adſpiciunt* Raener. *In quam ob oraculum Jovis delati* Micyll.

[g] *Delati.*] *Elati* Parm. Lugd.

[h] *Qui ne.*] *Qui ſine flamma dum conſ.* Parm. Lugd. Micyl. qui in marg. *qui ſubjecta flamma dum conſ.*

[i] *Transmutarentur.*] *Mutarentur* Raener.

700. *Hactenus antiquo ſignis fulgentibus aere.*] *Signis exſtantibus* duo Baſileenſes & unus Moreti. quomodo ſupra libro XII. 235.

Forte fuit juxta ſignis exſtantibus aſper
Antiquus crater. ubi aliquid diximus. *aſper*, videlicet propter ſigna exſtantia. ſic *aſper nummus* Perſio Sat. III. 70. recenter cuſus, nondum attritus. *Quid aſper utile nummus habet?* Paulinus de Vita B. Martini libro III. ubi convivium deſcribit Maximi tyranni;

Ars ſuperat pretium, pretio pretioſior ars eſt.
Haec radiant gemmis, haec exſtant, vaſcula ſignis
Aſpera ſunt quaedam viſu, ſed laevia tactu.

ita ſcribendus is locus. nam in vetuſto codice legebatur, *Ars erat in pretio, pretium pretioſior arte eſt.* unde Juretus: *Ars erat in pretio: pretium pretioſius arte eſt.* non male, ſed perperam idem pro *haec exſtant vaſcula ſignis*, conjiciebat, *haec certant.* Heins. *Fulgentibus auro* quatuor ſcripti.

701. *Summus inaurato crater erat aſper Acantho.*] *Acanthus*, de quo apud poëtas ſermo eſt, quid ſit, à nemine, quod ſciam, usque huc pro rei dignitate animadverſum eſt. Joannes Maria Jovius, Camers, vir & ingenioſus, & optimarum artium ſtudiis eruditus, Acanthum, quo de agitur, eſſe ait, quem Smilacem aſperam Dioſcorides vocat. Plinius cap. & lib. XXII. Acanthi deſcriptionem, ut mox oſtendam, mancam & alienam ſcriptam reliquit. Cujus haec ſunt: *Acanthos eſt topiaria & urbana herba, elato longoque folio, crepidines marginum, aſſurgentium pulvinorum toros veſtiens. Duo genera ejus ſunt, aculeatum & criſpum, quod brevius. alterum lene. quod aliqui Paederoſa vocant. alii Melamphyllum.* Servius ad Virg. II. Georgic. V. 119. ita ſcribit: *Acanthus arbor eſt in Aegypto, ſemper frondens, ut oliva, laurus. Acanthos dicta, quia ſpinis plena eſt. Abundat hac etiam Circina inſula.* Idem ad Ecl. IV. 20. *Acanthus eſt herba, quae in Aegypto naſcitur.* Idem ad I. Aeneid. 649. *Acanthus eſt genus virgulti flexuoſum.* Idem: ad Ecl. III. 45. *Genus eſt floris*, quia ille dixerat, *lenta vitis.* Ex quo apparet, Servium ſibi non conſtare. Etenim ſemel dicit, Acanthum eſſe arborem, deinde herbam, rurſus genus virgulti flexuoſum, quartò, genus floris. In Plinii illis, quae citavi, verbis, duo praecipua ſunt, niſi me animus fallit, quae ad veram perfectamque Acanthi deſcriptionem deſiderantur. Alterum, cùm ait, Acanthum eſſe herbam: alterum verò, quod de fructu ne verbum quidem fecit. Cetera, ut opinor, ſcitè. Puto ego Acanthum potius inter frutices, quàm inter herbas, locum poſſe habere. Naſcitur in locis apricis, vel urbanis, vel ſilveſtribus, & arbori parietique, ut fere edera, adhaeret: habetque folia inſtar ederae, ſed anguſtiora; aculeos vel ſpinas in trunco ſive calamo; capreolos, ut vites; flores candidos, paene ut liguſtrum: fructum croceum rutilumque, qui in racemo continetur. In ejus baccis parvulis unus nucleus, in mediocribus bini, in grandioribus ad ſummum terni reperiuntur; qui ſatis duri ſunt, habentque hilum fere ut faba aliave legumina. Sed roget quis, haec unde colligis? Reſpondeo, me hiſce oculis vidiſſe. Nam Jovius Idibus Septemb. ad templi Pacis parietinas me deduxit: ubi Acanthum

Dant pateram, claramque auro gemmisque coronam:
Inde recordati Teucros à sanguine Teucri
Ducere principium, Creten tenuere; locique
Ferre diu nequiere Jovem. centumque relictis
Urbibus, Ausonios optant contingere portus.
Saevit hiems, jactatque viros: Strophadumque receptos
Portubus infidis exterruit ales Aëllo.
Et jam Dulichios portus, Ithacamque, Samenque,

Ne-

invenimus. est enim ibi non minima copia; & collegimus unà cum racemis croceis, sive rutilis (uterque enim color in illis est) & collectum domum retulimus. Deinde omnia, quae in Acantho animadvertenda videbantur, ipse, quam diligentissimè potui, perpendi. Habes, qui me rogasti, unde ea collegerim. Sed tempus est, ut jam ad epitheta, quae à poëtis Acantho tribuuntur, mea se convertat oratio: quae me praecipuè ad hanc rem impulerunt. Virgilius I. Aeneid. 649.

Et circumtextum croceo velamen Acantho.

Quod ad fructum referri debet. Item illud Statii lib. III. Sil. in Hercule Surrent. *Hic tibi Sidonio celsum pulvinar Acantho Texitur.* Illud ejusdem Virg. IV. Ecl. 20.

Mistaque ridenti Colocasia fundet Acantho.

Rectè exponit Servius, *id est, laeto.* Quoniam, cùm floreſcit, spectantibus quandam affert hilaritatem. sic etiam dicuntur *Prata ridere.* Epitheta *Flexus* & *Mollis*, quae in tribus his ejusdem poëtae versibus sunt:

—— *aut flexi tacuissem vimen Acanthi.*
Illa comam mollis jam tum tendebat Acanthi.
Et molli circum est ansas complexus Acantho.

Item illud Columellae lib. X. *Pallida nonnunquam tortos imitatur Acanthos.* & illud Ariosti: *Non con più nodi il flessuoso Acantho.* ad id referri debet, quod, quo quis vult, contorquetur, flectitur ac porrigitur. Quo sensu *Ceram mollem* venustè dixit Plinius Junior:

Ut laus est cerae mollis, cedensque sequatur.

Illud Lactantii, modò ejus sit elegia illa, ad flores. olent enim paenè, ut illi Ligustri:

Nec casiae mitis, nec olentis vimen Acanthi.

Illud Calpurnii, ad fructum, qui, cùm maturus & recens est, fulgorem quendam, tamquam coralium, emittere videtur:

Quam modò cantantem rutilo spargebat Acantho.

Illud praeterea Virgilii, ad frondes: *Et baccas semper frondentis Acanthi.* Nam semper virent & numquam arescunt. quod etiam poëta manifestè indicat epitheto *semper frondentis.* Sed, an Acanthus arbor sit in Aegypto, Servius viderit, quando mihi non licet. Certè quidem ex illo Virgilii, *aut flexi tacuissem vimen Acanthi:* & ex illo, quod posui, Lactantii, qui res, quae in Aegypto sunt, describit, arborem non esse perspicuè cognoscitur. Si quis Acanthi, de quo locutus sum, imaginem velit inspicere, inveniat lib. VI. cap. CXXXIX. Smilacis asperae Dioscoridis, quam Matthiolus, qui de Acantho ambiguè verba fecit, imprimendam curavit. Ovidius autem *Inauratum* Acanthum dixit, non quòd propriè veréque conveniat Acantho epitheton *Inauratus*, sed quòd in aurato crátere Acanthus erat insculptus. Haec omnia, cùm ita descripsissem, Mureto praebui legenda. quibus lectis censuit me rectè facturum, si fratrem Euangelistam Quatrhamum Eugubinum ordinis S. Augustini, cui hortorum Estensium in colle Quirinali cura commissa est, conveniſſem; ut super hac re ejus opinionem cognoscerem: est enim omnium stirpium intelligentissimus. Itaque, Mureti probato consilio, eum conveni: à quo petii, quidnam esset Acanthus, de quo Virgilius loquitur. Respondit, esse Smilacem asperam: deinde versus omnes ejusdem poëtae, in quibus Acanthi mentio est, item verba Plinii memoriter dixit. Is posteà, quae à me de Acantho scripta erant, valde probavit. Quae probari etiam intelligo magni nominis viris, nostraeque Italiae ornamentis ac luminibus clarissimis, Ulixi Aldrovando, Jo. Angelo Papio, Carolo Sigonio & Pompilio Amasaeo. Illud testari superest, magnam Acanthi copiam reperiri in vinea Ludovici Lantis R. quae Aureliam portam attingit: & in agris circa Urbem, & quidem fere passim. Et à Nicolao & Cosmo Angeliis Bargaeis, fratribus, viris optimis & horum studiorum intelligentia summè ornatis, jurisque civilis scientia clarissimis, & patronis in Urbe aequissimis ac certissimis. Item in hortis Cardinalis Estensis, quorum proximè facta est mentio. Sed & Acanthum in iisdem hortis inspexit vir singulari humanitate, & nobilissimo inter suos loco natus Joannes Leguissamus Hispanus, cùm eò forte venisset: & cum eo nobiles viri, & ab his studiorum generibus non abhorrentes, municipes mei, Ascanius Capograssus, Josephus Rubeus & Franciscus Ernaldus. CIOFAN. Multis de Acantho in Plinianis Exercitationibus agit Salmas. vid. pag. 375. & seq. & alibi. & de Homon. Hyles Iatricae cap. II.

704. *Claramque.*] *Claroque* Leidens.

706. *Cre-*

Neritiasque domos, regnum fallacis Ulixei,
Praeter erant vecti: certatam lite Deorum
Ambraciam, verſique vident ſub imagine ſaxum
Judicis, Actiaco quae nunc ab Apolline nota eſt,
Vocalemque ſuâ terram Dodonida quercu,
Chaoniosque ſinus: ubi nati rege Moloſſo
Irrita ſubjectis fugêre incendia pennis.

FAE.

706. *Cretam tenuere.*] *Creten* unus Bonon. unus Voſſ. *Cretem.* HEINS.

707. *Ferre diu nequiere luem.*] Sic in quibusdam, ut Virgiliano utatur verbo, de eadem peſtilentia, *Arboribusque ſatisque lues & letifer annus.* in nonnullo tamen, *Jovem*, non *luem.* NAUGER. Libri veteres, *Jovem*, non *luem*, quod libentius ſequor. CIOFAN. *Quem* Florent. S. Marci. In reliquis omnibus, *Jovem. Jovem* pro aëre paſſim à poëtis dici quis neſcit? vide Barth. ad Claud. Conſ. Olybr. 37. Hic autem argute Noſter, cum Creta ſit natale ſolum Jovis. apud Virgil. lib. III. 122. Æneas de adventu ſuo in Cretam:

Irruimus ferro, & divos, ipſumque vocamus
In praedam partemque Jovem.

Silius lib. II. 115. de Mopſo Cretenſi, qui procul à patria occidebatur,

Deſertum per vota Jovem non grata vocabat.

Nihil illic Dauſqueius vidit. Cretenſes etiam τὴν ἡμέραν appellabant Δία, teſte Macrobio in Saturnali. lib. I. cap. 16. quomodo Romani, *Lucetium Jovem*, & *Diespitrem*, ut diei patrem dicebant. Ita contra, pro *Jovis*, *lues* legendum apud Val. Flac. III. 246. ubi vide quae notavimus. HEINS.

708. *Optant contingere portus.*] Sex, *aptant. properant* puto. IDEM.

710. *Infidis.*] *Inviſis* Bonon. *aſſiduis* Leidenſ.

711. *Ithacamque.*] Ithaca fuit Ulixis patria, quae, ut ait Tibullus, fuit parva urbs. Ejus verba, quibus hoc docetur, ſunt lib. IV. I. 48.

Non Pylos, aut Ithace tantos genuiſſe feruntur,
Neſtora, vel parvae magnum decus urbis Ulixem.

Quod quidem veriſimile videtur, & facilè apparet ex M. Tullio, qui eam *Nidulum* vocat. Ejus verba ſunt lib. I. De Orat. 44. *Ac, ſi nos, id quod maximè debet, noſtra patria delectat, cujus rei tanta eſt vis ac tanta natura, ut Ithacam illam, in aſperrimis ſaxulis tamquam nidulum affixam, ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret.* Rurſus detegitur eam collocatam fuiſſe in ſaxis. atque hoc videtur annuiſſe Seneca in Troadibus his verbis: *Et nocens ſaxis Ithace doloſis.* CIOFAN.

711. *Samumque.*] Quidam *Samemque* legendum putant, ſed Strab. lib. X. ſatis indicat *Samum*, & pro inſula Cephalenia, quae Tetrapolis eſt, accipi, & pro urbe. hoc autem loco ingenue agit Raphaël, qui has fabulas, alteram de judice in ſaxum converſo, alteram de Moloſſi filio ſe ignorare fatetur. ego eas obſcuras cenſeo, itaque à poëta obiter attactas, ut ita dicam. GLAREAN. *Samonque* veteres plerique, ſed *Samenque* verius eſt. dixi Remed. Amor. v. 268. *Ithacanque* unus Medic. HEINS.

752. *Regnum fallacis Ulixei.*] Si memoria teneo, ita legit Priſcianus. at libri veteres, *Ulixis.* CIOFAN.

713. *Praetereant vecti.*] In quibusdam, *praeter erant vecti.* NAUGER. Sic meus antiquior & Urſini. Alii quidam male habent, *Praetereunt.* Livius lib. XXV. *Bomilcar, Siciliam praetervectus, Tarentum petit.* CIOFAN. *Praeter erant vecti* meliores magna ex parte. at Mediceus chartaceus, *Propter erant vecti.* HEINS. Vid. ad lib. V. 159. & VIII. 258.

713. *Certatam lite Deorum.*] Apollinis nempe, Dianae, & Herculis. fabulam ex Nicandri Ἑτεροιουμένοις & Ambracicis Athanadae ſervavit nobis Antoninus Liberalis, docetque Judicem a Dîs hac in lite lectum Cragaleum Herculi Ambraciam adſeruiſſe, ac proinde ab indignato Apolline in ſaxum fuiſſe converſum. Videatur is Metamorphoſi IV. Interpretes ad hunc Ovidii locum nil, quod ſciam, contulerunt. HEINS.

714. *Ambraciam.*] *Ambracian* prim. Vatic. HEINS. Vide ad Epiſt. XV. 164.

715. *Judicis.*] *Indicis* nonnulli. ſed Paſſeratius ad Propert. III. 10. p. 472. legit, *vindicis.*

716. *Vocalemque ſua.*] Quoniam ſecundum omnium opinionem Dodonae quercus vocalis erat, & ipſamet effabatur oracula. vide quae in prima Collectan. Hecatoſty ſcripſimus cap. 25. CONST. FAN. Quod *Quercum vocalem* vocat Ovidius, eò pertinere videtur, quòd quidam veterum ex quercu reſponſa data tradidere. Hinc & Sophoclis illud in Trachiniis. 174.

Ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε
Δωδῶνι, διοσῶν ἐκ πελειάδων ἕφη.

Per columbas autem quidam mulieres ſive aniculas accipiunt, quas, quoniam barbarae eſſent, ex Ægyptiis Thebis videlicet advectae, avibus ſimilia loqui ab initio viſas, mox etiam humana voce, ut ait Herodotus: alii πελειάδας quaſi πολιάδας dictas putant, quòd ſenes Moloſſi πολιοὺς appellare conſueverint. MICYLL.

718. *Impia ſubjectis fugere incendia pennis.*] *Ini-*

Fab. VIII. Argumentum.

Acis in flumen.

Acis, Fauni [a] *& Simethidis Nymphae filius, Galateam, Nerei & Doridis filiam, cum diligeret,* [b] *nec minus ipse ab ea peteretur;* [c] *Cyclops, quod copia ejusdem Nereidos nulla fieret,* [d] *quia feritas ejus ei invisa esset, incensus furore, spelunca* [e] *relicta, palam prosiluit; vagatusque per silvas conspexit Galateam gremio Acidis residentem;* [f] *avulsumque scopulum Aetnae in eos* [g] *ejecit. cujus vi exterrita Galatea subjecto mari mersa est. Acis autem, qui effugere impetum ejus non potuit, obrutus saxo est. cujus cruor,* [h] *numine ejusdem Galateae,* [i] *in flumen ejusdem nominis sui, quod est in Sicilia, versus est.* [k] *cujus liquori se junxit* [l] *voluntate.*

PRoxima Phaeacum felicibus obsita pomis
Rura petunt. Epiros ab his, regnataque vati

Buth-

ta S. Marci & tert. Bonon. Lege, *Irrita*, ut lib. XIV. 539.

Irrita sacrilega jactas incendia dextrâ.

malo etiam, *subvectis pennis.* quanquam aliter libri. Heins. Haec fabula ab Anton. Lib. cap. 14. narratur ita. Rex Molossorum fuit dictus Munichus; cujus filii Alcander, Megaletor, Philaeus & filia Hyperipa, qui cum latrones ignem injecissent domibus, a Jove in aves mutati. *fugere morodia* Basil. quod quid velit nescio. Burm.

[a] *Et Simaethidis.*] *Simethidisque* Parm. Lugd. *Timethidesque* Raener.

[b] *Nec minus.*] *Et non minus* Colon.

[c] *Cyclops quod.*] *Cyclops quia* Parm. Lugd. Micyll. *Cyclops ejus quoque captus amore, dolens copiam ejus nullam sibi fieri (erat enim Galateae Cyclopis feritas invisa) incensus* Raener. *quia ejusdem N. copia nulla ei fieret* Colon.

[d] *Quia feritas esset &c.*] Omisit haec Colon.

[e] *Relicta, palam.*] *Relicto patre* Mf. Muncker. *Relicto Peloro suo, montem proximum pelago conscendit: dumque silvas horribili questu repleret, conspexit &c.* Colon.

[f] *Avulsumque.*] *Tò que* nec Mf. nec Edd. vett. agnoscunt. Muncker.

[g] *Ejecit.*] Mallet quis, *Conjecit.* Sed probum alterum. Frontin. lib. II. Strat. cap. IX. cap. 2. *Caput Hasdrubalis in castra Hannibalis ejecit.* Nepos Hannib. cap. 10. *Quod in praesentia vestimentorum fuit, his in ignem ejectis flammae vim transiit.* Idem. *Avulsum ergo a monte scopulum in eos dejecit* Colon.

[h] *Numine.*] *Munere* Colon.

[i] *In flumen ejusdem nominis.*] Hoc vero fabulosum est, ut debuit. Eustath. in Dionys. pag. 224. Μῦθοι γὰρ Τίγριν καλοῦσιν τὸ τόξευμα· οὕτω δὲ καὶ Ἄκις ποταμὸς Σικελίας παρὰ Θεοκρίτῳ, διότι, Φασὶν, Ἄκιδι τὸ τάχος τοῦ ῥοίματος ἐκείνου ἔοικε. De illo Vibius Sequester. *Acis ex monte Aetnae in mare decurrit; ex cujus ripis Polyphemus saxa in Ulyssem egisse dicitur.* leg. *jecisse* Muncker. *egisse* ego non mutem. vide ad Vellej. Paterc. II. 80. *in flumen sui nominis cessit* Colon.

[k] *Cujus liquori.*] Ita Veneta cum Mf. nisi quod in hoc, *cujus liquor.* Raenerius haec omisit, quod, ut suspicor, non videret quid sibi vellent. Proverbium est apud Apostol. Cent. II. 25. Ἄκις ποταμός. ἐπὶ τῶν ἀγαν ψυχρῶν. Muncker. Desunt & Colon.

[l] *Voluntate.*] Id est sponte. vid. Gronov. ad Liv. V. 17. & 92.

720. *Epirus ab his.*] *Epiros ubi* fragm. Boxh.

721. *Tenetur.*] *Tenentur* unus Medic. Heins.

723. *Intrant Sicaniam. tribus haec excurrit in aequora linguis.*] Hoc idem dixit aliis verbis lib. IV. Fast. 419.

Terra tribus scopulis vastum procurrit in aequor
Trinacris, a positu nomen adepta loci. Cleofan.

Pennis S. Marci, Neapol. & tert. Bonon. prim. Bonon. *pinnis*, male. Lucan. de Brundusio libro II. 613.

Hic latus angustum jam se cogentis in arctum
Hesperiae tenuem producit in aequora linguam.

plura videantur apud Gronovium Diatribes Statianae cap. XXVII. ubi Livium bis, semel Ammianum Marcellinum pari modo locutos esse demonstrat. adde Caesarem lib. III. belli Gallici: *Erant ejusmodi fere situs oppidorum, ut postea in extremis linguis promontoriisque aditum pedibus non haberent.* Pacuvius Anchisae: *Id promontorium, cujus linguam*

in

Buthrotos Phrygio, ſimulataque Troja tenentur.
Inde futurorum certi, quae cuncta fideli
Priamides Helenus monitu praedixerat, intrant
Sicaniam. tribus haec excurrit in aequora linguis:
E quibus imbriferos obverſa Pachynos ad Auſtros:
Mollibus expoſitum Zephyris Lilybaeon: at Arcton
Æquoris expertem ſpectat, Boreanque Peloros.
Hac ſubeunt Teucri: remisque aeſtuque ſecundo
Sub noctem potitur Zanclaeà claſſis arenà.
Scylla latus dextrum, laevum irrequieta Charybdis
Infeſtant. vorat haec raptas revomitque carinas:
Illa feris atram canibus ſuccingitur alvum;
Virginis ora gerens: & (ſi non omnia vates
Ficta reliquerunt) aliquo quoque tempore virgo.
Hanc multi petiere proci: quibus illa repulſis
Ad Pelagi Nymphas, pelagi gratiſſima Nymphis,

Ibat:

in altum projecit. apud Gellium lib. IV. Noct. Attic. cap. 17, Priſcianus Periegeſi,

Finibus eſt Aſiae latus auctum, lingua ſupernis.

Solinus cap. II. de Italia: *Linguis projectis ſaepius ac procurrentibus diſtinctum promontoriis pelagus accipit*, qui Pacuvium reſpexit, quod non advertit Salmaſius, cum Solino genuinam ex vetuſtis codicibus aſſereret ſcripturam. Lege in hoc Naſonis loco, *trinis excurrit in aequora linguis.* τὸ *haec* inepti gloſſatoris eſt figmentum. vide quae obſervavi ad lib. III. Faſt. 387. lib. IV. Faſt. 480. de Sicilia:

Luſtrarat terrae cornua trina ſuae.

ita & ibi ſcribendum, ut ſuo loco monebitur, Feſtus Avienus Orbis deſcriptione de Sicilia:

Haec autem trinis laterum procurſibus adſtat,
Ternaque caeruleis longe juga porrigit undis.

Idem de Europa:

Haec tanquam ſpeculis adſurgens plurima trinis.

Atque hinc fortaſſis eſt, quod *Siculos bilingues* dixit Apulejus XI. Met. quanquam non ignoro, quid homines eruditi ad illum locum congeſſerint. Heins. Ita vicinum Saſenae promontorium γλώσσαν vocari docet Palmer. Deſcr. Graec. Ant. cap. 33.

725. *Eſt verſa Pachinos ad auſtros.*] Illud *eſt*, verbum librariorum imperitia transpoſitum, in ſuum locum repoſuimus, ut legatur, *E quibus imbriferos eſt verſa Pachynos ad auſtros.* Regius. Ita eſt in utroque meo. itaque legendum. Ciofan. *Obverſa* repone ex duobus Thuan. & aliis quinque. Quod verbum Naſoni familiare. ut lib. V. Faſtor. 381.

Pelion Haemoniae mons eſt obverſus in Auſtros.

eſt verſa in nonnullis. Florent. S. Marci aliique ſeptem, *everſa.* Heins. Vid. lib. XV. 717.

726. *Expoſitum.*] *Impoſitum* plurimi. *oppoſitum* Vatic. ſec. *expoſitus* Leidenſ.

726. *Ad Arctos ſpectat.*] *Et Arctos* fragmen. Moreti. Puto, *at Arctos.* atque ita prim. Erfurt. pro *Boreamque* meliores, *Boreanque. Arcton expertem* Oxon. & quinque alii. etiam bene. Heins.

727. *Boreamque Peloros.*] *Boreas*, id eſt Aquilo, qui, ut ait Nonius, ἀπὸ τῆς βορᾶς, quod ſonorus ſit & procelloſus. Sed aliter Euſtathius, qui putat dictum, eo quod τὴν βοσὴν, id eſt alimoniam nobis praebeat, frugibus ad maturitatem ſuo flatu perductis. Notavit hoc Parrhaſius. Ciofan.

728. *Hanc ſubeunt Teucri.*] *Hac* S. Marci, Neapol. prim. Erfurt. & quidam alii. *Huc* Bernegger. Thuan. ſec. Palat. Oxon. prim. Baſil. aliique decem. *Hunc* ſeptem. quatuor, *Hic.* tres, *Haec.* pro *& remis*, *remis* plerique. duo Mureti, *remisque.* paulo poſt pro *Zanclaea potitur arena*, liber S. Marci, *Zanclaeam patitur arenam.* an *potitur arenam.* ut Faſtor. III. 421. *potiturque cupitam.* ita enim Naſonem ſcripſiſſe contendit Priſcianus. libro Metam. XI. 55. ut Spirenſis codex,

Et Methymnaea potiuntur litora Lesbi.

Heins. Sed lib. XII. 38. *Phrygia potiuntur arenae.* & alibi. apud Juſt. I. I. *regno potiri.* ubi alii codices, *regnum.*

728. *Et remis aeſtuque ſecundo.*] In duobus meis & Caeleſt. *Remisque aeſtuque ſecundo.* Ciofan.

730. *Irrequieta.*] *Implacata* Medic. unus. forte pro *impacata.* Heins.

731. *Infeſtant.*] *Infeſtant* ex caſtigatioribus multi, pro *raptas carinas* unus Baſil. *ſorptas.* Idem.

732. *Atram.*] *Imam* Baſil.

733. *Virginis ora gerens.*] Caeleſt. *Ora ferens.* Ciofan. Vid. ad lib. IV. 135. *ore canens* Genevenſ.

Ibat: & eluſos juvenum narrabat amores.
Quam, dum pectendos praebet Galatea capillos,
Talibus adloquitur, repetens ſuſpiria, dictis:
Te tamen, ô virgo, genus haud immite virorum
Expetit: utque facis, potes his impune negare.
At mihi, cui pater eſt Nereus, quam caerula Doris
Enixa eſt; quae ſum turbâ quoque tuta ſororum,
Non niſi per fluctus licuit Cyclopis amorem
Effugere: & lacrimae vocem impediere loquentis.
Quas ubi marmoreo deterſit pollice virgo;
Et ſolata Deam eſt; Refer, ô cariſſima, dixit:
Neve tui cauſſam tege (ſum tibi fida) doloris.
Nereïs his contra reſecuta Crataeide natam:
Acis erat, Fauno Nymphâque Symaethide cretus,

Magna

734. *Ficta.*] *Vana* Gronov. *falſa* unus Baſil. *alio quoque* Medic. & quatuor alii.

737. *Eluſos.*] *Illuſos* Cod. Menardi.

738. *Cui, dum pectendos praebet Galatea capillos, Talibus alloquitur, referens ſuſpiria, dictis.*] In utroque meo & Vatic. *Quam, dum pectendos praebet Galatea capillos, Talibus alloquitur.* ſequor. CIOFAN. Plerique vetuſtiores, excepto Florentino S. Marci, *Quam dum.* & mox, *repetens ſuſpiria*, non *referens. ſpectandos* Barber. unus Baſil. & Fragm. Boxh. & marg. Gryph. forte *pexandos.* vid. ad lib. IV. 453. HEINS.

738. *Praebet Galatea capillos.*] Mollis nymphae vitam expreſſit. *praebet* autem, iis intelligo, quae ei famulabantur. GLAREAN.

741. *Potes his impune negare.*] *Negari* in nonnullis. HEINS. Nihil muta. Noſter enim hoc verbo ſaepe abſolute utitur, pro *negare noctem*, concubitum. I. Art. 345.

Quae dant, quaeque negant.

& alibi, & hoc requirit *τὸ facis. potes en* Sixi. *morari* unus. ſed tunc *hos* legendum eſſet. BURM.

744. *Non niſi per luctus.*] Scribe, *fluctus.* atque ita pro diverſa lectione prim. Baſil. HEINS.

745. *Vocem impediere.*] *Implevere* tert. Medic. *loquentem* Baſil. Heinſius malebat, *loquenti.*

747. *Cariſſima.*] *Gratiſſima* multi. *clariſſima* Junian. & tres alii.

748. *Neve tui cauſam.*] Florent. S. Marci & tert. Bononienſis,

Neve tuae cauſam tege, ſi ſum fida, ſorori.

HEINS.

749. *Crateide.*] Scyllam Phorci & Crateidis nymphae filiam. Crathis autem fluvius eſt Calabriae, cujus filia mater Scyllae videtur fuiſſe. REGIUS. *Crataeis* hoc modo ſcribenda eſt, nam Graece Κρήταιϊς. ſed ſciendum (ut Apollonii tradit interpres) nonnullos Hecaten, alios Lamiam, alios Cretaein Scyllae fuiſſe matrem, memoriae tradidiſſe, quemadmodum quosdam Phorcynis, quosdam Phorbantis filiam eandem Scyllam factitant, quam Homerus deſcribit XII. Odyſ. CONST. FAN. De matre Scyllae variè traditur ab auctoribus. Homerus ſimpliciter Crataeim vocat Odyſ. M. 124. his verbis:

Αλλὰ μάλα σφοδρῶς ἐλάαν, βωσρεῖν δὲ Κραταιὴν
Μητέρα τῆς Σκύλλης, ἥ μιν τέκε πῆμα βροτοῖσι.

alii, ut Didymus & Apollonius, Hecaten appellant, cognomento Crataein dictam. ut lib. IV. 828. Argonaut.

Σκύλλης Αὐσονίης ὀλοόφρονος, ἣν τέκε Φόρκυν
Νυκτίπολός θ' Ἑκάτη, τήντε κλείουσι Κράταιϊν.

Steſichorus autem Lamiam vocat. ad quam diverſitatem alludens Virgilius in Ciri, de eadem Scylla dixit, *Ipſi ſeu Lamie mater fit,* | *ſive Crataeis.* rurſum quidam Crataein proprio nomine matrem Scyllae dictam volunt, cognomento autem Hecaten, a magis appellatam, eò quòd haec dea magicis ſacris prae eſſet. MICYLL. *Gratheide* vetuſtiores. Lege, *Crataeide.* Virgilius in Cyri de Scylla, 66.

——— *ſive Crataeis,*
Sive illam monſtro genuit Perſaea biformi.

Homerus quoque Odyſſ. M. Κράταιϊν μητέρα τῆς Σκύλλης dixit. alii Hecaten ejus matrem volunt. quam cum Crataeide confundit Apollonius lib. IV. Argon. de Scylla,

——— τὴν τέκε Φόρκυν-
Νυκτίπολος, θ' Ἑκάτη, τήν τε κλείουσι Κράταιϊν.

Heſychio, Κράταιϊς, κύριον ὄνομα τῆς μητρὸς τῆς Σκύλλης. Plinio lib. III. cap. 5. *Crataeis fluvius, mater* (*ut dixere*) *Scyllae.* quae pene totidem verbis apud Solinum & Martianum Capellam lib. VI. pag. 205. habes, niſi quod apud hunc *pater Scyllae* mendoſe legitur, apud illum male, *Crateis.* apud Hygi-

Magna quidem patrisque ſui matrisque voluptas,
Noſtra tamen major. nam me ſibi junxerat uni
Pulcher: &, octonis iterum natalibus actis,
Signârat dubiâ teneras lanugine malas.
Hunc ego, me Cyclops, nullo cum fine petebat.
Nec, ſi quaeſieris, odium Cyclopis, amorne
Acidis in nobis fuerit praeſentior, edam.
Par utrimque fuit. prô quanta potentia regni
Eſt, Venus alma, tui! nempe ille immitis, & ipſis
Horrendus ſilvis, & viſus ab hoſpite nullo
Impune, & magni cum Dîs contemtor Olympi,
Quid ſit amor ſentit: noſtrique cupidine captus
Uritur; oblitus pecorum antrorumque ſuorum.
Jamque tibi formae, jamque eſt tibi cura placendi:

Jam

ginum Fab. CXCIX. mendoſe etiam *Scylla Cratetis filia* dicitur, pro *Crataeidis*. male etiam apud Servium ad Eclog. VI. *Cretheïdos filia* & Æn. III. ỳſ. 420. *Creticis filia*. alii alia de matre Scyllae prodiderunt. Quae fere omnia in Ciri ſua congeſſit Virgilius. HEINS. Κράταιϊν vocat & Alciphron lib. I. Ep. 18. ubi vid. Bergleri notas.

750. *Acis erat.*] Quicumque hoc nomen per ι & γ ſcribunt errant tota via, quoniam Α"κις a Theocrito & Graecis ceteris ſcribitur, atque Acis Siciliae fluvius, in quem hic fingitur commutatus, propter currendi celeritatem, id nomen adeptus eſt: nam Α"κις telum ſignificat. CONST. FAN. In tumulum Acidis eſt Epigramma Pentadii inter Catalecta Pithoei pag. 38. de Fluvio Aci vide Cluv. Ital. Ant. lib. I. cap. 8.

750. *Nymphâque Simethide.*] Scribe, *Symaethide*. ita apud Virgilium in longe vetuſtiſſimo codice lib. IX. 584. *Symaethia circum Flumina* ſcribebatur. neque aliter legendum Faſt. IV. 472.

Quaque Symaethêas accipit aequor aquas.

& hoc libro infra, *Symaethius heros.* apud Silium lib. IX. 410. in optimis membranis:

Arma fuere decus victori bina Symaetho.

Σύμαιθος Graecis eſt. ita Thucydides, Scylax, Strabo, Athenaeus, alii. apud quosdam tamen Σύμηθος. mox *nullâ cum fine* S. Marci, pro *nullo*. HEINS. Vide Cluverii Siciliam Antiq. libro I. cap. 10. ubi de flumine; at de oppido lib. II. cap. 8. hunc vero Ovidii verſum aemulatur Statius IX. Theb. 319. *Gaudebat Fauno nymphaque Iſmenide natus.*

752. *Me ſibi junxerat.*] *Se mihi junxerat* tres libri. quod magis arridet. ut ſolam Galateam amaverit. ita lib. XV. 332. *Spretis tamen omnibus unam Ille fovet nympham.*

753. *Natalibus actis.*] *Natalibus auctus* Baſil. pr. vid. lib. II. 497. & VIII. 242.

754. *Dubia teneras.*] *Prima teneras* Gronov. *teneras molli* Florent. S. Marci.

757. *Fuerit praeſtantior.*] *Praeſentior* Neapol. bene. Florent. S. Marci, *praeſentius*. proxime verum. libro IV. 612.

——— *tanta eſt praeſentia veri.*

Epiſt. XVI. 271.

O decus, ô praeſens geminorum gloria fratrum!

HEINS. Cicer. Orat. poſt Redit. ad Quirites c. 6. *Ex quibus excellenti animo, virtute, auctoritate, praeſidio, copiis, T. Annius & P. Sextius praeſenti in me benevolentia & divino ſtudio exſtiterunt.* ita illic meliores membranae, non *praeſtanti*. apud Juvenal. quoque Satyr. III. 18. ſcribendum videtur:

——— *quanto praeſentius eſſet,*
Numen aquae, viridi ſi margine cluderet undas
Herba, nec ingenuum violarent marmora tophum.

HEINS. Confundi haec vocabula vidimus etiam ad Quinct. II. de Inſt. Orat. 13. & alibi.

758. *Par utrumque.*] *Utrimque* prim. Bonon. & unus meus. Stat. Theb. X.

Par utrimque dolor. HEINS.

759. *Eſt Venus.*] *En Venus* Baſil. & Argent.

760. *Horrendus ſilvis.*] *Horrendus Nymphis* fragm. Moreti & quart. Palat.

761. *Magni cum Dîs.*] *Magnis* Cantab. & unus Heinſii. quod non temere repudiandum. *Magni* enim proprie *Dii* & *Conſentes*, quibus ſolis Olympum habitare datum erat. unde & Ὀλύμπιοι Aelian. V. 12. ubi vide commentatores. BURM.

762. *Noſtrique cupidine captus.*] *Validaque cupidine* Florent. & tert. Bonon. quidam etiam, *raptus*, alii *tactus*, quae ſollemnis eſt iſtorum verborum confuſio, ut jam ſaepe vidimus.

766. Jam

Jam rigidos pectis raſtris, Polypheme, capillos:
Jam libet hirſutam tibi falce recidere barbam:
Et ſpectare feros in aquà, & componere, vultus.
Caedis amor, feritasque, ſitisque immenſa cruoris
Ceſſant: & tutae veniuntque abeuntque carinae.
Telemus interea Siculam delatus ad Ætnen,
Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit; lumenque, quod unum
Fronte geris mediâ, rapiet tibi, dixit, Ulixes.
Riſit, &, O vatum ſtolidiſſime, falleris, inquit:
Altera jam rapuit. ſic fruſtra vera monentem
Spernit: & aut gradiens ingenti litora paſſu
Degravat, aut felſus ſub opaca revertitur antra.
Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis: utrumque latus circumfluit aequoris unda.
Huc ferus adſcendit Cyclops; mediusque reſedit.
Lanigerae pecudes nullo ducente ſecutae.
Cui poſtquam pinus, baculi quae praebuit uſum,
Ante pedes poſita eſt, antennis apta ferendis;
Sumtaque arundinibus compacta eſt fiſtula centum;
Senſerunt toti paſtoria ſibila montes:
Senſerunt undae. latitans ego rupe, meique

Aci-

766. *Jam libet.*] *Jam placet* duo, *tum falce* Leidenſ. *revellere* Gronov. *reſcindere*, vel, *recindere* alii multi. male. Horat. I. Sat. III. 123. *Et magnis parva mineris Falce reciſurum ſimili te.*

767. *Et ſpectare feros in aqua & componere vultus.*] Hoc eſt, quod mox dicit: *Liquidaque in imagine vidi Nuper aquae.* CIOFAN.

767. *In aqua.*] *In aquam* vetuſtiores plerique. HEINS.

769. *Ceſſant.*] *Ceſſerat* & Medic. unus. *veniuntque* Medic. & Bonon. bene.

770. *Siculum in aequor.*] *Siculum ad Ætnam* decem. *Siculum ad Ætnen* S. Marci. vid. ad lib. II. 220. HEINS. *In Ætnam* etiam unus Moreti. vid. lib. III. 690. & Ibid. 415. nec *Siculum* etiam temere rejiciendum, cum montium nomina ſaepe maſculino genere ponantur. ita mox vſ. 868. *translatum Aetnam*, ex Mſſ. Cod. vide ad v. 352. lib. IX. 165. & in Ibid. 285. *in oram* Medic. BURM.

771. *Telemus Eurymedes.*] *Eurymides* Homero. Odyſ. IX. Τήλεμος Εὐρυμίδης. atque ita in Ibide 270 Noſter. ubi pari modo peccabatur. Hygino Fab. CXXV. & CXXVIII. *Telemus Eurymi filius.* HEINS.

774. *Stolidiſſime.*] *Stultiſſime* Moreti & duo alii. *celeberrime* Medic. Ambr. & Politiani.

777. *Sub opaca revertitur antra.*] *Sub opaca vertitur umbra* quinque libri. *ſub opaca reconditur antra* Moreti.

778. *Cuneatus.*] *In longum cun.* Medic. *Curvatus* ſeptem libri. *cuneatus flumine longo* Florent. S. Marci. *in longum* duo alii. mox, *hunc ferus* plures. *accedit* decem. *acceſſit* unus.

780. *Mediusque reſedit.*] *Mediosque per aeſtus* Florent. S. Marci, non male. *medioque reſedit* Bernegger. quart. Medic. Arondel. & multi alii. at Virgil. Georg. IV. *Conſedit ſcopulo medius.* Calpurn. Ecl. VI. 33. *En aſpicis illum,*
Candida qui medius cubat inter lilia, cervum.
Hunc aſcendit pro *Huc* Neapol. Urbin. & alii decem. HEINS.

782. *Cui poſtquam pinus, baculi quae praebuit uſum.*] Virgilius lib. III. Aeneidos. 659.
Truncа manum pinus regit, & veſtigia firmat. CIOF.

783. *Ante pedes.*] *Ante pedem* Argent. & Thyſii.

784. *Compacta.*] *Conjunctaque fiſtula* Baſil. & Argent.

785. *Paſtoria ſibila.*] Solinus cap. XIX. *Mirantur ſibilum fiſtularum.* idem cap. LII. de mantichora: *Voce tam ſibila, ut imitetur modulos fiſtularum.* Statius Theb. VI. 341.
——— *Caſtaliae ſtupuit qui ſibila cannae,*
Laetus, & audito contemſit Apolline paſci.
Sed hic *paſtoria ſibila* pro rudibus, *ſic male diſſona ſibila* Nemeſiano Ecloga III.

-- *ſed*

Acidis in gremio reſidens, procul auribus hauſi
Talia dicta meis, auditaque mente notavi.
Candidior nivei folio, Galatêa, liguſtri;
Floridior pratis; longâ procerior alno;
Splendidior vitro; tenero laſcivior haedo;
Levior adſiduo detritis aequore conchis;
Solibus hibernis, aeſtivâ gratior umbrâ;
Nobilior pomis: platano conſpectior altâ;
Lucidior glacie; maturâ dulcior uvâ;
Mollior & cygni plumis, & lacte coacto;
Et, ſi non fugias, riguo formoſior horto.
Saevior indomitis eadem Galatea juvencis;
Durior annoſâ quercu; fallacior undis;
Lentior & ſalicis virgis; & vitibus albis;
His immobilior ſcopulis; violentior amne;
Laudato pavone ſuperbior; acrior igni;
Aſperior tribulis; foetâ truculentior urſâ;
Surdior aequoribus; calcato immitior hydro:
Et, quod praecipue vellem tibi demere poſſem,
Non tantum cervo, claris latratibus acto,
Verum etiam ventis volucrique fugacior aurâ.
At, bene ſi nôris, pigeat fugiſſe: morasque

Ipſa

——— *ſed nec reſonare canorem*
Fiſtula, quem ſuevit, nec vult contexere carmen,
Sed pro carminibus male diſſona ſibila reddit.
Tum Pan excuſſus ſonitu ſtridentis avenae.
Heins.

788. *Auditaque verba notavi.*] *Mente notavi* Thuan. ſec. Palat. quart. Medic. Oxon. prim. Gronov. & complures alii. Faſtor. v. 10.

—— *ſilent aliae, dictaque mente notant.*
& III. 187.

——— *memori pectore dicta nota.* Heins.

789. *Candidior folio nivei Galatea liguſtri.*] Candidi floris. Eſt autem liguſtrum violae genus candidiſſimae. Videtur autem ad Galateae nomen alludere, quod à candore lactis illi inditum fuiſſe innuit Heſiodus, qui ait Galateam candidas comas & faciem lacti ſimilem habuiſſe. Regius. Liguſtrum non eſt, ut hic falſo ait Regius, genus violae: ſed virgultorum, flores habens candidiſſimos, quibus arefactis, fructum emittit ſubnigrum; ſed maturum accipio. Hoc igitur loco debemus *Nivei liguſtri* ad florum candorem referre. Vide, ſi tibi erit commodum, Janum Parrhaſium in Claudianum libro II. De Raptu Proſerpinae ℣ſ. 130. qui hanc rem primùm, quod ſciam, diligentiſſimè eruditiſſimeque deſcripſit. Ciofan.

790. *Floridior.*] *Frondidior* Medic. *pratis* etiam meliores. *porrectior alno* Patavin. mox *ſplendidiorque auro* Junian. & verſu ſeq. *planior aſſiduo* unus. *levior aſſueto* Polit.

793. *Aeſtiva gratior umbrâ.*] *Aurâ* Arondel. & quinque alii. ſed ſequitur,

——— *volucrique fugacior aurâ.*
Heins. Nihil muta: gratiſſima enim aeſtate & calore umbra. Remed. 405.

Frigore Soles,
Sole juvant umbrae,
vid. I. Amor. 5. & alibi. Burm.

794. *Conſpectior alta.*] *Speciоſior alta* unus Patavinus.

797. *Formoſior horto.*] *Florentior* unus Baſil.

800. *Vitibus albis.*] *Altis* Oxon. & alii. male. *vitium albarum* meminit Servius ad Virg. I. Georg. 165. & Pallad. lib. I. cap. 35. initio. Heins.

801. *His immobilior.*] Citat hunc verſum Seneca de Benef. VII. 23.

801. *Violentior amne.*] *Angue* Cod. Menard. & aliquot alii. *velocior* unus Leid. *hydris* Sprotii, *igne* Gronov.

802. *Pavone.*] *Phitone* Bonon. & Florent. S. Marci.

804. *Calcato immitior hydro.*] *Calcata hydra* Medic. unus & tres alii.

805. *Si poſſem demere vellem.*] *Vellem tibi demere poſ-*

Ipſa tuas damnes : & me retinere labores.
Sunt mihi, pars montis, vivo pendentia ſaxo
Antra; quibus nec Sol medio ſentitur in aeſtu,
Nec ſentitur hiems : ſunt poma gravantia ramos:
Sunt auro ſimiles longis in vitibus uvae:
Sunt & purpureae; tibi & has ſervamus, & illas.
Ipſa tuis manibus, ſilveſtri nata ſub umbrâ,
Mollia fraga leges : ipſa autumnalia corna,
Prunaque, non ſolùm nigro liventia ſucco,
Verum etiam generoſa, novasque imitantia ceras.
Nec tibi caſtaneae, me conjuge, nec tibi deerunt
Arbutei foetus. omnis tibi ſerviet arbos.
Hoc pecus omne meum eſt. multae quoque vallibus errant:
Multas ſilva tegit : multae ſtabulantur in antris.
Nec, ſi forte roges, poſſim tibi dicere, quot ſint.
Pauperis eſt numerare pecus. de laudibus harum
Nil mihi credideris : praeſens potes ipſa videre,
Ut vix ſuſtineant diſtentum cruribus uber.
Sunt, foetura minor, tepidis in ovilibus agni:
Sunt quoque, par aetas, aliis in ovilibus hoedi.
Lac mihi ſemper adeſt niveum. pars inde bibenda
Servatur : partem liquefacta coagula durant.

Nec

poſſem S. Marci, prim. Gronov. aliique deni. recte. quo alludunt non pauciores, in quibus *poſſe* nonnulli, *vellem ſi demere poſſem*. Heins. *Veloci demere vellem* Leidenſ.

811. *Nec ſol medio.*] *Medio nec ſol* Thuan. quod mollius.

812. *Gravantia ramos.*] *Virentia ramis* Palat. ſec.

813. *Longis in vitibus.*] *Longis mihi vitibus* unus Leid. & Patavin.

817. *Liventia.*] *Lucentia* pr. Moreti & duo alii. eadem varietas lib. IV. 714. & alibi.

820. *Arbutei fetus.*] Ita in meo antiquiore & Vatic. In aliis quibusdam, *Arborei fetus*. Illud magis placet. non enim poëta agit de genere, ſed de ſpecie. Ciofan. Vide ad lib. I. 104.

821. *Multae quoque.*] *Multaeque in vallibus* Medic. mox, *multae clauduntur in antris* pr. Baſil.

823. *Poſſem tibi dicere.*] *Poſſim* ex melioribus. Heins.

826. *Circumeant.*] Circumire & ingredi poſſint. eſt autem ordo, tu ipſa praeſens potes videre diſtentum uber in cruribus, ut vix circumeant. quòd vero quidam *ſuſtineant* potius quàm *circumeant* putant eſſe legendum, ſpecie recti, ut in plerisque aliis, decipiuntur. Nam *circumeant* ita ſenſui quoque convenit, ut & Ovidium ita ſcripſiſſe, nec aliter in fidelioribus exemplaribus legi contendamus. Regius. In duob. meis & Urſ. *ut vix circueant*. rationem ab aliis redditam eſſe, ut ita legatur, non ignoramus. Ciofan. *Suſtineant* quinque ſcripti & nonnullae editiones. quod placet. duo, *contineant*. poſſet tamen & *circuagant* legi, quo verbo Horatius eſt uſus. Heins.

827. *Tepidis in ovilibus.*] *Trepidis* prior Gron & tres alii. mox ſeq. verſu, *mediis in ovilibus* Francof. *ſunt mihi par aetas* Moret. prim. & duo alii.

829. *Lac mihi ſemper adeſt niveum.*] Virgilius Eclog. II.

Lac mihi non aeſtate novum, non frigore deſit.

Uterque locus ſumptus eſt ex Idylio XI. Theocriti: Τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρᾳ, οὐ χειμῶνος ἔκρῳ. Ciofan.

831. *Delitiae faciles.*] *Divitiae* Patavin. & unus Heinſii: ſimilis diverſitas Remed. amor. 746.

Divitiis alitur luxurioſus amor.

& I. Triſt. II. 79. & alibi. *Faciles* vero ſunt parabiles & obviae. vid. ad Petron. cap. XCIII. deinde, *vulgataque nondum* unus Baſil. Burm.

832. *Capraeque.*] *Caperque* veteres plerique. Heins. *Caprique* unus Heinſii.

833. *Parque columbarum.*] Vid. ad lib. II. Art. Am. 269.

834. *Inveni geminos.*] Quatuor ponit Theocr. eodem loco. καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων. Ex quo

hic

Nec tibi deliciae faciles, vulgataque tantùm
Munera contingent, damae, leporesque, capraeque,
Parve columbarum, demtusve cacumine nidus:
Inveni geminos, qui tecum ludere poſſint,
Inter ſe ſimiles, vix ut dignoſcere poſſis,
Villoſae catulos in ſummis montibus urſae.
Inveni: & Dominae, dixi, ſervabimus iſtos.
Jam modo coeruleo nitidum caput exſere ponto:
Jam, Galatea, veni: nec munera deſpice noſtra.
Certè ego me novi, liquidaeque in imagine vidi
Nuper aquae: placuitque mihi mea forma videnti.
Adſpice, ſim quantus. non eſt hoc corpore major
Juppiter in coelo: nam vos narrare ſoletis
Neſcio quem regnare Jovem. coma plurima torvos
Prominet in vultus, humerosque, ut lucus, obumbrat.
Nec mihi quod rigidis horrent denſiſſima ſetis
Corpora, turpe puta. turpis ſine frondibus arbos:
Turpis equus, niſi colla jubae flaventia velent.
Pluma tegit volucres: ovibus ſua lana decori eſt:
Barba viros, hirtaeque decent in corpore ſetae.
Unum eſt in mediâ lumen mihi fronte, ſed inſtar
Ingentis clypei. quid? non haec omnia magnus

Sol

hic Noſter, licet nonnihil diſcrepet, videtur multa accepiſſe. Ciofan.

835. *Inter ſe ſimiles.*] Videtur, *ita*, ſive *adeo*, ſubaudiendum. Atque huic ſimilis fere locutio eſt illa Plautina in Prologo Maenech. *Ei ſunt nati filii duo gemini, Ita ſimili forma pueri, ut mater ſua Non internoſſet, quae mammam dabat.* Idem.

835. *Vix ut dignoſcere poſſis.*] *Poſſint* praeceſſerat. *ut vix* quinque. Forte, *& vix dignoſcere quos ſit.* de quo Graecismo in ſcriptis Naſonianis pluribus alibi actum. Heins. *Dinoſcere* Leidenſ. ut ſcribi ſolitum vidimus, ad Quinctil. xi. de Inſt. Orat. 3. & Decl. vii. 5. *diſcernere* Gronov. & Leidenſes duo.

837. *Inveni, & dixi.*] *Et Dominae, dixi* Baſil. & Bonon. rectius.

838. *Caeruleo caput exere ponto.*] *Exime* S. Marci. Heins. Admodum variant codices. *niveum caput* Mediceus, *rutilum* Baſil. qualis varietas & lib. v. 440. ſed alter Baſil. *raucum.* forte pro, *glaucum*; ut olim Heinſius conjecerat. quod proprie marinae Deae convenit. *Extrahe* Junian. *jam mihi* etiam quinque. *jam nunc* unus.

840. *In imagine.*] *In margine* tredecim libri.

843. *Nam vobis.*] *Quem vos* Medic. Florent. & alius. mallem, *quo vos.*

844. *Torvos prominet in vultus.*] Neſcio an tam ſtolidum Cyclopa fingere liceat, ut *torvos* ſuos vultus Galateae, cui placere volebat, jactaret. *noſtros* in uno Regio & Oxon. ſed in codice Politiani & tribus aliis erat, *fortes*, quod placet. ſic Ep. iv. 73.

Quemque vocant alii vultum rigidumque trucemque,
Pro rigido, Phaedra judice, fortis erat.

Imminet etiam Sprotii Cantabr. & Balliol. & multi alii. *ut vitis obumbrat* ſec. Vatic. Burm.

846. *Rigidis.*] *Duris* plurimi. pro *nec mea, nec mihi* etiam Medic. & Ambr.

847. *Turpis ſine frondibus arbor.*] *Arbos* meliores. *turpe ſine* Genev. Puto,

——— *turpe eſt ſine frondibus arbos,*
Turpe & equus.

notum illud ex Amoribus,

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.

ita paſſim terſiſſimi ſcriptores. Heins. Sed hic ſequitur, *turpis equus.*

848. *Flaventia.*] *Flammantia* unus Leidenſis & Florent. vide ſupr. ad vers. 421. *velant* etiam quatuor libri.

849. *Decori.*] *Decorum eſt* Leidenſ. τὸ *eſt* tres non habent.

851. *Unum eſt in media lumen mihi fronte, ſed inſtar Ingentis clypei.*] De quo ſic Virgilius libro iii. vſ. 635.

——— *& telo terebramus acuto*
Ingens, quod torva ſolum ſub fronte latebat,
Argolici clypei, aut Phoebeae lampadis inſtar.

Sol videt è coelo? Soli tamen unicus orbis.
Adde, quod in veſtro genitor meus aequore regnat.
Hunc tibi do ſocerum. tantùm miſerere, precesque
Supplicis exaudi. tibi enim ſuccumbimus uni.
Quique Jovem, & coelum ſperno, & penetrabile fulmen,
Nerei, te vereor: tua fulmine ſaevior ira eſt.
Atque ego contemtûs eſſem patientior hujus;
Si fugeres omnes. ſed cur, Cyclope repulſo,
Acin amas, praefersque meis amplexibus Acin?
Ille tamen placeatque ſibi, placeatque licebit,
Quod nollem, Galatea, tibi, modo copia detur,
Sentiet eſſe mihi tanto pro corpore vires.
Viſcera viva traham: divulſaque membra per agros,
Perque tuas ſpargam (ſic ſe tibi miſceat) undas.
Uror enim; laeſusque exaeſtuat acrius ignis:
Cumque ſuis videor translatam viribus Ætnam
Pectore ferre meo: nec tu, Galatea, moveris.
Talia nequicquam queſtus (nam cuncta videbam)
Surgit: & ut taurus vaccà furibundus ademtà
Stare nequit, ſilvàque & notis ſaltibus errat.

Cum

Theocritus, loco ſuperius citato:
Εἶς σ' ὀφθαλμὸς ἔπεστι.
& ibidem:
Καὶ τὸν ἓν ὀφθαλμόν.
Heſiodus in Theogonia, de alio Cyclope.
Μέσσῳ δ' ὀφθαλμὸς μέσσῳ ἐπέκειτο μετώπῳ.
CIOFAN.

852. *Magno ſol videt e coelo.*] *Magnus* Gronov. Oxon. Palat. Medic. & viginti alii; recte. proprium enim ſolis epitheton. Valer. Flac. I. 44. *Heu magni ſolis pudor.* & ita idem Poëta VIII. 283. 350. & 458. Noſter. Remed. 276.

Quod dea, quod magni filia Solis eram.

& millies alii poëtae. *videt in coelo* etiam Junian. BURM.

853. *Solis tamen unicus.*] *Soli* Neapol. Thuan. & multi alii. rectius. HEINS.

858. *Te vereor.*] In duobus meis & Caeleſt. *Te veneror.* CIOFAN. Malim, *Vereor*, cum prim. & ſec. Palat. Oxon. quart. Medic. utroque Erfurt. Arondel. & multis aliis. hoc eſt metuo. ſic Noſter ſaepe. paulo ante, *coelos ſperno*, pro *coelum* Cantabrigienſis. HEINS.

859. *Fſſem.*] *Fierem* Medicaeus unus.

860. *Repulſo.*] *Relicto* Basil. *remoto* quinque.

863. *Quod nollem.*] Unus meus, *nolem*. Lege, *nolim*. HEINS. Vid. ad Epiſt. XX. 100.

866. *Si ſe tibi miſceat.*] Imo, *ſic ſe tibi miſceat*, per parentheſin. quod cum Florentino S. Marci, prim. Vatican. Cantabrig. alii multi agnoſcunt. HEINS.

868. *Cum ſuis viribus.*] Cum ſuis ignibus. *Vires* enim Ætnae incendia ſunt aſſidua. REGIUS. Ita & veteres. niſi quod unus Barberin. *ignibus*, Scribe, *rupibus*. lib. XIV. 160.

Deſertum quondam mediis qui rupibus Ætnae
Neſcit Achameniden.

Claudian. Gigant. 66. ex Mſſ. Buslid.

Hic rotat Aemonium praeduris rupibus Oeten.

ubi alii, *viribus*. HEINS. Nihil mutandum. vide quae notavimus lib. II. 220. *translatum* quoque hic habet Cantabr. de quo vide ſupr. hoc libro ℣ſ. 770. *Conflatam* Palatin. *acrior ignis* plerique.

869. *Moveris.*] *Moraris* Junian.

871. *Adempta.*] In lib. meo antiquiore, *ademta*, ſine *p*, quemadmodum ſcribendum praecipit Victorinus, cujus haec ſunt lib. de Orthographia. *Nam hiems, & ſumſit, & inſumſit, & demſit, ſine dubio per* m s, *ſcribetis*; *&, quando in harum vocum mentionem incidimus, nec* conſumptum, *nec* emptum, *nec* redemptum, *nec* temptat, *nec* attemptat, *& ſimilia iſtis*, p t, *ſcribetis vitiose: ſed, ut ego ſcripſi, juxta* m t, *ponetis, & lucrifacietis litteram, quae detracta nihil de ſignificatu vocis diminuit, & ſcribitur expeditius.* Haec ille: Sed priore illo modo inciſum reperitur verbum *Conſumptum* in ſerie quadam columnarum in aede Concordiae prope Capitolium; ea parte, qua forum.

Cum ferus ignaros, nec quidquam tale timentes,
Me videt atque Acin : Videoque, exclamat; & iſta
Ultima ſit, faciam, veneri concordia veſtrae.
Tantaque vox, quantam Cyclops iratus habere
Debuit, illa fuit. clamore perhorruit Ætne.
Aſt ego vicino pavefacta ſub aequore mergor.
Terga fugae dederat converſa Symaethius heros:
Et, Fer opem, Galatea, precor, mihi : ferte parentes:
Dixerat : & veſtris periturum admittite regnis.
Inſequitur Cyclops : partemque è monte revulſam
Mittit; & extremus quamvis pervenit ad illum
Angulus è ſaxo, totum tamen obruit Acin.
At nos, quod ſolùm fieri per fata licebat,
Fecimus; ut vires adſumeret Acis avitas:
Poeniceus de mole cruor manabat : & intra
Temporis exiguum rubor evaneſcere coepit :
Fitque color primo turbati fluminis imbre :
Purgaturque morâ. tum moles jacta dehiſcit:
Vivaque per rimas, proceraque ſurgit arundo:
Osque cavum ſaxi ſonat exſultantibus undis:

Mira-

rum Boarium & Romanum ſpectatur : ubi ita eſt :

Senatus populusque Romanus
Incendio conſumptum reſtituit.

Quare *adempta*, & quae huic voci ſimilia ſunt, cum *p.* ſcribenda arbitror. Eas enim litteras Latina lingua vigente, ejusque uſu, inciſas eſſe, quis vel ſtatim non credat. Ciofan.

872. *Notis ſaltibus.*] In Vatic. *& notis montibus.* illud magis probo. Idem. *Montibus* plurimi. *vallibus* Ambroſ.

875. *Ultima ſit faciam.*] *Fatiam* prim. Palat. Bernegger. & prim. Strozzae. at Florent. S. Marci, *facta*. Scribe, *faxo*. quod minantis eſt paſſim apud optimos quosque ſcriptores. Noſter ipſe lib. III. Met. 271. *Fallat eam faxo.* lib. XII. 594. *Det mihi ſe faxo.* In Ibide, ℣ſ. 63. ut quidem ex veſtigiis ſcriptorum codicum cenſeo eſſe reponendum :

Haec tibi natali faxo Janique Kalendis
Non mentituro quilibet ore legat.

Plurima ex aliis auctoribus exempla ſunt in promtu. Petron. cap. XCV. *Jam faxo ſciatis non vidisse hanc inſulam eſſe.* Diximus nonnihil ad Sil. Ital. XVII. 236. mox *Veneri concordia*, pro *Veneris* ſec. Palat. paulo ante, ut & infra, *Acin* pro *Acim* vetuſtiores. & paulo poſt, *Ætne* pro *Ætna*. Heins.

876. *Iratus.*] *Ignitus* tert. Med.

877. *Perhorruit.*] *Subhorruit* Baſil. unus.

878. *Aſt ego.*] *Atque ego* quinque. *coeruleo* unus Heinſii.

880. *Et fer opem, Galatea, precor.*] *Galatea mihi* venuſte Rottendorph. mox *advertite regnis* prim. Ambroſ. pro *admittite*. dictum lib. IX. ℣ſ. 54. Heins. *Effer opem* tres. *confer* duo. *affer* Florent.

882. *E monte.*] *A monte* novem libri. mox, *mittit*, *at* duo.

884. *Acin.*] *Ictu* Medic.

886. *Acis avitas.*] *Acis in undas* Oxon. Jun. & Moreti. *in undis* duo.

887. *Puniceus de mole cruor manabat.*] Hoc in loco manifeſte *puniceum* intelligit rubrum colorem; nempe ſanguinis, ſubjungit enim ſequente verſu, *Temporis exiguum rubor evaneſcere caepit.* Ariſtoteles in Meteoris, ubi de Iride infimum ejus colorem *Alurgon* vocat, ſupremum *pheniceum*, cum tamen paſſim interpretes *Alurgon*, *puniceum* vertant. Glarean. *De more* decem. *de monte* Palat. *& infra* ſex. *inſtar* Vatic.

890. *Cum moles tacta dehiſcit.*] Omnes *tacta* legunt, at ego *jacta* malim, intelligo enim ſaxum à Polyphemo jactum. ſequente autem verſu, pro *properata*, quidam legunt *procera*. Glarean. Sunt tamen qui *jacta* malint, pro *tacta*, ut de ſaxo à Polyphemo jacto intelligatur. Micyll. In utroque meo, Urſ. Farneſ. & cod. Vatican. *tacta dehiſcit* Ciof. *Fracta* Thuan. prim. Vatic. prim. Moret. & quindecim alii. in Arondel. & tribus praeterea, *jacta*, utrumque bene. ſic *jactis in altum molibus*, quod ſaepe apud ſcriptores Romanos occurrit. *jactas ſil-*

Miraque res; ſubito mediâ tenus exſtitit alvo
Incinctus juvenis flexis nova cornua cannis.
Qui, niſi quod major, quod toto caerulus ore eſt,
Acis erat. ſed ſic quoque erat tamen Acis in amnem
Verſus: & antiquum tenuerunt flumina nomen.

Fab. IX. Argumentum.

Glaucus in Deum Marinum.

Glaucus, Anthedonis filius, piſcator, cum ſpecioſos piſces cepiſſet, & eos vellet recentiſſimos in urbem ferre, in opaco loco, proximo mari, eos, dum requieſceret, ac retia ſiccarentur, ſub recentiſſimam herbam expoſuit. At illi, [a] *vigore ejus ſuccoque contacti, recuperato ſpiritu, quem amiſerant, merſerunt ſe in profundum. At Glaucus experrectus, exiſtimans vim quamdam divinitatis eſſe in herba, ipſa quoque* [b] *jejunium polluit, alienatusque mente, ex alto ſe praecipitavit* [c] *in pelagus; ſed inter Deos marinos receptus. qui*

vas lib. XII. dixit. in nonnullis, *tracta, facta, tanta, tecta, cuncta, certa, acta.* Heins.

891. *Properataque ſurgit arundo.*] *Properata* quidem legitur, ſed *procera*, hoc eſt, tecta & longa, arundini magis convenire videtur. Tametſi *properata* pro properanter ac feſtinanter nata intelligi poſſit. Regius. *Proceraque* legitur in libr. Joan. vere. Ciofan. *Per ripas* etiam Gronov. prim.

892. *Saxi.*] *Saxis* Cantab. & quatuor alii. *Saxo* Junian. & fragm. Boxh. quod placebat Heinſio. *ſaxi fugit* Medic. tert. *& fluctantibus* Bonon. unus.

894. *Incinctus juvenis flexis.*] Sic quidem legitur, ſed *inflexis* forſitan & *cinctus* ſic legendum, ut utrumque in alterius locum transferatur, hoc modo, *Inflexis juvenis cinctus nova cornua cannis.* Nam fluviorum Dii cornua habere finguntur, quòd boum ſimiles eſſe dicuntur, & propter ſtrepitum, & propter circumflexiones, quas *cornua* vocant. Cincta autem cornua cannis idcircò habere finguntur, quòd ferè in ripis fluminum arundines naſcuntur. Regius. *Flexa canna* Arondel. *nexis* unus Medic. alius, *fexis. fletis* Cantabrig. lege, *plexis cannis.* ſic *plectere coronam.* Apulej. Met. VI. *Videt ſpicas frumentarias in acervo, & alias plexiles in corona.* vel *plectiles*, ſic ſcribo; nam in ſcriptis eſt *flexiles.* apud Plaut. Bach. I. 1137. *corona plectilis.* & *corona e lauro plexa*, apud A. Gell. lib. XVIII. cap. 2. Laevius in Iö:

Capiti meo trepidans, lubens
Inſolita plectit munera.

Implexa ſerta Apulej. in Epigram. in Catalect. Scal. p. 213. Vid. Turneb. XVIII. Adv. 29. & nos ad I Faſt. 345. Heins.

896. *Acis erat, & ſic quoque erat tamen Acis.*] *Acis erat, quod ſic quoque erat* S. Marci & Thuan. *ſic quicquid erat* Cantabrig. Oxon. prim. Moret. aliique multi. *ſed quicquid erat* nonnulli. *ſic & quoque erat* quart. Medic. & ſex alii. *ſed ſic quoque erat* ſeptem. quod ſequor. Locus tamen de mendo ſuſpectus. Heins.

[a] *Vigore ejus.*] *Vigore ejus contactuque graminis, r. f. q. am. proſiluerunt in pelagus. At Glaucus, rem miratus, exiſtimavit vim divinitatis e. i. h. & eandem probaturus, morſu guſtavit, alienatusque mente ex alto ſe in idem pelagus praecipitavit. & inter d. m. r. eſt.* ubi finit. Colon. *reparato* Raener.

[b] *Jejunium polluit.*] Supr. lib. v. Fab. 7. *Ad colluendum jejunium.* Sed ibi *ſolvendum* reſcribi debere oſtendi. Atque heic, *jejunium ſolvit*, repoſuerim. Naſonis phraſis eſt. lib. v. Ÿf. 544. *Quoniam jejunia virgo Solverat.* hoc eſt, comederat aliquid. Etiam heic Glaucus mandere coeperat herbas, in quibus piſces illi δευτεροπότμοι jacuerant. Muncker.

[c] *In pelagus.*] *In pelago* Mſ. & mox, *mari merſus eſt.* pro *recondita eſt* leg. *merſa eſt.* Idem. Vid. ſupr. ad Fab. 2. h. l.

[d] *Ut Scyllam Crataeidis.*] *Gratheidis* Parm. *Grathetidis* Lugd. *Tethys.* Micyl. ſed in marg. *Crataeidis. Phorci & nymphae Cratheidis* Raener.

[e] *Accenſus.*] *Accenſus fugientem perſecutus eſt* Raener.

899. *Diſcedunt.*] *Deſcendunt* duo libri. *natat Nereis in undis* Baſil.

900. *Neque enim medio.*] *Medio neque enim* Baſil. *ſuccedere ponto* tert. Gronov.

901. *Errat.*] *Exit* unus Leid.

902. *Seductos.*] *Seductaque* Ox. Cant. & plurimi alii.

903. *Incluſa ſua membra refrigerat unda.*] *Incluſa unda*, ut in lacubus domeſticis & piſcinis. Emen-

qui, [d] *ut Scyllam Crataeidis filiam, eodem mari verſantem, conſpexit, pulchritudine ejus* [e] *accenſus eſt, quam ne adloqui poſſet, mari recondita eſt.*

Deſierat Galatea loqui: coetuque ſoluto
Diſcedunt: placidisque natant Nereïdes undis.
Scylla redit: (neque enim medio ſe credere ponto
Audet) & aut bibulâ ſine veſtibus errat arenâ;
Aut ubi laſſata eſt, ſeductos nacta receſſus
Gurgitis, incluſâ ſua membra refrigerat undâ.
Ecce fretum findens alti novus incola ponti,
Nuper in Euboïcâ verſis Anthedone membris,
Glaucus adeſt: viſaeque cupidine virginis haeret:
Et, quaecumque putat fugientem poſſe morari,
Verba refert: fugit illa tamen: veloxque timore
Pervenit in ſummum poſiti prope litora montis.
Ante fretum eſt ingens, apicem collectus in unum,
Longa ſine arboribus convexus ad aequora vertex.

Con-

Emenda locum Feſti Avieni Deſcriptione Orbis, ỳſ. 1166. qui vulgo mendoſiſſimus circumfertur. nos veſtigia vetuſti codicis ſecuti ſumus.

Quin & vaſta palus medio diſtenditur agro.
Maximus hanc fluctu Tigris inſecat, intrat aperti
Terga lacus. ſtupet unda ſilens, tacitaeque reſidunt
Aequora Thoſippes. ſolidarum denique more
Riparum ſtagni facies incluſa quieſcit.
Invectumque ſinu cohibens altrinſecus amnem.

Secundo verſu τὸ *inſecat* exciderat, quod nos ex vetuſto codice revocavimus. tertio verſu *reſidunt* emendavimus, cum liber antiquus *recedunt* exhiberet. quamvis & vulgatum *recumbunt* poteſt admitti. pro *facies inſcia* correximus, *incluſa*. cum codex manu exaratus Ambroſianae bibliothecae *inciſa* exhiberet. quod nec omnino damnandum. ultimo verſu pro *ſibi* ex eodem codice *ſinu* depromſimus. *amnem* pro *amnes* noſtrae eſt conjecturae. Idem Avienus Ora Maritima, 542.

Quieſcit aequor, pelagus incluſum ſtupet.

Rutilius Itinerar. libro primo, 380.

Egreſſi villam petimus, lutoque vagamur,
Stagna placent ſepto delicioſa vado.
Ludere laſcivos inter vivaria piſces
Gurgitis incluſi laxior unda ſinit.

ubi verſu primo ſcribendum, *lateque vagamur. lateque* exaratum erat ratione Longobardicae ſcripturae, quae *a* & *u* literas confundit. Juvenalis Satyra XII, 76.

Tandem intrat poſitas incluſa per aequora moles,
Tyrrhenamque Pharon.

huc trahe illud Columellae de marinis piſcinis, libro VIII, cap. 16. *Mox iſtam curam ſequens aetas abolevit, & lautitiae locupletum maria ipſa Neptunumque clauſerunt.* Martialis libro XII. Epigr. 31.

Quaeque natat cluſis anguilla domeſtica lymphis.
Secretus concluſae uliginis humor Auſonio in Epiſtolis. Heins. *Gurgitis incluſi* Argent. *in ſumma* Gronov. *in clauſa* Medic. *in liquida* unus Heinſii. *in clara* Medic. alius. *immenſa* Gronov. tert.

904. *Fretum ſcindens.*] Malo *findens*, ex duobus. in Florent. S. Marci & tert. Bonon. *freto ſtridens.* unus Medic. & unus Reg. *fretum ſtridens.* an, *fretum ſtringens?* ut libro XI. 733.

Stringebat ſummas ales miſerabilis undas.

libro IV. 562.

Æquora deſtringunt ſumtis Iſmenides alis.

Claudian. lib. II. in Stilic. 273.

Transvehitur Thuſcos, Appenninusque volatu Stringitur. poſſis etiam, *fretum radens.* Heins.

906. *Viſaeque cupidine virginis ardet.*] *Haeret*, S. Marci. Neapol. Urbin. ſec. Palat. Oxon. & ſex alii ex melioribus. prim. Vatican. prim. Palat. Cantabrig. prim. Erfurt. & alii decem, *ardens.* & verſu proximo, *Haec quaecumque.* ſed tum, *Ut quaecunque videt*, ſit ſcribendum. Urbin. *Hic*, cum decem aliis. prim. Reg. *His*, Heins. *Haeret* praeferendum. vid. ad Amor. I. VIII. 24.

910. *Collectus in unum.*] S. Marci aliique ex melioribus complures, *conjectus. conjunctus* Thuan. unus meus, *collatus.* an, *cuneatus.*

Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis,

ſupra dixerat. ſed *collectus* bene ſe habet, de quo ad Maronem Æneid. XII. 862. Heins. Vide & Broukh. ad Tibul. I. IX. 14.

911. *Longa ſub arboribus.*] *Sine arboribus* Oxon. & tres alii. ut libro VIII. 789.

—— *ſterilis ſine fruge, ſine arbore tellus.*

vid.

Conſtitit hic: & tuta loco, monſtrumne, Deusne
Ille ſit, ignorans, admiraturque colorem,
Caeſariemque humeros, ſubjectaque terga, tegentem,
Ultimaque excipiat quod tortilis inguina piſcis.
Sentit: & innitens, quae ſtabat proxima, moli,
Non ego prodigium, non ſum fera bellua, virgo;
Sum Deus, inquit, aquae: nec majus in aequora Proteus
Jus habet, aut Triton, Athamantiadesve Palaemon.
Ante tamen mortalis eram: ſed ſcilicet altis
Deditus aequoribus, jam tum exercebar in illis.
Nam modo ducebam ducentia retia piſces:
Nunc in mole ſedens moderabar arundine linum.
Sunt viridi prato confinia litora, quorum
Altera pars undis, pars altera cingitur herbis:
Quas neque cornigerae morſu laeſere juvencae:
Nec placidae carpſiſtis oves, hirtaeve capellae.
Non apis inde tulit collectos ſedula flores:
Non data ſunt capiti genialia ſerta, nec umquam

Fal-

vid. & lib. xv. 296. deinde pro, *convexus*, *converſus in aequora* quidam codices. ut Epiſt. v. 61.

Adſpicit immenſum moles nativa profundum. HEINS.

914. *Terga tegentem.*] *Membra* tres. *colla* Moreti. *tenentem* duo. unde Heinſius, *terentem. jacentem* unus. *rigentem* alius.

915. *Piſcis.*] Forte, *Piſtris.* vid. lib. II. 13. HEINS.

917. *Senſit.*] *Sentit* nonnulli. pro *nec ſum* meliores, *non ſum*, & deinde, *Sum Deus*, non *Sed.* IDEM.

918. *In aequore.*] *Æquora* cum tertio Mediceo & Rottendorph. Seneca Oedipo, 447.

Jus habet in fluctus magni puer advena Ponti,
Cognatus Bacchi, numen non vile Palaemon.

dictum Amor. lib. I. Eleg. I. *aut Triton* quatuor libri cum editionibus nonnullis. bene. vulgo, *& Triton.* & tum lege, *Athamantiadesve.* IDEM.

921. *Tantum exercebar.*] *Jam tum* ex caſtigatioribus magno numero. IDEM.

922. *Ducebam ducentia retia piſces.*] *Capientia retia* prim. Vatican. à manu ſecunda & duo Moreti; dubito. utroque loco pro trahere ſumitur. Martial. I. Ep. 56.

Nunc piſcem tremulâ ſalientem ducere ſetâ. IDEM.

923. *In mole ſedens.*] *In rupe* Baſil. eadem varietas lib. II. 12. & alibi.

925. *Cingitur.*] *Tingitur* unus. *clauditur* Moreti. *fungitur* tres. praeterea *altera pars viridis* Junian. & duo alii.

927. *Carpſiſtis.*] *Laeſiſtis* Gronov.

928. *Non apis inde tulit collectos ſedula flores.*] Multi ex praeſtantioribus, *collectos ſemine flores.* ſed perperam. Vulgatam ſcripturam agnoſcit Priſcianus lib. VI. pag. 703. Tibullus lib. II. Eleg. I.

Rure levis verno flores apis ingerit alveo,
Compleat ut dulci ſedula melle favos. HEINS.

930. *Ego primus in illo Ceſpite conſedi.*] Puto, *ego pronus.* aliter tamen libri. HEINS.

931. *Dum lina madentia ſicco.*] Sic omnes libri ſcripti. Alii ineptè legunt, *Manantia.* CIOFAN.

933. *Inſuper.*] *Deſuper* Moret. & Ambroſ. *impoſui* etiam plurimi.

936. *Gramine contacto.*] *Gramineo tactu* Strozzae prim.

937. *Et motare latus.*] *Τὸ motare* non placet, eſt enim idem quod proxime praecedens *moveri.* Certe Florent. S. Marci, Neap. tert. & quart. Medic. Oxon. prim. Moret. Arond. & duodecim alii, *mutare.* nihil verius. Senec. lib. VI. Nat. Quart. 21. *Inclinatio, qua latera mutat, navigii more.* Virgilius lib. III. 581. de Encelado:

Et quoties feſſum mutet latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam,

nimirum fama eſt. Ita longe optimus & vetuſtiſſimus Mediceus. quomodo etiam Donatus videtur legiſſe, etſi Servius pro vulgata ſcriptura pugnet. neque aliter agnovit Statius lib. III. Theb. 595. apud quem, *aut ubi tentat Enceladus mutare latus.* pari modo etiam locutus Seneca libro de Tranquillitate animi cap. II. *Sunt quaedam, quae corpus quoque noſtrum cum quodam dolore delectant, ut verſa-*

re

Falciferae ſecuere manus. ego primus in illo
Ceſpite conſedi, dum lina madentia ſicco.
Utque recenſerem captivos ordine piſces,
Inſuper expoſui, quos aut in retia caſus,
Aut ſua credulitas in aduncos egerat hamos.
Res ſimilis fictae: (ſed quid mihi fingere prodeſt?)
Gramine contacto coepit mea praeda moveri,
Et mutare latus; terraque, ut in aequore, niti.
Dumque moror, mirorque ſimul, fugit omnis in undas
Turba ſuas: dominumque novum litusque relinquunt.
Obſtupui: dubiusque diu, quae cauſſa, requiro:
Num Deus hoc aliquis, num ſuccus fecerit herbae.
Quae tamen has, inquam, vires habet herba? manuque
Pabula decerpſi, decerptaque dente momordi.
Vix bene combiberant ignotos guttura ſuccos:
Cum ſubitò trepidare intus praecordia ſenſi;
Alteriusque rapi naturae pectus amore.
Nec potui reſtare loco: Repetendaque numquam

Ter-

re ſe, & mutare nondum feſſum latus. Silius de ſerpente. lib. VI. 233.

Arduus ille ſuper tumidis cervicibus altum
Mutat utroque caput. ubi quaedam codices, *motat*, & *nutat*. Lucret. lib. V. 588. non diſſimili modo.

——— *mutare videtur*
Alterutram in partem filum.

Stat. Theb. IX. 848.

Ipſum autem & laſſa fidit proſternere dextra
Nec ſervat vires, & enim huc jam feſſus & illuc
Mutabat turbas. lib. X.

Alternos vultus pallorque ruborque
Mutat.

ſic *mutare brachia* Propertio libro II. Eleg. XV.

Quam multo amplexu mutamus brachia?

Stat. VI. 545. de Leandri natantis imagine

In latus ire manus, mutaturusque videtur
Brachia. ſic *mutare rudentes* idem XI. 521. quod *mutare latus* Noſtro, id Apulejo Met. X. *utrinſecus jactatae crebriter laterum mutuae viciſſitudines.* Statius eleganter *mutare pectora* Theb. V. 719.

Irruerunt matremque avidis amplexibus ambo
Diripiunt flentes, alternaque pectora mutant.

& Theb. IX. 774.

Modo dirigit ictus,
Nunc latere alterno dubius conamina mutat.

ceterum à mutando latere illud quoque Maronis tractum videtur lib. V. Æneid. 701.

Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas
Mutabat verſans, Siculisne reſideret arvis,
Oblitus fatorum, Italasne capeſſeret oras.

HEINS. Quinct. Decl. VI. 22. *Non futigatum mutavi latus.* pſura ad Val. Flac. lib. VI. 614. dicemus: probat vero hanc lectionem Spanhem. ad Callim. in Del. 143.

939. *Novum.*] *Suum* quatuor libri.

939. *Relinquunt.*] *Relinquit* octodecim. *reliquit* octo. *revolvunt* Leid.

940. *Obſtupui dubitoque diu.*] In Vatic. & meis, *Obſtupui, dubiusque fui.* Placet. Sed in meo antiq. & Joann. eſt, *obſtipui*, per *i*, in ſecunda ſyllaba. CIOFAN. Tò *diu* non placet. *dubitoque* & *cauſamque* Neapol. & decem alii. duo, *dubitoque prius.* unus Moreti, *ſimul.* Forte,

Obſtupui, ſubitaeque rei quae cauſa requiro.

vel,

——— *dubiusque, fugae quae cauſa requiro.*

HEINS.

941. *Haec aliquis.*] Caſtigatiores, *hoc.* IDEM.

941. *Num ſuccus.*] In uno meo ac duobus Vatic. *an ſuccus.* CIOFAN.

942. *Quae tamen has, inquam.*] Primus Strozzae & quinque alii,

Quas tamen haec, inquam. HEINS.

944. *Ignotos.*] *Ignaros* duo Medicei. vid. ad lib. I. 134.

945. *Trepidare intus.*] *Trepidare ratus* Baſil. & alius. forte, *metu.* HEINS. *Mea pectora ſenſi* tert. Bonon.

947. *Nec potui reſtare diu.*] *Reſtare loco*, tert. Medic. quod placet. mox *ſub aequore* tamen dixit ſupr. ỹſ. 878. *ſub aequora*, non *aequore* caſtigatiores. HEINS. De τῷ *loco* vide ſupr. XII. 144.

Terra, vale, dixi: corpusque ſub aequora merſi.
Dî maris exceptum ſocio dignantur honore:
Utque mihi, quaecumque feram, mortalia demant,
Oceanum Tethynque rogant. ego luſtror ab illis:
Et purgante nefas novies mihi carmine dicto
Pectora fluminibus jubeor ſupponere centum.
Nec mora: diverſis lapſi de fontibus amnes,
Totaque vertuntur ſupra caput aequora noſtrum.
Hactenus acta tibi poſſum memoranda referre:
Hactenus & memini: nec mens mea cetera ſenſit.
Quae poſtquam rediit; alium me corpore toto,
Ac fueram nuper, nec eumdem mente, recepi.

Hanc

949. *Exceptum.*] *Acceptum* decem libri.

952. *Dicto.*] *Lecto* Baſil. mox, *jubeor ſummittere* idem.

954. *Diverſis lapſi de partibus amnes.*] In eodem Vatican. *De montibus.* In antiquiore meo, *De fontibus.* Ciofan. *De fontibus* tres ſcripti. probe. duo, *montibus.* pro *vertuntur* unus Leidenſis, *verguntur.* Puto, *Motaque verguntur*, vel *Potaque.* De *vergendi* verbo dixi Pont. 1. Eleg. IX. ỳſ. 54. Heins. *Lapſus de p. amnis* Francof. & alii. eadem diverſitas inf. lib. XV. 285. *Scythicis Hypanis de montibus* (vel *fontibus*) *ortus.* & lib. V. ex Pont. v. 43.

Fluminaque in fontes (montes) curſu reditura ſupinos.

vir eruditus Heumannus in Miſcell. Lipſienſ. tom. IV. obſerv. 83. apud Horatium quoque lib. 1. od. 29.

Quis neget arduis
Pronos relabi poſſe rivos
Montibus?

Corrigit *fontibus*, ut ſit *relabi fontibus* poſitum pro ad fontes: ſed quis *fontes arduos* aeque recte dici ac *montes* credat? quare retinenda ibi vulgata. nec multum Galli cujusdam, nimium in Horatio acuti, ſubtilitas de Epicureo aquarum in circulum redeuntium ex mari in fluvios, & inde in mare gyro, curanda. ſed ex communi Poëtarum conſuetudine intelligendi rivi, proni ſemper, nunc contra naturam relabi in arduos montes, ut recte Scholiaſtes. ſic in alia re Silius Ital. v. 62.

Ac ſuper his reflui pugnarunt montibus amnes,
Et retro fluctus torſit mare.

ubi etiam *Fontibus* malebat Heinſius, quo nihil opus, ſed verbum *pugnarunt* jure ſuſpectum. forte *ſtagnarunt:* reflui ad montes non prono curſu decurrerunt, ut antea, ſed ibi ſteterunt. ſed de hoc non pugno. bellum autem eſt, quod Gallicus ille Horatii vexator exemplum velit, ubi *relabi* pro retro ire ponatur. cum ſequentia, *& Tiberim reverti*, ſatis evincant, eam vim a Poëta huic verbo datam. nec aliud notat lib 1. Ep. 1. 17.

Nunc in Ariſtippi furtim praecepta relabor.

quòd ſi alio trahi poſſit, videat an illa ex Ovidio ſatisfaciant. ille Epiſt. XV. 95. *Huc ades inque ſinus, formoſe, relabere, noſtros*, id eſt, redi unde abiiſti. Epiſt. X. 149.

Flecte ratem, Theſeu, verſoque relabere velo.

III. Metam. 615.

Quo non alius conſcendere ſummas
Ocius antennas, prenſoque rudente relabi.

ỳſ. 57.

—— *Protinus illa relapſa eſt,*

id eſt, rediit, unde procedebat. recte vero Heumannus *relabi montibus* pro in montes capit. exempla plurima qui velit videat doctiſſimi Munckeri notas ad Hygin. Fab. XV. & CVIII. inter quae illa ex Horat. 1. 24. *Nigro compulerit gregi.* ſic *mittere Tiberi* pro *in Tiberim* Ovid. V. Faſt. 655. de quo vid. Gronov. ad Senec. Conſ. ad Marc. cap. 5. ſed haec ultra modum jam. Burm.

956. *Hactenus acta tibi.*] Tollendum eſſe opinor hunc & proxime ſequentem verſum, & pro, *Quae poſtquam rediit*, reponendum, *Utque animus rediit.* vide Notas ad Epiſt. VI. ỳſ. 31. niſi fortaſſe mavis, *Mox, ubi mens rediit.* ut lib. VI. 531.

Mox ubi mens rediit, paſſos laniata capillos.

ſupra τὸ *Utque* vel *ubi* ſcriptum erat *poſtquam* pro interpretatione, hinc poſtea factum, *Quae poſtquam*, inſertis duobus verſibus valde frigidis ac jejunis; qui in plerisque vetuſtiorum non hoc loco, ſed paulo poſt, ante verſum, *Hanc ego tum primum* leguntur. iidem codices pro *Quae poſtquam rediit* agnoſcunt, *Quae poſtquam redeunt.* vel *reddunt.* mendoſe, ad aequora referentes. Scribe igitur:

Totaque vertuntur ſupra caput aequora noſtrum.
Utque animus rediit, alium me corpore toto,
Ac fueram nuper, nec eundem mente recepi.

omiſſis duobus verſibus. Heins. Mihi nihil in duobus his verſibus occurrit, quod offendat. in primo, *miranda referre* multi habent. quod & Naugerius notavit. *hactenus haec memini* tert. Bon. & Flor. S. Marci.

958. *Quae poſtquam redeunt.*] Sic omnes ſcripti libri. Ciofan.

959. *Ac*

Hanc ego tum primùm viridem ferrugine barbam,
Caeſariemque meam, quam longa per aequora verro,
Ingentesque humeros & caerula brachia vidi,
Cruraque pinnigero curvata noviſſima piſce.
Quid tamen haec ſpecies, quid Dîs placuiſſe marinis,
Quid juvat eſſe Deum, ſi tu non tangeris iſtis?
Talia dicentem, dicturum plura, reliquit
Scylla Deum. furit ille, irritatusque repulſâ
Prodigioſa petit Titanidos atria Circes.

959. *Ac fueram nuper.*] Unus liber meus & duo Vatic. *Quàm fueram.* Rectè utroque modo. Ciofan.

960. *Hanc ego tum primum viridi ferrugine.*] *Viridem* plerique veteres. Lego, *Hac viridem ferrugine barbam.* Heins.

965. *Tangeris.*] *Frangeris* unus Heinſii. vid. ad Epiſt. 1. 68.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER QUARTUSDECIMUS.

FAB. I. ARGUMENTUM.

Scylla in feram.

Glaucus Anthedonius [a] *ſupradictus Scyllam circa Siciliam conſpicatus dum adamaſſet*, [b] *& quia nollet ſequi adpetentem, venit ad Circen, obſecrans remedia, ut amanti ſuccurreret: quem* [c] *illa, ipſius non levi cupiditate capta, nequiens à propoſito retardare,* [d] *amorem incidit, dicens quae eſſet, quae ſibi praeferretur. Inſtructa enim Hecates*

[a] *Supradictus.*] *Praedictam &c. cum amaſſet, & illa nollet ſequi amantem* Colon

[b] *Et quia nollet.*] Deleam *τὸ &*, tanquam ex ultimâ proximè praecedentis vocis ſyllabâ ortum. MUNCKER.

[c] *Illa ipſius.*] *Illa non levi* Parm. Lugd. Micyll. *Quem illa cum leniret, ut ſuo amori faveret, nequiens eum a propoſito deflectere amore, indignansque quod ſibi alteram praeferret, inſtructa Hecateis* Colon.

[d] *Amorem incidit.*] Ita MS. Venet. *Amorem indicit.* Micyll. *Amore indicit.* Rectius foret, *amorem indicat.* Sed MS. lectionem damnare non audeo. Supr. Lib. I. fab. 10. *Ne puella Junonis iram incideret.* Vide ibi notas noſtras. Hyg. Aſtron. II. 16. *Pulchritudine Veneris inductum in amorem incidiſſe.* Cap. 20. *Phryxi Athamantis filii corpore inductam in amorem incidiſſe.* Peccatum idem admiſſum à librariis Collat. Leg. Ruffin. Tit. IV. de Adult. *Si maritus uxorem ſuam in adulterio deprehenſam occidit, an in legem de Sicariis indicit, quaero.* Leg. *incidit.* MUNCKER.

[e] *Venit in locum.*] *In hunc locum venit ubi &c. & fontem venenis infecit. Quibus illa contacta, tenus pube &c.* Colon.

[f] *Exercuit.*] Addit, *ſociis ſuis abſumtis*, reliqua vero *Quod &c.* omittit Colon.

[g] *Quod Glaucus.*] *At Glaucus* marg. Micyll.

1. *Ætnam.*] Hic denuo *Ætnen* S. Marci, ut & Thuaneus optimi. *injectam* pro *ingeſtam* quoque veteres plerique. Val. Flaccus l. II. 32. de Typheo,

—— *omnis anhelat*
Trinacria, injectam ſeſſo dum pectore molem
Commovet experiens.

& mox *bubus* pro *bobus* meliores. & *Naviſragum fretum.* HEINS. An *injectam*, an *ingeſtam* legendum ſit, vide ad lib. V. 346. *invectam* tres libri.

2. *Quis uſus aratri.*] In duobus Vatic. duobus meis, Farneſ. Capran. & Ald. *Quid uſus aratri.* In alio Vatic. *Quid uſus equorum.* CIOFAN. *Quis uſus* Genev. & Voſſian. vid. infr. ỳſ. 268.

3. *Junctis debentia bobus.*] Corrige ex lib. Joan. & ratione, *bubus.* Vide quae notavi in Scholiis in epiſtola V. 116. CIOFAN.

4. *Tumidarum cultor aquarum.*] In uno Vatic. legitur, *liquidarum*, non *tumidarum.* Nihil tamen muto. IDEM.

6. *Navifragumque.*] In vetuſtis, *naufragumque.* ut tamen quadriſyllabum ſit; veluti & id Virgilianum. *Naufragum Scylacaeum.* NAUGER.

7. *Tenet confinia terrae.*] Ita libri omnes. Scribe nihilominus, *terit confinia.* Noſter ipſe l. XV. 291. de Italia & Sicilia:

—— *confinia pontus*
Abſtulit, & media tellurem reppulit undâ.

ſic *radere confinia* Feſtus Avienus de freto Gaditano, 94.

Nam vel caeruleo loca circumplectitur aeſtu,
Vel ceſſo dimiſſa jugo confinia radit.

idem de hoc ipſo mari Siculo 639.

—— *urgent anguſtae marmora fauces,*
Arctaque praecipitant properum confinia pontum.

Ita

tes carminibus [c] *venit in locum, in quo Scylla ablui consueverat, venenisque imbuit, quibus tenus pube canibus est efferata, ut amantibus odio ac timori esset. Quod ob factum illa postea in Ulixem amatum ab eâ* [f] *exercuit saevitiam.* [g] *Quod Glaucus factum hoc à Circe dolenter tulit.*

JAmque Giganteis injectam faucibus Ætnen,
Arvaque Cyclopum, quid rastra, quid usus aratri
Nescia, nec quidquam junctis debentia bubus,
Liquerat Euboïcus tumidarum cultor aquarum:
Liquerat & Zanclen, adversaque moenia Rhegî,
Navifragumque fretum, gemino quod litore pressum
Ausoniae Siculaeque tenet confinia terrae.
Inde, manu magnà Tyrrhena per aequora lapsus,
Herbiferos adiit colles, atque atria Glaucus
Sole satae Circes, variarum plena ferarum.
Quam simul adspexit; dictâ acceptâque salute,
Diva, Dei miserere, precor: nam sola levare
Tu potes hunc, dixit, (videar modo dignus) amorem.
Quanta sit herbarum, Titani, potentia nulli,

Quam

Ita ille locus castigandus; male *surgent* & *arctam*, pro *urgent* & *arctaque* nunc circumfertur. de Hellesponto idem 692,

Sestus ubi atque Abydus parvo sale discernuntur,
Et vicina sibi lambit confinia pontus.

pari modo *rumpere confinia* Priscianus in Periegesi:

Separat hic Libyen Asiae confinia rumpens.

Heins. Ego nihil temere mutem contra libros; *tenet* enim est hic possidet, occupat, illam partem, quae olim erat terra & terminus inter Italiam & Siciliam. ut Mare, tanquam violentum possessorem, qui depulit terram sede sua, inducat. vide inf. xv. 291. & seq. Burm.

8. *Manu magna.*] Illud *manu magna* ambiguitatem habet, & exponendum a commentatore erat, utrum pro magna potentia, an magno famulatu accipi debeat, sed despiciat hoc lector, res est parvi momenti. Glareanus. Vide quae nos ad eleg. in Drusum Vs. 224, & ad Val. Fl. I. 658. notamus. Glauco enim, ut jam deo, sicut libr. praec. 962. *ingentes humeros*, ita hic *magnam* dat *manum*, qua *labitur*, id est natat per aequora sine ullo labore, sed, ut deus, facile: sic enim hoc verbum pro natare posuit Epist. xxi. 84. ut, etiam *labi* de facili navigatione poni docuimus ad Epist. x. 65. In duobus vero codicibus & Politiani erat, *forti manu*; quod gloss atoris est. *manu nando* Leidens. Burm.

8. *Tyrrhena per aequora vectus.*] Ita apertè est in meis. In duobus Vatic. *Per aequora lapsus.* Ciofan. *Lapsus* prim. Palat. prim. Vatican. prim. Basil. prim. Reg. prim. Erfurt. Arondel. Cantabrig. & multi alii. quod rectius. Heins.

9. *Glaucus.*] Polybi filius, Anthedonius ex Euboea, piscator in Balenam conversus est, tractata herba, cujus attactu pisces, quos captos extraxerat, redivivos in aequor resiliviſse conspexerat. Herbam fuisse, quam Graeci vocant ἀειζωον, nostri Sedum, Semperque vivam, tradit interpres Lycophronis, & eo prior Athenaeus. Notissima fabula, cujus etiam Strabo meminit. Palaephatus, ad historiam referens, ait eum summum fuisse urinatorem, qui cùm aquis se conderet, perque longa maris spatia ad insulam quandam cultoribus vacuam secreto natatu penetraret, inde postridùo rediens apud maris Deos se fuisse profitebatur; quod rudi tum saeculo facile persuasit. Itaque sibi divinitatis opinionem comparavit. Haec ex Parrhasio in Claud. initio lib. III. De rapt. Proserpinae. Ciofan.

10. *Variarum plena ferarum.*] *Vanarum* Medic. tert. Florent. & Neapol.

12. *Diva dei miserere.*] In iisdem Vatic. Joan. atque uno meo est, *Diva mei miserere.* Quod magis placet, ne Glaucus se jactet. Ciofan. *Mei* etiam Basil. & quinque alii & Bersmanni. videbatur nempe librariis superbius loqui Glaucus, si se *Deum*, Circen *divam* vocaret. sed ita & Virgil. XII. Aen. 138.

Extemplo Turni sic est affata sororem
Diva deam. ubi videndus Servius. & Poëtas promiscue *divas* & *deas* vocasse infinitis exemplis probari posset. Burm.

13. *Dignus, amorem.*] *Dignus amore* multi. *honore* unus. *dignior esse* quinque.

Quam mihi, cognitius, qui ſum mutatus ab illis.
Neve mei non nota tibi ſit cauſſa furoris;
Litore in Italico, Meſſania moenia contra,
Scylla mihi viſa eſt. pudor eſt promiſſa, precesque,
Blanditiasque meas, contemtaque verba referre.
At tu, ſive aliquid regni eſt in carmine; carmen
Ore move ſacro: ſive expugnacior herba eſt;
Utere tentatis operoſae viribus herbae.
Nec medeare mihi, ſanesque haec vulnera mando:
Fineque nil opus eſt. partem ferat illa caloris.
At Circe (neque enim flammis habet aptius ulla
Talibus ingenium; ſeu cauſſa eſt hujus in ipſâ;
Seu Venus indicio facit hoc offenſa paterno)
Talia verba refert: Melius ſequerere volentem,
Optantemque eadem, parilique cupidine captam.
Dignus eras: ultro poteras certéque rogari:

Et,

15. *Qui ſum mutatus.*] *Qui ſim* ſcribendum. ita Noſter amat loqui. aliter vetuſti libri. HEINS.

16. *Neve mei non nota tibi ſit cauſſa furoris.*] In uno Vatican. *Cauſſa doloris.* CIOFAN. *Nec nota* Zinzerl. Promulſ. Crit. cap. XXI.

17. *Litore in Italico.*] *Italio* ſex libri. vide inf. ad XV. 9. deinde *Meſſania* plurimi, de quo vide ad lib. II. 679. *litora contra* etiam quinque libri, eleganti repetitione.

20. *At tu, ſive aliquod regnum eſt in carmine.*] *Aliquid* Cantabrig. ſec. Palat. & quinque alii. *aliquod regni* Florent. S. Marci, Zulich. pro diverſa lectione, *aliquid regni.* Scribe,

At tibi ſive aliquid regni eſt in carmine.

ut, v. Faſt. 261.

Forſitan in teneris tantum mea regna coronis
Eſſe putes. HEINS. Vid. ad lib. I. Amor. I. 5.

21. *Expugnacior herba eſt.*] Quid ſi legas, *expugnantior*, id enim magis active diceretur. MICYLL. In meo antiquiore, *expugnantior herba eſt.* CIOFAN. *Expugnatior* S. Marci, prim. Palat. Bernegger. aliique ex melioribus non pauci. Scribe, *expugnacior.* dictum Amor. lib. II. Eleg. VI. vſ. 23. HEINS. *Hoc pugnacior* Cantab. & tres alii. *oppugnatior* Leid.

24. *Fineque nil opus.*] In eodem meo & Caeleſt. *Hoc mihi nil opus eſt.* CIOFAN. *Fine opus eſt nullo* multi. S. Marci & unus Bonon. *Et neque nil opus eſt.* multi etiam, *Hoc mihi nil opus eſt.* duo, *ſic mihi.* alii, *Fine nihil opus eſt. Fineque opus nullo* Thuan. *Sive opus eſt nullo.* Forte, *Hac ope nil opus eſt.* HEINS. *Sic mihi nil opus eſt* Vaticqn. & Baſil. unus. *hoc quoque nil opus eſt* Gronov. forte legendum, *ſic quoque nil opis eſt.* etiamſi me ſanares, nihil proficeres apud me, qui deponere illum amorem nolo, nec etiam poſſem, ſed effice ut illa partem ferat: ponenda vero haec verba in parentheſi. de illis particulis, *ſic quoque* vide ad III. Art. am. 265. & alibi. BURM.

24. *Partem ferat illa caloris.*] In Caeleſt. & uno Vat. *Illa doloris.* CIOFAN.

25. *Neque enim flammis habet aptius ulla Talibus ingenium.*] Sic eſt in meo vetuſtiore. In altero verò, duobus Vatic. & Caeleſt. legitur, *Neque enim flammis altius ulla.* quae lectio haud planè eſt inconcinna. CIOFAN. Sic quoque multi codices, ſed quid ſit *ingenium altius flammis* vix capio. ſed *aptius* ex more noſtri Poëtae eſt accommodatius, quòd citius concipit amorem. ita *Anni luſibus apti* XV. Ep. 21. *Animus caloribus aptus* I. Art. 237. *Apta veneri corpora* XVII. Ep. 253. & quae plurima colligi poſſent ſimilia. BURM.

26. *Seu cauſſa eſt hujus in ipſa.*] In uno Vatic. *Ejus in ipſa.* CIOFAN.

28. *Sequere.*] Lego, *ſequerere*, ne ſyllaba conqueratur. CONST. FAN. *Sequerere ſequentem* Barber. *videntem* Florent. S. Marci.

30. *Ultro poteras, certéque rogari.*] Non *poteras*, ſed *potius* reperitur in bonis exemplaribus. CONST. FAN. Senſus eſt, dignus eras & certe poteras ultro rogari. quidam diſtinguunt poſt *ultro*, quod mihi non probatur. eſt autem conjunctio, *que*, dure in tertium translata locum. GLAREAN. *Ultro poteras* eſt in duobus meis, & quidem rectè. In uno Vatic. *Ut poteras ultroque potes.* quod non admodum probo. CIOFAN. *Certoque* prim. Palat. Cantabrig. Urbin. & ſex alii. *certeque* fragmen. Boxhornii. *certoque rigori* prim. Palat. à manu prima. *poteras ultro* prim. Moret. *dignus eras ultro certe poterasque rogari* prim. Erfurt. & tres alii. quod prae vulgata placet. Conſt. Fanenſis in Collectaneis monet, *potius* pro

po-

Et, ſi ſpem dederis, mihi crede, rogaberis ultro.
Neu dubites, abſitque tuae fiducia formae:
En ego, cum Dea ſim, nitidi cum filia Solis,
Carmine cum tantum, tantum cum gramine poſſim;
Ut tua ſim, voveo. ſpernentem ſperne: ſequenti
Redde vices: unoque duos ulciſcere facto.
Talia tentanti, Prius, inquit, in aequore frondes,
Glaucus, & in ſummis naſcentur montibus algae;
Soſpite quam Scyllà noſtri mutentur amores.
Indignata Dea eſt: & laedere quatenus ipſum
Non poterat, nec vellet amans, iraſcitur illi,
Quae ſibi praelata eſt: Venerisque offenſa repulſà,
Protinus horrendis infamia pabula ſuccis
Conterit: & tritis Hecateïa carmina miſcet:
Caerulaque induitur velamina: perque ferarum
Agmen adulantum medià procedit ab aulà:

Op-

poteras legi in vetuſtioribus libris. quod in noſtris non comparet. *certeque potes* alter Moreti. *Dignus eras certe poteras ultroque* unus Baſil. ſcripſerat Naſo, ni fallor,

Dignus eras, poterasque ultro (mihi crede) rogari:
Et ſi ſpem dederis (mihi crede) rogaberis ultro.

Heins. Legendum eſſe, *dignus eras: ultro poteras, per teque rogari*, docuimus jam ad Epiſtol. I. 3. ita II. ex Pont. XI. 13.

Sponte quidem per ſeque mea eſt laudabilis uxor.

& II. ex Pont. III. 35.

Judice te mercede caret, per ſeque petenda eſt
Externis virtus incomitata bonis.

Cicer. de Amicitia cap. II. *Amicitia per ſe & propter ſe expetita.* & ita centies Cicero & alii locuti ſunt. quod autem Glareanus durum putet, *que* in tertium locum transferri, nihil eſt: cum hic, ſi diſtinguas poſt *poteras*, in ſecundum modo locum transeat, ut in exemplis adductis patet, ſolemni more: ſed ſi jam demus in tertium transferri, nec hoc exemplo caret: ſic enim ſaepe Noſter. IV. Triſt. I. 74. *Canitiem galeae ſubjicioque meam.* V. VII. 66.

A contemplatu ſubmoveoque mali.

V. X. 40.

Forſitan objiciunt exſiliumque mihi.

IV. Faſt. 310.

Ad rigidos promptaque lingua ſenes.

II. ex Pont. I. 6.

Fortunae verba dedique meae.

Tibul. I. XI. 5.

Ruſticus e lucoque vehit. Burm.

32. *Adſitque tuae fiducia formae.*] Ita veteres. Alii non ſatis rectè, opinor, legunt, *Adſitque meae.* Ciofan. *Neu dubites* meliores; recte. *abſitque* etiam Thuan. prim. Erfurt. prim. Moret. & ſeptem alii; nonnulli, *aſſitque.* Lege, *Neu dubites, abſitve.* Heins.

33. *Nitidi cum filia Solis.*] In Caeleſt. *Nitidi quoque filia Solis.* Nihil tamen muto, propter verba ſuperiora. Ciofan.

34. *Carmine cùm tantum, tantum quoque gramine poſſim.*] Omnes libri ſcripti, *Quantum quoque gramine poſſim.* Idem. Scribe, *tantum cum gramine poſſim.* nam Sprotianus, *quantum eum. quoque* omittitur etiam in tertio Mediceo & quinque aliis. Heins.

36. *Unoque duas ulciſcere facto.*] Putem, *pacto.* pactum nuptiale intelligit. Vide Notas libro VII. ỳſ. 701. Idem. *Duos* Vatican. & quinque alii. recte, me & te. praevalere vero debet maſculinum genus. vid. ad lib. IV. 177. Burm.

37. *Talia tentanti.*] *Captanti* Baſileenſis. eleganter. ſimilis varietas obſervata eſt lib. I. Art. 273. & apud Virgil. XI. Aeneid. 350.

——— *Dum Troia tentat*
Caſtra fugae fidens.

ubi *captat* quidam codices. Idem.

40. *Indignata Dea eſt.*] Ita ex Danielis codicibus apud Stat. V. Theb. 59.

Indignata Dea eſt, movet & caeleſtia quondam
Corda dolor. Heins.

43. *Pabula ſuccis.*] In tribus Vat. & Caeleſt. *Gramina ſuccis.* Ciofan. *Gramina* plerique. nonnulli tamen, *pabula.* quod non auſim mutare, etſi minime ignoro, *gramina* & *carmina* paſſim apud poëtas conjungi, quoties de rebus magicis agitur. Noſter tamen Rem. Am. 249.

Viderit, Haemoniae ſi quis mala pabula terrae,
Et magicas artes poſſe juvare putat.

pabula campi in Ibide 137. quoque dixit. pro *gramina*

Oppoſitamque petens contra Zancleïa ſaxa
Rhegion ingreditur, ferventes aeſtibus undas:
In quibus, ut ſolidâ, ponit veſtigia, ripâ;
Summaque decurrit pedibus ſuper aequora ſiccis.
Parvus erat gurges, curvos ſinuatus in arcus,
Grata quies Scyllae: quo ſe referebat ab aeſtu
Et maris & coeli, medio cum plurimus orbe
Sol erat, & minimas à vertice fecerat umbras:
Hunc Dea praevitiat; portentiferisque venenis
Inquinat. huic fuſos latices radice nocenti
Spargit: & obſcurum verborum ambage novorum
Ter novies carmen magico demurmurat ore.
Scylla venit; mediàque tenus deſcenderat alvo;
Cum ſua foedari latrantibus inguina monſtris
Adſpicit: ac primò non credens corporis illas
Eſſe ſui partes, refugitque, abigitque, timetque
Ora proterva canum. ſed quos fugit, attrahit unà.
Et corpus quaerens femorum, crurumque, pedumque,
Cer-

mina Berneggerianus hoc loco, *pocula* vel *pabula*. HEINS. Vide ſup. XIII. 943. eadem diverſitas infr. vers 408. & apud Lucan. VI. 81. & alibi. voluerat etiam Heinſius, *horrendos*, *infamia pabula*, *ſuccos*, per appoſitionem. *protinus infeſtis* unus Moreti. *gramina* autem tueri videtur locus Auſonii in Moſella ꝟſ. 276.

Sic Anthedonius Baeotia per freta Glaucus,
Gramina guſtatu poſtquam exitialia Circes
Expertus &c.

ubi & *gramina* defendit Mariangelus Accurſius. ita *maleficum gramen* Arnobius de magica arte agens dixit lib. I. pag. 32. & *carmini*, ut & hic, jungit, ut etiam Valer. Flac. VII. ꝟſ. 353. & ſeq. de Medea agens. ſic & Marcellus in carmine de Medicina in Catal. Pith. pag. 241.

Gramine ſeu malis aegro praeſtare medelam,
Carmine ſeu potius.

vid. ſupr. vers. 34. & lib. VII. 137. 152 & 203. ubi Heinſius plura. ſi quis hoc verſu *pabula* retinere velit, & venena intelligere, ſequenti verſu *Hecateïa gramina* legat, ut multi etiam codices habent. BURM.

48. *Rhegion ingreditur.*] De Circe intelligendum eſt, non de Scylla, quod in Raphaëlis Commentario librariorum culpa depravatum puto. GLAREAN. *Oppoſitamque* duo Bonon. ſic *Ilion* in foeminino paſſim. HEINS.

48. *Ferventesque aeſtibus undas.*] *Ferventes* recte plerique vetuſtiores. cujusmodi appoſitiones paſſim apud Noſtrum occurrunt. Lucan. V. 720.

Nymphaeumque tenent, nudas Aquilonibus undas.

HEINS. Recte Heinſius. ita etiam ſaepe Graeci Hom. Od Θ. 362.

Ἡ δ' ἄρα Κύπρον ἵκανε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη,
Ἐς Πάφον.

& ita apud Pindarum IX. Nem. 3. ἐς Αἴτναν, ἐς Χρομίου δῶμα Scholiaſtes capit. vid. ad III. Amor. X. 20. & IV. Met. 668. BURM.

49. *Ut ſolida ponit veſtigia terra.*] Unus Vatic. & Caeleſt. habent, *Ut ſolida poſuit veſtigia terra.* Quam lectionem multo meliorem ac veriorem arbitror. *Ut* enim, hoc loco neceſſe eſt ſignificet, poſtquam: & verbum *Decurrit*, quod eſt in ſequenti carmine, praeteritum videtur. Atque ita optimus ſenſus eſt. Alio modo non item. CIOFAN. *Poſuit veſtigia ripa* Francof. & codex Sprotii.

51. *Curvos ſinuatus in arcus.*] *Parvos* Baſil. & Ambroſ. unde Heinſius, *patulos*; & certè offendit ille ſonus, *parvus gurges curvos*, & litera canina toties repetita. *paucus erat* Thyſii. deinde, *falcatus* duo Medicei. elegantèr. Epiſt. II. 131.

Eſt ſinus adductis modice falcatus in arcus.

& ſupr. XI. 229.

Eſt ſinus Haemoniae curvos falcatus in arcus.

quod imitatus Joſeph. Iſcan. III. 213.

——— *Pars una receſſu*
Abditiore latens, refugos falcatur in arcus. BURM.

53. *Plurimus orbe.*] *Orbi* duo codices. ut medius orbis ſit meridialis pars orbis, non ſolis orbis. & *maris & ſolis* duo Medicei. deinde, *minimas a tergore* Baſil.

55. *Portentificisque venenis.*] In Vatic. *Portentiferisque venenis.* CIOFAN. *Portentiferisque* malo cum

fec.

Cerberos rictus pro partibus invenit illis.
Statque canum rabies : ſubjectaque terga ferarum
Inguinibus truncis, uteroque exſtante, cohaerent.

Fab. II. Argumentum.

Eadem in ſaxum.

[a] *Docet eamdem Scyllam transformatam eſſe in ſaxum, ne Æneae, naviganti in Italiam, nocere poſſet.*

FLevit amans Glaucus : nimiumque hoſtiliter uſae
Viribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco manſit : cumque eſt data copia primum,
In Circes odium ſociis ſpoliavit Ulixen.
Mox eadem Teucras fuerat merſura carinas;
Ni prius in ſcopulum, qui nunc quoque ſaxeus exſtat,
Transformata foret. ſcopulum quoque navita vitat.

Fab.

ſec. Palat. Oxon. & ſex aliis. ſic, *monſtriferum*, *horriferum*, & ſimilia apud Noſtrum. Heins.

56. *Hic fuſos latices radice nocenti Spargit.*] Omnes libri ſcripti, *Hic preſſos latices.* Ciofan. *Fuſi latices* S. Marci, *fuſos* tert. Bonon. alter Hamburg. & prim. Gronov. *ſparſi venenis Gorgoneis thalami* apud Claudian. iv. Conſ. Hon. 36. *latices preſſa* unus Baſil. pro *hic*, unus Gronov. & tres, *hinc*. *huc* prim. Moret. & prim. Bonon. *hac* Thyſ. Puto, *huic*. Heins.

56. *Nocenti*, *Recenti* Leidenſ. unus.

57. *Et obſcurum.*] *Obſcura.* Urbin. & duo alii. Heins.

58. *Demurmurat.*] *Dea murmurat* Voſſ. & Argent. *dum murmurat* alius.

59. *Mediaque tenus deſcenderat alvo.*] In uno meo, *Pontumque ſubit media tenus alvo.* Ciofan. *mediamque t. deſcendit in alvum* Gron. & tres alii. *ad alvum* quatuor.

60. *Latrantibus inguina monſtris.*] Hoc hemiſtichium habes quoque in Ciri Virgiliana vers. 59. in uno Baſileenſi erat, *latrantibus ing. raucis.* ut *latrantes* pro canibus, lib. viii. 344. & 412. Heins.

63. *Quos fugit.*] *Quas* duo veteres. dictum lib. iii. 140. mox. *Et partes quaerens*, non *corpus* tres ſcripti. Idem. Lege meo periculo, *ſed quae fugit attrahit ora*, quam lectionem, ut ſpero, non omnino contemnent ii, qui nitorem & ſolemnes Naſonis repetitiones norunt & amant. Schepper. apud Tan. Fab. lib. ii. Ep. 71. nulla neceſſitas contra codices aliquid novandi.

66. *Statque canum rabies.*] *Stantque* prim. Gronov. Latet mendum. Forte, *Statque canum rabie.* hoc eſt, inferiores partes, femora nempe, crura & pedes in canum rabiem mutantur. poſtea pro *coërcet*, Cantabr. & unus Voſſ. *coërcent. cohaeret* unus Patav. & Juret. Scribe, *cohaerent.* atque ita alter Hamburg. Noſter ipſe Amor. lib. i. Eleg. iv.

Nec mihi ſilva domus : nec equo mea membra cohaerent.

Heins. *Cohaerent* etiam Francof.

[a] *Docet.*] *Docet fabula* Colon. quae fabulae primae argumento connectit.

68. *Nimiumque hoſtiliter.*] *Viriliter* unus Heinſ. *utiliter* Ambroſ.

71. *Ulixem.*] *Ulixen* meliores. Heins.

72. *Mox eadem.*] *Moxque* Francof. & quidam alii.

73. *Ni prius in ſcopulum.*] *Scyllaeum* dicit, quod ita appellatum ait Procopius in tertio de Bello Gothorum, quod magna latronum multitudo (quos Graeci σκυλλάκους vocant) usque ad ſua tempora eum ſinum incoluerit, non quod Scylla mulier monſtruoſa ac belluina forma ibi habitaverit. Const. Fan.

74. *Scopulum quoque navita vitat.*] In duobus Vatican. Joan. & Caeleſt. *Saxum quoque*, *&c.* Ciofan. In Argentinenſi hoc ordine haec legebantur,

Ni prius in ſcopulum (ſcopulum quoque navita vitat) Transformata foret; qui nunc quoque ſaxeus exſtat.

[a] *Cer-*

Fab. III. Argumentum.

Cercopes in ſimias.

[a] *Cercopes propter fraudem ſcelusque,* [b] *quia boni ſemper inſidiatores fuerunt,* [c] *peroſi ab Jove,* [d] *ut, qualem animum habuiſſent, talem & ſpeciem poſt obitum indicarent, in ſimias converſi ſunt.* [e] *Itaque Inarimen Prochytenque inſulas proximas, quas hi incoluerant,* [f] *nomine ſuo Pithecuſas vocavit.*

75 HAnc ubi Trojanae remis avidamque Charybdin
Evicere rates; cum jam prope litus adeſſent
Auſonium, Libycas vento referuntur ad oras.
Excipit Ænean illic animoque domoque,

Non

[a] *Cercopes.*] *Cecropides* Parm. Lugd. *Cercopies* Micyll.

[b] *Quia boni.*] *Bonis* Colon. Raener. & marg. Micyll. & rectè, credo.

[c] *Peroſi.*] *Exoſus eſt Jupiter* Omnes Edd.

[d] *Ut qualem.*] *Qui cum vellet eos convenientem animo figuram habere, in ſimias c. s.* Raener. *paena illis impoſita, ut qualem &c* Colon.

[e] *Itaque.*] Haec ultima non habet Colon. *Itaque de earum nomine (nam Graecis Pithecos ſimia dicitur inſulas, quas hi incoluerant, Pythecuſas vocavit* Raener.

[f] *Nomine ſuo Pithecuſas vocavit.*] Vel *ſuo* pro *eorum* poſuit, vel *vocarunt* legendum. Veneta exhibet, *Pithecuſa nomine ſuo Pithecuſas vocavit.* Pithecuſam eandem eſſe atque Inarimen, ſive Enariam, volunt Servius ad Æn. IX. 715. & Salmaſ. ad Solin. pag. 97. Diverſas faciunt cum heic Ovidius, quem non rectè cepit Lactantius, tum & Mela Lib. II. cap. 7. nec non Plin. Lib. III. cap. 6. Perperam Πιθηκίνους νήσους vocat Apoſtolius Cent. XI. 24. ubi explicat quid ſit κερκοπίζειν. Simile adagium, ἀγορὰ κερκώπων, de quo Zenob. Cent. I. 5. & Diog. I. 3. Muncker. Cum Veneta faciunt Parm. & Lugd. *nomine illorum* marg. Micyll.

75. *Hanc ubi.*] *Hanc* ex melioribus. Heins.

76. *Evicere.*] *Evaſere* Sixi. male. vid. lib. XV. 706. plura videbimus ad Val. Flac. III. 482. Burm.

77. *Vento referuntur.*] *Rapiuntur* unus Medic. ita inf. 470. *Ventis inimica per aequora rapti.* ſed nihil tamen mutandum temere. vid. ad Quinctil. Decl. VI. 5. Idem.

79. *Non bene diſſidium Phrygii latura mariti Sidonis.*] In veteribus omnibus, *Diſcidium*, per *ſ.* & *c.* quod viri docti, ex fide & auctoritate librorum ſcriptorum, ita excudendum eſſe jampridem litteris conſignarunt. A quibus ipſe non diſſentio, probantibus id, ut dixi, veteribus exemplaribus. *Diſcidium* verò à *Diſcindo* venit; valetque invitum diſceſſum, qui inter amicos & propinquos fit: ut hoc loco. Sic & Catullus de Coma Berenices:

Sed fratris cari flebile diſcidium.

Tibullus lib. I. eleg. V.

Aſper eram, & bene diſcidium me ferre loquebar.

Et M. Tullius lib. IV. epiſt. I. ad Attic. *Cognoram enim te acerbiſſimè diſcidium noſtrum tuliſſe.* Idem pro Domo: *Deflevi conjugis miſerae diſcidium.* Idem in Laelio: *Quamobrem primùm danda opera eſt, ne qua amicorum diſcidia fiant.* Sic habent duo libri ſcripti. & II. Philip. *Ipſe autem amore ardens confirmabat, quòd deſiderium tui diſcidii ferre non poſſet, ſe in exſilium eſſe iturum. Non bene* vero eſt aegrè, acerbè. Ciofan. Vid. Gifan. ind. Lucret. in *diſcidium*, qui & *diſcidia* ex ſuo codice praefert. vide etiam ad lib. V. 530.

80. *Inque pyra ſacri ſub imagine facta Incubuit ferro.*] De hoc III. Faſt. 545.

Arſerat Æneae Dido miſerabilis igne,
Arſerat exſtructis in ſua fata rogis.
Compoſitusque cinis, tumulique in marmore carmen
Hoc breve, quòd moriens ipſa reliquit, erat.
Praebuit Æneas, & cauſſam mortis, & enſem:
Ipſa ſua Dido concidit uſa manu.

Haec duo poſtrema carmina repetit, vel potius dixerat, in epiſtola, quam ad Aeneam Didonem finxit miſiſſe. Hac de re vide Juſtinum lib. XVIII. Ciofan.

80. *Sub imagine facta.*] *Ficti* unus Leidenſis. ita Epiſt. XI. 69. *Fictaque ſacra facit.*

81. *Incubuit ferro.*] *Gladio* Politian. & unus Heinſ. & Ambroſ *incumbit* octo. *ſuccubuit* duo.

83. *Ad ſedes Erycis.*] In uno Vatic. *Ad ſedes Circes.* Nihil muto. Ab Eryce derivatur *Erycinus.* Unde Venus dicta eſt *Erycina*, cujus *templum*, ut ſcribit Tranquillus Claud. cap. XXV. *in Sicilia, vetuſtate collapſum, ut ex aerario P. Romani reficeretur D. Claudius Caeſar auctor fuit.* Ciofan. *Sedemque* S. Marci & quatuor alii. unus, *ſedesque.* Heins.

83. *Fidumque relatus Aceſten Sacrificat, tumulumque ſui genitoris honorat.*] Hac de re ſatis multa litteris mandavit Virgilius lib. V. Aeneid. Ciofan.

87. *Sul-*

Non bene discidium Phrygii latura mariti,
Sidonis : inque pyrâ sacri sub imagine factâ
Incubuit ferro : deceptaque decipit omnes.
Rursus arenosae fugiens nova moenia terrae,
Ad sedemque Erycis, fidumque relatus Acesten
Sacrificat; tumulumque sui genitoris honorat.
Quasque rates Iris Junonia pene cremarat,
Solvit : & Hippotadae regnum, terrasque calenti
Sulfure fumantes, Acheloïadumque relinquit
Sirenum scopulos, orbataque praeside pinus
Inarimen, Prochytenque legit, sterilique locatas
Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas.

Quip-

87. *Sulfure fumantes.*] *Flammantes* unus Mediceus. vide ad lib. XIII. 421.

87. *Acheloïdumque relinquit.*] Profecto penultima *Acheloïdum* syllaba brevis est, ideo fortasse, *Acheloïadum* sit legendum. Nauger. Aut Diastole est in *Acheloïdum*, aut ad *i* adjectum est *e*, quod apud Graecos frequentissimum est, nam supra lib. v. corripitur. *Vobis Acheloïdes unde Pluma pedesque avium.* In tertio autem postea carmine *Inarimen* uno verbo dictum, quod Graecis est, & apud Homerum Iliados II. ἐξ αἰθρίας, multi admonuerunt ante nos, primum apud Virgilium innovatum, postea secutos Ovidium, Lucanum, Statium ac ceteros, quare nunc omittimus. Glarean. De Sirenibus in Scholiis Homeri Odysseas M. 39. in hunc modum legitur : Κατὰ μὲν τοὺς πολλοὺς Ἀχελώου καὶ Στερόπης τῆς Παρθάονος αἱ Σειρῆνες, κατ' ἐνίους δὲ Ἀχελώου καὶ Τερψιχόρης, μίας τῶν Μουσῶν. ἐλόμεναι δὲ Παρθενίαν, ἐμισήθησαν ὑπὸ Ἀφροδίτης, καὶ ἔχουσαι πτερὰ ἀπίπτησαν εἰς τὸ Τυρρηνικὸν κλίμα, καὶ νῆσον κατέσχον Ἀνθέμουσαν ὀνομαζομένην. Ὀνόματα δὲ αὐτῶν Ἀγλαοφήμη, Θελξιέπεια, Πεισινόη καὶ Λιγεῖα. Quae nomina, ut à superioribus, quae à Regio ponuntur, variant, ita rursum sunt, qui aliter eadem tradant, ut in Commentariis Apollonii, ubi haec ponuntur Θελξινόη, Μολπὴ καὶ Ἀγλαόφωνος. Pausanias autem in Boeoticis addit easdem etiam cum Musis aliquando certasse canendo, victisque pennas ablatas, ex quibus Musae sibi coronas fecerint, sed haec passim obvia. Illud verò hoc loco videndum, utrum pro *Acheloïdum* legendum sit *Acheloïadum*, ab *Acheloïcis*, deducto patronymico. Neque enim aliter versus constat, & annotarunt idem alii quoque. Micyll. Lege ex fide meorum librorum, atque aliorum quorundam, *Acheloaïdumque.* Ciofan. Scribe, *Acheloïadumque*, ne peccetur in leges metricas. ita *Acheloïas* Sil. XII. 34. Heins.

89. *Inarimen Prochytenque legit sterilique locatas, &c.*] Hunc locum omnium optimè eruditissimeque explicat Parrhasius lib. III. in Claud. de Rap. Prof. pag. 184. cujus haec sunt. Inarime Pithecusae memoratur ab historia, quam Xenagoras, Harpocration & Suidas referunt. Fratres duo, Candulus & Atlas (ut Aeschines Sardianus in Jambis appellat) omnium scelerum, quibus hominum vita depravata est, inventores & caput exstiterunt. iis perversi mores Cercopum nomen peperere, appulsosque advenas undecumque circumvenire studium erat. Itaque aliquando, cùm in Jovem tentassent, in simias, quas pithecos Graeci vocant, ex hominibus mutati sunt. Inde Pithecusis insulae, quam tenebant, nomen inditum. Xenagoram XIV. Metamorph. Ovidius secutus est, manifesto Hermolai Barbari errore, qui putat Ovidii carmen ad Doliariorum figlinas, unde Plinius Insulae vocabulum trahit, etiam referri posse. Ejus verba ex III. Castigationum lib. subjeci. Dicta, inquit, Inarime ab Arimis populis, sive belluis. ita Etruscorum lingua dicente simias, quas Graeci pithecos vocant. Unde nomen insulis Pithecusae, ut Straboni placet & ferè Ovidio, *Sterilique locatas Colle Pithecusas*, *habitantum nomine dictas.* Plinius à figlinis doliariorum. Proinde per *i* non per *y* scribendum. Dolia enim Graeci *Pithos*, Simias *Pithecos* vocant. Potest & Ovidianum illud cum Plinii sententia congruere, ut *habitantum* hoc est doliariorum subaudias. Hic aliquis Hermolai diligentiam non injuria desideraverit, qui non omnes Ovidii versus, quibus ille fabulosam nominis rationem complexus est, perlegisse videatur, cùm Plinium non credat ab Ovidio dissentire. Nasonis carmina, ne quis ambigat, haec sunt :

Inarimen Prochytenque legit, sterilique locatas &c.
Diotimus in Herculis certaminibus, ex Oecalia, quae littoralis Euboeae civitas est, Olum & Eurybatum Cercopas, impostores ac planos fuisse tradit, qui per Boeotiae trivia summisso supercilio concursarent, mortalesque dolis exciperent, ut Muscam Mediolani videmus Appulam. Inde nomen in alienarum rerum plus nimio satagentem

Quippe Deûm genitor fraudem & perjuria quondam
Cercopum exosus, gentisque admissa dolosae;
In deforme viros animal mutavit: ut îdem
Dissimiles homini possent, similesque videri.
Membraque contraxit: naresque à fronte resimas
Contudit, & rugis peraravit anilibus ora.
Totaque velatos flaventi corpora villo
Misit in has sedes. nec non prius abstulit usum
Verborum, & natae dira in perjuria linguae.
Posse queri tantùm rauco stridore relinquit.

FAB.

transtulit Martialis, identidem repetens, *Ole quid ad te?* Zenobius autem Cercopas in Lydia statuit, ubi cum Hercule, qui per idem tempus Omphalae famulabatur, congressos ait, ac ob nimiam captandi calliditatem in lapides obduruisse. quod eorum mater Memnonis multo antè fore praedixerat; subinde monens, ne Melampygon, id est, nigris Herculem natibus, injuria provocarent. Alii Thiae filios & Oceani fuisse malunt. pauca, quae supersunt, si qui volent, ab eo petant. CIOFAN. Vid. Schol. ad Zenob. Cent. I. 10.

89. *Inarimen.*] *Inque arimen* tert. Mediceus. sed *Inarimen*, dici usus obtinuit. quod nomen ex depravato aut male intellecto Homeri loco promanasse creditur. manifeste vero Pithecusas ab Inarime sive Ænaria distinguit, quomodo & Pomponius Mela & Plinius cum Solino ac Martiano Capella. Ceteri fere Geographi, in primis Graeci, cum *Inarime* confundunt. Salmasius, qui ad Solinum non uno loco contendit Inarimen non esse distinguendam a Pithecusis, sententiam suam nobis non probat. quis enim credat Nasonem, Melam, Italicarum regionum tam imperitos fuisse? etsi Plinius libro III. cap. 6. Ænariam & Pithecusas confundit, easque non a Cercopithecis, sed a figlinis doliariorum dictas contendit. Aliter Suidas & Harpocration. HEINS. Vid. & Beroald. ad Suet. Aug. cap. XCII. & Salmas. Exercit. Plin. pag. 68.

92. *Cercopum.*] Cercopes in Lydia populos fuisse Zenobius tradit immansueti ingenii atque fallacis, qui cum in Herculem apud Omphalen existentem, multa dixissent convicia, ab ipso domiti & supplicio affecti fuerunt; iidem, cum Jovem postea voluissent decipere, ab ipso mutati fuerunt in saxum, unde illa nata sunt proverbia, quae narrat interpres, ἀγορὰ Κερκώπων, id est, forum Cercopum, & κερκωπίζειν, id est *cercopizare* in pravos, & pessimorum hominum morum, quae non retulissem, nisi impressores corrupissent. CONSTANT. FAN. Illa proverbia vide apud Zenob. Cent. I. 5. & IV. 50. & ibi notas Schotti. Apostol. cent. I. 21. ibique Pantinum: XI. 24. Amm. Marc. XXII. 14. de Juliano: *Ridebatur ut Cercops, homo brevis, humeros exsertans angustos &c.* Tanaq. Fab. lib. II. Ep. 7. Cercopes pro fallacibus dici putavit, & pro κέρκωψ etiam κέκρωψ olim apud veteres legi. unde locum Hesychii emendare tentat. vid. ibi notas doctorum virorum. forte etiam apud Alciphronem lib. I. Epist. 28. legendum, πέπαυσο κέρκωψ ἄθλιε, ubi vulgo κέκροψ, quo nomine, ut nobilitatis antiquae indicio, non dignus videtur libidinosus senex, ut epist. 33. vetulas vocat Πιθήκους. BURM.

94. *Dissimiles.*] *Dissimilesque* duo libri. *hominis.* unus Regius.

95. *Naresque à fronte remissas Contulit.*] Ita est in quibusdam vulgatis libris. malè, ut opinor. In veteribus verò, *Naresque à fronte remissas Contudit.* CIOFAN. *Resimas* Salmasius ad Solinum. p. 68. recte. nam prim. Basil. & sex alii, *revulsas.* alii quatuor, *retusas. resimus*, ut *repandus* & *reduncus* alibi apud Nostrum. *resimus*, ἀνάσιμος. qua voce Varro lib. II. cap. 9. R. R. Columella lib. VI. cap. 1. Plinius, Palladius lib. IV. cap. 11. Solinus sunt usi. etiam Arnobius lib. III. In altero Twisdenio interlinearis glossa exstabat, *remissas*, id est *recurvas.* Unde apparet *resimas* olim fuisse lectum. sic *pandus* & *repandus. Simo damnat sua prandia vultu* apud Auctorem Moreti, hoc est *sima & contorta nare*, quod fastidientes solent. Hesych. ἀποσιμοῦν, ἀποσρέφειν. sic & *simare nares* Lucilio apud Nonium

Simavit taxim at nares Delphinus ut olim.

ubi perperam *ad nares* nunc circumfertur in editionibus. hinc *simones* dicti Delphines apud Plinium & Solinum, Æliano σιμοὶ. *simare* autem *nares* idem quod Horatio I. Ep. V. *corrugare nares*, quod fastidium movere vetus Scholiast. interpretatur:

—— *ne turpe toral, ne sordida mappa,*
Corruget nares.

quo verbo eleganter gestum fastidiosorum hominum

Fab. IV. Argumentum.

Sibylla in vocem.

Apollo, Jovis & Latonae filius, [a] *Sibyllam Glauci filiam cum diligeret,* [b] *pro concubitu optandi* [c] *veniam tribuit.* [d] *At illa in longum victura tempus,* [e] *ſpatians in litore, hauſto* [f] *pugno arenae, petit tot annorum ſpatium, quot partes ejus dinumerare poſſet. Igitur praeſtatâ fide* [g] *ad tempus, ſenectute dilapſo corpore, relicta eſt vox, quae Sibyllam* [h] *indicaret. Deus vero* [i] *voluiſſet morari eam in eo munere: ſed illa neglexit dei voluntatem.*

Has

num deſcribit. Apulej. VII. Met. *Viſâ eâ contorta & vituperanti nare diſceſſit.* & poſtea, *Nare detorta varie cavillans.* unde & Perſio *rugoſa ſanna* dicitur, quòd nares in ſanna corrugantur & ſimantur. atque hinc forte emendandus Heſychius, σιμὸς τυφλὸς· cum ſcribendum videatur, τῦφος. a geſtu faſtuoſo ſuperborum hominum. Marcian. Capella ſub finem libri V.

Quod ſi probatur, & caret faſtidio,
Nonnulla promet, quae novella texuit.
Sin ſanna Typhi naris imum torſeris,
Pigebit arma horruiſſe caelites.

ubi fortaſſe refingendum,

Sin ſanna typhum nare ſima intorſerit.

Hieronymus in Pſalmum II, *Subſannatio proprie rugata fronte & contracto naſo exprimitur. naſutas fingere ſannas* Eugenius in opusculis. *Naſo ſubſannare aduncо* Guntherus dixit ſub finem Ligurini. τῦφος certe Heſiodo ἀλαζονέια eſt, Suidae etiam, quos vide. ceterum *ſanna* in Marciani loco pro *ſannione* poſitum videtur. gloſſae veteres, *ſanna, ſubſannator,* μῶκος. *ſimas nares* etiam dat hujusmodi ſannionibus Arnobius lib. III, *Hos diſploſis naribus, illos reſimis.* de Sannis plura ad Hiſtoriam Auguſtam & ad Pallium Tertulliani Salmaſius. Heinsius. Similis vero diverſitas ſcripturae ad Livii Andron. Fragment. ex Aegiſtho, ubi pro *Nerei ſimum pecus,* etiam *nec remiſſum* legitur, ut obſervavit Voſſ. ad Fragm. Tragicor. p. 2. *contrahit* etiam hic unus liber. *contulit* multi.

100. *Reliquit.*] Prim. Palat. & tres alii, *relinquit.* Idem.

[a] *Sibyllam.*] Omiſit Raener.

[b] *Pro concubitu.*] Nec hoc habet Raener.

[c] *Veniam tribuit.*] *Ven. dedit ei* Colon.

[d] *At illa in longum.*] *At illa ſpatians in litore* Raener.

[e] *Spatians.*] *Spatiansque* Colon.

[f] *Pugno arenae.*] Seneca de Irâ Lib. III. cap. 33. *Quid ſi ne propter fiſcum quidem, ſed pugnum aeris, aut imputatum à ſervo denarium &c.* Inde *Pugillus.* Vet. Interpr. Eccleſiaſt. cap. IV. 6. *Melior eſt pugillus cum requie, quam plena utraque manus cum labore &c.* Muncker. *Hauſta pugno arena tot ſibi petit. Annorum ſpatium. Quod corpora pulveris illius eſſent. igitur tam longo &c.* Colon.

[g] *Ad tempus.*] Forte, *Quod ad tempus.* Hoc eſt, quod ad tempus attinet. Addidi ex MS. & vett. edd. duas iſtas voces perperam è Raenerio omiſſas. De Sibyllâ jucunda ſunt quae narrat Trimalchio in Petron. Fragmento Traguriano, cap. XLVIII. *Sibyllam quidem Cumis ego ipſe oculis meis vidi in ampolla pendere: & cum illi pueri dicerent, Sibylla τί θέλεις; Reſpondebat illa, ἀποθανεῖν θέλω.* Fugit interpretes ſimile quid de Sibylla narrari ab Ampelio cap. VIII. *Argyro eſt fanum Veneris ſuper mare: ibi eſt lucerna ſuper candelabrum poſita, lucens ad mare ſub divo coelo, quam neque ventus aſpergit* (leg. *diſpergit*) *nec pluvia extinguit. Sed & Herculis aedes antiqua; ibi columna pendet cavea ferrea rotunda, in quâ concluſa Sibylla dicitur.* De lucernâ illâ in fano Veneris quod ait, ejus & Iſidorus meminit Orig. Lib. XVI. cap. 4. *Denique in templo quodam fuiſſe Veneris fanum dicunt, ibique candelabrum, & in eo lucernam ſub divo ſic ardentem &c.* Quod *ſub divo* dicat, inde ſuſpicor τὸ *coelo* in Ampelio, ut gloſſema, eſſe cancellandum. Certe Latinitas non patitur, ut *divum* coelum dicatur. pro *ibi columna* repoſuerim, *ibi in columna,* niſi quis ſatius putet confugere ad Ellipſin. Muncker.

[h] *Indicaret.*] *Deus vero pro concubitu ſi conſenſiſſet, aeternam quoque juventam dediſſet, ſed illa n. d. v.* Raener. in Colonienſi ita erat, *igitur tam longo vitae transacto tempore adeo ſe poſtmodum nulli videndam praebuit, ut toto corpore prae ſenectute immutato cognoſci nequeat, ſola voce, qua noſcatur, relicta.*

[i] *Voluiſſet.*] *Voluiſſe* Lugd. Micyll. qui aſteriſcum addidit.

HAs ubi praeteriit, & Parthenopeïa dextrâ
Moenia deſeruit; laevà de parte canori
Æolidae tumulum, & loca feta paluſtribus ulvis
Litora Cumarum, vivacisque antra Sibyllae
Intrat: &, ut manes adeat per Averna paternos,
Orat. at illa diu vultus tellure moratos
Erexit: tandemque Deo furibunda recepto,
Magna petis, dixit, vir factis maxime, cujus
Dextera per ferrum, pietas ſpectata per ignes.
Pone tamen, Trojane, metum: potiere petitis:
Elyſiasque domos, & regna noviſſima mundi
Me duce cognoſces, ſimulacraque cara parentis.

In-

101. *Et Parthenopeïa dextra Moenia deſeruit, laeva de parte canori Æolidae tumulum.*] Ita locutus eſt lib. ſeptimo 357.

Æoliam Phitanen à laeva parte reliquit.

Et octavo 220.

——— *& jam Junonia laeva*
Parte Samos fuerat, Delosque, Parosque relictae.

Et rurſus VIII. 220.

Nam, procul Illyricis laeva de parte relictis,
Interdicta mihi cernitur Italia.

Et quarto Faſt. 285.

Tunc laeva Creten, dextra Pelopeïdas undas
Deſerit.

Ab his omnibus loquendi modis non admodum abeſt C. Julius Caeſar lib. v. De Bello Gallico, cujus haec ſunt: *Caeſar, orta luce, ſub ſiniſtra Britanniam relictam conſpexit.* CIOFAN.

102. *Laeva de parte canori Aeolidae tumulum.*] Hoc vix intelligitur, nam omnia haec ad dextram Aeneas habuit, cum ab Sicilia in Latium navigat, ſed aut in ſiniſtra parte intelligemus Miſenum, dum Neapolim tendebat Aeneas. tantum enim prominet Miſenum promontorium: aut aliam quandam inſulam Ovidium intelligere voluiſſe credemus. quam ad ſiniſtram reliquerit Aeneas, in qua Miſenum ſepultum voluerit. at nihil aſſeveramus. GLAREAN.

103. *Et loca foeta paluſtribus undis.*] *Ulvis* prim. Gronov. Noricus & tres alii. quomodo & Bernegger. pro diverſa lectione, & Berſmanni codex. In Ibide, 285.

Protinus Eumenides lavere paluſtribus ulvis.

Ubi ſimili modo in vulgatis peccatur. libro VI. Met. 345. *gratamque paludibus ulvam* dixit. libro VIII. 336.

——— *juncique leves, ulvaeque paluſtres.*

ſic & ibi ſcribendum videtur. non *ulvaeque leves juncique.* Virgil. quoque libro III. Georg. 175. *ulvam paluſtrem* dixit. Vulturnus fluvius apud Statium (Via Domitiana: *Frontem mollibus impeditus ulvis*, ubi male *ulmis* legitur, quae parum recte *molles* dicantur. uti jam a viris eruditis eſt obſervatum. apud Avienum Deſcriptione Orbis v. 345.

Nilus & immenſos ulvam diſpergit in agros.

ubi peſſime *ulnam* legitur. Ceterum τὸ & tollunt primus Palat. Graevianus aliique quatuor. probe. ut littora Cumaea per appoſitionem ſibi familiarem vocet loca ulvis paluſtribus foeta. vide ſup. v. 48. HEINS. De *ulva* vide & ad lib. XI. 366. *paludibus udis* duo. *loca foeda* etiam Cod. Menard. vid. ad Rem. 570. BURM.

104. *Vivacis Sibyllae.*] Videatur Gellius lib. I. cap. 19. De Sibyllis autem earumque numero & nominibus Lactantius lib. I. cap. 7. & Pauſanias in Phocicis, qui Cumaeam hanc Sibyllam, non Herophilen, ſed Demo vocatam addit, idque autore Hyperocho quodam, Cumano cive. MICYLL.

105. *Et ut manes adeat.*] *Veniat* prim. Hamburg. & ſex alii. Virgiliana locutio. *ad manes veniat* Florent. S. Marci, mox, *vultus moratos*, non *vultum moratum*, Thuan. Oxon. ſec. Palat. Medic. quart. & octo alii. HEINS.

109. *Per ignes.*] *Ignem* prior Gronov. & quatuor alii.

111. *Elyſiasque domos.*] Vocant Ἠλύσιον proprie Athenienſes, ut inquit Polemon, τὸ κατὰ σκιαφὸν χωρίον. ſive ut Heſychius & alii quidam, τὸ ἱερὸν, καὶ θεῖον, τέρπνον, ἀφθάρτον, ἀκήρατον, ὃ καὶ παράδεισον λέγουσιν οἱ Ἕλληνες, ἀπὸ τοῦ μὴ λύσιν ἔχειν, quoniam ibi animae a corporibus non ſolvantur, ut idem Heſychius ait: quamvis Servius contra, qui ἀπὸ τῆς λύσεως Elyſium dictum putat, quoniam piorum animae illic poſt corpus atque animae ſolutionem ac diſcretionem habitent. atque hoc alii circa Aegyptum ſtatuere, alii circa finem Oceani, unde & beatorum inſulae de eodem intellexerunt. Virgilius autem apud inferos poſuit,

Invia virtuti nulla eſt via. dixit: & auro
Fulgentem ramum ſilvâ Junonis Avernae
Monſtravit: juſſitque ſuo divellere trunco.
Paruit Æneas: & formidabilis Orci
Vidit opes, atavosque ſuos, umbramque ſenilem
Magnanimi Anchiſae: didicit quoque jura locorum;
Quaeque novis eſſent adeunda pericula bellis.
Inde ferens laſſos averſo tramite paſſus,
Cum duce Cumaeâ fallit ſermone laborem.
Dumque iter horrendum per opaca crepuſcula carpit;
Seu Dea tu praeſens, ſeu Dîs gratiſſima, dixit;
Numinis inſtar eris ſemper mihi: meque fatebor

Mu-

ſuit, ſeparatum atque diſtinctum ab eo loco, ubi noxii puniuntur. Micyll. *Domus* tres libri.

112. *Simulacraque cara.*] *Vera* unus. *magna* alter Strozzae, ut Virgil. vi. 654. *Et nunc magna mei ſub terras ibit imago. vana* Francof. & Sprotii.

114. *Junonis Avernae.*] Id eſt Proſerpinae. quam etiam *Junonem Lunam* vocari in lapide apud Gruter. p. xxv. 8. credit Sertorius Orſatus in Marmoribus eruditis, nuper ab ejus nepote iterum editis. Epiſt. i. pag. 11.

115. *Divellere trunco.*] *Devellere* meliores. Heins. Sed *divellere* rectius videtur, quia ab arbore diſcerpitur & dilaceratur ramus, ut ſaepe alibi *lacerare* vel *laniare* in hac re utitur. vid. lib. ii. 362. ubi antea *trunco avellere* ỳſ. 358. dixit, & *abrumpere. devellere* vero eſt, depilare, vellere. vide Salmaſ. ad Capitol. Pertin. cap. 8. Burm.

116. *Paruit Æneas.*] *Annuit* unus Patavin.

117. *Vidit opes.*] Mihi τὸ *opes* ſuſpectum, nec ſcio quid ſint hoc loco *opes Plutonis*: deinde non minus dure jungitur τῷ *formidabilis Orci*, quam *Atavis umbraeque ſenili &c.* quare ſuſpicor Poëtam ſcripſiſſe, *Et formidabilis orco*

Cernit avos, atavosque ſuos, umbramque ſenilem.

hanc mihi ſuſpicionem movet lib. vi. Æneid. Virgilii, ad quem hoc compendium ſuum exegit Noſter. Quod autem formidabilis apud inferos fuerit Æneas hinc patet,

Ut vidère virum, fulgentiaque arma per umbras,
Ingenti trepidare metu.

Adde quod fere plerumque illud *atavos* ſolitarium non eſt. ſic Virgilius vii. Aeneid. 56.

Turnus avis atavisque potens.

& lib. xii. 529.

Atavos & avorum magna ſonantem.

& Noſter lib i. Amor. viii. 17.

Evocat antiquis proavos atavosque ſepulchris.

ſed exemplis parco, ut in re notiſſima & cuilibet obvia. Schepper. apud Tan. Fabr. lib. ii. Ep. 71.

117. *Umbramque ſenilem*: In Caeleſt. *Vultumque ſenilem.* Ciofan.

118. *Dedicit quoque jura locorum.*] Alluſiſſe eum credo ad loca apud inferos, quos *circulos* vocant vi. Aeneid. lib. ceterum illud *jura* explicandum erat latius Commentatori. Glarean. *Didicit quae jura* Cantabrig. ſec. Palat. prim. Moreti, ſeptem alii. Forte,

—— *didicitque & jura locorum.* Heins.

121. *Cum duce Cumaea fallit ſermone laborem.*] In uno meo eſt, *Mollit ſermone laborem.* Huc videtur pertinere illud Publii, quod legitur apud Agellium lib. xvii. cap. 14. & apud Macrob. lib. ii. Saturn. cap. 7.

Comes facundus in via pro vehiculo eſt.

Et illud Varronis Pranſoparato: *Luna exſpectante Adria ſe itiner longum ſermone levare.* Ciofan. In multis veterum, *mollit.* Heins. Vid. ad lib. iv. 295.

122. *Opaca crepuſcula.*] *Silentia* ex Veter. Cod. Politianus. Medic. & unus Baſileenſis. ſic lib. iv. 435.

Ducit ad infernas per muta ſilentia ſedes.

& x. 53.

Carpitur acclivis per muta ſilentia trames.

Gratius, ỳſ. 38

Qua Latii cultor per opaca ſilentia Tibris
Labitur.

ubi *cultor* ferri non poteſt: nam praeceſſit. vers. 18. *Latii cultor* V. C. *coltor*, forte *lotor. carpunt* quoque duo libri. Heins. Sed *opaca crepuſcula* hic capio de luce maligna, & ſimili crepuſculo, quale apud inferos eſſe ſolet. ſic *obſcura crepuſcula*, ſed de veſpera in noctem inclinante, dixit v. Faſt. 163. inferos vero *opacum mundum* dicit v. Met. 507. Burm.

124. *Meque fatebor Muneris eſſe tui.*] Ita apertè legitur in uno meo. Aſt in aliis omnibus, *Meque fatebor Munus habere tuum.* Illam meliorem puto. Ciofan. Plurimi ex ſcriptis, etiam vetuſtioribus, *Munus habere tuum.* ſed nil muto. vid. Gronov. iv. Obſ. 9. Heins.

126. *Eva-*

Muneris eſſe tui: quae me loca mortis adire,
Quae loca me viſae voluiſti evadere mortis.
Pro quibus aërias meritis evectus ad auras
Templa tibi ſtatuam; tribuam tibi turis honorem.
Reſpicit hunc vates, & ſuſpiratibus hauſtis,
Nec Dea ſum, dixit; nec ſacri turis honore
Humanum dignare caput. neu neſcius erres;
Lux aeterna mihi, carituraque fine dabatur,
Si mea virginitas Phoebo patuiſſet amanti.
Dum tamen hanc ſperat, dum praecorrumpere donis
Me cupit: Elige, ait, virgo Cumaea, quid optes:
Optatis potiere tuis. ego pulveris hauſti
Oſtendens cumulum, quot haberet corpora pulvis,
Tot mihi natales contingere vana rogavi.
Excidit optarem juvenes quoque protinus annos.
Hos tamen ille mihi dabat, aeternamque juventam,
Si Venerem paterer. contemto munere Phoebi
Innuba permaneo. ſed jam felicior aetas
Terga dedit: tremuloque gradu venit aegra ſenectus;
Quae patienda diu eſt. nam jam mihi ſaecula ſeptem

Acta

126. *Evadere mortis.*] *Noctis* Vatican. prim. & Medic. tertius.

127. *Ad auras.*] *In auras* Gronov. & quatuor alii. *ad horas* Barb. & Medic. *provectus* unus. *advectus* quinque. *ejectus* duo. *erectus* totidem. *rejectus* unus, *projectus* alius. *ereptus* Sprotii. *devectus* Argent. *allectus* Neapol.

128. *Thuris honores.*] *Honorem* Bernegger. ſec. Palat. prim. Gronov. tert. quart. Medic. rectè. nam ſequitur, *thuris honore.* mox pro *Reſpicit* Bernegger. & prim. Gronov. *Increpat.* HEINS.

129. *Suſpiratibus hauſtis.*] *Reſpiratibus* Medic. & quatuor alii. *reſpirantibus auris* duo. *ſuſpirantibus* ſex.

131. *Ne neſcius.*] *Neu* ex ſcriptis. HEINS.

133. *Patuiſſet.*] *Placuiſſet* quatuor ſcripti. vid. ad lib. I. Art. 63.

135. *Cumaea.*] *Cumana* Medic.

136. *Pulveris hauſtu.*] Sic Statius:

Ille magis crebro dum lumina pulveris hauſtu
Obruit. CIOFAN. Sed *hauſti* meliores editi & ſcripti.

137. *Quot haberet corpora pulvis.*] *Haberent* unus Mediceus ex melioribus. HEINS.

139. *Excidit ut peterem.*] *Excidit optarem* alter Hamburg. unus meus & unus Leidenſis. placet. HEINS. Vid. ad lib. XIII. 64. unus etiam Heinſii ex veterrimis deſcriptus,

Excidit hunc peterem juvenes q. p. annos.

vide ad lib. VII. 298.

144. *Nam jam mihi ſaecula ſeptem.*] Haec Ovidius maximam partem ex ipſis oraculis Sibyllinis videtur hauſiſſe. Certe Sibylla Erythraea apud Phlegontem Trallianum libello περὶ Μακροβίων vaticinatur paullo minus mille annos, ſive decem, γενέας ſe victuram eſſe, nam ipſi Sibyllae γενέας ſive generationes decem facere decem ſaecula, ſeu annos mille, ex alio ejusdem Sibyllae oraculo idem Phlegon evincit, quod de ludis Romanorum agit ſaecularibus: unde eſt colligere Erythraeam fata Romanis ceciniſſe, atque hujus oracula conſuli ab illis fuiſſe ſolita. apertius Ariſtoteles περὶ θαυμασίων Sibyllam noſtram Cumaeam, ſive Cumanam, Erythris oriundam facit, eandemque πολυχρονιωτάτην fuiſſe deſignat. nihil ergo differunt Cumana & Erythraea. Sed & Marcianus Capella duas tantum Sibyllas facit, aliam Erythraeam, quae & Cumana dicta ſit, aliam Phrygiam. Strabo duas Erythraeas conſtituit, quarum altera fuerit antiquiſſima. ut per illam Cumanam intellexiſſe videatur. nam ceteri ſcriptores Cumanam ab Erythraea faciunt diverſam. ſed haec fuſius praeter inſtitutum. Nunc de ipſo apud Phlegontem oraculo videamus. Ex verſibus Sibyllinis ab illo prolatis, quia copioſi ſunt, pauca adſcribam:

Ἐν δεκατῇ γενεᾷ χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἔχουσα,
Μαινομένη μὲν ἐνὶ θνητοῖς ἄπιστα λέγουσα,

Πάν-

Acta vides : supereſt, numeros ut pulveris aequem,
Tercentum meſſes, tercentum muſta videre.
Tempus erit, cum me de tanto corpore parvam
Longa dies faciat : conſumptaque membra ſenectâ
Ad minimum redigantur onus. nec amata videbor,
Nec placuiſſe Deo. Phoebus quoque forſitan ipſe
Vel non agnoſcet, vel dilexiſſe negabit.
Usque adeo mutata ferar : nullique videnda ;
Voce tamen noſcar. vocem mihi fata relinquent.

Fab. V. & VI. Argumentum.

Socii Ulyſſis in feras.

Iidem in homines.

Æneas, [a] *iter in Italiam tendens, ad* [b] *Leſtrygonas venit, ubi Macareus Neritius comes Ulixis adparuit,* [c] *congreſſusque eos eſt comitatus. Itaque cum expoſuiſſet Achaemenides apud Cyclopem quae eſſent paſſi ſocii, ſimiliter & ille* [d] *quae a Circe cum comite Eurylocho, qui potione accepta* [e] *in varias figuras commutati ſunt :* [f] *ac noviſſime Uli-*

Πάντα δ' ὑπὲρ προίδουσα βροτῶν δυσανάσκετα κήδη,
Καὶ τόδε μοι φθονέσας Λητοὺς ἐρικυδέος υἱὸς
Μαντοσύνης. παθέων δὲ κατοικτήσας ὀλοὸν κῆρ,
Ψυχὴν ἐκλύσει δεσμευομένην ἐνὶ λυγρῷ
Σώματι, σαρκοτύπη διοϊστεύσας γεγαυῖαν.

ita enim recte verſus illi mendoſiſſimi a viris eruditis emendantur, qui apud Phlegontem exſtant valde inquinati. quod ſubdit Naſo, *vocem mihi fata relinquent*, ex eadem Sibylla eſt :

Ἐνθ' ἄρα μοι ψυχὴ μὲν ἐς ἤερα πιστηθεῖσα,
Πνεύματι σύγκραθεῖσα βροτῶν εἰς ἔκατα πέμψει
Κληδόνας ἐν πυκινοῖς αἰνίγμασι συμπλεχθείσας.

& quae ſequuntur. Deinde ſubdit, corpus ſibi inſepultum fore, variasque e tabe cadaveris reſoluti herbas orituras, quibus paſtae pecudes alitesque hae voce, illae fibris ventura populis deſignent. Miror hoc fragmentum in collectione Sibyllinorum carminum ab Obſopoeo digeſta non comparere. Nam alterum illud de ludis ſaecularibus ex Zozimi Hiſtoria, non ex Phlegonte, illic profertur. Heins.

145. *Numeros ut.*] *Numero ſub pulveris aequae* Florent. S. Marci.

146. *Videre.*] *Videri* unus Baſil. Heins. Sed Priſcian. lib. vi. p. 711. citat *videre.*

148. *Faciet.*] *Faciat.* & mox, *redigantur* pro *redigentur.* Neap. Urbin. prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. prim. Erfurt. tert. Medic. Arond. & multi alii. bene. Heins.

151. *Agnoſcet.*] *Cognoſcet* Oxon. Medic. & quindecim alii.

153. *Relinquent.*] *Relinquant* Thyſii. *relinquunt* tres alii. *fila relinquent* Leidenſis unus.

[a] *Iter tendens.*] Virgil. Æneid. vi. 240. *Tendere iter pennis.* Muncker. Vid. ad Ovid. ii. Met. 547.

[b] *Leſtrygonas.*] *Laſtrygonas* Colon.

[c] *Congreſſusque eos eſt comitatus.*] Mſ. *congreſſusque eſt comitatum.* Muncker. In Colonienſi haec ita exhibentur, *Comes Ulyſſis exponit Achaemenidi, uni quondam de ſociis ab Ænea ex Sicilia (ubi erat relictus) advecto, & a ſe inſperato agnito, quanta a Cyclope Antiphate paſſi fuerint, qualiterque a Circe accepta potione in var. fig. mutati eſſent.*

[d] *Quae a Circe.*] *Quae* non habent Parm. Lugd. *quae apud Circen* Raener.

[e] *In varias figuras.*] *In porcos* Raener.

[f] *Ac noviſſime.*] Ita Codex Mſ. Venet. τὸ *ac* non habet. Micyll. *quodque noviſſime.* ſed nobis ſatius viſum eſt repraeſentare lectionem ſcripti libri, in quo & mox *ibi venit* offendit, non *eo venit*, ut Raenerius dedit. vide not. ad Lib iii. Fab. 3. Muncker. *Ac* non eſt in Parm. Lugd. ſed *eo venit* in omnibus. Colonienſis autem ita, *Noviſſime autem ab Ulyſſe recuperati, paciſcenti pro ſociorum reſtitutione concubitu, & per anni ſpatium apud eam duce manente. In quo tempore didiciſſe ſe dicit de factis Deae, quae ſequuntur.*

Ulixes [g] *remedio Mercurii ibi venit, & ſocios* [h] *recuperavit. Ex eo Circe*[i] *junxit ſe ei in matrimonium.* [k] *Monuitque Æneam, ne litoribus Circes accederet.*

TAlia convexum per iter memorante Sibyllâ,
Sedibus Euboïcam Stygiis emergit in urbem
Troïus Æneas: ſacrisque è more litatis,
Litora adit nondum nutricis habentia nomen.
Hic quoque ſubſtiterat poſt taedia longa laborum
Neritius Macareus, comes experientis Ulixei.
Deſertum quondam mediis qui rupibus Ætnae
Noſcit Achaemeniden: improviſoque repertum
Vivere miratus, Qui te caſusve, Deusve,
Servat Achaemenide? cur, inquit, barbara Grajum
Prora vehit? petitur veſtrae quae terra carinae?
Talia quaerenti jam non hirſutus amictu,

Jam

[g] *Remedio Mercurii.*] Illud remedium μῶλυ vocabatur, de quo vide quae annotavi ad Hyg. Mythol. cap. 125. Homer. Odyſſ. K. ὑ. 304. Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος, Μῶλυ δὲ μὶν καλέουσι θεοὶ. Schol. Βοτάνης εἶδος παρὰ τὸ μωλύνειν, ὁ ἔξιν ἀφανίζειν τὰ φάρμακα. Φασὶ δὲ τὸ ἑλκόμενον τῆς ῥίζης τῷ τέλει θάνατον ἐπιφέρειν τῷ ἀποσπῶντι. Muncker.

[h] *Recuperavit.*] *Recuperarit ab eadem Circe priſtinae formae reſtitutos* Raener.

[i] *Junxit ſe.*] *Junxiſſe ſi* Parm. *junxiſſe ſe* Lugd. Micyll. qui &, *ex eoque.*

[k] *Monuitque.*] *Monuit deinde* Raener.

155. *Sedibus Euboicam emerſit in urbem Troius Æneas.*] In quibusdam veterum, *Emergit*, non *Emerſit.* Ciofan. *Emergit* meliores. mox, *è more* pro *ex* prim. Reg. & tres alii. Heins.

158. *Hic quoque.*] *Hic ubi* Baſil. *His quoque* alius. *conſtiterat* duo.

159. *Neritius.*] Hunc verſum citat Priſcian. lib. v. p. 723. qui habet *Machareus*, & *Ulixei* ſcribendum eſſe docet.

160. *Deſertum quondam, &c.*] Ita libri ſcripti: vulgati quidam, *Deſertumque olim.* Ciofan.

160. *Mediis in rupibus Ætnae.*] *Mediis qui* prim. Erfurt. & alii duodecim. *è rupibus* S. Marci, Bernegg. prim. Hamburg. tres alii. Heins.

162. *Quis te.*] *Qui te* S. Marci, Neapol. prim. Hamburg. tert. Medic. & Sixii. mox, *veſtrae carinae*, non *veſtra carina*, Oxon. ſec. Palat. & alii quatuor. Idem. *Qui* an *quis* praeſtet vid. ad Phaedr. I. Fab. 13.

164. *Vehit.*] *Trahit* unus Heinſii.

165. *Hirſutus amictu.*] *Amictus* tert. Medic. Pulo, *amictum.* Heins.

166. *Concreto tegmine.*] Duo libri mei atque unus Vatic. habent, *Conſerto tegmine.* Ciofan. *Conſuto* Thuan. & unus Moreti. *contento* unus meus. *conjecto* alter Erfurt. *concreto* unus Moreti. *conſperto* tert. Bonon. & emend. *conſepto.* quomodo & unus Argent. *conſertus* Urbin. & prim. Bonon. ſed *conſerto* non mutandum. videndus ad Solinum Salmaſius pag. 187. Tacitus de Morib. Germ. *Tegumen omnibus ſagum, fibula, aut ſi deſit, ſpina conſertum.* Virgil. III. 594. de eodem Achaemenide,

Conſertum tegumen ſpinis: at caetera Grajus.

ita veterrimus Florent. vulgati, *tegmen.* Emenda in transcurſu Marcianum Capellam libri IV. initio, *Verum dumalibus hirta ſentis neſcio quid vulgo inexplanabile loquebatur.* ubi *dumalibus ſetis* perperam nunc editur. ipſe Marcianus libro VI.

Hanc ego crediderim ſentis ſpineſcere membris,
Neque hirta crura vellere

apud B. Paulinum carmine de Joh. Baptiſta. 4.

Veſtis erat curvi ſetis conſerta cameli.

Heins. Recte vindicavit *conſerto* Heinſius, quod & eſt in Francof. Suet. Galb. cap. XVIII. *Conſertum gemmis & margaritis monile.* & Tacit. I. Hiſt. 79. *Id principibus & nobiliſſimo cuique tegmen, ferreis laminis aut praeduro corio conſertum.* Lucan. IV. 490.

Conſerta jacent cum corpora campo. Burm.

169. *Haec mihi ni potior domus eſt.*] Obſcurum hoc videtur, ſed intellectu levatur. nam imprecatur ſibi in Polyphemi antrum reditum, ſi non dixerit verum, nempe Aeneae domum ipſi potiorem, quàm ſit vel propria, vel Ulyſſis navis, ut rectè expoſuit Raphaël. Ergo *potior*, ſcilicet quàm mea. Glarean. Plerique veteres libri, *ni potior*,

Ciofan

Jam ſuus, & ſpinis conſerto tegmine nullis,
Fatur Achaemenides: Iterum Polyphemon, & illos
Adſpiciam fluidos humano ſanguine rictus;
Hac mihi ſi potior domus eſt Ithaceque carinâ;
Si minus Ænean veneror genitore, nec umquam
Eſſe ſatis potero, praeſtem licet omnia, gratus.
Quod loquor, & ſpiro; coelumque, & ſidera Solis
Reſpicio, (poſſimne ingratus & immemor eſſe?)
Ille dedit. quod non anima haec Cyclopis in ora
Venit: & ut lumen jam nunc vitale relinquam;
Aut tumulo, aut certè non illà condar in alvo.
Quid mihi tunc animi (niſi ſi timor abſtulit omnem
Senſum animumque) fuit; cum vos petere alta relictus
Æquora proſpexi? volui inclamare; ſed hoſti
Prodere me timui: veſtrae quoque clamor Ulixis
Pene rati nocuit. vidi, cum monte revulſo

Im-

Ciofan. *Haec mihi ni* plurimi veteres. nonnulli etiam, *Ithaci atque.* prior Twiſdenius, *Ithaca atque.* unus Moreti, *Ithacaque.* Scribe cum Naugerio & Gronovio,

Hac mihi ſi potior domus eſt Ithaceque carinâ.

ſi vel Ithace potior mihi domus eſt hac carina. poſſet etiam legi, idque probabili conjectura,

Hac mihi ſi potior domus eſt Ithacaea carina. Heins.

170. *Æneam.*] *Ænean* vetuſtiores. Idem.

172. *Et lumina ſolis Aſpicio.*] *Et ſidera ſolis Reſpicio* S. Marci, Neapol. Bernegg. cum aliis nonnullis. ſic & lib. IX. 286. *ſidus* pro Sole,

——— *cum partus adeſſet*
Herculis, & decimum premeretur ſidere ſignum.

lumen paulo poſt denuo ſequitur. iidem *poſſimne*, pro *poſſumne.* Propertius libro II. Eleg. XX.

Cum te tam multi peterent, tu me una petiſti.
Poſſim ego naturae non meminiſſe tuae?

Solemque & ſidera coeli prim. Bononienſ. Idem. Vid. quae ad Petron. cap. CXIX. & ad Ibid. ℣ſ. 32. notavimus: quamquam & paſſim *lumina ſolis* dicant poëtae, ut Noſter lib. I. Met. 135 & 767. vide Lambin. ad Lucret. I. ℣ſ. 5. pro *aſpicio* mallem, *ſuſpicio*, ſi libri addicerent. ut *ſuſpicere coelum* lib. XI. 506. Burm.

176. *Ut tumulo.*] *Aut tumulo* ex melioribus ſcribendum. nam *ut* alia ſignificatione praeceſſerat. Poterat & reponi, *Quod tumulo.* Heins.

176. *Illa condar in alvo.*] Heinſius malebat, *illam condar in alvum*, & ſolere Noſtrum fere *condere in alvum* dicere notavimus ad lib. III. 236. ita & mox ℣ſ. 209. *Avidam condebat in alvum.* nihil tamen contra libros hoc loco temere mutem. nam hic *condere* eſt ſepelire. & ita *in ſepulchro condere* Cicero & alii dixerunt Juſtin. XII. 15. *Corpus ſuum in Hammonis templo condi jubet.* ubi & *templum* habent Mſſ. Suet. Aug. 101. *Reliquias in Mauſoleo condiderunt.* ubi tamen alii ſine praepoſitione *in*; ut etiam ſaepe ſolet fieri. nam ita idem Suet. Ner. 50. *Reliquias gentili Domitiorum monumento condiderant.* & ſic alii. eadem varietas lib. VI. Faſt. 459. *in illa*, vel *illam, conditur.* Burm.

177. *Niſi timor abſtulit omnem Senſum animumque.*] Ita in plerisque legitur, ſed quia repugnat verſus, alii addunt *non*, ut ſit: *Niſi non timor abſtulit omnem Senſum animumque.* Atqui dubitari poteſt, utrum magis legendum ſit, *niſi quod.* nam hoc ſententiae magis reſpondet. vult enim indicare omnem ſenſum atque animum ademptum ſibi fuiſſe timore ac metu. Micyll. Libri ſcripti, *niſi quod timor.* Ciofan. *Niſi quod* etiam multi. ſed *niſi ſi* plurimi, de quo vid. ad Epiſt. IV. III. & alibi ſaepe.

177. *Quid mihi tunc animi.*] *Nunc* animi Baſil. unus & Leid.

179. *Volui inclamare.*] *Volui clamare* etiam plurimi. *dedere me timui* unus Medic. *me metui* pr. Gron. & tres alii.

180. *Veſtrae quoque clamor Ulyſſis, Pene rati nocuit.*] Alludit ad id, quod apud Homerum fingitur, Odyſſeae nono, ubi Ulyſſes, navi aufugiens, Polyphemum clamando & indicando quinam ipſe eſſet (nam ſe Neminem antea dixerat) in ſe irritat. quare jactu ingentis ſaxi pene & ipſe & tota navis ab eodem Polyphemo obtrita. Verſus Homeri ſunt. Od. I. 480.

Ὣς ἐφάμην, ὁ δ' ἔπειτα χολώσατο κηρόθι μᾶλλον,
Ἦκε ἀποῤῥήξας κορυφὴν ὄρεος μεγ' ἄλοιο,
Καδδ' ἔβαλε προπάροιθε νεὼς κυανοπρῴροιο,
Τυτθὸν ἐδεύησεν δ' οἰήϊον ἄκρον ἱκέσθαι, &c.

Micyllus. In duobus meis, *Veſtri quoque clamor, Ulixis*, per *i* Latinum & *x*, quod magis probo. Te-

Immanem ſcopulum medias permiſit in undas.
Vidi iterum, veluti tormenti viribus acta,
Vaſta giganteo jaculantem ſaxa lacerto.
Et, ne deprimeret fluctusve lapisve carinam,
Pertimui; jam me non eſſe oblitus in illà.
Ut verò fuga vos ab acerbà morte removit;
Ille quidem totam fremebundus obambulat Ætnam,
Praetentatque manu ſilvas; & luminis orbus
Rupibus incurſat: foedataque brachia tabo
In mare protendens, gentem exſecratur Achivam.
Atque ait: O ſi quis referat mihi caſus Ulixen,
Aut aliquem è ſociis, in quem mea ſaeviat ira,

Viſ-

ſtatur enim Plutarchus, Romanos, *Ulixes*, non *Ulyſſes*, ſcripſiſſe. Quo modo perpetuo ſcriptum eſt in veteribus libris. CIOFAN. Ita etiam quinque ſcripti. *veſter* Regius unus & editi quidam.

181. *Vidi cum monte revulſum Immanem ſcopulum.*] Libri ſcripti, *Vidi cùm à monte revulſum*, & reliqua. Quod aliquanto rectius ſuſpicor. Nam ſuperius eodem modo locutus eſt: lib. XII. 341. *Saxumque è monte revulſum Mittere conatur.* Et lib. XIII. 882. *Partemque è monte revulſam Mittit.* CIOFAN. *Revulſo* S. Marci, Neapol. & ſec. Strozzae. pro *conſpexi* paulo ante *proſpexi* prim. Hamburgenſis, ſec. Palat. & quinque alii. HEINS. *Revulſo* rectum. vid. lib. XI. 554.

182. *Permiſit.*] *Projecit* unus Moreti. *Emiſit* Voſſ. *pertranſit* Junian.

185. *Ne deprimeret.*] *Deprimerent* unus Medic. HEINS.

187. *Ut verò fuga vos ab acerba morte reduxit.*] In duobus Vatican. & Farneſ. *Ab acerba morte removit.* Illo modo Virgilius quoque lib. IV. 375. *Sociosque à morte reduxi.* CIOFAN. *Removit* prim. Pal. prim. Vatic. Cantabr. prim. Gronov. Urbin. Arond. prim. Moret. aliique multi. *redemit* ſec. Vatic. & duo alii. an *diremit?* ut lib. XII. 535. ubi eadem diverſitas. *revellit* tert. Medic. *revulſit* unus Bonon. puto, *fuga vos ab certâ morte removit*, vel *redemit*. in priore quidem Hamb. *à certa morte*. libro V. 28.

——— *eumque*
Non tibi, ſed certa praelatum intellige morti.

certa mors frequenter occurrit in Ligurino Guntheri. apud Virg. Aen. II. 62.

Seu verſare dolos, ſeu certae occumbere morti.

ubi *certe* perperam legitur. HEINS. Sed *acerba mors* hic rectè ponitur, quia in mari perire acerbum admodum & deteſtabile habebatur, ut a pluribus jam notatum. vid. Ampl. Cuper I. obſ. 8. & Obſerv. Hallenſ. tom. VII. obſ. V. & quos olim ad Petron. cap. CIII. laudavimus. BURM.

188. *Gemebundus obambulat.*] Rectius in Sprotiano, *fremebundus*. alter Hamburg. *tremebundus*. proxime verum. Vide lib. IX. 208. lib. XII. 178. de Achille

——— *curru fremebundus ab alto*
Deſilit. HEINS. *Tremebundus* Francof. qui &, *tota Aetna*, ut infiniti alii; quod defendi poſſet ex lib. II. 851. ubi, *in teneris herbis obambulare* dixit. ceterum Beroald. ad Sueton. Tiber. cap. 25. ubi docet, *obambulare* eſſe ultro citroque ambulando diſcurſare, citat *nocturnus obambulat*, an vitio memoriae, an ex ſcripto quodam codice, neſcio. BURM.

189. *Pertentatque manu ſylvas.*] Melius Palatini, *Praetentatque manu ſylvas*. DAN. HEINS. *Praetentatque* ex melioribus. mox etiam, *praetendens* nonnulli cum S. Marci codice. Sed poſterius illud non admitto. HEINS. In Ibid. 259.

Trepidumque miniſtro
Praetentes baculo, luminis orbus, iter.

Vid. Broukh. ad Tibul. II. I. 77. & de verbo *praetentare* vide Heinſ. ad Claud. II. in Rufin. 477. ubi eadem erat varietas. & Barth. ad Stat. II. Theb. 369. BURM.

190. *Incurſat.*] *Incurrit* Medic. *impulſat* Gronov. *occurſat* Mſ. Berſin.

192. *Ulyſſem.*] *Ulyſſen*, & *è ſociis*, non *ex* meliores. HEINS.

193. *In quem.*] *In quo* Vatican. Palat. Gronov. & ſexdecim alii: ut lib. V. 546.

Nimiumque in pellice ſaevae

vid. ad Quinctil. Decl. XV. 6. & ſupr. ad lib. IX. 274. BURM.

194. *Vivantia dextra.*] *Vivacia* prim. Gronov. & ſec. Pal. hoc eſt lente morientia. ut lib. XII.

Vivacemque animam miſſis elidite ſilvis.

lib. XIII. *vivacem anum* dixit. *vivacem Sibyllam* hoc ipſo libro. *vivax ſolum* l. I. *vivax gramen* lib. VII. *vivacia ſulphura*, & *vivacem cervum* lib. II. III. & VII. & *vivacia aconita* ibid. HEINS.

195. *Cu-*

Viſcera cujus edam, cujus viventia dextrâ
Membra meâ laniem, cujus mihi ſanguis inundet
Guttur, & eliſi trepident ſub dentibus artus;
Quàm nullum, aut leve ſit damnum mihi lucis ademtae!
Haec, & plura ferox. me luridus occupat horror,
Spectantem vultus etiamnum caede mandentes,
Crudelesque manus, & inanem luminis orbem,
Membraque, & humano concretam ſanguine barbam.
Mors erat ante oculos; minimum tamen illa malorum.
Et jam prenſurum, jam jam mea viſcera rebar
In ſua merſurum: mentique haerebat imago
Temporis illius, quo vidi bina meorum

Ter

195. *Cujus mihi ſanguis inundet guttur.*] *Sanguine* prim. Ambroſ. ut apud Virgilium lib. x. 24. *Et inundant ſanguine foſſae.* Heins.

196. *Trepident.*] *Crepitent* Baſil. non male. ſed vulgatum tuetur imitatio Virgiliana. lib. III. 627. *Et trepidi tremerent ſub dentibus artus.* pro *eliſi, avulſi* Baſil. *illaeſi* Vatican.

198. *Occupat horror.*] Plurimi e ſcriptis, *error.* quod de caligine, quae oculis offunditur, ut morientibus ſolet, capi poteſt. vid. ad Val. Flac. VI. 277. eadem varietas apud Virgil. II. Aen. 559.

At me tum primum ſaevus circumſtetit horror. & alibi. Burm.

200. *Crudelesque manus, & inanem luminis orbem, Membraque, &c.*] In iisdem libris, atque in meo antiquiore, haec duo carmina ita collocata ſunt:

Membraque & humano concretam ſanguine barbam
Crudelesque manus, & quae ſequuntur. Res, ut mihi videtur, parvi momenti. Ciofan.

201. *Membraque.*] *Tὸ membra* hic nimis generale & remotum ab oculo, ore, barba & geſtibus mandentis, quibus hic inhaeret Poëta; quare vix dubito quin ſcripſerit *mentaque.* non enim *τὸ mentum & barbam* hic minori gratia jungi poſſe putem, quam apud Virgilium lib. IV. ubi de Atlante loquitur: ac ſi quis quaeſtionem nobis movere velit, ſi *menta* aeque ac *mentum* ponatur, is audiat Virgil. in VI. 809. *noſco crines incanaque menta.* Schepper. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

202. *Mors erat ante oculos.*] Hoc hemiſtichio quoque uſus eſt Epiſt. x. 55.

Mors erat ante oculos, & opem Lucina negabat.
Et Lucanus ab ipſo id accepit, cujus haec ſunt lib. IX. 761. *Sed triſtior illâ Mors erat ante oculos.* Ciofan.

202. *Minimum tamen ipſa doloris.*] Ordo eſt, ipſa mors, minimum tamen, id eſt minima pars doloris, erat ante oculos. ſenſus autem talis. mors (ſi dolorem conſideres, quem mortis imagine mens mea ſuſtinebat) minima erat doloris portio; ac pene nihil: quia mori deſiderabam; ſed tam durum mortis genus formidatum. hoc autem declarat inferius, cum ait. *mortemque timens, cupidusque moriri.* Constant. Fan. *Afferebat, eratve* ſubaudiatur, ſe autem ex morte, quae ſibi inſtare videbatur, minimum doloris cepiſſe Achemenides ait, quod videbat Polyphemum, oculo privatum, ſuae crudelitatis poenas dediſſe. Regius. Aut potius, quia timore ſenſus atque animus illius ita impediti erant, ut morte minimum moveretur, dum cetera quae viderat, quanquam metuebat, ſibi ipſe ob oculos ponebat. quin & mortem optaret potius quam cetera illa ſuſtineret. quod autem mox ſequitur. *Viſceraque & carnes, cumque albis oſſa medullis* apud Homerum his verbis dicitur. Odyſſ. I. 292.

Η'σθιε δὲ ὥϛε λέων ϱεϊτϱοφος οὐδ' ἀπέλειπεν
Ἔγκατά τε, σάρκας τε, καὶ ὀϛέα μυελόεντα.

Micyll. In duobus Vatican. *Illa malorum.* In uno meo eſt, *Minimumque habet ipſa doloris.* Ciofan. *Illa malorum* multi ex antiquis. quod magis arridet. Heins. *Minimum tamen ante malorum* Urbinas. ut apud Virgil. I. Aen. 198.

Neque enim ignari ſumus ante malorum.
Ubi vide Servium & alios. *laborum* etiam Baſil. de uſu iſtius *minimum* vid. ad Quinct. Decl. II. 1. ita & lib. XIII. 76. *minimum eſt hoc laudis.* idem autem vult, quod I. Triſt. II. 51.

Nec letum timeo, genus eſt miſerabile leti. Burm.

203. *Prenſurum.*] *Preſſurum* Junian. & duodecim alii. *pranſurum* Balliol. Palat. Sprotii & unus Moreti.

203. *Jam nunc mea viſcera rebar.*] *Jam jam* caſtigatiores. pro *merſurum* Graevianus, *verſurum.* Heins.

205. *Quo vidi bina meorum Ter quater affligi.*] Poſt *ter* diſtinguendum videtur, binos identidem arripiens Polyphemus, quanquam dura eſt compoſitio, quemadmodum & ſequente item carmine,

Ter quater adfligi ſociorum corpora terrae.
Quae ſuper ipſe jacens, hirſuti more leonis,

Viſ-

dum ſuper ipſe jacens, denique hoc quoque annotatione non indignum, quod *viſcus* omnes exponunt carnem, cum Poëta hoc in loco connectat, *Viſceraque & carnes*, ſed, quantum mihi videtur, illud Hom. Odyſſ. I. exprimere voluit.

Ἐγκατά τε, σάρκας τε, καὶ ὀστέα μυελόεντα.

GLAREAN. Plerique poſt *ter* diſtinguunt, ut ſit ſenſus, quo tempore vidi quater affligi terrae ter bina, hoc eſt ſex corpora meorum. quoniam is numerus eorum, qui a Cyclope laniati fuerunt, ab Homero traditur. Sed tamen & altero pacto recte legi videtur poſſe, ut *ter quater* conjunctim accipiantur pro multipliciter, ſeu multis vicibus, ut apud Virgilium, *Terque quaterque beati*, ut ſit ſenſus, quam vidi ſingulis videlicet vicibus bina meorum corpora, terrae multipliciter ac ſaepius illiſa, ab illo devorari. Sed haec leviora. MICYLL. In pleriſque Mſſ. non *bina*, ſed *viva meorum corpora* legimus. Quae caſtigatio nemini non ſtatim arriſerit, quandoquidem ſex omnino, non duos tantum, Ulyſſis ſocios a Polyphemo laceratos Homerus tradiderit. ſed cum Virgilius ipſum etiam Achaemenidem, eandem Cyclopis immanitatem ita narrantem, inducat, lib. III. 623.

Vidi egomet duo de numero cum corpora noſtro &c.

veram utriusque lectionem eſſe tuendum eſt, atque ex Homero ſumptam demonſtrandum. Quod tantopere Servium torſit ita enarrantem, *Homerus dicit* quatuor *a Polyphemo interemptos*. Ergo vel *diſſentit*, *vel dicit duos* vidiſſe, ſed *quot occiderit*, *neſcire*. Primum enim quis putet, praeſertim in eodem antro Achaemenidem duorum caedem vidiſſe, reliquorum non vidiſſe? Fuga certe ſibi non conſuluit, cum nec pateret effugium, ingenti lapide ſpeluncâ obſtructâ. At in vaſti antri diverticula providus fortaſſe ſeceſſit. Egregia ſcilicet laus, in latebram ſe indecorem conjeciſſe, vel Trojanis, atque adeo ipſi Æneae apud Maronem vel Macareo apud Ovidium, referre. Neque illud etiam intempeſtivum, faciem ſaltem ab adſpectu miſerrimo avertiſſe. Sed an, quia viſum ſibi, ignoratum quoque eorum numerum putemus? Praeſertim ſociorum atrociterque peremptorum, ac tandem inter paucos? dicendum igitur ad Virgilianum carmen alluſiſſe Ovidium. Nec intelligendum duos tantum, ſed duos ipſos ſimul, eodemque rotatu letho datos. ut hinc & indignitatem geminati facinoris, & violentiam Vaſtitatemque corporis in anthropophago Polyphemo miremur, terrorque incuſſus gravior exprimatur. Homerus quippe duos primo, duos inde alios, duos item poſtremo laniatos abſumptosque enumerat. Et hoc eſt praeterea, quod bina corpora ſaepius afflicta ſolo Naſo ait; manifeſtius etiam non nihil atque explanatius. licet Maro *manu magna* non fruſtra addiderit. Intellectu ergo, quem indidimus, duo apud noſtros corpora, ſex ipſi quidem, non ſimul pariter, ſed per vices mactati, ſignificari poſſunt. MARIANG. ACCURS. in Diatribis. *viva* etiam multi codices.

207. *Cum ſuper.*] *Quae ſuper* iidem. HEINS.

208. *Cumque albis oſſa medullis.*] *Cumque eſis* ſec. Palat. & meus charteceus. *cumque ipſis* Cantabr. prim. Moret. & ſex alii. placet *τὸ eſis*. ut in illo Virgilii IV. Aen. 66.

——— *eſt mollis flamma medullas.*

Vorare Caelius Firmianus dixit in Catalectis Pithoei de Livore, *Intactis vorat oſſibus medullas*. Plaut. Sticho II. II. 16. *peredere medullas* dixit; ut Iſacius Pontanus ad Macrobium lib. VI. cap. I. legit:

At ego perii, cui medullam laſſitudo perbibit.
P. Quid ego, cui miſero medullam ventris peredit fames?

apud Catullum carm. XXXV. 15. *Ignes interiorem edunt medullam*. Horat. Epod. V.

Exeſa uti medulla & aridum jecur
Amoris eſſet poculum.

Ita ſcribo. Nam vulgati, *exerta*. Lambinus, Faërnus, Cruquius, Torrentius, *Exſucta*. ut in illo Juvenalis Sat. VIII. 90.

Oſſa vides Regum vacuis exſucta medullis.

Sed ibi allegorice locutus eſt. ſcripti fere omnes, *exfecta*, vel *execta*. Niſi *exeſta* dixerit Horatius, ut *comeſto patrimonio* Salluſtius, quod ex illo à Grammaticis citatur. & apud Ciceron. pro Cluentio. *Celerius comeſtum quam epotum*. & ſane archaïſmos hujusmodi multos in Epodis Horatius adhibuit. *eſtrices* etiam dixit in Caſina Plautus. IV. I. 20. & *urſas hominum ambeſtrices* Ammianus Marcellinus libro XIX. *ſiccam* dixit *medullam* Propertius lib. II. El. XII. quae *exeſta* eſt Horatio.

Exedit labor, & miſeris feſtina ſenectus,

Valerio Flacco l. IV. 570. Caſtigandus ejusdem locus libro V. 364.

Sic ait. at Juno pulchrum longiſſima quando
Robur cura ducis, magnique edêre labores,
Mole nova, & roſeae perfudit luce juventae.

Ineptiſſime & contra auctoris mentem *dedere* nunc legitur. Sed hoc doctiſſimo Gronovio jam monitum in Obſervationibus ſerus deprehendo. apud eundem Valerium libro III. ỳſ. 693.

——— *multusque viri cunctantia corda*
Eſt dolor.

ubi *Fert dolor* nunc legitur. minus bene. quomodo & apud Noſtrum lib. I. Pont. El. I. illo verſu,

Eſtur ut occulta vitiata teredine navis.

multi codices *Fertur* agnoſcunt. Stat. Theb. II.

Exedere animum dolor iraque.

Odiis urbem exedere apud Maronem. Æneid. V. 185. *Exedi cura, moerore, inedia, ira, dolore*, familiare eſt optimis auctoribus. *Exeſt angor* apud Lucretium

Viſceraque, & carnes, cumque albis oſſa medullis,
Semanimesque artus avidam condebat in alvum.

210 Me

tium III. 1006. Statius lib. II. Silv. I. 154.

Gratum eſt, Fata, tamen quod non mors lenta jacentis
Exedit puerile decus.

Exedere apud Apulejum Met. VIII. pro aſſiduo rei Venereae uſu exhaurire: *Et heus, ajunt, cave ne ſolus exedas tam bellum ſcilicet pullulum, ſed nobis quoque tuis palumbulis nonnunquam impertias.* ſic apud Comicum, quanquam alia ſignificatione, *Quid tibi futurum cenſes, quem aſſidue exedunt?* quomodo *exeſitare* idem Apulejus ejusdem libri initio: *Erat in proxima civitate juvenis natalibus praenobilis, eoque clarus, pecuniae ſimul ſatis locuples.* Ita ex optimis membranis Florentinis iſta conſtituenda ſunt. Inepte vulgo, *equo clarus & pecunia &c.* ſubjungit Apulejus, *ſed luxuriae popinalis, ſcortisque & diutinis potationibus exeſitatus, atque ob id factionibus latronum male ſociatus, nec non etiam manum infectus humano cruore, Thraſyllus nomine.* Perperam nunc legitur, *diurnis potationibus exercitatus*, & poſtea *manus infectus*, quod duriusculum. Vult autem Apulejus, eum aſſiduis pergraecationibus ad paupertatem atque ad inopiam redactum fuiſſe, ac proinde latrociniis ſeſe addixiſſe. ita enim ſolent decoctores, qui rem ſcortando & lupanaribus incumbendo profligarunt. *τὸ exercitatus*, cauſam non exprimebat, cur latrociniis ſeſe addixiſſet Thraſyllus. Certe cum *eſitare* Noſter non uno loco dixerit alibi, cur *exeſitare* alienum ſit ab ejus genio non video. libro primo, *Eumque avide eſitantem aſpiciens.* libro IX. *Canes aſſuetos abjecta per agros eſitare cadavera.* niſi l. II. ſic *exeſitare* legendum. nam editio prima *exiccare.* in Palat. *efficare.* Flor. *exſiccare.* libro X, *nec tantillum commotus, ſecurus eſitabam.* & alibi, qui locus nunc non ſuccurrit. Uſi ſunt eodem verbo Cato libris de Re Ruſtica, Plinius, Gellius, alii. Quod ſequitur, *Idque ſic erat, & fama dicebat*, aut tollendum eſt pro gloſſemate, aut ſcribendum, *Isque hic erat, ut & fama dicebatur.* Sequentia apud eundem Apulejum peſſime ſe habent. quae ſic in integrum reſtituenda ſunt ex membranis & primis editionibus. quod miror non obſervatum a tot viris eruditione conſpicuis: *Hic, cum primum Charite nubendo maturuiſſet, inter proecipuos procos ſummo ſtudio petitionis ejus* (dele *τὸ ejus*) *munus obierat. & quanquam ceteris omnibus id genus viris* (vulgo *is genere viris*) *antiſtaret, eximiisque muneribus parentum invitaret judicium, morum improbatus*, (vulgo *parentes invitaret, judicio morum improbatus*) *repulſae contumelia fuerat aſperſus. id genus* eleganti Graecismo. ſic initio libri IX. *Nec pauca rerum apparatus cibarii, menſas & id genus, impetu meo collido atque deſturbo.* ita enim vere in ſcriptis codicibus ac primis editionibus locus ille conſtituitur, cum *τὰ & id genus* in vulgatis libris deſiderentur. libro I. Florid. *Riſere Muſae, cum audirent hoc genus crimina.* Cenſorinus praefatione: *Munera ex auro vel argento, ceteraque hoc genus blandimenta fortunae inhiat is, qui vulgo dives vocatur.* cap. XII. *Non Apollini cithara, non Muſis tibiae, ceteraque id genus eſſent attributa. morum improbatus* plane Apulejanum eſt, quam elegantiſſimam locutionem faſtidioſe interpretes ad unum omnes rejecerunt. Ne dubitari tamen poſſit, de Apulejani ipſius libro. *Quod aetatis vobis ſum approbatus, me vixiſſe gaudeo.* quanquam, ne quid diſſimulem, illic reſcribi malim, *Quod id aetatis vobis ſum approbatus. morum improbatus* eleganter, & Apulejano more: qui ſecundum caſum in deliciis habet, ut alibi pluribus adſtruemus. poſſet & *petitoris munus obierat* legi. ut infra, *Ad limam conſilii petitoris diſtulit deſiderium.* & mox, *improvidae voluptatis deteſtabilis petitor.* Sed ad rem. quemadmodum *edere* & *exedere medullas* ſuprà habuimus, ſic *peredere medullas* dixit idem Apulejus Met. VIII. loco inſigniter depravato, *At illa parentum ſuorum alioquin reverens, invita quidem, verum religioſae neceſſitati ſuccumbens, vultu non quidem hilaro, verum paulò ſereniore obiens, ut videbatur* (lege *jubebatur* ex priori editione & ſcriptis) *viventium munia, prorſus in pectore, imo vero penitus in medullis, luctu ac maerore carpebat animum, & dies totos totasque noctes inſumebat luctuoſo deſiderio, & virginem defuncti, quam ad habitum Dei Liberi formaverat, affixo ſervitio divinis percolens honoribus, ipſo ſeſe ſolatio cruciabat.* Nemo, opinor, non videt, quam inconcinna ſint illa, *prorſus in pectore carpebat animum.* Opinor itaque ſcribendum eſſe, *pereſo pectore, imo vero penitis medullis.* ſic apud Maronem, *Quas maleſanus amor crudeli tabe peredit.* quod paulo ante dixerat, *Per oſſa delapſum nutriens amorem.* ut & illic corrigo, *deorſus* friget. Deinde ſcribendum, *affixa ſacrificio*, non *affixo ſervitio.* Pro eo, quod proxime apud eundem Apulejum ſequitur, *Thraſyllus vero praeceps & temerarius*, in optimis membranis & primis editionibus legitur hoc modo, *Sed Thraſyllus praeceps alioquin, qui & de ipſo nomine temerarius.* Scribe, *ſed Thraſyllus praeceps alioquin, & re & ipſo nomine temerarius.* Eleganter alludit ad Thraſylli Graecum nomen, quarum alluſionum pleni ſunt ſcriptores optimi; imprimis noſter Naſo, qui paſſim hasce delicias profert. ſic in Amoribus, *Eſt quaedam nomine Dypſas anus. Ex re nomen habet.* atque ita ſaepe alibi. Expunxerant pro gloſſemate venuſtatem Apulejano loco unice addentes voces tres quatuorve: *Sed Thraſyllus praeceps alioquin, & re & ipſo nomine temerarius, priusquam dolorem lacrimae ſatiarent, & percitae mentis reſideret furor, & ſenſim nimietatis ſenio flacceſſeret luctus.* perpe-

ram

Me tremor invaſit. ſtabam ſine ſanguine moeſtus:
Mandentemque videns, ejectantemque cruentas
Ore dapes, & fruſta mero glomerata vomentem,
Talia fingebam miſero mihi fata parari.
Perque dies multos latitans, omnemque tremiſcens
Ad ſtrepitum, mortemque timens, cupidusque moriri,
Glande famem pellens, & mixtâ frondibus herbâ,
Solus, inops, exſpes: leto poenaeque relictus,
Haud procul adſpexi longo poſt tempore navim:
Oravique fugam geſtu, ad litusque cucurri:
Et movi: Graiumque ratis Trojana recepit.
Tu quoque pande tuos, comitum gratiſſime, caſus,
Et ducis, & turbae, quae tecum credita ponto eſt.
Æolon ille refert Tuſco regnare profundo;

Æo-

ram nunc legitur, *& in ſeſe nimietatis ſenio faceſſeret luctus.* de quo jam dixi Met. x. ỹſ. 194. *pereſo* igitur *pectore*, quomodo idem eodem libro, *adeſa viſcera* dixit. *Perlongi temporis cruciatum ita carnibus atque ipſis viſceribus adeſis omnino conſumpta membra nudarunt, ut oſſa tantum viduata pulpis funeſtae arbori adhaererent.* ſic & ibi ſcribendum. cum vulgo legatur, *homine conſumpto. Pereſus tabe* libro IX. *Quoad peſtilentiae lethalis pervicaci tabe poſſeſſus ac pereſus abſumerer.* Ita enim malo, ad exemplum Maroniani verſus paulo ante producti, quam quod nunc circumfertur, *pervicaci rabie.* Non poſſum tamen diſſimulare in Neapolitano veterrimo legi, hic loci apud Naſonem, *obliſisque oſſa medullis.* quod verum opinor. ſic *obliſae fauces* apud Tacitum & *gulam digitis oblidere* apud Ciceronem pro Scauro. Prudentius Pſychomach.

Ferratosque toros obliſo robore mulcet.

& mox:

Infamem mercatus agrum de ſanguine amici
Numinis obliſo luiturus jugera collo.

&:

——— *obliſo gutture frangit*
Exſanguem ſiccamque gulam.

Marcianus Capella lib. II. *In ortu Hercules geminatae noctis obſequium, ſerpentesque idem parvus oblidens vim numinis approbavit.* Plin. lib. VI. ep. 20. *Cinis rurſum multus & gravis, hunc identidem abſtergentes* (ita lego, non *aſſurgentes*) *excutiebamus, operti alioqui & obliſi pondere eſſemus.* Apulej. Met. VI. *Jamque protinus obliſis faucibus interſtingere eam debuiſſet.* idem Florid. I. *Quippe illis greſſum expedire nequeuntibus, neceſſe ſit* (lege *ſit*) *ultionem a ruina molis ſuae petere, ac retentores ſuos toto corpore oblidere.* Columella lib. VII. cap. 3. *Humilia facere ſtabula in longitudinem potius convenit exporrecta quam in latitudinem, ut ſimul & hyeme calida ſint, nec anguſtiae foetus oblidant. ſublidere* habes apud Prudentium Apotheoſi. in nonnullis haud dubie *colliſisque* ſcriptum fuerat. hinc *cumque ipſis, & cumque eſis* promanavit. Heins. *Colliſae* tamen illae medullae aeque parum ſe mihi probant, atque *eſae. oblidere* guttur, colla, ſerpentes & ſimilia recte dicimus, ſed quid ſunt *obliſae medullae?* an fracto oſſe preſſae? forte ſcripſerat, *contuſisque oſſa medullis* ut ſit quaſi hypallage, pro contuſis oſſibus & fractis, medullas condebat in alvum; ſed nec alia lectio displicet, *cumque ipſis oſſa medullis*; quae mihi voracitatem & Cyclopis immanitatem indicare egregie videtur, quem, ut leonem, non morabantur oſſa. quod ſi non admittatur credendum eſt, latere ulcus adhuc majus, & ideo tutius putavi vulgatam ſcripturam retinere. Burm.

210. *Me tremor invaſit.*] Cicero XVI. Epiſt. Fam. 12. *Mirus furor invaſit improbos.* Salluſtius: *Adherbalem, omnesque, qui ſub Mycipſae imperio fuerant, metus invadit.* Alio modo loquitur Livius lib. XXXVII. ubi eſt: *Timor inceſſit Livium.* Alio modo Caeſar lib. I. De Bel. Gallico: *Tantus ſubitò timor omnem exercitum occupavit, ut non mediocriter, &c.* Ciofan.

211. *Ejectantemque cruentas Ore dapes.*] Ita ſcripti. malim nihilominus, *eructantemque.* Virgilius in hac ipſa narratione, lib. III. 632.

——— *ſaniem eructans ac fruſta cruento*
Per ſomnum commiſta mero.

Silius quoque libro XV. 434. ubi hoc Polyphemi convivium deſcribit:

Ipſe manu extentâ Laërtia pocula poſcit,
Permiſcetque mero ructatos ore cruores.

Seneca Thyeſte, 910.

Vino gravatum ſulciens laeva caput
Eructat.

Ructari ſublimes verſus Horatio Arte Poëtica 457. Juvenalis Sat. VI. 10.

Et ſaepe horridior glandem ructante marito.

Pru-

Æolon Hippotaden, cohibentem carcere ventos:
Quos bovis incluſos tergo, memorabile munus,
Dulichium ſumſiſſe ducem: flatuque ſecundo
Lucibus iſſe novem, & terram adſpexiſſe petitam:
Proxima poſt nonam cum ſeſe Aurora moveret;
Invidiâ ſocios praedaeque cupidine ductos,
Eſſe ratos aurum, demſiſſe ligamina ventis:
Cum quibus ille retro, per quas modo venerat undas,
Æoliique ratem portus repetiſſe tyranni.
Inde Lami veterem Laeſtrygonis, inquit, in urbem
Venimus. Antiphates terrâ regnabat in illâ.
Miſſus ad hunc ego ſum, numero comitante duorum:
Vixque fugâ quaeſita ſalus comitique mihique.
Tertius è nobis Laeſtrygonis impia tinxit

Ora

Prudentius quoque Hamartig.

Immodicae carnis ſpurco ructamine crudos

dixit. & Pſychomach.

—— *pervigilem ructabat marcida coenam.*

transtulit ad mare Val. Flaccus lib. v. 345.

—— *Qua rigidos eructat Boſphoros amnes.*

ut *Cocytus eructat arenam* Maroni Aen. vi. 297. Heins. Vide ad lib. v. 353.

215. *Ad ſtrepitum.*] *Ad ſonitum* duo libri. *ad motum* unus.

215. *Mortemque timens.*] *Mortisque* unus Baſil. ſic Lucretio lib. vi.

Vitaï nimium cupidi, mortisque timentes.

Statius lib. xi. 325.

—— *trepidumque tubarum*
Proſpiciebat equum.

Plura Met. lib. i. ỳſ. 322. Heins.

215. *Cupidusque moriri.*] Sic legitur in uno meo. In altero, Capran. ac duobus Vatic. *Cupiensque moriri. Moriri* autem dixit ex quarta conjugatione. Sic Plautus in Vidularia: *Malim moriri meos quàm mendicarier.* Pomponius in Ariſta: *Noli quaeſo iraſcere. More fit, moriri ſuam quisque uxorem ut velit.* Rurſum Plautus in Rud. iii. iii. 12. *Certum eſt moriri, quàm hunc pati lenonem in me graſſari.* Ciofan.

218. *Hanc procul adſpexi.*] Ita legendum ex veteribus libris. non autem, ut quidam volunt, *Haud procul.* Idem. *Navim* duodecim. *Hanc tamen* prim. Vatic. & unus Medic. *Haud procul* alii nonnulli. Heins.

219. *Oravique fugam geſtu.*] Quo pacto oravit fugam, qui cum eis diſcedere cupiebat? Sed intelligendum, Oravi, ut me acciperent, ac inde fugerent, quod & factum eſt. Glarean. In uno meo, *Oravique fugam gemitu.* ſed ſupra adſcriptum eſt, *Vel geſtu.* Ciofan. *Fuga* hic notat fugiendi facultatem. ita lib. vi. 572. *Fugam cuſtodia claudit,* ubi vide. deinde pro *geſtu, gemitu* quinque codices. *nutu* unus Heinſii. ſed *geſtu* rectum eſt. ut vi. 308. *Nec brachia reddere geſtus. ad littusque recurri* Gronov. Burm.

220. *Grajumque ratis Trojana recepit.*] Achaemeniden ſignificat, ut ſuprà notavi. Qua de re ſic quoque lib. ii. ex Pont. ii. 25.

Puppis Achaemeniden, Grajum Trojana recepit.

Et rurſus in Ibid. 415. ait, maximo timore, quod veriſimile eſt, affectum eſſe Achaemeniden, cùm vidiſſet Trojanorum navem:

Qualis Achaemenides, Sicula deſertus in ora,
Troica cùm vidit vela venire, fuit.

Vide & Maronem ſub finem lib. iii. Aeneidos. Ciofan.

221. *Comitum gratiſſime*] *Fidiſſime* prim. Baſil. mox pro *turbae* unus Mediceus ex optimo deſcriptus, *turmae.* Heins.

223. *Aeolon ille refert.*] In uno meo, *ipſe refert.* Ciofan, Ita & ſex libri.

225. *Memorabile munus.*] *Mirabile* Gronov. & tres alii. *memorabile pignus* Leid. & unus Heinſii.

227. *Terram adſpexiſſe petitam.*] *Paternam* prim. Baſil. & duo Gronoviani. Heins.

229. *Praedaeque cupidine victos.*] In duobus Vatic. & Caeleſt. *Cupidine captos.* Ciofan. *Captos* multi veteres. *ductos* ſec. Medic. & unus Voſſianus. bene. Adeantur notae lib. viii. ỳſ. 123. Juvenalis Satyra x, 351.

—— *caeca magnaque cupidine ducti*
Conjugium petimus.

ubi in codicibus nonnullis, *capti.* Heins. Vide ad Epiſt. xv. 63. & alibi.

231. *Venerat undas.*] *Venerit* malim. Heins. vid. lib. i. 703.

232. *Repetiſſe.*] *Tetigiſſe* Medic. *tenuiſſe* Moreti.

234. *Terra regnabat in illa.*] *Turba* duo Gronov. Heins.

Ora cruore ſuo : fugientibus inſtat, & agmen
Concitat Antiphates. coëunt, & ſaxa trabesque
Continuant : merguntque viros, merguntque carinas
Una tamen, quae nos, ipſumque vehebat Ulixen,
Effugit. amiſſâ ſociorum parte, dolentes,
Multaque conqueſti terris adlabimur illis,
Quas procul hinc cernis. procul hinc tibi (cerne) videnda eſt
Inſula, viſa mihi. tuque, ô juſtiſſime Tröum,

Nate

238. *Ora cruore ſuo.*] In uno meo, *Membra cruore ſuo.* CIOFAN.

239. *Et ſaxa trabesque Conjiciunt.*] In Caeleſt. *Trabesque concutiunt.* IDEM. *Continuant* alter Hamburg. & pro diverſa lectione prim. Erfurt. quod impenſe placet, hoc eſt, ſine intermiſſione jactant. ſic *continuare dapes* apud Horatium libro II. Sat. VI.

——— *Succinctus curſitat hoſpes,*
Continuatque dapes.

Statius Theb. IX. 291.

Thisbaeumque Lycan Anthedoniumque Lycetum
Continuat ferro.

& Theb. XII. 745. de Theſeo,

Alcidas fratres trinis tres eminus haſtis
Continuat.

hinc *continuis telis* apud eundem Iſmenus, Theb. IX. 429.

Adſpice quas fluvio caedes, quae funera portem
Continuis telis, altoque adopertus acervo.

apud Lucanum lib. IV. 158.

——— *tellus hinc ardua celſos*
Continuat colles.

continuari, vel *continuare*, pro *comitari* etiam ſumitur, de quo Schoppius Suſpect. Lect. libro IV. cap. 16. & notis ad Apulejum pag. 62. quod eidem Apulejo reddendum libro VII. *Detractus ad terram, & pugnis pulſatus, & calcibus contuſus, infit dejerans, nullum ſe vidiſſe ductorem, ſed plane continuatum, ſolutum & ſolitarium, ob indicinae praemium occupaſſe.* ita ſcribo, cum in optimis membranis ſit *continatum.* vulgo *concinnatum*; *continuatum* continue ſecutum. *Concutiunt* Thuan. deinde *coëunt in ſaxa* S. Marci, prim. Moret. & unus Medic. HEINS.

241. *Una tamen.*] *Prora tamen* unus Medic. ex Vſſ. 164.

241. *Ipſumque vehebat Ulyſſem.*] In eodem libro *Ferebat Ulixem.* CIOFAN. *Fidumque* prim. Moret. & prim. Bonon. *Ulyſſen* etiam meliores. HEINS. *Ferebat*, quod Ciofanus ex libro producit, non eſt admittendum. eſt enim imitatio Virgiliana lib. I. 113.

Unam, quae Lycios fidumque vehebat Orontem.

unde etiam illud *fidumque* arripuiſſe librarios putem. BURM.

242. *Fugit. & amiſſa &c.*] Emenda, ex ſcript. omnibus, *Effugit. amiſſa.* Sed in uno meo legitur, *Effugit. emiſſa.* CIOFAN.

243. *Adlabimur.*] *Illabimur iſtis* Vatic. & ſeptem alii. malebat etiam Heinſius, *multaque praequeſti.* ut lib. IV. 251.

244. *Procul hinc mihi crede videnda.*] *Tibi cede* quart. Medic. tertius, *tibi credo* prim. Gronov. & tres alii. *tibi certe* Junian. Lege,

——— *Procul hinc tibi (cerne) videnda eſt*
Inſula, viſa mihi.

tibi crede videndam Neapol. *videnda eſt* prim. Vatic. ſec. Palat. Cantabr. quart. Medic. & multi alii. HEINS.

245. *Juſtiſſime.*] *Fortiſſime* Sixi. *tuque illuſtriſſime* Baſil. *mitiſſime* alius Baſil. *Teucrûm* Medic. tertius & unus Heinſii. deinde *Marte notandus* prim. Gronov.

247. *Fuge litora Circes.*] Hanc Maricam nympham eſſe monet Lactantius libro primo de Falſa Religione. quomodo ex Romulo Quirinus, ex Leda Nemeſis, ex Inone Leucothea & mater Matuta, ex Melicerta Palaemon, ſeu Portunus, ex Hippolyto Virbius ſint facti. *Maricae Nymphae* meminit Virgilius Æneidos VII, v. 47. quae Fauni uxor fuerit. ſed nihil illic Servius de Circe noſtra. HEINS.

248. *Nos quoque.*] *Nos modo* Gron. prim.

249. *Immanſueti.*] Crudelis. illud verò epitheton parum feritati Cyclopis convenire videtur. REGIUS. Sic apud Gel. lib. 2. c. 6. reprehenditur Virg. quod dixiſſet *Illaudatum* Buſiridem, quaſi id epitheton tenuius ac levius foret quam pro Buſiridis crudelitate; ſed ut illud ibidem a Gellio defenditur, ita hoc loco Ovidium quoque recte & aliorum exemplo, *immanſuetum* Cyclopem, dixiſſe pro valde ac prorſus crudeli exiſtimandum eſt. MICYLL. Notatur Ovidius, quòd *immanſueti ἐπίθετον* Polyphemi Cyclopis feritati parum conveniat, non ut ab interpretibus, ſed à Criticis. Verùm vehemens ea eſt vox, ſi introrſus aſpicias, & de Polyphemo dici ita congrua, velut ab Ovidio condigna. Nos itaque eminentiſſimum poëtam, quique ſe ultra emendationem iſtorum protulerit, à calumnia defendimus, in hunc modum reſpondentes. *Manſuetum* quaſi *manu aſſuetum*, quòd omnia, quae

Nate Deâ (neque enim finito Marte vocandus
Hoſtis es, Ænea) moneo, fuge litora Circes.
Nos quoque Circaeo religatâ in litore pinu
Antiphatae memores, immanſuetique Cyclopis,
Ire negabamus; & tecta ignota ſubire.
Sorte ſumus lecti. ſors me, fidumque Polyten,
Eurylochumque ſimul, nimiique Elpenora vini,
Bisque novem ſocios Circaea ad moenia miſit.

Quae

quae ſunt natura fera, manuum permulſione miteſcant, Pompejo dictum eſt. Nullum verò eſſe animantium, tam aſperum, terribile, barbarum, immane, ferum, infandumque creditur, quod non quandoque hominum ad manus veniat, cicuretur ac manſueſcat. Qui igitur immanſuetus eſt, is demum trux, violentus, inhumanus atque immanitate omni triſtior videri poteſt. is atrocia inuſitata nullaque ferarum mitior. eſt praeterea vis quaedam maxima in quorundam privatione ſimplicium, quae non mala, priusquam componerentur, & exilia videbantur. Quemadmodum & *immanis*. Quod verbum cùm à *mano* factum ſit, quod bonum dixere veteres, ejus tamen ſignificatûs vis diverſa eſt & permagna. ut *immanem hydrum*; *immane facinus*, & *inamabilem* dixit Virgilius *Stygiam paludem*, eam ſcilicet ſecundum amoris privationem deteſtatus, ut ait Gellius. Qui Homerum quoque non virtutibus appellandis, ſed vitiis detrahendis laudare ampliter ſolere affirmat. Ut in 1. Iliad. Η'νδα μάντις ἀμύμων. Haec autem ratio ſi deplorati quempiam ingenii à ſuſceptae ſemel perſuaſionis arce non dejecerit, Ciceronem lib. 1. de Legib. 8. quoque dabimus, quem (ſi diis placet) arguant. *Nulla*, inquit, *gens eſt, neque tam immanſueta, neque tam fera, quae non, etiamſi ignoret, qualem Deum haberi deceat, tamen habendum ſciat.* Sexta porrò actione in Verrem, veterem illam in Aetna Sicula Cyclopum *immanitatem* vocavit. Sed & Pomponius, Tauros Scytharum populos ſolitos pro victimis advenas interficere (quod paullò à mandendo abeſt, ait Plinius) ſatis deteſtabiles infandosque monſtrari putat, *immanes* illos vocans. Nam ſi *immanſueti* levis ſignificatio putanda eſt, quòd à *manſueto* deducatur, non ſecus exilem in *immani*, quòd à *mano* ſit, poteſtatem interpretari licebit. Uſus verò eſt eodem epitheto, quod quidem ſciam, quarto quoque, nec non ultimo volumine, neque diverſa ferè, neque minus gravi ſignificatione in aliis, quàm in Polyphemo hîc congruere judicaverit. Ut verearis potius, ab *immanſueti* voce Polyphemi feritatem, prodigioſamque corporis vaſtitatem, magnitudine ſuperari quàm exilitate deprimi. Nec expreſſum uno verbo levius, quod ab Homero duobus fuerit, Odyſſeae Rhapſodia K. ψſ. 199. Unde Ovidius

haec accepiſſe videtur; cùm in Aegaeo littore veritos ſcrutari inſulam Ulixis ſocios fuiſſe ait, Antiphate Laeſtrygonis geſta, violentiamque Cyclopis magni animi, androphagi, reminiſcentes:

Μνησαμένοις ἔργων Λαιστρυγόνος Ἀντιφάτοιο,
Κύκλωπός τε βίης μεγαλήτορος, ἀνδροφάγοιο.

Mariang. Accurs. in Diatribis. ita, *ferox immanſuetusque* lib. IV. 237.

250. *Ire negabamus, vel tecta ignota ſubire.*] In duobus meis, *Sed tecta ignota ſubire.* Alii perperam legunt, *& tecta.* Ciofan. *Vel tecta* S. Marci codex. *ſed tecta* Thuan. Bernegger. tert. Medic. & alii ſeptem. *nec tecta* Oxon. ſec. Palat. & alii quatuor. tres, *aut tecta ignotaque tecta* unus. alius, *& tecta inimica.* reliqui, *& tecta ignota.* quod mutatum nolim. Vide notas lib. IX. ψſ. 405. Heins. Pari modo apud Maronem lib. IX. 609.

——— *Verſaque juvencûm*
Terga fatigamus haſta. Vid. ad lib. II. 743.

252. *Nimiique Elpenora.*] Ex Homeri ſententia dictum, qui undecimo Odyſſeae tradit Elpenorem immoderato vino ebrium in domo Circes e ſcalis decidiſſe, ac fracta colli junctura obiiſſe, Ovid. IV. Triſtium 13. *At miſer Elpenor tecto delapſus ab alto*, & in Ibin 485.

Neve gradus adeas Elpenore cautius altos;
Vimque feras vini quo tulit ille modo.

Const. Fan. Libri veteres, *Elphenora.* Ciofan. *Nimiumque* Thyſii. nil muta. ſic *multi Damalis meri* apud Horatium libro I. Od. XXXVI. tamen idem libro II. Ode XII. *Nimium mero Hylaeum* dixit. Heins. Sueton. Aug. 76. *Cibi minimi erat atque vulgaris fere.* Columell. VI. 2. *Multi cibi, & edaces, verum in conficiendo lenti.* ita vetus codex, vulgo & omiſſum. vid. Gronov. ad Plin. XXV. 2. Burm.

253. *Bisque novem ſocios Circaea ad moenia miſi.*] Homerus Odyſſea, viginti duos cum Eurylocho miſſos; ſed vel non admodum curavit Ovidius eum numerum, vel alios ſecutus eſt auctores. at res eſt nullius momenti. Glarean. Id apud Homerum hoc modo legitur. Odyſ. K. 207.

Ε'κ δ' ἕλορε κλῆρος μεγαλήτορος Ε'υρύλοχοιο·
Βῆ δ' ἰέναι, ἅμα τῷ γε δύω καὶ ἴκοσ ἑταῖροι. &c.

Nec numerus fallit, praeterquam in uno. Homerus enim viginti duos cum Eurylocho ad Circen

Quae ſimul attigimus, ſtetimusque in limine tecti;
Mille lupi, mixtaeque lupis urſaeque leaeque
Occurſu fecere metum: ſed nulla timenda,
Nullaque erat noſtro factura in corpore vulnus.
Quin etiam blandas movêre per aëra caudas,
Noſtraque adulantes comitant veſtigia; donec
Excipiunt famulae, perque atria marmore tecta
Ad dominam ducunt. pulchro ſedet illa receſſu,
Sublimis ſolio; pallamque induta nitentem,
Inſuper aurato circumvelatur amictu.
Nereïdes Nymphaeque ſimul, quae vellera motis
Nulla trahunt digitis, nec fila ſequentia ducunt,
Gramina disponunt; ſparſosque ſine ordine flores
Secernunt calathis, variasque coloribus herbas.
Ipſa, quod hae faciunt, opus exigit: ipſa quis uſus
Quoque ſit in folio, quae ſit concordia mixtis
Novit: & advertens penſas examinat herbas.
Haec ubi nos vidit, dictà acceptàque ſalute

Dif-

abiiſſe. Ovidius autem 18. cum Macareo, Polyte, Eurylocho & Elpenore, qui ſimul numerati & ipſi viginti duo ſunt, uno videlicet pauciores quàm quot Homerus habet. MICYLL.

254. *Stetimusque in limine tecti.*] *Primoque in limine* ſec. Palat. Oxon. prim. Moret. alii quatuor. HEINS.

255. *Miſtique lupis urſique.*] *Miſtaeque lupis urſaeque* duodecim veteres. IDEM.

258. *Blandas movere per aëra caudas.*] Exprimit Leonum naturam. CIOFAN. *Per aëra* ſcripti noſtri omnes. & recte. nam *atria* mox ſequitur. HEINS.

259. *Noſtraque adulantes comitant veſtigia.*] Ita veteres libri. Alii foediſſimè legunt, *Nosque alludentes comitant veſtigia.* CIOFAN. *Nosque alludentes* duo libri.

259. *Comitant.*] Archaïſmos, inquit Regius. *Comitatur* enim nunc dicimus. Haec ille. Quaſi verò dici non poſſet, *Comitant.* Melius & rectius dixiſſet, *Comito* non ita eſſe in uſu frequentiore, ut *Comitor.* Comito tamen alibi etiam uſurpavit: II. ex Pont. III. 43.

Pirithoüm Theſeus Stygias comitavit ad undas.

Et II. Triſt. II. 83.

Quem pia nobiſcum proles comitavit euntem.

Et III. ex Pont II. 33.

Occidit & Theſeus, & qui comitavit Oreſtem.

Et I. ex Pont. IX. 47.

Funera non ſolus comitare, nec ungere corpus.

Et libro octavo, 792.

Ac noſtros comitate gradus.

Propertius lib. II. VI. 15.

Quod ſi vera meae comitarent caſtra puellae,
Non mihi ſat magnus Caſtoris iret equus.

Sic eſt in meo vet. Propertii libro, cujus ſuprà mentio. Sic Virgilius uſus eſt verbo *Populo.* lib. I. Georg. 185.

Populatque ingentem farris acervum.

Et aliis alii auctores. Ex quo facilè apparet, unumquemque, ſi contigerit, eo verbo uti poſſe in carmine conſcribendo. Nonnulla his ſimilia collegit etiam Diomedes Grammaticus. CIOFAN. Vid. ad lib. XIII. 55.

262. *Sublimi ſolio.*] In duobus meis legitur, *Sollemni ſolio.* CIOFAN. *Solenni* Neapol. Thuan. prim. Vatic. ſec. Pal. tert. & quart. Medic. Juret. prim. Hamburg. Oxon. & viginti circiter alii. ſcribe, *Solenni in ſolio.* ſic *Solennes ludos Circi* Noſter in Faſtis dixit. *Solennes aras* & *pompas* Virg. *Diem ſolennem & ſanctum* Horatius. *Sacra ſolennia* & *ſolennes ceremonias* Hiſtorici. HEINS. *Solemne* illud *ſolium* vix placet, cum *celſum, altum, ſublime* paſſim vocari ſoleat. *ſublimis ſolio* prim. Gronov. & quatuor alii. quod puto melius, ne tot ablativi cumulentur. ita Epiſt. XII. 179. *Jaceat ſublimis in oſtro.* IV. Faſt. 861. *Steteris domito ſublimis in orbe.* ſi *ſollemni* vel *ſublimi* legas, copula illa *que* poſt *pallam* otioſa & moleſta erit. BURM.

262. *Induta.*] *Inducta* Oxon. & quinque alii.

265. *Nulla trahunt digitis.*] Malim, *trahant* & *ducant.* HEINS.

266. *Sine ordine.*] *Ex ordine* Leidenſ. unus.

267. *Variisque coloribus herbas.*] *Variasque* veteres plerique. jam monui lib. IX. 690. HEINS. Lege-

Diffudit vultus, & reddidit omnia votis.
Nec mora; miſceri toſti jubet hordea grani,
Mellaque, vimque meri, & cum lacte coagula paſſo.
Quique ſub hac lateant furtim dulcedine, ſuccos
Adjicit. accipimus ſacrâ data pocula dextrâ.
Quae ſimul arenti ſitientes hauſimus ore,
Et tetigit ſummos virgâ Dea dira capillos;
(Et pudet, & referam) ſetis horreſcere coepi,
Nec jam poſſe loqui; pro verbis edere raucum
Murmur; & in terram toto procumbere vultu:
Osque meum ſenſi pando occaleſcere roſtro;
Colla tumere toris: & quà modo pocula parte
Sumta mihi fuerant, illà veſtigia feci.
Cumque eadem paſſis (tantum medicamina poſſunt)
Claudor harà: ſolumque ſuis caruiſſe figurâ
Vidimus Eurylochum: ſolus data pocula fugit.
Quae niſi vitaſſet, pecoris pars una manerem
Nunc quoque ſetigeri. nec tantae cladis ab illo

290 Cer-

gendum eſſe, *variantque coloribus herbas* probant ſequentia, ubi Nereidum opus exigit Circe, earumque ſerta & corollas examinat, quod fruſtra faceret, ſi Nymphae calathis duntaxat flores diſcreviſſent. Schepper. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

268. *Quod hae faciunt.*] *Faciant* Thuan. & alter Twisdenius. deinde pro, *quis uſus*, fragm. Boxhorn. alter Hamburg. & tres alii, *quid uſus*. Heins. Sic & ſupr. ỳſ. 2. ſed lib. XII. 211. *Quis tuus uſus erat:* & hic melius convenire *quis* ſequentibus, *quae ſit concordia*, puto. Burm.

270. *Penſas.*] *Prenſas* Menardi codex, Regius unus & quatuor alii.

272. *Et reddidit omina votis.*] In quibusdam exemplaribus lego, *omnia*, quod non diſplicet, ut ſit ſenſus, bene voventibus bona voviſſe Circen, quemadmodum mos eſt, ut fiat, ut cum bonam diem voventi bona dies & annus reſpondetur. Const. Fan. *Omina vocis*, vel *omnia votis* plurimi veteres. duo ex melioribus, *omnia voce*. ego nil mutandum cenſeo. Heins. *Exhilarat vultus* etiam unus Medic.

274. *Vimque meri.*] *Juncta mero* Voſſian.

274. *Et cum lacte coagula paſſo.*] In Caeleſtino, *Coagula preſſo*. Ciofan. Copula & in quibusdam deerat.

276. *Accipimus pocula.*] Malim, *arripimus*, quod aviditatem ſitientium magis exprimit. Heins.

278. *Dea dira capillos.*] In uno Vatic. *Dea ſaeva capillos*. Ciofan. Ita & Leid. & Moreti.

280. *Nec jam poſſe queri.*] Ita in meis. In Vatican. & Caeleſt. *Nec jam poſſe loqui*. Ciofan. *Loqui* cum melioribus. Heins.

281. *Toto.*] Forte, *prono*. Idem. *In terra* quinque libri.

282. *Pando occaleſcere roſtro.*] *Calleſcere* nonnulli. vel, *coaleſcere*. *Calliſcere* Nonius ex Catone notavit. *callere* Sulpicius Ciceroni l. IV. Ep. Fam. 5. Severus in Ætna. *Callent rure manus*. Heins. *Dureſcere* prim. Gronov. duo Leidenſes, & duo alii. *concreſcere* unus.

284. *Illa veſtigia feci.*] Malim, *figi* vel *ferri*. ut à ſuperioribus haec dependeant. Heins. Nihil muta. manibus, quibus pocula arripueram, mutatis in pedes, incedere coepi & *feci* reſpondet praecedenti *ſenſi*. *veſtigia facere* elegans. Virgil. II. Georg. 474.

Juſtitia excedens terris veſtigia fecit.

Cicer. pro Caecin. 14. *Ut illa res aliquid aliqua ex parte differre videatur, utrum pedem cùm intulero, atque in poſſeſſionem veſtigium fecero, tum expellar atque dejiciar.* pro Rabirio Poſt. 17. *Hic vos nihil aliud orat, niſi ut rectis oculis hanc urbem ſibi intueri, atque in hoc foro veſtigia facere liceat.* Quinctil. lib. IX. de Inſt. Orat. 4. *Ut currentium pes, etiamſi non moratur, tamen veſtigium facit.* In Juniano & Gron. erat, *flexi*. de quo vid. ad lib. II. 21. ſed hoc huic loco minus accommodatum. *veſtigia cepi* Bonon. *illac* etiam Gronov. Burm.

286. *Claudor in antra ſuis. ſolum caruiſſe figurâ.*] Repone cum Bernegger. Thuan. prim. Hamburg. Arond. Oxon. prim. Gronov. Graeviano & decem aliis,

Claudor harâ, ſolumque ſuis caruiſſe figurâ
Vidimus Eurylochum.

Certior ad Circen ultor veniſſet Ulixes.
Pacifer huic dederat florem Cyllenius album;
Moly vocant Superi. nigrâ radice tenetur.
Tutus eo, monitisque ſimul coeleſtibus intrat
Ille domum Circes: & ad inſidioſa vocatus
Pocula, conantem virgâ mulcere capillos
Repulit; & ſtricto pavidam deterruit enſe.
Inde fides dextraeque datae: thalamoque receptus
Conjugii dotem, ſociorum corpora, poſcit.
Spargimur innocuae ſuccis melioribus herbae,
Percutimurque caput converſae verbere virgae:
Verbaque dicuntur dictis contraria verbis.
Quo magis illa canit, magis hoc tellure levati
Erigimur: ſetaeque cadunt, bifidosque relinquit
Rima pedes. redeunt humeri: ſubjecta lacertis
Brachia ſunt. flentem flentes amplectimur illum:
Haeremusque ducis collo: nec verba locuti
Ulla priora ſumus, quam nos teſtantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora: multaque praeſens
Tempore tam longo vidi: multa auribus hauſi.

Hoc

antra ſuis ex gloſſa hic irrepſerant. *hara* voce etiam alibi non ſemel uſus eſt. HEINS. Propria enim ſuis. ut Plaut. Moſt. 1. 1. 39. Unde *immunda hara* Epiſt. 1. 104.

287. *Pocula fugit.*] Puto relictum à Naſone, *pocula vitat.* quia *vitaſſet* ſequitur. plenus eſt talium repetitionum Noſter; aliter tamen codices antiqui. HEINS.

288. *Maneret.*] *Fuiſſet* Leid. & Vivianus. *manerem* Gruterum maluiſſe notat Heinſius. & recte. nam redierunt in homines, qui antea mutati fuerunt, non Eurylochus, qui vitavit pocula.

291. *Florem.*] Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος,
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοὶ. χαλεπὸν δὲ τ' ὀρύσσειν
Ἀνδράσι, &c. Odyſſ. 10. ὑſ. 304. Plin. lib. xxv. cap. 3. Photius ex Ptolem. Hephaeſtione, Lycophron. Lil. Girald. 14. Dialogiſm. herbam hanc à Mercurio Ulyſſi datam tanquam amuletum adverſus veneficia praeſentiſſimum, φρόνησιν alii, σωφροσύνην interpretantur alii, cujus aditum arduum, exitum feliciſſimum eſſe volunt. vide quae ad ὑſ. 114. ſupra,
Τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι, &c. Heſiod. Ἔργ. 289. FARN.

291. *Florem dederat.*] *Donat* Ambroſ.

294. *Ille domus Circes.*] Emenda, ex fide duorum Vatic. meorumque, *Ille domum Circes.* CIOF.

296. *Et ſtricto pavidam deterruit enſe.*] In uno Vatic. *Et ſtricto pavefactam terruit enſe.* Nihil tamen muto. CIOFAN. *Et nudo* Baſil. *conterruit* unus. *perterruit* Jun. & Gronov.

298. *Dotem.*] *Dotes* Argent. & duo alii.

299. *Spargimur ignotae.*] *Innocuae* ſec. Palat. quart. Medic. Oxon. prim. Moret. Juret. & alii decem. rectius. HEINS.

300. *Virgae.*] *Caudae* Junian.

304. *Redeunt humeri, & ſubjecta lacertis brachia.*] Vel ex hoc loco ſatis claret, poſt humeros ſtatim eſſe lacertos, deinde brachia proxime ad manus, cujus contrarium noſtra aetate tradidere quidam Grammatici, & in his nominatim Calepinus. GLAREAN. Libri veteres & Ald. *Et ſubjecta lacertis.* Eleganter autem & ſcitè diſtinguit *Brachia* à *Lacertis.* Ita Q. Curtius lib. IX. *Lacerti quoque & brachia margaritis ornata erant.* CIOFAN. Et adhuc hodie Grammaticis pluribus hic error familiaris: & in Theſauro Fabri *lacertus* deſcribitur, a cubito ad manus usque vertebram; quod falſiſſimum, cum ſit ab humeris ad cubitum. vide Ampl. Cuper. IV. Obſ. 17. praeterea, *redeuntque* prim. Moreti. BURM.

305. *Brachia ſunt. flentem flentes complectimur illum.*] Veteres libri, *Amplectimur illum. flentem flentes*; ut lib. 1. Triſt. III. 17.

Uxor amans flentem flens acrius ipſa tenebat,
Imbre per indignas usque cadente genas.

Ita

Hoc quoque cum multis, quod clam mihi retulit una
Quattuor è famulis, ad talia ſacra paratis.
Cum duce namque meo Circe dum ſola moratur,
Illa mihi niveo factum de marmore ſignum
Oſtendit juvenile, gerens in vertice picum,
Æde ſacrâ poſitum, multisque inſigne coronis.
Quis foret, & quare ſacrâ coleretur in aede,
Cur hanc ferret avem, quaerenti, & ſcire volenti,
Accipe, ait: Macareu: dominaeque potentia quae ſit
Hinc quoque diſce meae. tu dictis adjice mentem.

Fab. VII. Argumentum.

Picus in Avem.

[a] *Picus, ex progenie Saturni, rex Tyrrheniae, quae poſtea Italia dicta eſt, cum in agro Laurenti venaretur, viſus a Circe, propter eximiam pulchritudinem eſt adamatus. Sed cum amore conjugis ſuae devinctus adpetitum deae rejiceret, ab eadem ob* [b] *contemptum in avem picum mutatus eſt.*

Picus in Auſoniis proles Saturnia terris
Rex fuit, utilium bello ſtudioſus equorum.

For-

Ita has dictiones conjunxit M. Tullius pro Flacco. *Cùm ego*, inquit, *te, Flacce, caelum noctemque conteſtans, flens flentem obteſtabar.* Et alibi. *Non enim vidiſti fratrem tuum, non eum, quem reliqueras. non eum, quem noras: non eum, quem flens flentem, proſequentem proficiſcens dimiſeras, &c.* Ciofan. *Amplectimur* meliores. Videtur ſcribendum,

——— *& ſubjecta lacertis*
Brachia. tum flentem flentes amplectimur illum.

Heins. *Amplectimur ulnis* Francof. & novem alii. & deeſt multis.

310. *Cum multis.*] *Hoc quoque cum multis quondam mihi retulit una* Cantab. & tres alii.

311. *Sacra.*] *Facta* prim. Vatic.

314. *Oſtendit juvenile.*] In meo codice legitur, *Juvenale*, quod non minus probo, nam *Juvenalis* ab antiquioribus potius quàm *Juvenilis* dicebatur. unde *Juvenalia*, & *Juvenales ludi* Tacito, Suetonio, Capitolino & aliis, nunc *Juvenalis* & *juvenilis* dicitur, ut auctor eſt Priſcianus in quarto. Const. Fan. Puto huic verſui praeponendum eſſe illum, qui ſequitur, *Æde ſacra poſitum.* Heins. *Oſtendens* magno numero veteres. *in vertice ſaxum* Gronov. prim. & duo alii. *ferens* duo. *pictum* Sixi. *piſci* unus Heinſii.

316. *Quis foret.*] *Quid foret* duo, *celebretur* tres.

319. *Diſce meae.*] *Diſce, meis tu dictis* Thuaneus.

[a] *Picus &c.*] Transcripſi ex Micylliana editione. Veneta & Mſ. non habent hoc argumentum. Quod Raenerius dedit, deſumtum ex Regianis commentariis, immo κατὰ πόδα deſcriptum. Nonius capite de Doctorum Indagine: *Picumnus & avis eſt Marti dicata, quam picum vel picam vocant, & deus, qui ſacris Romanis adhibetur. Æmilius Macer in Theogoniae libro primo. Et nunc agreſtis inter Picumnos habetur.* Scribe, *Ornithogoniae.* Diomedes lib. I. *Macer Æmilius Ornithogoniae ſecundo.* Adde Plinii Elenchon auctorum lib. x. non ignoro, ita in Plinio legendum eſſe pridem monuiſſe Gothofredum; verum, cum emendationis ſuae nullam ille reddat rationem, mihi, cui eadem in mentem veniat, faciendum id putavi. Muncker. Raenerius ita exhibet, *Picus, Saturni filius, Latii rex, cum Canentem Jani ex Venilia filiam duxiſſet uxorem, à Circe in venatione viſus, ſtatim ab ea amatus eſt. Cui cum morem gerere nollet, ab ea in avem ſui nominis mutatus eſt.* In Parm. & Lugd. deſiderabatur. in Colonienſi erat fere ut in Micylliana, & ſequentia duo argumento huic adhaerebant.

[b] *Contemtum.*] *Contemtum ejus* Colon.

320. *Picus in Auſoniis, proles Saturnia, terris Rex fuit.*] Virg. lib. VII. 48. de hoc Pico:

——— *isque parentem*
Te, Saturne, refert: tu ſanguinis ultimus auctor.
Ciofan.

322. *Li-*

Forma viro, quam cernis, erat. licet ipſe decorem
Adſpicias, fictàque probes ab imagine veram.
Par animus formae. nec adhuc ſpectaſſe per annos
Quinquennem poterat Grajà quater Elide pugnam.
Ille ſuos Dryadas Latiis in montibus ortas
Verterat in vultus : illum fontana petebant

Nu-

322. *Licet ipſe decorem Adſpicias.*] In utroque meo eſt, *Licet ipſe colorem.* CIOFAN. Et ita plurimi ſcripti.

323. *Ab imagine.*] *Sub imagine* veteres quinque. HEINS. Nihil mutem. ut enim Noſter *ab*, ita Propertius *ex* utitur hoc ſenſu lib. II. I. 52. *Et totam ex Helena non probat Iliada.* praeterea, *formamque probes ab imagine veram*, Vivianus, quod nec Heinſio displicebat.

325. *Quinquennem poteras Grajâ quater edere pugna.*] In nonnullis, *Grajam pugnam.* Sed licet aperte, quid ſibi velit Ovidius, intelligatur: confuſus tamen verborum ordo, & ſibi non quadrans, aliquid facit ut deſideremus. NAUGER. Dura eſt haec compoſitio, praeter hujus poëtae morem. Raphaël tamen rectè expoſuiſſe videtur: nec poteras edere quater quinquennem ſpectaſſe tot annos Graja pugna. lector tamen de eo ſenſu cogitet, ego enim adhuc haereo. GLAREAN. Quidam alii impreſſi, *Grajos edere pugnam.* veteres autem libri. *Graja quater edere pugna.* Quod ſequendum mihi videtur. CIOFAN. *Grajos quater edere pugnam* libri vulgati. MSS. *Grajam q. e. pugnam.* MS. alter, *pugna quater edere Graja.* Nos legendum putamus, *nec adhuc ſpectaſſe per annos Qui quennem poterat Grajam quater edere pugnam.* hoc ſenſu. nondum illi per aetatem licuiſſe quater ſpectatorem agere Ludorum Olympiorum, quippe minori natu annis viginti. BERSMAN. Locus haud dubie peſſime habitus, ſi quis alius in hoc auctore. Nec multum libri veteres juvant. Niſi quod Gryphiana editio & prima editio Aldina, ut & ora libri unius ſcripti ex Baſileenſibus exhibent, *ſpectaſſe per annos.* idque probe, ut mox videbimus. quod & Berſmanno arridebat. ſed pergamus: optimus Florentinus, Neapolitanus aliique multi, *poterat Graja quater edere pugna.* Berneggerianus, primus Palatinus, atque alii plures, *poteram Graja quater edere pugna.* quidam, *poteras* vel *poterant.* Sed mendum haeret in verbo *edere.* Atque hinc tanta diverſitas lectionum nata. *edele* vel *edile* nimirum exararat aberrans, quod frequenter ſolebat fieri, oſcitantis librarii manus, idque pro *elide* transverſâ literarum ſerie. Optime igitur locus intricatiſſimus ſeſe habebit, ſi hoc modo conſtituatur,

—— *nec adhuc ſpectaſſe per annos*
Quinquennem poterat Graja quater Elide pugnam.

Nondum, inquit, per aetatem quater ludos Olympios poterat ſpectaſſe. id eſt, necdum aetatis annum viceſimum attigerat. *Graja* autem *Elide*, quia Picus erat Italus; de ludis Olympiacis omnia nota. addam tamen Statianum locum ex lib. II. Silv. VI. 70.

—— *vitae modo cardine adultae*
Nectere tendebat juvenum pulcherrimus ille
Cum tribus Eleis unam trieterida luſtris.

ubi tamen forte *Eleis luctis* reponendum. quomodo in Naſonis quoque hoc loco. HEINS. *Quinquennis poterat Grajam quater edere pugnam* Francof. *quater elide pugna* erat in Excerpt. Hercul. unde firmatur Heinſii correctio. poſt hunc verſum in uno Leidenſi erat alter additus :

Gratus erat cunctis & munere dignus amoris.

326. *Latiis.*] *Latis* multi ſcripti. *altis* unus.

327. *Fontana petebant Mumina Naiades.*] *Furtiva petebant* non inelegantèr optimus Florentinus, quod ſit furtivis amoribus dedita. ſic Salmacis lib. IV. 227. *Mea ſit furtiva voluptas.* Idem ſequenti verſu, *Curſusque breviſſimus.* quomodo & tres aut quatuor alii. Forte, *curſumque.* ut ſit Graecismus. HEINS. *Montana colebant* quinque libri. *bibebant* Leidenſis unus.

328. *Quasque Numici.*] *Numicus*, & *Numicius*, hic fluvius dicitur, quamvis aliqui contra ſentiant. Silius in VIII. 181.

Haud procul hinc parvo deſcendens fonte Numicus
Labitur.

Sed danda venia iis, qui *Numicum* dici poſſe inficiantur, quoniam hic Silii verſus cum multis aliis in omnibus ferè codicibus deſiderabatur, qui a nobis ſunt reſtituti, ut in primae Collectaneorum Hecatoſtys c. 92. apparet. CONST. FAN. Hunc locum totidem verbis citat Priſcianus lib. VI. Cujus haec ſunt : *Anio etiam Anienis, quod antiquiſſimi ſecundum Analogiam Anien nominativum proferebant. Cato contra Veturium Aquam Anienem in ſacrarium inferre oportebat, non minus quàm quindecim millia Anien abeſt. Ovidius, quasque Numici, aut Anienis aquae, curſuque breviſſimus Almo. Cicero pro Cornelio in primo: trans Anienem. Horatius in primo Carminum : Et praeceps Anio, ac Tiburni lucus*
In his autem Horatii verbis, *Tiburni*, non *Tiburti*, ut perperam in impreſſis legitur, ſcripſi, ſecutus optimum atque antiquiſſimum Priſcianum bibliothecae Vaticanae ac duos alios, quorum alterum duodecimo abhinc anno Mureto dono dedi: alter eſt ipſius Mureti, qui eundem Horatii lo-

Numina, Naïades; quas Albula, quasque Numici,
Quasque Anienis aquae, curſuque breviſſimus Almo,
Narque tulit praeceps, & amoenae Farfarus umbrae,
Quaeque colunt Scythicae regnum nemorale Dianae,
Finitimosque lacus. ſpretis tamen omnibus unam
Ille fovet Nymphen, quam quondam in colle Palatî

Dici-

locum XXIV. ante annos in Catullum reſtituit. Ciofan.

329. *Quas Anienis aquae.*] *Quasque* bene unus Bonon. Heins. Priſcianus habet, *aut Anienis*, idem Bonon. habebat, *quasque Albula.*

329. *Curſuque breviſſimus.*] Idem Florentinus & alii quatuor, cum Naugerio, *curſusque.* puto, *curſumque breviſſimus.* Heins.

329. *Almo.*] *Almon* Leidenſis unus. vid. II. Faſt. 601. & IV. 337.

330. *Narque tulit.*] Sic Virgil. XI. 285.

Si duo praeterea tales Idaea tuliſſet
Terra viros.

330. *Et opacae Farfarus undae.*] In uno meo, *Farfarus umbrae.* Apud Servium quoque lib. VII. Aeneidos vers. 715. *umbrae*, & *amoenae*, non *opacae* legitur, ubi ita eſt: *Fabarim autem quem dicit, per Sabinos tranſit, & Farfarus dicitur.* Plautus: *Diſſipabo te tanquam folia Farfari.* Ovidius:

——— *Et amoenae Farfarus umbrae.*

Quae lectio mihi vehementer placet. In alio meo antiquiore & Urſini eſt ut in vulgatis. Ciofan. *Umbrae* idem Florentinus, Berneggerianus, Hamb. & octo alii. Servius ad vers. 719. lib. VII. Aen. citat, *amoenae Farfarus umbrae.* ubi docet eundem fluvium antiquis fuiſſe nominatum *Fabarim.* quam Servii lectionem eſſe veram exiſtimo. ſic & Horatius, *amoenum Lucretilem* in Odis lib. I. 17. dixit, Sabinorum eum montem, cujus per valles Farfarus ſtagnat, & ubi villam ipſe poſſedit. lib. I. Epiſt. 16. *Opacam vallem*, & *amoenas latebras* eandem regionem vocat. ubi plura ad rem, unde liqueat hunc tractum frequentiſſimis arboribus fuiſſe conſitum. Heins. Ita *nubilus umbra Thybris* inf. 448. quod aliter efferens ỳſ. 514. dicit *multâ nubila ſilva.* plura nos ad Val. Flac. V. 149. dicemus. Burm.

331. *Quaeque colunt Scythicae, &c.*] In eodem meo, *Quasque tenent Scythicae.* Ciofan.

331. *Scythicae Dianae.*] Quae ab Oreſte una cum Iphigenia ex Taurica regione Ariciam usque allata fuit. Regius. Vel etiam cui Scythico, ſeu Taurico ritu, hoc eſt humano ſanguine, aliquando ſacrificatum fuit, donec Romani, crudelitatem iſtam averſati, ſacrificandi morem hunc aboleverunt, ut & Servius annotat in ſecundum Aeneid. ỳſ. 116. ad quod alludens Virgilius dixit, lib. VII. 764.

Pinguis ubi, & placabilis ara Dianae.

Quaſi jam mitioris & ſanguine humano non amplius gaudentis. Micyll.

331. *Stagnum nemorale.*] Hic lacus hodie vocatur, *il laco di Ienſano*, prope Ariciam, quem ego inſpexi anno M. D. LXXVI. XII. Kalend. Jul. cùm haec omnia collegiſſem, quae in hac ſecunda impreſſione, efflagitantibus quibusdam amicis, qui ab hoc litterarum genere non abhorrent, edere in animum induxeram: quaeque eo ipſo anno V. Kal. Majas ad *Chriſtophorum Plantinum*, Architypographium Regium diligentiſſimum, operâ clariſſimi viri & in omnibus diſciplinis praeſtantiſſimi *Benedicti Ariae Montani*, omnia miſeram. Eſt autem lacus ille monticulis nemoribusque circumdatus, alſus & amoenus; adeò parvus, ut ad octo ſtadia vel etiam paulo plus toto ambitu porrigatur: abundat piſcibus. Prope quem Dianae, de qua hic agit Ovidius, templum fuiſſe dicitur: nunc verò eſt oppidulum, quod noſtro idiomate, paullum deflexum à Dianae nemore, *Nemo* appellamus: ajuntque ibi eſſe ingentis magnitudinis Platanum, quae è Scythia advecta eſt. Cetera quae ad lacum, quae ad Dianae lucum, quaeque ad eam oram pertinent, non indiligenter ſcribit Strabo lib. V. Meminit & hujus lacus Ovidius ipſe III. Faſt. 263.

Vallis Aricinae ſilvâ praecinctus opacâ,
Et lacus antiqua relligione ſacer.

Ciofan. Quantivis pretii lectio Berneggeriani codicis, *regnum nemorale. Regnum* enim ſacra haec Aricinae Dianae vocata, quod *Rex* diceretur, qui ſacris iſtis praeerat. unde Val. Flacco II. 305. *Soli non mitis Aricia Regi.* Fuſe deſcribit morem iſtum Barbarum Strabo lib. V. Si quis enim, viribus fiſus, regem Nemorenſem provocaret ad pugnam, is regnum occupabat Rege obtruncato. quod quotannis licebat fieri. proprium autem ſervorum fugitivorum id erat regnum, quo ingenuus nemo adſpirabat, ut ex eodem Strabone apparet. Suetonius in Caligula cap. 35. *Nemorenſi Regi, quod multos jam annos potiretur ſacerdotio, validiorem adverſarium ſubornavit.* Statius lib. III. Silvar. I. 55.

——— *profugis cum Regibus altum*
Fumat Aricinum Triviae nemus.

Meminit etiam Pauſanias hujus ritus, ut alii jam notarunt. Noſter lib. III. Faſtor. 263.

Vallis Aricinae ſilva praecinctus opaca
Eſt locus antiquâ relligione ſacer.
Regna tenent fortesque manu pedibusque fugaces;
Et perit exemplo poſtmodo quisque ſuo.

Et lib. I. Artis amatoriae, 259.

Ecce ſuburbanae templum nemorale Dianae,
Partaque per gladios regna nocente manu.

Dicitur ancipiti peperiſſe Venilia Jano.
Haec, ubi nubilibus primum maturuit annis,
Praepoſito cunctis Laurenti tradita Pico eſt:
Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi;
Unde Canens dicta eſt. ſilvas & ſaxa movere,
Et mulcere feras, & flumina longa morari
Ore ſuo, volucresque vagas retinere ſolebat.
Quae dum femineâ modulatur carmina voce,
Exierat tecto Laurentes Picus in agros,
Indigenas fixurus apros: tergumque premebat

Acris

Lucanus lib. III. 86.

Qua ſublime nemus, Scythicae qua regna Dianae.

Martialis lib. IX. Ep. LXV.

Qua Triviae nemoroſa petit dum regna viator,
Octavum dominâ marmor ab Urbe legit.

Atque haec emendationi noſtrae confirmandae ſuffecerint, ni fallor. male duo libri veteres, *fanum nemorale*, & unus Bononienſis, *numen. Scythiae* etiam *Dianae* pro *Scythicae* codices nonnulli, quam ſcribendi rationem frequenter in aliis auctoris noſtri locis obſervatam mihi recordor, dum membranas veteres evolvo. HEINS.

333. *Ille colit Nympham.*] Tò *colit* paulo ante praeceſſerat, quare fuit, cum legendum putarem, *Ille calet Nympha*. nunc praefero, quod Gronovianus unus & codex Patricii Junii & alius exhibent, *Ille fovet*; ut in illo Virgiliano, Eclog. III. 3. *Ipſe Neaeram Dum fovet. Nymphen* etiam codex optimus Florentinus, Berneggerianus aliique nonnulli ſcribunt, idque Graeco more, ut Noſter alibi, non raro. IDEM.

334. *Ancipiti Iano.*] *Ionio Jano* S. Marci, Neapol. Bernegg. Thuan. prim. Hamburg. prim. Vatic. tert. Medic. quatuor alii. probe omnino, nec tamen à librariis id intellectum. Nam Perrhoebum Janum faciunt Plutarchus in Quaeſtionibus Romanis cap. 22. & Athenaeus libro XV. cap. 13. qui tractus mari Ionio vicinus, ut Ionium Jano in Italiam contendenti ſuperandum fuerit. *Aonio* prim. Gronov. & Junianus. ſic primis curis cenſebam, nunc ſecundis locum hunc perpendenti videtur non inconcinne reponi poſſe, *Inoo Jano*. Janum enim pro Palaemone ſive Portuno habitum patet ex veteri inſcriptione Spoletina apud Gruterum pag. XCV.

IANO. PORTUNO. ATQ. MARTI. E. S.
C VIBONIUS. A. APRUNNIUS.
L. AORELIUS. FACIONDAM. DEDERONT.

& ex alia apud eundem Gruterum ibidem.

IANO PORTUNO ATQ MARTI. S. C VIBONIUS
A APRUNIUS. L. ANNAIUS DEDERONT
PROBAVERUNTQ.

Feſtus, *Claudere & clavis ex Graeco deſcendit, cujus rei tutelam penes Portunum eſſe putabant, qui clavim manu tenere fingebatur, & deus eſſe putabatur portuum.* ubi perperam, *Vertumnum* reponi vult Lilius Gyraldus. *Inous* igitur *Janus* Naſoni, qui Virgilio I. Georg. 437. *Inous Melicerta. Ino* certe in Italiam profugiſſe ex lib. VI. Faſt. diſcimus, & quidem eodem tempore, quo Hercules illuc advenit. de *Jano Portuno* nihil miror adnotaſſe, qui de Dîs gentium copioſe ſcripſerunt. huc adde, quod Varro libro IV. de L. L. Salaciam Deam, quae aliis Neptuni uxor eſt, Tritonis mater, & Veniliam, quam Noſter Jano dat conjugem, easdem facit. Servius quoque Petri Danielis ad X. Aen. ℣. 70. Venilia igitur Salacia Jani Portuni uxor. quanquam Salaciam pro Amphitrite, Portunum pro Neptuno, apud multos veteres ſumi jam ab aliis eſt obſervatum. tamen conſtat Salaciam pro Portuni uxore fuiſſe habitam: quicunque tandem hi fuerint. Jano uxorem dat Argionam Marcianus Capella initio operis, ubi de Deorum agit nuptiis,

Janusque Argionam miratur utraque effigie.

qui locus haud dubie eſt mendoſus. nec placet *Angeronam* reponi cum viro magno. Juturnam Jani facit uxorem Arnobius lib. III, eumque ex Caelo & Hecate prognatum aſſerit. HEINSIUS Haec omnia magis erudite quam vere ab Heinſio diſputari puto. neque enim quia è Perrhoebia Janum veniſſe Plutarchus dicit, & Athenaeus uxorem duxiſſe Cameſen ſororem (quamquam ibi nulla Perrhoebiae mentio in Graecis verbis fiat, ſed de quo nunc non libet tricari) hinc *Ionius* vocari poſſet, cum Perrhoebia nusquam Ionium mare tetigerit, & Aegaeo vicinior fuerit; niſi quis omnes Theſſalos Ionios vocari poſſe contendat. rectius tunc *Haemonio* legeretur. *Inoum* quoque dici poſſe non perſuadet, cum inſcriptiones illae tribus diverſis Numinibus poſitae ſint: & ita diſtincte debeant ſcribi: IANO. PORTUNO. ATQUE MARTI. quare tutius eſt vulgatam ſervare lectionem, *ancipiti*, id eſt duplicis capitis, ut illam vocem Grammatici explicant. vide Feſtum. & ita lib. I. Faſt. 95.

Tunc ſacer ancipiti mirandus imagine Janus.

& Arnob. lib. VI. *Fronte Janus ancipiti, aut dentata*

Acris equi; laevâque haſtilia bina ferebat,
Poeniceam fulvo chlamydem contractus ab auro.
Venerat in ſilvas & filia Solis easdem:
Utque novas legeret fecundis collibus herbas:
Nomine dicta ſuo, Circaea reliquerat arva.
Quae ſimul ac juvenem, virgultis abdita, vidit;
Obſtupuit. cecidere ſinu, quas legerat, herbae:
Flammaque per totas viſa eſt errare medullas.
Ut primùm valido mentem collegit ab aeſtu;
Quid cuperet, faſſura fuit. ne poſſet adire,

Cur-

tata illa, qua inſignitus eſt, clavis. & eo reſpicere videtur Feſtus in voce *anceps*, quod *ſignificare videtur id, quod ex utraque parte caput habeat*, quamvis deinde rectius a *capiendo* deducat. Burm.

337. *Rara quidem facies.*] *Faciem* unus Argent. Heins. *Facies* multi, ſed quia ſequitur *arte*, nihil movendum puto. *grata* & *gratior* Francof. & Sprotii. *Clara* & *clarior* Balliol. *rara* & *rarior* Regius.

338. *Silvas.*] *Silvasque* ſec. Palat.

339. *Longa.*] *Saepe* idem codex.

341. *Foemineâ modulatur carmina voce.*] *Molitur* Cantabrig. quod placet. ſic *nervos citharae moliri* Apulejus in Floridis. Stat. Theb. IV. 33.

Tuque o nemoris regina ſonori
Calliope, quantas populis ſolaverit urbes,
Sublata molire lyra.

Forte etiam, *flexanima voce. flexanima oratio* apud Ciceronem. *flexanimo ſono canere* apud Apulejum in Floridis. *flexanimi concentus* apud Marcianum Capellam. Heins. Vid. ad lib. XI. 154. de τῷ *moliri.*

343. *Indigenas.*] Hos Martial. I. 50. vocat *vernos apros.* Douza.

344. *Laevaque haſtilia bina gerebat.*] Libri mei & Caeleſt. *Bina ferebat.* Ciofan. *Tenebat* unus. *regebat* Palat. & tres alii.

345. *Puniceam.*] *Poeniceam.* dixi lib. XII. v. 104. Heins.

345 *Fulvo auro.*] Propriè dixit. Et mox.

Et fulvo cervix praecingitur auro.

Et I. Triſt. IV. 25.

Scilicet, ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum:
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides. Ciofan.

345. *Chlamydem comprenſus ab auro.*] In uno meo & Farneſ. *Contractus ab auro.* Sed ſequor Giſanii judicium, qui legit, *contactus.* Idem. Mire variant libri veteres. Giphanius, Indice Lucretiano in *contingere*, legit, *contactus* ex ſuis libris. Optimus Florentinus, Berneggerianus & XII. alii, *contractus.* ut de fibulâ intelligatur. primus Palatinus & alius ejusdem Bibliothecae, *concinctus.* Secundus Palatinus, *coniortus.* duodecim alii, *contectus.* Forte pro, *contextus.* ut in illo Tibulli I. I. 71.

Totus & argento contextus, totus & auro
Inſideat celeri conſpiciendus equo.

& ſic codex Thyſii. codex Urbinas & viginti circiter alii *compreſſus.* duo, *complexus.* unus, *ſuſpenſus.* In tantâ codicum diverſitate vix occurrit, quo ad veram lectionem via mihi ſtruatur. quia tamen *compreſſus* legitur in multis, forte Ovidius *conſperſus* ſcriptum reliquerit. Salmaſius in Epiſtolis lib. I. 69. *conſtrictus.* Gronovius in Obſerv. III. 18. cum ſcriptis multis, *contractus.* uterque ad fibulam referentes. Nec diſpliceret, niſi obſervaſſem gemmeas potius quam aureas Regibus fibulas ſolere adſignari. De auratis chlamydibus magis obvia res eſt quam ut exemplis debeat confirmari. *contextus auro.* ut Met. lib. VI. 160.

Veſtibus intexto Phrygiis ſpectabilis auro.

& apud Silium lib. X. 571. *Injicit velamina & auro Intextam chlamydem.* Poſſet & *connexus* legi. Heins.

348. *Reliquerat arva.*] *Antra* plerique & optimi veterum.

350. *Cecidere manu, quas legerat herbas.*] Libri mei ac nonnulli alii, *Cecidere manu, quas legerat, herbae.* quod opinor rectius, etſi illud poteſt eſſe ſimile illi Terentii: prol. Andr. 3. *Populo ut placerent, quas feciſſet, fabulas.* Ciofan. *Cecidere ſinu* prim. Gronov. Thuan. Junian. & pro diverſa lectione Bernegger. bene. ut in lib. V. 399.

Collecti flores tunicis cecidere remiſſis.

& lib. IV. Faſt. 451.

Comites accedite, dixit,
Et mecum veſtros flore replete ſinus.

Sed Medea ſic inducitur apud Valerium Flaccum libro VII. 448.

Cingitur inde ſinus, & qua ſibi fida magis vis
Nulla, Prometheae florem de ſanguine fibrae
Promit.

& mox, ——— *Titania jamque*
Gramina, Perſeasque ſinu depromere vires
Coeperat.

Onerare ſinum ſuum ſaxis apud Petronium. cap 90. Heins. *Herbas* plurimi etiam ſcripti. vid. ad I. Art. 50.

Curſus equi fecit, circumfuſusque ſatelles.
Non tamen effugies, vento rapiare licebit,
Si modo me novi; ſi non evanuit omnis
Herbarum virtus; nec me mea carmina fallunt.
Dixit: & effigiem, nullo cum corpore, falſi
Finxit apri: praeterque oculos transcurrere regis
Juſſit, & in denſum trabibus nemus ire videri;
Plurima quâ ſilva eſt, & equo loca pervia non ſunt.
Haud mora: continuò praedae petit inſcius umbram
Picus; equique celer fumantia terga relinquit.
Spemque ſequens vanam, ſilvâ pedes errat in altâ.
Concipit illa preces; & verba venefica dicit:
Ignotosque Deos ignoto carmine adorat,
Quo ſolet & niveae vultum confundere Lunae,
Et patrio capiti bibulas ſubtexere nubes.
Tum quoque cantato denſetur carmine coelum,
Et nebulas exhalat humus; caecisque vagantur
Limitibus comites; & abeſt cuſtodia regi.

Na-

351. *Errare.*] *Torrere* Palat. Oxon. & tres alii. *ardere* Baſil. & plures.

352. *Valido mentem collegit.*] *Calido* unus. *concepit* Moreti.

355. *Non tamen.*] *Non, ait, effugies* plurimi.

357. *Herbarum virtus.*] *Succus* Langerm. ut inf. 403. ſed nihil muta. vide lib. xv. 205.

357. *Et me mea carmina.*] *Nec me* meliores. HEINS.

359. *Praeterque.*] *Propterque* quartus Palatinus. vid. lib. v. Met. 159.

360. *Juſſit.*] *Eſſet* Florent. S. Marci & Neap. Forte, *Fecit*, ut ſex ſcripti. HEINS.

360. *In denſum trabibus nemus ire videri*] Haec nimis aſpera & intricata; nec dulcedinem & ſemper lenitatem illam Ovidianam ſapere videntur: quis enim haec probet; *juſſit effigiem falſi apri ire videri?* Sed en tibi alterum haud minus operoſum & intricatum. *in denſum trabibus nemus, plurima qua ſilva*; vides τὸ *trabibus* non minus redundare (quia τὸ *plurima ſilva* ſat eſt) quam illud *ire videri* nullo hic ſenſu poſitum eſſe. Quae omnia lucida & clara erunt, ſi nobiscum legas:

—— *Effigiem nullo cum corpore falſi*
Finxit apri, praeterque oculos diſcurrere regis
Juſſit; & in denſum rapidus nemus ire videri,
Plurima qua ſilva eſt.

videri figura hiſtorica, pro *videbatur*, quo nihil convenientius praecedentibus. quia enim imago tantum apri, non verus aper, ideo videbatur ire, cum revera non iret. τὸ autem *rapidus* neceſſario requiritur; ſive fugam ferae conſideres, ſive Circaei carminis vim; dictum, factum. SCHEPPER. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. Ignota debet eſſe luxuries noſtri Naſonis iis, qui contra libros ſcriptos audent ſuas conjecturas obtrudere. ter enim ſaepe idem dicere amat. ſic h. l. ℣ſ. 28.

—— *Sequerere volentem,*
Optantemque eadem, parilique cupidine captam.

vid. & lib. x. 192. & alibi. neque durum eſt *juſſit videri ire, videri* ſcilicet Regi. ut vero *denſum trabibus*, ita *arboribus* VI. Faſt. 9. & paſſim. praeterea ſi quem τὸ *videri* offendat, ille *videtur* legere poteſt auctoritate Gronoviani & duorum codicum. *videres* eſt in uno. pro *juſſit* etiam *fecit* arridebat Heinſio. quod verbum ſi placeat, nihil ſcrupuli ſupererit. in Medic. erat *juſſit & horrendum*; ex quo poſſet legi:

Juſſit. in horrendum trabibus nemus ire videtur
Plurima qua ſilva eſt &c. ut ita *Horrenda Maenala* dicit I. 216. & *horrendum iter* h. l. 122. & ſilvae & alia loca paſſim *horrenda* dicuntur; ſed praeſtat nihil movere: nam illud *horrendum* puto eſſe gloſſatoris, qui *denſum* explicabat, nam *horrere* pro denſari poni docet Barth. ad Stat. III. Th. 495. ex Gloſſis. vid. & Meurſ. ad Lycoph. 252. ita ut & *denſum* poſſet a Gloſſatore eſſe profectum. BURM.

362. *Praedae petit inſcius umbram.*] *Gratam petit* Urbin. & unus Medic. *umbras* S. Marci & alii nonnulli. HEINS.

363. *Spumantia terga reliquit.*] *Fumantia* lege ex quatuor ſcriptis. *relinquit* etiam praeſtantiores. ſic *equûm fumantia colla* Virgilio. IDEM.

365. *Concipit illa preces, & verba precantia dixit.*]

Nacta locum tempusque, per ô tua lumina, dixit,
Quae mea ceperunt, perque hanc, pulcherrime, formam,
Quae facit, ut ſupplex tibi ſim Dea, conſule noſtris
Ignibus; & ſocerum, qui pervidet omnia, Solem
Accipe: nec durus Titanida deſpice Circen.
Dixerat: ille ferox ipſamque precesque repellit:
Et, Quaecumque es, ait, non ſum tuus: altera captum
Me tenet; & teneat per longum, comprecor, aevum.
Nec Venere externâ ſocialia foedera laedam;
Dum mihi Janigenam ſervabunt fata Canentem.
Saepe retentatis precibus Titania fruſtra,
Non impune feres, neque enim reddêre Canenti:
Laeſaque quid faciat, quid amans, quid femina, diſces
Rebus, ait: ſed amans, & laeſa, & femina Circe.
Tum bis ad occaſum, bis ſe convertit ad ortum:
Ter juvenem baculo tetigit: tria carmina dixit.
Ille fugit, ſeſe ſolito velocius ipſe
Currere miratus, pennas in corpore vidit:

Se-

dixit.] Liber Caeleſtinus & unus meus, *Verba venefica dixit.* Sed alibi etiam dixit, *precantia verba.* qui verſus non admodum alienus eſt ab eo, qui legitur in impreſſis. eſt enim ſuprà lib. II. 482.

Neve preces animos, & verba precantia flectant. Ciofan. *Verba venefica* meliores magno numero. ſic contra, *verba ſalubria.* Faſt. VI. 571. Heins. *Ducit* etiam multi codices. vid. lib. XII. 203.

367. *Conſundere.*] *Suffundere* unus Heinſii. vide ad lib. I. 484. *educere* alius Heinſii. *Deducere* Cod. Menard. & quatuor alii, quod etiam verbum magicum. de quo ad Sabin. Epiſt. Paridis. ỳſ. 83. *in niveae* etiam tres. *nitidae* Thuaneus. mox, *contexere* Leidenſ.

369. *Denſatur.*] *Denſetur* Neap. Thuan. Bernegger. prim. Hamburg. Arondel. Cantabr. prim. Palat. prim. Vatic. tert. Medic. & alii quinque cum Norico. Adi Notas Faſt. III. ỳſ. 820. Heins.

371. *Et abeſt cuſtodia regis.*] *Regi* Nauger. prim. Hamburg. & quatuor alii ex noſtris. quod & in ſuis Vivianus invenerat. Epiſt. IX. 33. *Vir mihi ſemper abeſt.* & ad Druſum. ỳſ. 2.

Jam tibi dimidium nominis hujus abeſt.

Idem. *Ut abeſt* Urbin. recte ſi tollas diſtinctionem poſt *regi* & ponas poſt *comites.*

375. *Qui praevidet omnia, Solem.*] *Pervidet* prim. Palat. S. Marci, Neapol. Urbin. prim. Hamburg. & multi alii. bene. Vide Pont. I. 1. El. VII. ỳſ. 43 quae noto. hinc παντόπτης Graecis. *omnituens* Val. Flacco v. 247. Homero Ἥλιος παντ' ἐφορᾷ. *ſolem videntem deum* pari modo Apulejus dixit lib. I. Mileſ. Sol de ſe lib. IV. 227.

Omnia qui video; per quem videt omnia tellus. Lib. XIII. 852.

——— *quid non haec omnia magno*
Sed videt è coelo?

Heins. Vid. ad lib. I. 769. *providet* Oxon. & undecim alii. Vid. ad Val. Flac. II. 442.

376. *Deſpice.*] *Reſpice* Leid. Heinſius malebat, *reſpue.*

377. *Precesque repellit.*] In utroque meo & Vat. *Precesque reliquit.* Ciofan.

379. *Et teneat per longum comprecor aevum.*] In uno meo, *Deprecor aevum.* Idem. Heinſius malebat, *Dii, precor, aevum. annum* Moreti.

380. *Foedera laedam.*] *Rumpam* quinque veteres. ut Epiſt. Phaedrae, 17.

Non ego nequitiâ ſocialia foedera rumpam. Heins.

381. *Retentatis.*] *Refutatis* Baſil. *receptatis* Cantabr.

383. *Neque ait reddêre Canenti.*] *Neque enim* prim. Gronov. & ſec. Moret. bene. nam *Dixit* ſequitur. poſt Τὸ *Circe* paulo poſt tollendum verbum ſubſtantivum ex fide codicum. Heins.

386. *Ad ortus.*] *Ad Ortum* multi ex optimis. lib. V. 445.

Solis ad occaſum, ſolis quaerebat ab ortu.

387. *Ter juvenem baculo tetigit, tria carmina dixit.*] Huc ſanè facit, quod annotavit Lutatius, exponens illud Statii v. Theb. *Quater axe ſereno Intonuit.* Ubi ait: *De numero tonitruum ratio eſt: Nam omnis impar numerus proſperа ſignificat, & vivis adſcribitur: id verò quod par eſt contra infectum & mortuis datur; geminus verò, id eſt, par, quod ergo nihil agit, defunctorum eſt. Ut Virg.* Nu-

Seque novam subito Latiis accedere silvis
Indignatus avem, duro fera robora rostro
Figit; & iratus longis dat vulnera ramis.
Purpureum chlamydis pennae traxere colorem.
Fibula quod fuerat, vestemque momorderat aurum;
Pluma fit: & fulvo cervix praecingitur auro.
Nec quidquam antiqui Pico, nisi nomina, restat.

Fab. VIII. Argumentum.

Socii ejus in feras.

Socii quoque Pici, [a] *requirentes ducem, ne viribus in noxiam saevirent, contacti venenis in varias species abiere.*

INterea comites clamato saepe per agros
Nequicquam Pico, nullàque in parte reperto,

In-

mero deus impare gaudet. *Et ubique mortuis geminum, hoc est parem, adscribit numerum, vel dualem, quattuor tauros inferis mactat, ideò hic quater, quia adversum tonat, & nitidè observavit, ut seniores eo tempore dividerentur à sole, ut par numerus, qui est vivis contrarius, poneretur. Dicitur autem hic impar numerus à Pythagora repertus, & masculinae virtutis, & deorum superùm propter trinam regulam divinae rationis. Ergo hujusmodi signa contigerant, ut* quater ipso in lumine portae Subsitit, atque utero sonitum quater arma dedere. *Nam occultè Virgilius de numero coactus equi infernam infaustamque rem, id est mortem, pronunciari praedicabat.* Haec ille interpres eruditus. Ciofan.

388. *Ille fugit, sed se.*] *Ille fugit, sese currere miratus* unus Vossianus. Heins.

389. *Pennas in corpore vidit.*] *Rodit* in uno Leidensi. quod eleganter respondet sequentibus, *indignatus & iratus.*

390. *Accedere.*] *Succedere* Moreti. vid. lib. VIII. 549.

391. *Duro fera robora rostro.*] *Diro* est in multis, id est infesto, inimico; nec etiam, *fera robora* placent admodum, nisi dicta sunt ut *ferae silvae*, de quo ad Epist. IV. 38. in uno Moreti erat, *rostro fregit*, unde Heinsius conjecerat, *duro fera robore rostra regit.* ut lib. III. 853.

Furit ille, & inania duro
Vulnera dat ferro, frangitque in acumine dentes.

392. *Ramis.*] *Truncis* Ambros.

394. *Fibula quod fuerat.*] *Qua fuerat* unus Medic. *momorderat auro* etiam tert. Medic. cujus margini sequens versus erat adscriptus. mox *subito auro* Patav.

396. *Nec quicquam antiquum Pico nisi nomina restant.*] *Antiquo* Neap. Arond. & decem alii. *antiqui* rectè optimus Florentinus. ita VI. 305. *Nihil est in imagine vivi.* & *restat* castigatiores plerique. IV. Pont. II. 45.

Quid, nisi Pierides, solatia frigida, restat.
Heins. Sed & *restant* defendi potest. ut I. Trist. II. 1 *Quid enim, nisi vota, supersunt.*
Virgil. Ecl. VIII. 67. *Nihil hic, nisi carmina, desunt.* Quinctil. Decl. XII. 17. *nihil gravius quam destitutae spes torquent.* eadem diversitas in *restat* & *restant* est lib. IV. Trist. X. 85. IV. ex Pont. II. 45. Burm.

[a] *Requirentes.*] *Cum eum requirerent ne v. i. n. s. contenti in varias figuras abeunt* Colon. *Cum eum requirerent &c. in varias figuras abeunt* Micyll. *In varias ferarum species abiere mutati* Raener.

398. *Nullaque in parte.*] *Nec in ulla parte* unus Heinsii. *recepto* etiam quinque libri.

400. *Nebulas ventis ac sole resolvi.*] In nonnullis erasa vetus lectio. *recludi* Florent. S. Marci, Bernegg. Thuan. prim. Hamburg. prim. Moret. & quatuor alii. unus, *rescindi.* alius, *remitti.* Heins. *Recludi* nobis elegans videtur, de quo pluribus ad Val Flac. I. 655. agemus. *tenuaverat umbras* etiam tres scripti. *auram* unus.

401. *Premunt.*] *Petunt* Sprotii codex.

404. *Noctisque deos Ereboque, Chaoque Convocat.*] Neque illud praetereundum hoc loco, quosdam legere, *Erebonque, Chaonque*, ut sint accusativi, non ablativi, referanturque velut species, ad praecedens genus, noctis Deos. Neque repugnat declinatio. nam veteres Latini ea nomina, quae Graecè primo contractorum ordine flectuntur, ut sunt *Chaos, Melos*, &c. secundo Latinorum declinarunt.

Sic

Inveniunt Circen, (nam jam tenuaverat auras;
Paſſaque erat nebulas ventis ac ſole reſolvi)
Criminibusque premunt veris, regemque repoſcunt,
Vimque ferunt; ſaevisque parant inceſſere telis.
Illa nocens ſpargit virus, ſuccosque veneni:
Et noctem, Noctisque Deos Ereboque Chaoque
Convocat: & longis Hecaten ululatibus orat.
Exſiluêre loco (dictu mirabile) ſilvae:
Ingemuitque ſolum, vicinaque palluit arbos;
Sparſaque ſanguineis maduerunt pabula guttis;
Et lapides viſi mugitus edere raucos;
Et latrare canes; & humus ſerpentibus atris
Squalere, & tenues animae volitare videntur.
Attonitum monſtris vulgus pavet. illa paventum
Ora venenatâ tetigit mirantia virgâ.
Cujus ab attactu variarum monſtra ferarum
In juvenes veniunt. nulli ſua manſit imago.

FAB.

Sic Plautus, Captivis, dixit, *Horaeum*, *Scombrum* & *Trigona*, & *Cetum*, & *mollem caſeum*. Et Virgilius Georg. IV. 347.

Aque Chao denſos divûm numerabat amores.

MICYLL. Quidam, contra omnium veterum librorum fidem, legunt, *Erebonque*, *Chaonque*. Ego nihil muto. Nam ſenſus optimus eſt. Priore illo modo legit etiam Priſcianus lib. VI. pag. 720. exponitque ab Erebo & à Chao. CIOFAN. *Ereboque*, *Chaoque* plerique veteres. & recte. HEINS. *Chaonque* ed. priſci. vid. ad Val. Fl. IV. 123.

405. *Convocat.*] *Congemit* Gronov. prim. *Evocat* Leidenſ. ut lib. I. Amor. VIII. 17.

Evocat antiquis proavos atavosque ſepulchris.

405. *Et longis Hecaten ululatibus orat.*] In duobus Vatican. *Et magnis Hecaten*. CIOFAN. Prim. Palat. prim. Vatic. Thuan. Urbin. prim. Erfurt. aliique plurimi, *magnis*. lege, *magicis ululatibus*. HEINS. Nihil muto. lib. III. 706.

Penthea ſic ictus longis ululatibus aether
Movit. Val. Flac. III. 602. *Longas litore voces ſpargere. longus* autem & *magnus* etiam confuderunt librarii lib. VIII. 240. & alibi. BURM.

406. *Exſiliere.*] *Exſiluere* vetuſtiores. mox *arbos*, pro *arbor*, quatuor libri, ut ſaepe alias. HEINS.

407. *Ingemuitque ſolum, vicinaque palluit arbor.*] Explicandum etiam hoc loco Commentatori, ut opinor, erat, cur poſt majora poëta minora ſubjungeret, deinde quae illa vicina fuerit arbor, quae in hoc mihi notantur, ut ingenia excitem, nam ego plane haeſito. GLAREAN. Poſitum pro, *vicinae arbores*.

208. *Sparſaque ſanguineis rubuerunt pabula guttis.*] In uno meo & Caeleſt. *Maduerunt*, non *Rubuerunt*, legitur: ſed in eodem Caeleſt. & Vatic. eſt, *Gramina guttis*. CIOFAN. *Maduerunt* Moreti. Vid. lib. IV. 481.

409. *Et lapides viſi mugitus edere raucos.*] In uno Vatic. *Et lapides viſi gemitus ſunt edere raucos*. Illud rectius videtur. CIOFAN.

409. *Edere raucos.*] *Reddere* prim. Gronov. & duo alii. *edere mutos* Bonon. vid. lib. I. 732.

411. *Animae volitare videntur.*] Quaedam exemplaria *ſilentum* habent, non *videntur*. quomodo legendum intellectus poſtulat, qui à ſuperioribus dependet *monſtris*. Hoc enim ait. Et viſae ſunt tenues ſilentum animae volitare. MARIANG. ACCURS. in Diatribis. *Silentum* Neap. Urbin. prim. Pal. prim. Vat. prim. Erfurt. Arondel. & viginti circiter alii. optime. *ſilentes* pro *umbris*. ſic paſſim Poëtae, ſic Æacus *jura ſilentibus reddere* dicitur Met. XIII. 25. HEINS. Non probo illud *ſilentum*, quia ſequens etiam verſus exit in *paventum*, & ita Rhythmum faceret, quamquam nonnulla talia in Ovidio obſervare licet. *tenues* vero *animae* ſatis indicant illas eſſe ſilentum apud inferos. ita enim umbras & imagines paſſim vocant Poëtae, de quo ad Valer. Flac. V. 52. BURM.

412. *Illa paventum.*] In meo antiquiore, *Illa clientum*. CIOFAN. *Paventis* Florent. S. Marci & Bonon. HEINS. *Clientum* multi ſcripti.

412. *Attonitum monſtris.*] Heinſius correxerat olim, *monſtri*, ut & apud Silium lib. X. 370. *Attonitus viſi*. ubi vide.

415. *In juvenes veniunt.*] *Abeunt* unus Moreti. ut inf. 551. *manſit origo* Baſil. & Thuaneus.

Fab. IX. Argumentum.

Canens Pixi uxor [a] in auras.

Uxor quoque Pici [b] *Canens ſecundum Tiberim deflens deſiderio viri amiſſi extabuit.* [c] *Ita tamen ut locus memoriam nominis praeberet poſteris.* [d] *Canens enim nominatus eſt.*

PReſſerat occiduus Tarteſſia litora Phoebus:
Et fruſtra conjux oculis animoque Canentis
Exſpectatus erat. famuli populusque per omnes
Diſcurrunt ſilvas, atque obvia lumina portant.
Nec ſatis eſt Nymphae flere, & lacerare capillos,
Et dare plangorem; facit haec tamen omnia: ſeſe
Proripit; ac Latios errat veſana per agros.
Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis

Lu-

[a] *In auras.*] *In locum* Parm.

[b] *Canens ſecundum.*] Ita Raenerius edidit. ſed Veneta, *Canens deſiderio viri ſecundum Tiberim deflens canis amiſſi extabuit.* Etiam Micyll. *Caſum amiſſi deflens.* Muncker. Ut Veneta ita Parm. & Lugd. *deſiderio viri juxta fluvium Tiberim* Micyll. Colon. deinde, *caſum amiſſi deflens* etiam Colon.

[c] *Ita tamen.*] *Locusque ex eventu Canens nominatus eſt* Colon.

[d] *Canens enim.*] *Enim* deeſt Micyll.

416. *Preſſerat occiduus Tartheſia littora Phoebus.*] *Tarteſſia.* Graecis eſt Ταρτήσσος, Sed *Traphesia* S. Marci, Neap. Thuan. ſec. Pal. prim. Moret. prim. Hamburg. & decem alii. an *Tarpeſſia:* ſic enim Carteja nonnullis dicebatur. vid. Salmaſium copioſe de tota hac re diſputantem Solinianis Exercitationibus pag. 201. *Thepheſia* prim. Vatic. Oxon. & alii ſeptem. *Teſteſia* prim. Reg. Arondel. prim. Palat. & Urbin. *Cepheſia* prim. Gronov. & octo alii. Forte, *Cepheia* cum uno Mediceo. *Carthesia*, vel *Carcheſia*, prim. Baſil. & decem alii. Scribe, *Carteïa littora. Carteïa* eadem quae Tarteſſos, ut credebant veteres. Plinius libro III. cap. I. Mela lib. II. Strabo. apud Silium, lib. III. 396.

Arganthoniacos armat Carteia nepotes.

Atqui Tarteſſi rex Arganthonius ille longaevus fuerat, ut ex hiſtoriis notum. Poſſet & *Carpeſia littora* legi, nam in quatuor ſcriptis, *Carpheſia.* Καρπησίους Polybius *Carpetanos* vocat. *Carpeſii* etiam Hiſpaniae populi apud Livium. lib. XXVI. 26. ubi adeundus Gronovius. Seneca Hercule Furente, 232.

Paſtor triformis littoris Tarteſſii.

ubi optimus Mediceus liber, *Carteſii.* an *Carpeſii?* apud Claudianum Epithal. Honorii. v. 161.

Sublevat Oceani monſtrum Tarteſſia tigris.

ubi pari modo in vetuſtis membranis, *Carcheſia Tarcheſia; Carthesia, Carcheia* & ſimilia. in Martialis vetuſtis exemplaribus ubique fere *Carpeſia* pro *Tarteſſia* exaratum offendi:

Poſtera vix ſummos ſpargebat lumine montes
Orta dies.

Auſon. perioch. XI. Iliados.

Tithoni croceum linquens aurora cubile
Spargebat terras referens opera atque labores.

pro *Preſſerat* prim. Gronov. prim. Moret. prim. Hamburg. S. Marci, Neapol. Urbin. Thuan. & viginti alii, *Sparſerat.* Virgil. Æn. XII. 113. Corrigo, *Raſerat.* Adi Notas Amor. lib. III. Eleg. ult. pro vulgata tamen lectione facit Statius Theb. VII. 105.

Jam pronis Gradivus equis Ephyraea premebat
Littora.

Seneca Troad. 169.

—— *ſumma jam Titan juga Stringebat ortus.*

quo τὸ *raſerat* confirmatur. utrumque verbum à Circenſibus tractum. Noſter Amor. lib. III. Eleg. I.

Nunc ſtringam metas interiore rotâ.

Val. Flaccus *urgere* dixit libro II. 34.

Jamque Hyperionius metas maris urget Iberi
Currus. Heins. *Preſſerat* retinendum. *premere* enim ſol dicitur ea, ad quae prope accedit, vel quae ſubit. ut IX. 286.

Decimum premeretur ſidere ſignum.

id eſt, cum ſol intraviſſet decimum zodiaci ſignum.

418. *Ex-*

Lumina viderunt, inopem ſomnique cibique,
Per juga, per valles, quâ fors ducebat, euntem.
Ultimus adſpexit feſſam luctuque viâque
Thybris, & in gelidâ ponentem corpora ripâ.
Illic cum lacrimis, ipſo modulata dolore
Verba, ſono tenui moerens, fundebat; ut olim
Carmina jam moriens canit exſequialia cygnus.
Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
Tabuit; inque leves paullatim evanuit auras.
Fama tamen ſignata loco eſt; quem rite Canentem
Nomine de Nymphae veteres dixere Camenae.
Talia multa mihi longum narrata per annum
Viſaque ſunt. reſides & deſuetudine tardi
Rurſus inire fretum, rurſus dare vela jubemur.
Ancipitesque vias, & iter Titania vaſtum
Dixerat, & ſaevi reſtare pericula ponti.
Pertimui, fateor; nactusque hoc litus adhaeſi.

Fab.

418. *Exſpectatus.*] *Exſpectandus* unus Heinſii. *famulus* Cantabr. *famuli populique* quatuordecim.

419. *Diſcurrunt.*] *Succutiunt* Mediceus unus.

420. *Lacerare.*] *Laniare* Moreti unus.

421. *Seque proripit.*] *Seſe* legendum. quomodo à manu prima in quarto Mediceo legebatur. Heins.

422. *Latos per agros.*] *Latios* quatuor ſcripti. ſic ſupra, *Latiis accedere ſilvis.* dixi Faſt. II. ℣ſ. 555. Idem.

425. *Per valles.*] *Per colles* Thuan. & alius. Heinſius *calles* conjecerat; ſed *jugis* melius valles opponuntur.

427. *Et in gelida ponentem corpora ripa.*] In Caeleſt. *Corpora terra.* Ciofan. *Gelidas ripas* unus Moreti.

429. *Verba, ſono.*] *Modo* unus Moreti. ſed *ſono* habet etiam Schol. Statii lib. v. 341. vid. ſupr. XI. 636. I. Faſt. 444. & II. 94 in quibus omnibus locis eadem eſt varietas. *Nereus fundebat* Junian. *referens fundebat* duo libri.

429. *Ut olim Carmina jam moriens canit exſequialia cygnus.*] Mart. *Cantator cygnus funeris ipſe ſui.* & ipſe lib. v. Triſt. *Utque jacens ripa deflere Cayſtrius ales Dicitur ore ſuam deficiente necem.* Vide Aelianum lib. II. cap. XXXII. De Nat. animalium. Ciofan.

431. *Luctibus extremum tenues liquefacta medullas Tabuit.*] In meo & Caeleſtino, *Luctibus extremis.* Idem. Malim, *Fletibus. extremis* Florent. S. Marci. *teneras medullas*, pro *tenues*, plurimi veteres. & paulo ante, *ipſo modulata dolore*, non *ipſos dolores.* Latet mendum. an *ſpiſſos dolores.* Heins. An, *ipſo modulante dolore?* ut dolor daret modos flebilibus verbis, quae ſimul cum lacrimis prorumpebant. *teneras medullas* dixit lib. III. Amor. X. 27. *fletibus* etiam praeferrem, ſi quis codex addiceret. ita *flendo delicuit* lib. VII. 380. *lacrimis abſumitur* lib. V. 427. Burm.

434. *Veteres dixere coloni.*] *Camenae* Florentinus S. Marci, tert. Bonon. prim. Moret. prim. Hamburg. & unus Baſil. quod verum puto. nam à Camenis haec loca antiquitus habitata. Heins. Vid. lib. XV. 482.

435. *Longum narrata per annum Viſaque ſunt.*] In Neapol. eraſa vetus lectio, niſi quod, *Multaque ſunt* reſtabat. quomodo & codex S. Marci. Bernegg. *Miraque ſunt. mutata per aevum* idem S. Marci & prim. Hamburg. Metuo ne haec interpolata ſint. Heins. Vid. ad lib. XII. 167.

440. *Adhaeſi.*] Videtur Heinſius ad Claud. I. in Ruf. 35. *litus adhaeſi* conjungere. obſcure vero loquitur. ſed ſimplicius puto cum τῷ *nactus* componere. nam ſolet dativum vel ablativum (vid. IV. 27.) huic verbo dare. VI. 641. *lateri quo pectus adhaeret*; vel addere praepoſitionem. IV. 644 *vinctoque in corpore adhaeret.* licet non negem exempla accuſativi forte produci poſſe. Burm.

Fab. X. Argumentum.

Diomedis socii in aves.

[a] *Nec minus Macareus refert insolentiam sociorum erga Venerem, cum* [b] *Æneas adversus Rutulos pro Latino dimicantes ab Evandro auxilium petiisset. & quemadmodum Turnus Venulo legato à Diomede item auxilium postulasset, qui sub Dauno Japygiae rege domicilium posuisset :* [c] *negante eo, eò quòd pro Ænea* [d] *adversus Venerem stetisset, à se vulneratam inimicam haberet. Et ut comites ejus contemptu Deae cupientes proficisci in bellum, in mari* [e] *volucrum figura decepti subsiliterint. Eorum nomina haec sunt :* [f] *Agmon, Lycus, Idas, Rhetenor, Nycteus. Quae volucres albi coloris* [g] *ut cygni sunt.*

FInierat Macareus : urnâque Æneïa nutrix
Condita marmoreâ, tumulo breve carmen habebat:
Hic me Caieten notae pietatis alumnus,
Argolico ereptam, quo debuit igne, cremavit.

Sol-

[a] *Nec minus.*] *Refert Macareus Æneam adversus Rutulos pro Latinis &c. petisse* Raener. Colonienſis ita contrahit argumenta : *Ænea pro Lavinia adversus Rutulos dimicante, cum utrinque vires suas externis augerent copiis, Venulus a Turno ad Diomedem missus est, qui sub Japyge Dauno sedebat. Hic autem, excusans vires, refert quo modo comites ejus, ob insolentiam adversus Venerem, in aves Cygnis similes versi sunt.*

[b] *Æneas.*] *Venerem Aeneae adversus &c. Cum auxilium p.* Parm. Lugd. quae & *dimicantis.*

[c] *Negante eo.*] *Qui id se facturum negasset* Parm. Lugd. Micyll. Raener.

[d] *Adversus Venerem.*] *Pro Ænea Venus staret, quam in bello Trojano a se vulneratam ait. h. Refert quoque ut Diomedis comites, Veneris contemptu cupientes in illud proficisci bellum, a Dea in aves mutati sunt, quae de nomine ducis Diomedeae sunt appellatae* Raener.

[e] *Volucrum figura decepti.*] Male haec narrat Lactantius. Hiſtoriam vide apud Plin. lib. x. 44. Ælian. lib. i. cap. i. Tzetz. in Lycoph. pag. 100. Serv. ad Æneid. xi. vers. 271. Auguſt. C. D. lib. xviii. cap. 16. Schol. Homer. ad Iliad. E. 412. Anton. Liberal. cap. 37. Ariſtotel. Admirand. Auſcult. pag. 878. Ed. Caſaub. Iſidor. Orig. xii. 7. Quae autem aves iſtae ſint dubitatur. Ἐρωδιοὶ Aeliano ſunt, Ἐρωδιοὶ ἢ λάροι Tzetzae. Iſidoro forma fulicae ſimiles, magnitudine Cygnorum. Unde & ὄρνεα ὅμοια Κύκνοις appellat Tzetzes. pag. 101. ὄρνιθας μεγάλους τοῖς μεγέθεσι dicit Ariſtoteles. καὶ ῥύγχη ἔχοντας μέγαλα καὶ σκλήρα. videtur ſentire Iſidorus cum Chariſio, cui λάρος eſt fulica lib. i. Muncker.

[f] *Agmon.*] *Acmon* & mox *Rhexenor* Mſ. codex. Quae, ut magis Graeca, probanda omnino exiſtimo, nec dubito, quin ea nomina in Naſone ipſo ita etiam ſcribenda ſint. Notum & C & G quam inter ſe & facile & crebro permutentur. Ῥῆξήνωρ eſt Ἀνδρεῖος παρὰ τὸ ῥήσσειν, ut docet Schol. Homer. ad Iliad. N. vers. 324. Ceterum ut G. locum τοῦ C, ita B ſaepe locum τοῦ V, & viciſſim, occupavit. Hinc corruptus Aſconius in Argumento Prooemii Actionis in Verrem : *Quia pedestre iter ex Sicilia & propter fugitivos, & propter Verris insidias dubitabat.* Lego, *devitabat.* Certè non Ἄγμων, ſed Ἄκμων, nomen Graecum eſt. Acmonem patrem Coeli quidam fecere; unde Ἀκμονίδας ὁ οὐρανὸς in Alis Simmiae. Ubi Scholia videnda. Muncker.

[g] *Ut Cygni sunt.*] *Coloris Cygni essent* Parm. Lugd. *ut Cygni essent* Micyll. *Cygnis similes sunt* Raener.

441. *Aeneïa nutrix.*] Servius, explanans illud Virg. lib. vii. 1. *Tu quoque litoribus nostris Æneïa nutrix*, ait : *Alii Aeneae, alii Creusae, alii Ascanii nutricem volunt. Lectum tamen est in Philologis in hoc loco classem Trojanorum casu concrematam. Unde Caieta dicta est ἀπὸ τοῦ καίειν.* Ciofan.

442. *Condita marmoreo.*] *Marmorea* duo veteres, concinnius ad urnam referentes. pro *Caietam* prim. Baſil. & tres alii, *Caietem.* hoc eſt *Caieten. Taygetin* unus Palat. Heins.

443. *Notae pietatis.*] Singularis, inſignis, eximiae. Ciofan. Petron. cxi. *Matrona notae pudicitiae.*

445. *Solvitur.*] *Tollitur* ſec. Palat. male; iv. Faſt. 333. *Querno solvunt a stipite funem.*

447. *Nubilus umbrâ.*] *Umbram* unus Baſil. mox, *cum flava arena*, non *fulva*, S. Marci Florent. tert. Bonon. prim. Hamburg. & unus Voſſ. bene. imitatio eſt iſtorum Virgilianorum ex libro vii. 30.

——— *fluvio Tyberinus amoeno,*
Vorticibus rapidis & multa flavus arena,
In mare prorumpit.

Silius lib. i.

In pontum flavo descendit gurgite Tybris.

Noſter in Ibide, 138.

Dum

Solvitur herboſo religatus ab aggere funis:
Et procul inſidias, infamataeque relinquunt
Tecta Deae, lucosque petunt, ubi nubilus umbrâ
In mare cum flavâ prorumpit Thybris arenâ.
Faunigenaeque domo potitur natâque Latini;
Non ſine Marte tamen. bellum cum gente feroci
Suſcipitur; pactâque furit pro conjuge Turnus.
Concurrit Latio Tyrrhenia tota: diuque
Ardua ſollicitis victoria quaeritur armis.
Auget uterque ſuas externo robore vires:
Et multi Rutulos, multi Trojana tuentur
Caſtra. neque Æneas Evandri ad limina fruſtra,
At Venulus magnam profugi Diomedis ad urbem
Venerat. ille quidem ſub Iäpyge maxima Dauno

Moe-

Dum Tiberis flavas Thuſcus habebit aquas.
ita enim ſcripta exemplaria; non *liquidas aquas. flavus Tyberis* perpetuum epitheton ejus fluvii. ita paſſim Noſter aliique. reddidimus Naſoni eam vocem in Ibide Vſ. 138. Triſt. v. El. 1.

Quot frutrices ſylvae, quot flavas Tybris arenas.
Statius Silv. IV. 5.

Continuo dextras flavi pete Tibridis oras.
Feſtus Avien. Deſcr. Orb. 493.

Per quas flaventes Tibris pater explicat undas.
Claudian. Conſ. Olyb. 220. ubi agit de Tibri:

—— *Taurina levantur*
Cornua temporibus flavos ſudantia rivos.

ubi *raucos* perperam circumfertur. Heins. *Convulſa arena* unus Baſil. vid. lib. XI. 499.

450. *Non ſine.*] *Nec ſine* Vatican.

452. *Concurrit.*] *Occurrit* duo libri. etiam non male. nam & hoc verbum belli eſt. Noſter III. Amor. XII. 12.

Quodve putem ſidus noſtris occurrere fatis?
Quosve Deos in me bella movere querar?

Propert. I. XX. 30.

Saepe imprudenti fortuna occurrit amanti.

vide tamen ad libr. VII. 30. Burm.

454. *Externo robore.*] *Milite* tres. *corpore* unus.

455. *Trojana tuentur Caſtra.*] *Sequuntur Caſtra* Moreti liber. non male. ita ſupra ex Mſſ. XII. 320.

Fruſtra nulla arma ſequentem.

& V. 91.

Neutra arma ſecutum.

VII. 377.

Vetitumque aetate ſenatum.
Arma ſequi.

III. Amor. VIII. 26.

Sed trepidas acies & fera caſtra ſequi.

ubi vide Heinſ. Burm.

456. *Evandri ad moenia fruſtra.*] *Evandri moenia* unus Baſil. & unus Voſſ. *ad Evandri* duo. pro *moenia* multi ex antiquis, *limina*: nam *moenia* mox ſequitur. Scribe,

—— *neque Æneas Evandria limina fruſtra*
Venerat.

nam Τὸ *ad* mox ſequens ſubintelligitur. ſic *Evandrius enſis* apud Virgilium lib. X. 493. *Mons Evandrius* apud Claudian. VI. Conſ. Honor. II. Stat. XVII. Conſ. Domit. *Evandrius collis* Prudentio I. contr. Symmach. *Curia Evandria* de Carmente Silius lib. XIII. 816. *Evandria mater Haec fuit* idem lib. VII. 18.

Qui Carmentis opes & regna Evandria ſervas.

apud Marcian. Capellam lib. VI. *Catillus praefectus claſſis Evandriae. Venire* cum quarto caſu conjunctum non addita praepoſitione etiam Maroni familiare eſt, ut in illo lib. I. 2.

Italiam fato profugus Lavinia venit
Littora.

Claud. bell. Getic. 73.

—— *Nec pervenere juventae*
Robur Aloiadae.

Sil. lib XIII.

His laeti rediere duces loca amoena piorum. Heins.

457. *At Venulus fruſtra.*] *At Venulus magnam* Florent. S. Marci & tres alii. recte, niſi quod malim, *Ut Venulus.* nam S. Marci, Urbin. Neap. aliique nonnulli *Et.* plures cum Oxon. *Sed.* Virgil. I. XI. 226.

Ecce ſuper moeſti magna Diomedis ab urbe
Legati reſponſa ferunt.

maxima moenia Noſter ipſe paulo poſt appellat. quare non admitto lectionem plurimorum veterum *ad arces*, pro *ad urbem.* ſed & vulgatum *magni Diomedis* bene ſe habet. Virgilius libro VIII. 9

Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem.

Sed & codices nonnulli vetuſti in loco paulo ante ex libro Æneidos XI. adducto, *magni Diomedis ab urbe*

Moenia condiderat, dotaliaque arva tenebat.
Sed Venulus Turni poſtquam mandata peregit,
Auxiliumque petit; vires Ætolius heros
Excuſat. nec ſe ſoceri committere pugnae
Velle ſui populos: nec, quos è gente ſuorum
Armet, habere viros. Neve haec commenta putetis;
(Admonitu quamquam luctus renovantur amaro)
Perpetiar memorare tamen. poſtquam alta cremata eſt
Ilion; & Danaas paverunt Pergama flammas;
Naryciusque heros, à virgine, virgine raptà,
Quam meruit ſolus, poenam digeſſit in omnes;
Spargimur: & ventis inimica per aequora rapti,
Fulmina, noctem, imbres, iram coelique marisque
Perpetimur Danaï, cumulumque Capharea cladis.

Neve

urbe agnoſcunt. HEINS. *Magnae* urbes paſſim a Noſtro metropoles vocantur. vid. XI. 137.

457. *Ad urbem.*] In meo, *urbes* numero multitudinis. in Vatican. *ad arces.* CIOFAN. De Diomedis in Italiam adventu, deque ejus morte & ſociis in aves mutatis vide Anton. Liberal. Metam. XXXVII. qui ab Ovidio in diverſa abit.

458. *Ille quidem ſub Iapyge maxima Dauno Moenia condiderat.*] Iapyx & Daunus idem ſunt. Ita inferius 510. utrumque conjunxit, *Et Iapygis arida Dauni, &c.* Ita quoque VI. Faſt. 76. dixit *Apulum Daunum.*

Et generum Oeniden, Apule Daune, tuum.
Quomodo etiam Horat. IV. Od. XIV. 26.

Qui regna Dauni perfluit Apuli. CIOFAN.

461. *Auxilium petiit.*] *Auxiliumque petit*, rectius e vetuſtioribus multi. HEINS.

462. *Nec ſe aut ſoceri.*] Multi veteres omittunt τὸ *aut*, & pro *aut* verſu proximo *nec* agnoſcunt. IDEM

462. *Committere pugnae.*] *Bello* prior Gronov. & nonnulli alii.

464. *Habere ullos, neve haec commenta putetis.*] In uno Vatic. & meo legitur, *Habere viros, &c.* CIOFAN. *Viros* Florent. S. Marci, ſec. Palat. prim. Baſil. Arondel. & viginti praeterea alii bene. HEINS.

465. *Luctus renoventur amari.*] *Renovantur amaro* bene prim. Gronov. quod ipſum & alii nonnulli agnoſcunt. IDEM. Vide ad Epiſt. XVIII. 115. mox, *perpetiar renovare* Bonon & Neapol. Ovidiana repetitione.

467. *Ilion.*] *Ilios* plurimi.

467. *Et Danaas paverunt Pergama flammas.*] In eodem meo, *Et Danais patuerunt Pergama dextris.* Quae lectio non videtur improbanda: nam numerus eſt optimus, & ſententia non ſpurda. CIOFAN. *Danais paverunt P. dextras.* Flor. S. Marci, prim. Gron. Arg. & duo alii.

468. *Naritiusque heros.*] *Naryciusque*, hoc eſt, Locrenſis. Ajacem enim Oilei innuit. HEINS. *A templo virgine rapta* tres Medic. & unus Heinſii. *Pallade rapta* Voſſian. Heinſius conjiciebat, *a Pallade virgine rapta.*

469. *Digeſſit.*] *Disjecit* Politian. Gronov. & octo alii. & margo Gryph. & Berſm. vid. lib. XII. 21.

470. *Et ventis inimica per aequora rapti.*] In eodem meo, *Per aequora victi.* CIOFAN. Ita & octo alii.

471. *Fulmina.*] *Fulgura* prim. Erfurt. alter Regius & unus Leid. pro *imbres* prior Twisdenius, *hyemes*, id eſt, tempeſtates. ſed nihil mutandum. Dict. Cretenſ. lib. VI. cap. 1. in hac ipſa navigatione: *Multa imbribus ventisque, & ob id ſaeviente mari indigna experti* HEINS. Virgil. III. 194. & V. 11.

Caerulens ſupra caput adſtitit imber
Noctem hiememque ferens

473. *Referens.*] *Referam* fere omnes.

474. *Quoque flenda.*] *Miſeranda* unus Moreti.

475. *Cura Minervae.*] Locutio Graeca. Vide, quae dixi lib. I. ad illum locum, *Cura Dei.* CIOFAN. *Armigerae* novem ſcripti.

476. *Patriis ſed rurſus ab agris Pellor.*] In eodem lib. *Patriis & rurſus, &c.* Malè. Natus error, quia librarii veteres *ſet*, per *t* ſcribebant, poſtea omiſſo *s* factum eſt &. Sic quoque depravatus locus Ciceronis ad Atticum lib. XIII epiſt. V. *Colloquere tu quidem cum Silio, ut ſcribis, & urge.* Legendum, *ſed urge*: qua in ſententia eſt etiam Muretus. CIOFAN.

476. *Ab agris.*] *Ab Argis* multi veteres. & recte nam Diomedes Argis imperarat. Tydeus enim Adraſti filiam duxit cum in exilio eſſet, & Argis vixit, hinc *patriós Argos* vocat. & ſic citat Servius Cujacianus vulgatis auctior ad lib. XI. Aeneid. cujus excerpta penes me ſunt. ſic & apud Auſon. Epitaph. Heroum c. VI.

Cri-

Neve morer referens triſtes ex ordine caſus;
Graecia tum potuit Priamo quoque flenda videri.
Me tamen armiferae ſervatum cura Minervae
Fluctibus eripuit. patriis ſed rurſus ab agris
Pellor: & antiquo memores de vulnere poenas
Exigit alma Venus: tantosque per alta labores
Æquora tuſtinui, tantos terreſtribus armis;
Ut mihi felices ſint illi ſaepe vocati,
Quos communis hiems, importunisque Caphareus
Merſit aquis: vellemque horum pars una fuiſſem.
Ultima jam paſſi comites belloque fretoque,
Deficiunt; finemque rogant erroris. at Acmon
Fervidus ingenio, tum verò & cladibus aſper,
Quid ſupereſt, quod jam patientia veſtra recuſet

Fer-

Crimen ob uxoris pulſus dotalibus Argis. Simile mendum ſuſtulimus Faſt. v. ỳſ. 651. Sinon apud Virgilium, II. Aen. 45.

Si patrios unquam remeaſſem victor ad Argos. & libro XI. 269. in oratione Diomedis, ut quidem in nonnullis membranis exaratum eſt,

—— *patriis ut redditus Argis*

Conjugium optatum & pulchram Calydona viderem. Nam vulgati, *patriis oris.* Statius lib. III. Silv. II. 23.

Ergo age ſeu patrios, liber jam legibus, Argos Incolis. Sed placet Florentini omnium optimi codicis & aliorum quorundam ſcriptura, *patriis aris* exhibentium. Stat. Theb. VI. *Nequicquam hunc Patriis audax promiſerat aris.* & ſic meliores libri in Maronis loco, ubi plura. Heins. Semper fere in his vocibus *agris, argis, oris, aris* aberrarunt librarii. vid. I. Amor. III 5. mihi vero etiam *patriis aris* placet. Sil. XIII. 81.

Patrias demiſit ad aras;

ut ibi legendum eſt. Catul. Epith. Pel 132.

Siccine me patriis avectam, perfide, ab aris. ubi etiam *oris* vulgo legebatur. reddenda & ea vox Stat. Achil II. 361.

Quid ſi nunc aliquis patriis rapturus ab aris? oris ibi circumfertur. Burm.

478 *Exigit alma Venus.*] Caute tangit impudicitiam uxoris Aegialeae, quam in adulterio deprehenſam exoſus fugiebat.

479. *Tantos terreſtribus*] *Quantos* Urbinas.

481. *Importunusque Caphareus.*] *Importunisque* cum Barberiniano & Langermannniano Heins

482. *Vellemque horum pars una fuiſſe.*] *Fuiſſem* cum S. Marci, Bernegger. prim. Hamb. aliisque multis. *vellemque chori* unus meus ex veterrimo deſcriptus. vide annotata noſtra ad Maron Aeneid. VI. ỳſ. 204. Idem. De *choro* vid. Heins. ad Claud. VI. Conſ Hon. 422.

483. *Belloque fretoque.*] Caeleſt. *Ferroque marique.* Ciofan. *Belloque marique* duo libri Heinſii. *deſtituunt* etiam unus.

484. *Finemque rogant erroris.*] In meo, Urſini, & Capranic *Finemque rogant terroris.* Errandi cauſſa librario fuit ultima litera verbi *rogant*, quam ſine cauſſa geminavit. Sic in antiquiſſimo omnium Virgilii libro, qui in Vaticana Bibliotheca adſervatur, *Allias ſerpillumque.* Tale quippiam accidit quoque illi Ciceronis lib. XIV. Fam. Ep. 4. *Salluſtius*, inquit, *officio vincet omnes ſpes; Cennius eſt perbenevolus nobis.* Quod cùm alii viri docti, inter quos, ſummum Europae decus, amicus meus, Petrus Victorius, depravatum eſſe vidiſſent & nihil ſignificare; ex, *Spes Cennius*, rectè fecerunt, *Peſcennius*, hoc modo: *Salluſtius officio vincet omnes; Peſcennius eſt perbenevolus nobis.* Atque, quin ea vera ſit lectio, dubitari non oportet. Ita quoque erratum eſt in fragmento aereo legis Serviliae de pecuniis repetundis, quod eſt apud Fulvium Urſinum, in quo haec verba ita inciſa leguntur: *Quei vivent eorum majorei partis ſatisfactum erit.* Contrà, cùm dictiones duae occurrerent, quarum altera in ultima ſyllaba in litteram deſinebat, quae ſequentis dictionis principium eſſet, primam litteram interdum omittebant. Ut in illo ejuſdem Ciceronis ad Attic. lib. V. epiſt. 21. *Nam quas Hermioni centurioni Scamulae.* Quo in loco jampridem admonuit politiſſimus, & in his rebus diu multumque verſatus, Paullus Manutius, legendum ſibi videri, *Centurionis ſcamulae.* Cujus opinionem probant viri undecumque doctiſſimi, M. Antonius Muretus Fulvius Urſinus & Petrus Angelius Bargaeus. Hujus rei exempla, cùm in aliis libris ſcriptis, tum in Pandectis Florentinis, ſatis multa leguntur. Ex hoc etiam fonte videtur emanaſſe illud Ciceronis lib. VII epiſt. 3. ad Attic. *Tribunos valentes, additio C. Caſſio.* Et enim legendum, *Caſſio* absque praenomine. Idque viderunt Corradus

Ferre, viri? dixit. quid habet Cytherea, quod ultra
(Velle puta) faciat? nam dum pejora timentur,
Eſt in vota locus: ſors autem ubi peſſima rerum,
Sub pedibus timor eſt, ſecuraque ſumma malorum.
Audiat ipſa, licet; licet, ut facit, oderit omnes
Sub Diomede viros; odium tamen illius omnes
Spernimus, & magno ſtat magna potentia nobis.
Talibus invitam Venerem Pleuronius Acmon
Inſtimulat verbis; veteremque reſuſcitat iram.
Dicta placent paucis. numeri majoris amici
Acmona corripimus: cui reſpondere paranti
Vox pariter, vocisque via eſt tenuata: comaeque
In plumas abeunt: plumis nova colla teguntur,
Pectoraque, & tergum: majores brachia pennas

Ac-

& is, quem modò nominavi, Manutius. eodem modo erratum initio Caeſaris libri primi de Bello Civili: *Litteris à Fabio C. Caeſaris Conſulibus redditis.* Pariſienſes, ut huic loco medicinam facerent, ediderunt, *à C. Fabio Caeſaris*, licenter. Ego cum iis facio, qui legendum putant: *Litteris à Fabio Caeſaris, &c.* Conſueviſſe autem Caeſarem, cùm de ſe loquitur, nunquam praenomen addere, & vir ſpectatae eruditionis atque in veteribus libris emendandis exercitatus, amicus meus, Aldus junior, hoc ipſo in loco litteris mandavit, & ego etiam obſervavi. Quod autem ad Diomedis comites in aves mutatos pertinet, lege Aelianum de Hiſtoria Animalium lib. I. cap. I. Auguſt. de Civitate Dei, Plinium lib. X. cap. 44. Servium lib. XI. Aeneid 273. haec interpretantem:

Fluminibusque vagantur aves, (heu dira meorum
Supplicia) & ſcopulos lacrimoſis vocibus implent.

CIOFAN.

484. *Agmon.*] Nonnulli, *Acmon.* quod nomen Graecum eſt. ſic *Pyracmon* in veterrimis codicibus apud Virgilium: & *Acmonides* apud Noſtrum Faſt. IV. *Progne, Procne, Cygnus, Cycnus.* & ſimilia. apud Virgilium quoque in optimis exemplaribus eſt *Acmon.* HEINS.

485. *Fervidus ingenio.*] *Ira ſibi ingenita* Leid. unus pro varia lectione.

486. *Patientia noſtra.*] *Veſtra* plerique caſtigatiores bene. HEINS.

489. *Eſt locus in voto.*] *Eſt in vota locus* Thuan. & duodecim alii. rectius. *Fors* pro *ſors* tres ſcripti. IDEM.

490. *Summa malorum.*] *Cura* Cantabr. vid. lib. II. 627.

491. *Licet, & quod facit, oderit omnes.*] *Licet, licet ut facit, oderit omnes*, nervoſius alter Thuan. unus meus & unus Mediceus. etiam Arondelianus, niſi quod in illo *ut facit* erat omiſſum. *quin quod facit*, vel, *qua quod facit* Bernegg. *quam quod* prior Hamburg. *vel quod* prim. Moret. & prim. Bonon. *τὸ licet* geminare neglexerat librarius. hinc natae tot lectiones. HEINS.

492. *Odium tamen illius omnes Spernimus*] In eodem meo, *Sprevimus*, praeteriti temporis. CIOFAN.

492. *Et magno ſtat magna potentia nobis.*] *Tanta potentia nobis* unus Moreti & alter Thuan. *parvo ſtat* ex veteri libro notarat Politianus & Vivianus. quomodo prim. Moret. & decem alii ex noſtris. lege, *& parvo ſtat tanta potentia nobis.* poteſt & *magna potentia* ferri. Vide quae de hoc loco à nobis dicta ſunt lib. V. vſ. 373. & de Veneris intellige potentia. malim etiam, *odium tamen illius omne Spernimus.* Hoc vult, ſocios ſuos ſuperiores eſſe omni Veneris inſultu. HEINS. *Et damno ſtat* unus Leidenſis pro varia lectione.

494. *Iratam Venerem.*] *Invitam* meus chartaceus ex vetuſto deſcriptus, & pro diverſa lectione Zulichemianus. placet. quia *iram* ſequitur. HEINS.

494. *Pleuronius Acmon.*] *Pleuronius heros* duo libri.

495. *Veterumque reſuſcitat iram.*] In uno Vatic. *Veteremque reſuſcitat iram.* In alio, Capran. & meo, *Stimulisque reſuſcitat iram.* CIOFAN. *Stimulisque* etiam nonnulli. *Stimulosque* tert. Medic. *Stimuliique* alius.

497. *Reſpondere volenti.*] *Paranti* Urbin. Neapol. & unus Medic. HEINS.

498. *Vocisque via.*] Superius dixit, *Vocis iter.* Lucretius:

—— *Et ulceribus vocis via ſepta coibat.* CIOFAN.

499. *Plumis quoque colla teguntur.*] Rectius *nova colla*, ut Mſſ. habent quipiam. MARIANG. ACCURS. In Diatribis. *Nova colla* S. Marci, utrique Thuan. prim. Gronov. prim. Moreti. prim. Hamburg.

Accipiunt : cubitique leves ſinuantur in alas.
Magna pedum digitos pars occupat : oraque cornu
Indurata rigent : finemque in acumine ponunt.
Hunc Lycus, hunc Idas, & cum Rhetenore Nycteus,
Hunc mirantur Abas : & dum mirantur, eamdem
Accipiunt faciem : numerusque ex agmine major
Subvolat, & remos plauſis circumſonat alis.
Si volucrum quae ſit ſubitarum forma requiris;
Ut non cygnorum, ſic albis proxima cygnis.
Vix equidem has ſedes, & Iäpygis arida Dauni
Arva gener teneo, minimà cum parte meorum.

Fab.

burg. & decem alii. quod amplector. Heins. Vid. ad lib. iv. 499.

500. *Majores brachia pennas Accipiunt : cubitique leves tenuantur in alas.*] Hic locus videtur contrarius eſſe huic, de quo paulo ante admonuimus, brachium eſſe manui proximius quàm lacertum, ſanè *cubitum* hic pro lacerto accipitur opinor. Sed licentiâ poëticâ haec confuſa videntur. nam libro primo de Daphne videtur ordine recto, quanquam retrogrado, dixiſſe, *laudat digitosque, manusque, brachiaque, & nudos media plus parte lacertos*, quanquam eo in loco Raphaël mulierum Romanarum habitum a poëta deſcribi putat. at id ego non exiſtimo, quin virginis venatricis mores expreſſos exiſtimarim potius. Glarean.

501. *Cubitique leves ſinuantur in alas.*] In Vatic. & Caeleſt. *Curvantur in alas.* Ciofan. *Curvantur* omnes fere antiqui; niſi quod nonnulli; *tenuantur.*

502. *Magna pedis.*] *Magna pedum* prim. Moreti & ſex alii.

504. *Hunc Idas.*] Ita libri veteres. quidam legunt, *Hunc Iolis.* ubi autem id legatur non afferunt. quare nihil muto. Ciofan.

505. *Hunc miratur Abas.*] *Mirantur* ſec. Vatic. quod ſequentia confirmant. Heins. Et ita Francof.

506. *Accipiunt faciem.*] Modo praeceſſit *pennas accipiunt*, quare cum priore Gronoviano & duobus aliis legerem, *traxerunt faciem.* ita lib. i. 412.

——— *Saxa*,
Miſſa viri manibus, faciem traxere virilem.

ubi plura notavimus; *aſſumit faciem* unus Heinſii, ut lib. xii. 1. *formam* duo libri. Burm.

507. *Subvolat, & remos plauſis circumvolat alis.*] *Circumſonat* diu eſt quod legendum vidi, ne bis eodem verbo uteretur. quomodo poſtea in ſec. Pal. ſcriptum offendi. alibi *ſtridentes alas* dixit.

——— *latum Nereus circumſonat orbem.*

libro i. 185. pro *ſubvolat* multi ex vetuſtioribus, *ſevolat.* ſed fruſtra. infra, 577.

Subvolat, & cineres plauſis everberat alis. Heins.

508. *Volucrum dubiarum.*] *Subitarum* Thuan. Arondel. prim. Gronov. prim. Baſil. ſec. Pal. & ſedecim alii. probe. de dubiis avibus ſunt nugae, cum in erodios ſint mutati. ut pluribus in commentario noſtro adſtruemus. Epicedio Druſi, 110.

OEniden ſubitae concinuiſtis aves.

In Ibide, 276.

Quam cui ſunt ſubitae frater & uxor aves. Idem.

509. *Ut non Cygnorum.*] Sic & Lycophron. de Diomedeis avibus:

Οἱ θαλασσίαν,
Δίαιταν αἰνήσουσι πορκέων δίκην
Κύκνοισιν, ἐνδαλθέντες εὐγλήνοις δομὴν.

Plinius quoque lib. x. cap. 44. & Solinus candidum iis colorem adſignant, ac nusquam gentium reperiri, niſi in ſola Apuliae vicina inſula aſſeverant, ubi Diomedis exſtat tumulus. iidem multa alia de his avibus enarrant. de candido colore etiam alii ſcriptores conſentiunt, de forma non item. has ἐρωδίους vocant Graeci. ſic praeter Ariſtotelem περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων Antigonus Caryſtius Hiſt. Mirab. cap. clxxxviii. Ælianus Hiſt. Animal. lib. i. cap. i. Auctores uno conſenſu tradunt has aves in Diomedeâ inſulâ frequentes eſſe, ac Graecos eò accedentes benigniter ab iis haberi, infeſtari Barbaros. Videantur praeter auctores jam nominatos Auguſtinus de Civitate Dei lib. xviii. cap. 16. Iſidorus lib. xii. Originum. cap. 7. Strabo lib. vi. Serv. ad Virg. lib. xi. 280. Stephan. de Urbib. Idem.

510. *Arida.*] *Ardua* octo libri; ſed *arida* rectum. ita Avien. Deſcr. Orb. 125.

Arenti tenduntur Iapyges agro. Burm.

510. *Gener Iapigis Dauni.*] Hoc idem ex eo: quem pauliò ſuprà citavimus, verſu perſpicuè patet,

Et generum Oeniden Apule Daune tuum. Ciofan.

a *Dau-*

Fab. XI. Argumentum.

Appulus paſtor in oleaſtrum.

[a] *Dauniae regionis* [b] *locum arboribus obumbratum* [c] *Pan Mercurii filius tenuit: quem poſtea Nymphae* [d] *coluerunt. Has paſtor Appulus cum procacibus maledictis terruiſſet,* [e] *ne amplius linguam in propatulo haberet; numine earum in arborem oleaſtrum extabuit,* [f] *cujus fructus ſuo amarore linguae paſtoris aſperitatem refert.*

HActenus Oenides. Venulus Calydonia regna,
Peucetiosque ſinus, Meſſapiaque arva relinquit.
In quibus antra videt: quae multâ nubila ſilvâ,
Et levibus guttis manantia, ſemicaper Pan
Nunc tenet; at quodam tenuerunt tempore Nymphae.
Appulus has illâ paſtor regione fugatas
Terruit; & primò ſubitâ formidine movit:
Mox, ubi mens rediit, & contemſere ſequentem;

Ad

[a] *Dauniae.*] Ita non ſum veritus reſcribere, cum *Daunae* exhiberet MS. Perperam *Laviniae* Edd. quas videre licuit. Muncker. *Laviniae* Parm. Lugd. Raener. Micyll. qui in margine, *Dauniae* hoc argumentum ita Colonienſis Ed. habet. *Appulus paſtor Dauniae regionis, eo quod Nympharum choris agreſti ſaltu illuſit, & obſcaena convitia addidit, in arborem Oleaſtrum transfiguratus eſt.*

[b] *Locum.*] Forte, *lucum.* Curt. Lib. IX. 1. *Nemus opacum arboribus.* Et, *ſylvae arboribus umbroſae.* Muncker.

[c] *Pan Mercurii filius.*] Ex Penelope puta. Herodotus Euterpe: *Pani vero Penelopes: ex hac enim & Mercurio natus Pan eſſe dicitur à Graecis.* Quia Mercurii filius Pan, πολυπάτωρ à Theocrito audit in Syringe: ſed alii ex Penelope & Mneſteribus natum dixere. unde & ἀπάτωρ ἤγουν πολυπάτωρ ibidem vocatur. Pediaſimus in illud poëmatium: Πηνελόπης καὶ τῶν Μνησήρων ὁ Πὰν, ἐξ οὐρίων εἴτουν ἀνεμαίων γάμων κατὰ μυθώδη τερατείαν σπαρείς. Sed copioſè de genere Panos Natalis Lib. V. cap. 6. ut nihil neceſſe ſit multa à me heic corradi. Corrigam potius Natalem. Ait ille inter alia: *Alii Penelopes & Ulyſſis filium putarunt: alii ex Æthere ſive Nereïde natum inquiunt.* *Æther* non eſt Nereïs. Scribendum, *ex Æthre* vel *Æthrâ. Æthra* autem Oceanitidum in numero cenſetur. Vide quae annotavi ad Hygin. noſtri Aſtron. Lib. II. cap. 21. Idem.

[d] *Coluerunt.*] MS. & Vett. edd. *occuluerunt.* Sed perperam. Idem. *Occuluerunt* Parm. Lugd. Micyll.

[e] *Ne amplius.*] *Itaque ne amplius* MS. & Veneta. Nec putandum aliter ſcriptum fuiſſe à Lactantio. Vide quae dixi ad Fab. VII. Lib. I. Muncker.

[f] *Cujus fructus &c.*] Pro his MS. & Vett. edd. *Et ita factus eſt.* Muncker. Et ita Parm. Lugd. Micyll.

512. *Puteolosque ſinus.*] Puteolos a puteorum olore, id eſt, malo odore dictos exiſtimat Stephanus, atque eſſe compoſitum nomen. Feſtus non compoſitum, ſed vel a *puteo* verbo, id eſt foeteo, derivatos, propter olidum aquae putorem, vel a *puteis* arbitratur, quorum ibi eſſet multitudo, ut olidas illas aquas exciperent, ſed advertas velim Feſti codicem eſſe corruptum. Const. Fan. *Pauceſioſque ſinus* legunt viri docti. Alii, *Puteolosque.* In meo, *Plauceioſque.* In uno Vatic. *Pleurinosque.* In alio, *Pleurosque.* In Caeleſt. *Pleuniosque.* Ex tam magna librorum varietate & diſcrepantia priorem veriorem puto. Ciofan. Nullus vero codex inter ſe conſentit, ſed omnes fere diverſa lectionum monſtra exhibent. ſed *Peucetios* rectum eſſe conſtat, quia Japygibus, Dauniis, Meſſapiis etiam Peucetii miſcentur, ut ejusdem originis: nam Lycaonis filii fuere Japyx, Daunius & Peucetius, qui has oras occuparunt; Anton. lib. XXXI. ubi & fabulam de Nymphis Epimelidibus narrat, non multum ab hac Ovidii diſſimilem, ſed, ut apparet, ex aliis auctoribus repetitam. vid. & Servium ad Virg. VIII. Aen. 9. Burm.

515. *Et levibus guttis manantia ſemicaper Pan Nunc tenet.*] In Caeleſt. & meo, *Et levibus cannis.* Ciofan. *Levibus cannis* S. Marci, Neapol. prim. Vatican. tert. Medic. alii tredecim, & pro diverſa lectione Bernegger. & Arondel. lege, *levibus ſtagnis manantia.* nam in exaratis libris *ſtannum* pro *ſtagnum* frequenter ſcribitur. ita Noſter fere ſemper dat rivos antris. ſupra lib. XI. in deſcriptione Somni atque ita alibi paſſim, ſi attendas. Virgil. *manantia fon-*

Ad numerum motis pedibus duxere choreas.
Improbat has paſtor: ſaltuque imitatus agreſti
Addidit obſcaenis convicia ruſtica dictis.
Nec prius obticuit; quam guttura condidit arbor:
Arbore enim ſuccoque licet cognoſcere mores:
Quippe notam linguae baccis oleaſter amaris
Exhibet. aſperitas verborum ceſſit in illas.

Fab. XII. Argumentum.

Naves Aeneae in Nymphas.

Turnus, adverſus Æneam pro Laviniâ ſponſâ dimicans, cum immittere ignem claſſibus conaretur, [a] *Mater Deûm, quia ex Idâ monte Phrygiae ſacrato eſſent factae,* [b] *impetratis precibus ab Jove, in Nympharum ſpeciem* [c] *illas convertit,* [d] *utque dearum marinarum numerum augere poſſent effecit.*

Hinc

fontibus antra in Culice. & in Æn. *Roſcida rivis Hernica ſaxa.* Apulej. Met. IV. *Roridi ſpecus. levia* autem *ſtagna*, ut *leves rivi*, in Culice. vſ. 147. paulo ante, *relinquit* pro *reliquit* cum plerisque melioribus. Heins. Iſthanc vocem *cannis* in ſeptemdecim Mſſ. codd. reperiri adfirmat recens Ovidii reſtaurator: ſed id ſi verum eſſe ponamus, tunc pro *manantia* legendum omnino fuerit, *nutantia*: de quo, ſi quid video, nemo tecum tria verba commutabit. At quod Vir Cl. legendum ait, *levibus ſtagnis manantia*, metuo ne novitatis amor id ab eo expreſſerit. Quis enim unquam *levia ſtagna* appellavit? Dicet aliquis eſſe apud Horatium *mobiles rivos*, fateor, ſed aliud quaerimus, *levia ſtagna* ſcilicet. Deinde, cum vulgati libri habeant, *levibus guttis manantia*, quae lectio & elegans eſt, & rerum naturae convenit, non fuit cur aliud quaereretur: nam id, quod ait Poëta, omnibus fere antris, praeſertim quae ſaxea ſunt, accidit, ut *uberibus guttis fleant.* Quin & illae guttulae in ſtirias interdum abeunt, & dependulae cameram antri praetexunt ob vim ſaxificam lapidis. Itaque ſeptemdecim illi Mſſ. ludibrium debent & judicium conſulere oportuit. Tan. Faber. Lib. II. Ep. 69. Nec mihi *ſtagna* illa *levia* admodum placent, cum in antris aquae quidem gutatim defluentes ſint, & ita rivi poſſent dici; ſed illos *ſtagna* vocare Papiniano magis tumori, quam Ovidianae ſimplicitati conveniret. *guttas* ergo non facile repudiarem. ita v. Faſt. 661. *Vivo rorantia ſaxo antra.* ubi & *leves aquae* ſequuntur. Columella lib. X. 267.

Antraque Caſtaliis ſemper rorantia guttis.

roris enim modo guttae illae decidunt ex ſaxo. in uno Baſil. erat, *juncis*, in alio, *toſis.* quod videtur ex libro III. 160. repetitum. Burm.

517. *Has illa paſtor.*] *Has Nymphas* Medic. tert. & Vatican. forte, *hac Nymphas paſtor regione fugatas.*

519. *Sequentem.*] *Sequacem* Baſil.

520. *Ad numerum motis pedibus.*] Ita ſcripti. metuo tamen, ne *motis manibus* à Naſone fuerit exaratum. Vide Notas Rem. Am. vſ. 334. Heins.

521. *Improbat has paſtor.*] *Appulus has culpat* tres ſcripti. *Increpat* unus Baſil. mox pro *Addidit*, Thuan. *Addit &c.* & pro *imitatus* idem cum duobus Moreti & ſex aliis, *imitatur.* Scribendum fortaſſe,

Improbus has paſtor ſaltuque imitatur agreſti,
Addit & obſcoenis convitia ruſtica dictis.

nam illud *Improbat* hic prorſus frigidum eſt. Heins.

524. *Arbor enim eſt.*] Haec nihili ſunt. Scribe, *Arbore enim ſuccoque licet* cum Florentino S. Marci. Τὸ *eſt* etiam quatuor alii omittunt cum Neap. & prim. Reg. vel repone, quod malo,

Arbore jam ſuccoque licet cognoſcere mores.

vel, quod longius abit, *Arbore adhuc.* metuo tamen ne quid altioris mendi ſubſit. Heins. *Liquet* Florent. & duo alii.

526. *Ceſſit in illas.*] *Manſit in illis* plurimi ſcripti. Moreti & Medic.

[a] *Mater Deûm.*] *Deorum* Parm. Lugd. Micyll. Raener.

[b] *Impetratis precibus.*] Haec eſt Lectio MS. & Vett. Edd. niſi quod τὸ *illas* nec MS. nec Venet. agnoſcunt. Raenerius dedit, *impetravit precibus ab Jove, ut, in Nympharum ſpeciem converſae, dearum marinarum &c.* Muncker.

[c] *Illas convertit.*] *Illas* deeſt Parm. Lugd.

[d] *Utque.*] Ita Micyll. Sed Veneta & MS. non habent τὸ *que.* Muncker. Colonienſis hoc & ſequens

Hinc ubi legati rediere, negata ferentes
Arma Ætola sibi, Rutili sine viribus illis
Bella instructa gerunt: multumque ab utrâque cruoris
Parte datur. fert ecce avidas in pinea Turnus
Texta faces: ignesque timent, quibus unda pepercit.
Jamque picem, & ceras, alimentaque cetera flammae
Mulciber urebat, perque altum ad carbasa malum
Ibat: & incurvae fumabant transtra carinae:
Cum memor has pinus Idaeo vertice caesas
Sancta deûm genetrix, tinnitibus aëra pulsi
Æris, & inflati complevit murmure buxi.
Perque leves domitis invecta leonibus auras,

Ir-

quens junctim ita exhibet: *Naves Æneae, cum eas Turnus accendisset, a matre Deûm, quia in sacrata ei silva Ida caesae fuerunt, in Nymphas marinas transformatae sunt. Quae, perpessarum tempestatum memores, alias rates labore vexatas libenter sublevarunt. Graecorum autem vectrices perire, transactae cladis memores, libenter viderunt. ut Ulyssis navem frangi, Alcinoi autem in saxum mutari.*

529. *Bella infausta gerunt.*] *Instructa gerunt* S. Marci, Urbin. prim. Hamburg. & quatuor alii. quod vehementer arridet. sex alii, *infesta.* unus, *exhausta*, alius, *exusta*, alius item, *ingesta.* Heins. Vid. ad lib. XIII. 544.

531. *Tecta faces.*] Melius, *texta.* Idem I. Fast. 506. *Pinea non sano ter pede texta ferit.* & I. Trist. III. III. *Pinea texta sonant.* Const. Fan. Depravatus locus una videlicet litterula. Nam in lib. meo & Caelest. legitur, *Texta faces: x* in *c* temere à librariis mutatum. librorum veterum lectionem comprobat Catullus in carmine de Nuptiis Pelei & Thetidos, ubi sic est non longè à principio:

Pinea conjungens inflexae texta carinae.

Quod etiam animadvertit vir summa doctrina & diligentia, Constantius Fanensis. De Aeneae autem navibus, quibus Turnus ignem immisit, sic Virg. lib. x. Aeneidos 219.

Atque illi (Æneae) *medio in spatio chorus ecce suarum*
Occurrit comitum, Nymphae, quas alma Cybele
Numen habere maris, Nymphas è navibus esse
Jusserat, innabant pariter, fluctusque secabant: &c.

Ciofan. Scribe cum Palatino, *fert ecce avidas in pinea Turnus Texta faces.* Dan. Heins. *Testa* S. Marci. Lege, *Texta* cum Cantabr. Juret. prim. Erfurt. prim. Basil. prim. Gronov. & multis aliis. Trist. lib. I. Eleg. III.

Pinea texta sonant: pulsi stridore rudentes.

Fast. I. 520.

Pinea non sano ter pede texta ferit.

Catullus pari modo initio Epithalamii Thetidis. in altero Thuan, *stupea tecta. carinam e pinu texere* apud Avienum Descriptione Orae Maritimae, ℣. 103.

Non hi carinas quippe e pinu texere
Fecere morem, non abiete, ut usus est,
Curvant faselos.

Ita scribenda ista sunt. Heins. Vide Scaliger. ad Catul. Epith. Pelei ℣. 10. & Serv. ad Virg. II. Aen. 16. *transtra* erat in Genevensi.

532. *Picem & ceras.*] *Picem cerasque* unus Medic. *flammis* etiam Gronov. & quatuor alii. mox *Mulcifer* plurimi.

534. *Fumabant transtra.*] *Flammabant* optimus Thuan. an *flammabat?* Val. Flaccus lib. v. 178.

Sol propius flammabat aquas.

aut, quia hoc insolentius, *lambebat*, ut apud Virgil. II. 682.

De vertice coepit Iuli
Lambere flamma comas.

quod Sidonius Panegyrico Anthemii imitatus:

Cunctantis Iuli
Lambebant teneros incendia blanda capillos.

ubi *rutilantis* fortasse scribendum. apud Valer. Flaccum lib. v. 55.

Sola virum flammis vidit lambentibus ossa.

Horat. lib. I. Sat. V.

Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam
Vulcano summum properabat lambere tectum.

Pro *transtra* multi veteres, atque inter hosce S. Marci, Neapol. Thuan. quart. Medic. Oxon. prim. Hamburg. & sex aut septem alii, *igne.* Scribe,

——— *fumabant tigna carinae.*

vel *lambebat.* quam vocem etiam restituimus lib. IV. Fast. ℣. 233. Lucretius lib. II. 192.

Nec cum subsiliunt ignes ad tecta domorum,
Et celeri flammâ degustant tigna trabesque.

sed & *tigna* in navibus. Propert. lib. IV. El. VI.

Quodque vehunt prorae Centauros saxa minantes;
Tigna cava & pictos exteriere metus:

auctor Elegiae in obitum Maecenatis,

Il-

Irrita ſacrilegâ jactas incendia dextrâ,
Turne, ait, eripiam; nec me patiente cremabit
Ignis edax nemorum partes & membra meorum.
Intonuit dicente Deâ: tonitrumque ſecuti
Cum ſaliente graves ceciderunt grandine nimbi:
Aëraque, & ſubitis tumidum concurſibus aequor
Aſtraei turbant, & eunt in proelia, fratres.
E quibus alma parens, unius viribus uſa,
Stuppea praerumpit Phrygiae retinacula claſſis:
Fertque rates pronas, medioque ſub aequore mergit.
Robore mollito, lignoque in corpora verſo,
In capitum faciem puppes mutantur aduncae.

In

Illum piſcoſi viderunt ſaxa Pelori
Ignibus hoſtilis tradere tigna ratis.

ſic ſcribo. vulgati, *reddere ligna.* Orientius Commonitorio:

Quid quereris diros portus ventosque furentes;
Triſtia famoſis aequora naufragiis?
Icaeſam ſilvis annoſo robore quercum,
Si tignis non eſt utilis, adde focis.
Contentusque tuo, ſemotum ſi qua per orbem
Naſcuntur, patiens crede negata tibi.

ita verſus illi ſunt ſcribendi. paulo poſt apud eundem:

Quaeritur in ſomnos tenuato lucida vitro
Marmoribus variis lubrica cella tibi.
Tanquam non adeat ſectis coëuntia tignis,
In bene ſecuro pectore, tuta quies.
Certe non aliter ſitientia proluit ora,
Quem pennae obtulerint, quam cava palma liquor.

qui locus etiam non uno mendo eſt inquinatus. *ſectis coëuntia tignis*, ſubintellige *tecta.* vulgo *tectis venis.* ſic & *tigna* in vineis. Adi Feſtum. vetus Gloſſarium MS. *Tignum dicitur omne genus ligneae materiae.* hinc *tigillum.* qua voce uſi ſunt Catullus & Tibullus lib. II. El. I. tum & Catalectis Pentadius carmine de Vere:

Nota tigilla linit jam garrula luce chelidon:
Dum recolit nidos, nota tigilla linit.

Ita ſcribendi illi verſus ex fide duûm vetuſtiſſimorum codicum. *Jam motacilla canit* in vulgatis legitur. Virgilii nempe illa reſpexit, IV Georg. 307.

Garrula quam tignis nidum ſuſpendat hirundo.

linit, luto conſpergit, hinc emendandus Varro ταφῇ Μενίππου apud Non. in *fingere. Ut hirundines tignis* (vel *tigillis*) *oblitis tegulas fingebant.* ubi, *ſingulis obliti* nunc legitur. *parvum tigillum* Phaedro lib. I. Fab. II. uſus & ea voce praeter Tibullum Juvenalis. Heins. *Fumabant clauſtra* Medic. *caſtra* Sixi. *roſtra* Bonon. & unus Heinſii.

537. *Complevit.*] *Complerat* prim. Medic. *murmura* alius & Florentin. S. Marci.

538. *Invecta.*] *Evecta* Gronov. ſed mox 597. *Junctis invecta columbis.*

542. *Intonuit dicente dea.*] *Intonuit* imperſonaliter accipitur, pro tonitru factum eſt. Grammatici vocant verba exemptae actionis. operae pretium autem eſt videre, in hac navium Metamorphoſi mirabile Poëtae ingenium, qui tam multas invenerit ſimilitudines, ubi nulla propemodum videbatur. Glarean.

542. *Tonitrumque.*] *Tonitrusque* unus Heinſii. *tonitruque* Voſſian.

544. *Et tumidum ſubitis concurſibus aequor.*] In meo, *Tumidum rapidis, &c.* Ciofan. *Subitis tumidum* unus. *ſubitum tumidis* alius.

544. *Aequor.*] Declarat M. Tullius II. Acad. Quaeſt. quare *Æquor* dicatur: cujus haec ibi leguntur: *Quid tam planum quàm mare, è quo & Aequor illud poëtae vocant?* Ciofan.

545. *Aſtraei.*] Venti, Aurorae & Aſtraei Gigantis filii. Regius. Sic enim & Heſiodus in Theogonia 378.

Ἀ᾽στραίῳ δ᾽ Ἠὼς ἀνέμους τέκε καρτεροθύμους,
Ἀργέστην Ζέφυρον, Βορέαν τ᾽ αἰψηροκέλευθον,
Καὶ Νότον, ἐν φιλότητι θεῷ θεὰ εὐνηθεῖσα.

Micyll. Hic Aſtraeus ab aliis Mythographis raro memoratur. alius Neptuni filius apud Plutarchum de Flumin. in Caico occurrit. Aſtraeum, Crio & Eurybaea Ponti filia genitum recenſet inter Titanas Apollodor. lib. I. cap. 2. & ex quo & Aurora etiam ventos & aſtra natos eſſe ait. Burm.

545. *Et eunt in proelia.*] *Coëunt* unus Heinſii, forte pro *coëuntque*; vid. ad lib. VIII. 300.

547. *Praerupit Phrygiae retinacula claſſis.*] Malim, *claſſi. prorupit* multi vetuſtiorum, vel *prorumpit.* Heins. *Puppis* plurimi. *praerumpit* etiam Palat. ſec. & alius. *navis* tres.

548. *Medioque ſub aequore mergit.*] In meo eſt, *Merſit.* Ciofan. *Imoque ſub aequore* unus ex meis. Virgilius in hac narratione, lib. IX. 119.

Delphinumque modo ſubmerſis aequora roſtris
Ima petunt.

In digitos abeunt, & crura natantia, remi :
Quodque prius fuerat, latus eſt : mediisque carina
Subdita navigiis, ſpinae mutatur in uſum.
Lina comae molles, antennae brachia fiunt.
Caerulus, ut fuerat, color eſt. quasque ante timebant,
Illas virgineis exercent luſibus undas
Naïdes aequoreae : durisque in montibus ortae
Molle fretum celebrant : nec eas ſua tangit origo.
Non tamen oblitae, quam multa pericula ſaevo
Pertulerint pelago, jactatis ſaepe carinis
Suppoſuere manus : niſi ſi qua vehebat Achivos.

Fab. XIII. Argumentum.

Alcinoi navis in ſaxum.

Naves Æneae docet, in ſpeciem Nympharum verſas deorum voluntate, [a] *ex recordatione ſuorum Neritiam navem vidiſſe laetas pereuntem naufragio. Item Alcinoi navem Pelasgos portantem ſaxo dureſcere.*

Cla-

Noſter lib. II. Triſt. 99.

——— *imoque ſub aequore mergit*
Incolumem toties una procella ratem.

tamen apud Maronem VI. Æn. 341.

——— *quis te, Palinure, Deorum*
Eripuit nobis, medioque ſub aequore merſit?

Heins. *In ima mergere* dixit etiam lib. IX. 557. malim tamen hic omnium codicum fere conſenſum praeferre unius variantis lectioni.

550. *In capitum facies.*] *Faciem* prim. & tert. Moreti. Juret. & alter Thuan. Heins.

552. *Quodque ſinus fuerat, latus eſt*] *Quodque latus fuerat, latus eſt.* Thuan. prim. Moret. Arondel. ſec. Palat. quart. Medic. Oxon. alii quatuordecim. recte. nam & *latera* navium dicuntur. niſi quod malo cum Neapol. *Quodque prius fuerat, latus eſt.* quo alludunt & alii. nam quatuor, *Quodque ratis.* alius, *Quodque latus fuerat, ratis eſt. Quodque ſimul* prim. Gronov. Idem.

553. *Mutatur in uſum.*] *Curvatur* Vivianus ex ſuis, quod elegans. praeceſſerat enim *mutantur: pinnae* Junian. *linguae* Florent. *mutantur* ſex.

554. *Lina.*] *Vela* Bonon.

555. *Ante timebant.*] *Tenebant* Urbin. Bernegg. Heins.

557. *Summisque in montibus ortae.*] In eodem libro meo, *Durisque in montibus*, quam lectionem agnoſcit & Regius. Ciofan. *Summisque in montibus* multi veteres. quibus cave accedas. *duri montes* & *molle fretum* opponuntur, ſic infra, 709.

——— *Poſuitque in limine duro*
Molle latus.

Heins. Propert. I. Eleg. XX. 13.

Ne tibi ſit duros montes & torrida ſaxa,
Galle, neque expertos ſemper adire lacus.

559. *Non tamen oblitae, quàm multa pericula ſaepè Pertulerint pelago.*] In eodem libro meo, Urſini & Capran. *Quàm multa pericula ſaevo Pertulerint pelago.* Ciofan. Ita etiam *aequora ſaeva* credidimus eſſe reddenda Ovidio Ep. XIX. 22. & apud Claudian. IV. Conſ. Honor. 420. eadem varietas:

Variis quem ſaepe procellis
Exploravit hiems.

ubi *Saeva hiems* in nonnullis ſcriptis. vid. ad Ibid. 131. ſupr. VI. 439. *Saevi reſtare pericula Ponti. Pertulerint ferro* prim. Gronov.

561. *Niſi ſi qua vehebat.*] *Niſi qua vehebantur* Medic. unde Heinſius, *veherentur.*

[a] *Ex recordatione ſuorum.*] Micyll. *eorum.* Raenerius mirificè hoc argumentum interpolavit. Videtur legendum, *laborum ſuorum.* MS. codex certè pro *deorum* in praecedentibus habuit, *laborum ſuorum.* Muncker. *Docet ex recordatione in ſpeciem n. v. deorum ſuorum voluntate. Naritiique navem vidiſſe dicit naufragio* Parm. Lugd. *eorum* non reperi in Micylliana Baſil. aut Francof. ſed *ſuorum.* Raenerius ita habet, *ex recordatione odiſſe Graecos, ideoque hilares vidiſſe fluctuantia fragmina navis Ulyſſis, qui naufragium fecerat. Item Alcinoi navem qua Ulyſſes in Italiam vehebatur, in ſaxum transfiguratam.*

562. *Cla-*

CLadis adhuc Phrygiae memores, odere Pelasgos:
Neritiaeque ratis viderunt fragmina laetis
Vultibus. & laetae videre rigeſcere puppim
Cautibus Alcinoi; ſaxumque increſcere ligno.

Fab. XIV. Argumentum.

Ardea Turni in avem.

Turno ab Æneâ interempto, Ardea urbs, [a] *regnum Turni, incendio in cinerem redacta :* [b] *ex quo volucris* [c] *emerſa eſt,* [d] *quae patriae nomine vocaretur à poſteris Ardea.*

SPes erat in Nymphas animatâ claſſe marinas
Poſſe metu monſtri Rutulum deſiſtere bello.
Perſtat, habetque Deos pars utraque : quique Deorum
Inſtar, habent animos. nec jam dotalia regna,
Nec ſoceri ſceptrum, nec te, Lavinia virgo,
Sed viciſſe petunt : deponendique pudore
Bella gerunt. tandemque Venus victricia nati
Arma videt : Turnusque cadit; cadit Ardea, Turno

Soſ-

562. *Cladis adhuc.*] In eodem libro meo, *Claſſis adhuc.* Ciofan.

562. *Pelasgos.*] *Pelasgas* duo libri.

563. *Naricias ratis.*] Sic quidem legitur, ut intelligatur navis Ajacis Oilei, qui fuit *Naricius*, mihi verò magis *Neritiae* videtur legendum, ut de Ulyſſis naufragio ſentire Poëtam intelligamus. Neritus enim mons eſt Ithacae, patriae Ulyſſis: unde *Neritius* declinatur. Regius.

564. *Rigeſcere puppes.*] Lego, *puppem* Homeri teſtimonio & Procopii, quorum hic in IV. de Bello Gotthorum ſic inquit: *Navem ex alba petra, quae in Pheacide regione apud mare viſitur, aliqui eam eſſe autumant, qua Ulyſſes Ithacam fuit advectus, quando externorum militum ducem geſſit: ſed litteris inſculptis declaratur a mercatore quodam Jovi Caſio oblatam, quem incolae venerantur & civitas, ubi haec ſpectatur, noſtris etiam temporibus Caſiopolis appellatur.* Const. Fan. Non placet illa repetitio *laetis* & *laetae :* Bernegger. prim. Gronov. & unus Baſil. *laetis videre rigeſcere puppim Cautibus.* rectius. *Cautibus* etiam pro diverſa lectione Arondel. & duo alii. prim. Baſil. & tert. Reg. *Cantibus. puppim* etiam multi. *pinum* ſec. Vatic. ſed *laetae videre* probe Noricus. Heins. Unus Bonon. *lentis vultibus.* non male. ut lib. II. Triſt. 514. *Scenica vidiſti lentus adulteria.* eadem varietas. lib. III. Amor. VI. 60. ubi vide. & ad Eleg. in Druſ. ℣ſ. 279. *Saxumque recondere ligno* unus Baſil. Burm.

[a] *Regnum.*] *Urbs ejus in cineres incendio redacta eſt* Colon. *ad cinerem* Parm. Lugd. Micyll. *in cinerem* recte. vid. ad Ovid. Ep. I. ℣ſ. 24.

[b] *Ex quo.*] *Ex qua* Parm. Lugd. Micyll. Raen. *ex quibus* Colon.

[c] *Emerſa eſt.*] *Emerſit* Colon.

[d] *Quae patriae.*] *Quae patrio ejus nomine* Parm. Raener. *quae patriae ejus n.* Lugd. Micyll. *quae patrio nomine Ardea vocatur* Colon.

567. *Deſiſtere bello.*] *Coepto* Moreti; ut Virgil. I. Aen. 37.

Mene incepto deſiſtere victam? Heins.

Diſcedere unus Medic. & alius. vid. Broukh. ad Tibul. I. IX. 71.

568. *Quodque Deorum eſt inſtar habent animos.*] Tò *eſt* plurimi non agnoſcunt. pro *quodque* ſec. Palat. & meus chartaceus, *quisque.* Puto,

——— *quique Deorum*
Inſtar, habent animos.

& ſic prim. Strozzae pro diverſa lectione. Notum illud Mezentii, *Dextra mihi Deus.* Similia Capaneus apud Statium. Heins

569. *Nec jam dotalia regna.*] *Nec tam* ſec. Palat. & mox, *Se viciſſe.* Forte, *Quam viciſſe petunt.* Idem.

571. *Deponendique pudore.*] *Deponendoque dolorem Bella petunt* S. Marci & tert. Bonon. *petunt* etiam duo alii. *deponendique timore Bella petunt* prim. Gronov. *deponendoque pudorem* alter Erfurt. at Arondelianus, *Bella volunt* pro diverſa lectione, quod arridet. Idem.

Soſpite, dicta potens. quam poſtquam barbarus ignis
Abſtulit, & tepidà latuerunt tecta favillà;
Congerie in media tum primum cognita praepes
Subvolat: & cineres plauſis everberat alis.
Et ſonus, & macies, & pallor, & omnia, captam
Quae deceant urbem, nomen quoque manſit in illà
Urbis: & ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.

Fab. XV. Argumentum.

Æneas in Deum.

Venus, ut animadvertit filium Æneam [a] laboribus exhauſtis ad finem veniſſe aevi,

572. *Bella gerunt.*] In eodem lib. & uno Maff. *Bella petunt.* Ciofan.

573. *Arma videt.*] *Arma juvat* unus Baſil. ut lib. vii. 482. *Arma juves oro pro gnato ſumta.* nil muto.

573. *Cadit Ardea.*] Ardea à Danaë Perſei matre condita. Auctor Plinius lib. iii.

574. *Barbarus enſis.*] Hoc in loco verba Servii ex commentario ſeptimo Æneid. ℣ſ. 412. recitanda cenſemus, quae talia ſunt: *Illud namque Ovidii Metamorphoſeos fabuloſum, incenſam ab Annibale Ardeam, & in hanc avem eſſe converſam.* Quae lectio, ſi vera eſt, tum *barbarus enſis* non Æneae, ſed Annibalis intelligetur. Qua enim ratione Ovidius noſter, cum Auguſto blandiatur per Æneam, Veneris filium, eum *barbarum* apellare potuerit, non hercule agnoſco, ſed & Virgilium in tota Æneidos (quod equidem ſciam vel meminerim) nunquàm *barbarum* Æneam appellat. Verum in hoc, ut etiam in multis, amplius cenſemus requirendum. Jacob. A Cruce Fabulam hanc & Maphaeus tractat in libro, quem Virgilianis ſuperaddidit, ſed ille ultro ac ſponte ſua incenſam Ardeam ſentire videtur, ita enim habet verſus:

Namque ex diverſa caderent dum parte Latini:
Et calido Turnus foedaret ſanguine terram,
Urbem ingens flamma, & muros invaſerat altos:
Fumabatque rutis miſeri patris Ardea tectis &c.

Fuerunt autem qui incendium hoc ad Hannibalis tempora referrent, eo adducti videlicet, quod Poëta dixit, *Quam poſtquam Barbarus enſis Abſtulit*, quaſi *Barbarus enſis* non ſatis commodè rectè de Trojano diceretur. deinde etiam Servii cujusdam auctoritate nitentes, cujus verba in hunc modum citant, *Illud namque Ovidii Metamorphoſeos fabuloſum eſt, incenſam ab Hannibale Ardeam, & in hanc avem converſam*, quaſi non potuerit pro Aenea Hannibalis nomen perperam irrepere, aut a librariis falſo ſubſtitui, neque enim hic Ovidius, quae tempore belli Punici, ſed quae temporibus Aeneae accidiſſent, deſcribere voluit, quod ſi quid difficultatis adeo habebat hic locus, malim pro *Quam*, *Quem* legere, ut de Turno intelligeretur, eo ſcilicet enſe Barbaro, hoc eſt Trojano, interempto, deinde, & Ardea incendio conſumpta, ex favillis ac cinere hujus Ardeam avem prognatam, ſed hoc puto durius, itaque veterem interpretationem retineam. Micyll. In duobus Vatican. Brian. Farneſ. & Caeleſt. apertè legitur, *Quam poſtquam barbarus ignis Abſtulit:* omnino melius ac rectius. Quo quidem modo omnis tollitur dubitatio. Atque hic locus diu multumque nonnullos eruditos torſit, qui in varias iverunt opiniones, neque, quod ſciam, à quoquam verus hiſtoriae, ſive fabulae intellectus eſt ſenſus. Conſtat enim, ut facilè videre licet, ex Placidi argumentis, Ardeam, Turno occiſo, combuſtam fuiſſe. Quare, veritate perſpecta atque ante oculos poſita, facillimè cognoſcitur, deceptos eſſe illos, qui hoc non ad Aeneam, ſed ad Hannibalem, referebant. Notum enim ita eſt, Trojanos atque alios (Graecis exceptis) dictos eſſe *Barbaros*, ut nullo alio teſtimonio indigere videatur. Afferam tamen unum tantùm locum ex ipſo Ovidio, quo id planius imperitis fiat, eſtque verſus epiſt. Helenae ad Paridem, ubi ei hoc idem datur vitio:

Si jam divitiis locus hic numeroque virorum
Vincitur, at certè barbara terra tua eſt.

Illud praeterea ſuperest oſtendere, perquàm falſiſſimam eſſe quorundam lectionem, quae hujusmodi erat: *Quem poſtquam barbarus enſis, &c.* ducti nimirum, ut hoc contra veterum librorum fidem mutarent, cujusdam Sereni (ſed nunc turbidi) auctoritate, qui falſo teſtatus erat, poëtam noſtrum fabuloſe dixiſſe, Ardeam ab Hannibale incenſam eſſe. Quicum falſo ſentit etiam Servius (niſi eſt pſeudo Servius aliquis) enarrans illud Virg. vii. 411.

Locus Ardea quondam

Dictus avis: & nunc magnum manet Ardea nomen.

Ubi haec notat: *Bene alluſit Nam Ardea quaſi ardua dicta eſt, id eſt, magna & nobilis: licet Hyginus in Italicis urbibus ab augurio avis Ardeam dictam velit. Illud namque Ovidii in Metamorphoſi fa-*

aevi, [b] *petiit ab Jove patre, ut promiſſis fidem faceret. Cujus ille precibus auditis* [c] *efficit, ut in agro Laurenti flumine Numicio ablueret mortalitatem,* [d] *interque indigetes deos* [e] *referretur: ita ut à poſteris, ſicut ceteris deis, ſacra ei adminiſtrarentur.*

JAmque Deos omnes, ipſamque Æneïa virtus
Junonem veteres finire coëgerat iras:
Cum, bene fundatis opibus creſcentis Iüli,
Tempeſtivus erat coelo Cythereïus heros;
Ambieratque Venus Superos: colloque parentis
Circumfuſa ſui, Numquam mihi, dixerat, ullo

Tem-

fabuloſum eſt, intenſam ab Hannibale Ardeam in hanc avem eſſe converſam. Sciendum tamen Ardeam per Antiphraſin dictam, quòd brevitate pennarum altius non volat. Lucanus:

——— *quodque auſa volare*
Ardea ſublimis pennae confiſa natanti.

Itaque ſine ulla dubitatione legendum eſt. *Quam poſtquam barbarus ignis Abſtulit, &c.* quo modo manifeſtè ac perſpicuè legi in quinque calamo notatis libris teſtatus ſum. In uno Maffei eſt, *Barbarus hoſtis:* quod non diſplicet: poteſt enim id quoque ad Aeneam referri. In altero, *gladio*, neſcio quid abraſum eſt & repoſitum *Enſis*, ſed malè. Ciofan. *Barbarus ignis* in potiore ſcriptorum parte. novi Barbaros dici Phrygas, & *opem Barbaricam*, ſimiliaque, de quibus Giphanius inter ceteros Indice Lucretiano in ea voce: hic tamen ſcribendum cenſeo, *Dardanus ignis.* ſic ſupra, 467.

——— *Danaas paverunt Pergama flammas.*

& Ep. VIII. 14.

Cum Danaus Phrygias ureret ignis opes.

Virgilius lib. II. Æn. 276.

Vel Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignes.

Horat. I. od. 13.

Uret Achaïcus ignis Iliacas domos.

&, IV. od. 6.

Neſcios fari pueros Achivis
Urere flammis.

Seneca Agamemnone 612.

Cum Dardana tecta Dorici raperetis ignes.

atque ita paſſim optimi ſcriptores. *peſtifer ignis* unus Moreti. ut lib. VIII. ℣ſ. 477. Heins. Ita contra pro *ignes*, *enſes* reponit Bentleius apud Horat. IV. od. 14. *Barbaram praeram* pro Trojana dixit Noſter hoc libro. v. 163. *Barbarus* autem & *Dardanus* variari vide ad Epiſt. I. 26. VII. 158. & VIII. 12. *barbarus hoſtis* alter Moreti. *Barbarus* dicitur & Turnus Tibullo II. v. 50. ubi vid. Broukh.

575. *Et trepida paverunt tecta favilla.*] In meo & Caeleſt. *Et trepida latuerunt.* Ciofan. *Latuerunt* cum Thuan. Cantabr. prim. Erfurt. prim. Baſil. prim. Gronov. prim. Moret. aliisque plurimis. Heins.

576. *Congerie è media, &c.*] In iisdem libris atque in nonnullis aliis, *Congerie in media.* probo. Ciofan. Et ita Francof. & multi alii. quidam praepoſitionem omittunt. *tum demum cognita* etiam Gronov. prim.

577. *Everberat.*] *Subverberat* duo libri. *circumvolat* totidem. *applauſis verberat* Thyſii. nihil muta. Quinctil. II. de Inſt. Orat. 4. *Corvus, qui os oculosque hoſtis Galli roſtro atque alis everberaret.*

579. *Nomen quoque manſit in ipſa Urbis.*] Liber meus & Caeleſt. *In illa urbis.* Ciofan.

579. *Quae deceant urbem.*] *Doceant* tres libri. non male. vid. ad Lib. III. Amor. X. ℣ſ. ult.

[a] *Laboribus exhauſtis.*] Mallem, *exhauſtum.* Virgil. Æn. I. *Omnibus exhauſtos jam caſibus, omnium egenos.* Munck. in Colon. erat, *Venus, ut Aeneam filium laboribus exhauſtum ad finem aevi vidit veniſſe*, neque tamen alterum vitioſum: nam idem Virgil. IV. Aen. 14. *Quae bella exhauſta canebat?* & paſſim alii, etiam Naſo. vid. ad I. Art. 771.

[b] *Petiit.*] *Petit* omnes Edd. *a Jove petit, ut in coeleſte eum numen transferre permittat* Colon.

[c] *Efficit, ut.*] *Effecit* Parm. Lugd. Micyll. *Abluta Numicio fl. mortalitate deum fecit, qui Indiges dictus eſt, ſacrorumque, ut ceteri Dii, ſuſcepit honorem* Colon.

[d] *Interque indigetes deos.*] De illis diis vide quae annotavi ad Fulgent. Lib. III. cap. 5. Virgil. Æn. XII. vers. 794. *Indigetem Æneam ſcis ipſa, & ſcire fateris, Deberi coelo.* Vide ibi Servium. Muncker.

[e] *Referretur.*] *Transferretur* Parm. Lugd. Raen. Micyll.

582. *Finire coërcuit iras.*] Simplicius quod in Mſſ. *finire coëgerat iras.* Dan. Heins. *Coëgerat* liber unus, quod ex gloſſemate fortaſſe natum eſt. Bersman. *Coëgerat* caſtigatiores magno numero. quod verum eſt. Heins.

583. *Fundatis opibus.*] *Rebus* Langerm. ſed praeſtat *opibus.*

587. *Mi-*

Tempore dure pater, nunc ſis mitiſſimus oro;
Æneaeque meo, qui te de ſanguine noſtro
Fecit avum, quamvis parvum, des, optime, numen;
Dummodo des aliquod. ſatis eſt inamabile regnum;
Adſpexiſſe ſemel, Stygios ſemel iſſe per amnes.
Adſenſere Dei: nec conjux regia vultus
Immotos tenuit; placatoque adnuit ore.
Tum pater, Eſtis, ait, coeleſti munere digni,
Quaeque petis, pro quoque petis: cape, gnata, quod optas.
Fatus erat. gaudet, gratesque agit illa parenti:
Perque leves auras junctis invecta columbis
Litus adit Laurens; ubi tectus arundine ſerpit
In freta flumineis vicina Numicius undis.
Hunc jubet Æneae, quaecumque obnoxia morti,
Abluere; & tacito deferre ſub aequora curſu.
Corniger exſequitur Veneris mandata: ſuisque,
Quidquid in Ænea fuerat mortale, repurgat,
Et reſpergit aquis. pars optima reſtitit illi.
Luſtratum genetrix divino corpus odore
Unxit, & ambroſiâ cum dulci nectare mixtâ

Con-

587. *Mitiſſimus opto.*] *Oro* Thuan. prim. Reg. prim. Gronov. cod. Polit. & multi alii. Heins.

588. *Qui te de ſanguine noſtro Fecit avum.*] Ita alibi:

Ille dedit captae repetita vocabula Troiae;
Et tuus eſt idem Calpete factus avus. Et:
Sed non ex uno conjuge fecit avum.

Sic & lib. vi. Faſt. dixit *Parentem facere. Si genus adſpicitur Saturnum prima parentem Feci, Saturni ſors ego prima fui.* Priore illo modo etiam Plautus in Aulul. *Curre, i, viſe, quem ego avom feci, jam ut eſſes filiae nuptiis.* Sic & Auſonius: *Ipſe nepos te fecit avum.* Et, *Nati primaevi nomine factus avus.* Ciofan.

589. *Quamvis parvum des optime numen.*] *Parvum munus* Palat. Baſil. & ſeptem alii, quod ex aliis locis repetitum. vid. ad ii. Amor. xv. 27. & mox ſequitur. *quodvis parvum* tres libri. *parvum donum* prim. Baſil. ſed *numen* vera eſt lectio: neſcio an reſpexerit Noſter illa Propertii lib. iii. eleg. i. 25. quae an interpretes recte ceperint dubito:

Idaeum Simoënta, Jovis cunabula parvi.

ubi Idam Phrygium & Cretenſem confudiſſe Poëtam credunt. ego de Ænea agere Poëtam ſuſpicor:

Quem Dardanio Anchiſae
Alma venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam.

teſte Virgil. i. Æneid. 617. vid. & Silium xv. 59. & alios. Aeneam *Parvum Jovem* vocat, cum Jupiter ille paſſim a Poëtis *magni* titulo honeſtetur, quod coacervatis veterum locis probare non attinet. ſed ſimilis Propertiano locus Man. libr. ii. 15. ut correxit Scaliger, non praetereundus:

Titanasque ſenes, Jovis & cunabula magni.

non vero inter magnos deos Æneas relatus, ſed indigetes & penates. quos *parvos deos* etiam Horatius vocat iii. od. 23. vid. & inf. xv. 545. ita contra *magni numinis inſtar* iii. Amor. xi. 47. & alibi. Burm.

590. *Satis eſt inamabile regnum Adſpexiſſe ſimul.*] Lege, ut habent optimi quique libri, inter quos Statii, *Adſpexiſſe ſemel.* Ac quod ſequitur etiam comprobat. Ciofan.

593. *Immotos.*] *Invitos* Ambr. *ignotos* Fragm. Boxh. *immites* Baſil.

593. *Placatoque*] *Pacatoque* Mediceus, ut i. Faſt. 3. ſic *facili Deus adnuit ore* Propert. i. ii. 31. ut egregie Broukhuſius.

594. *Coeleſti numine dignus.*] In Caeleſt. & duobus Maff. *Munere dignus.* illud plenius ac ſignificantius. Ciofan. Repone ex caſtigationibus magno numero:

Tum pater, Eſtis, ait, coeleſti munere digni,
Quaeque petis, pro quoque petis.

gnata etiam Boxh. Heins.

596. *Gaudet, gratesque.*] *Grates gaudens agit* Baſil.

597. *Junctis invecta.*] *Niveis* prim. Gronov. & tres alii. *vinctis* Francof. vid. ii. 332.

598. *Te-*

Contigit os, fecitque Deum : quem turba Quirini
Nuncupat Indigetem ; temploque arisque recepit.

Fab. XVI. Argumentum.

Vertumnus in anum.

Tiberinus, Albanorum rex, Tusco [a] *amni Albulâ mersus interiit, ac nomen fluvio reliquit. Item Aventinus,* [b] *à quo mons, urbis Albae accepit imperium.* [c] *Sub hoc Pomona Hamadryadum Nympharum, hortorum cultrix feliciumque arborum,* [d] *cujus nomen pomaria obtinent. Hanc cum Vertumnus diligeret, solitus in varias figuras mutari, &, ea refugiente concubitum, sollicitudine adsidua ureretur ; novissime in anum* [e] *versus est, eique multa retulit, quibus feminae* [f] *flecti solent, ut sibi jungeretur. Ipsa autem perseverante in proposito, novissime refert quoque fuisse* [g] *in Cypro Anaxareten virginem, quae propter superbiam punita fuisset à Venere. Versusque in suam formam concubuit cum ea Vertumnus.*

INde sub Ascanii ditione binominis Alba,
Resque Latina fuit : succedit Silvius illi.

Quo

598. *Tectus.*] *Certus* unus Heinsii, unde ille faciebat, *septus.*

601. *Et tacito deferre sub aequora cursu.*] Maff. *Et laeto.* Ciofan. *Laeto* etiam Gronov. & duo alii. *tecto* prim. Bonon. *seco* Langerm. pro *caeco.*

604. *Et resperſit aquis.*] Lego, *respergit*, ut conveniat cum *repurgat*, quod est temporis praesentis. Const. Fan. *Resperſit* liber meus & Statii. Vaticani, *Et respergit:* quod si ad superiora referre vis, legendum est, *Respergit*; sin ad inferiora, *Resperſit.* Ciofan. *Respergit* rectius multi; cum *repurgat* proxime praecesserit. Censeo tamen scribendum, *detergit* Ἀ'ρχαϊκῶς, pro *deterget.* quomodo Poëtae passim. Heins. Rectè eum aquis lustratum dicit, ut Hercules igne. quo respicit Juvenal. xi. 63.

Alter aquis, alter flammis ad sidera missus.

ubi Scholiastes, *Æneas, qui in Numicium fontem lapsus creditur. ideo ait aquis. flammis vero Hercules.* Burm.

607. *Quirini.*] *Quiritum* Basil.

608. *Arisque recepit.*] *Reponit* quartus Medic. Vatic. & quinque alii. Heins.

Hoc argumentum ita exhibet Colon. *Sub Albanorum rege Aventino Pomona Nympha fuit hortorum studiosa cultrix, quam cum Vertumnus diligeret, in varias figuras amoris ejus causâ vertebatur. Qua ejus refugiente concubitum, novissime ipse in anum conversus est, & cum multis, quae eam mulierem flectere possent, alloqueretur, sequens eam, exemplum muliebris arrogantiae punitae subintulit.*

[a] *Amni Albula.*] *Amni, qui tunc dicebatur Albula* Raener.

[b] *A quo mons.*] Ita cum MS. Veneta. Addunt *dictus* Raenerius & Micyllus. Muncker. In Micylli editione τὸ *dictus* non apparet.

[c] *Sub hoc Pomona Hamadryadum &c.*] Intellige *una.* Graeca est syntaxis, ut supr. Fab. iii. Lib. iv. *Salmacis Naiadum.* Vide quae ibi annoto. Muncker. *Proca deinde regnavit. sub hoc fuit* P. Raener. quem hic Plant. & Heins. non sequuti sunt.

[d] *Cujus nomen &c.*] Sic MS. & Vett. Edd. Raenerius, *unde nomen è pomis obtinet.* Id etsi negari non potest, non tamen ideo verum est, ita scripsisse Lactantium. Varro L. L. lib. vi. *Pomona pomorum patrona.* Muncker.

[e] *Versus.*] *Conversus* Raen.

[f] *Flecti solent.*] *Fl. solerent* Parm. Lugd. Micyll. Raener.

[g] *In Cypro.*] *Cypro* Parm. Lugd.

609. *Inde sub Ascanii ditione binominis Alba.*] Etsi Ascanii filius major Iulus dictus est, tamen ipse quoque Ascanius Iulus nominabatur, ut clare patet apud Maronem. *binominis* autem melius ad genitivum *Ascanii*, quàm *Alba* nominativum referetur. mirum autem duos Albanorum reges hoc in loco omissos a Poëta, Aeneam Sylvium ac Albam, quartum ac sextum. Albam tamen in quarto Fast. non omittit, in soluta oratione non pote-

Quo fatus, antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum sceptro: clarum subit Alba Latinum:
Epitos ex illo est. post hunc Capetusque, Capysque;
Sed Capys ante fuit. regnum Tiberinus ab illis
Cepit; & in Tusci demersus fluminis undis
Nomina fecit aquae. de quo Remulusque, feroxque
Acrota sunt geniti: Remulus maturior annis
Fulmineo periit, imitator fulminis, ictu.

Fra-

rat id mirum videri, sed in carmine; nisi quod in Fastis duo carmina omissa, hic aliquot omnino suspicor, & Commentator haec, quasi nihil adfit difficultatis, leviter transilit, nos in Dionysium ac Livium lib. I. cap. 3. annotationibus editis, haec multis differuimus, quare hic obiter ea attigimus. GLAREAN. *Ascanii binominis:* duorum nominum. Legimus autem, non solùm homines duplici nomine appellatos esse, ut Ascanius & Julus; Postumus & Silvius; Numerius & Quinctius apud M. Tullium pro Sextio: verùm fluvios quoque, ut Padus & Eridanus; Ister & Danubius; & alia, quae parcam scribere. Illud verò non omittendum est, quosdam scripsisse, Ascanium & Ilium dictum esse, non Julum. CIOFAN.

610. *Successit Silvius illi.*] Hic Posthumus fuit Aeneae ex Lavinia natus. *Sylvius* autem vocatus, quod in sylvis cum matre a pastore quodam Tyrrheno educatus esset. auctor Dionys. lib. I. Ceterum inter Sylvium hunc & Latinum, qui mox sequitur, Dionysius recenset Aeneam Sylvium, cujus & Virg. meminit lib. VI. *Et qui te nomine reddet, Sylvius Aeneas, pariter pietate vel armis Egregius.* MICYLL. Hoc etiam significat IV. Fast. 39. ubi Aeneae prosequitur genealogiam, additque quare dictus est *Silvius:*

Venimus ad felix aliquando nomen Iuli;
Unde domus Teucros Julia tangit avos.
Postumus hinc, qui quod silvis fuit ortus in altis,
Silvius in Latia gente vocatus erat.

Livius lib. I. *Silvius deinde regnat, Ascanii filius, casu quodam in silvis natus.* CIOFAN. *Succedit* S. Marci, Bernegger. prim. Vatican. tert. Medic. & alii viginti. HEINS.

611. *Quo fatus, antiquo tenuit repetita Latinus Nomina cum sceptro: clarum subit Alba Latino, Epitos ex illo.*] In eo, quem suprà citavimus, libro idem ait:

Isque, Latine, tibi pater est, subit Alba Latinum,
Proximus est titulis Epitus, Alba, tuis.

Livius loco suprà citato de hoc ita: *Silvius Aeneas deinde Latinum Silvium creat, ab eo coloniae aliquot deductae, prisci Latini appellati. Mansit Silvius posteà omnibus cognomen, qui Albae regnarunt. à Latino Alba ortus, Alba Atys, Atye Capys, Capye Capetus, Capeto Tiberinus.* quem Ovidius tum hic, tum in Fastis Epitum appellat. Livius Atim vocat. CIOFAN.

611. *Repetita.*] Conjecerat olim Heins. *recidiva.* ut lib. IV. Fast. 45. *Ille dedit Capyi recidiva vocabula Trojae.*

612. *Clarus subit Alba Latino.*] In omnibus, *Clarus subit ecce Latino.* Sed profecto Alba Latino succesisset. ideo nos *Alba*, non *ecce* legendum putavimus. NAUGER. *Clarus* nomen proprium est hoc loco, non adjectivum: significatque eum regem, qui Alba dictus fuit, nam poëtis mutare interdum nomina convenit, auctore Servio. *Clarum* autem appellavit, quem ceteri Albam, ob id quod omnia alba eadem clara sunt; & ne *Clarum* significare Albam quid dubites, vide quomodo in IV. Fast. hoc idem poëta ipse est aemulatus, *Subit Alba Latinum.* CONST. FAN. *Subit ecce* veteres plerique. nisi quod prim. Gronov. & unus Leid. *inde.* pro *Clarus* multi veteres, *Clarius. natus* sec. Palat. & unus Leid. & unus Vossii. at prim. Erfurt. *Narus.* alter Erfurt. *Daunus.* sec. Moret. *claro subit ecce Latino. Alba* est in uno meo, Calandrae & Politiani excerptis. *ecce Latinum* Langerm. & Urbin. *Latinus* prim. Hamburg. & S. Marci. At primus Moreti, *clarum subit Alba Latinum.* optime. lib. IV. Fastor. initio,

Isque, Latine, tibi pater est; subit Alba Latinum.

Tò *Alba* exciderat plerisque membranis, quod homines insciti *clarum* Albam dici non concoquerent, rati id foeminini nomen esse generis. nec audiendus Jacob. Constantius, qui *Albam*, etiam *Clarum* dictum fuisse opinatur. HEINS. Recte *Clarum* prae reliquis obscurioris famae regibus vocat, quia nomen priscis *Latinis* dedit.

613. *Epitus ex illo.*] Post illum *Clarum* intellige, non autem post Latinum, ut nonnulli exponunt, quia contra te starent omnes historici cum eodem poëta, qui ibidem ait, *Proximus est titulis Epitus, Alba, tuis.* CONST. FAN. *Ex illo est* vetustiores. *Epitos* etiam Bernegg. alter Erfurt. prim. Twisd. & prim. Gronov. dixi lib. IV. Fast. vs. 43. prim. Moreti, *Egrotos.* apud Virgilium lib. II. Æn. 339. pro eo quod in vulgatis legitur codicibus,

Addunt se comites Ripheus, & maxumus armis
Iphitus.

codex veterrimus Mediceus agnoscit, *maxumus armis Æpitus.* in aliis, *Ephytus.* & lib. V. 546. *Epytides* Iuli custos in veterrimis membranis, qui *Epi-*

ti-

Fratre ſuo ſceptrum moderatior Acrota forti
Tradit Aventino : qui quo regnarat, eodem
Monte jacet poſitus ; tribuitque vocabula monti.
Jamque Palatinae ſummam Proca gentis habebat.
Rege ſub hoc Pomona fuit : quâ nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit ſollertius hortos,
Nec fuit arborei ſtudioſior altera foetus :
Unde tenet nomen. non ſilvas illa, nec amnes ;

Rus

tides in vulgatis eſt libris. Homero Iliad. P. Κάρυξ Η'πυτίδης. Heins.

614. *Poſt hunc Capetusque, Capysque, Sed Capys ante fuit.*] Confuderat hiſtoriam Poëta noſter, cùm dixit, Capetum natum eſſe ex Epito, vel, ut Livius ait, Atye, ex Capeto Capin. Quare, cùm id animadvertiſſet, dixit, *Sed Capys antè fuit*, hoc eſt Capys Capetum genuit, & non contrà, quemadmodum carminis fortaſſe lege adductus antè dixerat : *Regnum Tiberinus ab illis Cepit, & in Tuſci demerſus* (vel *ſubmerſus*, ut eſt in Caeleſt.) *fluminis undis* ibidem, hoc modo :

Cumque patris regnum poſt hunc Tiberinus haberet,
Dicitur in Tuſcae gurgite merſus aquae.

Livius loco jam citato ita memoriae prodidit : *Agrippa inde Tiberini* (ita enim lego, non *Tiberii*) *filius ; poſt Agrippam Romulus Silvius à patre accepto imperio regnat : Aventino fulmine ipſe ictus regnum per manus tradidit.* Quo autem modo in hisce Livii verbis *Romulus* legatur non ſanè video. Nemo enim neſcit, Romulum, hoc eſt Remi fratrem, ab Agrippa, ſive Tiberino, natum non eſſe. Quare audacter contenderem reponendum eſſe, *Remulus*, quemadmodum ab Ovidio vocari ſuperius vidimus. Si quis praeterea rurſus contenderet, apud Ovidium legi debere *Romulum*, non *Remulum*, is tota, ut dicitur, erraret via. Nam in, *Romulus*, prima ſyllaba producitur, quae in *Remulus* corripitur. Atque ibi ex ipſo Ovidio clarè patet, Remulum diverſum eſſe à Romulo, ad quem te rejicio. Ciofan. Vid. Gronov. ad Liv. I. 3.

615. *Cepit.*] *Traxit* unus Moreti.

615. *Demerſus.*] Vetuſtiores, *dimerſus*. Heins.

616. *Fecit.*] *Cepit* Vatican.

616. *Remulusque feroxque Acrota.*] Quemadmodum Albam mutato nomine *Clarum* appellavit, ita Agrippam nunc *Acrotam* vocat, quod nomen ſine plauſu poteſt interpretari. Eſtque convenientiſſimum cognomen Agrippae, nam qui interioribus pedibus naſcuntur (cum non ſine ſummo id periculo fiat) omni plauſu penitus vacant. Const. Fan. Poſt Tyberinum Dionyſius & item alii quidam Agrippam Sylvium numerant, Tyberini filium, qui annos regnaverit tres & triginta ; poſt Agrippam autem Remulum, hujus filium, quem tamen Dionyſius *Alladium* vocat, cujus haec verba ſunt : *Poſt Agrippam Alladius undeviginti annos, rex quaedam tyrannica & cum diis inimicitias gerens, nam ab eo deſpiciente apparatae ſunt fulgurum imitationes & fragores tonitruis ſimiles, quibus terreri homines tanquam eſſet deus, poſtulabat. ceterum imbribus & fulminibus in ejus domum cadentibus atque lacu, juxta quem habitabat, inſolito modo inundante, cum tota domo abſorptus eſt.* Micyll.

617. *Maturior annis.*] *Armis* prim. Baſ. *aevis* unus Voſſ. puto, *aevi*. Adi Notas lib. VIII. Vſ. 617. Heins.

620. *Aventino &c.*] Lib. IV. Faſt. 51.

Venit Aventinus poſt hos, locus unde vocatur ;
Mons quoque. poſt illum tradita regna Procae.

Livius : *Aventinus, ſepultus in eo colle, qui nunc eſt Romanae urbis, cognomen colli fecit. Proca deinde regnat.* Ciofan.

621. *Tribuitque.*] *Tribuit* hoc loco praeſens tempus eſt, non praeteritum. Constant. Fan.

622. *Summae gentis.*] Quamvis in omnibus,

Jamque Palatinus ſummae loca gentis habebat.

quia tamen nusquam legitur Palatinum Albae regnaſſe, qui hoc carmen ita caſtigarunt :

Jamque Palatinae ſummam Proca gentis habebat.

recte mihi ſenſiſſe viſi ſunt. Nauger. Fallitur hoc loco Regius, qui *ſummae gentis* pro *ſummam gentis*, legit, Palatinumque pro Proca inter reges accipit, ita enim hic verſus in ipſius editione habetur, *jamque Palatinus ſummae loca gentis habebat*, cum verior lectio ſit, *Jamque Palatinae ſummam Proca gentis habebat*, ut *ſumma gentis* accipiatur pro imperio & ſumma parte gentis Palatinae, hoc eſt, quae circa Palatium & ea loca, ubi poſtea Roma condita fuit, tum habitabat : neque enim alibi legitur, Albanorum regum aliquem Palatinum dictum, aut eundem Aventino ſucceſſiſſe, ſed Dionyſius & ipſe etiam Ovidius infra in Faſtis poſt Aventinum Procam numerant, patrem Amulii & Numitoris. Micyll. *Palatinus ſummae loca gentis* ſcripti omnes noſtri cum vetuſtis editionibus. niſi quod *Palatinae loca gentis* Florentinus S. Marci & Neap. omiſſo τῷ *ſummam*. ſec. Pal. *Palatinae ſummae loca gentis*. Scribe,

—— *Palatini ſummam Proca collis habebat.*

in τῷ *loca* vides veſtigia, *collis*. *gens Palatina* inep-

Rus amat & ramos, felicia poma ferentes.
Nec jaculo gravis eſt, ſed aduncâ dextera falce:
Quâ modo luxuriem premit, & ſpatiantia paſſim
Brachia compeſcit: fiſſâ modo cortice virgam
Inſerit: & ſuccos alieno praebet alumno.
Nec patitur ſentire ſitim: bibulaeque recurvas
Radicis fibras labentibus irrigat undis.
Hic amor, hoc ſtudium: Veneris quoque nulla cupido.
Vim tamen agreſtum metuens, pomaria claudit
Intus: & acceſſus prohibet refugitque viriles.
Quid non & Satyri, ſaltatibus apta juventus,
Fecere, & pinu praecincti cornua Panes,
Silvanusque, ſuis ſemper juvenilior annis,
Quique Deus fures, vel falce, vel inguine terret,

Ut

tum eſt. Forte ſcripſit, *Palatinae rupis.* ut lib. II. Faſt. 211. *Libyca de gente* pro *rupe* eſt in quibusdam; vel, *Palatini montis* HEINS.

623. *Pomona.*] *Pomana* Mſ. Bersm. mox *ſollertior* octo libri; & *inde tenet nomen* Bersm. codex.

623. *Latinas.*] *Latinos* multi veteres. utrumque bene. HEINS.

629. *Spatiantia.*] *Spectantia* Voſſii & duo alii. *ſerpentia* Leidenſ. & unus Heinſii. *ſpirantia contra.* Medic. unus. *ſpatiantia contra* alius Med. quod Heinſio non diſplicebat, ut lib. IV. 80. *Oſcula non pervenientia contra.* mihi vulgata ſatisfacit. *ſpatiantia paſſim* ſunt luxuriose in omnem partem excreſcentia. ut *ſpatiantes alas* vocat lib. IV. 364. BURM.

630. *Fiſſo modò cortice.*] Lib. X. 512. *Et fiſſo cortice vivum Reddit onus.* Sic enim ex vet. libris legi debere ibi oſtendimus. Hoc autem loco in lib. Statii eſt *fiſſa* per *a.* CIOFAN. *Fiſſâ* Bernegger. prim. Palat. prim. Gronov. & decem alii ex vetuſtioribus. Dixi lib. IV. Ÿſ. 375. pro *lignum* prim. Gronov. & quatuor alii, *virgam.* bene. HEINS.

631. *Et ſuccos alieno praeſtat alumno.*] In Vatic. & Caeleſt. *Praebet alumno.* CIOFAN. *Praebet* ex vetuſtioribus plurimi. HEINS.

633. *Labentibus irrigat undis.*] *Lavantibus* Bernegg. prim. Moret. fragm. Boxhornii, aliique nonnulli. quid ſi *lactantibus undis* ſcripſerit Ovidius? *lac* certe ſuccus in plantis herbisque dicitur. hinc *herba lactaria*, & *lactuca*, & *lac Cyrenaicum*, laſerpitii ſuccus. *lactantem annum* Noſter dixit lib. XV. hinc etiam *Lactans Deus* & *Lactucia Dea* apud Auguſtinum de Civitate Dei. Propert. l. IV. El. II.

Et coma lactenti ſticca fruge tumet.

lactens ficus apud Noſtrum in Faſtis, & *lactentia frumenta* apud Virgilium. poteſt & *lambentibus undis* legi. Aggenus Urbicus de Conditionibus agrorum, *Eatenus quousque adlambebat Piſaurum flumen.* Vomanus de laudibus Hortuli in Catalectis:

Aquae ſtrepentis vitreus lambit liquor,
Sulcoque ductus irrigat rivus ſata.

Prudentius Cathemerin. Hymno V.

Illic & gracili balſama ſurculo
Deſudata fluunt, raraque cinnama
Spirant, & folium, fonte quod abdito
Praelambens fluvius portat in exitum.

ſic vetuſtiores membranae. Feſtus Avienus Deſcriptione Orbis, 493.

Per quos flaventes Tybris pater explicat undas,
Romanosque lares lapſu praelambit alumno.

mox 687.

Litoris & curvo praelambitur ora fluento.

& 1075.

Laodice glauci praelambitur aequoris undâ.

& 1327.

——— *amnibus autem*
Fertilis irriguis crebro praelambitur ora.

Idem *lambendi* verbo de fluviis utitur paſſim, ut 554.

——— *Hanc freta quippe*
Ægei lambunt pelagi.

& 574. *Sata lambit pinguia Ladon.* & 693.

Qua vicina ſibi lambit confinia pontus.

& 949. *Thermodon lambit Amazoniae gentis ſata.* plura piget adſcribere, cum poſſem. HEINS. Nec *lambentibus* nec *lactantibus* placet. propius eſſet, *laetantibus*, id eſt fecundantibus, ut *lactare agrum*, *laetamen*, *laetae ſegetes* & ſimilia obvia ſunt in re ruſtica. *labentes* tamen *undas* dixit lib. V. 387. & *labentes rivos* Remed. 177. ubi etiam variant codices. quare tutius eſt vulgatam ſervare lectionem. BURM.

635 *Vim*

Ut poterentur eâ? ſed enim ſuperabat amando
Hos quoque Vertumnus: neque erat felicior illis.
O quoties habitu duri meſſoris ariſtas
Corbe tulit; verique fuit meſſoris imago!
Tempora ſaepe gerens foeno religata recenti,
Deſectum poterat gramen verſaſſe videri.
Saepe manu ſtimulos rigidâ portabat; ut illum
Jurares feſſos modo disjunxiſſe juvencos.
Falce datâ, frondator erat vitisque putator.
Induerat ſcalas, lecturum poma putares.
Miles erat gladio, piſcator arundine ſumtâ,
Denique per multas aditum ſibi ſaepe figuras
Reperit, ut caperet ſpectatae gaudia formae.
Ille etiam pictâ redimitus tempora mitrâ,

In-

635. *Vim tamen agreſtum.*] *Agreſtem* tert. Medic. & unus Voſſianus. Heins. *Arguto* Junianus. *Clauſit* Leidenſ. *pomeria* multi.

636. *Refugitque viriles.*] *Tactusque viriles* Patavinus.

638. *Praecincti cornua.*] *Succincti tempora* Argentin.

639. *Silenusque ſuis.*] In quibusdam codicibus legitur, *Sylvanus*, ſed magis placet *Silenus*. idem in Faſtis lib. 1. 414. *Nequitia eſt, quae te non ſinit eſſe Senem.* Const. Fan. *Silvanusque* plerique vetuſtiores. recte. qui numen eſt Latinum; ut & Vertumnus. Sileno nullus hic locus, non magis quam Baccho, cui is comes adhaeret ſemper indivulſus. Silvanus Deus agreſtis. qui & ſemper ſenex in antiquis marmoribus exhibetur. Virgilius initio Georg. poſtquam Cererem, Faunos, Dryadas, Pana, Minervam, alios deos agreſtes invocavit, addit,

Et teneram ab radice ferens Silvane cupreſſum.

cujus ad exemplum quoque Gratius initio Cynegetici, poſt alios deos agreſtes invocatos,

Naides, & Latii cultor qui Faunus amoeni,
Semper & inculto Silvanus termite gaudens.

Sed & idem Maro Georg. II. 493.

Fortunatus & ille, deos qui novit agreſtes,
Panaque Silvanumque ſenem.

Sed & *Mars Silvanus*, & *Hercules Silvanus* apud ſcriptores occurrunt. unde apparet, cur Noſtro *ſuis juvenilior annis* dicatur. ſed & Plautia gens *Silvani* cognomentum adſcivit, ut teſtantur ubertim ſaxa antiqua, quod moneo, ne quis contendat *Sylvanum* & *ſylvam* ſcribi oportere, quod plurimis in uſu eſt. Silvanus puerum Cypariſſum adamaſſe fertur, unde arbor illa ei in deliciis, ut ex Marone modo vidimus. Plutarchus in Paralellis ſcribit illum Romanis eſſe *Silvanum*, quem Graeci Αἰγίπανα appellant. *Silvanus Dendroſorus* in veteri inſcriptione. plura ad Solinum Salmaſius. pag. 294. Heins.

641. *Ut potirentur eâ.*] *Poterentur* meliores. dictum lib. XIII. verſ. 130. Idem. *Potiantur* Baſil. *potiretur* multi.

644. *Corbe tulit.*] Ita *Meſſoriam corbem* Cicer. pro Sext. 38. memorat. mox, *durique fuit meſſoris imago* etiam in quibusdam. male. ita mox vſ. 659. *vera anus.* ceterum meſſores ipſis ruſticis ruſticiores habitos patet ex Cicer. III. de Orat. 12. nota ſunt illa Horatii Epod. III. *Dura meſſorum ilia.* Burm.

645. *Gerens.*] *Ferens* duo libri, vid. lib. II. 135.

646. *Verſare videri.*] *Verſaſſe* rectius ſec. Pal. prim. Baſ. uterque Erfurt. Juret. & decem alii. & mox, *jurares* pro *juraſſes* Arond. Boxhorn. Oxon. & alii undecim. Heins.

647. *Ut illum juraſſes feſſos, &c.*] In Caeleſt. & iisdem Vatic. *jurares.* Ciofan.

648. *Disjunxiſſe.*] *Divertiſſe* unus Heinſii.

649. *Frondator.*] In uno Heinſii & alio Baſil. erat, *falcator.*

649. *Vitisque putator.*] Malim, *vitisve.* Heins.

650. *Induerat ſcalas.*] *Induitur ſcalas* Thyſii codex. eleganti Graecismo. Vide Notas Triſt. IV. Eleg. 1. v. 76. ſed tum pro *putares* ſit legendum, *putaris.* Heins. Oſtendit habitum ingredientis cum ſcalis, quibus caput per gradus inſeruerat. vid. Barth. ad Stat. X. Theb. 835.

653. *Spectatae gaudia formae.*] *Speratae* prim. Baſil. ſec. Pal. alter Hamburg. & quinque alii. etiam pro diverſa lectione Neap. ut lib. III. 389.

Ibat ut injiceret ſperato brachia collo.

apud Terentium tamen Eunuch. III. 5. *formarum ſpectator.* Heins. Ep. XVI. 31.

Sed mihi laudatam cupienti cernere formam.

654. *Mitra.*] *Vitta* duo libri. vid. lib. XIII. 643.

Innitens baculo, positis ad tempora canis,
Adsimulavit anum: cultosque intravit in hortos;
Pomaque mirata est: Tantoque potentior, inquit.
Paucaque laudatae dedit oscula; qualia numquam
Vera dedisset anus: glebâque incurva resedit,
Suspiciens pandos autumni pondere ramos.
Ulmus erat contra spatiosa tumentibus uvis:
Quam socià postquam pariter cum vite probavit;
At si staret, ait, caelebs sine palmite truncus,
Nil praeter frondes, quare peteretur, haberet.

Haec

655. *Per tempora.*] *Ad tempora* Basil. & sex alii. vid. lib. III. 275.

656. *Adsimilavit anum.*] *Assimulavit* multi veteres. HEINS. *Dissimulavit* unus Basil.

657. *Tantoque potentior, inquit.*] Ita est in meo & in Vatic. In lib. Statii, Farn. Jo. & quibusdam aliis, *Tantoque peritior, inquit.* Porrò post hunc versum in vulgatis nunc legitur:

Omnibus es Nymphis, quas continet Albula ripis,
Salve Virginei flos intemerate pudoris.

Hunc postremum Regius videtur agnoscere: legitur etiam in uno Vatic. qui est omnium, quotquot ibi asserventur, recentissimus. In septem aliis ex eadem Bibliotheca neuter horum legitur. Atque ita in Statii, Briant. Ursini, Cap. Farnes. Joannis, Caelestino, utroque Maffei & meo. Verùm ad marginem hujus mei aliena manu & atramento repositus est ille:

Salve Virginei flos intemerate pudoris.

Quare ego, quid hîc affirmem, non habeo, si horum tamen secundus esset in omnibus scriptis libris, eum hoc loco reciperem ac reponerem. Sed, hoc cùm non sit, ambos suppositos atque adulterinos puto, locumque asterisco notandum judico. aliquid enim desideratur. CIOFAN. Notat post hunc versum in vulgatis legi Ciofanus duos istos,

Omnibus es Nymphis, quas continet Albula ripis.
Salve Virginei flos illibate pudoris.

E quibus alterum nonnulli praeponunt. Idem monet *peritior* in quibusdam legi. Duos autem versus illos, alterius monetae esse quam Ovidianae, nemo est qui non videt. Tò *potentior* Ovidianum esse, sciunt, qui ea voce frequentissime uti autorem meminerunt. Etiam in his ipsis libris. ut IV. *Sed longe cunctis longeque potentior illa est, Si qua tibi sponsa est, si quam dignabere taeda.* Gruterus manu sua ad Ciofani Observationes, quo libro uti sumus, sibi non videri aliquid deesse annotaverat. Ego aliquid deesse ante illa verba, *tantoque beatior, inquit*, non dubitarim. DAN. HEINS. *Peritior* multi. frustra. quidam addunt duos versus. *Omnibus es Nymphis, &c.* sed nugae sunt. Vide omnino de eleganti hoc loquendi modo Observationum Gronovianarum lib. II. cap. 21. & Tranquillum Fabrum ad Phaedrum. lib. III. Fab. 5. sic lib. V. Fast. ex antiquis libris, 693.

At mihi pande precor tanto meliora petenti.

HEINS. In Vossiano legebatur:

Pomaque miratur, mox se convertit ad illam.

660. *Autumni pondere.*] *Autumnum in pondere* unus Bononiensis. Forte, *Autumno pondere*, ut lib. III sub finem. Pro *pandos ramos*, multi *patulos*, *gravidos*, *curvos*. nil muto. HEINS.

661. *Speciosa nitentibus uvis.*] Pervetusti codices, *tumentibus uvis*. in seq. sane libro idem ait, *Tumidaeque in vitibus uvae.* & Auson. *vitreis vindemia turget in undis.* MARIANG. ACCURS. in Diatribis. Rectius, ut nobis quidem videtur, quod in Palatino codice, *Ulmus erat contra, speciosa tumentibus uvis.* DAN. HEINS. *Spatiosa tumentibus uvis* repone ex plurimis veterum. Trist. IV. Eleg. VI.

Tempus ut extentis tumeat facit uva racemis.

infra lib. XV. 77.

——— *tumidaeque in vitibus uvae.*

Virgil. II. Georg. 102.

——— *tumidis bumaste racemis.*

Cato in Diris:

Dulci namque tumet nondum viticula Baccho.

Tumidioris acini uva apud Columellam lib. III. cap. II. Pentadius de vere:

Fronde maritata vitea musta tument.

non dissimiliter Noster in Fastis, I. 152.

Et nova de gravido palmite gemma tumet.

Vetus poëta apud Victorinum in grammatica:

Ecce tumet gemmis tua vitis, optime Bacche.

In Catalectis veterum Poëtarum carmine de mensibus:

Turgentes acinos varias & praecocat uvas
September.

ubi *turgentes acinos* perperam nunc circumfertur. HEINS.

663. *At si staret.*] *O si staret* multi. *ah* alii. *ast* unus. mox, *nil praeter lignum* Bonon. & Moreti.

666. *Si non juncta foret.*] *Nuda* S. Marci, prim. Hamburg. & tert. Bonon. *nuda*. Thuan. & prim. Bo-

Haec quoque, quae junctà vitis requieſcit in ulmo,
Si non nupta foret, terrae adclinata jaceret.
Tu tamen exemplo non tangeris arboris hujus;
Concubitusque fugis; nec te conjungere curas.
Atque utinam velles! Helene non pluribus eſſet
Sollicitata procis: nec quae Lapitheïa movit
Proelia, nec conjux timidis audacis Ulixei.
Nunc quoque, cum fugias averſerisque petentes,
Mille proci cupiunt; & Semideique, Deique,
Et quaecumque tenent Albanos numina montes.

Sed

Bonon. certe aut *nupta* legendum, aut *vincta* cum Neap. nam *juncta* proximo verſu praeceſſerat. niſi illic *vincta* legis cum prim. Gronov. quomodo noſter Ep. v. 47.

Non ſic appoſitis vincitur vitibus ulmus.

apud Columellam libr. v. c. 4. in optimis membranis, *vites defixis arundinibus circumvinctae per ſtatumina calamorum.* non *circummunitae.* Pentadius de Adventu Veris, ut ſcribendum eſt:

Vitea muſta tument vicinas vincta per ulmos.

ubi *tumere* denuo habes. quamquam Virgilius 1. Georg. 2. *Ulmis adjungere vites* dixerit. & Martialis lib. IV. Epigr. 13.

Nec melius teneris junguntur vitibus ulmi.

nupta vitis, quomodo *ulmus marita* non ſolum Catullo aliisque poëtis, ſed & Columellae ac aliis rei ruſticae ſcriptoribus paſſim dicta. Apulejo quoque in Apologia. Appoſite Plinius lib. XIV. cap. 1. *Jam in Campano agro populis nubunt vites, maritasque complexae, atque per ramos earum procacibus brachiis, geniculato curſu ſcandentes, cacumina aequant.* idem lib. XVIII. c. 28. *Populi albae etiam vitibus nuptae.* habes & *ulmum vite dotatam.* Gualterus in Alexandreide libro primo:

——— *tot nuptas vitibus ulmos.*

quae ſine dubio ad imitationem alicujus poëtae ex vetuſtioribus, ut alia multa, ille dixit. ſic & roſae in Pervigilio Veneris dicuntur *nubere.* Vomanus de laudibus Horti, in Catalectis:

Foecunda vitis conjuges ulmos ama.

Horatio lib IV. Od. V.

Et vitem viduas ducit ad arbores.

& Juvenali Sat. VIII. 78.

Stratus humi palmes viduas deſiderat ulmos.

Catullo quoque *vidua vitis* & *marita ulmus* dicuntur in Epithalamio. *alta maritat populos* Horatio Od. II. Epod. & Pentadius in dicto epigrammate:

Fronde maritata vitea muſta tument.

Columella Lib. III. c. 11. *Olivetum, non maritum* dixit. lib. IV. c. 1. *Maritandas arbores.* v. cap. 6 *At ſi teneram ulmum maritaveris, onus nupta non ſufferet. Si vetuſtae vitem applicueris, conjugem necabit. Ita ſuppares eſſe aetate & viribus arbores vitesque convenit. Sed arboris maritandae cauſa ſcrobis viviradici ſua debet.* Sic iſta ex veſtigiis vetuſtiſſimi codicis S. Germani conſtituenda ſunt. in quo, *At ſi teneram ulmum maritaveris, onus non jam ſufferet, ſi vetuſtate vitem applicueris.* idem quoque recte *ſuppares*, pro *ſibi pares.* paulo poſt, *Viti novellae pampinarium dimitti* (vet. cod. *immitti*) *non oportet, niſi neceſſario loco natus eſt, ut viduum ramum maritet.* De maritis & viduis ulmis idem plura lib. IV. 22. Vitis in aenigmatis Sympoſii:

Nolo toro jungi, quamvis placet eſſe maritam.

vetus poëta apud Priſcianum de verſibus comicis:

Si qua flagella jugabis, ante putare decet,
Ne reſoluta & vidua ulmus & cornus
Agri diſſidium dare Nyſia rura queant.

Septimius Severus apud Victorin. *Quando flagella ligas, ita liga, vitis & ulmus ut ſimul eant.* apud Maronem in Georg. lib. II. 299. *Neve flagella ſumma pete.* ubi agit de cultura vitium. Feſt. Avienus Deſcr. Orb. 500.

——— *Coma largi palmitis illic*
Tenditur, ac fuſo Bacchus tegit arva flagello.

Vitem copulat ulmus Guther. Lig. VI. Idem Columella lib. X. ut de *nubendi* vocabulo nonnihil ſubjiciam:

Alma ſinum tellus jam paſcet adultaque paſcens
Semina depoſitis cupiet ſe nubere plantis.

ubi mallem, *denubere. viduum ramum maritare* dixit lib. V. c. 5. de vite. Heins.

666. *Terrae acclinata jaceret.*] In meo eſt, *Terraeque accliva jaceret.* Ciofan. Ita etiam Florent. & Urbin. *inclinata* Thuan. unus & Junian.

670. *Lapitheia movit praelia*] *Semeleia* S. Marci, quod non intelligo. Heins.

671. *Nec conjux timidi aut audacis Ulyſſei.*] Mire haec connexa videntur; timidi in pugna, audacis in ſtruendis inſidiis exponit Raphaël, ſed hoc modo per *ac* melius connecterentur, vide utrum ſit correctio prioris dicti, quaſi diceret, ſi timidus non eſt appellandus, appelletur audax. Glarean. *Aut audacis Ulixei.* Idque è Romana conſuetudine. ut ſup. ex Plutarcho retuli. Ciofan. *Aut audacis* plerique veteres. ſed nihili haec ſunt. nam ſi timidus,

Sed tu, si sapies, si te bene jungere, anumque
Hanc audire voles, (quae te plus omnibus illis,
Plus quam credis, amo) vulgares rejice taedas:
Vertumnumque tori socium tibi delige: pro quo
Me quoque pignus habe. neque enim sibi notior ille est,
Quam mihi. nec toto passim vagus errat in orbe.
Haec loca sola colit. nec, uti pars magna procorum,
Quam modo vidit, amat. tu primus & ultimus illi
Ardor eris; solique suos tibi devovet annos.
Adde, quod est juvenis: quod naturale decoris
Munus habet: formasque aptè fingetur in omnes:
Et, quod erit jussus, (jubeas licet omnia) fiet.
Quid? quod amatis idem? quod, quae tibi poma coluntur,
Primus habet; laetâque tenet tua munera dextrâ?
Sed neque jam foetus desiderat arbore demtos,
Nec quas hortus alit cum succis mitibus herbas;
Nec quidquam, nisi te. miserere ardentis: & ipsum,
Qui petit, ore meo praesentem crede precari.

Ulto-

dus, cur audax? Vere Barberin. *timidis audacis Ulyssi.* Hoc est, audacis in timidos. Nostet lib. v. 544.

—— *fortisque fugacibus esto,*
Inquit: in audaces non est audacia tuta.

De Crocodilo Ammianus Marcellinus lib. XXII. 15. *Audax tamen monstrum fugacibus, ubi audaces senserit timidissimum.* & lib. XXVII. 11. de Probo: *Erat tamen interdum timidus ad audaces, contra timidos celsior.* HEINS.

672. *Petentes.*] *Volentes* Medic. unus. *precantes* Ambros.

673. *Mille viri.*] *Proci* Leid.

673. *Et Semideique.*] *Te Semideique* novem.

675. *Sed tu si sapies.*] *Sapias*, & mox, *velis* multi veteres. Sed nihil puto mutandum, quia tum *rejicias* & *seligas* etiam esset dicendum. Epist. v. vers. 99. scribendum etiam opinor:

Nec tibi, si sapies, fidam promitte Lacaenam.

non *sapias.* HEINS. *Sed bene si sapies* Medic.

677. *Amo.*] *Amat* Argent.

678. *Tibi delige.*] *Selige* codex S. Marci & prim. Hamburg. alii multi, *dilige.* unde, *dilectum habere.* Ita enim in vetustis codicibus plerumque scribitur, non *delectum.* HEINS. Legendum, *delige*, cum vulgatis, unde & *delectum habere.* vid. Graev. ad Cicer. II. Verr. 10. sic *deligere mores custodum & Paedagogorum* Quinctil. I. de Inst. Orat. 3. vid. supr. ad lib. X. 325. *toro socium* etiam Mediceus unus. non male. sic apud Virgil. v. 712. *Hunc cape consiliis socium.* BURM.

679. *Habe.*] *Habes* Medic. & sex alii.

679. *Neque enim sibi notior ille est.*] In meo, *Neque enim tibi.* CIOFAN.

681. *Haec loca magna colit.*] Nescio an verum sit, certe propius ad veritatem accedit, quod in Palatino:

Nec loca magna colit, nec, uti pars magna procorum,
Quam modo vidit amat.

DAN. HEINS. *Nec loca* Bernegger. sec. Pal. Cantabr. uterque Erfurt. Arond. & alii viginti. ex praescripto Poëtae,

—— *Laudato ingentia rura,*
Exiguum colito.

sed quia mox sequitur, *nec uti pars magna procorum*, vix videtur id ferri posse. in uno meo, quem ab Ægidio Menagio, viro cultissimi ingenii, munus accepi, pro diversa lectione, *loca sola.* quod ex suis etiam Vivianus notat. Puto, *sed loca sola colit.* sic Lucretio lib. VI. 395. de fulminibus, *Cur etiam loca sola petunt.* Cephalus apud Nostrum lib. VII. 824.

Tu facis ut silvas, ut amem loca sola.

HEINS. *Loca sola* dixit & Epist. XI. 84. Remed. 579. & passim alii.

682. *Quam modo vidit.*] *Quas* S. Marci, Neapol. Urbin. & unus meus. mox, *devovet ignes* unus Basil. pro *annos.* HEINS. *Quod modo vidit* Sprotii. eleganter. vide ad Epist. XVIII. 153.

684. *Quod naturale.*] *Quid*, *quod dotale* Ambros. sec.

685. *Formasque aptè fingetur in omnes.*] Alludit ad Vertumni nomen. Qua de re exstat Propertii eleg.

Ultoresque Deos, & pectora dura perosam
Idalien, memoremque time Rhamnusidis iram.
Quoque magis timeas, (etenim mihi multa vetustas
Scire dedit) totâ referam notissima Cypro
Facta; quibus flecti facilè & mitescere possis.

Fab. XVII. Argumentum.

Anaxarete in lapidem.

In Insula Cypro [a] *Anaxarete fuit ex progenie Teucri Salaminii, quae forma ceteras gentes ejusdem civitatis supergressa est. sed ut pulchritudo eminens fuit, ita propter adspernationem virorum abominanda omnibus. Quam cum Iphis, ejusdem civitatis, amore diligeret, neque aditum ad eam haberet, dolens, quod in tam gravem sortem incidisset, ad extremum,* [b] *ne diutius doleret, noctu clam ante fores puellae* [c] *suspendio se liberavit.* [d] *Cui cum funus* [e] *pro dignitate fortunae per publicum maximâ frequentiâ duceretur;* [f] *& illa patientissime ex superiori parte domus prospiceret; ob nimiam crudelita-*

Eleg. lib. IV. Meminit praeterea Vertumni, sive Vortumni, Asconius Pedianus in III. contra Verrem orat. exponens Ciceronis illud, *A signo Vortumni in circum maximum. Signum Vortumni in ultimo vico Thuriano est, sub basilicae angulo flectentibus se ad postremam dexteram.* Vortumnus autem Deus invertendarum rerum est, id est, mercaturae. Ciofan. *Mutetur* Palat. sec. *mutabit* prim. Gronov. *vertetur* unus Heinsii. *formetur* Sprotii.

687. *Quid, quod amatis idem? quid quae tibi poma coluntur.*] Liber meus, *Quid quod tibi poma coluntur.* Ciofan.

687. *Coluntur.*] *Colantur* alter Strozzae.

688. *Tua munera.*] *Nova munera* unus Basil. non male.

689. *Jam foetus.*] Nil libri juvant. Puto nihilominus,

Sed neque tam foetus desiderat arbore demtos,
Nec quas hortus alit cum succis mitibus herbas,
Nec quicquam quàm te. vel, *Nilve aliud quàm te.* Heins. *Jam fructus* quatuor libr.

692. *Quod petit.*] *Qui petit* duo veteres. rectius. Heins.

693. *Dura.*] *Dira* unus ex melioribus vid. III. 354.

694. *Idaliam.*] *Idalian* prim. Palat. & duo alii. *Idalien* Oxon. prim. Moret. prim. Hamburg. & sex alii. Heins.

695. *Quoque magis caveas.*] Idem liber meus & unus Maff. *Quoque magis timeas.* Ciofan. *Timeas* S. Marci. Neapol. Urbin. Thuan. Juret. aliique plurimi, venusta repetitione. Heins.

695. *Etenim mihi multa vetustas Scire dedit.*] Ita locutus est suprà lib. III. 336. *At pater omnipotens pro lumine adempto Scire futura dedit.* Ciofan. *Plura vetustus* unus Heinsii.

697. *Facta.*] Malo, *Fata* cum Sixiano & uno meo. Heins. Vid. inf. ỳs. 729.

697. *Flecti facile.*] *Facile flecti* Basil. & tres alii, *facile & flecti* Medic. unus.

[a] *Anaxarete.*] *An. ex prog. T. S. forma ceteras virgines supergressa est. Quam cum Iphis misere amaret, humili de stirpe creatus, neque aditum &c.* Colon. *Ceteras Virgines* Micyl. marg. *gentes* vel *civitatis* esse glossema puto, legendumque *ceteras gentis ejusdem supergressa est. Civitatis* irrepsit ex sequentibus.

[b] *Ne diutius doleret.*] Haec non habet Raener.

[c] *Suspendio se liberavit.*] Ita cum Mss. Ven. Ed. Raenerius, *suspendio ejus amore se liberavit.* Antonin. cap. 39. inedia vitam finisse juvenem narrat. Ἀρκεοφῶν μὲν οὖν κατ' ὑπερβολὴν πάθους καὶ ὑποψίαν τὴν πρὸς τὸν γάμον ἑκὼν ἀποθνήσκει κατὰ τροφῆς ἐνδείαν. pro ὑποψίαν lege, ὑπεροψίαν. in praecedentibus pro, *ceteras gentes*, mallem, *ceteras virgines.* Muncker.

[d] *Cui cum.*] *Cujus cum* Colon.

[e] *Pro dignitate fortunae.*] Haec absunt Colon. erat enim *humili de stirpe creatus.* vel legendum, *pro humilitate fortunae*, vel potius, *non pro dignitate fortunae.*

[f] *Et illa patientissime &c.*] Pro his Colon. *Forte praeter puellae domum elatum est, quo ex eminente loco conspecto, cum se nimis duram amanti fuisse*

litatem animique duritiam, in ᵍ *veſtigio ſui à Venere ſaxo durata eſt; ita ut apud Salaminios ſpecies ejus proſpicientis Veneris nomen acceperit. Dehinc Vertumnus, rediens in ſuam ſpeciem, Pomonâ potitus eſt.*

Viderat à veteris generoſam ſanguine Teucri
Iphis Anaxareten, humili de ſtirpe creatus.
Viderat: & totis perceperat oſſibus aeſtum.
Luctatusque diu, poſtquam ratione furorem
Vincere non potuit, ſupplex ad limina venit.
Et modo nutrici miſerum confeſſus amorem,
Ne ſibi dura foret, per ſpes oravit alumnae.
Et modo de multis blanditus cuique miniſtris,
Sollicità petiit propenſum voce favorem.
Saepe ferenda dedit blandis ſua verba tabellis:

In-

agnoſceret, ultione Veneris in ſaxum mutata eſt. His narratis, in ſuam ſpeciem reverſus Vertumnus, Pomonâ potitus eſt.

ᵍ *Veſtigio ſui.*] *Suo* Raener.

699. *Humili de ſtirpe.*] *De plebe* unus Baſil. & Heinſii unus melioris notae. ita & lib. III. 583. *generatam* etiam verſu ſuperiore Baſil.

700. *Viderat, & totis perceperat oſſibus ignes: Luctatusque diu, poſtquam ratione furorem Vincere non poterat.*] Hanc eandem ſententiam paucis mutatis extulit lib. VII. 9.

Concipit interea validos Aaetias ignes,
Et luctata diu, poſtquam ratione furorem
Vincere non poterat. CIOFAN.

700. *Perceperat oſſibus ignes.*] *Æſtum* vetuſtiores plerique cum S. Marci. HEINS. *Praeceperat* unus. hanc fabulam ſub nominibus Arceophontis & Arſinoës habet Antonin. Liber. Metam. XXXIX.

702. *Non potuit.*] *Non voluit* Medic. unus. *poterat* quinque.

704. *Per ſpes oravit alumnae.*] Puto, *ſpes alumnas.* Adi notas noſtras Met. IV. ℣ſ. 421. ſic *Per ſpes ſocias* l. XIII. HEINS.

705. *Et modo de multis alicui blanditus amicis.*] *Blanditus cuique miniſtris* Thuan. prim. Reg. prim. Moret. & alii decem. probe. *cuiquam blanditus* prim. Baſil. *alicui blandita miniſtris* prim. Palat. prim. Vatican. tert. Medic. Urbin. uterque Hamburg. & ſeptem alii. Calandr. & praeterea quinque, *ſuadendo cuique miniſtris.* Neapol. (& Francof.) *alicui ſuadendo miniſtris.* in quibus omnibus verae lectionis apparent veſtigia. IDEM.

707. *Propenſum.*] *Perpenſum* magno numero codices.

707. *Tabellis.*] *Libellis* duo libri.

708. *Interdum madidas lacrimarum rore coronas Poſtibus intendit.*] Amantes non admiſſi à ſuis amaſiis, quas in capite gerebant, coronas poſtibus ſuſpendebant; lib. II. De Arte 527. *Poſtibus & duras ſupplex blandire puellae, Et capiti demptas in fore pone roſas.* & V. Faſt. 738.

Et tegat ornatas multa corona fores.

CIOFAN. Lectum fuiſſe a quibusdam, *lacrimarum voce* apparet ex Meurſii Spicilegio ad Theocrit. p. 133. qui corrigit, *rore.* & totum hunc locum illuſtrat. *madidis* Cantabrig. *poſtibus inſeruit* unus Medic.

709. *Poſuitque in limine duro Molle latus.*] Amantis exprimit naturam, qui, ut amica potiatur, omnia magno cum incommodo ferre haud recuſat. Ita alibi:

Dura ſuper tota limina nocte jace. CIOFAN.

910. *Triſtisque ſerae convicia fecit.*] Liber Caeleſtinus & unus Maffei, *Convicia dixit.* Utrumque rectè. Confirmat illud M. Tullius, qui eodem modo locutus eſt libro I. ad Atticum: *Cato convicium Piſoni conſuli mirificum facit.* Et Plautus in Moſtellaria: *Sic & praeſenti tibi facit convicium?* Ipſe verò hoc. Rem. 107.

Nec dic blanditias, nec dic convicia poſti.

Et ibidem ℣ſ. 35.

Et modo blanditias, gelido modò jurgia poſti
Dicat.

Et Virg. in Moreto, modò ejus ſit illud opus:

Immeritoque furens dicit convicia fumo.

Plautus in Aſinaria. v. II. 48.

Quid pericli ſit dotatae uxori convicium dicere.

IDEM. Scribe, *triſtique ſerae* cum uno Baſil. hoc eſt difficili, immiti. vide Nonium in *Triſte.* HEINS. De locutione illa, *facere convicia*, vid. ad Remed. 507. *triſtique fori* unus Baſil.

711. *Saevior illa freto.*] *Surdior* prim. Gronov. alter Erfurt. & quatuor alii. optime. Epiſt. VIII. 9.

Surdior ille freto clamantem nomen Oreſtae
Traxit inornatis in ſua tecta comis.

Epi-

Interdum madidas lacrimarum rore coronas
Poſtibus intendit; poſuitque in limine duro
Molle latus: triſtique ferae convicia fecit.
Surdior illa freto ſurgente, cadentibus Hoedis,
Durior & ferro, quod Noricus excoquit ignis,
Et ſaxo, quod adhuc vivâ radice tenetur;
Spernit & irridet; factisque immitibus addit
Verba ſuperba ferox: & ſpe quoque fraudat amantem.
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis: & ante fores haec verba noviſſima dixit:
Vincis, Anaxarete: neque erunt tibi taedia tandem
Ulla ferenda mei. laetos molire triumphos,
Et Paeana voca, nitidàque incingere lauro.
Vincis enim, moriorque libens: age, ferrea, gaude.

Cer-

Epiſtola XIX. 211.
Nec faciam ſurdis convicia fluctibus ulla.
Artis libro I. 531.
Theſea crudelem ſurdas clamabat ad undas.
Lib. XIII. 804.
Surdior aequoribus.
Horat. libro III. Od. VII.
——— *ſcopulis ſurdior Icarii.*
Idem Epod. XVII.
Quid obſeratis auribus fundis preces?
Non ſaxa nudis ſurdiora navitis
Neptunus alto tundit hybernus ſalo.
ſic *ſurdae fores*, de quibus Amor. lib. I. Eleg. VI.
——— *ô ſoribus ſurdior ipſe tuis.*
Marcianus Capella libro IX.
Sed nec Arioniam marmora ſurda chelyn
Temſere, extremam cum flagitaret opem:
pro *cadentibus Haedis* perperam multi veteres, *Auſtris*. Statius Theb. VIII. 407.
——— *Montana cadentibus Haedis*
Aëriam Rhodopen ſolida nive verberat Arctos.
Heins. *Furentibus* unus. *cadentibus Euris* quindecim. *tumentibus Auſtris* duo.

711. *Cadentibus Auſtris.*] In nonnullis exemplaribus lego, *Haedis*, quod non diſplicet, quoniam Haedorum non ſolum ortus, ſed & occaſus efficit tempeſtates, ut Servius ſcribit, ſed alteram quoque lectionem tueri his Gellii verbis poſſumus, quae ſunt Noctium Atticarium lib. II. cap. ult. *Fluctus, qui flante Aquilone maximi ac creberrimi excitantur, ſimulac ventus poſuit, ſternuntur ac conflacceſcunt: & mox fluctus eſſe deſinunt. at non idem fit flante Auſtro vel Aphrico, quibus jam nihil ſpirantibus, undae tamen factae diutius tument, & a vento quidem jam dudum tranquillae ſunt, ſed mare eſt etiam atque etiam undabundum.* Const. Fanens. *Auſtris* eſt in plerisque veteribus libris. In aliis quibusdam, *Cadentibus Haedis*. quod verius puto. nam ad marginem libri mei annotatum eſt, *Haedis & orientibus & occidentibus tempeſtas ſit maxima.* Poſſet etiam illo alio modo legi. Rationes ab aliis, qui in hunc poëtam ſcripſerunt, ſatis probabiles reduntur. Ciofan.

712. *Noricus excoquit ignis.*] Multi ſcripti, *Doricus*, *Gnoricus* duo. perperam Rutil. Itin. lib. I. 351.
Occurrit Chalybum memorabilis ilva metallis,
Quâ nihil uberius Norica gleba tulit.

713. *Vivum radice.*] *Viva radice* prim. Baſil. Oxon. Hamburg. & complures alii. unus Bonon. *viva quod adhuc radice.* hinc *viviradix* planta ſaepius apud Rei ruſticae ſcriptores occurrit, Columellam imprimis. *viva plantaria* apud Maron. Georg. II. *Saxi radices* quoque Lucretius dixit. *viva ſaxa* Noſter Metam. lib. VII. apud Agrimenſores antiquos, *Terminus de lapide vivo deciſus.* & *pons de lapide vivo.* Heins. *Firma radice* unus. *nivia* Voſſian. *dura* unus.

715. *Fraudat.*] *Fallit* plurimi.

718. *Neque erunt tibi taedia tandem Ulla ferenda mei.*] *Mihi taedia* nonnulli cum prim. Hamburg. nil muto. ſic Arte Amatoriâ, II. 530.
Dedecet ingenuos taedia ferre ſui. Heins.

719. *Laetos molire triumphos.*] *Laetos* dixit ab effectu. nam laetos & celebres reddunt homines. Sic lib. XIII. 252. *Ingredior curru laetos imitante triumphos.* Ciofan.

720. *Nitidaque.*] *Rutilaque* Baſil. *timidaque* Medic. *recingere* unus Leidenſ. *nitida praecingere* duo Medicei. *lauru* duo.

721. *Vincis, ait.*] *Vincis enim* prim. ſec. Palat. prim. Vatican. tert. & quart. Medic. prim. Baſil. Oxon. S. Marci, Neapol. Urbin. plurimi denique ex vetuſtioribus. Putabam aliquando, *Vincis iô.* Heins.

Certè aliquid laudare mei cogêris, eritque
Quo tibi ſim gratus : meritumque fatebere noſtrum.
Non tamen ante tui curam ceſſiſſe memento
Quàm vitam; geminàque ſimul mihi luce carendum.
Nec tibi Fama mei ventura eſt nuntia leti;
Ipſe ego, ne dubites, adero : praeſensque videbor;
Corpore ut exanimi crudelia lumina paſcas.
Si tamen, ô Superi, mortalia fata videtis;
Eſte mei memores; nihil ultra lingua precari
Suſtinet; & longo facite ut memoretur in aevo:
Et, quae demſiſtis vitae, date tempora famae.
Dixit : & ad poſtes, ornatos ſaepe coronis,
Humentes oculos & pallida brachia tendens,
Cum foribus laquei religaret vincula ſummi;
Haec tibi ſerta placent, crudelis & impia ? dixit.
Inſeruitque caput, ſed tum quoque verſus ad illam:

At-

722. *Mei cogeris, eritque.*] *Mei cogeris amoris* Florent. S. Marci. HEINS.

723. *Non tamen ante mihi curam exceſſiſſe memento.*] In quibusdam, *non tamen ante tui.* NAUGER. *Tui* eſt in antiquis. Quidam legunt, *Non tamen ante mihi.* Illud magis placet: & illos opinor falli. CIOFAN. *Tui curam exceſſiſſe* Thuan. prim. Gronov. prim. Baſil. Calandr. prim. Erfurt. Arondel. & complures alii. *tibi* S. Marci, prim. Hamburg. prim. Moret. pro *exceſſiſſe*, S. Marci, *curamque egiſſe. curam exiſſe* tert. Medic. *finiſſe* unus Argent. ſec. Paſſat. & prim. Hamburg. *fuiſſe* Bernegger. Scribe,

Non tamen ante tui curam fugiſſe memento.

vel *ceſſiſſe.* HEINS.

725. *Carendum eſt.*] Non habent τὸ *eſt* S. Marci, Neapol. Bernegger. Arondel. prim. Hamburg. & octo alii. bene. IDEM. *Geminaque mihi jam luce* duo libri.

728. *Exanimi.*] *Exanimo* unus Baſil.

728. *Mortalia facta.*] *Fata* Arondel. Bernegger. & praeterea duodecim. HEINS.

731. *Facite ut narremur.*] Τὸ *ut* abeſt à S. Marci, Neapol. Bernegger. prim. Gronov. & quatuor aliis. *Facite narremur ut aevo* prim. Hamburg. *facite ut memoremur* prim. ſec. Palat. prim. Moret. & tres alii. Thyſii, *facite memoremur.* Lege, *facite ô memoremur*, vel *narremur.* IDEM. *Longo in anno* unus. vid. ſup. 379.

733. *Ad poſtes, ornatos ſaepe coronis.*] Haec ex Theocrito ſumpta illuſtrat Martin. lib. II. Var. Lect. 14. *appoſitis laudatos ſaepe coronis* Leidenſis. *laudatos* etiam Gronov. *laudatis* Medic. deinde *humentesque* novem libri. *vitiensque* Sixi, unde Heinſius faciebat, *liventesque.*

734. *Pallida brachia tollens.*] In aliis, *Tendens.* Per *pallida* autem amoris expreſſit effectum. Unde alibi ait:

Palleat omnis amans, color eſt hic aptus amanti.

CIOFAN. *Brachia torquens* Medic.

735. *Vincula ſummis.*] *Summi* Florent. S. Marci & Neapol. bene. ſummi vincula laquei. ſequentem verſum cum interrogationis nota lege. & deinde, *verſus ad illam*, ſine τῷ *eſt*, ex fide vetuſtiorum. HEINS. Mox, *Sed nunc quoque* Leidenſ.

739. *Icta pedum motu trepidantum & multa timentum.*] Poſt *motu* diſtinguendum, ut ſit ſenſus, Janua iſta motu pedum, videlicet, Iphios ſuſpenſi ac morientis, viſa eſt dediſſe ſonum trepidantum ac multa timentum. GLAREAN. *Timentem* veteres plerique. decem, *trepidantum & multa timentum. trepidantum & morte paventum* prim. Moret. & prim. Bonon. *trepidantum & morte timentum* alter Erfurt. & alii quatuor. *trepidantem & morte timentem* Langerm. *trepidantem & multa moventem* Medic. chart. *paventem* unus Baſil. *trementem* unus Leid. *tenentem* unus meus. *cuncta timentem* Thyſ. alius, *trepidantis & multa gementis.* alius, *trepidi moreque timentis.* Haereo in tanta diſcrepantia lectionum. Scribo nihilominus,

Icta pedum motu trepidantum ut multa gementem
Viſa dediſſe ſonum eſt.

ſequentia confirmant. *gementem* certe ex ſuo codice notarat Politianus. *multa gemens* pro multum apud Maronem, III. Georg. 225.

——— *ignotis exulat oris*
Multa gemens.

multa putans apud eundem. VI. Aen. 332. Noſter lib. VIII. 176.

——— *deſertae & multa querenti.*

lib. IV. 448.

Qui

Atque onus infelix eliſâ fauce pependit.
Icta pedum motu trepidantum ut multa gementem
Viſa dediſſe ſonum eſt, adapertaque janua factum
Prodidit; exclamant famuli: fruſtraque levatum
(Nam pater occiderat) referunt ad limina matris.
Accipit illa ſinu, complexaque frigida nati
Membra ſui, poſtquam miſerorum verba parentum
Edidit; & matrum miſerarum facta peregit;
Funera ducebat mediam lacrimoſa per urbem;
Luridaque arſuro portabat membra feretro.
Forte viae vicina domus, quâ flebilis ibat
Pompa, fuit: duraeque ſonus plangoris ad aures
Venit Anaxaretes: quam jam Deus ultor agebat.
Mota tamen, Videamus, ait, miſerabile funus:
Et patulis iniit tectum ſublime feneſtris.
Vix bene compoſitum lecto proſpexerat Iphin;

Deri-

Quo ſimul intravit, ſacroque à corpore preſſum
Ingemuit limen.
Pont. III. Eleg. III.
Et gemuit parvo mota feneſtra ſono.
Virgil. XI. Aen. 138.
Nec plauſtris ceſſant vectare gementibus ornos.
& in Georgicis, III. 183.
—— *tractuque gementem*
Ferre rotam.
Heins. Forte poſſet legi rectius,
Utque onus infelix eliſa fauce pependit,
Icta pedum motu, trepidantum morte, gementem
Viſa dediſſe ſonum eſt. *utque* eſt in uno Baſil.

742. *Ad limina.*] *Ad lumina* duo libri.

744. *Poſtquam miſerarum verba parentum.*] Etiam hic melius, quod Palatinus exhibet, *poſtquam miſerorum verba parentum Edidit, & matrum miſerarum facta peregit.* Dan. Heins. Et ita tres libri. rectius. nam vices patris defuncti agebat. *vota* etiam Vatican. *fata* tres.

746. *Funera ducebat.*] *Ducuntur*, & mox, *portantur* pro *portabat* Bernegger. Thuan. Barberin. prim. Gronov. & alii nonnulli. ſed fruſtra. Mater ducit funera, quia prima eſt in pompa funeris. eadem & *funus portare* dicitur, Ep. Sapph. XV. 115.
Non aliter, quam ſi nati pia mater ademti
Portet ad exſtructos corpus inane rogos.
apud Perſium Satyra ſecunda,
Nerio jam tertia ducitur uxor,
pro effertur, ita enim legunt Servius ad ỹſ. 256. lib. IV. Georgicôn & Pſeudo-Cornutus. nam in vulgatis exemplaribus eſt, *conditur uxor. ducere funus* etiam habes L. II. in fine D. *de in jus vocatis*, L. XIV. *ſi cui funeris.* & L. XXXVIII. D. *de religioſis.* Servius ad illud Maronis, IV. Georg. 256.
Exportant tectis, & triſtia funera ducunt.
cum exſequiali ſcilicet pompa, & ducere proprie eſt funerum. Eleg. in Druſ. 27. *Funera pro ſacris tibi ſunt ducenda triumphis.* Heins.

748. *Qua flebilis ibat.*] Prima editio Aldina & unus Mediceus, *quam ibat.* ſic *ire exſequias.* vide notas Amor. II. Eleg. VII. Propert. lib. III. Eleg. XV.
Nec tamen eſt quisquam, qui ſacros laedat amantes:
Scironis medias his licet ire vias.
ita opinor legendum. vulgati,
—— *mediâ ſic licet ire viâ.*
Virgil. VI. Aen. 122. *Itque reditque viam toties.* Idem.

749. *Duraeque.*] *Diraeque* tres. *durasque* quatuor *clangoris* decem. *clamoris* tres.

750. *Ultor agebat.*] *Habebat* prior Gronov. & tres alii. quod etſi explicari etiam eleganter poſſet, majorem tamen vim vulgata lectio habere videtur. ſic dicitur *furor agere* Valer. Flac. VII. 36. *terror* II. 461. de quibus pluribus ad Valerium ipſum. vide Heinſ. ad lib. II. Art. am. 496. & ſupr. ad lib. X. 81. Burm.

753. *Vixque bene impoſitum lecto proſpexerat Iphin.*] *Bene* addit Poëta, ut majorem oſtenderet feſtinationem. Sic alibi: *Vix bene deſierat.* Et: *Vix bene miſſus erat.* Et infrà. *Vix bene deſierant.* Ciofan. *Vix bene jam poſitum*, putabam aliquando. At Cantabrig. *Vix bene compoſitum:* bene. Horat. I. Sat. IX.
Omnes compoſui felices.
in Faſt. III. 547. *compoſitusque cinis.* & V. 426.
Compoſitique nepos buſta piabat avi.
Pont. I. el. II. III.
Nec male compoſitos (ut ſcilicet exule dignum)
Biſtonii cineres ungula pulſet equi.
Vix bene impoſitum fragment. Boxhornii. *Iphin* pro

Deriguere oculi : calidusque è corpore ſanguis
Inducto pallore fugit. conataque retrò
Ferre pedes, haeſit : conata avertere vultus,
Hoc quoque non potuit : paullatimque occupat artus,
Quod fuit in duro jampridem pectore, ſaxum.
Neve ea ficta putes; dominae ſub imagine ſignum
Servat adhuc Salamis: Veneris quoque nomine templum
Proſpicientis habet. quorum memor, ô mea, lentos
Pone, precor, faſtus, & amanti jungere, Nymphe.
Sic tibi nec vernum naſcentia frigus adurat
Poma; nec excutiant rapidi florentia venti.
Haec ubi nequicquam formas Deus aptus in omnes,
Edidit; in juvenem rediit : & anilia demit
Inſtrumenta ſibi. talisque adparuit illi,

Qua-

Iphim meliores. mox, *è pectore*, pro *è corpore* Thuan. & Juret. pro *Diriguere* codex Langerman. *Corriguere.* inſolenti verbo. vetuſtiores, *Deriguere.* HEINS.

754. *Diriguere oculi*] Sic Virg. lib. VII. 446.
At juveni oranti ſubitus tremor occupat artus.
Diriguere oculi, tot Erinnys ſibilat hydris. CIOFAN.

754. *Calidusque è corpore ſanguis Inducto pallore fugit.*] Liber meus & Caeleſt. multo rectius habent, *Calidusque è pectore.* IDEM. *Calidoque* Voſſ. *induto pallore* quatuor. mox, *conataque vertere* Junian. & ſex alii. *conataque vertere* ſeptem. *conata revertere* tres. *conata advertere* prim. Gronov.

758. *Quod fuit in duro jampridem corpore, ſaxum.*] In iisdem lib. eſt hoc quoque loco *Pectore*, non *Corpore.* Videtur Poëta attingere Deucalionis & Pyrrhae fabulam, quorum opera, Jove annuente & permittente, ex lapidibus, quos jecerant, homines facti ſunt. Vel, quod initio, cùm ab Iphi amaretur, ita dura & acerba eſſet Anaxarete, ut ea in duritie ad extremum usque immobilis & pertinax permaneret. CIOFAN. *In pectore ſaxum* Cantabrig. Oxonienſ. Arondel. prim. Moret. plurimique alii. bene. HEINS.

759. *Dominae ſub imagine ſignum Servat adhuc Salamis.*] Usque huc ſtatua Anaxaretes, in ſaxum converſae, eſt Salaminae. Superius, ex C. Vellejo Paterculo, annotavimus, Salaminam conditam fuiſſe à Teucro, Telamonis filio. Sciendum praeterea, Salaminam Jovis delubris, ſicut Paphum Veneris templo, inſignem fuiſſe. Auctor Marcellinus lib. XIV. CIOFAN.

760. *Veneris proſpicientis.*] *Venus proſpiciens* dicta videtur, quod virginum ſuperbiam, amatores contemnentium, proſpiceret atque provideret. Nymphe autem, cum ſit vocandi caſus, ſine diphthongo ſcribatur. REGIUS. Immo *proſpicientis* cognomen accepit a ſpecie & forma proſpicientis de feneſtra Anaxeretes, quae eadem ſpecie a Venere in ſaxum converſa fuit. quanquam alibi apud auctores eos, qui reſtant, neque fabulae hujus, neque cognomenti iſtius mentio ulla fit. ſed hoc temporum injuriae acceptum ferendum, qua longe plures cùm hujus, tum aliarum rerum auctores amiſimus, quam retinemus. MICYLL. Strabo lib. XIV. ait, poſt Carpaſiam Cypri urbem eſſe montem ac promontorium, montis ſummum Olympum dici, ubi Veneris Atreae templum ſit, quod nec adire, nec videre mulieribus conceſſum. Ptolemaeus videtur Aphrodiſium vocare. Raphaël ait, Venerem proſpicientem dictam, quod virginum ſuperbiam, amatores contemnentium, proſpiceret ac provideret, quod mihi non probatur. GLAREAN. Zulich. & alter Thuan. *Ulciſcentis.* pro, *ô mea Nymphe*, multi veteres, *optima.* S. Marci & alii ſex, *omnia.* vid. notas Triſt. I. eleg. VI. 5. Apulejus lib. I. Mileſ. *Remoto inquam in loco, parens optima, dic oro cujatis ſis.* ita vetulam alloquitur. HEINS. *Veneris quoque numine* Medic. & Ambr. deinde *o mea* rectum eſt. vid. ad Petron. cap. CXVI. *duros faſtus* quinque libri.

762. *Jungere, Nymphe.*] *Jungere dextrae* unus Argentin. *jungere divo* Medic.

763. *Sic tibi nec.*] *Tibi nil* S. Marci. HEINS.

766. *Et anilia demit.*] In meo, *dempſit.* Placet. CIOFAN. Ita & multi. *ponit* unus Moreti.

768. *Oppoſitas.*] *Appoſitas* quatuordecim ſcripti. *oppoſitam nubem* Baſil. *Evincit* Junian. & quinque alii. *eduxit* unus. deinde *refulſit* Moreti & duo alii. *reduxit* unus.

770. *Inque figura Capta.*] Sic quidem legitur, ſed *namque*, loco illius *inque*, ut reponatur ſenſus expoſcit. exponit enim Poëta, cur vi opus non fuerit. nam Pomona, formâ Vertumni capta, facile ei morem geſſit. hanc vero emendationem noſtram inepti quidam Scalformae reprehendunt, ut verſum

Qualis ubi oppoſitas nitidiſſima Solis imago
Evicit nubes, nullàque obſtante reluxit.
Vimque parat: ſed vi non eſt opus: inque figurâ
Capta Dei Nymphe eſt: & mutua vulnera ſentit.

Fab. XVIII. Argumentum.

Romulus in Quirinum.

Poſt Amulii ac Numitoris Albanorum regum interitum, Romulus urbis à ſe [a] *conditae cepit imperium. Qui cum adverſus Titum Tatium* [b] *pro raptu virginum dimicaret, hoſtis adpropinquavit* [c] *patriae.* [d] *Quod ut Venus praeſenſit; portis obſeratis una patefacta eſt, Tarpeja virgine prodente patriam; pro filii incolumitate à Nymphis,* [e] *quae proximae Jano erant,* [f] *geminum petiit auxilium. Data ergo venia, ſecundum portam, quam Sabini* [g] *irrupturi erant, recluſo fonte,* [h] *ſcaturientes aquae, quae antea*

ſum perturbantem. ſic enim, ajunt, Syllaba brevis natura produceretur, quaſi vero hoc & ipſi non viderimus, ac non illud ſecuti ſimus, quod non ſolum a grammaticis, ſed a Fabio quoque Quintiliano praecipitur. *ſ* literam ſaepenumero in metro excludi: quo quidem modo nulla vis carmini affertur. ſed de hoc quoque alibi plura. Regius. Grammatici, *namque* pro *inque* reponendum admonent, ſyllabamque excuſant, quod *ſ* litera quandoque abjici conſuerit: porro Mſſ. quidam codices puram retinent ſinceramque lectionem, qui ſic habent,

Vimque parat, ſed opus non eſt vi, namque figura: Mariang. Accurs. in Diatribis. Quos hic Scalfornias, ut ipſe vocat, Regius ſugillet, neſcio. illud certe verum apparet, quod vulgo dici ſolet; ſuum cuique pulchrum. nam quod ad eliſionem conſonantis *ſ* attinet, ut quidem conſtat a veteribus eam uſurpari ſolitam fuiſſe, ita rurſum in toto hoc poëta exemplum ejus alibi non exſtat, nec apud Virgilium, qui tamen Ennianae vetuſtatis amator fuit. praeter unum illud, *inter ſe coïſſe viros, & decernere ferro*, quod tamen & ipſum in finem commatis ſive tomes incidit, ut ea ratione defendi queat. proinde, utcunque debacchetur Regius in adverſarios ſuos, neminem, puto, eliſionis iſtius ſuae adſtipulatorem inveniet, ſive, *Inque*, ſive, *atque*, ſive quocunque tandem legendum concedamus. Micyll. *Inque figura Capta Dei, &c.* Omnes libri & rectè. Quid tamen Regius comminiſcatur mihi non eſt ignotum. Mariang. in quibusdam vet. eſſe ait. *Sed opus non eſt vi; namque figura.* Vera lectio. Ciofan. *Inque* non movendum. vide ad lib. IV. 234.

[a] *Conditae.*] *Conditae, occiſo fratre Remo, cepit* Colon.

[b] *Pro raptu.*] *Pro raptis virginibus dimicaret, & aliquando, hoſte noctu appropinquante, cum reliquae portae clauſae eſſent, una a Tarpeja virgine patriam prodente aperta eſt* Colon.

[c] *Patriae.*] *Urbi* Raener.

[d] *Quod ut Venus praeſenſit.*] Haec Raenerius ponit poſt, *prodente patriam.* & rectius ut puto. & ita Colon. qui *ſenſit* habet.

[e] *Quae proximae &c.*] Venet. *Quae proximè Jano &c.* Lege, *Quae proximè Janum erant geminum.* Flor. I. cap. 2. *Janumque geminum fidem pacis ac belli. Proximè* dativum caſum regere non poteſt. Julius Obſequens cap. 119. *Cui proximè Pompejo, in caſtris ſedenti, accipiter ſuper caput acceſſerat.* Lege, *proximè Pompejum.* Fruſtra eſt Schefferus ſubaudiri jubens praepoſitionem *à*. Verum ut illic aliena elipſis illa, ita eadem non obſervata corrupit locum elegantiſſimum Plinii Hiſtor. Natur. Lib. II. cap. 7. *Quisquis eſt deus (ſi modo eſt alius) & quacunque in parte, totus eſt ſenſus, totus viſus &c.* Notat Dalechampius MSS. habere, *ſi mundo eſt alius aliquis.* Unde ipſe conjectat, *ſi à mundo &c.* At nihil opus erat iſtâ praepoſitione. Vera & Latiniſſima lectio eſt, *ſi mundo eſt alius aliquis &c.* Horat. Lib. I. epiſt. 16. *Neve putes alium ſapiente bonoque beatum.* Quod ſi quis ſtatuere velit, *proximè* etiam cum dativo rectè jungi, adducere poſſit illud veteris Interpr. Concil. Epheſin. pag. 124. ed. Cont. *Proximè nobis participatum eſt carne & ſanguine Deus exiſtens verbum.* Scio ſatis barbarum eſſe illum interpretem. At Latinus egregiè Nepos Hannib. cap. 8. *Propius Tiberi quàm Thermopylis.* Verum ibi ex vett. edd. repoſuerim, *Tiberim & Thermopylas.* Praepoſitionem addit Frontin. Strat. Lib. IV. 7. ex. 40. *Cum propè à virgultis ſylvaque poſita eſſent.* Muncker.

[f] *Geminum.*] Non habet Colon.

[g] *Irrupturi.*] *Erupturi* Colon. neſcio an rectius. ex arce enim in urbem erumpebant Sabini, & pugna in medio foro commiſſa. *quam* etiam Raener.

[h] *Sca-*

tea latuerant, erumpebant. Quae cum frigidae hoſtium introitum non prohiberent, ex frigidis in calidas verſae, hoſtem averterunt; [i] *victoriaque potitus Romulus, rebus urbis compoſitis, jura reddens populo, ſicut petierat mater, raptus in coelum eſt; ita ut* [k] *Quirinus novo nomine vocaretur.*

PRoximus Auſonias injuſti miles Amuli
Rexit opes: Numitorque ſenex amiſſa nepotum
Munere regna capit: feſtisque Palilibus urbis
Moenia conduntur. Tatiusque patresque Sabini
Bella gerunt: arcisque viâ Tarpeia recluſâ
Dignâ animam poenâ congeſtis exſuit armis.

In-

[h] *Scaturientes.*] *Scaturire &c. coeperunt* Raener. *Scaturientes a. q. a. latuerant, humo ſparſae preſſius hoſtem averterunt* Parm. Lugd. Micyll. *currentes aquae q. a. l. humo ſparſae hoſtem aeſtu everterunt* Colon.

[i] *Victoriaque.*] *Victoriaque Romulus rebus u. &c.* Parm. Lugd. *Victor itaque Romulus R. u. c. cum populo jura redderet, ſicut petierat, raptus i. c. e. Et Quirinus novo nomine vocatus* Colon.

[k] *Quirinus novo nomine vocaretur.*] Lactant. Firm. Lib. I. cap. 21. *Solent enim mortuis conſecratis nomina immutari; credo ne quis putet eos homines fuiſſe. Nam & Romulus poſt mortem Quirinus dictus eſt; & Leda Nemeſis; & Circe Marica; & Ino, poſtquam ſe praecipitavit, Leucothea, materque Matuta, & Melicertes filius ejus Palaemon atque Portumnus.* Signat eandem rem, non eloquitur Florus Lib. I. cap. I. *Quirinum in coelo vocari placitum diis.* MUNCKER.

772. *Proximus Auſonias injuſti miles Amuli Rexit opes.*] Intermiſſam perſequitur hiſtoriam, de qua ſic IV. Faſt.

Quem ſequitur duri Numitor germanus Amuli,
Ilia cum Lauſo de Numitore ſati.

CIOFAN.

772. *Proximus.*] Subaudi, Procae, ex quo Numitor & Amulius geniti ſunt. IDEM.

772. *Injuſti miles Amuli.*] Pro eo, quod eſt, injuſtus Amulius. Sic Horatius. II. Sat. I. 73.

Virtus Scipiadae, & mitis ſapientia Laeli.

CIOFAN. *Invicti* Baſil.

773. *Numitorque ſenex amiſſa nepotum Munere regna capit.*] Totam hanc ipſam rem ita litteris conſignavit auctor de Viris Illuſtribus, quem docti quidam viri Cornelium Nepotem vocant. *Proca*, inquit, *rex Albanorum, Amulium & Numitorem filios habuit, quibus regnum annuis vicibus habendum reliquit, & ut alternis imperarent: ſed Amulius fratri imperium non dedit, &, ut eum ſobole privaret, Rheam Silviam, filiam ejus, Veſtae ſacerdotem, praefecit, ut virginitate perpetua teneretur; quae à Marte compreſſa Romulum & Remum edidit. Amulius ipſam in vincula compegit: parvulos in Tiberim abjecit, quos aqua in ſicco reliquit. Ad vagitum Lupa adcurrit, eosque uberibus ſuis aluit. Mox Fauſtulus paſtor collectos Accae Laurentiae conjugi educandos dedit.* Quibus etiam verbis apparet, quare poëta noſter Amulium *Injuſtum*, & *Durum* vocaverit. Vide etiam, ſi vacas, Livium lib. I. cujus verba, quoniam longum erat recenſere, huc afferre me pigebat valde. Hac de re ſcribit praeterea Juſtinus lib. XLIII. CIOFAN. *Nepotis* plurimi.

774. *Feſtisque Palilibus Urbis Moenia conduntur.*] Ita veteres lib. Vulgati verò habent, *Parilibus.* Huc mirificè facit, quod ſcribit C. Vellejus Paterculus lib. I. *Sexta*, inquit, *Olympiade, poſt duos & viginti annos, quàm prima conſtituta fuerat, Romulus, Martis filius, ultus injurias avi, Romam Urbem Palilibus in Palatio condidit. A quo tempore ad vos Conſules anni ſunt* DCCLXXXII. Id actum poſt Trojam captam annis CDXXXVII. Solinus verò ait ann. CDXXXIII. Dionyſius lib. II. CDXXII. Olympiade VII. Qui dies fuit XI. Kalend. Maji. Cicer. lib. II. De Divinat. At Zonaras X. Kalend. id fuiſſe ſcribit lib. II. Hiſt. Roman. quem, ut & alii Graeci auctores in Romanis rebus interdum lapſi ſunt, errare exiſtimo. Ciceroni enim magis credi oportere mihi planè perſuadeo. Natalem praeterea Urbis à Romanis XI. Kalend. hodierno die celebrari videmus. In vetere quoque Kalendario Romano PAR. eſt, XI. Kalend. Maji. De Parilibus autem ſic Marius Victorinus in lib. De Orthographia: *Parilia dicuntur non Palilia: non à Pale Dea, ſed quòd eo tempore omnia ſata arboresque & herbae parturiant pariantque.* CIOFAN. Plerique veteres, *Parilibus.* Vide lib. IV. Faſtor. 721. mox *Tatiusque*, non *Tatius*, iidem. HEINS. *Feſtisque paratibus* Cantabr. & quatuor alii.

775. *Tatius patresque Sabini Bella gerunt.*] Liber meus & Caeleſt. *Tatiusque patresque.* CIOFAN.

776. *Arcisque viâ Tarpeja recluſâ, Dignam animam poena congeſtis exſuit armis.*] In nonnullis, *edidit.* NAUGER. Rectius, opinor, legitur in meo, *Edidit*, non *Exſuit.* De bello cum Tatio & Sabinis geſto, ac de Tarpeja, ſic ſcribit Cornelius Nepos:

Inde ſati Curibus, tacitorum more luporum,
Ore premunt voces; & corpora victa ſopore
Invadunt: portasque petunt; quas objice firmâ
Clauſerat Iliades. unam tamen ipſa recludit,
Nec ſtrepitum verſo Saturnia cardine fecit.
Sola Venus portae cecidiſſe repagula ſenſit:
Et clauſura fuit; niſi quod reſcindere numquam
Dìs licet acta Deûm. Jano loca juncta tenebant
Naïdes Auſoniae, gelido rorantia fonte:
Has rogat auxilium. nec Nymphae juſta petentem

Sufti-

pos: *Sabini ob raptas bellum adverſus Romanos ſumpſerunt, &, cùm Romae approvinquarent, Tarpeiam Virginem nacti, quae cauſſa aquae ſacrorum gratia hauriendae deſederat, & T. Tatius optionem muneris dedit, ſi exercitum ſuum in Capitolium perduxiſſet. Illa petiit, quod in ſiniſtris illi manibus gerebant, videlicet anulos, armillas; quibus doloſe repromiſſis, Sabinos in arcem perduxit: ubi T. Tatius ſcutis eam obrui praecepit.* Hoc poſtremum Livius teſtatur eſſe fabulam. Quod cuilibet ex ejus lib. I. in promptu eſt. Ciofan. *Digna* multi veteres. & recte. *Dignam animam poenae* Medic. tert. & octo alii. multi etiam, *eruit* cum S. Marci, Neapol. Urbin. prim. Palat. Cantabrig. prim. Moret. at Thuan. Bernegger. Oxon. Juret. & viginti aut plures alii, *edidit.* Epiſt. IX. 61.

Nempe ſub his animam peſtis Nemeaea lacertis
Edidit.

Reddere animam Faſt. VI. ỳſ. 743. Met. VIII. ỳſ. 505. de quo ad Senec. Oedip. ỳſ. 271. Gronovius. ſed cum in vetuſtioribus ſit *eruit*, ſuſpicor *obruit* eſſe legendum. niſi verior ſcriptura,

Dignâ animam poenâ congeſtis edidit armis,

vel,

Dignae animam poenae congeſtis dedidit armis.

Heins. Ego *exſuit* non moverem. Stat. X. 943.

Exſuiturque animus.

ubi Lutatius, *mire*, exuitur, *dixit. quia anima exuitur corpore, ideo metaphoram a veſtibus poſuit.* Burm.

778. *Tacitorum more luporum.*] *Rapidorum* Thuan. & unus Moreti, Oxon. tresque alii. *rabidorum* Argent. vide Notas libro III. Artis ỳſ. 8. Heins. *Saevorum* unus. *rapidarum ferarum* alius.

779. *Voces.*] *Fauces* Moreti unus & Heinſii. *ore fremunt* tres.

779. *Et corpora victa.*] Priſc. in II. ſic legit, *ut corpora victa ſopore Incedant: portasque premant, quas obice fultas Clauſerat Iliades.* quae lectio magis quadrare videtur, quia ſequitur, *unam tamen ipſa recluſit*, nam antea aperiri portas neceſſum eſt quàm introëat quisquam. Const. Fan. *Corpora victa ſoporis*, non *ſopore*, codex S. Marci & tert. Bonon. unus Leid. *vincta.* & Rottendorph. de quo I. XI. ỳſ. 238. Heins. *Preſſa* unus Mediceus. de quo ad Epiſt. VI. 96. mox lib. XV. 21.

780. *Objice firmo.*] *Firma* Thuan. Arondel. & alii decem. de quo ad Claudianum II. in Eutr. 34. & ad Maron. Aeneid. X. 377. Priſcianus lib. II. p. 582. in aliis etiam vocibus diverſam ſcripturam exhibet, hoc modo:

Ut corpora victa ſopore
Invadant, portasque premant, quas obice fultas
Clauſerat Iliades.

Objice fultas, ut Apulej. prim. Herm. apud Priſc. lib. III. *Verum infirma ſcamellorum obice fulta.* Noſt. lib. II. Art. 242.

Atque erit appoſita janua fulta ſera. Heins.

781. *Unam tamen ipſa recluſit.*] Portam intelligit ad radices collis Viminalis, quam *Janualem* Varro & Macrobius vocant, ac Palatinam antea nuncupatam Fabius Pictor videtur innuere. Const. Fan.

781. *Recluſit.*] *Recludit* prim. Palat. prim. Vatican. Neap. Urbin. prim. Reg. prim. Erfurt. Boxhornii & decem alii. Heins.

783. *Portae.*] *Porta* Medic.

786. *Naïdes.*] Eandem hanc fabulam deſcribit idem Poëta primo Faſtorum. ỳſ. 265. Niſi quod illic non nymphis, ſed Jano calefactionem aquarum iſtam tribuit his verſibus:

Et jam contigerant (inquit) *portam, Saturnia cujus*
Dempſerat oppoſitas invidioſa ſeras.
Cum tanto veritus committere numine pugnam,
Ipſe meae movi callidus artis opem.
Oraque, qua pollens ope ſum, fontana recluſi,
Sumque repentinas ejaculatus aquas.
Antè tamen madidis ſubjeci ſulphura venis.
Clauderet ut Tatio ſervidus humor iter.

Quòd autem hîc de Venere meminit Poëta, & quòd ejus conſilio Sabini retenti fuerunt, ei fictioni cauſſam dediſſe videtur, quòd eodem loco Romae, ubi pugna haec commiſſa fuit, poſtea Veneris *Cluacinae* ſimulachrum dicatum fuit, quae cognomentum hoc à *Cluendo*, hoc eſt pugnando, acce-

Suſtinuere Deam : venasque & flumina fontis
Elicuere ſui. nondum tamen invia Jani
Ora patentis erant, neque iter praecluſerat unda.
Lurida ſupponunt fecundo ſulfura fonti,
Incenduntque cavas fumante bitumine venas.
Viribus his aliisque vapor penetravit ad ima
Fontis : & Alpino modo quae certare rigori
Audebatis aquae, non ceditis ignibus ipſis.
Flammiferâ gemini fumant adſpergine poſtes;
Portaque, nequicquam rigidis permiſſa Sabinis,
Fonte fuit praeſtructa novo; dum Martius arma
Indueret miles. quae poſtquam Romulus ultro
Obtulit; & ſtrata eſt tellus Romana Sabinis
Corporibus, ſtrata eſtque ſuis; generique cruorem
Sanguine cum ſoceri permiſcuit impius enſis:
Pace tamen ſiſti bellum, nec in ultima ferro

De-

accepit; ut Plin. lib. xv. cap. 29. teſtatur. Et aquarum occaſionem à lacu, qui ibidem fuit, in quem Curtius equo praecipitatus, à ſe Curtium appellari fecit, traxiſſe Poëtam veriſimile eſt. Cujus & Livius, & Plutarchus, & ceteri meminêre. Micyll. *Naiades Heſperiae* unus Medic. *Auſoniae* Leid.

787. *Has rogat.*] *Petit* unus Medic. vid. lib. vii. 297. & tunc erit repetitio Ovidio familiaris. *Juſta precantem* quinque ſcripti.

788. *Suſtinuere.*] *Submovere* Langerm. *deſpexere* Medic. vid. ad lib. v. Faſt. 76.

788. *Flumina fontis.*] *Semina* prim. Moret. Heins.

789. *Nondum tamen invia Jani Ora patentis erant.*] Mirum, quem auctorem ſecutus ſit hic Ovidius : nihil enim apud alios de hoc invenio. Commentator, ut ſolet, tanquam res bene nota ſit, leviter transit ac tacet. Glarean. *Parentis* Mſ. non male. Jani enim propria appellatio *pater* in Macrob. Satur. Bersman. *Parentis* etiam ſex libri. ſed, *patens* Janus, eſt idem, qui *Patulcius.*

791. *Foecundo ſulphura fonti.*] *Suffiſo* prim. Gronov. quod eſſet *ſuffito.* de quo Faſt. v. 675. Heins. Vide Broukh. ad Prop. iv. viii. 84.

792. *Venas.*] *Rimas* unus Moreti. *venas* praeceſſerat modo.

794. *Rigori.*] *Liquori* unus Heinſii.

795. *Audebatis.*] Conjecerat olim Heinſius, *Gaudebatis.*

796. *Flammifera.*] *Flammigera* Oxon. & infiniti alii. *fumifera* Patav.

797. *Rigidis promiſſa Sabinis.*] *Permiſſa* ſec. Moreti & alii tredecim. hoc eſt tradita. Heins. *Commiſſa* tert. Medic.

798. *Praeſtructa.*] *Praerupta* tres libri. *praefracta* unus. *praeſumpta* alius.

799. *Indueret miles.*] *Induerat* S. Marci & prim. Erfurt. aliique nonnulli. Puto, *Induitur.* ut Triſt. iv. Eleg. i. pro, *quem poſtquam Romulus ultro, quam* codex Politiani & tres ex noſtris. duo, *quae.* quomodo vetuſtae editiones nonnullae. & recte. arma ſubintellige. Heins.

801. *Strata eſtque ſuis.*] *Strataque* plerique vetuſtiores; niſi quod in nonnullis *ſtrata atque.* Idem. *Corporibusque ſuis ſtrata eſt* Ambroſ. Baſil. & tres alii.

802. *Permiſcuit.*] *Promiſcuit* Thuan. & Sprotii. hinc *promiſcue.*

803. *In ultima.*] *Ad ultima* unus Medic.

804. *Tatiumque accedere regno.*] Liber meus, *Excedere regno.* Ciofan. Et ita octo.

805. *Occiderat.*] *Deciderat* Baſil. & duo Palat. vid. ad lib. x. 10.

806. *Caſſide Mavors.*] *Cuſpide* Francof. & Sprotii. eadem diverſitas iii. Faſt. 8. & 171.

807. *Adſatur.*] *Alloquitur* prim. Gron. & Thyſii.

807. *Divumque hominumque parentem.*] *Potentem* ſecundus Regius. non invenuſte. Heins.

808. *Quondam fundamine magno.*] *Quoniam* ex ſcriptis. Idem. *Fundamine longo* duo libri.

809. *Romana valet.*] *Viget* Baſil. de quo vid. ad ii. ex Pont. ii. 109. *manet* Francof. & unus Heinſii. ita apud Manil. ii. 399.

Ex longo tamen illa valent viresque miniſtrant,
Vel bello vel pace, ſuas.

ubi vulgo, *manent.* Burm.

809. *Et praeſide pendet ab uno.*] *Nec praeſide* quartus Medic. recte. Faſt. ii. 483. Mars ad Jovem:

Jupiter, inquit, habet Romana potentia vires:
Sanguinis officio non eget illa mei. Heins.

810. *Prae-*

Decertare, placet; Tatiumque accedere regno.
Occiderat Tatius, populisque aequata duobus,
Romule, jura dabas: positâ cum cassîde Mavors
Talibus adfatur Divûmque hominumque parentem:
Tempus adest, genitor, (quoniam fundamine magno
Res Romana valet, nec praeside pendet ab uno)
Praemia, quae promissa mihi dignoque nepoti,
Solvere, & ablatum terris imponere coelo.
Tu mihi concilio quondam praesente Deorum
(Nam memoro, memorique animo pia verba notavi)
Unus erit, quem tu tolles in caerula coeli;
Dixisti. rata sit verborum summa tuorum.
Adnuit omnipotens: & nubibus aëra caecis
Occuluit, tonitruque & fulgure terruit Urbem.
Quae sibi promissae sensit data signa rapinae,
Innixusque hastae, pressos temone cruento

Im-

810. *Praemia jam promissa mihi.*] *Sunt promissa* S. Marci & Neapol. prim. Palat. prim. Hamburg. Arondel. & tres alii. *sint* Urbin. prim. Erfurt. & unus Medic. *nunc* Bernegger. Thuan. Oxon. prim. Gronov. & XVIII. alii. *quae* duo Voſſiani. unus Moret. & alter Hamburg. recte nisi mavis,

Praemiaque promissa mihi. Heins.

810. *Dignoque nepoti.*] Romulo, filio meo. Quo modo Romulus erat Jovis nepos ratio est, quoniam Juppiter dictus est Deorum atque hominum pater. Itaque Juppiter erat Martis pater, ex quo Romulum fatum esse antiquitas credidit. Hoc autem modo Romulus est Jovis nepos. Ciofan.

812. *Tu mihi consilio.*] *Concilio* plerique veteres. Heins.

813. *Nam memoro, memorique animo.*] *Memoror* Cantabr. & unus Basil. sed aut versus est Ennianus, qui *memoror* pro reminiscor & recordor posuerat, quomodo & apud Lucretium in tribus veterrimis codicibus lib. II. 112. inveni,

Cujus, uti memoror, rei simulacra & imago
Ante oculos semper nobis versatur.

aut scripserat Naso, ni fallor, *Nam refero.* hoc est, memini. sic Noster passim. Adeantur quae notamus Epist. v. 113. nam Ennianum illud,

Et meministis enim, Divae, & memorare potestis,

locum hic non habet. cum pro narrare sumtum sit. Heins. Infr. lib. XV. 451. in uno Moreti erat, *mente memor memoro*, pro *refero.*

813. *Memorique animo pia verba notavi.*] In quibusdam, *tua verba.* Nauger. *Pia verba* libri scripti. Alii ineptè, *Tua verba.* Ciofan. *Tua dicta* Medic. unus.

814. *Unus erit, quem tu tolles ad sidera coeli.*] Haec sunt verba, quae de Romulo, inter Deos referendo, Juppiter dixerat Marti. Hoc autem carmen paullum immutatum (quamvis in libro Farn. & Brian. sit *in caerula*) ex Ennio mutuatus est, cujus sunt:

Unus erit, quem tu tolles in caerula caeli
Templa.

Annotavit & hoc doctissimus Turnebus in Varronem de Lingua Latina. Eodem carmine usus est etiam hic Noster lib. II. Fast. 481. ubi locus est adeò huic similis, ut interpretatio paene videatur:

Nam pater armipotens postquam nova moenia vidit,
Multaque Romulea bella peracta manu. &c.

Ciofan. *Tollas in caerula coeli* S. Marci, unus Reg. prim. Hamburg. quart. Medic. & alii sex. *tolles in caerula* Neapol. Urbin. Bernegger. Cantabrig. prim. Vatican. prim. Palat. tert. Medic. & decem alii. sic & ex scriptis exemplaribus Fastor. II. 487. emendandum,

Unus erit, quem tu tolles in caerula coeli.

Citat Varro L. L. ex incerto auctore. cum Enniana sint,

Unus erit, quem tu tolles ad caerula coeli
Templa.

Lucretius libro I. 185.

Et solis flammam per coeli caerula pasci.

sic & alibi ille. Heins. *In culmina* Voſſian.

817. *Tonitruque & fulgure terruit Orbem.*] Ita liber meus. Caelest. & alii quidam male habent, *Urbem.* Significat enim Poëta ita coelum tonuisse, ut universus terrarum orbis ruere visus sit. Quod & Livius docet, & ex verbis illis, quae modò recitavi, licet animadvertere: *Nutu tremefactus uterque Est polus.* Quo modo Romulum in coelum abiisse opinati sint Romani, breviter scribit Auctor

Impavidus conſcendit equos Gradivus, & ictu
Verberis increpuit: pronumque per aëra lapſus
Conſtitit in ſummo nemoroſi colle Palatî:
Reddentemque ſuo jam regia jura Quiriti
Abſtulit Iliaden. corpus mortale per auras
Dilapſum tenues: ceu latâ plumbea fundâ
Miſſa ſolet medio glans intabeſcere coelo.
Pulchra ſubit facies, & pulvinaribus altis
Dignior, & qualis trabeati forma Quirini.
Flebat, ut amiſſum conjux; cum regia Juno
Irin ad Herſiliam deſcendere limite curvo
Imperat: & vacuae ſua ſic mandata referre.

FAS.

de Viris Illuſtribus, ut Hiſtoricos alios omittam. *Romulus*, inquit, *cùm ad Capreae paludem exercitum luſtraret, nusquam comparuit. Unde, inter patres & populum ſeditione orta, Julius Proculus, vir nobilis, in concionem proceſſit & jurejurando firmavit, Romulum à ſe in colle Quirinali viſum auguſtiore forma cùm ad deos abiret, eundemque praecipere, ut à ſeditionibus abſtinerent virtutemque colerent, futurum ut omnium gentium domini exſiſterent. Hujus auctoritati creditum eſt. Aedes in colle Quirinali Romulo conſtituta, ipſe pro Deo cultus & Quirinus eſt appellatus.* Quae intelligi item poſſunt ex carminibus illis lib. II. Faſt. quae ſuprà citavi. CIOFAN.

818. *Quae ſibi.*] *Quo ſibi* Oxon. & ſec. Strozzae. *ſentit* duo Leid. & Baſil.

818. *Data ſigna.*] *Rata ſigna* S. Marci, quart. Medic. & ſex alii. Sed jam praeceſſit. paulo ante, *terruit urbem*, non *orbem*, prim. Vatican. Urbin. Neapol. tert. quart. Medic. prim. Moret. prim. Erfurt. & duodecim alii. ſic de Jove Horat. l. I. Od. II. ——— *rubente*

Dexterâ ſacras jaculatus arces
Terruit urbem. HEINS.

819. *Preſſos temone cruento Impavidus conſcendit equos.*] *Prenſos* reponi vult Diatribe Statiana Gronovius pag. 401. pro *prenſos jugo*, quia temo jugum continet, teſte Varrone. adeantur notata noſtra Remed. Amoris ꝟſ. 235. IDEM. *Prenſos* erat in uno Moreti, *temone calenti* unus Heinſii. *impavidos* etiam Vatic. & Medic. *aſcendit* Moret. & Gronov.

821. *Pronumque.*] *Pronusque* Palat. & ſeptem alii. *purumque* Junian. Horat. I. 34. *per purum tonantes egit equos. pariterque* Gronov.

822. *Nemoroſi.*] *Nemorali* quinque libri.

823. *Non regia jura.*] Regi non convenientia de litibus enim privatorum judicabat. REGIUS. Aut, *non regia*, pro civilia & aequalia, qui omnia ſuo arbitrio moderantur, ſed in rep. & civitatibus, aequali jure & iisdem legibus conſtitutis, dicuntur MICYLL. Liber meus, *Reddentemque ſuo tunc regia.* Quod videtur non improbandum. Caeleſt. verò, *Regalia jura.* Doctioribus tamen judicandum relinquo. CIOFAN. In Palatino codice, ut & quodam, quo uſus eſt Ciofanus, *regalia* legebatur,

Reddentemque ſuo regalia jura Quiriti.

DAN. HEINS. *Jam regia* S. Marci. Juret. prim. Erfurt. prim. Baſil. quatuordecim alii. *nunc regia* Urbin. Thuan. Oxon. Arond. & viginti praeterea: *regalia* ſec. Palat. & quinque alii. *jam regia* placet. *Jus* enim *regium* dicebatur. *ne regia* prim. Moret. HEINS. Ego *jam regia* praetuli, ſed *jam* conjungendum cum *ſuo* puto. quia poſt Tatii mortem Quirites, id eſt Sabini, in ejus poteſtatem conceſſerant, & ita jam ſui erant, ut ante Tatii. *Quirino* etiam duo libri. BURM.

824. *Per auras.*] *Sub auras* Oxon.

825. *Ut lata.*] *Sic* S. Marci. *ceu* Neapol. bene. HEINS.

826. *Intabeſcere.*] *Incandeſcere* Argentinenſis. vid. lib. II. 728. ſed Priſcian. lib. VI. in fin. & lib. VII. p. 750. adducit, ut vulgo legitur. *liqueſcere* dixit Lucret. VI. 178. BURM.

828. *Dignior eſt qualis.*] Alii legunt, *Et pulvinaribus altis Dignior eſt, qualis trabeati forma Quirini.* ut ſit ſenſus, talem tunc apparuiſſe, qualis poſtea ejus imago aut effigies, cum trabea, ſive trabea induti, pingi ac fingi conſuevit. MICYLL. *Dignior*,

Fab. XIX. Argumentum.

Herſilia in Horam.

Herſilia, [a] *conjux Romuli, cum fleret amiſſum conjugem*, [b] *poſt datam ei à Junone immortalitatem*, [c] *Ora Quirini nuncupata eſt: quorum templa à populo Romano in Colle Quirinali conſtituta ſunt.*

O Et de Latiâ, ô & de gente Sabinâ
Praecipuum, matrona, decus; digniſſima tanti
Ante fuiſſe viri, conjux nunc eſſe Quirini;
Siſte tuos fletus: &, ſi tibi cura videndi
Conjugis eſt, duce me lucum pete, colle Quirino
Qui viret, & templum Romani regis obumbrat.

Pa-

gnior, *& qualis* puto cum ſec. Vatic. & uno meo. Heins.

830. *Limite curvo.*] Idem Caeleſt. *Tramite curvo.* Ciofan.

830. *Irin ad Herſiliam.*] *Herſiliem* S. Marci, Neapol. Oxon. quart. Medic. & duo alii. *Herſilien* Juret. & prim. Ambroſ. infra tamen *Herſiliam* conſtanter libri. ſed ỳſ. 848. *Herſilies* Oxon. praeterea *tramite*, pro *limite*, ſec. Palat. & tres alii. Heins. Vid. ad II. Triſt. 477.

831. *Vacuae.*] *Viduae* Junii, Sprotii & unus Baſil. *vacuae ſuaſit* Francof. & multi alii.

[a] *Conjux.*] *Nova conjux* Colon.

[b] *Poſt datam ei &c.*] MS. *Poſt data ei à Junone immortalitate.* Et mox *Colle Quirini*, pro *Quirinali.* Quod non ſpernendum, cum Naſo ipſe habeat, *Duce me lucum pete, colle Quirini Qui viret.* Hiſtorici tamen malunt *Collem Quirinalem* dicere. Nepos Attic. cap. 13. *Domum habuit in Colle Quirinali.* Schol. Horat. in Carm. Saec. *Diis quibus ſeptem colles*] *Id eſt, Roma. Sic Virgil. Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma, Septemque una ſibi muro circumdedit arces. Hi autem colles ſunt Aventinus, Palatinus, Eſquilinus, Capitolinus, Viminalis, Coelius.* Locus Virgilii eſt Lib. VI. Æn. vers. 781. Sed ibi ita legitur: *En hujus, nate, auſpiciis illa inclyta Roma Imperium terris, animos aequabit Olympo, Septemque una ſibi muro circumdedit arces.* Ubi Servius: *Benè urbem Romam dicit ſeptem incluſiſſe montes, & medium tenuit. Nam grandis eſt inde dubitatio: & alii dicunt breves ſeptem colliculos à Romulo incluſos, qui tamen aliis nominibus appellabantur. Alii volunt hos ipſos, qui nunc ſunt, à Romulo incluſos, id eſt Palatinum, Quirinalem, Aventinum, Coelium, Viminalem, Æſquilinum & Janicularem.* Collis Quirinalis unde dictus ſit his verbis in de L. L. lib. IV. Varro docet: *Collis Quirinalis*, inquit, *ubi Quirini fanum, eſt à Curetibus, qui cum Tatio Curibus venerunt Romam, quòd ibi caſtra habuerunt.* De fano Quirini etiam Victor Illuſtr. cap. 2. *Ædes in Colle Quirinali Romulo conſtituta.* Urbi additum à Servio Tullio collem iſtum idem narrat cap. 7. Muncker. *A Junone ei poſt datam immortalitatem* Parm. Raener. *A Junone ei poſt data immortalitate* Lugd. *fleret amiſſum virum, à Junone data immortalitate, in deam, quam oram Quirini nuncupaverunt, mutata eſt. Quorum &c.* Colon.

[c] *Ora Quirini.*] *Quirini* deeſt Raener.

832. *O & de Latio.*] *De Latia* Thuan. prim. Baſil. prim. Moret. & ſedecim alii. bene. *Latia de gente.* Hactenus veterrimus S. Marci Florentinus, in quo reliqua deſiderabantur. Heins.

836. *Conjugis eſt.*] *Conjugis, en duce me &c.* ſec. Ambroſ.

836. *Colle Quirino.*] *Quirini* in ſcriptis pleriſque. pro vulgata tamen ſtant prim. Hamburg. & quinque alii. apud Horatium libro II. Epiſt. II.

——— *cubat hic in colle Quirini.*

Juvenalis Sat. II. 133.

——— *officium cras*
Primo ſole mihi peragendum eſt valle Quirini.

vide Notas lib. IV. Faſtor. 375. pro, *duce me lucum pete*, Thuan. *lucum pete velox.* prim. Moret. *ſanctum lucum pete. lucum magni pete* prim. Ambroſ. Latet aliquid naevi. Heins. *Quirini* an *Quirino* praeſtet vid. Cl. Bentlej. ad Horat. I. Od. 2.

Paret : & in terram pictos delapſa per arcus,
Herſiliam juſſis compellat vocibus Iris.
Illa verecundo vix tollens lumina vultu,
O Dea, (namque mihi, nec quae ſis dicere promtum eſt;
Et liquet eſſe Deam) duc, ô duc, inquit : & offer
Conjugis ora mihi. quae ſi modo poſſe videre
Fata ſemel dederint; coelum accepiſſe fatebor.
Nec mora, Romuleos cum virgine Thaumantéâ
Ingreditur colles. ibi ſidus ab aethere lapſum
Decidit in terras : à cujus lumine flagrans
Herſiliae crinis cum ſidere ceſſit in auras.
Hanc manibus notis Romanae conditor urbis
Excipit : & priſcum pariter cum corpore nomen
Mutat; Oramque vocat; quae nunc Dea juncta Quirino eſt.

838. *Pictos delapſa.*] *Varios.* Francof. ſec. Pal. unus Medic. & duo Heinſii. *puros* prim. Gron. & Jun.

840. *Vix tollens.*] *Suſtollens* unus Baſil.

841. *Dicere promptum eſt.*] Sic ſupra lib. XIII. 10. *Nec mihi dicere promptum.* Ciofan. Mox, *ſed liquet* tres libri. *te liquet* unus.

843. *Quem ſi modo poſſe videre.*] *Quae ſi* prim. Vatican. ſec. Palat. tert. Medic. prim. Hamburg. & decem alii. *videri* unus Moret. Heins.

844. *Coelum accepiſſe videbor.*] Idem liber Capran. & unus Maffeianus, *Adſpexiſſe fatebor.* Quod non diſplicet, id eſt, ut puto, beata ero: coelumque digito aut capite attigiſſe mihi videbor, & proverbii loco dictum accipio. Ciofan. *Aſpexiſſe fatebor* in multis veterum. *aſpectaſſe* codex Politiani, unus Medic. & unus Ambroſ. recte. vide Notas lib. IV. 679. Heins. Sed *adſpicere coelum* non magnae felicitatis erat. ſed *accipere* coelum eſt deam fieri; ut ſaepe ita veteres, *deus ſum, deorum vitam nanciſcor*, & ſimilia de felicitatis cumulo. ſimili formula lib. V. 356. *vitamque fatebor accepiſſe. accipere* vero & *aſpicere* commutari ſaepe vidimus ad Quinctil. Decl. XV. cap. ult. *adſcendiſſe* etiam unus Heinſii. Burm.

846. *Ibi.*] *Ubi* plerique.

848. *Herſiliae.*] *Herſilies* Oxon. *cum lumine* unus.

851. *Oramque vocat.*] In eodem Caeleſt. Capran. atque altero Maffeiano legitur, *Horamque*, cum adſpiratione: quemadmodum item eſt in aliis quibusdam lib. ſcriptis. Ciofan. *Horamque* ſcripti plerique meliores, quomodo ſcribendum eſſe ordo literarum apud Nonium ſatis evincit. *Hora, juventutis Dea.* Ennius Annalium libro primo:

Quirine pater veneror Horamque Quirini.

puto ab Ennii manu eſſe:

Teque, Quirine Pater, venerabor, Horamque Quirini.

ut verſus hexameter pedibus ſuis conſtat. *Hora Quirini* itidem in optimis exemplaribus Gellianis legimus Noct. Att. XIII. c. 21. eſt & illud nomen Nymphae Scythicae apud Val. Flaccum lib. VI. ỳſ. 57.

Inſuper auratos collegerat ipſe dracones
Matris Horae ſpeciem.

ita malo quàm *ſpecimen.* Heins.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER QUINTUSDECIMUS.

Fab. I. Argumentum.

Calculi nigri in candidum colorem.

[a] *Mycilus, Alcmonis filius procreatus Argis, cum quieti se dedisset, Hercules* [b] *visus est, qui eum moneret, ut patriam relinqueret, & secundum* [c] *Æsarem amnem consideret.* [d] *Qui cum facere extimesceret, quia lex vetaret deserere patriam & in aliam civitatem transire, rursus admonitus est. Metuens itaque penates suos destituit, ideoque in judicium publicum est devocatus.* [e] *Et cum omnem populum adversus se haberet, judicaturis calculi albi ac nigri dati sunt; ut atri damnarent, candidi absolverent. Mycilus itaque,* [f] *pertimescens periculum capitis, Herculem invocavit, ut laboranti sibi, quia ejus jussis obtemperasset, ferret auxilium: cujus preces non incassum abierunt. Nam cum* [g] *calculi more patriae in urna effusi* [h] *deducti essent, omnes adparuerunt in colorem album conversi. Quamobrem ille, metu liberatus, per Ionium pelagus navigans, cum* [i] *in Italiam venisset, & Æsarem amnem attigisset, sicut praeceptum erat, urbem constituit, eamque à proximo tumulo, cui* [k] *Tares Neptuni filius subjectus erat, Tarentum nominavit.*

Quae-

Fab. 1. Argumenta hujus libri Munckerus ex Raeneriana editione exhibuit, nullasque notas subjecit. variant vero vehementer aliae editiones, ut adnotabimus, sed cum incertum sit, quaenam vera & sanam lectionem nobis prodant, in hoc luto non multum haerendum esse arbitrati sumus.

[a] *Mycilus.*] *Myscelus* Colon. & marg. Micylli.

[b] *Visus est.*] *Visus est per somnum monens* Colon.

[c] *Aesarem.*] *Aeserem* Raener. & ita iterum mox. *Aesarem amnem Italiae* Colon.

[d] *Qui.*] *Quod cum facere extimesceret, legibus patriam mutare vetantibus, rursus ad. e. Qui tandem timidus transferre penates suos destinavit, unde in judicium vocatus est* Colon.

[e] *Et cum omnem.*] *Et cum partem pro se, & populi partem adversus se haberet* Parm. Lugd. Micyll. *cum autem partem adversum se populi, partem pro se haberet, damnantes atros, liberantes vero albos lapillos in urnam more antiquo miserunt* Colon.

[f] *Pertimescens.*] *Pertimens* Lugdun. Micyl. *praetimens* Parm. de quo verbo vide Broukhus. ad Tibul. III. IV. 14.

[g] *Calculi more.*] *Calculi effusi essent, monitoris Dei misericordiâ, omnes nigri calculi in candidos versi sunt. Ita ille periculo liberatus, p. J. mare n. jussum amnem attigit, & urbem (sicut p. e) super eum constituit, quam ob proximum tumulum, cui Croton Neptuni filius erat subjectus, Crotonem nominavit* Colon.

[h] *Deducti essent.*] Lege, *in urnam ef. educti essent*, nisi sufficiat unum verbum, & legatur, *ex urna effusi essent.*

[i] *In Italiam.*] *In* non habet Parm.

[k] *Tares.*] *Croto*, & mox, pro *Tarentum*, *Crotonem* margo Micylli.

1. *Qui*

QUaeritur interea, qui tantae pondera molis
Sustineat, tantoque queat succedere regi.
Destinat imperio clarum praenuntia veri
Fama Numam. non ille satis cognosse Sabinae
Gentis habet ritus: animo majora capaci
Concipit: & quae sit rerum natura requirit.
Hujus amor curae, patriâ Curibusque relictis,
Fecit, ut Herculei penetraret ad hospitis urbem.
Graja quis Italicis auctor posuisset in oris
Moenia quaerenti, sic è senioribus unus
Retulit indigenis, veteris non inscius aevi:
Dives ab Oceano bubus Jove natus Iberis
Litora felici tenuisse Lacinia cursu
Fertur: &, armento teneras errante per herbas,
Ipse domum magni nec inhospita tecta Crotonis
Intrasse; & requie longum relevasse laborem;
Atque ita discedens: Ævo, dixisse, nepotum
Hic locus urbis erit; promissaque vera fuerunt.

Nam

1. *Quis.*] Malim, *qui* cum Oxon. HEINS. Terent. Eun. IV. 7. *Quaere, qui respondeat. pondera gentis* unus Moreti. sed *molis* rectum est, ita *Romani nominis moles* II. Trist. 221. deinde, *succedere regno* unus Argent.

2. *Sustineat.*] Livius lib. XXXVI. *Philippus tum, te quieto, totam molem sustinebat belli.* CIOFAN.

3. *Imperio clarum.*] *Imperio Latio* Sixi codex.

5. *Gentis habet ritus.*] *Usus gentis habet* Basil.

8. *Penetraret.*] *Penetrasset* Medic. & *in hospitis* Mss. Bersmanni.

9. *Graja quis Italicis.*] *Italis* prim. Palat. Urbin. prim. Erfurt. Arondel. & alii quatuor. forte, *Italiis.* quomodo unus meus ex vetusto descriptus. sic superioris libri ℣. 17. *Littore in Italio* sex codices. lib. II. Fast. 441. ex Mss.

Italiae matres.

prim. Palat. *Iliaco.* Virgil. I. 592.

——— *nunc fama minores*
Italiam dixisse suo de nomine gentem.

Thuan. tamen & prim. Bonon. *Ausoniis in oris.* HEINS.

11. *Non inscius.*] *Non nescius* Leid. *non immemor* quinque libri.

13. *Bobus.*] *Bubus* ex melioribus. HEINS.

16. *Laborem.*] *Calorem* Leidens.

18. *Promissaque vera fuerunt.*] *Fuere* Arondel. puto, *fuisse.* HEINS.

20. *Mycilus illius diis acceptissimus aevi.*] Hunc *Myscelum* vocant Graeci auctores, & nominatim Strabo lib. VI. & VIII. dictus sic ob crurum exilitatem, quae habebat murinis similia, ut ait D. Erasmus in Adagio: *Donum quodcunque dat aliquis, probato.* Geminatur *ll* metri gratia. Micyllus quid sit ego nescio. GLAREAN. *Myscelus* scribendum puto, pro eo, quod vulgo, sed falso *Micylus* legitur. Tracta autem est fabula ex Historia, cujus Strabo libro VI. & VIII. Suidas in voce *Myscelos* & Commentator Aristophanis in Nubibus meminerunt. est autem talis. Cum Achivi monitu oraculi coloniam deducturi essent, Myscelus quidam, qui de loco Apollinem consuleret, missus est. Is responsum accepit, ut ibi conderet urbem, ubi imbre ἐξ ἀιθρίας, hoc est coelo sereno, irrigatus fuisset. Quod quidem ille, tametsi impossibile factu judicaret, classe tamen comparata in Italiam navigavit. Ceterum, cum diu variis periculis & laboribus vexaretur, neque condendae urbis locum inveniret, accidit, ut ex maerore forte quodam in gremio pellicis recumberet. atque illa, ut erat pro viro sollicita, lachrymas in caput recumbentis deliquaret. His igitur excitatus ille & oraculo admonitus (erat enim pellici Ἀιθρία nomen) coepit eodem loco urbem condere, eamque Crotonem appellavit. Strabo autem etiam illud addit, quod cum Myscelus, ex oraculo Crotonem condere missus, Sybaritarum terram conspicatus esset, eamque multo fertiliorem ac meliorem judicasset, denuo oraculum interrogaverit, num Crotone omissa Sybarim aedificaret, atque ibi tum responsum illi datum in hunc modum:

Μύσκελλε βραχύνωτε πάρες σέθεν ἄλλο ματεύων,
Κλάσματα θηρεύεις, ὀρτὸν δ' ἄ, τι δῶ τις ἐπαίνει.

Quos versus Erasmus explicat in proverbio, *Donum,*

Nam fuit Argolico generatus Alemone quidam
Myſcelos, illius Dîs acceptiſſimus aevi.
Hunc ſuper incumbens preſſum gravitate ſoporis
Claviger adloquitur: Patrias, age, deſere ſedes:
I, pete diverſi lapidoſas Æſaris undas:
Et, niſi paruerit, multa ac metuenda minatur.
Poſt ea diſcedunt pariter ſomnusque Deusque.
Surgit Alemonides; tacitâque recentia mente
Viſa refert: pugnatque diu ſententia ſecum.
Numen abire jubet: prohibent diſcedere leges:
Poenaque mors poſita eſt patriam mutare volenti.
Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol,
Et caput extulerat denſiſſima ſidereum nox:
Viſus adeſſe idem Deus eſt eademque monere;
Et, niſi paruerit, plura & graviora minari.
Pertimuit: patriumque ſimul transferre parabat
In ſedes penetrale novas; fit murmur in urbe:
Spretarumque agitur legum reus. utque peracta eſt

Cauſſa

num, quodcumque dat aliquis, proba. Jam apud Suidam hoc quoque fabulae adjicitur. Quo tempore Myſcelus ad oraculum conſulendum abiit, eodem tempore illuc & Archiam veniſſe, a quo Syracuſae conditae. iisque reſponſum pariter datum hoc modo,

Χώρης καὶ πόλεως οἰκήτορα λαὸν ἔχοντες,
Ἤλθετ' ἐρησόμενοι Φοῖβον, τίνα γαῖαν ἵκησθε.
Ἀλλ' ἄγε δηφράζεσθ', ἀγαθῶν πότερόν κεν ἕλοισθε
Πλοῦτον ἔχειν κτεάνων, ἢ τερπνοτάτην ὑγίειαν.

Atque ita Archiam divitias, Myſcelum ſalubritatem elegiſſe, indeque factum, ut Syracuſae divitiis, Croto ſalubritate coeli memorabilis eſſet, quod & proverbia teſtantur: *Syracuſarum decima*, &, *Crotone ſalubrior.* Ceterum neque illud hoc loco praetereundum, quaecunque Suidas, Strabo & alii de Myſcelo tradunt, ea a Pauſania in Phocicis lib. x. II. Phalanto ei, a quo Tarentum conditum, attribui. Quod eo huc adjeci, quòd & Lactantius in argumento, ſive ea librariorum culpa eſt, pro Crotone, Tarentum poſuit. Fuit autem hic Myſcelus patria Achivus, ex oppido vetuſto, quod Rypas aliquando dixerunt. Author Strabo lib VIII. MICYLL. Scaliger *Myſcelus* emendabat. DAN. HEINS. *Miſſilus* nonnulli. *Mirſilus* Juret. *Micilos* Barberin. & Bernegger. alii aliter. Lege, *Myſcelos.* nam, *Miſcilus* unus Baſil. Μύσκελος eſt Dionyſio Halicarnaſſ. lib. II. Suidae, Ariſtophanis Scholiaſtae ac Chronici Alexandrini auctori. Straboni nunc Μύσκελος, nunc Μύσκελλος. Μούσκελλος Zenobio in Adagio, Δῶρον δ' ὅτι δότης ἐπαινεῖ. Μύσκελλος Marciano Heracleotae & Scholiaſtae Dionyſii Alexandrini. Μισκέλλος Stephano in Συρακοῦσαι. Solino, *Myſcellus.* HEINS. Vide Commentatores ad Cicer. XIII. ad Att. Ep. 51. & Leopard. II. Emend. 14.

21. *Preſſum.*] *Merſum* unus Medic. & ſec. Ambroſ. vide Ep. VI. 96.

23. *Et pete diverſi lapidoſas Æſaris undas.*] In meo, Farneſ. & Ald. *I, pete.* ſequor. CIOFAN.

23. *Lapidoſas Æſaris undas I, pete diverſi.*] Gruterus in margine annotarat, in Palatino legi,

Claviger alloquitur Patrias age deſere ſedes:
I, pete diverſi lapidoſas Æſaris undas.

Quod & mihi non vehementer non probari poteſt. DAN. HEINS. Ita haec transponenda ſunt ex caſtigatioribus libris. primum enim monet, ut patriam deſerat, deinde locum, quo abiturus ſit, addit. Αἴσαρος eſt Graecis hic fluvius. Male ergo *Æſeris* multi ex vetuſtioribus codices, vel *Haeſeris.* Feſto etiam Avieno amnis *Æſarus* Deſc. Orb. & Priſc. Perieg. HEINS.

26. *Recentia mente.*] *Recondita* Oxon. prim. Baſil. prim. Moret. Juret. & quatuor alii. IDEM. *Juſſa refert* etiam unus Heinſ. vid. IX. 778.

31. *Sidereum nox.*] *Sideribus* quart. Medic. *extuleratque caput* Ox. & duo alii.

34. *Patriumque ſimul.*] *Palam* prim. Moret. HEINS. Hoc probatur ℣ſ. 37.

36 *Utque peracta eſt Cauſſa prior, crimenque patet.*] Cauſſam priorem intelligo accuſationis, & crimen migrationis, alioqui cur *prior* dicatur haud equidem ſcio. Commentatori autem hoc explicandum erat. GLAREAN. Cauſſam autem *priorem* videtur di-

Cauſſa prior, crimenque patet ſine teſte probatum,
Squalidus ad Superos tollens reus ora manusque,
O cui jus coeli bis ſex fecere labores,
Fer precor, inquit, opem : nam tu mihi criminis auctor.
Mos erat antiquus, niveis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis abſolvere culpae.
Nunc quoque ſic lata eſt ſententia triſtis : & omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnam.

Quae

dixiſſe reſpectu τῆς δευτερολογίας, quam vocant. Micyll. Si quis attenderit, is una mecum leget, *utque peracta cauſa fuit*. nam quae de δευτερολογίᾳ aſſerunt interpretes, remedia ſunt nil malum levantia. Tan. Faber. Lib. II. Epiſt. 69. *Cauſa viri* volebat Heinſius, ut vers. 104. pro *virorum*, *priorum* volebat.

37. *Crimenque patens.*] In eodem lib. *Crimenque patet.* Ciofan. *Patet* meliores. Heins.

38. *Tendens reus ora.*] Rectius omnino legitur in meo, Farn. Urſ. Capran. item in lib. Giſanii, *tollens.* Ciofan.

39. *O cujus coelum bis ſex fecere, &c.*] In uno Vatican. & in ora lib. Farneſ. eadem manu eſt, *O tu quem celebrem bis ſex, &c.* Non ſatis mihi probatur. Muretus legendum cenſet : *O cui jus coeli bis, &c.* Veriſimilis admodum conjectura, ut ſunt omnes, quae ab ejus ſingulari ingenio proficiſcuntur. Vulgata autem lectio planè barbara eſt. Idem. *O cujus celebrem* Oxon. & unus Medic. *O tu quem celebrem* Arondel. & decem alii. *O tu quam caelum* unus Baſil. Lege cum Mureto & Scaligero,

O cui jus coeli bis ſex fecere labores.

ſic *jus facere ſibi numinis videndi* in Faſtis, VI. 25.

Jus tibi feciſti numen caeleſte videndi.

Tò *coelum* aberat à prim. Reg. *cujus coelum* in Bernegg. à manu erat recentiori, antiqua ſcriptura abraſa. Chriſtophorus Bulaeus, teſte Alardo Commentariis in Val. Flaccum, pro *fecere* reponebat *vicere.*

O cujus coelum bis ſex vicere labores.

de duodecim Herculis laboribus omnia nota ſunt. unde is Nonno δυωδεκάεθλος dictus. emenda in transcurſu Plinium in Panegyr. cap. XIV. *Tantam admirationem tui non ſine quodam timore concepit, quantam ille genitus Jove poſt ſaevos labores duraque imperia regi ſuo indomitus ſemper indefeſſusque referebat.* ubi codices duo veteres, quos conſului, *poſt ſenos labores.* nec dubito in aliis quoque ſcriptis exemplaribus legi, quod tamen interpretum nullus admonuit. refingendum nempe, *poſt bis ſenos labores.* Senec. Herc. Fur. 1282.

Ingens opus labore bis ſeno amplius.

Agamemn. 812.

Tuus ille bis ſeno meruit labore
Allegi coelo magnus Alcides. Heins.

Ita etiam Meurſius emendat Spicileg. ad Theocrit. p. 142. vid. ad Eleg. in Druſ. 54.

39. *Sex fecere labores.*] Herculis labores epigrammate illo, quod nonnulli adſcribunt Auſonio Gallo, nonnulli verò Virgilianum eſſe volunt, continentur. Sunt & qui neutrius eſſe affirment. Ego tamquam non inſuave ponendum hîc duxi :

Prima Cleonaei tolerata aerumna Leonis.
Proxima Lernaeam ferro & face contudit Hydram.
Mox Erymanthaeum vis tertia perculit Aprum.
Æripedis quarto tulit aurea cornua Cervi.
Stymphalidas pepulit volucres diſcrimine quincto.
Threiciam ſexto ſpoliavit Amazona balteo.
Septima in Augeae ſtabulis impenſa laboris.
Octava expulſo numeratur adorea Tauro :
In Diomedeis victoria nona quadrigis.
Geryone exſtincto decimam dat Iberia palmam,
Undecimum mala Heſperidum diſtracta triumphum.
Cerberus extremi ſuprema eſt meta laboris.

Exſtat & de hac re Boëtii Phaleucium carmen lepidiſſimum. Horum omnium laborum ſextus fuit maximus. Plautus in Epidico. II. I. 9.

Oh Hercules, ego fui, dum illa mecum fuit : neque ſexta aerumna
Acerbior Herculi, quàm illa mihi eſt objecta.

Idem in Menaechmis : I. III. 16.

Si non ſaltas, exſue igitur, nimio ego hanc periculo
Surripui hodie : meo quidem animo, ab Hippolyta ſuccingulum
Haud Hercles aeque magno umquam abſtulit periculo.

Atque hoc ipſum annuit Ovidius ipſe in Epiſt. XXI. 115. cùm ſignificare vellet Cydippen dicere ab Acontio nihil praeclari ſed effeminati praeſtitum eſſe; nihilque quod cum eo, quod Hercules omnium maximum jam praeſtiterat, comparari poſſet.

Improbe (inquit) *quid gaudes, aut quae tibi gloria parta eſt?*
Quidve vir eluſa virgine laudis habes?
Non ego conſtiteram ſumpta peltata ſecure,
Qualis in Iliaco Pentheſilea ſolo.
Nullus Amazonio caelatus balteus auro,
Sicut ab Hippolyta praeda relata tibi eſt.

De Herculis laboribus paullò aliter Albricus philoſophus de Imaginibus Deorum. Ciofan.

40. *Fer precor.*] *Fer, pater* duo libri. *& funeris auctor* unus Medic. alii quidam, *muneris.*

41. *Mos*

Quae ſimul effudit numerandos verſa lapillos;
Omnibus è nigro color eſt mutatus in album:
Candidaque Herculeo ſententia munere facta
Solvit Alemoniden. grates agit ille parenti
Amphitryoniadae: ventisque faventibus aequor
Navigat Iönium: Lacedaemoniumque Tarentum
Praeterit, & Sybarin, Salentinumque Neaethum,
Thurinosque ſinus, Temeſenque, & Iäpygis arva.

Vix-

41. *Mos erat antiquis, niveis atrisque lapillis.*] Caeleſt. *Mos erat antiquus, nigris albisque lapillis.* Illud rectius videtur. Ciofan. *Antiquis* Vivianus ex omnibus ſuis legit. ſed non omnibus fuiſſe puto gentibus, ſed illi, unde ortus Myſcelus. *mos antiquus erat* Oxon.

42. *Abſolvere culpa.*] *Culpae* Thuan. & quart. Medic. eleganter. ſic *injuriarum aliquem abſolvere* auctori Rhetoricae ad Herennium. Heins. *Culpas* tredecim. *culpam* viginti quinque.

43. *Sententia triſtis.*] Juven. Sat. II.

De nobis poſt haec triſtis ſententia fertur.

vid. Cujac. lib. XXV. Obſ. cap. 6. *tunc quoque lis lata eſt* Baſil. *nunc quoque* unus Heinſii. bene Heinſius volebat, *tunc quoque quis lata eſt ſ. triſtis.*

47. *Herculeo numine.*] *Munere* rectius prim. Baſil. & decem alii. Heins.

50. *Lacedaemoniumque Tarentum.*] Probus II. Georg. *Tarentum oppidum in Italia condiderunt Parthenidae*, hoc eſt exſules Lacedaemoniorum, duce Phalanto. Ciofan.

51. *Sybarim.*] *Sybarin* caſtigatiores. & *Alemoniden* paulo ante. *Amphytrionidae* prim. Palat. & unus Medic. & Bernegger. Heins.

51. *Salentinumque Neraethum.*] *Neraethum* quidem legitur, ſed corrupte, ut ex Strab. (lib. VI.) collegimus, qui ait *Neaethum* Salentinorum eſſe fluvium, a navium Aeneae conflagratione dictum, quare hic quoque *Neaethum* legamus. Salentini autem populi ſunt à Saletina urbe dicti. Regius. Ita hunc locum corrupit Regius. Liber meus, tres Vatic. & Caeleſt. *Sallentinumque Veretum.* Duo Maffei & alii quidam, *Neretum.* Utrumque comprobat Plinius extremo cap. II. lib. III. ubi ita eſt: *Sallentinorum, Aletini, Baſterbini, Neretini, Valentini, Veretini.* De Vereto etiam Strabo lib. VI. ſed an de hoc loquatur pronunciare non liquet. Meminit etiam *Vereti* & *Nereti* Ptolemaeus lib. III. cap. I. Ponitque utrumque in Salentinis, quemadmodum Plinius. Veretum hodie Italico ſermone vocant *Vetrana.* Ab hac, quam nos reperimus, lectione non admodum aliena erat illa, quam Regius invenerat, *Sallentinumque Nerethum.* quemadmodum legitur in Farneſ. & in altero Caeleſt. Nam *n.* & *v.* facilè alterum pro altero a librariis ſcriptum eſſe nemo ignorat. Hoc idem ſaepiſſimè contigiſſe vidimus etiam in impreſſis libris. In alio Vaticano eſt, *Verethum.* Ciofan.

51. *Thurinosque ſinus, Temeſenque, & Iapygis arva.*] Cum hic Myſceli navigatio ex Graecia Crotonem verſus deſcribatur, neceſſe eſt non hanc eſſe Temeſen, quae ad inferum eſt mare Brutiorum urbs, poſtea *Tempſa* dicta, auctoribus Plinio, Strabone atque Ptolemaeo, immo hoc noſtro etiam Poëta, hoc adeo libro. Poſtea de Aeſculapio *Hippotadaeque domos regis, Temeſesque metalla,* ego ſuſpicor aliud poſitum fuiſſe à Poëta nomen, ſed nihil aſſevero. Glarean. Haec eadem & *Tempſa* aliquando dicta fuit, ab Auſonibus condita, mox ab Aetolis, qui cum Thoante ad eam Italiae partem appulſi fuerunt, occupata, atque inde iterum a Brutiis, hinc & *Temeſaeus Genius*, de quo proverbio dicitur, eademque intelligitur fuiſſe, de qua apud Homerum Od. A. 183. Mentes ait.

Πλέων· οἴναπα Πόντον ἐπ' ἀλλοθρόους ἀνθρώπους,
Εἰς Τεμέσην μετὰ χαλκὸν, ἄγων δ' αἴθωνα σίδηρον.

auctor Strabo. quanquam rurſum ſunt, qui locum hunc corruptum ſuſpicentur, &, pro *Temeſen*, neſcio quid aliud legi debere putent; ſed ego, quoniam mox ſequitur, *& Iapygis arva*, & Strabo quoque in deſcriptione Iapygiae *Temeſes* meminit, non video quid difficultatis aut vitii locus hic habeat. niſi quod ſuum cuique judicium relinquo. Micyll. Tres Vatican. Farneſ. Caeleſt. & meus, *Nemeſemque.* Illud rectius. quomodo eſt in Capran. Ciofan. Mira certe videri poteſt navigatio, quae, cum omnis Jonii maris terminis contineatur, deferat aliquem ad urbem, ad Tyrrhenum mare ſitam in agro Brutio. licet ſimilis curſus adduci poſſet ex ℣ſ 707. infr. hoc libro, ſed ibi alia planè eſt ratio & inſtitutum itineris. plerique vero Mſſ. codices hic, pro *Temeſen*, habent, *Nemeſen*, vel, *Nomeſen.* ſed neque hujus nominis fluvium aut urbem novi in his oris. cogitabam aliquando *Crimiſenque* legendum, quae urbs, promontorium & fluvius fuit, in hoc tractu, de quo vide Iuv Ital Ant. IV. cap. 15. ſed de ſyllabarum priorum modo me admonuit alter fluvius *Criniſus* in Sicilia, vel *Crimiſus*, ut rectius ſcribatur, cujus viaro v. Aeneid. 38. meminit, & in cujus nomine licentia Poëtae nullum Poëtam notat Servius ad lib. I. ℣. 550. quae an in mutato modo ſyllabarum, an literarum permutatione

Vixque pererratis quae ſpectant litora terris,
Invenit Æſarei fatalia fluminis ora:
Nec procul hinc tumulum, ſub quo ſacrata Crotonis
Oſſa tegebat humus. juſſaque ibi moenia terrâ
Condidit: & nomen tumulati traxit in urbem.
Talia conſtabat certâ primordia famâ
Eſſe loci, poſitaeque Italis in finibus urbis.

Fab. II. Argumentum.

Animae in varias ſpecies.

Pythagoras, Samius tyrannidem fugiens, cum patriam reliquiſſet, [a] *in Italiam venit, & quae didicerat de rerum natura mundique, aperit,* [b] *ad modumque ſeculi aurei docet, ad uſus quoque neceſſarios cuncta* [c] *praebente terra, nefas eſſe animalibus veſci:* [d] *quod eſſent in eis forte conſanguineorum animae mortalium: & quod è corporibus in corpora animae transfunderentur.* [e] *Poſtea docet unde occidendorum animalium uſus primum inoleverit. Nam paullatim conceſſum eſt, ut maleficae ferae dolis interceptae occide-*

ne conſtet, nunc non diſquiro. *Cameren* etiam ſi quis vellet legere, haberet lib. III. Faſt. 582. locum, quo tueri poſſet conjecturam; denique & *Temenen* hariolabar, quem ſuſpicabar locum in hac terra, unde porta *Temenis* Tarenti. vide Livium XXV. 9. ſed his omnibus miſſis vulgatam ſervari commode poſſe credo, cum ſecutus illos videatur Noſter, qui *Temeſen* putarunt eandem urbem fuiſſe, quae & Brunduſium, ut Scholiaſtes Homeri ad Odyſ. A. 183. quam tamen Strabo VI. p. 255. Brutii urbem facit. Gabriel Barrius libr. IV. de Antiquitate & Situ Calabriae legebat, *Meleſen*, quam tamen poſtea vocari *Meliſſam* a Meliſſo Cretenſium rege ait. nec in hac conjectura acquieſcens etiam tentabat, *Aretem*, qui fluvius non longe a Neaetho defluit. ſed fortaſſe latens ulcus adhuc ſupereſt. Burm.

53. *Quae ſpectant.*] *Qua* prim. Hamburg. Heins.

54. *Aeſarei.*] Liber meus & unus Vatic. *Æſerei.* Ciofan. *Fluminis arva* ſeptem libri.

58. *Talia conſtabat.*] Hunc & ſequentem verſum ſuppoſitum eſſe arbitror: & queis palatus ſapiet idem, ſpero, mecum ſentient. Tan. Faber lib. II. Epiſt. 69. *Conſtabant* Moreti prim. & tres alii.

59. *In finibus.*] *In ſedibus* quart. Palat.

[a] *In Italiam venit.*] Ab his verbis ita reliqua habet Colon. *ibique urbe praedicta commanens Numae ejus doctrinam expoſcenti, de rerum natura quaedam profunda, quae poſt ſequuntur, ediſſerit. Nefas enim eſſe indicat, animantium carnibus veſci, in quae animas ab humanis corporibus transfundi arbitratur.* ubi finitur argumentum.

[b] *Ad modumque.*] *Ad modum* Parm. Lugd. Micyll.

[c] *Praebente terra.*] *Ad uſus terrae n. e. praebente ſaeculo* eaed. Edd.

[d] *Quod eſſent.*] *Quod eſſent conſanguineae animae mortalium in proximo tempore, & quod corporibus corpora transfunderentur* Parm. Lugd. Micyll.

[e] *Poſtea docet.*] *Poſtea paulatim conceſſum eſt ut maleficis &c.* eaedem Edd.

[f] *Nec deinde.*] *Ne fructus creſceret* eaedem Edd.

60. *Vir fuit hic ortu Samius.*] Pythagoram exſtitiſſe Numae Pompilii tempeſtate omnino fabuloſum eſt. Sed licet poëtis, vulgo receptas opiniones, etiam falſas, ſequi. Certè quidem Numa Pompilius incepit regnare ab annis mundi CIↃ. CIↃ. CIↃ. CC. XXXVI. ante Salvatoris noſtri Jesu Christi natalem DCCXII. Pythagoras verò fuit anno mundi CIↃ. CIↃ. CIↃ. CD XXXIX. atque ante Christi ortum DXXIII. M Tullius lib. I. Tuſcul. Diſput. docet, quo tempore fuerit Pythagoras. Ejus verba ſunt: *Pythagoras cum, Superbo regnante, in Italiam veniſſet, tenuit magnam illam Graeciam cùm honore & diſciplina, tum etiam auctoritate: multaque ſaecula poſtea ſic viguit Pythagoreorum nomen,* ut

derentur; & manſuetarum foetus ſues, quòd fruges ſatas eruerent; item capri, quòd vitem maturam praecerpere adſueviſſent, nec deinde fructus creſceret.

Vir fuit hîc, ortu Samius: ſed fugerat unà
Et Samon & dominos; odioque tyrannidis exſul
Sponte erat. isque, licet coeli regione remotos,
Mente Deos adiit: &, quae natura negabat
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.
Cumque animo & vigili perſpexerat omnia curâ,
In medium diſcenda dabat: coetusque ſilentum,
Dictaque mirantum, magni primordia mundi,
Et rerum cauſſas, & quid natura, docebat:
Quid Deus: unde nives: quae fulminis eſſet origo:
Juppiter, an venti, diſcuſſâ nube tonarent:
Quid quateret terras; quâ ſidera lege mearent;
Et quodcumque latet. primusque animalia menſis
Arguit imponi: primus quoque talibus ora
Docta quidem ſolvit, ſed non & credita, verbis:
Parcite, mortales, dapibus temerare nefandis

Cor-

ut nulli alii docti viderentur. Idem ſub principium lib. IV. *Pythagoras, qui fuit in Italia temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberavit, praeclarus auctor nobilitatis ſuae.* Ac poſtea ſubdit ipſe M. Tullius conjecturam quandam, qua docet, quo modo poſteri crediderint, Numam fuiſſe auditorem Pythagorae. Si quis verò avet ſcire, quot anni ab Urbe condita praeteriſſent, cùm Brutus Romam liberavit, reſpondet illi Livius extremo lib. primi, exactos eſſe annos CCXLIV. Pythagoram injuſta dominationis ſuſpicione in fano vivum concrematum fuiſſe refert Arnob. libro primo. CIOFAN.

62. *Coeli regione remotus.*] *Remotos Deos* cum prim. Hamburg. prim. Ambroſ. & uno Baſil. atque ita Berneggerianus pro diverſa lectione. HEINS.

63. *Negabat.*] *Negarat* Medic. rectius. IDEM.

65. *Perſpexerat.*] *Proſpexerat* Vatic. & octodecim alii. mox, *in medium perſpecta dabat* alter Strozzae, venuſta repetitione. *dicenda* decem.

66 *Coetumque.*] *Coetusque* plerique vetuſtiores. HEINS. Rectius, propter ſequens *ſilentum.* ſic Livius lib. I. Pythagoram *coetus habuiſſe* dicit.

69. *Quid Deus, unde nives, quae fulminis eſſet origo.*] Ad hunc fortè verſum reſpexit Statius v. Sil. III. 21.

Quis Deus, unde ignes, quae ducat ſemita ſolem.

CIOFAN. Ad quem locum videndus Barthius, qui & hic legit ex Mſſ. *Quis Deus*, ut & habent prim. Moreti. ſec. Palat. & octo alii. *quae natura* etiam unus Baſil. vid. XIV. 2.

70. *Tonarent.*] *Sonarent* tres.

71. *Quo quateret.*] *Premeret* Thuan.

71. *Mearent.*] *Micarent* Baſil. & Moret. *manserent* alius Baſil.

73. *Arguit imponi.*] Ita veteres omnes libri. Alii malunt, *Arcuit.* quo modo antea erat in meo, quod probo. CIOFAN. *Arcuit* Bernegger. prim. Baſil. Juret. Barberin. Arondel. & unus Voſſ. bene, pro *vetuit.* ſic apud Senecam Troaſi, 277.

——— *affligi Phrygas*
Vincique volui: ruere & aequari ſolo
Etiam arcuiſſem.

Pont. lib. III. Eleg. III.

Quas lex furtivos arcet habere viros.

HEINS. Mihi tamen *arguit* magis Philoſopho docenti convenire videtur. licet enim fingi etiam legislator poſſet, nullas tamen Crotoniatis leges dediſſe, ſed diſputationum aſſiduitate eos ad frugalitatem revocaſſe dicit Juſt. XX. 4. ceterum ſaepiſſime haec duo verba confuſa ſunt. vid. lib. II. 505. X. 73. & alibi. BURM.

75. *Nefandis.*] *Profanis* unus Moret. *opibus temerare* Ambroſ.

Corpora. sunt fruges : sunt deducentia ramos
Pondere poma suo, tumidaeque in vitibus uvae:
Sunt herbae dulces : sunt, quae mitescere flammâ
Mollirique queant. nec vobis lacteus humor
Eripitur, nec mella thymi redolentia florem.
Prodiga divitias, alimentaque mitia tellus
Suggerit : atque epulas sine caede & sanguine praebet.
Carne ferae sedant jejunia : nec tamen omnes.
Quippe equus, & pecudes, armentaque gramine vivunt.
At quibus ingenium est immansuetumque, ferumque,
Armeniaeque tigres, iracundique leones,
Cumque lupis ursi, dapibus cum sanguine gaudent.
Heu quantum scelus est, in viscera viscera condi,
Congestoque avidum pinguescere corpore corpus;
Alteriusque animantem animantis vivere leto!
Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum

Ter-

76. *Sunt deducentia ramos Pondere poma suo.*] *Deducentia:* id est, quae curvant, flectunt. Superius idem dixit aliis verbis. lib. XIII. 812.

——— *sunt poma gravantia ramos.*

Et III. Art. VIII. 14.

Nulla premunt ramos pondere poma suo.

Et II. Pont. 263.

Dum bene dives ager, dum rami pondere nutant.

Et Remed. 175.

Aspice curvatos pomorum pondere ramos.

Lucretius libro primo 253.

——— *ramique viresunt*
Arboribus: crescunt ipsae fetuque gravantur. CIOF.

78. *Sunt herbae.*] Pulchra repetitio. IDEM.

78. *Sunt, quae mitescere.*] Altera repetitio. His omnibus probat, quid hominibus sit faciendum, ut à carne, qua in comedendo uti solent, abstineant. Exstat apud Aelianum lib. IV. de Var. Hist. Pythagorae dogma, quo praecipit à corde, à gallo albo & ab omnibus animantibus abstinendum: item à balneis: neque per publicas vias ingrediendum. Incertum enim esse, an his duobus puri efficiantur homines. Sed postrema haec quo modo intelligenda sint docet Plutarchus. Liber Caelest. Briantii & meus habent, *Sunt quae mitescere possunt, Et mollire famem, nec vobis lacteus humor Eripitur.* IDEM. Ita & duo scripti. *emollire famem* Oxon. *mitescere ventrem. Et laxare queant* Genev. *flammis* tres.

80. *Redolentia flore.*] *Florem* prim. Reg. Thuan. Bernegger. & decem alii. utrumque dicitur. vetustiores sequor. quamvis & Valer. Max. lib. I. cap. 6. in fine, *At mihi quidem illae apes non montem Hymetti thymi flore redolentem &c.* HEINS. Vid. ad Epist. XV. 76.

81. *Sine caede.*] *Sine carne* Argent. pro *praebet* quidam, *tradit.* unus *tradet.*

83. *Carne ferae sedant jejunia.*] *Sedent* prim. Moret. HEINS.

84. *Gramine vivunt.*] *Gramine pascunt* Moreti unus.

86. *Armeniae tigres.*] *Armeniaeque* quatuor codices cum Norico, correpta priore syllaba in *Tigres.* ut I. VIII. VI. 121.

Armeniaeque tigres, Austroque agitata Charybdis.
Horat. Art. Poët. 393.

Dictus ob hoc lenire tigres.
Claud. *Tingunt arva tigres.* HEINS. Vide ad lib. VIII. 121.

88. *In viscere viscera condi.*] *In viscera* vetustiores omnes. Val. Maximus lib. VI. cap. 6. *Uxores suas natosque ad usum nefariae dapis verterunt. quoque diutius armata juventus viscera sua visceribus aleret, infelices cadaverum reliquias salire non dubitavit.* citantur hi tres versus a Scholiaste Persei ad Stat. III. ubi Mss. quidam male, *in viscere viscera condi*, ut & *congestaque cavum.* deinde idem Scholiastes citat male, *Alteriusque animam*, sed *animantem* recte codex Mss. bibliothecae Leidensis. HEINS. Malim etiam *Alternisque.* ut est in Francof. *viscera mergi* Moreti unus & alius Heinsii. *conjectoque* Cantab. & tres alii.

92. *Terra creat.*] *Parit* plerique vetustiores. sic & Art. Am. lib. I. 717.

Nec tellus eadem parit omnia.
& libro III. 185.

Quot nova terra parit flores.
Lucret. V.

——— *quando omnibus omnia largè*
Tellus ipsa parit.

Fru-

Terra parit, nil te niſi triſtia mandere ſaevo
Vulnera dente juvat, ritusque referre Cyclopum?
Nec, niſi perdideris alium, placare voracis,
Et male morati poteris jejunia ventris?
At vetus illa aetas, cui fecimus Aurea nomen,
Foetibus arboreis, &, quas humus educat, herbis
Fortunata fuit: nec polluit ora cruore.
Tunc & aves tutae movere per aëra pennas;
Et lepus impavidus mediis erravit in agris:
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo:
Cuncta ſine inſidiis, nullamque timentia fraudem,
Plenaque pacis erant. poſtquam non utilis auctor
Victibus invidit, (quisquis fuit ille virorum)
Corporeasque dapes avidam demerſit in alvum;
Fecit iter ſceleri: primâque è caede ferarum
Incaluiſſe putem maculatum ſanguine ferrum:

Id-

Prudentius Hamartigenia;

Hoc pulchrum quod terra parit, quod gloria confert
Lubrica.

Cicero lib. II. de Natura Deor. *Profectò terra ipſa eadem vi continetur & arte naturae; quippe quae gravidata ſeminibus omnia pariat ac fundat ex ſeſe.* Dracontius Hexaemero:

Aſt hominem non terra parit.

Feſtus Avienus Deſcr. Orbis:

Non illis pabula in uſum
Terra parit.

Heins. IV. Faſt. 88. *faetaque terra parit.* vid. & lib. I. Met. 417. *dedit* unus Medic. *parat* Voſſian. *optima mater* tres libri.

92. *Saevo.*] *Laeto* Gronovian. non invenuſte, ut ſit oppoſitio inter *triſtia vulnera* & *laeto dente.* deinde, *ritusque inferre* Jun. Gron. & excerpt. Herc. *Cyclopis* etiam unus ex veterrimis.

93. *Ritusque Cyclopum.*] Sic omnes libri ſcripti. opinor autem, eos falli, qui legunt, *Rictusque Cyclopum.* Cyclopes quare dicantur docet Heſiodus in Theogonia his verbis: ὑſ. 144.

Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρα σφέων,
Κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἔεις ἐνέκειτο μετώπῳ.

Ciofan.

94. *Placare jejunia.*] *Pacare* meus ex veterrimo deſcriptus. ſed nil muta. Heins. Vide ad lib. VIII. 845.

95. *Et malè morati ventris.*] Diſſoluti, voracis. Ciofan.

97. *Herbis.*] *Herbas* legitur apud Gobel. Perſon. Coſmod. aetat. V. cap. 20.

96. *Cui fecimus Aurea nomen.*] Hac locutione uſus eſt quoque in primo, *Lactea nomen habet.* Ciofan. Vid. ad v. Faſt. 595.

99. *Tunc & aves tutas.*] *Tutae pennas* rectius Thuan. quart. Medic. prim. Moret. Juret. & ſex alii. Heins. *Tunc volucres tutas* unus Heinſii.

100. *Et lepus impavidus.*] *Intremidus* quart. Medic. pro *arvis* vetuſtiores *agris.* Heins. *Intrepidus* Ox. & quatuor alii. *errabat* tres. *volavit* unus. unde *volitavit* Heinſius. *in herbis* etiam unus. mox *ſuſpendit in hamo* unus. *deprenderat* alius.

104. *Quisquis fuit ille Deorum.*] *Virorum* Cantabrig. alter Hamburg. & duo alii. rectè. niſi mavis, *priorum.* Pont. l. III. Eleg. II.

Eſt locus in Scythiâ; Tauros dixere priores,

& poſtea ex antiquis libris,

Sacrificî genus eſt: ſic inſtituêre priores.

& hoc ipſo libro mox, 333.

Eſt locus Arcadiae; Pheneon dixere priores,

Triſt. lib. I. Eleg. 4.

Atque haec exemplis quondam collecta priorum,

Faſt. III. 79.

Et tamen ante omnes Martem coluere priores,

lib. IV. 327.

——— *Tiberina priores*
Oſtia dixerunt.

paulo poſt hoc libro. 196.

Magna nec ingeniis eveſtigata priorum.

Heins. Forte ſcripſit Naſo,

Victibus invidit (quisquis fuit ille) ferorum.

Hoc ſenſu poſtquam primus ille (quisquis fuit) edendae carnis auctor, invidit luporum & leonum victibus, quia illi carne veſcerentur, ſtimulatus invidia, primo in caedem ferarum ivit, deinde ad ejus exemplum saevitum contra innocua animalia. nihil tamen moveo, quia mox *ferarum* ſequitur. & ſi *priorum* firmaretur codicis alicujus auctoritate, recipiendum putarem. certe ita, pro

Idque satis fuerat: nostrumque petentia letum
Corpora missa neci salvâ pietate tatemur:
Sed quam danda neci, tam non epulanda fuerunt.
Longius inde nefas abiit: & prima putatur
Hostia sus meruisse mori; quia semina pando
Eruerit rostro, spemque interceperit anni.
Vite caper morsa Bacchi mactandus ad aras
Ducitur ultoris. nocuit sua culpa duobus.
Quid meruistis oves, placidum pecus, inque tuendos
Natum homines, pleno quae fertis in ubere nectar?
Mollia quae nobis vestras velamina lanas
Praebetis: vitàque magis quam morte juvatis.

Quid

virorum, legitur in quibusdam libris lib. III. Amor. I. 25. & apud Virgil. lib. XI. 157. pro *nulli exaudita deorum* in aliis libris est, *priorum. quisquis fuit ille deorum* hic repetitum puto a librario ex lib. I. 32. vid. ad Phaedr. IV. Fab. 19. BURM.

105. *Demersit.*] *Demisit* octo libri. *condebat* unus, quod repetitum ex XIV. 209 vid. ad Ibin. 387. & supr. lib. VI. 664. *congessit* Moreti. *conjecit* Gronov.

106. *Primoque è caede ferarum Incaluisse potest maculatum sanguine ferrum.*] *Primaque è caede* ex uno meo & uno Argent. Deinde pro *potest* prim. Reg. & unus Moreti, *patet*. Bernegger. Neapol. Urbin. prim. Hamburg. prim. Basil. & tres alii, *putes. putem* tres. bene. *puto* unus Patav. HEINS.

107. *Incaluisse potest.*] In Caelest. & meo, *Incaluisse putes*. CIOFAN.

108. *Nostrumque petentia letum.*] *Potentia* prim. Hamburg. & quatuor alii. *nostroque potentia leto* prim. Moret. aut scribendum, *nostroque nocentia leto*, aut, *nostrique potentia leti*. Lucanus lib. VI. 485.

Omne potens animal leti, genitumque nocere,
Et pavet Haemonias & mortibus instruit artes.

sic *potens voti* & *mentis*, pro *compos*, saepe apud Nostrum. & *impos* in contraria significatione apud alios. Columella lib. I. cap. I. ubi agit de Agricultura, ejusque scriptores recenset, *Scrofam Tremellium, qui etiam eloquentem reddidit, & M. Terentium, qui expolivit, mox Virgilium, qui carminum quoque potentem fecit.* ita veterrimus codex S. Germani; non *carmine. muneris potens* apud Val. Flaccum lib. IV. *pennipotentes* pro avibus Lucretio. HEINS. Vid. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 300. & ad Livium. XXIII. 16.

111. *Prima putatur.*] Perfimilis locus est lib. I. Fast. 349. & seq. CIOFAN. Vide Fabrett. ad Colum. Trajan. cap. VI. p. 156.

112. *Hostia sus meruisse mori.*] *Necem* Probus ad Virgilium agnoscit. ut Epist. XIV. 61.

Quid meruere necem patruelia regna tenendo. HEINS.

112. *Quia semina pando Eruerit rostro, spemque interceperit anni.*] Eadem exemplaria & Farn. habent, *Eruerat* & *interceperat*. CIOFAN. Ita & Basil. & undecim alii.

114. *Vite caper morsa.*] *Vite rosa* malim, ut in Fastis lib. 357. *Rode caper vitem*, etsi minimum refert. Apulej. Met. III. *in asini faciem faena rodo*, ubi reponi nihil opus est, *foenum arrodo*. Nemesianus Cynegetico de canibus:

Obtunduntque novos adroso robore dentes.

videantur adnotata ad librum XIII. VI. 691. pro *mactatus dicitur* vetustiores plerique, *mactandus ducitur*. recte omnino. victimae enim *duci* dicebantur. quamquam Probus in II. Georg. 529. Maronis stat pro vulgata lectione. in multis etiam exemplaribus, *mactatus ducitur*. in nonnullis quoque, *Bacchi mactatus ad aras Ultoris ductus*, minus bene. Noster Amor. III. XIII. 13. de victimis:

Ducuntur niveae populo plaudente juvencae,
Quas aluit campis herba Falisca suis.

de Polyxena lib. XIII. 452.

Ducitur ad tumulum, diroque fit hostia busto.

apud Maronem III. Georg. 195.

Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram.

lib. IV. 551.

Quatuor eximios praestanti corpore tauros
Ducit, & intacta totidem cervice juvencas.

A. Gellius libro IV. cap. 6. Noct. Attic. *Si primis hostiis litatum nunc erat, aliae post easdem ductae hostiae caedebantur.* Macrobius libro III. Saturnal. cap. 5. *Observatum a sacrificantibus, ut, si hostia, quae ad aras duceretur, fuisset vehementius reluctata, ostendisset se invitam altaribus admoveri, amoveretur.* Juvenalis Satyra X, 66. *Duc ad Capitolia magnum Cretatumque bovem.* quod ab Lucretianis illis est mutuatus, ut notat Scholiastes,

Cretatumque bovem duci ad Capitolia magna.

Idem Juvenalis Satyra XII. initio, *Niveam Reginae duci-*

Quid meruêre boves, animal ſine fraude dolisque,
Innocuum, ſimplex, natum tolerare labores?
Immemor eſt demum, nec frugum munere dignus,
Qui potuit curvi demto modo pondere aratri
Ruricolam mactare ſuum: qui trita labore
Illa, quibus toties durum renovaverat arvum,
Tot dederat meſſes, percuſſit colla ſecuri.
Nec ſatis eſt, quod tale nefas committitur: ipſos
Inſcripſere Deos ſceleri: numenque ſupernum
Caede laboriferi credunt gaudere juvenci.
Victima labe carens, & praeſtantiſſima formâ,
(Nam placuiſſe nocet) vittis praeſignis & auro,

Siſti-

ducimus agnam. ita enim codices vetuſti majori ex parte, non *caedimus.* mox idem Satyra, XII. 112.

——— *ducatur ad aras,*
Et cadat ante lares Gallitae victima ſola.

duci etiam dicebantur noxae dediti. Paulus L. XXVI. D. de Noxalibus: *Si abſente domino ductus ſit ſervus, vel etiam praeſente.* Idem L. XXXII. D. eodem: *Is qui in aliena poteſtate eſt, ſi noxam commiſiſſe dicatur, ſi non defendatur, ducitur.* & alibi non ſemel. quibus in jus, vel in vincula ſubintelligitur; ut de funeribus, ad rogum vel ad ſepulcrum. quomodo capiendum illud Perſii, *Nerio jam tertia ducitur uxor.* id eſt effertur. vide annotata ſuperiori libro V. 746. Heins.

117. *Inque tuendos natum homines.*] Berneggerius, primus Baſileenſis, alter Hamburgicus, unus Moreti, Palatinus unus, *inque tegendos Natum homines.* apud Vitruvium libro X. cap. I. de Veſtitu: *Non modo corpora tegendo tuetur, ſed etiam ornatus adjicit honeſtatem.* Cicero libro I. Tuſculan. *Tum multitudo pecudum partim ad veſcendum, partim ad cultum agrorum, partim ad vehendum, partim ad veſtienda corpora.* In Catalectis Pithoeanis judicio coci & piſtoris:

Pythagoras populo neſcis quae ſuaſerit olim?
Si jugulatis oves, quid erit, quod veſtiat, inquit?
Horriferum contra borean ovis arma miniſtret.

tegere etiam Tertullianus de Pallio dixit: *Ingenia veſtificorum primum tegendo homini, deinde & ornando varias indumentorum formas promulgavere.* Orientius in Commonitorio:

Hirtaque lanigerae depectens terga bidentis
Mollibus involucris algida membra tegis.

Vulgatam tamen in Naſone ſcripturam non auſim ſollicitare. nam τὸ *tueri* tam ad victum quàm amictum referri poteſt, cum utroque oves humanum genus foveant ac tueantur. Idem. Ego *tegendos* gloſſam τοῦ *tuendos* putem. nam recte explicuit quisquis fuit ille Scholiaſtes in codice Norico, *tuendos, a frigore propter lanas.* ſic Juſtin. lib. II. I. *Ita ut non modo primae generare homines, ſed ne advenas quidem recipere ac tueri poſſent, priusquam adverſus calorem vel frigus velamenta corporis invenirentur.* vide etiam Petron. cap. 56. Burm.

120. *Sine fraude dolisque.*] *Dolique innocuum* unus Leidenſis. Heins.

122. *Immemor eſt demum.*] Τὸ *demum* minime placet. in uno Baſil. pro diverſa lectione, *divum.* & ita conjecerat Bochart. Hieroz. lib. II. cap. 32. p. 315. ego legerem,

Immemor ille Deûm. Idem.

123. *Aratri.*] *Raſtri* Leid.

124. *Ruricolam mactare ſuum.*] Huc ſpectat lex Athenienſium, cujus meminit Ælianus Var. Hiſt. lib. V. cap. 14. Καὶ τοῦτο δὲ ἦν φυλαττόμενον παρ' αὐτοῖς. βοῦν ἀρότην καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα σὴν ἀρότρῳ, ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ, μηδὲ τοῦτον δύειν, ὅτι καὶ οὗτος εἴη ἂν γεωργὸς, καὶ ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός. Heins. *Mactare bovem* Jun. & Leid.

125. *Durum renovaverat arvum.*] *Durum annum* Palat. & Boxh. fragm. & alii decem. *longum* prim. Bonon. *nudum arvum* quinque.

126. *Tot dederat meſſes.*] *Tot dederant* cum tribus libris ſcribendum. ut *quae* ſubintelligatur. niſi mavis, *Tot tulerat meſſes.* tale eſt illud Juven. Sat. X.

——— *ut vitulus bos*
Qui domini cultris tenue & miſerabile collum
Praebet, ab ingrato jam faſtiditus aratro. Heins.

130. *Forma.*] *Formae* malebat Heinſius, ut lib. IX. 451.

131. *Nam placuiſſe nocet.*] *Jam* multi libri. forte, *tam.* ut ſaepe alibi vid. Eleg. in Druſ. 42.

131. *Vittis praeſignis & auro.*] Ἓν διὰ δύο. Hac figura uſus eſt etiam lib. III. *Criſtis praeſignis & auro.* Ciofan. *Praeſignis* caſtigatiores omnes. recte. vox ea in deliciis Noſtro. Vide Notas ad Epiſt. V. ſic & infra hoc libro. 611.

——— *gemino praeſignia tempora cornu.*

Heins. *Vittisque inſignis* Baſil.

Siſtitur ante aras; auditque ignara precantem:
Imponique ſuae videt inter cornua fronti,
Quas coluit fruges: percuſſaque ſanguine cultros
Inficit in liquidâ praeviſos forſitan undâ.
Protinus ereptas viventi pectore fibras
Inſpiciunt: mentesque Deûm ſcrutantur in illis.
Unde fames homini vetitorum tanta ciborum?
Audetis veſci, genus ô mortale? quod, oro,
Ne facite: & monitis animos advertite noſtris.
Cumque boum dabitis caeſorum membra palato;
Mandere vos veſtros ſcite & ſentite colonos.
Et quoniam Deus ora movet; ſequar ora moventem
Rite Deum; Delphosque meos, ipſumque recludam
Æthera; & auguſtae reſerabo oracula mentis.
Magna, nec ingeniis eveſtigata priorum,
Quaeque diu latuere, canam. juvat ire per alta
Aſtra: juvat, terris & inerti ſede relictis,
Nube vehi; validique humeris inſiſtere Atlantis:
Palantesque animos paſſim ac rationis egentes
Deſpectare procul, trepidosque, obitumque timentes

Sic

132. *Ignara.*] *Ignota* Baſil. *ſternitur ante aras* etiam Mſſ. Berſm.

134. *Fruges.*] *Segetes* prim. Moreti.

134. *Cultos.*] *Ciſtros* prim. Baſil. pro varia lectione.

135. *Inficit in liquida praeviſos forſitan unda.*] *Praeviſos* intelligo in ictu ipſo, aut cum jacerent in unda, quaſi boves ſciverint ad ſuam paratos necem. commentator talia negligit ac alia exponit, longe tamen minoris momenti, minus remorantia lectorem. Glarean. Hoc eſt, quorum imaginem, aut etiam quos ipſa in aqua, quae ſacrificiis adhiberi ſolet, juxtaque poni ubi hoſtiae jugulantur, ante fortaſſis vidit. Micyll. Aqua in ſacris adhibita & per pelves diſpoſita. *An quia praeviſos in aqua timet hoſtia cultros?* ex lib. I. Faſt. 327. Farnab. *In gelida* unus. *in liquidas undas* Thuan. unus. *praemiſſos* duo. *fortiter* totidem.

136. *Ereptas.*] *Erectas* unus Heinſ. forte pro, *exſectas.*

130. *Pectore fibras.*] Liber meus, *Corpore.* Ciofan. *Corpore* etiam Francof. & plurimi veterum. *ferventi e ſanguine* Voſſ. *viventis* etiam Viviani. *liventi* unus Regius.

137. *Scrutantur in illis.*] *Rimantur* unus Voſſ. *in extis* unus Moreti. Heins. *Mentemque* unus Medic.

139. *Genus o mortale.*] *Genus immortale*, Berſmanni Mſſ. quod placebat Grutero, ut ad metempſychoſin reſpiciat. Berſmannus etiam accuſativi caſus eſſe tunc volebat.

143. *Et quoniam.*] *At* Medic.

144. *Recludam.*] *Reducam* Genev.

146. *Inveſtigata.*] *Eveſtigata* Bernegger. Thuan. prim. Moret. & decem alii. placet, licet minus obvium. ſic *edurare* apud Gell. XIV. I. Heins.

147. *Juvat ire per alta aſtra.*] *Aſtra alta* multi veteres. prim. Hamburg. *ſub ardua alta.* Verſus ſublimis erit & ſonorus, ſi reſcribas, *per ardua Aſtra.* ut ultima litera τοῦ *ardua* elidatur ob ſequentem vocalem. Exempla vide lib. XII. Vſ. 395. in Notis. Heins. Vulgata lectio ex Manilii lib. I. 13. poteſt defendi, ſi, ut Scaliger in notis citat, legatur:

—— *Juvat ire per altum*
Aethera.

Sed editiones habent *per ipſum*, infr. 875. *ſuper alta perennis Aſtra ferar.* Burm.

148. *Sede relicta.*] *Relictis* cum Juniano. Heins. *Et inani ſede* idem Junianus. *mortali* Sixi. ut ſit appoſitio, *terris, mortali ſede, relictis.*

150. *Palantesque homines.*] Ita quoque loquuntur Lucretius, Salluſtius, Virgilius, Livius, alii. Ciofan.

150. *Paſſim rationis egentes.*] In nonnullis, *ac rationis egentes.* in aliis, *ac ratione carentes.* mihi ne videtur ſuperfluere. Nauger. *Paſſim ac rationis* ex vetuſtioribus. alii, *& rationis. Palantesque animos*

Sic exhortari; ſeriemque evolvere fati.

Fab. III. Argumentum.

[a] Euphorbus in Pythagoram.

[b] *Pythagoram eumdem inducit referentem cuncta rerum temporibus* [c] *mutari: ſiquidem ipſe annus vertitur in quatuor ſpecies, veris, aeſtatis, autumni, & hiemis:* [d] *& quae naſcuntur, quoniam in initio prodita teneras imminutasque ſpecies habeant; deinde creſcendo robuſtae aetatis, noviſſimè ſeneſcentis* [e] *fieri. Se quoque memoria* [f] *tenere bello Trojano Euphorbum Panthoidem fuiſſe: & poſtea quam à Menelao ſit occiſus in bello, animam ejus in ſe eſſe transfuſam;* [g] *clypeumque ejus, dum in aetates ductus ſit, quo uſus eſſet in bello, in templo Junonis Argivae cognoviſſe.*

O Genus attonitum gelidae formidine mortis!
Quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana timetis,
Materiem vatum, falſique piacula mundi?
Corpora ſive rogus flammâ, ſeu tabe vetuſtas
Abſtulerit, mala poſſe pati non ulla putetis.
Morte carent animae: ſemperque, priore relictâ

Se-

mos vetus codex Politiani & unus Medic. quod placet. Heins. *Sparſasque a cardine gentes* unus Baſil.

151. *Trepidosque.*] Caeleſt *Timidosque.* Ciofan. *Strepitumque* Bernegger. prim. Hamburg. & tres alii. Heins.

152. *Sortemque evolvere fati*] Emenda ac corrige, auctoribus optimis quibusque ſcriptis libris, *Seriemque evolvere fati.* Ciofan. *Revolvere* Neapol. *ſeriem* illuſtrabimus ad Valer. Flac. II. 218.

[a] *Euphorbus.*] *Panthus in Euphorbium* Parm.

[b] *Mutari.*] *Immutari* Parm. Lugd. Micyll.

[c] *Pythagoram.*] *Idem Pythagoras refert, cuncta temporibus mutari* Colon.

[d] *Et quae.*] *Et quae naſcuntur in initio prodita tenera ſunt, & infantiae ſpeciem habent, deinde c. r. ae. n. ſenectutis. ſe &c.* Colon.

[e] *Fieri.*] Non eſt in edd. antiquis.

[f] *Tenere.*] *Retinere* Colon.

[g] *Clypeumque.*] *Unde etiam clypeum, quem ibi geſtaſſet, nuper in tem. Ju. apud Argos ſe memorat cognoviſſe* Colon. qui ſequens argumentum huic jungit.

153. *Gelidae mortis.*] Optimo ac proprio uſus eſt epitheto. Sic & II. Amor. IX. 41.

Stulte, quid eſt ſomnus, gelidae niſi mortis imago? Ciofan.

154. *Et nomina vana timetis.*] *Quid nomina* multi. rectius. pro *pericula* Neapol. & unus Voſſ. *piacula.* eleganter. nam apud manes expiari crimina in ſuperis commiſſa, credebant. Virgil. VI. 568.

Quae quis apud ſuperos, furto laetatus inani,
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

Auſon. Epig. 108. *Et quod debentur ſuprema piacula vitae.* vide ad Claud. II. in Eutr. 598. pro *nomina vana*, uterque Hamburg. Cantabrig. Oxon. prim. Gronov. tert. Medic. & multi alii, *numina.* Heins. Ita & correxerat Heinſius locum ſupra lib. II. 565. ubi vide: praeterea hîc olim conjecerat in verſu praecedenti, *Quid Styga quidve Erebum, &c.* vel, *Quid Stygias tenebras.*

157. *Abſtulerit.*] *Abſtulerint* prim. Ambroſ. Heins. *Suſtulerint* Medic.

158. *Morte carent animae, ſemperque priore relicta Sede, novis domibus vivunt, habitantque receptae.*] In hac prava atque inepta prorſus haereſi fuerunt Druidae, gens quaedam Gallica. Qua de re Caeſar lib. VI. de Bello Gallico: *In primis hoc volunt perſuadere, non interire animas, ſed ab aliis poſt mortem transire ad alios; atque hoc maximè ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto.* Tangit & hanc rem Amm. lib. XV. Sed inter Pythagorae & Druidarum opinionem hoc intererat, quòd ille ajebat animas hominum ad pecudes etiam transire: hi verò ad homines tantum. Hoc ex Caeſaris verbis elicitur: *Sed ab aliis poſt mortem transire ad alios.* Ciofan. Druidarum & Pythagorae ſententias diſcrepare oſtendit Samuel

Sede, novis habitant domibus vivuntque receptae.
Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli
Panthoïdes Euphorbus eram : cui pectore quondam
Sedit in adverso gravis hasta minoris Atridae.
Cognovi clypeum, laevae gestamina nostrae,
Nuper Abantêïs templo Junonis in Argis.
Omnia mutantur : nihil interit. errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus : éque feris humana in corpora transit,
Inque feras noster : nec tempore deperit ullo.
Utque novis fragilis signatur cera figuris,
Nec manet ut fuerat, nec formas servat easdem;
Sed tamen ipsa eadem est : animam sic semper eamdem
Esse, sed in varias doceo migrare figuras.

Er-

Petitus, lib. 1. Observ. 7. ubi pluribus hos Ovidii versus illustrat.

159. *Sede.*] *Sepe* unus Moreti. quod pro septo, aut claustro capiendum esset. ut ita corpus *carcer* animae vocatur.

160. *Ipse ego (nam memini) Trojano tempore belli Panthoides Euphorbus eram.*] De Euphorbo, & quomodo idem Patroclum vulnerarit, ipse autem à Menelao occisus fuerit, Homerus Iliados XIV. & deinceps tradit. De clypeo autem, quem hîc Ovidius Argis in templo Junonis suspensum & à Pythagora agnitum dicit, Laërtius in vita Pythagorae hoc modo : Εἰπεῖ δ' Εὔφορβος ἀποθάνοι, μεταβῆναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς Ἑρμότιμον, ὃς καὶ αὐτὸς πίστιν δοῦναι θέλων, ἐπανῆλθεν εἰς Βραγχίδας, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν, ἐπέδειξεν ἣν Μενέλαος ἀνέθηκεν ἀσπίδα. ἔφη γὰρ αὐτὸν, ὅτ' ἀπέπλευσεν ἐκ Τροίας, ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἀσπίδα, διασεσηπυῖαν ἤδη, μόνον δὲ διαμένειν τὸ ἐλεφάντινον πρόσωπον. Sed haec eò ab Ovidianis differunt, quòd clypeum, quem ille Argis Junoni, hic apud Branchidas in Asia Didymaeo Apollini suspensum dicit. Micyll. Hujus rei meminit Philostratus in vita Apollonii lib. IIX. & Tyrius Max. Concione XXIIX. quo loco refert quare ita existimatum sit. Hyginus etiam cap. CXII. Ciofan.

160. *Nam memini.*] *Jam* Vatican.

162. *Haesit in adverso.*] *Sedit* vetus liber Politiani. eleganter. Noster Met. III. 88.

——— *plagamque sedere*
Cedendo arcebat, nec longius ire sinebat.

Silius libro XVII. 440.

—— *hasta volans imo sub gutture sedit.*

Florus lib. IV. cap. II. *Quo tempore egregia virtus Scaevae centurionis emicuit, cujus in scuto centum & quadraginta tela sedere.* idem Silius denuo lib. I. 539.

Ultrix injusti vibravit lancea belli,
Et femore adverso librata cuspide sedit.

libro IV, 179.

Hasta viri femore & pariter per anhela volantis
Ilia sedit equi.

libro V, 346.

Num lateri cuspis, num toto corpore telum
Sedisset, fremuitque amens sociosque rogabat.

libro VI, 273.

Jamque alvo penitus demersa phalarica sedit.

libro VII, 606.

Dexteriore gena sedit cui lethifer ictus.

libro XVII, 134.

Prima in cornipedis sedit spirantibus ignem
Naribus hasta volans.

Lucan. lib. I. 32.

Alta sedent civilia vulnera dextra.

Sidon. Paneg. Aviti:

——— *saxumque in vulnere sedit.*

vulgata tamen scriptura non est temere sollicitanda. Heins.

164. *Abantéis Argis.*] Argos clarissima urbs est Peloponnesi, in qua Abas regnavit, unde *Abantei Argi* dicuntur. Tametsi ab aliis legatur *agris Abanteis*, exponaturque Euboicis. Abantes enim populi Euboeae fuerunt. Regius. In Argis regnavit Abas, unde Argivi *Abantei* dicuntur. haec Raphaël verisimiliter. nam Acrisius *Abantiades* dicitur libro quarto. Et Perseus in fabula Andromedae alter filius, alter nepos Abantis. nam quod quidam ad Abas referunt, oppidum in Phocide, cujus multi eximii meminere auctores, non video ut quadret, cum omnes id Apollinis oraculo clarum dicant, hic autem *Junonis in agris* neutiquam legam. Glarean. Pausanias Corinthiacis, stadia quindecim abesse Mycenis hoc Junonis fanum affirmat, cujus inter alia donaria etiam clypeum hunc recenset. Ἐν δεξιᾷ δὲ κλίνῃ τῆς Ἥρας, καὶ ἀνά-

Ergo, ne pietas ſit victa cupidine ventris,
Parcite (vaticinor) cognatas caede nefandâ
Exturbare animas: nec ſanguine ſanguis alatur.
Et quoniam magno feror aequore, plenaque ventis
Vela dedi; nihil eſt toto quod perſtet in orbe.
Cuncta fluunt: omnisque vagans formatur imago.
Ipſa quoque adſiduo labuntur tempora motu
Non ſecus ac flumen. neque enim conſiſtere flumen,
Nec levis hora poteſt: ſed ut unda impellitur undâ,
Urgueturque prior veniente, urguetque priorem,
Tempora ſic fugiunt pariter, pariterque ſequuntur:
Et nova ſunt ſemper. nam quod fuit ante relictum eſt:
Fitque, quod haud fuerat: momentaque cuncta novantur.
Cernis & emerſas in lucem tendere noctes:

Et

ἀνάθημα ἀσπὶς, ἣν Μενέλαος ποτε ἀφείλετο Εὔφορβον ἐν Ἰλίῳ. Sed & Abantis clypeus Argis celebratiſſimus. Hyginus Fab. CCLXXIII. de ludis: *Sexto, quos Argis fecit Lynceus Ægypti filius Junoni Argivae, qui appellantur ἀσπίδος ἐν Ἄργει* (ſic ſcribe) *quibus ludis qui vicit, accipit pro corona clypeum. ideo quod Abas, Lyncei & Hypermneſtrae filius, nuntiavit parentibus Danaum periiſſe. Cui Lynceus de templo Junonis Argivae detraxit clypeum, quod Danaus in juventa geſſerat & Junoni ſacrificaverat, & Abanti filio muneri dedit.* Hinc capiendum adagium Graecum, Ὡς τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα καθελῶν σεμνύεται. & alterum, Ἄξιος εἶ τῆς ἐν Ἄργει ἀσπίδος. quae paroemiographi non aſſequuntur. aliam horum proverbiorum rationem, ab Hyginiana diverſam, vide apud Servium ad ℣ſ. 286. libro III. Æneid. Alluſit etiam ad hunc clypeum Maro, dum oculum Polyphemi deſcribit,

Argolici clypei, aut Phoebeae lampadis inſtar.

Erant enim Argolici & rotundi & maximae molis. ſed ille Abantis prae ceteris illuſtris clypeus. hinc clarum vocat Valer. Flaccus lib. I. 451.

Canthus, in Æaeo volvet quem barbara cuſpis
Pulvere. at in terra clari decus adjacet orbis,
Quem genitor geſtabat Abas.

Ita ſcribendum. perperam *at interea* in vulgatis. Virgiliana illa reſpexit,

Ære cavo clypeum, magni geſtamen Abantis,
Poſtibus adverſis figo.

ubi adeundum eſſe Servium jam monuimus. Heins. Hunc Abantis clypeum ex nummis Argivorum exhibet Goltzius, & ex eo Jacob. Gronovius Tomo I. Antiq. Graecar. in Danao.

166. *Occupat.*] *Accipit* Langerm.

169. *Facilis cera.*] *Fragilis* prim. Gronov. unus Voſſ. & unus Mediceus. bene. ut apud Juvenal. Sat. XII. 88.

Accipiunt fragili ſimulacra nitentia cera.

Heins. De permutatione vocum *facilis* & *fragilis* vid. Gron. Diatr. Stat. cap. XVI. & Heinſ. ad Claud. III. Rapt. 144. ſed hic ſervo *facilis*, de quo ad Val. Flac. III. 6. pluribus agam. Burm.

170. *Formam eandem.*] *Formas easdem* vetuſtiores. Heins. *Celat easdem* unus Heinſii.

173. *Victa.*] *Mota* Voſſian.

178. *Cuncta fluunt.*] Expreſſit Graecam ſententiam: Ῥεῖ πάντα, καὶ οὐδὲν μένει. Ciofan.

178. *Omnisque vagans.*] *Vaga*, vel *vage* Bernegger. Heins. Non intelligo haec, quae enim eſt *omnis* illa *imago vagans?* forte ſcripſerit, *amnisque vagi formetur imago.* fingite vobis omnia ritu fluminis ferri. *vagus* proprium fluvii epitheton. vide Paſſerat. ad Propert. lib. I. eleg. 20. poſſet & legi, *amnisque vagi verſatur imago.* ſcriptum erat pro *verſatur*, *ſervatur*, ut ſaepe alibi, hoc vero transierat in *formatur.* ut lib. I. Faſt. 239. & hoc ſequentia confirmant, ut enim cuncta in orbe fluunt, & amnis vagi imaginem praeſtant, ita ipſa quoque tempora non ſecus ac flumen labuntur. ita millies à flumine comparatio ad tempus inſtituitur à poëtis. vid. I. Amor. VIII. 48. & alibi. Burm.

179. *Labuntur tempora.*] *Volvuntur* plurimi veteres. nil muto. Noſter libro VI. Faſt. 711.

Tempora labuntur, tacitisque ſeneſcimus annis.

Heins. Vid. ad Art. III. 65.

181. *Sed ut unda impellitur undâ.*] Liber meus & Caeleſt. *Sed ut unda repellitur undâ*, placet. Ciofan. Ita & quinque libri, probante Heinſio. ſed *impellitur* rectius puto. idem eſt quod *truditur*, quo utitur Petronius in ſimili re cap. XLV. ubi vide. Burm.

182. *Urgeturque eadem veniens.*] Ita veteres omnes. Quidam vulgati habent, *Urgeturque prior.* Ciofan. *Urgetur prior veniente* Thuan. Juret. prim. Hamburg. prim. Moret. reliqui plerique, *urgeturque eadem veniens.* niſi quod, *eadem veniente*

Et jubar hoc nitidum nigrae ſuccedere nocti.
Nec color eſt idem coelo, cum laſſa quiete
Cuncta jacent mediâ; cumque albo Lucifer exit
Clarus equo: rurſumque alius, cum praevia luci
Tradendum Phoebo Palantias inficit orbem.
Ipſe Dei clypeus, terrâ cum tollitur imâ,
Mane rubet: terràque, rubet, cum conditur imâ:
Candidus in ſummo eſt. melior natura quod illic
Ætheris eſt, terraeque procul contagia vitat.
Nec par aut eadem nocturnae forma Dianae
Eſſe poteſt umquam: ſemperque hodierna ſequente,
Si creſcit, minor eſt; major, ſi contrahit orbem.
Quid? non in ſpecies ſuccedere quattuor annum
Adſpicis, aetatis peragentem imitamina noſtrae?

Nam

unus Bonon. *venienti* unus Medic. quod placet. & pro *urgetque priorem*, Neapol. *urgetque ſequentem.* HEINS.

185. *Quod haud fuerat.*] *Quod ante fuit* Baſil.

186. *Cernis & emenſas, &c.*] Idem liber meus, *Cernis ut.* CIOFAN. Oxon. Arondel. & viginti circiter alii, *emeritas.* quod primo conſpectu arridebat. ut paulo poſt, 226.

—— *emeritis medii quoque temporis annis.*

libro III. Faſtor. 43.

Quo minus emeritis exiret curſibus annus.

Seneca Agamemnone, 908.

Stat ecce Titan dubius emerito die,

Statius, lib. I. 336.

—— *emeriti confinia Phoebi.*

ubi Scholiaſtes: *Tractum a re militari, quaſi ſol diei militare videatur, emeritus ſol occidens dicitur poſt laborem, cui noctis aſtra ſuccedunt, ut Virgil. Emeritaeque exſpectant praemia palmae.* qui locus Virgilii nihil ad rem facit, nam apud illum legitur, *meritaeque palmae* Æneidos quinto. Epigramma ineditum, quod Naſoni noſtro adſcribitur in vetuſtiſſimo codice,

Jam nitidum tumidis Phoebus jubar intulit undis,
Emeritam renovans Tethyos amne facem.

Nunc tamen amplector, *emerſas noctes.* quomodo Bernegger. alter Hamburg. Graev. & alii duodecim. Vide quae notavi Faſt. III. v. 309. HEINS. *emenſas* octo libri: *immenſas hiberno tempore noctes* Baſil. nescio vero an non praeſtet *emeritas* legere: ut & IV. Faſt. 688. *Demſerat emeritis jam juga Phoebus equis. emerſae* enim noctes recte incipientes dicuntur, ſed hîc de fine noctium agitur. niſi quis velit ita capere, ut illud Manilii IV. 16.

Naſcimur morimurque, finisque ab origine pendet.

deinde, *condere noctes* prim. Gronov. ſed ſeq. verſu *jubar hoc nitidum fulva nigreſcere nube* prim. Moreti & Langerm. BURM.

188. *Nec color eſt idem coeli.*] *Coelo* plerique meliores. HEINS. Lib. II. 540. *cui color albus erat.*

189. *Cuncta jacent.*] *Tacent* unus meus. ita paſſim auctores. hinc & *noctis ſilentia.* vulgatum tamen non damno. pro *exit* idem codex, *anteit.* HEINS.

190. *Praevia lucis.*] *Luci* prim. Moret. Arondel. & duo alii. bene. IDEM.

193. *Terraeque procul contagia fugit.*] Caeleſt. *Contagia vitat. Confinia* duo libri. vid. ad lib. I. 774. *vitat* etiam Gron. Baſil. & alius.

196. *Nec par aut eadem nocturnae forma Dianae Eſſe poteſt usquam.*] In iisdem lib. & Urſ. Capr. & Farn. *Eſſe poteſt umquam.* Quod eſt omnino rectius. CIOFAN.

197. *Sequente.*] *Sequenti* meliores magno numero.

198. *Si creſcit, minor eſt; major, ſi contrahit orbem.*] *Si contrahit orbem* Raphaël exponit, ſi circulum efficit & rotunda eſt, quod diſplicet: ſed exponendum eſt, *ſi contrahit orbem*, id eſt, ſi decreſcit. GLAREAN.

199. *Secedere.*] Veteres plerique notae melioris, *ſuccedere.* recte. ſic ſupra, *jubar hoc nitidum nigrae ſuccedere nocti*, dixerat. HEINS.

202. *Tunc herba nitens.*] Sic omnes libri ſcripti. Alii perperam legunt, *Tunc herba recens.* CIOFAN. Multi, *virens.* prim. Hamburg. & octo alii, *nitens.* ſic alibi,

Et nitet in ſummo ſeminis herba ſolo,

libro IV. Faſtor. 126.

Vere nitent terrae: vere remiſſus ager.

& poſtea, 430.

Pictaque diſſimili fl re nitet humus.

Plau-

Nam tener, & lactens, puerique ſimillimus aevo
Vere novo eſt tunc herba nitens, & roboris expers
Turget, & inſolida eſt; & ſpe delectat agreſtem.
Omnia tum florent; florumque coloribus almus
Ridet ager: neque adhuc virtus in frondibus ulla eſt.
Transit in Æſtatem, poſt Ver, robuſtior Annus:
Fitque valens juvenis. neque enim robuſtior aetas
Ulla, nec uberior: nec, quae magis aeſtuet, ulla eſt.
Excipit Autumnus, poſito fervore juventae
Maturus, mitisque inter juvenemque ſenemque;
Temperie medius, ſparſis per tempora canis.
Inde ſenilis hiems tremulo venit horrida paſſu;
Aut ſpoliata ſuos, aut, quos habet, alba capillos.
Noſtra quoque ipſorum ſemper, requieque ſine ullâ,
Cor-

Plautus Truculento Act. II. Sc. IV. apud Dinarchum de Phroneſio amica:

——— *ver vide*
Ut tota floret! ut olet! ut nitide nitet!

nitidae fruges apud Lucretium paſſim, eidem *viridis herbarum nitor. nitentia culta* Virgilio lib. II. Georg. Apulej. Met. X. *Jam ver purpureo nitore prata veſtibat.* adde his quae Gronovius ad Senecae Oedipum 156. habet. Heins.

202. *Et roboris expers Turget.*] *Turget*: ὀργᾷ. Virg. II. Georg. *Vere tument terrae.* Claud. de Raptu Proſerp. *Omnis in herbas Turget humus. Ludit ager.* Eodem modo dicuntur, *Prata ridere.* Ciofan.

205. *Ludit ager.*] *Ridet ager* bene unus Leidenſis & unus Voſſianus. ut apud Petron. cap. 127.

Albaque de viridi riſerunt lilia prato.

Et Virgil. Ecl. IV. 20.

Miſtaque ridenti colocaſia fundet acantho.

In Catalectis Mstis:

Rident prata roſis: & floribus arva tumeſcunt.

Claudian. lib. II. Raptûs 139. de Proſerpina flores legente:

Ridentes calathos ſpoliis agreſtibus implet.

Et laude Serenae 71.

Callaecia riſit
Floribus. & libro I. in Rufin. 387.
Ridebunt virides gemmis naſcentibus algae.

In Catalectis, *vere omnia rident.* apud Rutilium in Itinerario:

——— *indigenis ridentia lilia ſaxis.*

Claudian. Conſ. Manlii, 273.

——— *docti riſerunt floribus amnes.*

Orientius Commonitorio:

Et quae nunc triſti ſqualebant arva veterno,
Laeta novo rident germina, flore virent.

Paullinus VI. Natali Felicis:

Fuſus ibi laeto ridebat ceſpite campus,
Liberius florente loco.

Alter Paullinus lib. IV. de Vita B. Martini:

Ut color atque nitor florenti ridet in agro.

Statius de Vere lib. IV. Sylv. ad Septim.

Jam pontus ac tellus renident.

ſic γελᾶν Graeci de rebus inanimatis. ut in illo Homeri Iliad. T. 362. Γέλασσε δὲ πᾶσα περιχθὼν Χαλκοῦ ὑπὸ ϛεροπῆς, & appoſite Achilles Tatius ex veteri poëta de roſa, τὸ πέταλον τῷ ζεφύρῳ γελᾷ. *Ridere argentum in domo* dixit Horatius. *ridentia littora conchis* Virgil. in Ciri. *tibi rident aequora* Lucretio. Vide Notas Faſtor. IV. ℣. 420. Heins.

203. *Inſolida eſt.*] *Invalida eſt* unus Mediceus, ut *praevalida* Virgil. II. Georg. 253. *in ſolido eſt* Urbinas & Bonon. tert.

206. *Tranſit in aeſtatem poſt Ver robuſtior annus.*] Enumerat viciſſitudines, quae fiunt toto anno: ac deſcribit quattuor anni tempora. Quae alibi quoque non inſuavi diſticho complexus eſt:

Vere prius flores, aeſtu numerabis ariſtas,
Poma per Auctumnum, frigoribusque nives. Et:
Poma dat Auctumnus, formoſa eſt meſſibus aeſtas:
Ver praebet flores, igne levatur hiems. Ciofan.

208. *Quae magis ardeat*] *Æſtuat* prim. Palat. hoc eſt, *aeſtuet.* Heins.

211. *Temperie medius. Sparſus quoque tempora canis.*] *Sparſis per tempora canis* Arondel. Zulich. & tres alii. quod magis placet. *Temperiem medius* quoque prim. Vatican. & Neapol. Heins. *Sparſis quoque* unus.

212. *Venit horrida paſſu.*] Ita veteres libri. Alii, *Horrida viſu.* Ego nihil muto. Ciofan. *Æmula paſſu* duo libri. *ſolido v. h. paſſu* unus.

213. *Spoliata ſuos.*] *Suis* tert. Med. & ſex alii.

214. *Semper, requieque.*] *Specie, requieque* Baſil. & duo alii.

216. *Fuit*

Corpora vertuntur : nec, quod fuimusve, fumusve,
Cras erimus. fuit illa dies, quâ femina tantum,
Spesque hominum primae maternâ habitavimus alvo.
Artifices Natura manus admovit : & angi
Corpora viſceribus diſtentae condita matris
Noluit, éque domo vacuas emiſit in auras.
Editus in lucem jacuit ſine viribus infans :
Mox quadrupes, rituque tulit ſua membra ferarum :

Paul-

216. *Fuit illa dies.*] *Fugit* unus Medic. *fluit* unus Leid. vid. IX. 485. I. Amor. XI. 15. & alibi.

217. *Spesque hominum primae maternâ habitavimus alvo.*] Liber meus, *Primae matrisque habitavimus alvo.* Caeleſt. *Primò matrisque*, *&c.* CIOFAN. Multi, *matris habitavimus*, ſed, *materna habitavimus alvo* verum eſt. quomodo Thuan. quart. Medic. prim. Bonon. prim. Moret. & nonnullae editiones ex vetuſtioribus. *matura* prim. Palat. ſic Gratius de cane generoſo: *Affectat maternâ regna ſub alvo. Spesque hominis* prim. Vatic. HEINS. Τὸ *que* redundat, quare Cl. Heinſius legit, *materna.* poterat tamen minori mutatione legi:

Spesque hominum primae matris latitamus in alvo.

Graece ex Callimacho diceres *ὑποκόλπιοι ἐτύχομεν.* SCHEPPER apud Tan. Fabr. II. Ep. 71. *Spes hominum fuimus primae genitricis in alvo* Regius. *Spesque hominis* quattuor.

217. *Alvo.*] Utero. *alvus* namque eſt, per quam defluunt ſordes. *Uterus* autem, in quo mulieres concipiunt, qui & *loci* a doctis ſcriptoribus appellantur, ab imperito autem vulgo *matrix* vocatur, cum *matrix* ſit foemina foetus gratia comparata. Columella de gallinis loquens, *Nam & octies anno pullos educat, ſi eſt bona matrix.* REGIUS.

218. *Admovit.*] *Apponit* tres libri. ceterum imitatum eſſe haec Ovidii Gellium lib. XII. I. viri docti adnotarunt.

222. *Tulit ſua membra ferarum.*] *Trahens* unus Heinſii. *ferino* etiam tertius Gronov. mox ſequitur, *more ferarum.* ut quidam habent.

224. *Adjutis aliquo conamine nervis.*] Liber meus, *Adjunctis.* Caeleſt. *Adjutis aliquo conamine membris.* Non ſatis placet. CIOFAN. *Adjutis* plerique praeſtantiores. HEINS.

225. *Veloxque fuit.*] Omnia arguunt legendum hic eſſe, *veloxque fuit*, hoc eſt, velociterit. SCHEPPER apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

226. *Emeritis medii quoque temporis annis.*] *Emenſis* Thuan. unus Baſil. & unus Medic. placet. *emerſis* unus Patav. proxime verum. Mutarunt, qui arbitrati ſunt *emenſis* paſſive non poſſe dici. HEINS. *Emeritos annos* Genev. & unus Heinſii. *corporis* etiam unus.

227. *Labitur occiduae per iter declive ſenectae.*] Regius exponit *labitur declive*, id eſt, aſſidue, tanquam fluvius per loca declivia currit. haec ille, *declive* putavit adverbium, ſed unde tum regeretur genitivus *occiduae ſenectae?* ergo vel ipſum *declive occiduae ſenectae* labitur, vel homo per declive occiduae ſenectae labitur, exponendum. GLAREAN. *Per iter declive*, hoc eſt, devexum & deorſum vergens, perinde ut ſol, cum ad occaſum tendit, proinde & *ſenectam occiduam* dixit: quod ea ultima ſit aetatum hominis, perinde ut occidens, ultima meta curſus ſolaris. MICYLL. *Labitur exiguae* prim. Vatic. tert. Med. & duo alii. *per ver declive* prim. Gronov. ut lib. X. 85. *Aetatis breve ver*, ſed huic loco minus convenit.

228. *Subruit.*] *Surripit* quatuordecim libri. *haec aetas* Oxon. & tres. *hoc aevi* quatuor.

229. *Fletque Milo ſenior.*] Appoſite Milonis Crotoniatae exemplum adducere Pythagoram facit. quia moraretur Crotonae. de hoc & quibusdam aliis, quibus nomen *Milo*, vel *Molo*, alibi copioſe dicemus. CONST. FAN. De Milone Crotoniata meminere Valerius lib. IX. C. 12. Athenaeus lib. IX. C. 12. Pauſan. in Eliacis poſterioribus. Traditur autem non ſolum bovem humeris geſtaſſe, ſed & totum ſolus devoraſſe, unde & epigramma in ipſum tale factum. in appendice Anthol. pag. 21. Ed. Brod.

Τοῖος ἦεν Μίλων ὅτ' ἀπεχθονὸς ἤρατο βρῖθος
Τετραετῆ δάμαλιν ἐν Διὸς εἰλαπίναις,
Ὤμοις δὲ κτῆνος τὸ πελώριον ὡς νέον ἄρνα
Ἤνεγκεν δὴ ὅλης κοῦφα πανηγύρεως.
Καὶ βάμβος μὲν, ἄταρ τοῦδε πλέον ἤνυσε θαῦμα
Πρόσθεν Πισαίου ξεῖνε θὴκπολίου.
Οἶν γὰρ ἐπόμπευσεν βοῦν ἄζυγον, εἰς κρέα, τόν δε
Κόψας, πάντα κατ' οὖν μοῦνος ἐδαίσατό νιν.

MICYLL. Pro *Milon* prim. Vatic. Graevian. & quatuor alii, *Milo.* Rectè autem utitur hoc exemplo. Fuit enim Miloni Crotoniatae familiaris admodum Pythagoras, ut ex Diogene Laërtio patet. Nam apud Ælianum Variar. Hiſtor. lib. IV. cap. 17. in Milonis nomine, quod interpres agnoſcit, codices ſibi non conſtant. Tzetzes quoque Chiliad. XXXIX. coaetaneum Pythagorae facit. & Chiliad. lib. XI. 366. in Milonis domo combuſtum tradit. HEINS. De Milone vide Ælianum Var. Hiſtor. lib. XII. cap. 22. Reſpicit vero hiſtoriam de morte Milo-

Paullatimque tremens, & nondum poplite firmo
Conſtitit, adjutis aliquo conamine nervis.
Inde valens veloxque fuit: ſpatiumque juventae
Transit: &, emenſis medii quoque temporis annis,
Labitur occiduae per iter declive ſenectae.
Subruit haec aevi demoliturque prioris
Robora: fletque Milon ſenior, cum ſpectat inanes
Illos, qui fuerant ſolidorum mole tororum

Her-

Milonis, de qua in Ibin 609. *Milon* vero recte. vid. ad Ibin 325.

230. *Qui fuerant ſolidarum morte ferarum.*] Lib. meus, *More.* Ciofan. Scribe cum Palatinis:

—— *fletque Milon ſenior, cum ſpectat inanes*
Illos, qui fuerant, ſolidarum more ferarum,
Herculeis ſimiles, fluidos pendere lacertos.

Dan. Heins. De feris à Milone occiſis nil legi. praeterea *ferae ſolidae* minus bene dicuntur. ſed *armi ferarum ſolidi*, aut *terga ſolida*, & *cervix* & *pedes* bene. quomodo *ſolidos canum calces* dixit Gratius. Auget de loco depravato ſuſpicionem, quod in plerisque antiquis libris pro *morte* legatur, *more.* in primo Regio & uno Voſſ. *mole.* praeterea *ſolidorum ferorum* prim. Palat. prim. Vatican. Bernegger Thuan. Urbin. & quatuor aut quinque alii. Quid haeremus? Refinge meo periculo, *ſolidorum mole tororum.* comparat Milonis lacertos cum toris Herculis, quos *ſolidos* proprie & eleganter vocat. ſingula videamus. *mole*, quomodo Statius Theb. VI. 833.

—— *levat ardua contra*
Membra Cleonaeae ſtirpis jactator Agylleus,
Herculea non mole minor.

ſed & *tori ſolidi* Herculis, Epiſt. Deianirae ad Herculem, IX. 59.

Non puduit fortes auro cohibere lacertos,
Et ſolidis gemmas appoſuiſſe toris?

Scriptor antiquus, cujus poëma de Herculis laudibus Claudiano additur:

Invadis trepidum, ſolidisque lacertis
Grandia corripiens eluſo guttura morſu.
Imbellem fractis proſternis faucibus hoſtem.

ubi male, *ſolis lacertis*, & *eliſo morſu* legebatur. Fors & ita in Lucilio refingendum lib. XVII. ubi agit de Hercule apud Macrobium lib. VI. cap. I. *Magna oſſa lacertique Apparent ſolidi*, non *hominis.* Stat. Theb. VI. 552.

—— *Illum Tirynthius olim*
Ferre manu ſolida, ſpumantemque ore ſupino
Vertere, ſeu monſtris victor, ſeu Marte ſolebat.

Amphitruo Hercule Furente apud Senecam Vſ. 623.

Teneone in auras editum? an vana fruor
Deceptus umbra? tune es! agnoſco toros.

ita optimus Mediceus liber verſus iſtos legit. idem Seneca Hippolyto:

Æquos Herculeis jam juvenis toros,

& in Hercule Oetao:

Membra & Herculeos toros
Urit lues Neſſea.

Ipſe Hercules apud Ciceronem Tuſc. Quaeſt. II. 8. ex Sophoclis Trachiniis:

—— *ô ante victrices manus?*
O pectora, ô terga, ô lacertorum tori!

Val. Flacco, I. 253.

Conſpicuusque toris Tirynthius.

idem lib. I. 434. Meleagri lacertos Herculeis comparat:

Oſtendisque humeros fortes ſpatiumque ſuperbi
Pectoris, Herculeis aequum, Meleagre, lacertis.

Claudian. bello Getico, 438.

Creditur Herculeis lucem reparaſſe lacertis
Femina.

idem Flaccus lib. II. 509. ubi Herculem pugnaturum deſcribit:

Ecce ducem placitae furiis crudeſcere pugnae,
Surgentemque toris ſtupet, immanemque paratu
Æacides.

Lactantius libro primo de Falſa Religione: *Itaque idem ille cum deformari ulceribus toros ſuos videret*, de Hercule. Auctor Elegiae in obitum Maecenatis, *toroſum* vocat:

Lydia te tunica juſſit laſciva fluente
Inter lanificas ducere penſa ſuas.

Clava, toroſe, tibi pariter cum pelle jacebant.

ita verſus mendoſiſſimi ſcribendi. *Clava toroſa* inepte legebatur. *ducere penſa* Claudianus etiam dixit & Juvenalis, quod *trahere penſa* aliis. *ducere tunicas* vix Latinum eſt. *jacebant* non *jacebat* vetus liber Petri Servii. quod elegans. ceterum ut *toroſus* hic Hercules, ita *lacertoſus* in Priapejis:

Phoebus comoſus, Hercules lacertoſus.

Columella libro I. c. 8. *Vineae lacertoſos viros exigunt. Lacertoſos toros* Mercurio dat Marcianus Capella lib. I. apud Apulejum lib. VIII. *Probeque diſpoſita coena balneas obeunt, ac dehinc taciti quendam fortiſſimum ruſticanum, induſtria laterum atque imi ventris bene praeparatum, comitem coenae ſecum adducunt.* cum in optimis membranis exſtet, *formoſiſſimum ruſticanum*, opinor a

Herculeis ſimiles, fluidos pendere lacertos.
Flet quoque, ut in ſpeculo rugas adſpexit aniles,
Tyndaris: & ſecum, cur ſit bis rapta, requirit.
Tempus edax rerum, tuque invidioſa vetuſtas,
Omnia deſtruitis: vitiataque dentibus aevi
Paullatim lentâ conſumitis omnia morte.
Haec quoque non perſtant, quae nos elementa vocamus.
Quasque vices peragant (animos adhibete) docebo.

Fab. IV. Argumentum.

[a] Elementa in varias ſpecies.

Ipſa quoque initia quatuor, ex quibus generantur omnia, transfigurari [b] *motibus ſuis:*

manu Apuleji eſſe *toroſiſſimum.* ſic in Priapejis *pectoroſus* Mars:

Nemo eſt feroci pectoroſior Marte.

Toroſa juventus apud Perſium Satyr. III. hinc & *toroſuli* Hieronym in Jovinianum: *Formoſuli noſtri & toroſuli, quorum verba in pugnis ſunt, & Syllogiſmi in calcibus.* idem Ep. XLVII. *Toroſulum & in ſordibus delicatum* in Philoxeni gloſſis, *toroſulus*, ὁ ἐν μίκρῳ παχὺς. *nodos* Herculis pro toris poſuiſſe videtur Rutilius in Itinerario, ubi agit de Apro:

Quem Meleagrei vereantur adire lacerti,
Qui laſſet nodos Amphitryoniadae.

ſic ſcribo, non *laxet.* nodos tamen pro conſtrictis brachiis Herculis ibi poni verosimilius, quomodo ab illo Antaeus & Leo eliſi ac ſuffocati. de nodis Herculis Antaeum enecantis fuſe Gronovius noſter Diatrib. Statiana. cap. XXX. ſed nimii jam ſumus in re manifeſta. Heins. Gronovius ad Senec. Herc. Fur. 624. laudat hanc Heinſii emendationem, non tamen Naſonis eſſe putat, *inanes fluidos lacertos.* quare tentabat, *cum ſpectat in amne.* dum forte praeteriens ibi ſe contemplatur, ut mox Helena in ſpeculo. ſed huic obſtat emendationi, quod Cicero de Senect. cap. 9. narret, Milonem, athletas in curriculo ſe exercentes videntem, adſpexiſſe lacertos ſuos & illacrimaſſe, quò reſpicere Naſonem manifeſtum eſt, & ideo *Herculeis ſimiles* dicit, renovata Herculis imagine & memoria, quia ille ab athletis colebatur, & ejus ſtatuae in Gymnaſiis erant poſitae, ut notum. Quare tutius eſt nihil mutare, cum nec Ovidius nec alii Poëtae ſemper tam anxie cuſtodierint legem a Grammaticis dictam, ne duo Epitheta uni ſubſtantivo addantur. ita & Noſter lib. IV. Faſt. 331.

Illa ſoporiferum, parvos initura penates,
Colligit agreſti lene papaver humo.

vid. & lib. VII. 271 & 272. ſic & Catullus Epith. Th. ỳſ. 378. *Anxia moeſta mater.* ubi vide Paſſeratii notas. ſed plenius de illis egit optimus Poëticae elegantiae arbiter Broukhuſius ad Tibul. III. Eleg. v. 22. Burm.

232. *Ut in ſpeculo rugas conſpexit aniles.*] Iidem libri, *Adſpexit aniles.* Perplacet. Ciofan. *In Speculum* Urbin. prim. Palat. Cantabrig. prim. Erfurt. prim. Moret. & multi alii. Heins. Et ita quidam editi; *ſed in ſpeculo videre* Epiſt. IX. 118. dixit.

233. *Tyndaris.*] Helena. Haec Tyndari filia putabatur, cùm verè fuiſſet Jovis, qui, in Cygnum converſus, cum Leda rem habuit, quae ovum peperit, ex quo nata eſt Helena. Tyndaris autem Patronymicum eſt generis feminini. Epiſt. VII. 71.

Caſtori Amyclaeo, & Amyclaeo Polluci
Reddita Mopſopia Tyndaris urbe ſoror.
Tyndaris Idaeo trans aequora ab hoſpite rapta
Argolicas pro ſe vertit in arma manus.

Illud ſciendum, Helenam, ut ex Stheſichoro refert Scholiaſtes Euripidis, juſſam eſſe lapidibus obrui; ſed ii, quibus hoc mandatum erat, ſimulatque ejus adſpexerunt vultum, lapides in terram demiſerunt. Zeuſis Heracleota, ut ſcribit Aelianus lib. IV. de Var. Hiſt. ex pictae Helenae ſimulacro magnam pecuniae vim colligebat. neque enim unicuique licebat illam intueri, ſed ei tantùm, qui certum argenti numerum perſolviſſet, ſpectanda proponebatur. Tunc igitur Graeci Helenam illam meretricem appellabant, quòd Heracleota pretium pro pictura poſceret. Ciofan.

233. *Cur ſit bis rapta.*] Helena primùm rapta eſt à Theſeo: cujus rei exſtat elogium illud ipſius Ovidii. Epiſt. V. 128.

ſuis : reſolutam enim tellurem in aquas abire ; [c] *attenuatam aquam efficere ; & aëra rurſus per eumdem ordinem retexi : ſpiſſatum ignem enim in aëra verti, hunc in aquam, hanc in terram abire : ceteraque rerum perinde variari ; quae tempus aut* [d] *natura acceptas ab initio facies cogit amittere.* [e] *eadem fluminibus etiam, fontibus ac terrenis locis accidere.*

Quattuor aeternus genitalia corpora mundus
Continet. ex illis duo ſunt oneroſa, ſuoque
Pondere in inferius, tellus atque unda, feruntur :
Et totidem gravitate carent ; nulloque premente
Alta petunt, aër, atque aëre purior ignis.
Quae quamquam ſpatio diſtant ; tamen omnia fiunt
Ex ipſis ; & in ipſa cadunt. reſolutaque tellus
In liquidas roreſcit aquas : tenuatus in auras
Aëraque humor abit : demto quoque pondere rurſus
In ſuperos aër tenuiſſimus emicat ignes.

Inde

A juvene & cupido credatur reddita Virgo? Et Epiſt. XVI. 127.

Te rapuit Theſeus. Et ỳſ. 151.

Quod rapuit, laudo: miror, quod reddidit umquam: Tam bona conſtanter praeda tenenda fuit.

Deinde à Paride, cujus raptum omnium optimè perſecutus eſt Coluthus Thebeus. Legendus & Apollodorus lib. tertio. Ciofan.

234. *Tempus edax.*] Expreſſit etymon verbi χρόνου. Tempus enim omnia corrodit ac conſumit. Idem.

234. *Tuque invidioſa vetuſtas.*] Lib. Caeleſt. *Invidioſa ſenectus.* Illud magis probo. Idem. Mox, *omnia deſtituis* Junianus & duo libri. ſed nihil mutandum.

236. *Lenta conſumitis morte.*] Sic & ſcripti. Putabam tamen, *lento morſu.* ut perſtet in Metaphora de dentibus & edacitate temporis. *conſumere morſu.* ut lib. IV. 113.

Et ſcelerata fero conſumite viſcera morſu.

Codices tamen nonnulli, *tabe.* quod neque temere repudiandum. Arnobius libro II. *Nos immunes malis ab his ſumus, & non eadem ratione morborum incommoditatibus frangimur, & ſenectutis deſtruimur tabe?* Heins. *Nigra morte* Palat. ſec. & duo alii. *ſumma* Medic. unus.

238. *Quasque vices peragant.*] Liber meus, *Quasque vias peragant.* Nihil muto. Manilius ſub principium lib. I.

Quasque vices agerent certa ſub lege notavit.

Ciofan. *Vias* etiam duo codices. vid. ad Halieut. 21. & infr. ỳſ. 344. *peragunt* quatuor libri. Valer. Flac. I. 505.

Summe ſator, cui noſtra dies, volventibus annis, Tot peragit reſcitque vices.

vid. ad eundem ỳſ. 283. ejusdem libri. Burm.

238. *Animos adhibete docebo.*] Virgilius lib. XI. 315. *Et paucis, animos adhibete, docebo.* Ciofan.

[a] *Elementa.*] *Tempora in ſpecies* Parm.

[b] *Motibus.*] *Docet motibus* Colon.

[c] *Attenuatam.*] *Attenuata efficere ignem, rurſus p. e. o. r. ſpiſſata enim in aëra verti* Parm. Lugd. *attenuatam efficere ignem, rurſ. p. e. o. r.* Micyll. *has tenuatas ignem efficere, rurſusque p. e. o. r. Ignem enim i. a. v. &c. in terram redire* Colon.

[d] *Natura.*] *Natura vix a. a. i. f. cogat* Parm. Lugd. & Micyl. ſed hae duae *cogit, naturae vis &c. cogat* Colon.

[e] *Eadem.*] *Eadem flumina ac fontes in terram curſus occulere, rurſus facit ad ſuperos reſilire* Colon.

239. *Genitalia.*] *Genialia* unus. *generalia* octo.

244. *Diſtant.*] *Diſtent* Vatic. Medic. & duodecim alii.

246. *In liquidas rareſcit aquas.*] *Roreſcit* Thuan. *inareſcit* unus Moreti. *roreſcentem terram ſicceſcenti* Plinius opponit lib. XVIII. cap. 33. *rareſcere* hoc ſenſu an Latine dicatur dubito. Heins. *Clareſcit* Patavin.

246. *Tenuatur in auras, Aëraque humor abit.*] Ita plerique codices habent, neque reclamat Regius, mihi vero ſic legendum videtur, *tenuatus in auras, Aëraque humor abit*, ut intelligamus, terram rarefactam in aquam, aquam in aërem, & inde aërem in ignem transire. id enim & ſequentia probant, cum ait, *ignis enim denſum ſpiſſatus in aëra transit.* Micyll. Magis placet *adit*, ut nonnulli codices habent, quia eadem ſententia dicta eſt ſuperius. nam *tenuatur in auras humor*, & *humor abit in aëra*, idem eſt penitus. Const. Fan. Idem liber meus & Cap. *Aëraque humor habet.* Quod rectius puto. Nonnulli, *Aëraque humor adit.*

Inde retro redeunt : idemque retexitur ordo.
Ignis enim denſum ſpiſſatus in aëra transit ;
Hic in aquas : tellus glomeratâ cogitur undâ.
Nec ſpecies ſua cuique manet. rerumque novatrix
Ex aliis alias reparat Natura figuras.
Nec perit in tanto quidquam (mihi credite) mundo ;
Sed variat faciemque novat : naſcique vocatur,
Incipere eſſe aliud, quam quod fuit ante ; morique,
Deſinere illud idem. cum ſint huc forſitan illa,
Haec translata illuc ; ſummâ tamen omnia conſtant.
Nil equidem durare diu ſub imagine eâdem
Crediderim. ſic ad ferrum veniſtis ab auro
Secula. ſic toties verſa es, Fortuna locorum.
Vidi ego, quod fuerat quondam ſolidiſſima tellus,
Eſſe fretum. vidi factas ex aequore terras :
Et procul à pelago conchae jacuere marinae :
Et vetus inventa eſt in montibus anchora ſummis.
Quodque fuit campus, vallem decurſus aquarum

Fe-

CIOFAN. *Habet* etiam Francof. & plurimi alii. *alit* Genev.

248. *Emicat.*] *Evolat* unus Heinſ.

250. *Ignis enim denſum.*] *Preſſum* unus Medic. *ſpiſſum denſatus* Moreti unus. *denſum ſpiratus in aëra* Genev. quod an a *ſpira* deduci poſſet, & pro *denſatus* poni, ut *conſpirare* ita Gudius ad Phaedr. 1. Fab. 2. explicat, videant eruditiores. BURM.

251. *Hic in aquas.*] *Hic*, id eſt aër (ita enim legendum, non ut vulgo habetur, *hinc*) *in aquas, tellus glomeratâ cogitur undâ*, neque enim ſimpliciter infimum aut ſummum elementum in cetera omnia vertitur, ſed quodque in proximum ſuum, ut docent Phyſici, nam quod quidam pro *abit*, *habet* ſubſtituunt, id aeque ineptum ac vanum eſt. MICYLL. Idem meus, *Hic in aquas.* Si legatur, *Hinc in aquas*, referendum eſt ad ignem. Si verò, *Hic in aquas*, ad aërem, & ſubaudiendum, *Transit.* Quamquam etiam illud *Hinc* exponi poteſt, ex aëre. CIOFAN. *Hic* vetuſtiores. HEINS.

252. *Nec ſpecies ſua.*] *Nec facies* unus Leidenſ. ſollemni permutatione.

253. *Ex aliis alias reparat natura figuras.*] Liber meus, *Ex aliis alias reddit.* CIOFAN. Ita & novem. *repetit* unus Medic.

254. *Nec perit in tanto.*] Sic Caeleſt. Meus verò, *Nec perit in toto.* Probo. CIOFAN. *In toto* etiam plurimi ſcripti. ſed & vulgata recte ſe habet. Lucan. v. 686.

Tantus caput hoc ſibi fecerit orbis

ubi etiam *totus* duo codices Heinſio inſpecti. eadem varietas apud eumdem lib. x. 157.

Ambitione furens toto quaeſivit in orbe.

Valer. Flac. IV. 745.

Tanto procul orbe remoti. BURM.

257. *Cum ſint huc.*] Malim, *cumque huc ſint.* & mox pro *Crediderim*, *Credideris.* etſi aliter libri. lib. XII. 456.

Nec tu credideris tantum ceciniſſe futura
Ampyciden Mopſum. HEINS.

258. *Summâ tamen omnia.*] *Summae omnia* Scaliger. HEINS. *Perſtant* etiam unus Medic.

261. *Verſa eſt Fortuna.*] *Verſa es* rectius in codicibus Viviani. HEINS.

266. *Quodque fuit campus.*] *Quodque fuit tumulus* unus Baſil. quod a librario profectum, ut eſſet oppoſitio melior τῷ *vallis*, ſed ſequens *aequor*, id eſt planities, docet hic *campum* eſſe retinendum. nam *aequor* ibi planum campum notat ; ut millies apud optimos Latinitatis auctores, nec opus, *in aequum* legere cum Cl. Gronovio ad Liv. 1. 4. neque etiam *deductus* mutem. ita *deferre* utitur fere Val. Flac. II. 521.

Magnus Eryx, deferre velint quem vallibus imbres.

ubi plura dicemus. Flor. IV. 12. *Ipſe praeſens hos deduxit montibus* & II. 4. *Baelius in plana deduxit.* quare & apud Juſtin. lib. II. 10. ſcribendum cum codicibus, *Montes in planum deducebat.* BURM.

267. *Deductus in aequor.*] *Devectus* malim cum uno Moreti & uno Bononienſi. HEINS.

270. *Emiſit.*] *Admiſit* Arg. & Neapol. *immiſit* tres. *transmiſit* Medic. *demiſit* Moret.

270. *Et illic.*] *At illic* meliores. HEINS.

271. *Et*

Fecit : & eluvie mons eſt deductus in aequor:
Eque paludoſâ ſiccis humus aret arenis:
Quaeque ſitim tulerant, ſtagnata paludibus hument.
Hîc fontes Natura novos emiſit, at illic
Clauſit : & antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina proſiliunt; aut excaecata reſidunt.

Fab. V. Argumentum.

Amnis Lycus, in regionem mutatus.

Amnem [a] *Lyciae conſumptum oſtendit* [b] *alias adparuiſſe, alias non.*

SIc ubi terreno Lycus eſt epotus hiatu;
Exſiſtit procul hinc, alioque renaſcitur ore.

Fab.

271. *Et antiquis tam multa tremoribus orbis.*] Haec mendoſa ſunt. Forte ſcribendum,

—— *& aut quaedam ſtimulata tremoribus ortis*
Flumina proſiliunt.

pro *tam multa* Sixianus, *concuſſa.* non male. poſſet &, *convulſa.* Heins. Conjecerat & *mutata* aut *tumulata.* forte, *quam multa* per interrogationem.

272. *Excaecata.*] Occultata. Regius. Alii autem *exſiccata* legunt, quam lectionem & ipſe approbo : durum enim nimis eſt, *excaecatum*, pro occultatum aut abſconditum, dici: cùm alterum activae poteſtatis ſit, alterum paſſivae. Micyll. *Excaecata* Bernegger. Urbin. prim. Reg. Arond. prim. Moret. Polit. prim. Palat. prim. Vatican. prim. Gronov. & alii nonnulli. optime profecto. pari modo & Graeci, apud quos τυφλομέναι πήγαι non infrequenter occurrunt. Pont. lib. iv. Eleg. ii. 17.

Scilicet ut limus venas excaecat in undis.

Paullinus nono natali Felicis:

—— *ſed ne precor obruat illos*
Invidus & viventis aquae caecator Amalec.

nam ad res inanimatas id verbum tam apud Graecos quàm apud Latinos interdum transfertur. apud Maronem Ecloga vii. in vetuſto exemplari, quod penes me ſervatur, ſcriptum inveni, *Videas & flumina caeca*, non *ſicca.* ſic *excaecare formam* Petronius cap. cxxviii. dixit. *Numquid aliquo naturali vitio formam excaeco.* Avienus Deſcriptione Orbis, *Denſo caecantur ſtipite ſilvae.* Virgil. in Culice, *Timor obcaecaverat artus.* Auctor Panegyrici ad Piſonem,

Aurea rorificis obcaecat ſidera nimbis.

ita & *oblimare* Claudianus lib. iii. Raptûs, 29.

Luxus & humanas oblimat copia mentes.

Heins. Sic *caecas foſſas* dixit Colum. ii. 2.

[a] *Lyciae.*] *Lyci* Raener. *Lycus amnis Aſiae terreno hiatu abſorptus, diuque occulto itinere lapſus, in alia regione renaſcitur* Colon.

[b] *Alias.*] *Aliis a. aliis non* Micyll.

274. *Alioque renaſcitur orbe.*] In quibusdam, *ore.* Nauger. Non minus placet, quod in plerisque exemplaribus legitur, *alioque ren. orbe.* Const. Fan. *Alioque renaſcitur ore* idem Caeleſt. At meus multo rectius, ut opinor, *Alioque renaſcitur orbe. Orbe*, id eſt, alia regione, alio loco. Sic & Ep. i. 55.

Victor abes: nec ſcire mihi, quae cauſſa morandi;
Aut in quo lateas ferreus orbe licet.

Et ſuprà lib. iv. 628.

Conſtitit Heſperio, regnis Atlantis in orbe.

Nunc mutata opinione illam alteram ſequor; loquitur autem Ovidius de rei non loci mutatione. Ciofan. *Ore* prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. quart. Medic. Neapol. uterque Erfurt. Juret. & ſex aut ſeptem alii cum priſcis editionibus. probe. praeſertim ſi, *tremoribus orbis* paulo ante retineas. apud Senecam, qui hos verſus in Naturalibus Quaeſtionibus lib. iii. cap. 26. citat, ambigua eſt lectio. nam codices quidam illic etiam *ore* agnoſcunt. poteſt procul emergere Lycus, nec tamen alio orbe. Sic *ora* fontibus tribuit lib. i. 281. & Senec. iii. Nat. Q. 30. *Omnium tunc mare ora fontium implebit.* & *ora Nili* lib. iv. cap. 2. Claudian. iv. Conſ. Hon. 197.

Fab. VI. Argumentum.

Eraſinus amnis, in regionem ſimiliter aliam.

[a] *Eraſinus in Arcadia fluere viſus, modo latens, terrae voragine abſumptus, poſtea Argis eſt redditus voluntate Junonis.*

Sic modo combibitur; tecto modo gurgite lapſus
Redditur Argolicis ingens Eraſinus in arvis.

Fab. VII. Argumentum.

Caïcus fluvius in regionem aliam ſimiliter.

[a] *Caïcum flumen Myſiae aliis nunc ripis, aliis in initio fluxiſſe fertur.*

Et Myſum capitisque ſui ripaeque prioris
Poenituiſſe ferunt, aliâ nunc ire, Caïcum.

Fab. VIII. Argumentum.

Amaſenus fluvius in terrae ſpeciem.

[a] *Amaſenum flumen Siciliae intumeſcere, refluens interdum ſiccari.*

Nec

Inque novem conſurgens ora Timavus.
& 1. Laud. Stil. 199.
juncta paludibus ora.
ipſe Ovid. III. Triſt. XII. 41. *os freti* dixit. Heins.

[a] *Eraſinus.*] *Eraſinus, diu refluens, poſtea Argis e. r. v.* J. Parm. Lugd. Micyll. *Eraſinus quoque fluvius, diu tecto gurgite prolapſus, Junonis voluptate tandem Argis redditus eſſe dicitur* Colon.

275. *Sic modo cum bibitur.*] Lego, *combibitur* ex vetuſto codice. Const. Fan. *Sic ubi combibitur* quinque libri.

275. *Tecto modo gurgite.*] *Tacito* Seneca. hoc eſt tecto. Triſt. III. Eleg. X. ex antiquis codicibus:
Caeruleos ventis latices durantibus Iſter
Congelat, & tacitis in mare ſerpit aquis.
ſic paſſim ſcriptores. etiam de aliis rebus. Vide Notas ad Epiſt. IV. Pſ. 20. Guntherus Ligurini libro I.
Sunt ibi ſecreti terrae caecique meatus,
Diſſimilique modo, tacita tellure latentes,
Ejaculantur aquas.
pro *ingens Eraſinus* tres, *ſurgens.* pro *agris* vetuſtiores plerique, *arvis.* Seneca, *undis.* ſed & apud illum vetuſti codices, *agris* & *tecto gurgite.* Heins. *Tacito* etiam probant Barth. ad Stat. IV. Theb. 713. in Francof. & aliis multis eſt, *modo toto gurgite.*

[a] *Caïcum.*] *Caïcus* Micyll. *Caïcum Myſiae f. al. n. ire ripis, aiſſe i. i. ferunt* Colon.

277. *Et Myſum.*] *Emiſſum, promiſſum, & miſſum* codices multi. vitioſe. III, Art. Am. 196,
Quaeque bibunt fontes, Myſe Caïce, tuos.
& Virgil. IV. Georg. 370.

278. *Alia nunc ire.*] Multi praeſtantiores, *alias* vel, *alio.* male. *ripa* ſubintellige. Heins.

[a] *Amaſenum.*] *Am. Sic fl. interdum tumeſcere, interdum ſiccari narrant* Colon.

279. *Amaſenus.*] Sic & membranae pleraeque. niſi quod Urbin. & Bernegger. *Amaſenos.* ut & prim. Ambroſ. & tert. Gronov. atqui nullus in Sicilia *Amaſenus.* Scribe *Amenanos:* &, ne dubites, Strabonem audi, lib. V. Καὐτὸν περὶ τοῦ Ἀμενάνου συμβαίνειν φασὶ τοῦ διὰ Κατάνης ῥέοντος· ἐκλείπει γὰρ ἐπὶ πολλὰ ἔτη καὶ πάλιν ῥεῖ. Primus locum ſic emendandum eſſe vidit notis ad Caeſaris Commentarios Fulvius Urſinus, qui & veterem nummum profert, cujus ab una parte ſcriptum ſit, AME-

NEc non Sicanias volvens Amenanus arenas
Nunc fluit; interdum ſuppreſſis fontibus aret.

FAB. IX. ARGUMENTUM.

[a] Anigrus flumen dulce in aquae amaritudinem.

[b] *Anigrum flumen jucundiſſimam aquam ſitientibus praeſtitiſſe: poſteaquam Centauri ab* [c] *Herculeis ſagittis confecti cruorem in eo abluerint, aſpero advenientes fugaſſe odore.*

ANte bibebantur; nunc quas contingere nolis
Fundit Anigros aquas: poſtquam (niſi vatibus omnis
Eripienda fides) illic lavere bimembres
Vulnera, clavigeri quae fecerat Herculis arcus.

FAB. X. ARGUMENTUM.

Hypanis amnis in aquae amaritudinem ſimiliter.

[a] *Hypanin Scythiae amnem, marini factum liquoris* [b] *ait, cum fuerit* [c] *in initio dulciſſimi,* [d] *ob fontem regionis ejusdem in eum influentem.*

QUid? non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis, ſalibus vitiatur amaris?

FAB.

AMENANOΣ, ab altera, KATANAIΩN. Vide quae notamus Faſt. IV. vſ. 467. ubi idem nomen mendoſum exſtabat. *Amaſenus* Privernatium fluvius Servio & Vibio Sequeſtro. Certe in Graeviano codice *Ameſenus*, in uno Moreti, *Eraſenis*. HEINS. Vide Cluver. Sicil. Ant. lib. I. cap. 8. p. 119. Fazellus lib. III. cap. I. prioris decadis Rerum Siculārum, etiam ita in Ovidio legiſſe videtur, & ad hunc usque diem ejus fontem nondum perveſtigari potuiſſe notat, & ſaepe obturatis fontium venis per aliquot annos totum evaneſcere, rurſusque ſubito erumpentem excurrere, ut Catanae urbi inundatione ſua magnam ſaepe calamitatem adferat. BURM.

280. *Nunc fluit.*] *Nunc furit* unus Mediceus. *ſupremis fontibus* Leidenſ. *haeret* tert. Med. & unus Heinſii.

[a] *Anigrus.*] *Anigrum* Parm.

[b] *Anigrum.*] *Anigri fl. conſtat in initio ſitientibus jucundam aquam praebuiſſe, ſed in amariſſimas converſae ſunt, poſtquam Centauri, vulnerati ab Hercule, cruorem ſuum in eo abluerunt* Colon.

281. *Bibebatur.*] *Bibebantur* duo Medic. *attingere* etiam unus Mediceus, quod rectius puto. ut ita *primoribus labris attingere* vulgo dicimus, auctore Cicerone I. de Orat. 19. BURM.

282. *Anigrus.*] *Anigros* ex melioribus. HEINS. *Anagros* Leidenſ. & alii quatuor.

283. *Eripienda.*] *Surripienda* unus Bonon.

284. *Fecerat.*] *Fixerat* Neapolit.

[a] *Hypanim.*] *Hipanem* Parm.

[b] *Ait.*] Deeſt Parm. Lugd. Micyl. Colon.

[c] *In initio.*] *Initio fuerat* Colon.

[d] *Ob fontem.*] *Ob feminarum Scythiae regionis ejusdem* Parm. *ob feminarum Sch. reg. ej.* Lugd. & Micyll. qui * adpoſuit. *ob feminarum ejus regionis inſcitiam* Colon.

285. *Scythicis de montibus.*] *Scythiis* Bernegger. & ſeptem alii. *Scythis* prim. Hamburgenſis. *proſalibus amaris* Bernegger. & Arondelianus pro diverſa lectione, *ſale nunc vitiatur amaro*, neque aliter Barberinianus. HEINS. *De fontibus* prior Gronov. ut lib. XIII. 454.

Diverſis lapſi de fontibus amnes.

ubi vide. de Hypani vide Solinum cap. XV. & Vitruv. VIII. 3.

[a] *Et*

Fab. XI. Argumentum.

Antiſſa, Pharos, [a] & Tyros inſulae in ſcopulos mutatae.

Antiſſa & Pharos, item Tyros, in [b] *Phoenicia inſulae fuerunt,* [c] *nunc vero continenti conjunctae.*

FLuctibus ambitae fuerant Antiſſa Pharosque,
Et Phoeniſſa Tyros: quarum nunc inſula nulla eſt.

Fab. XII. Argumentum.

Leucades inſulae tres in montium ſpecies, & Zancle inſula in ſcopulum.

Item Leucades inſulae [a] *tres in ſalo ſunt nunc, à fluctibus olim relictae. Item Zancle, olim conjuncta Italiae, nunc freto diſcriminatur. Quod propterea contigit, quod Latonae ſedes eſt ibi negata.*

LEucada continuam veteres habuere coloni:
Nunc freta circuëunt. Zancle quoque juncta fuiſſe
Dicitur Italiae: donec confinia pontus
Abſtulit; & mediâ tellurem repulit undâ.

Fab.

[a] *Et Tyros.*] Non habet Parm.

[b] *Phoenicia.*] *Phoenice* Parm. Lugd. Micyl. *Et Phoeniſſa Tyros, quum modo non ſint, olim inſ. fuerunt* Colon.

[c] *Nunc vero.*] Haec deſunt Edd.

287. *Fluctibus ambitae fuerant.*] *Fuerunt* tert. Bonon. vide Senec. Natur. Quaeſt. VI. 26. Heins.

[a] *Tres in ſalo.*] *Tres ſalo fuerunt, nunc a fluctibus relictae. J. Zancle conj. J. n. f. d. propterea id c. &c.* Parm. Lugd. Micyl. ſed qui *in ſalo. Leucas quoque, aliquando continenti adnexa, nunc inſula circumfluo mari abluitur. Zancle o. c. J. n. f. d. quod ideo c. quia ibi ſedes Latonae negata eſt* Colon.

292. *Repulit.*] *Depulit* unus Heinſii.

[a] *In ſcopulos.*] *In ſcopulum* Parm.

[b] *Bura.*] *Buris* Parm. Lugd. *H. e. Buris olim Achaiae inſignes urbes, a mari, cui vicinae erant, voratae ſunt* Colon.

293. *Si quaeras Helicen & Buran, Acheidas urbes.*] Helice Achaiae urbs fuit, ab Helice, Selinuntis filia, Jovis conjuge, nominata, auctores Stephanus, Pauſanias & Strabo. Calliſto autem, cujus hic Regius meminit, non in Achaia, ſed Arcadia nata fuit, neque ab urbe Helice cognomen ullum accepit, ſed quod urſa major Helice a poëtis dicitur, minor autem Cynoſura, diverſam rationem habet. nam Aratus, & qui eum ſequuntur, quorum & Hyginus meminit, Helicen & Cynoſuram, nymphas Idaeas, Jovis nutrices fuiſſe tradunt, quas Jupiter officii ac miſterii ſui cauſſa inter ſydera retulerit. quamquam, ſiquis ad Etymologiam vocum reſpiciat, Helicem ἀπὸ τοῦ ἑλίσσειν, hoc eſt vertendo, eo quod tota ſupra terram vertatur, dictam inveniat. Cynoſuram autem a ſpecie & poſitu ſtellarum, quod canis caudam referat. Micyll. De Bura & Helice ſic Oroſius lib. III. cap. 3. *Anno ab urb. cond.* CCCLXVI. *ſaeviſſimo terrae motu Achaia univerſa concuſſa eſt, & duae tunc civitates, id eſt, Bura & Helice, abruptis locorum hiatibus, devoratae ſunt.* De his etiam Euſebius, Thucydides lib. III. Strabo lib. I. Diodorus libro XV. Bibliothecae & alii. Ciofan. *Burin* noſtri omnes. utrumque probum eſt, niſi quod ſcriptos ſequor. Senecae in Naturalibus Quaeſtionibus etiam ter quaterve *Buris* dicta. Βοῦρις eſt Graecis. Pauſaniae videlicet, Straboni, Cedreno & Diodoro Siculo. Vetus Poëta apud Philonem de Mundo

Fab. XIII. Argumentum.

Helice & Buris oppida [a] in ſcopulos ſimiliter.

Helice & [b] Bura, Achajae urbes, ponto voratae ſunt.

SI quaeras Helicen & Burin, Achaïdas urbes,
Invenies ſub aquis: & adhuc oſtendere nautae
Inclinatâ ſolent cum moenibus oppida merſis.

Fab. XIV. Argumentum.

[a] Area in tumulum mutata.

[b] *Tumulum ſecundum Troezena urbem* [c] *ex area factum ait eruptione ſpiritus, qui terrae increverat.*

EST prope Pittheam tumulus Troezena, ſine ullis
Arduus arboribus, quondam planiſſima campi
Area, nunc tumulus: nam (res horrenda relatu)
Vis fera ventorum, caecis incluſa cavernis,
Exſpirare aliquâ cupiens, luctataque fruſtra
Liberiore frui coelo, cum carcere rima
Nulla foret toto, nec pervia flatibus eſſet,
Extentam tumefecit humum: ceu ſpiritus oris

Ten-

do tertiam addit Agiram, Ἀγείραν Βουράντε καὶ ὑψηλὴν Ἑλίκειαν. tangit & rem geſtam Oroſius lib. III. cap. 3. de Helice agitur ab Æliano de Animalibus libro XI. c. 19. Plinio etiam *Bura*, ut & Ammiano Marcellino l. XVII. In Chronico Euſebiano Olym. c. *Magno terrae motu facto Elica & Bura, Peloponnenſes urbes, abſorptae ſunt.* ſic & aratri pars poſterior, quae Varroni *Bura* eſt, *Buris* Maroni in Georgicis dicitur, admonente Nonio Marcello. Heins. *Buram* Polybii aetate adhuc manſiſſe obſervat ad Callimach. in Delum ℣ſ. 101. Spanhemius. reſtitutam docet Schurzfleiſch. Notit. Bibl. Vinar. pag. 262. qui videndi. Burm.

294. *Nautae.*] *Nymphae* Moreti unus.

295. *Merſis.*] *Verſis* ſec. Vatic. & unus Heinſii.

[a] *Area.*] *Tumulus Troezena in aream mutatus eſt* Parm.

[b] *Tumulum.*] *Troezena in planiſſima area tumulus quidam, ventorum vià terra erumpere luctantium increvit* Colon. *ſecundum Troezenam* Parm. & Lugd.

[c] *Ex area.*] *In aerea redacta eruptione ſp. quae t. i.* Parm. *in aerem redactum er. ſp. quae t. i.* Lugd. *in aream redactum e. ſ. quae* Micyll.

296. *Pittheam.*] *Pitthean* Urbin. prim. Vatican. prim. Reg. prim. Baſil. tert. Medic. & alii duodecim. ſic & infra ℣ſ. 506. nonnulli codices. Heins. *Pittheam* vero hic ſcribendum: eſt enim adjectivum. ſic & *Troezena, Pittheïa regna* vocat Ep. IV. 107.

300. *Exſpirare.*] *Et ſpirare* Barber. Gron. & alius.

302. *Nulla foret toto.*] Quis haud videat, alterutrum ſive *foret*, ſive *eſſet*, redundare, commodiusque legi poſſe:

——— *cum carcere rima*
Nulla foras toto, nec pervia flatibus eſſet.

eodem ſenſu. montem autem deſcribit Poëta, cui nulli crateres, aut ſpiracula, quibus pellat foras vapores, quos intus concepit. Schepper apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

303. *Extentam.*] *Extenſam* Medic. Palat. & Thyſii. *patefecit* etiam Palat. ſec. & Medic. unus.

Tendere veſicam ſolet, aut derepta bicorni
Terga capro. tumor ille loco permanſit; & alti
Collis habet ſpeciem: longoque induruit aevo.

FAB. XV. ARGUMENTUM.

Fons in Africa Ammonis in glaciem convertitur.

[a] *Fons in Africa Ammonis ſolis ortu obituque caleſcit, poſtmodum in glaciem vertitur.*

PLurima cum ſubeant, audita aut cognita vobis,
Pauca ſuper referam. quid? non & lympha figuras
Datque capitque novas? medio tua, corniger Ammon,
Unda die gelida eſt: ortuque obituque caleſcit.

FAB. XVI. ARGUMENTUM.

[a] Fons Athamanis lignum accendit.

[b] *Athamanis Theſſaliae regionis fonti lignum tenuata lunâ admotum accenditur.*

Ad-

304. *Direpta bicornis Terga capri.*] *Bicorni capro* Bernegger. Arondel. Neapol. & quinque alii. bene. niſi quod *derepta* etiam legendum eſſe jam monui notis ad lib. III. Ÿſ. 52. in uno Moreti, *erepta*. ut apud Virgilium, XI. 679.

Cui pellis latos humeros erepta juvenco
Bellatori operit.

Statius lib. IV. Theb. 166.

Quattuor indomitis Capaneus erepta juvencis
Terga, ſuperque rigens injectum molis ahenae
Verſat onus. HEINS.

305. *Loci.*] *Loco* unus Heinſii.

306. *Ævo.*] *Uſu* Ambroſ. *alvo* Leidenſ.

[a] *Fons.*] *Lacus in Africa Hammonis ſolis ortu frigeſcit, objectuque ſolis caleſcit, poſtm.* Parm. Lugd. (qui *obituque ſolis*) & Micyll. *fons Hammonis eſt in Africa, qui ſolis ortu obituque caleſcit, meridie gelidus eſt* Colon.

307. *Cognita nobis.*] *Vobis* rectius quatuor ſcripti. HEINS

310. *Unda die gelida eſt, ortuque obituque caleſcit.*] De hoc fonte ita Lucretius lib. VI. 848.

Eſſe apud Hammonis fanum fons luce diurna
Frigidus: at calidus nocturno tempore fertur.

De quo etiam ſic Curtius lib. III. cujus haec ibi leguntur: *Eſt etiam aliud Hammonis nemus: in medio habet fontem, aquam Solis vocant, ſub lucis ortum tepida manat: medio die, cum vehementiſſimus eſt calor, frigida eadem fluit: inclinato in veſperam caleſcit: media nocte fervida exaeſtuat, quoque propius nox vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decreſcit, donec ſub ipſum diei ortum aſſueto tempore langueſcat.* Et Plinius cap. 103. lib. II. *Jovis Hammonis fons interdiu frigidus, noctibus fervet.* Quod ad Hammonis fontem pertinet collegit frater meus, M. Antonius. Qui & alia quaedam aggreſſus eſt, quae, ſi edentur, ſtudioſis, ut ſpero, non diſplicebunt. CIOFAN. De hoc fonte vide & Antigon. Mirabil. cap. CLIX. & Vib. Seq. de Lacubus, & Solin. cap. 29.

[a] *Fons.*] *Lignum in Athamante a tactu aquae in ignem* Parm.

[b] *Athamanis.*] *Athamanta lignum tenuata lunâ admotum fonti accendit* Parm. Lugd. Micyl. ſed qui *Athamante. Athamantis fons eſt; unde lignum, defectâ lunâ admotum, velut igni accenditur* Colon.

311. *Admotis Athamantis aquis.*] In Dodone ſcribit Plinius lib. II. c. 103. *Jovis fons cum ſit gelidus, & immerſas faces extinguat, ſi extinctae admoventur accendit, idem meridie ſemper deficit. qua de cauſſa Anapanomenon vocant. Mox increſcens ad medium noctis exuberat, ab eo rurſus ſenſim deficit.* Quamvis autem *Athamantis* legatur, *Athamanis* tamen ab Ovidio forſitan ſcriptum fuit: nam Athamania, quae & Athamanis dicitur, Theſſaliae regio eſt, in qua fons ille eſſe perhibetur. hinc etiam Athamanes populi dicuntur. eſt autem hypallage. Admotum aquis lignum intelligitur. REGIUS. *Athamanis* legendum cenſet Raphaël. quod ſi eſt, vicinam regionem Poëta accepit pro regione, hoc eſt, Athamanim pro Theſprotide, in qua

Do-

ADmotis Athamanis aquis accendere lignum
Narratur; minimos cum Luna receſſit in orbes.

Fab. XVII. Argumentum.

Flumen Ciconum bibentes in lapidem mutantur.

[a] *Flumen quoque apud Ciconas eſt: ex quo qui bibit in lapidem convertitur.*

FLumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit
Viſcera: quod tactis inducit marmora rebus.

Fab. XVIII. Argumentum.

[a] Crathis & Sybaris amnes capillis aureum colorem dant.

[b] *Crathis amnis, & ei confinis Sybaris, capillos aurei coloris efficiunt.*

315 CRathis, & huic Sybaris noſtris conterminus arvis,
Electro ſimiles faciunt auroque capillos.

Fab.

Dodone. Glarean. Solinus c. 12. fontem, de quo hic dicitur, Epiri dicit, *Sacrum* cognomento. Plinius lib. ſecundo. cap. 103. Dodoneum, Jovi ſacrum. eſt autem Dodone pars Epiri. quod igitur Regius contendit *Athamanis* legendum eſſe, ut ſit foemininum gentile ab Athamania, quam Plinius Aetolorum populum, Stephanus Illyrici partem, alii Theſſaliae faciunt: id ita accipio, ſi vocabulum vicini loci pro proprio ſumatur, deinde *Athamanis* non de terra, ſed de aqua, ſive unda, quod nomen proximo verſu qui praecedit intelligatur, quanquam etiam Strabo lib. VII. Athamanes inter Epiroticos recenſet his verbis, Ἠπειρῶται δ' εἰσὶ καὶ Ἀμφίλοχοι, καὶ οἱ ὑπερκείμενοι καὶ συνάπτοντες τοῖς Ἰλλυρικοῖς ὄρεσι τραχεῖαν οἰκοῦντες χώραν, Μόλοττοί τε καὶ Ἀθαμάνες, καὶ Αἰθικες, καὶ Τυμφαῖοι, καὶ Ὀρέσαι. &c. Micyll. Quod ait Ovidius, id ex Plinio probari poteſt, & res eſt notiſſima: ſed tamen in his duobus verſibus error eſt; & quidem pudendus: nam in priori legendum, *Athamanes*, in altero *narrantur*: idque miror effugiſſe diligentiam nuperi editoris. Tan. Faber lib. I. Ep. 69. *Athamanis* etiam legit Paſſerat. ad Propert. lib. IV. Eleg. VI. pag. 628. Sotion in Paradoxol. de fluminibus: Ἐν Ἀθαμᾶσι κρήνην εἶναι, ἧς τὸ μὲν ὕδωρ ψυχρὸν ὑπάρχειν, τὸ δ' ὑπὲρ αὐτὸ, οὕτω θερμὸν ὑπάρχειν, ὥστε ἂν τις ὑπερθῇ φρύγανα, παραχρῆμα ἐξάπτεσθαι. Burm.

312. *Receſſit in orbes.*] *Recreſcit* excerpt. Caland. & unus Medic. ut Epiſt. II. 5.

Luna quater latuit, toto quater orbe recrevit.

[a] *Flumen.*] *Flumen eſt apud Ciconas, qui ſe potantes in lapidis duritiem transfigurat* Colon.

313. *Potum.*] *Potu* Medic. *reddat* etiam Bonon. & tunc ſeq. verſ. *inducat* legendum; pro quo *indurat* eſt in Sixi codice & uno Moreti.

[a] *Crathis amnis colorem in varium vertit* Parm.

[b] *Crathis.*] *Cr. a. confinis Sybari, &c. efficit* Parm. Lugd. Micyl. *Crathus. Crathis a. Sybari conterminus, aurei c. capillos bibentium efficit* Colon.

316. *Crathis & hinc Sibaris, veſtris conterminus oris.*] Crathidis quidem meminit Pauſanias in Achaicis & Arcadicis. De utroque autem Strabo libro ſexto. Micyll. Crathidis fluvii, qui flavum capillum efficit, meminit etiam Euripides in Troadibus, qui eandem, quem hic Poëta noſter ei tribuit, naturam habere memoriae prodidit. Ciofan. *Et huic* bene prim. Palat. & unus Leidenſis. Neque aliter Vibius Sequeſter legit: *Crathis, confinis Sybari, capillos facit aurei coloris. arvis* pro *oris* plurimi ex vetuſtioribus. & *noſtris* pro *veſtris*. quod verum eſt. Heins. Lege, cum uno Mediceo, *Crathis, & hic Sybaris*. ut quaſi demonſtret vicinum fluvium. ceterum vide auctores a Cluverio lib. IV. Ital. Ant. c. 14. laudatos. qui tamen Crathi ſoli hanc capillos rutilandi vim tribuunt. imo Plinii lib. XXXI. 2. dicit nigros & duriores eſſe capillos iis, qui ex Sybari bibunt, candidos & molliores iis, qui ex Crathi. locis a Cluverio laudatis addatur & Vitruv. lib. VIII. 3. praeterea in primo Moreti & ſecundo Ambroſ. erat, pro *capillos*, *lapillos* ſcriptum. ut vero *electro ſimiles* Noſter, ita Nero

Fab. XIX. Argumentum.

Salmacis fontem qui contingit in mollitiem vertitur.

[a] *Salmacis fons in Caria contactu sui liquoris cogit in mollitiem corporis obscaeni verti:* [b] *quod beneficio Mercurii & Veneris dicitur esse factum.*

QUodque magis mirum, sunt qui non corpora tantum,
Verum animos etiam valeant mutare, liquores.
Cui non audita est obscaenae Salmacis undae?

Fab. XX. Argumentum.

Lacum Æthiopiae qui bibit in insaniam [a] aut in soporem vertitur.

[b] *Lacus est in Æthiopia,* [c] *qui, hausto liquore ad sitim sedandam, aut in insaniam aut in soporem vertit.*

ÆThiopesque lacus? quos si quis faucibus hausit,
Aut furit; aut mirum patitur gravitate soporem.

Fab.

Poppaeae crines *succinos* appellabat, ut notat Salmasius Exercit. Plin. pag. 540. Burm.

[a] *Salmacis.*] *Salmacis fons in Caria est (cujus etiam superius in quarto libro meminit) hic suo liquore contractos artus in mollitiem effoeminati corporis transmutare fertur* Colon.

[b] *Quod beneficio.*] *Quod* deest Parm. Lugd. & tota periodus Coloniensi.

318. *Verum animos etiam.*] *Verum animos hominum* Leidens. & tres alii. *verum etiam mores possunt mutare* unus Moreti. *soleant mutare* unus Heinsii.

319. *Obscoenae Salmacis unda.*] *Salmacidis* debebat dixisse. sed *undae* reponendum cum Bernegger. Neapol. prim. Reg. utroque Erfurt. prim. Moret. prim. Pal. prim. Vatic. & sex aliis. quomodo & magnus Scaliger in ora codicis sui emendarat. Vide de hoc fonte copiose Vitruv. lib. II. cap. 8. Heins.

[a] *Aut in soporem.*] Deest Parmens.

[b] *Lacus.*] *Lacus sunt in Aethiopia, qui suos haurientes liquores, aut i. c. a. in nimios somnos vertunt* Colon.

[c] *Qui hausto.*] *Qui* non habent Parm. Lugd.

320. *Aethiopesque lacus.*] Solinus c. 32. etiam lacum in Æthiopia dicit esse, quo perfusa corpora velut oleo nitescant. Micyll. *Aethiopumque* tres libri. *quos quisquis* magno numero libri. furere etiam bibentes ex fonte Potnio prope Thebas dicit Sotion Paradoxol. initio.

[a] *Clitorius.*] *Clytonius* Parm. *Clitorius fons potus eo vinum i. o. ad. q. M. A. f. P. c. a i. l., mentium earum purgamina in eum projecisse creditur* Colon.

322. *Clitorio quicumque sitim de fonte levarit.*] Pausanias lib. VIII. cap. 21. fluvium vocat Clitorem, juxta oppidum Clitorium, à Clitore Azanis filio nominatum. De natura autem aquae etiam Vibius Sequester meminit & Virtuvius lib. VIII. cap. 3. qui & epigramma circa fontem illum lapidi olim inscriptum tale refert:

Ἀγρότα σὺν ποίμναις τὸ μεσημβρινὸν ἤν σε βαρύνῃ
Δίψος, ἀν' ἐσχατιὰς Κλείτορος ἐρχόμενον,
Τῆς μὲν ἀπὸ κρήνης ἄρυσαι πόμα, καὶ παρὰ Νύμφαις
Ὑδριάσι στῆσον πᾶν τὸ σὸν αἰπόλιον.
Ἀλλὰ σὺ μήτ' ἐπὶ λουτρὰ βάλης χροΐ, μή σε καὶ αὔρη
Πημήνῃ θερμῆς ἐντὸς ἐόντα μέθης.

Tes

Fab. XXI. Argumentum.

Clitorum fontem qui bibit odium vini capit.

[a] *Clitorius fons in Arcadia vinum in odium adducit: quod Melampus Amithaonis filius, Proetidas cum ab insania liberasset, novissime remedia in eum projecisse fertur.*

CLitorio quicumque sitim de fonte levarit,
Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis.
Seu vis est in aquâ calido contraria vino:
Sive, quod indigenae memorant, Amithaone natus,
Proetidas attonitas postquam per carmen & herbas
Eripuit furiis; purgamina mentis in illas
Misit aquas: odiumque meri permansit in undis.

Fab. XXII. Argumentum.

Lynceſtium amnem qui bibit in ebrietatem convertitur.

[a] *Lynceſtius amnis Thraciae* [b] *hanc vim obtinet, poteſtate mutata, ut aquam ejus bibentes ebrii fiant.*

Huic

Φεύγε δ' ἐμὴν πηγὴν μισάμπελον, ἔνθα, Μελάμπους
Λουσάμενος λύσσης Προιτίδας ἀργαλέης.
Πάντα καθαρμὸν ἔκοψεν ἀπόκρυφον, ἃ γὰρ ἀπ' Ἄργους
Οὔρεα τρηχείης ἤλυθεν Ἀρκαδίης.

Micyll. Lib. quidam veteres, *Levavit*. De hoc fonte legitur epigramma Graecum apud Vitruvium lib. IIX. cap. 3. Ciofan. Legitur hoc a Micyllo laudatum epigramma & apud Sotionem in Paradoxologomenis de fluminibus & fontibus, in Aristotelis editione Sylburgiana inter varia opuscula pag. 125. qui & pag. praecedente, ex Isigono, dicit eum, qui bibit ex hoc fonte, odorem vini non ferre. in notis Philandri Isigono adscribitur. vid. & Etymol. M. in Κλιτόριον. Ἐστὶ καὶ πηγὴ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, ἧς ὁ γευόμενος ἀποστρέφεται τὸν οἶνον. idem Sotion in Reatino agro esse ejusdem ingenii fontem dictum *Menten* ait. Burr.

323. *Gaudetque meris abstemius undis.*] *Abstemius*, inquit Nonius, *est, qui vino abstinet.* Appulejus: *In te fuisti Atheni⟨s⟩ parcus atque abstemius.* Idem in lib. Ludicrorum: *Abstemius est, immo scit, quo rete leporem tenebat, lupum non tenere.* Lucil. Satyr. lib. VI.

Thaunomeno, inquit, valva sororem
Lanificam dici siccam atque abstemiam ubi audit.

Varro de Vita P. Romani, I.

Quantopere abstemias mulieres voluerint
Esse, vel ex uno exemplo potest viderier.

Haec ille. Ciofan.

324. *Calido contraria vino.*] *Valido* Moreti unus, quo epitheto & utitur Val. Flac. I. 260. ubi plura dicemus.

325. *Amithaone natus.*] Melampoda post purgatos Proetidas templum Dianae vel Gratiis posuisse in monte Acro, in Argia, dicit Hesych. in Ἄκρουχεῖ. vide & Stephan. in Ἄζανία, & Λουσοὶ, ubi vide Berkel.

327. *Mentis.*] *Caedis* prim. Moreti. ut lib. XI. 489.

328. *Misit.*] *Mersit* Palat. sec. & duo alii.

[a] *Lynceſtius.*] *Lyncheſtius* Parm.

[b] *Hanc vim.*] *Tantam obtinet poteſtatem, ut &c.* Colon.

HUic fluit effectu dispar Lyncestius amnis,
Quem quicumque parùm moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

FAB. XXIII. ARGUMENTUM.

[a] Aqua lacus Phenei nocte fuit noxia.

[b] *In Arcadia secundum Phenon urbem aquae feruntur, quae potae nocte nocent, luci autem innocuae cognoscuntur.*

ESt locus Arcadiae (Pheneon dixere priores)
Ambiguis suspectus aquis. quas nocte timeto:
Nocte nocent potae. sine noxâ luce bibuntur.

FAB.

329. *Hinc fluit.*] *Huic* ex castigatioribus scripti. HEINS.

329. *Lyncestius amnis.*] Libri scripti, *Lynchestius.* CIOFAN. *Lichestius* Med. & quatuor alii. male. est ad oppidum *Lyncum* in Epiro, cujus incolae *Lyncestae.* vide Steph. de Urb. in Λύγκος. haec aqua acida erat, Plin. II. 103. Vitruv. VIII. 3. Aristot. Meteor II. 3. Sotion in Paradoxol. de flum. pag. 125. qui ἐν Λυγκίῳ esse ait, Vib. Sequester, (ubi male *Lycestius*) quos autores laudat Meursius ad Antigon. Mirab. cap. CLXXX. quibus adde Tertul. de Anima. cap. 50. *Legimus quidem pleraque aquarum genera miranda. sed aut ebriosos reddit Lyncestarum vena vinosa, aut lymphaticos efficit Colophonis Scaturigo Daemoniaca, aut Alexandro accidit Nonacris Arcadiae venenata.* & Adversus Valent. cap. 15. *Lyncestarum inde defluxerit, quae ebrios efficit.* Ex hac urbe oriundus Alexander *Lyncestes.* Just. XI 2. BURM.

330. *Gutture traxit.*] Liber meus & Caelest. *Gurgite.* CIOFAN. Et ita sex libri. *carmine* unus.

[a] *Aqua.*] *Aqua in urbe Phinea in varias vertitur* Parm.

[b] *In Arcadia.*] *Arcadiae lacus est, Pheneus dictus prioribus, quem aquae praetersluunt, quae noctu potae nocent, in luce autem innocuae degustantur* Colon.

332. *Est lacus Arcadiae.*] De Stymphalio lacu, qui esse fertur juxta Pheneum campum, vel de reflagnatione Ladonis aquae aliorumve fluviorum, quae in Pheneo campo fieri consuesse scribitur, quamvis nihil de aquarum qualitate dicat. Plinius vero, nisi mendum inest, sentire videtur Pheneas paludes in Arcadia esse, ex quibus Ladon profluat. Arcadia autem regio est Achaiae mediterranea, maximè à mari remota, quae primò Drymodis, mox Pelasgis fuit appellata. REGIUS. *Pheneum dixere priores.*] Pheneus nunc primam & secundam corripit, ut hoc loco nunc producit, sed trisyllabum semper est. dicitur enim Φενέος, Φενεὸς Φενεῖος, Φεινάιος. de quo in secundum hujus operis etiam aliquid diximus. CONST. FAN. Plin. lib. IV. *Amnes in Arcadia*, inquit, *Ladon, è paludibus Pheneus & Erimanthus, è monte ejusdem nominis in Alpheum defluens.* haec verba ut culpaverit, aut tractaverit Raphaël, hercle non intelligo. GLAREAN. Aquam, de qua hîc Ovidius intelligere videtur, Pausanias Stygem vocari ait ab Arcadibus, cujus verba sunt: lib. VIII. 19. Πηγὴ δέ ἐστιν αὐτόθι (de Cynaethaensibus loquens) ὕδατος ψυχροῦ καὶ ὑπὲρ αὐτῆς πλάτανος πεφυκυῖα. ὃς δ' ἂν ὑπὸ κυνὸς κατάσχετος λύσσῃ, ἤτοι ἔλκος, ἢ καὶ ἄλλως κίνδυνον εὑρηται, τὸ ὕδωρ οἱ πίνοντι ἴαμα, καὶ Ἄλυσσον τοῦδε εἵνεκα ὀνομάζουσι τὴν πηγήν. Καὶ οὕτω φαίνοιτο ἂν Ἄρκασι τὸ μὲν πρὸς Φενεῷ ὕδωρ, ὃ Στύγα ὀνομάζουσιν, ἐπ' ἀνθρώπου συμφορᾷ ἀνευρημένον. ἡ δὲ πηγὴ ἐν Κυναιθεῦσιν ἀγαθὸν οὖσα ἀντίῤῥοπον τῷ ἐκεῖ πήματι. Ex quibus verbis satis patet, de qua aqua Ovidius intellexerit. Nisi quòd Pausanias de discrimine lucis ac noctis nihil meminit. Locus autem Plinii, quem hîc Regius citat, est libro quarto, capite sexto, his verbis: *Amnes Ladon è paludibus Phenei, Erymanthus è monte ejusdem nominis, in Alpheum defluentes, &c.* neque quicquam difficultatis aut mendae habet, quantum ego quidem

dem

Fab. XXIV. Argumentum.

Symplegades [a] cautes in petras redactae.

[b] *Ortygia insula olim mobilis erat. Symplegades quoque cautes in Ponto* [c] *concurrentes, flatibus solitae moveri, nunc fixae fundamentis tenentur loco.*

Sic alias aliasque lacus & flumina vires
Concipiunt. tempusque fuit, quo navit in undis,
Nunc sedet Ortygie. timuit concursibus Argo
Undarum sparsas Symplegadas elisarum;
Quae nunc immotae persistant, ventisque resistunt.

Fab. XXV. Argumentum.

Aetna mons Siciliae in ignem.

[a] *Ætna mons Siciliae in ignem verti coepit, cum initio riguerit.*

Nec,

dem videre possum. Micyll. *Phoenon* multi veteres, vel *Phenon.* tres, *Pheneon.* bene. Praeterea, *locus Arcadiae* cum prim. Gronov. tert. Medic. Urbin. & sex aliis legendum. sic lib. III. Pont. Eleg. II. 45.

Est locus in Scythiâ : Tauros dixere priores.
Pheneos quoque Catullo, Virgilio ac Statio est. ut omittam Graecos. Nullum novi in Arcadia lacum *Pheneon :* oppidum ejus nominis habeo notum (unde *Phenei moenia* apud Maronem libro VIII.) cujus in vicinia fons ex praeruptis saxis stillare dicatur. ejus aquam, στυγὸς ὕδωρ dictam, certis temporibus esse lethiferam. Statius Theb. IV. 291.

Et Pheneos nigro Styga mittere credita Diti.
hujus aquae rigore atque acrimonia potus oblatae necatum fuisse Alexandrum Magnum a nonnullis perhiberi testis est in ejus vita Plutarchus. Nocte tamen esse noxiam, de die innoxiam nemo, quod sciam, praeter Nasonem prodidit. Sed haec fusius in Commentario nostro discutiemus. Emenda interim in transcursu Lucanum libro III. 191.

Et Phenei qui rura colunt, quorumque labore
Thessalus Æsoniam vomer proscindit Iolcon.
ubi *Penei rura* perperam legitur. Arcadiam intelligit. *Æsoniam* quoque *Iolcon* reposuimus pro *Haemonia.* sic *Meleagream Calydona* dixit l. VI. 365. & *Cinyraeam Cypron* lib. VIII. 716. *Haemoniam Iolcon* supervacuo epitheto & otioso appellat, cum τὸ *vomer Thessalus* satis designet de Thessalia agi. A Pheneo *Pheneatae*, qui Pheneum incolebant. eorum meminit Cicero de Natura Deorum lib. III. & Lactant. lib. primo de Falsa Religione. reddendum & Plinio id nomen lib. XII. c. 26. ex vestigiis veterum membranarum : *Panacea & unguentis eadem gignit, nascentem & in Psophide ac Pheneo Arcadiae.* ubi insulse Stapelius, *in Phocide*, deceptus depravato codice Dioscoridis. Heins. Vide Antigon. Mirabil. cap. CLXXIV. & ibi Meurs. priores autem ita vocasse dicit, quia *Nonacris* postea appellata fuit, ut Tertullianus locis modo productis vocat.

333. *Suspectus.*] *Spectatus* tert. Medic. *Susceptus* Leidens. mox, *nocte timete* Basil. pr. & *bibentur* sec. Vatic.

[a] *Acantes.*] *Cautes in ponto in p. reductas* Parm.

[b] *Ortygia.*] Haec priora desunt Parm. Lugd. *Ortygia insula & Sympl.* Micyll. *Ortygia inf. & sym. cautes quondam per mare vagabantur instabiles, modo autem immobiles stant* Colon.

[c] *Concurrentes.*] *Concurrente* Parm. Lugd.

336. *Concipiunt.*] *Accipiunt* Leid. & duo alii.

336. *Tempusque fuit, quo navis in undas, Nunc sedet Ortygie.*] Huc mirificè faciunt, quae leguntur in scholiis in Pindarum, Nem. Od. I. 2. quibus Ortygiam, quemadmodum hoc quoque loco ait poëta noster, insulam fuisse, deinde ob terram, circa eam congestam, Peninsulam effectam, docetur: Ἡ δὲ Ὀρτυγία, πρότερον μὲν οὖσα νῆσος, εἶτα προσχωσθεῖσα Χερρόνησος γέγονεν. Ciofan.

339. *Ventisque.*] *Undisque* Thysii.

[a] *Aetna.*] *Aetnam montem Siciliae, nec semper ignem, ut modo est, fuisse narrant, nec semper posthac hujusmodi futurum vaticinantur* Colon.

340. *Æt-*

NEc, quae ſulfureis ardet fornacibus, Ætne
Ignea ſemper erit: neque enim fuit ignea ſemper.
Nam ſive eſt animal tellus, & vivit, habetque
Spiramenta, locis flammam exhalantia multis;
Spirandi mutare vias, quotiesque movetur,
Has finire poteſt, illas aperire cavernas:
Sive leves imis venti cohibentur in antris;
Saxaque cum ſaxis, & habentem ſemina flammae
Materiem jactant, ea concipit ictibus ignem;
Antra relinquentur ſedatis frigida ventis:
Sive bitumineae rapiunt incendia vires,
Luteave exiguis areſcunt ſulfura fumis.
Nempe ubi terra cibos alimentaque pinguia flammae
Non dabit, abſumtis per longum viribus aevum,
Naturaeque ſuum nutrimen deerit edaci;
Non feret illa famem: deſertaque deſeret ignes.

Fab. XXVI. Argumentum.

In Pallene, urbe [a] Tritoniacae paludis, attactu vertuntur homines in volucres.

In Pallene, quae ſub Aquilone [b] *jacet, homines dicuntur in volucres verti, novies cum in Tritoniacam paludem merſi ſint.*

Eſſe

340. *Ætna.*] *Ætne* Bernegger. Thuan. Arondel. & duo alii. ut alibi ſaepe. Heins. Vid. lib. II. 220.

344. *Spirandi mutare vias.*] Liber meus, *Mutare vices.* Ciofan. Vid. ſupr. Vſ. 238. ſed hic vias praefero: nam cavernas & fiſtulas intelligit, per quae ignis exit, quae *ſpiramenta* etiam vocat. vid. Juſtin. IV. I. Burm.

345. *Has finire poteſt.*] *Furare* Mediceus unus. an, pro *turare*, quod forte veteribus in uſu fuerit, quamquam frequentius ejus compoſito *obturare* uſi ſint. certe, *finire cavernas*, quid ſit non capio. *finire* quidem pro terminum ponere alicui loco vel rei poni docuit Heinſius ſupra ad lib. VIII. 695. & ita *locum finire* dixit Livius XLII. 47. ſed pro claudere numquam poſitum vidi. quare putem ulcus ſubeſſe. Heinſius volebat,

Hac operire poteſt, illic aperire cavernas.

ſed placuiſſe ſibi Naſonem in hac agnominatione vix mihi perſuadeo. *alias aperire* Ms. Bersm. Burm.

347. *Materiam.*] *Materiem* caſtigatiores. Heins. *Captant* unus Medic. *quae concipit* unus, *bis concipit* Barber. *jam* quatuor mox, *relinquuntur* novem. *relinquantur* unus.

351. *Sulfura fumis.*] Caeleſt. *Flammis.* Ciofan. Puto, *aſſiduis fumis*, vel *irriguis.* Heins. *Sulfura ventis* unus Heinſ. *ardeſcunt* etiam plurimi.

352. *Nempe ubi.*] *Ut* Gryph. Bersman. & aliae Editt. *alimentaque mitia* unus Moreti, quod repetitum ex lib. II. 287.

354. *Naturaeque ſuum nutrimen deerit edaci.*] Liber meus, *Deerit nutrimen edaci.* Qui numerus mihi magis arridet. Ciofan. *Materiaeque ſuum* Cod. Menardi.

[a] *Tritoniacae.*] *Tritonides a tactu in aves* Parm.

[b] *Jacet.*] *Jacet Thraciae* Parm. Lugd. Micyll. *in Hyperborea Pallene homines ſunt, qui in volucres verti ſolent, cum in Tritonia palude ſua corpora merſere* Colon.

357. *Levibus.*] *Niveis* Cantab. & alius, *Qui ſoleant* multi. *quis* alii.

358. *Cum Tritoniacam paludem.*] Tritoniaca palus in Lybia eſſe ſcribitur, ſed Poëta de ea, quae ſit in ſeptentrione videtur ſentire, de qua me nihil memini alibi legiſſe: ſimile de Arcadibus Plinius ſcribit, quos in lupos verti, rurſusque ſibi reſtitui, tam conſtans fama fuit, ut in maledictis verſipelles habeantur. Regius. Ceterum quod ad Ovidii fabulam attinet, videntur eodem pertinere & Plinii verba, quibus ille de Hyperboreis lib. IV. cap. 12. *Mox Riphaei* (inquit) *montes, & aſſiduo nivis caſu, pinnarum ſimilitudine Pterophoros appella-*

ESſe viros fama eſt in Hyperboreà Pallene:
Qui ſoleant levibus velari corpora plumis;
Cum Tritoniacam novies ſubiere paludem.

Fab. XXVII. Argumentum.

Scythides feminae [a] attactu veneni in aves mutantur.

Scythides, in Scythia feminae, venenis ſparſae, corpora immutant, [b] *ſe in aves transfigurantes.*

HAud equidem credo: ſparſae quoque membra veneno
Exercere artes Scythides memorantur easdem.

Fab. XXVIII. Argumentum.

Ex Vitulis apes naſcuntur.

[a] *Ex vitulis apes naſcuntur: quas Ariſtaeus fertur inveniſſe.*

SI qua fides rebus tamen eſt addenda probatis,
Nonne vides, quaecumque mora fluidove calore
Corpora tabuerint, in parva animalia verti?
I quoque, delectos mactatos obrue tauros;

Co-

ta regio, pars mundi damnata a natura rerum, & denſa merſa caligine, neque in alio quàm rigoris opere gelidisque aquilonis conceptaculis. pone eos montes, ultraque Aquilonem, gens felix (ſi credimus) quos Hyperboreos appellavere, annoſo degit aevo fabuloſis celebrata miraculis. &c. nam quod regio ipſa, πτεροφόρος appellata, occaſionem fabulae dediſſe videtur; deinde & illud accedit, quod dicitur gens *fabuloſis celebrata miraculis*, quanquam neque de Pallene Hyperborea, neque de Tritoniaca palude alibi quicquam, quod ego ſciam, exſtet. Micyll. Vibius Sequeſter in Paludibus, *Triton Thraciae, in quo qui ſe novies immerſerit, in avem convertitur.* tres Tritonas fuiſſe in Boeotia, Theſſalia, & Libya docet Meurſius de Reg. Att. lib. 1. cap. 4.

[a] *Attactu.*] *A tactu immutatae veneni* Parm.

[b] *Se in aves transfigurantes.*] Haec ultima deſunt Parm. Lugd. Micyll. *Scythides ſunt foeminae, quae corpora venenis aſperſa in aves mutant* Colon.

359. *Credo.*] Malebat Heinſius, *credas*; ut ſupr. vſ. 260.

359. *Membra veneno.*] Libri ſcripti *Venenis*, numero multitudinis. Ciofan. Et ita multi codices noſtri.

[a] *Ex.*] *Ex vituli cadavere apes n. quod A. dicitur inv.* Colon.

361. *Fides rebus tamen eſt addenda probatis.*] *Adhibenda* Neapol. unus Reg. & unus Morel. probe. Auſon. Ep. xv.

Si qua fides falſis unquam eſt adhibenda locutis.

quod videtur poſitum pro *fides habenda.* ſic apud Plaut. Rudente act. iv. ſc. 2. *Quamquam ad ignotum arbitrum me appellis, ſi adhibebit fidem* nam in Ciceronis & Cornelii Nepotis locis, pro *adhibenda fides*, & *fides adhibeatur*, vetuſta exemplaria praeferre *habenda* & *habeatur* teſtis eſt Paſcaſius Groſippus in Paradoxis Literariis. mox pro *fluvido calore* malim, *vapore.* atque ita unus Palat. Heins. Miror certe Heinſium vitioſam hanc lectionem codicum praetuliſſe rectae, quae in aliis omnibus occurrit: *adhibere* enim *fidem*, ut Plautus & alii ſaepiſſime loquuntur, non eſt credere, ſed fideliter in re verſari, ut ita *adhibere doctrinam, diligentiam &c.* dicimus. ſed pro credere ſemper Cicero, Terentius & optimus quisque *habere fidem* dicunt. *addere* vero *fidem* Ovidio frequens eſt. Epiſt. xii. 194.

Adde fidem dictis, auxiliumve refer.

Epiſt. xxi. 136.

Illa fidem dictis addere ſola poteſt.

(Cognita res usu) de putri viscere passim
Florilegae nascuntur apes. quae more parentum
Rura colunt: operique favent; in spemque laborant.

Fab. XXIX. Argumentum.

Ex equo [a] crabrones.

[b] *Ex equo putrefacto crabrones nasci potuisse primum proditur.*

Pressus humo bellator equus crabronis origo est.

Fab. XXX. Argumentum.

Ex cancro scorpius.

Cancrum, demptis brachiis [a] *si terrae subjicias,* [b] *scorpius nascitur.*

Con-

Livius lib. 1. cap. 96. *Addita rei dicitur fides.* Claud. VI. Cons. Hon praef. 21. *Additur, ecce, fides. Adhibere fidem* Sulpicii Severi aevo dixisse notat Voss. ad vitam Martini lib. 1. cap. 1. qui & ad cap. 11. consulendus, ubi Plauti locum recte exponit. Burm.

362. *Fluidove.*] *Fluidoque* Gifan. Lucret. in *fluidus.* vid. lib. IV. 482.

363. *Corpora tabuerint.*] Liber meus, *Tabescunt.* Ciofan. Ita multi. *tabuerunt* Medic. & Bersmanni. *Tabescant* Barberin.

364. *I quoque, delectos.*] Idem liber & Briantii, *Dilectos*, per *i*, quomodo placet Festo. Sed verior & sincerior videtur lectio lib. Caelestini, *dejectos.* Ad procreandas enim apes nullo opus est boum delectu. Quam lectionem cùm duobus abhinc annis cum P. Galesio, viro ingenuarum omnium artium intelligentiâ apprimè ornato, communicassem, valde probavit. Ejusmodi apium reparationem Proteus Aristaeum docet lib. 1. Fast. 377. his verbis:

Obrue mactati corpus tellure juvenci,
Quod petis a nobis obruus ille dabit.
Jussa facit pastor: fervent examina putri
De bove: mille animas una necata dedit.

Ciofan. Versus mendosissimus. Videamus diversas lectiones. *His quoque delectos* Thuan. *In quoque dilectos* Neapol. *Hos quoque dilectos* Bernegger. *I tam delectos* Urbin. *I quoque dilectos* Cantabr. prior Hamburg. & viginti circiter alii, tres, *Dis quoque delectos*, quatuor, *Hinc quoque.* Arondel. & tres alii, *Hos quoque*, unus Sixii, *Huic*, alius, *Is*, quart. Medic. *Hic*, unus meus, *Inque dilectos. Hic quoque dejectos* unus Gronov. *I quoque dilecto* prim. Palat. veterrimus, vel, *Dis. I quoque delecto* unus Medic. *I nunc quoque delectos* unus Vatic. *I quoque delectas* Junian. *In quoque dilecto* fragm. Boxhorn. unus Ciofani, *dejectos.* Graevianus, *Hinc quoque dilectos.* Puto scribendum esse,

I scrobe delecto mactatos obrue tauros.

vel, *delectâ*: est enim communis generis *scrobs*, nam in Thuaneo optimo est, *His quoque.* Nihil equidem evestigare possum, quod propius accedat ad scripturam veterem. Possis etiam, *scrobe depresso.* Ausonius ad Paulinum, *Depressis scrobibus vitium regale minister Credidit.* An *scrobe repleto?* ut apud Virgil. II. Georg. 235.

——— *scrobibus superatur terra repletis.*

Heins. Certe, *delectos mactatos*, unico quasi spiritu dixisse Ovidium numquam crediderim, licet duobus epithetis usos aliquando poëtas supr. ad Vs. 229. viderimus. *mactatos* vero a glossatore profectum, qui *dejectos* ita interpretabatur, quae vox deinde in textum reposita alteram exturbavit, quae tellurem, qua obrui taurus debet, significabat. ego, donec melius occurrat, legerem,

I scrobe sub tecta dejectos obrue tauros.

tectam enim fuisse scrobem Maro dicit IV. Georg. 294. ubi plura; vide & lib. 1. Fast. 377. de apium ex bove natalibus scripsit etiam opus, *Βουγονίαν* dictum, Eumelus poëta; de quo vide ad Euseb. Chron. MCCL. Scaligerum. vide & Antigon. Caryst. Mirab. Hist. 23. ubi & de similibus generationibus alia habet. Burm.

365. *Usu.*] *Usu* plurimi.

366. *Florilegae.*] *Florigerae* multi codices. & etiam Bersmanni.

369. *Nascuntur apes.*] Decem antiqui, *nascentur.* & tum fortassis possea legendum sit,

-- *quae*

COncava litoreo ſi demas brachia cancro;
Cetera ſupponas terrae; de parte ſepultâ
Scorpius exibit: caudâque minabitur unca.

Fab. XXXI. Argumentum.

[a] Bombyces in papiliones.

Bombyces, quae folia filis intexunt, in papiliones vertuntur.

QUaeque ſolent canis frondes intexere filis
Agreſtes tineae, (res obſervata colonis)
Ferali mutant cum papilione figuram.

Fab. XXXII. Argumentum.

Ranae ex limo.

[a] *Ranae naſcuntur ex limo ſine pedibus;* [b] *mox natando pedes increſcunt.*

Se-

——— *quae*

Rura colant, operique vacent, in ſpemque laborent. Heins. *Laborent* Mſ. Bersmanni. *ſemperque* Junian. *in ſpeque* Leid.

[a] *Crabrones.*] *Scabrones* Parm. Et in textu *ſcrabonis.*

[b] *Ex.*] *Ex equo Crabrones naſci produnt* Colon.

368. *Preſſus humo bellator equus crabronis origo.*] Aliter Servius in primo Aeneid. ℣. 448. cujus haec ſunt: *Propriè tamen Apes vocantur ortae de bobus: Fuci de equis: Crabrones de mulis: Veſpae de aſinis.* Cum Poëta noſtro facit Plinius lib. xi. cap. 20. Quo fit, ut Servium alucinari exiſtimem. In lib. Urſ. Capranic. & Briantii eſt, *Scrabronis.* quo modo hac in re à librariis erratum ſit non ſemel ſuperius teſtatus ſum. Ciofan. Servius ad ii. Georg. 285. Plinii teſtimonio utens dicit, de *equis crabrones naſci*, ubi etiam in Mſſ. codice *ſcabrones* invenit Heinſius. ut & hic tres codices. *preſſus humi* hic Medic. & Moreti.

[a] *Si terrae.*] *Si* deeſt Micyll.

[b] *Scorpius.*] *Inde ſcorpius* Colon.

370. *Cetera ſupponas.*] Hunc verſum omittit Iſidor. xi. Etym. 4. in praecedenti etiam habet, *litorei cancri. ſuppones* Voſſian. & duo alii. *terra* Leidenſ.

371. *Scorpius exibit.*] *Exiliet* Ambroſ. unus.

[a] *Bombyces.*] *Ex tineis agreſtibus papiliones* Parm.

[b] *Bombyces.*] *Tineae agreſtes* omnes edd.

372. *Quaeque ſolent.*] Bombices dicit, quae ſericum generant. nam, ut Plin. in ii. Nat. Hiſt. ſcribit, Bombices, in Aſſyria provenientes, nidos è luto fingunt, ſalis ſpecie, applicatos, lapidis tanta duritie, ut ſpiculis perforari vix poſſint. in his & ceras largius quàm apes faciunt, deinde majores vermiculos, hi erucae fiunt. fit deinde quae vocatur Bombilis, ex ea Nicedalus, ex hoc ſex menſibus Bombices telas araneorum more texunt, ad veſtem luxumque feminarum, quae Bombicina dicitur. Regius. Recte quidem de Bombicibus & earum generatione Regius, ex Ariſtotele ac Plinio videlicet, ſed quod hic Ovidius tineas agreſtes Bombices vocarit, id puto, non recte ſenſit. neque enim Bombices quisquam tineas rectè vocaverit, cum eas tineas vocent auctores propriè, quae arrodunt atque conſumunt aliquid, ut tineas veſtium, tineas alvei, & id genus. deinde papiliones non ex bombicibus ſed frondium ac foliorum tineis naſcuntur. id quod vulgo notum eſt. Totus autem hic locus explicatur apud Plin. lib. xii. c. 32. ubi ille in hunc modum: *Multa autem*, inquit, *infecta & aliter naſcuntur, atque in primis ex rore. inſidet hic raphani folio primo vere, & ſpiſſatus ſole in magnitudinem milii cogitur. inde oritur vermiculus parvus, & triduo mox eruca, quae adjectis diebus creſcit immobilis, duro cortice ad tactum movetur aranei. Haec eruca, quam Chryſalidem appellat, rupto deinde cortice volat papilio.* deinde quod *feralem* Ovidius vocat Papilionem eò referendum, quò Plin. lib. xxviii. c. 10. ait. *Papilio quoque, lucernarum luminibus advolans, inter mala medicamenta numeratur. huic contrarium eſt jecur caprinum, ſic ut fel veneficiis ex muſtella ruſtica factis, &c.* Micyll.

372. *Canis filis.*] *Caecis* Thuan. prim. Bonon. *albis* prim. Moret. & duo alii. *ſilvis* unus meus. Heins. *Foliis frondes* (vel *flores*) *intexere canis*, vel, *foliis fila incaneſcere canis* Leidenſ.

373. *Colonis.*] *Latinis* tert. Gronov. mox, *in papilione* unus. *figuras* duo.

[a] *Ranae.*] R. *e. l. produntur* Parm.

[b] *Mox.*] *Mox eis nat. pedes accreſcunt* Colon.

SEmina limus habet virides generantia ranas:
Et generat truncas pedibus. mox apta natando
Crura dat. utque eadem ſint longis ſaltibus apta,
Poſterior partes ſuperat menſura priores.

FAB. XXXIII. ARGUMENTUM.

[a] Urſa lambendo fingitur ex fruſto carnis.

[a] *Urſae carnem pariunt, eamque lambendo in figuram ſui convertunt.*

NEc catulus partu, quem reddidit urſa recenti,
Sed male viva caro eſt. lambendo mater in artus
Fingit: & in formam, quantam capit ipſa, reducit.

FAB. XXXIV. ARGUMENTUM.

Apes initio vermes, [a] poſtea ſpeciem ſuam accipiunt.

[b] *Apes initio truncae, ut vermes, naſcuntur: poſtea corporis partes ac pennas accipere produntur.*

NOnne vides, quos cera tegit ſexangula, foetus
Melliferarum apium ſine membris corpora naſci,
Et ſerosque pedes, ſerasque adſumere pennas?

FAB.

375. *Generantia.*] *Gignentia* Baſil. & quatuor alii. *gravantia* unus. *imitantia* prim. Gronov.

376. *Truncas pedibus.*] *Truncis pedibus* Francof. *ſed generat* Medic.

[a] *Urſa.*] *Ex carne urſae effigies ejus apparet. poſtea lambendo efficit* Parm.

[b] *Urſae.*] *Urſae non formatos partus, ſed quandam carnem pariunt, quam lambendo in ſuam ſpeciem redigunt* Colon.

379. *Nec catulus partu, quem reddidit urſa recenti.*] Hac de re Aelianus de Hiſt. Anim. lib. II. cap. 19. & lib. VI. cap. 3. CIOFAN. Malim, *quod reddidit.* HEINS. Vide A. Gell. VII. 10.

381. *Quantum capit ipſa, reducit.*] Liber Caeleſt. *Quantum cupit.* CIOFAN. *Cupit* etiam Argentin. ſed *quantam* omnes ſcripti praeter tres, qui *qualem.*

[a] *Poſtea.*] *Poſt in ſuam ſpeciem veniunt* Parm.

[b] *Apes.*] *Apium foetus in angulis cerarum informes, & aliis pedibusque truncis, eos poſtmodum creſcendo adipiſcuntur* Colon.

382. *Cera tegit.*] *Regit* Moreti. *gerit* Patav. *capit* Leid. & Medic.

283. *Melliferarum.*] *Melliferas* unus Moreti. uſus & hac voce Claudian. II. Rapt. 127.

Melliſer electis exercitus obſtrepit herbis.

384. *Et ſerosque pedes.*] *Mox ſerosque* unus Moreti. bene. HEINS. *Et ſeras ſumere pennas* Baſil. & Ambroſ.

[a] *Ex ovi.*] *Ex ovi vitello prodentur* Parm.

[b] *Junonis.*] *Junonis & aquilae Jovis habentur*, *& c. V. & omne inſuper avium genus media ovi parte procreantur* Colon.

[c] *Qui vitellus.*] *Quae v.* Parm.

386. *Armigerumque.*] *Armigeramque* novem ſcripti.

386. *Cithereidasque columbas.*] Lego, *Cythereidas*, quia primam ſyllabam ſemper brevem invenio, licet non ignorem *v* eſſe bitemporeum. CONST. FAN. Legendum videtur, *Cythereiadasque columbas*, facto patronymico à *Cythereus, a, um*, verſus gratiâ. MICYLL. Ne claudicet verſus, lege, *Cythe-*

Fab. XXXV. Argumentum.

Aves [a] ex ovi medio.

Pavones, qui in tutela [b] Junonis habentur; item aquilae Jovis, columbaeque Veneris, & ceterae volucres, ex media parte ovi, [c] qui vitellus vocatur, videntur nasci.

Junonis volucrem, quae caudà sidera portat,
Armigerumque Jovis, Cythereïadasque columbas,
Et genus omne avium, mediis è partibus ovi
Ni sciret fieri, fieri quis posse putaret?

Fab. XXXVI. Argumentum.

Ex medulla humana angues nascuntur.

[a] *Ex medulla humana in sepulcris angues proseminantur.*

Sunt qui, cum clauso putrefacta est spina sepulchro,
Mutari credant humanas angue medullas.

Fab. XXXVII. Argumentum.

Phoenix avis ex sanie sua [a] renascitur.

[b] *Phoenix in Assyriae finibus nido ex odoribus facto, cum [c] est senectute pressa, supra recumbit: ex cujus sanie alia renascitur. & viribus roborata, nidum in [d] urbem effert Solis: ibique in templo ejus monumentum patris reponit. Fertur enim quinque aetatis secula replere.*

Haec

Cythereïadasque cum Cantabrig. & quart. Medic. Heins. *Cythereïadasque* etiam Francof.

388. *Quis nasci posse putaret.*] *Fieri quis* unus Moreti. concinnâ repetitione. Heins. *Ni sciret* Genev.

[a] *Ex.*] *Ex hominum spinali medulla in sarcophago dicuntur angues generari* Colon.

389. *Sunt qui.*] Sic & Plinius Natural. Hist. lib. x. c. 66. Antigonus tamen Caryst̃ius Historiae Mirabilis cap. xcvi. ex eorum medullâ tantum nasci autumat serpentes, qui eos sint odorati ante obitum, si locus est integer: Ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο νεκρῶν τινῶν, inquit, τοῦ μυελο σαπέντος, ἐκ τῆς ῥάχεως ὀφίδια γίνεσθαι, ἐαν πρὸ τὸ τελευτᾶν ὄφεως τεθνηκότος ἐλκύσωσι τὸν ὀσμήν. Deinde Archelai epigrammate id confirmat. hi duo vero versus ad v. Æn. 64. citantur à Servio Fulvii Ursini. ut ille in notis suis monet in vulgatis enim & P. Danielis frustra quaeras. mendose tamen, pro *putrefacta*, *patefacta*. Citat etiam Isidor. Etymol. xii. 4.

Heins. *Patefacta* etiam Basil. & unus Heinsii. *putefacta* unus Basil.

390. *Credant.*] *Credunt* prior Gronov. & decem alii. cum Mss. Bersm. nihil mutandum. vid. ad Epist. v. 86. & iii. Am. ix. 18. & 46. sic mox etiam *reparat*, & *reseminat*, undecim fere codices. & ita laudat Gervasius Tilb. rienlis hos versus in Otiis Imperialibus t. ii. Rer. Brunsv. p. 75. qui habet etiam in sequenti fabula, *succo amomi*. Burm.

[a] *Renascitur.*] *Aliam progenerat* Parm.

[b] *Phoenix.*] *Phoenix in As. f. morata, unica avis, cum senectute gravata est, nido ex odoribus facto superincumbit vitamque finit. Ex cujus corpore a. r. e. v. r. n. i. u. Solis defert, ibique ad fores templi ejus m. p. r. f. autem q. ae. f. perimplere* Colon.

[c] *Est senectute.*] *E senectute* Lugd. Micyll.

[d] *Urbem.*] *Orbem* Parm.

Haec tamen ex aliis ducunt primordia rebus:
Una eſt, quae reparet, ſeque ipſa reſeminet, ales.
Aſſyrii Phoenica vocant. non fruge, neque herbis,
Sed turis lacrimis & ſucco vivit amomi.
Haec ubi quinque ſuae complevit ſecula vitae,
Ilicis in ramis, tremulaeve cacumine palmae,
Unguibus & pando nidum ſibi conſtruit ore.
Quo ſimul ac caſias, & nardi lenis ariſtas,
Quaſſaque cum fulvâ ſubſtravit cinnama myrrhâ;
Se ſuper imponit: finitque in odoribus aevum.
Inde ferunt, totidem qui vivere debeat annos,
Corpore de patrio parvum Phoenica renaſci.

Cum

391. *Ex aliis generis primordia ducunt.*] *Ex aliis ducunt primordia rebus* bene unus Leidenſis. neque aliter Oxon. quart. Medic. Thuan. & decem alii. niſi quod in iis,

—— *rebus primordia ducunt.* HEINS.

394. *Et ſucco vivit amomi.*] Salmaſius ad Solinum p. 753. *ſicco amomo.* quomodo & ego in uno Mediceo inveni. ſed nihil mutandum. nam ex ſicco amomo quid alimenti Phoenix colligeret? amomum intelligit nondum ſiccatum. ſic Lucanus lib. x. 168.

Advectumque recens vicinae meſſis amomum.

Sidon. Apoll. Paneg. in Anthen. ỳſ. 52.

Indus odoriſero crinem madefactus amomo.

Nec felicius ibidem in carmine Lactantii de Phoenice ỳſ. 83. pro, *auramque procul ſpirantis amomi*, reponit idem Salmaſius, *uvamque*; atqui *aura amomi* pro ipſo amomo ponitur; *aura* pro *odore*, quem exhalat amomum. ut pluribus dicemus ad eum Lactantii locum in nova Claudiani editione. ſic *Coricii aura croci* apud Martialem III. 65. Claudianus de Phoenice, ỳſ. 99.

—— *& nectare dulcior aura*
Oſtia nigrantis Nili ſeptena vaporat.

Priſcianus in Periegeſi:

Cinnama praeterea jucundae naribus aurae.

pingues ob ovilibus aurae apud Statium x. Th. 46. quod Sidonius imitatus eſt Panegyrico Aviti:

—— *Quis nare ſagaci*
Monſtrat odor pinguem clauſis ab ovilibus auram.

& odori ſulphuris aura apud Statium. & *halantes ſulphuris aurae* Lucretio VI. 220. exempla plura ſunt in promtu. Sed hoc ὡς ἐν παρόδῳ. Emenda interim Drepanii Flori Chriſtiani Poëtae locum, ubi perperam *aula*, pro *aura*, legitur:

O quam ſuavis odor veſtri de teſtoris aura
Exilit. O Chriſti frater amice potens.

ventum pro aura Plautus ponit Ciſtellar. *Ventus muſtilentus nares tetigit.* HEINS.

395. *Haec ubi quinque ſuae complevit ſaecula vitae.*] Hoc eſt quingentos annos. Plinius verò, ut & alii notarunt, teſtatur, Phoenicem vivere annos DCLX. De cujus aetate ſic Auſonius. Idyll. XVIII. 3.

Hos (homines) *novies ſuperat vivendo garrula Cornix,*
Et quater egreditur cornicis ſaecula Cervus:
Alipedem Cervum ter vincit Corvus, & illum
Multiplicat novies Phoenix reparabilis ales.

ibi Poëta noſter ob hanc ipſam cauſam appellat *Vivacem:* lib. II. Amor. II. 54.

Et vivax Phoenix unica ſemper avis.

Et Statius lib. III. Sil.

Quae ſibi praeſternat vivax altaria Phoenix.

De Phoenice exſtat elegia apud Lactantium, ubi, quae ad eam avem pertinent, venuſtè deſcribuntur. Haec avis viſa eſt in Aegypto eo anno, quo deceſſit Tiberius. Auctor Xiphilinus ſub finem ejusdem Tiberii vitae. Atque ibi teſtatur, eam ipſam avem illius mortem portendiſſe. CIOFAN.

396. *Ilicis in ramis.*] Etiamne Ilices in Oriente? Opinor a Naſonis manu eſſe *Ilicet in ramis.* atque ita in vetuſtis exemplaribus ſe inveniſſe teſtatur Barthius ad Claudiani Epigramma de Phoenic. ỳſ. 59. HEINS.

396. *Tremulaeque.*] *Tremulaeve* Baſil. Junian. Arg. & ſeptem alii. *tremuloque* Sixt.

397. *Et duro nidum ſibi conſtruit ore.*] Liber meus & Cacleſt. *Et puro.* CIOFAN. Τὸ *duro* non arridet. plerique veteres, *puro.* prim. Gronov. & unus Baſil. & Nonius, *pando.* bene. ſic de apro lib. x. 713.

Protinus excuſſit pando venabula roſtro.

pandā cornua lib. x. ỳſ. 271. ex vetuſtis codicibus, &

Cum dedit huic aetas vires; onerique ferendo eſt;
Ponderibus nidi ramos levat arboris altae:
Fertque pius cunasque ſuas, patriumque ſepulcrum;
Perque leves auras Hyperionis urbe potitus,
Ante fores ſacras Hyperionis aede reponit.

Fab. XXXVIII. Argumentum.

[a]Hyaena modo mas, modo femina.

Hyaena fera ex femina in marem [b] *vertitur.*

Si

& *panda aratra* paſſim alibi. *pandas ſauces* dat Vulturno fluvio Statius lib. IV. Silv. III. 71.

Pandis talia faucibus redundat.

ſi locus eſt ſanus: nam in vetuſta editione Parmenſi *Paucis* legitur, ut *Raucis faucibus* videatur caſtigandum. *Raucam* enim *vocem* poëtae fluviis aſſignant. Heins. *Puro* etiam Barthii codices & Francof. quod recipi poteſt, ut alludat ad morem ſacra faciendi, quae puris manibus fiebant, ut notiſſimum. *pulchro* Voſſian. *roſtro ore* Langerm. *roſtro n. ſ. c. ipſa* Vatican. & ſeptem alii. *ipſe* Menard. *ipſam* Thuan.

398. *Nardi lenis ariſtas.*] *Laevis* prim. Palat. prim. Vatican. prim. Baſil. & Oxon. cum aliis viginti. ut ſit *laevis*, cui lanugo ſubeſt, ut in Epigrammate Lactantii, ſive quicumque alius eſt auctor, de Phoenice, *Nardi pubentis ariſtas.* Gloſſa interlinearis alterius Erfurtani, id eſt *redolentis.* ut *nardi halantis* forte ſit ſcribendum. quomodo apud Lucretium lib. II. 847.

Et nardi florum, nectar qui naribus halat.

ſpirantia balſama pari modo dixit Claudianus conſ. Olybii 252. Serenus Sammonicus cap. XXXII.

Nec non & ſpecies ambas halantis anethi.

ita veterrimus codex Voſſianus, ubi nunc *redolentis* circumfertur. *oris patentis cinnameus inhalatus* Apulejo lib. II. Met. plura de hoc verbo lib. IV. 393. ubi habes ex veſtigiis veterum librorum, *halant myrrhaeque crocique.* pro *Quaſſaque cinnama* duo Medicei, *Craſſaque.* unus Baſil. *Caſſaque.* alter Hamburg. *Caſſaque* ut ξ. κασιτάμωμον intelligatur. quod maximo in pretio. cortex Cinnamomo detractus. ſic *caſſa canna.* Vide Notas Faſt. VI. verſ. 406 Heins.

399. *Cum fulva.*] *Cum ſumma* Leidenſ. *luſtravit* unus Heinſii. *ſubtraxit* tres.

401. *Qui vivere debeat annos.*] Barthius ad Claudian. Phoenic. VI. 12. ex duobus pervetuſtis codicibus corrigit, *vincere debeat.* vide de verbo *vincere*, pro ſuperſtitem alii eſſe, Serv. ad Virg. XI. 160.

404. *Ponderibus nidi ramos levat arboris altae.*] *Levat*, allevat, ac leveis reddit, exponit Regius, quod placet hoc ſenſu. Cum rami antea nido gravarentur, recens natus Phoenix aſportando nidum, allevat. Glarean. *Aptus tunc nidum ramis levat* Bernegger. Cantabrig. Arondel. & ſex alii. totidem *Eſt aptus nidum.* Verſus hic adulterinus eſt. Metuo ne & proxime praecedens & tres ſequentes huc ab aliena manu ſint inculcati, ita duodecim verſibus totam de Phoenice hiſtoriam Naſo abſolverit. Heins. Non video cur debeant hi verſus expungi, ſed mallem, *arboris almae*, quae quaſi aluit & eduxit Phoenicem. mox, *patriumque cubile* unus Heinſii. *cunasque parentum* Thuan.

407. *Aede reponit.*] Quis non videat manifeſtam contradictionem ineſſe his verbis *ante fores*, & *in aede*; quare non dubito hic admittere repetitionem & legere:

Perque leves auras Hyperionis urbe receptus,
Ante fores ſacras Hyperionis urbe reponit.

Schepper apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71. *orbe reponit* in uno Leidenſi & Thyſii erat, ut poſſit intelligi globus vel orbis ſolis, qui ante templum Hyperionis erat. certe repetitio illa τοῦ *urbe* ingrata eſt, & quid opus, ubi dixerat *urbe potitus*, addere *urbe reponit?* quis enim extra urbem avem nidum deferre exiſtimare poſſet? ſed ac ſe retinendum puto. nam & Lactant. de Phoenice VI. 122.

Inque ara reſidens, ponit in aede ſacra.

unde hic poſſet legi, *ante aras ſacras*, vel, *ante ſacras aras*, nam & Claudian. Idyl. I. 94. *Jam deſtinat aris Semina reliquiasque ſui.* poſſet & *ante focos ſacros.* ſed potius nihil mutemus. Burm.

[a] *Hyaena.*] *Hyaena fera in varias figuras* Parm.

[b] *Vertitur.*] *Convertitur* Colon.

409. Ali-

Si tamen eſt aliquid mirae novitatis in iſtis;
Alternare vices, & quae modo femina tergo
Paſſa marem eſt, nunc eſſe marem miremur hyaenam.

FAB. XXXIX. ARGUMENTUM.

[a] Chamaeleon in varios colores vertitur.

[b] *Chamaeleon ventis & aura nutritus, quodcumque* [c] *contigerit coloris ejusdem* [d] *efficitur.*

ID quoque, quod ventis animal nutritur & aurâ,
Protinus adſimulat tactu quoscumque colores.

FAB. XL. ARGUMENTUM.

Lynces Liberi [a] urinam vertunt in lapidem.

Lynces, qui ſunt in Liberi tutela, [b] *urinam vertunt in lapidem.*

VIcta racemifero lyncas dedit India Baccho:
E quibus (ut memorant) quidquid veſica remiſit,
Vertitur in lapides; & congelat aëre tacto.

Sic

409. *Alternare vices.*] Tertullianus de Pallio: *Hyaena, ſi obſerves, ſexus annalis eſt: marem & foeminam alternat.* Vide Ariſtotelem Hiſt. Animal. libro VI, cap. 33, & de Ortu animalium cap. 6. libri III. Plinium libro VIII, cap. 30 Ælianum libro I, cap. 25. Clementem Alexandrinum Paedag. libro II, cap. 10. qui hanc fabellam operoſe refellit. HEINS.

410. *Hyaenam.*] *Hyaenem* prim. Gronov. & Junian. *hyaenen* Arondel. Graecis tamen ὕαινα eſt. HEINS. *Miramur* Thuan. & Bonon.

[a] *Chamaeleon.*] *Anima labentis in varias ſpecies* Parm.

[b] *Chamaeleon.*] *Animal ventis &c. contingit c. e. efficit* Parm. *Animal quod v. e. a. nutritum (id eſt Chamaeleon) quoscumque colores tangit (ut fertur) eos ilico adſimulat* Colon. in argumenti indice Parmenſis editionis legendum, *Animal a ventis nutritus in varias ſpecies.*

[c] *Contigerit.*] *Contingit* Lugd. Mycil.

[d] *Efficitur.*] *Efficit* Lugd. Micyl.

412. *Protinus adſimulat, tetigit quoscunque colores.*] *Adſimulat tactu* prim. Baſil. quart. Medic. prim. Bonon. & alii duodecim, recte. nonnulli & *aſſimilat*, quod hic de Chamaeleonte narrat, etiam in Polypo habet locum, & hinc deductum *verſipellis* pro aſtuto. omnes autem colores praeter rubrum & candidum, quos mentiri non poteſt, refert, vide Ariſtotel. Hiſt. Anim. VI. II. Plin VIII. 33. Caſſiod. V. Ep. 34. Tertull. de Pallio Antig. Caryſt. Hiſt mirab. 30. Eadem narrant Ariſtoteles, Theophraſtus, Plinius, Solinus de Tarando animale, ſive Sarmatico, ſive Aethiopico. HEINS. *Proximus aſſimulat* unus.

[a] *Urinam.*] *Ex urina in lapidem* Parm.

[b] *Lynces.*] *Lynces Liberi tutela* Parm. Lugd. Micyll. *Lyncum urina (quae in tutela patris ſunt) in lapidem convertitur Lyncurium* Colon.

414. *Remiſit.*] *Remittit* ſeptem libri. & *vertitur in lapidem* Medic. & tres alii.

415. *Et congelat aëre tacto.*] *Glaciari urinam lyncum* dixit Plinius libro VIII. cap. 39. paria & hac de re habes apud Solinum cap. 11, apud Theophraſtum fragmento libelli περὶ τῶν λεγομένων ξώων φύσεων, & Dioſcorides. hunc lapidem *Lyncurium* appellabant vel *Lygurium*, aliis *Lyncurium*. Plinio etiam *Langurium*. λυγκούριον Heſychius ἤλεκτρον interpretatur. HEINS

416. *Coralium.*] Prim. Palat. veterrimus & Calandrae codex, *curalium*. bene. prim. Vatican. *caralium*. quatuor alii, *corallum*. Vide Notas lib. IV. XI. 7. 8. IDEM.

416. *Quo primum contigit auras.*] Mallem, *primas*, ſic *primos ſolis radios* lib. VII. ſed hoc leve ac te-

Sic & curalium, quo primum contigit auras
Tempore, durescit: mollis fuit herba sub undis.

Fab. XLI. Argumentum.

Coralium ex molli durum.

[a] *Coralium lapis sub aqua mollis est, extra durescit.*

Deferet ante dies; & in alto Phoebus anhelos
Æquore tinguet equos; quam consequar omnia dictis
In species translata novas.

Fab. XLII. Argumentum.

[a] Gentes variantur in species.

[b] *Significat gentes variari in species deorum voluntate.*

Sic tempore verti
Cernimus, atque illas adsumere robora gentes;
Concidere has. sic magna fuit censuque virisque,
Perque decem potuit tantum dare sanguinis annos,

Nunc

tenue, ut omnia nostra: judicium tuum, existimatio tua valebit. Schepper. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

417. *Fuit herba.*] *Fit virga* Moreti & unus Heinsii. *durescit* etiam Palat. prim.

[a] *Coralium.*] In Parmensi titulus argumenti idem erat, quod argumentum. *Coralium sub aqua herba est, extra aquas autem in lapidem convertitur* Colon.

418. *Desinet ante dies.*] Iidem libri, Capran. & duo Vatic. *Deseret ante dies.* Quod melius est & magis Latinè dictum. Sallustius de Bello Jugurthino: *Sed de studiis partium & omnibus civitatis moribus si singillatim, aut pro magnitudine parem disserere, tempus quàm res maturius me deseret.* Alio modo Marc. Tull. pro Caelio: *Dies jam me deficiet, si, quae dici in eam sententiam possunt, coner exprimere.* Idem in Verrem actione II. lib. IV. *Vox me citius defecerit quàm nomina.* Ciofan. *Desinat* malim & *tinga*, quomodo Voss. unus & unus Argentinus pro diversa lectione. vetustiores tamen, *Deseret.* Virgilius lib. I. magni operis, vs. 373.

Si vacet annales nostrorum audire laborum,
Ante diem clauso componet vesper Olympo.

ubi *componat* nonnulli codices. Apulej. Apol. *Dies me deficiet, si omnia velim persequi,* pro & *in alto aequore* Cantabrig. *in imo.* Forte;

——— *& libero Phoebus anhelos*
Æquore tinget equos.

ut lib. VII. 324. XIV. 416. Heins.

419. *Quam consequar omnia dictis.*] Libri scripti; *Omnia verbis.* Ciofan. *Prosequar* duo. *persequar* unus. *verbis* plurimi.

[a] *Gentes.*] *Gentium species in varias* Parm.

[b] *Significat.*] *Caeteris, quae sequuntur, significat gentium urbiumque potentiam aut crescendo aut desinendo mutari. Romamque regno adcrescentem aliquando caput orbis fore, Heleno id olim Æneae ita vaticinante* Colon.

420. *Sic omnia verti Cernimus.*] Liber meus; *Sic tempora.* Ciofan. *Τὸ omnia* proximo versu praecesserat. *tempora* prim. Vatican. prim. Gronov. quart. Medic. & decem alii, idque in postrema editione expressit Naugerius. sed mutationes temporum jam fuse supra percensuit. Lege, *sic tempore verti, gentes* nimirum. deinde, pro *alias gentes* prim. sec. Palat. prim. Vatican. prim. Gronov. quart. Medic. aliique plurimi, *illas* bene. quod respondet *τῷ has.* Heins. Sed & *tempora* potest retineri & pro vicissitudinibus imperiorum capi. ut Val. Fl. I. 543. *Poscunt jam me sua tempora Graji. Illas sibi sumere robora* Medic. & septem alii.

422. *Concidere.*] *Occidere* unus Heinsii & Moreti.

Nunc humilis veteres tantummodo Troja ruinas,
Et pro divitiis tumulos oſtendit avorum.
[Clara fuit Sparte: magnae viguere Mycenae:
Nec non Cecropiae; nec non Amphionis arces.
Vile ſolum Sparte eſt: altae cecidere Mycenae.
Oedipodioniae quid ſunt, niſi fabula, Thebae?
Quid Pandioniae reſtant niſi nomen Athenae?]

Fab. XLIII. Argumentum.

Omnia quae naſcuntur transmutantur in diſſimiles ſpecies.

Numa Pompilius propter ſcientiam rerum à populo Romano in regnum eſt [b] *receptus: cujus*

422. *Cenſuque.*] *Coetuque* unus Baſil.

425. *Tumulos.*] *Titulos* Oxon. & Strozzae unus. vid. lib. XI. 429.

426. *Clara fuit Sparte.*] Sparta Laconica dicitur regio, à Spartis Cadmi ſociis cognominata: ſed plerumque pro urbe ponitur. Regius. Atque haec quidem Stephani traditio eſt. Pauſanias autem in Laconicis à Sparta, Eurotae filia, Lacedaemonis uxore, Spartam appellatam dicit, eoque nomine urbem ſignificari. Sic & Mycenas, de quibus proximo loco ſequitur. quas alii à Mycenaeo dictas volunt, idem à Perſeo conditas, & à capulo gladii, qui μύκης Graecis dicitur, qui eodem loco illi exciderit, appellatas tradit. Quanquam rurſum alii ſunt, ut idem autor eſt, qui non à capulo gladii, ſed a fungis (nam hos quoque μύκητες Graecis ſignificant) dictas velint, quòd eodem loco Perſeus ſiti affectus fungum avellerit è terra, ejusque liquore ſive ſucco ſitim levarit. Vide Argolica Pauſaniae. Fuit autem & filia Inachi quaedam Mycene, uxor Areſtoris, de qua Homerum intellexiſſe volunt Odyſſeae M. ubi ait:

Τυρώ τ' Ἀλκμήνη τε, ἐϋζεφανός τε Μυκήνη.

Ab hac igitur quoque urbi nomen factum, ſunt qui velint. Autor idem Pauſanias eodem libro. Micyll. Hic verſus cum ſequenti in Vatic. margini erat adſcriptus. qui illos ſequitur omnino eſt expungendus, cum ex hoc verſu promanarit. quid enim opus bis Spartae meminiſſe? Certe libri veteres ex his quinque verſibus modo hunc, modo illum non agnoſcunt. Ego omnes tollendos eſſe cenſeo. In eo enim artificium Poëtae imprimis conſiſtit, ut perpetuo orationis filo mutationem rerum omnium tanquam concatenatam pertexat; nunc in eo occupatur, ut ex ruinis Trojae Romam prodiiſſe demonſtret. Inopportuna igitur, ut quae maxime, Spartes, Mycenarum Athenarumque ac Thebes hic inculcatur mentio. Adde quod in poſtremis duobus verſibus bis occurrit, *nomina* & *nomen*, qualia nusquam committit Noſter, niſi librariorum oſcitantium culpa. Denique Athenas nil niſi nomen fuiſſe Pythagorae, qui hic loquitur, aetate falſiſſimum eſt; cum eae tunc unice florerent: ſed & Thebae ab Alexandro Magno deletae, qui ducentis ad minimum annis vixit poſt exceſſum Pythagorae. Sed de repetitione τοῦ *nomen* culpa amovebitur, ſi cum Bernegg. & altero Strozzae repones:

——— *quid ſunt niſi fabula Thebae?*

ut apud Statium Theb. x. 870.

Et mentita diu Thebani fabula muri.

Lucanus lib. VII. 391.

——— *tunc omne Latinum*
Fabula nomen erit.

verſu denique ſecundo pro, *Nec non & Cecropis*, bene unus Voſſ. *Nec non Cecropiae.* nam primam in *Cecropis* nusquam corripuit Naſo. Vir ſummus Gerardus Johannes Voſſius Oratoriarum Inſtitutionum lib. v. cap. II. § 7. multus eſt in Naſone erroris convincendo hîc loci, quem puto nos abunde jam vindicavimus. Heins. Scaliger etiam ad Manil. lib. I. 516. Ovidium non poteſt abſolvere, qui ex perſona Pythagorae, quo tempore florentiſſimae erant Athenae & Thebae, eas penitus corruiſſe dicat; nuper etiam Juſt. Got. Robenerus in Amoenitatibus Hiſtorico-Philologicis de potentia & ſplendore potius capit, licet verſum etiam ὑποβολιμαῖον ſuſpicetur in prima diſſertatione, *An Athenae ſuperſint.* Burm.

426. *Viguere.*] *Micuere* Baſil. Vatic. & quatuor alii.

427. *Nec non & Cecropis.*] In manuſcripto codice

cujus praecepta cum ante dictis haec ſunt : Quaecumque naſcuntur, [c] *haec creſcendo & ſeneſcendo transmutari in diſſimiles ſpecies : & poſt obitum ſic conſumi, ut aut in terram abeant, quae corpora ſunt; aut in aëra,* [d] *quae ſpiritu contineri videntur. Porro Helenus, Priami filius, refert* [e] *ab Ænea urbis conditae poſitionem.*

NUnc quoque Dardaniam fama eſt conſurgere Romam;
Appenninigenae quae proxima Thybridis undis
Mole ſub ingenti rerum fundamina ponit.
Haec igitur formam creſcendo mutat; & olim
Immenſi caput orbis erit. ſic dicere vates,
Faticinasque ferunt ſortes : quantumque recordor,
Priamides Helenus flenti, dubioque ſalutis,
Dixerat Æneae, cum res Trojana labaret.
Nate Deâ, ſi nota ſatis praeſagia noſtrae
Mentis habes; non tota cadet, te ſoſpite, Troja.

Flam-

dice ſic lego : *Nec non Cecropeos*, ut ſit Graecus genitivus, à nominativo *Cecropeus*. nam ut *Epopis* & *Epopeus* dicitur, ita *Cecrops* & *Cecropeus*. Glarean.

427. *Amphionis arces.*] Amphion fuit Jovis filius, ut ait Seneca, cujus haec ſunt, ubi loquitur de Thebis : Herc. Fur. 262.

Cujusque muros natus Amphion Jove
Struxit canoro ſaxa modulatu trahens.

Et Euripides initio Herc. Furentis : Α'μφίον', ὃν δὲ Ζηθου, ἐκγόνω Διός. Lege etiam Probum in Ecl. II. Virg. Hoc idcirco annotavi, quoniam non ſatis liquidò conſtat, cujus fuerit filius Amphion. Hic autem, ut Graeci auctores tradunt, ea clementia ac benignitate fuit, ut iis, qui ſub ſuo erant imperio, numquam quidquam, niſi aequum atque honeſtum, imperaverit: tantaque eos benevolentia & lenitate ad ſe amandum alliciebat, ut cùm Thebas conderet, omnes ſuapte ſponte uno conſenſu, quae ad aedificia conſtruenda neceſſaria eſſent, ei ſuppeditaverint. Idcirco fictum eſſe Amphionem lyra, ad cujus ſonum lapides accurrebant, Thebas condidiſſe. Cum illis facit & Hyginus. Ciofan.

429. *Oedipodioniae Thebae.*] Hoc epitheton ex hoc loco mutuatus eſt Lucanus lib. IIX. 407.

Oedipodionias infelix fabula Thebas. Idem.

430. *Pandioniae Athenae*] Athenarum ultimus rex fuit Codrus, Melanthi filius. Paterc. lib. I. Idem. Si retinendus eſſet verſus, malebat Heinſius,

Quid Pandioniis reſtat, niſi nomen, Athenis.

431. *Conſurgere.*] *Aſſurgere* Baſil. unus. *Trojam* etiam ſex libri.

[a] *Omnia.*] *Numa Pompilius in aëra* Parm.

[b] *Receptus.*] *Receptus curamque a bello ad pacis artes transtulit, ritusque ſacrorum inſtituit. Qui poſtquam pariter vitam & regnum finivit, populo ſuo maximo dolori fuit. ſed prae ceteris Aegeriae Nymphae conjugi ſuae, quam in valle Aricina ultra modum conjugis amiſſionem aegre ferentem, Nymphae loci illius ſolari fruſtra non ſemel conatae ſunt. Hippolytus ipſe, qui in ejusdem doloris lenimen ſuum infortunium, ſuosque caſus, ut ſequuntur, recenſuit* Colon.

[c] *Haec creſcendo.*] *Nec creſcendo* Lugd. *haec* deeſt Micyll.

[d] *Quae ſpiritu.*] *Quo ſp.* Parm.

[e] *Ab Ænea.*] *Æneae* Parm. Lugd. Micyll.

434. *Haec igitur formam creſcendo mutat.*] *Formam mutando creſcit* Thuaneus codex; rectè, ſi legatur, *creſcet. formam* enim vocat primam illam Romuli quaſi delineationem urbis, ut Tibull. lib. II. v. 23.

Romulus aeternae nondum formaverat urbis
Moenia. ubi male *firmaverat* quidam. ita *imaginem urbis* potius quam urbem vocat Florus lib. I. cap. I. *formam creſcendo imitatur olympi* Baſil. unus. verſu praecedenti, *colle ſub* Gronov. mox, *ſic ducere vate* Francof. Burm.

434. *Et olim Immenſi caput orbis erit.*] Lib. V. Faſt.

Hic, ubi nunc Roma eſt, orbis caput, arbor, & herba,
Et paucae pecudes, & caſa rara fuit. Ciofan.

436. *Fatidicasque ferunt ſortes.*] Libri ſcripti, *Vaticinasque.* Quod libentius ſequor. Ciofan. Male. nam *Vates* praecedit. Thuaneus & tres alii, *faticanasque.* ut lib. IX. 418. *noces* etiam pro *ſortes* Argentin. forte, pro *voces.*

438. *Dixerat Æneae.*] Huic verſui ille praeponendus, *Priamides Helenus*, ex fide unius mei & unius Medicei. Heins.

438. *Labaret.*] *Labarat* fragm. Boxh. & Vivianus. *periret* duo libri. *laboret* Palat. ſec.

Flamma tibi ferrumque dabunt iter. ibis; & unà
Pergama rapta feres: donec Trojaeque tibique
Externum patrio contingat amicius arvum.
Urbem & jam cerno Phrygios debere nepotes;
Quanta nec eſt, nec erit, nec viſa prioribus annis.
Hanc alii proceres per ſecula longa potentem,
Sed dominam rerum de ſanguine natus lüli
Efficiet. quo, cum tellus erit uſa, fruentur
Ætheriae ſedes: coelumque erit exitus illi.
Haec Helenum ceciniſſe penatigero Æneae,
Mente memor refero: cognataque moenia laetor
Creſcere; & utiliter Phrygibus viciſſe Pelaſgos.
Ne tamen oblitis ad metam tendere longè
Exſpatiemur equis; coelum, & quodcumque ſub illo eſt,
Immutat formas, tellusque, & quidquid in illà eſt.
Nos quoque pars mundi, (quoniam non corpora ſolum,
Verum etiam volucres animae ſumus, inque ferinas
Poſſumus ire domos, pecudumque in pectora condi)

Cor-

442. *Rapta.*] *Capta* Baſil. & Sprotii.

443. *Patrio contingat amicius.*] *Externa patria* Regius Baſil. & Leid. *Externum patria* Vivianus & duo alii. *patriae* Voſſian. *mitius* etiam Vivianus. vide lib. XIII. 440.

444. *Urbem etiam cerno Phrygios debere nepotes.*] Ordo eſt: Cerno urbem debere Phrygios nepotes, id eſt, debitam eſſe Phrygiis poſteris. CONST. FAN. *Et jam*, ut in Faſtis Carmenta vaticinans, lib. I. 519.

Et jam Dardaniae tangent haec litora puppes.

Nec ſatis arridet τὸ *debere*. Quid ſi Noſter ſcripſit?

Urbe & jam cerno Phrygios ſe efferre nepotes,
Quanta nec eſt, nec erit.

HEINS. Nihil muta. *debere* enim rectiſſime dicitur de illis, quae fato deſtinata certiſſime eventura ſunt. de quo latius ad Val. Fl. V. 21. *Phrygibus* Gronov. tert. illud *cerno* vero vati convenientiſſimum, qui futura ut praeſentia videt. ita Amphiaraus apud Pindar. VIII. Pyth. 64. Θειάομαι σαφὲς δράκοντα. ubi vid. Schmidii notas, & quae viri docti ad illa Petronii cap. 121. *Cerno equidem gemina jam ſtratos morte Philippos* adnotarunt. BURM.

448. *Fruentur.*] *Fruantur* Voſſ. ſed tunc in ſequenti ẏſ. *coelumque ſit* legendum. *talisque erit* unus Leidenſ.

451. *Mente memor refero, cognataque moenia laetor.*] An *cognata*, quia olim Euphorbum ſe fuiſſe gloriabatur, an quia etiam Aſiaticus, quod non admodum arridet. GLAREAN. Simplicius ac melius, quod in Palatino, *recolo*. DAN. HEINS. *Memoro* unus Moret. vid. lib. XIV. 813.

453. *Tendere.*] *Tangere* tres. *longo* Ox. *nec tamen* etiam quatuor.

455. *Immutat.*] *Et mutat* prim. Gronov.

457. *Verum etiam volucres animae ſumus.*] *Animas volucres*, id eſt volantes, interpretor: hoc eſt de corporibus in corpora transmeantes. CONST. FAN.

458. *Pecudumque in pectora condi.*] Liber meus, *Pecorumque*. Vatican. *In corpora*. CIOFAN. *Poſcimur ire* unus Med. *in pectora verti* duo. *credi* unus. *mergi* alius. *in pectore* etiam nonnulli. *in corpora* plurimi.

459. *Quae poſſunt.*] *Quae poſſint* prim. Reg. & unus meus. HEINS.

460. *Foedere.*] *Sanguine* unus. *votorum foedere* Gronov. pro quo Heinſius, *notorum*.

461. *Et honeſta ſinamus.*] Malebat Heinſius, *tuta atque inadeſa ſinamus*: vel, *tuta eſſe & ineſa*. ſed *honeſta* eſt honore ornanda, honorata. ut Cicer. II. Epiſt. 15. *Caeſarem honeſtum eſſe volo*. & XI. Ep. 3. *Nos te cupimus in libera republ. magnum atque honeſtum eſſe*; & ita paſſim. BURM.

462. *Cumulemus viſcera.*] *Cumulemur* eleganti Graeciſmo primus Palatinus inter vetuſtiſſimos. unus Leid. & Graevianus, *cumulentur*. HEINS. *Tumulemus* Junian. vid. lib. VI. 665.

464. *Vituli qui guttura cultro Rumpit.*] Libri Vatican. & meus, *Corpora cultro*. CIOFAN. *Ferro* vetuſtiores. HEINS. Vid. lib. III. 626. *pectora* vel *corpora* plurimi. *rupit* etiam ſex ſcripti.

469. *Quam tranſitus inde paratus.*] *Qua paratus* prim. Reg. & Langerm. *quis tranſitus* prim. Vatic. prim.

Corpora, quae poſſint animas habuiſſe parentum.
Aut fratrum, aut aliquo junctorum foedere nobis,
Aut hominum certè, tuta eſſe & honeſta ſinamus:
Neve Thyeſteis cumulemur viſcera menſis.
Quàm male conſueſcit, quàm ſe parat ille cruori
Impius humano; vituli qui guttura cultro
Rumpit; & immotas praebet mugitibus aures!
Aut qui vagitus ſimiles puerilibus haedum
Edentem jugulare poteſt; aut alite veſci,
Cui dedit ipſe cibos! quantum eſt, quod deſit in iſtis
Ad plenum facinus! quò tranſitus inde paratur!
Bos aret; aut mortem ſenioribus imputet annis:
Horriferum contra Borean ovis arma miniſtret.
Ubera dent ſaturae manibus preſſanda capellae.
Retia cum pedicis, laqueosque artesque doloſas
Tollite: nec volucrem viſcatâ fallite virgâ:
Nec formidatis cervos includite pinnis:
Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.

Per-

prim. Gronov. & multi alii. ſec. Medic. *quid qui paratur* prim. Hamburg. & duo alii. *quo tranſitus inde paratur* prim. Erfurt. & prim. Ambroſ. recte. *paratur* alii etiam plurimi. Heins.

471. *Horriferum.*] *Horrificum* Oxon. & prim. Moret.

474. *Nec volucres.*] *Volucrem* ex plerisque ſcriptis. Heins.

475. *Nec formidatis cervos includite pennis.*] Sic quidem legitur, ſed *formidantis* forſitan eſt legendum, ut cervorum ſit epitheton, qui natura vel Homeri teſtimonio timidiſſimi ſunt. *Pennis*, id eſt ſagittis. à parte namque totum per ſynecdochen frequenter ſignificatur, pennae enim ſagittis adglutinantur. Regius. Qui *formidantes* legunt, poëtae non intelligunt ſenſum. tangit enim venantium cervos morem, qui rubras funibus pennas ſuſpendunt, quacunque retia non locantur: ut earum formidine cervi illinc ſe recta proripiant. Eum morem tangit Virg. III. Georg. 371. de cervis loquens his verſibus,

Hos non immiſſis canibus, non caſſibus ullis,
Puniceaeve agitat pavidos formidine pennae.

Legimus tamen & alias feras his artibus capi. Seneca in Hippolyto, 46.

Picta rubenti penna Vano claudat terrore feras.

Et in ſecundo de Ira, cap. 12. *Cum maximos ferarum greges linea pennis diſtincta contineat, & ad inſidias agat.* Ac paulo poſt. 106. *Umbra ab infantibus, à feris rubens penna metuitur.* Const. Fan. Et rectè legitur *formidatis*, ut ad pennas referatur, & falſus eſt Regius, qui *pennas* hoc loco pro ſagittis accipit. Non enim ſagittas intelligit poëta, ſed revera pennas, quibus plerumque puniceis, interdum etiam odoratis, ſolebant venatores perterrefacere cervos, eaque loca, intra quae cervi verſarentur, circumdare. Hinc Virgilius quoque, de cervis loquens, tertio Georg. dixit, *Hos non immiſſis &c.* Et Lucanus IV. 451.

——— *Sic dum pavidos formidine cervos*
Claudat odoratae metuentes aëra pennae.

Item Auſonius apud Theonem:

An cum fratre vagos dumeta per avia cervos
Circumdas maculis, & multae indagine pinnae.

Atque eadem haec Caelius quoque annotavit libro decimo ſexto capite undecimo. Micyll. *Illudite* prim. Palat. Cantabr. tert. Medic. Urbin. Neapol. Thuan. prim. Erfurt. uterque Hamburg. prim. Moret. aliique complures. *eludite* prim. Ambroſ. ſed fruſtra. ſic Noſter Faſt. V. 371.

— *pro Libycis clauduntur rete leaenis*
Imbelles capreae.

Lucanus ſimiliter lib. VI. 42. *Feras indagine claudere.* Vide plura noſtri Vlitii Notis ad Gratii ℣ſ. 49. primae ac ſecundae curae. apud Senecam tamen Hippolyto ſcribe, 40.

Picta rubenti linea pinnâ
Vano ludat terrore feras.

nam veterrimus Mediceus, *cludat.* vulgati, *claudat.* Ceterum *pinnis* in Naſone reponendum. ita enim Gratius ac Nemeſianus paſſim. Auſonius Ep. V.

Perdite, ſiqua nocent. verum haec quoque perdite tantum.
Ora vacent epulis: alimentaque congrua carpant.

FAB. XLIV. ARGUMENTUM.

Egeria in vallem Aricinam ſe confert.

Egeria poſt mortem mariti Numae in vallem Aricinam [a] *ſe contulit lugens.*

TAlibus atque aliis inſtructo pectore dictis
In patriam remeaſſe ferunt; uitroque petitum
Accepiſſe Numam populi Latialis habenas.
Conjuge qui felix Nymphà, ducibusque Camenis,
Sacrificos docuit ritus; gentemque feroci
Adſuetam bello pacis traduxit ad artes.
Quem, poſtquam ſenior regnumque aevumque peregit,
Exſtinctum Latiaeque nurus, populusque, Patresque,
Deflevêre Numam. nam conjux urbe relictâ
Vallis Aricinae denſis latet abdita ſilvis:
Sacraque Oreſteae gemitu queſtuque Dianae
Impedit. ah quoties Nymphae nemorisque lacusque,

Ne

An cum fratre vagos dumeta per avia cervos
Circumdas maculis, & multa indagine pinnae?
inde *pinnatum inſtrumentum in fune ad terrendas feras* Servio Æn. XII. & lemma in antiquo codice Gratii, *De pinnatis conficiendis.* ita & apud Virgilium bis longe veterrimi duo codices, alter Mediceus, Vaticanus alter, literis uncialibus ſcripti, *Puniceae formidine pinnae* Georg. III. & apud Lucanum ſcripta exemplaria. pro *formidatis* plurimi codices, *formidantes.* Forte, *formidandis.* HEINS. Nos *includite* praetulimus. de pennis vel pinnis his vid. Juret. ad Symmach. I. Ep. 47.

478. *Alimentaque congrua carpant.*] Libri veteres, *Alimentaque mitia carpant.* CIOFAN. *Mitia* omnes praeter prim. Vatic. & quinque alios. quomodo Noſter ſaepe alibi. nil muto tamen. Memini enim *congruum ſermonem* quoque apud Plautum occurrere. Rutil. I. Itin.

Triſtibus excepit congrua fata reis.

Catalecta Pithoei pag. 159.

Congrua nunc tardus diffundat jura miniſter. HEINS.

[a] *Se contulit.*] *Secum tulit* Parm. qui titulum & argumentum eodem exemplo exhibet, niſi quod in illo *contulit.*

484. *Traduxit.*] *Deduxit* unus. *transmiſit* Vatic. ſec. *traducit* octo. *traduxit in uſum* unus Heinſii. *gentemque ferocem* unus. *profanam* alius. *conſuetam* etiam duo.

485. *Qui poſtquam ſenior.*] *Quem* Cantabrig. ſed tum poſtea, pro *Deflevere Numam*, refinge, *Deflevere virum*, nam τὸ *Numam*, quod paulo ante praeceſſerat, aut ex gloſſemate interlineari irrepſit, aut ex geminata perperam ſequenti voce *nam* conflatum eſt. HEINS. Forte ſcripſerit, *deflevere. Numae nam conjux &c. deflevere ſimul* etiam volebat Heinſius olim.

489. *Oreſteae Dianae.*] Pauſanias dicit, ritum, quo antè humano ſanguine ſacrificabatur deae, poſtea à Lycurgo ſublatum & pro eo inſtitutum, ut adoleſcentes verberibus in eadem ara caederentur, unde poſtea Βωμονίκαι appellati, qui ſufferendis pluribus verberum ictibus viciſſent. De qua re & Serv. annotavit in VII. Æneid. Sed hîc Dianae ſimulachrum principio in Italiam, inde rurſum in Laconiam deportatum dicit. Athenienſes autem etiam Brauronem, quod Atticae oppidum eſt, translatum tradidere. Sed de hac re copioſè Pauſanias in Laconicis. MICYLL.

490. *Impedit.*] *Impetit* Cantabr.

492. *Dixerunt! quoties flenti Theſeïus heros, Siſte modum, dixit!*] *Dixerunt! ah quoties* Barberin. Lege, *Dixére! ah quoties.* Deinde, pro *Siſte modum*, quod Latinum vix eſt, repono, *Sit modus ô, dixit.* Certe Zulichemianus, *Siſte modo.* Valerius Flaccus libro IV. ỹſ. 474.

Teque, ait, injuſti, quae nunc premis, ira Tonantis,
Ante precor, noſtrae tandem jam parce ſenectae.
Sit modus. & fore credo equidem. nam veſtra voluntas
Quid, juvenes, ſine face Deum?

ſic ſcribendi iſti verſus. Paulo poſt verſ. 485. apud eundem repone,

Sic ait, & fatis jam jam cedentibus omnes
Impulit, & dirae commovit imagine poenae.

bene etiam unus Voſſianus, *flendi.*

—— *ah quoties, flendi, Theſeius heros,*
Sit modus, ô dixit.

Art. Am. II. 25.

Sit modus exilio, dixit, juſtiſſime Minos.

Stat.

Ne faceret, monuere; & conſolantia verba
Dixere! ah quoties flenti Theſeïus heros,
Siſte modum, dixit: neque enim fortuna querenda
Sola tua eſt. ſimiles aliorum reſpice caſus:
Mitius iſta feres. utinamque exempla dolentem,
Non mea te poſſent relevare! ſed & mea poſſunt.

Fab. XLV. Argumentum.

Hippolytus in Deum Virbium.

Hippolytus, cum propter novercale odium [a] *propulſus* [b] *eſſet patria, & Troezena proficiſceretur, ex improviſo mari elatus taurus, ſicut parens optaverat,* [c] *graviſſimum ei objecit timorem :* [d] *& exaſperatis equis* [e] *tractus interiit :* [f] *Quem Æſculapius, Dianae voluntate, cujus initio comes fuerat, reduxit ad ſuperos.* [g] *Hinc ab eadem Dea evocatus in nemus Aricinum, mortalitatem exſuit;* [h] *à converſo itaque nomine Deus Virbius eſt adpellatus.*

FAndo aliquem Hippolytum veſtras (puto) contigit aures,
Credulitate patris, ſceleratae fraude novercae

Oc-

Stat. Theb. v.

——— *nec fletibus unquam*
Fit modus. Heins.

494. *Sola tua eſt.*] *Sola tibi eſt* prim. Moret. & duo alii. Idem. *Aliarum* etiam unus Moreti. *proſpice* duo libri.

496. *Poſſent.*] *Poſſint relevare* Voſſ. *& mea poſſent* duo.

[a] *Propulſus.*] *Pulſus* Micyll.

[b] *Eſſet patria.*] *Propulſus a patria Troezenam prof.* Colon.

[c] *Graviſſimum.*] *Equos currum ejus trahentes perterruit, adeo ut ipſe corruens & miſere membra diſtractus interiret* Colon.

[d] *Et exaſperatis.*] *Et* deeſt Parm. Lugd. *itaque* Micyll.

[e] *Tractus.*] *Diſtractus* Micyll.

[f] *Quem Æſc.*] *Verum hunc Æſc. Apollinis filius D. v. medicamentis vivum reſtituit, moxque a Diana (cujus virginitatis comes fuerat) ne agnoſceretur, in majorem aetatem promotus, Virbius nomine dictus, in Aricino nemore collocatus eſt* Colon.

[g] *Hinc ab eadem Dea.*] *Hinc ejusdem Deae revocatus i. n. A. m. exuit* Parm. Lugd. *hinc ejusdem de inferis revocatus in &c.* Micyll. deeſt aliquid; *ejusdem Deae numine*, vel ſimile quid.

[h] *A converſo.*] *A* deeſt Parm. Lugd. Micyll.

497. *Fando aliquem Hippolytum veſtras ſi contigit aures.*] *Veſtras quoque* prim. Palat. prim. Vatic. tert. quart. Medic. Calandr. & viginti circiter alii. *veſtras puto* Urbin. Bernegg. Oxon. Arondel. prim. Gronov. Noricus & alii ſex. probe. *Fando*, Virgiliana imitatione:

Fando aliquod ſi forte tuas pervenit ad aures
Belidae nomen Palamedis.

quomodo ille & ceteri Epici ſaepe. Valerius Flaccus lib. v. 473.

Si fando hic aliquam noſtro ſatus orbe ſolebat
Theſſaliam, ſi quos Phryxus memorare Pelaſgos.

Si quando perperam nunc ibi exſtat. ex quo loco apparet, etiam in Virgilio *aliquod nomen* reponi debere, quomodo in longe vetuſtiſſimo Mediceo codice exaratum offendi. Apulejus Apologia: *Quis unquam fando audivit.* & mox, *Quis enim fando audivit.* deinde, *Multa fando, Maxime, audiſti.* in Floridis, *Fando accepimus.* & lib. iv. Met. *Dîs etiam ipſique Jovi formidabilis aquas Stygias vel fando comperiſti.* Macrob. Satur. i. 13. *Plerasque earum rerum nemo noſtrûm vel fando comperit.* Plaut. Amph. *Quaecumque nec fieri poſſunt, nec fando umquam accepit quisquam.* Gellus lib. xvii. c. 10. *Hoc nec a Pindaro ſcriptum, nec fando umquam auditum.* Silius libro x.

——— *ſi Porſena fando*
Auditus tibi, ſi Cocles, ſi Lydia caſtra.

Statius Theb. i.

Sed quid fando tua tela manusque
Demoror. Vetus Poëta apud Ciceronem Tuſculanis Quaeſtionibus: *Neque tam terribilis ulla fando natio eſt.* Symmach. lib. i. ep. 64. *Fando acceperas.* hinc *fatu turpe*, quomodo *dictu turpe* in Priapeis Epigrammate xxxiii.

Turpe quidem fatu, ſed ne tentigine rumpar,
Falce manu poſitâ fiet amica manus.

ita enim vetus codex, qui penes me exſtat. Vulgati, *Turpe quidem factu.* ſic apud Maronem, *Haud mollia fatu* libro xi. Æn. *Venerandi fatus* apud Marcianum Capellam lib. iv. Senec. Oedip. act. ii.

Quod tarda fatu eſt lingua, quod quaerit moras.

ita

Occubuiſſe neci. mirabere, vixque probabo :
Sed tamen ille ego ſum. me Paſiphaeïa quondam
Tentatum fruſtra, patrium temeraſſe cubile
[Quod voluit finxit voluiſſe : & crimine verſo,]
(Indiciine metu magis, offenſâne repulſae)
Arguit : immeritumque pater projecit ab urbe;
Hoſtilique caput prece deteſtatur euntis.
Pittheam profugo curru Troezena petebam;
Jamque Corinthiaci carpebam litora ponti ;
Cum mare ſurrexit : cumulusque immanis aquarum
In montis ſpeciem curvari & creſcere viſus;
Et dare mugitus; ſummoque cacumine findi.
Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis,
Pectoribusque tenus molles erectus in auras,

Nari-

ita optimae membranae Florentinae; vulgati, *quod tardo fatum.* idem Agamemnone, *Acerba fatu poſcis.* de *fandi* verbo plura Voſſius Gramm. de Analog. III. 9. HEINS. Vide ſupra ad lib. IX. 7.

497. *Veſtras ſi contigit aureis.*] Eleganter de fama loquens, *veſtras*, inquit, pluraliter. deinde, addens miraculum, ſingulariter, *mirabere*, inquit, tamquam notitia ad omneis, miraculum vero maxime ad Aegeriam ſpectet. GLAREAN.

498. *Sceleratae & fraude.*] Τὸ & non agnoſcunt plurimi ex vetuſtioribus. & abeſt rectius. HEINS.

502. *Quod voluit finxit voluiſſe, & crimine verſo.*] Verſus importune huc inculcatus à ſciolo. multi veteres,

Quod voluit voluiſſe infelix crimine verſo.

alii aliter. pro *temerare* prim. Gronov. prim. Baſil. & multi alii, *temeraſſe.* pro *Tentatum* prim. Vatic. tert. Medic. & tres alii, *Tentavit.* Forte, *Tentato.* ut concurſum vitet quarti caſus. pro *Paſiphaeïa quondam*, Scaliger (ad Manil. lib. v. ỳſ. 536.) *Me quondam Paſiphaëa.* male. nam *Paſiphaëa* eadem cum *Paſiphaë.* ut *Calliope*, *Calliopea*, *Hippodame. Hippodamia.* Si quid mutandum ſit, refingam, *Me Paſiphaëïdi quondam.* vel *Paſiphaëias olim.* mox,

Indiciine metu magis, offenſane repulſae

ex melioribus ſcribe, & *dubium eſt* ſubintellige. Videantur quae notavi ad Epiſt. Medeae, ỳſ. 149. Niſi τὸ *magis* obrepſit in locum τοῦ *dubium.* cujusmodi errores alibi quoque commiſſos hic illic deprehendi. Poteſt etiam *Arcuit* pro *Arguit* reponi. ut ad Theſeum referatur:

Arcuit, immeritumque pater projecit ab urbe.

vel,

Arcuit, emeritumque nihil pater ejicit urbe.

nam prim. Vatic. *immeritumque nihil.* De *emerendi* verbo hac ſignificatione alibi plura notamus. ſic *emirari*, pro *mirari*, apud Horat. lib. I. Od. V. Reliqui fere codices,

Damnavit meritumque nihil pater ejicit urbe.

quibus cave accedas. τὸ *Arguit* poteſt etiam ferri quod in *damnavit* mutarunt, qui parum intelligebant ad Phaedram hoc debere referri, non ad Hippolyti parentem. *projicere* dixit ut Apulej. Met. VII. *Hunc inſimulatum quorundam aſtu projecit extorrem ſaeviens invidia.* HEINS. Sic ſaepe ſe *projectum* Ovidius in Triſtibus & ex Ponto libris vocat. vid. V. Triſt. I. 13. & VIII. 1. ſic apud Juſt. XXIV. 3. de Arſinoë: *Sciſſa veſte & crinibus ſparſis, cum duobus ſervulis ex urbe, projecta Samothraciam in exſilium abiit.* ita in codice Bodlejanae Biblioth. eſſe notavit Hearnius. vulgo *protracta.* BURM.

503. *Offenſane repulſae Arguit: immeritumque pater projecit ab urbe.*] Libri calamo deſcripti:

—— *Offenſa ne repulſae*
Damnavit, meritumque nihil pater ejicit urbe.

Quod vehementer mihi placet. Qui verſus ſolùm differt à lib. meo, quòd in eo eſt, *Pater ejicit ab urbe.* CIOFAN.

504. *Ejicit Urbe.*] Terent. in Andria II. 3. *Quamobrem ejiciat oppido.* Aliter loquitur Novius, ſive Naevius, Danaë: *Indignè exigor patriâ innocens.* et aliter Turpilius Lemniis:

Propter peccatum pauxillum indigniſſimè
Patria protelatum eſſe ſaevitia patris.

Citat Nonius in verbo *Protelandi*, id eſt excludendi. IDEM.

506. *Pittheam.*] *Pitthean* prim. Palat. prim. Reg. & octo alii. ut ſupra ỳſ. 296. HEINS.

510. *Summoque cacumine findi.*] Vatican. & meus, *Cacumine fundi.* CIOFAN. *In acumine* quidam codices.

511. *Corniger hinc taurus.*] Hunc Diana poſt occidiſſe dicitur. vid. Apoſtolii Paroemiam, Ταυροπόλου Ἀρτέμιδος τυχότερος· unde *Diana Tauropolos*, vid. Etymol. M. in Ταυρόπολον, quo nomine etiam

Am-

Naribus & patulo partem maris evomit ore.
Corda pavent comitum. mihi mens interrita manſit,
Exſiliis contenta ſuis. cum colla feroces
Ad freta convertunt, adrectisque auribus horrent
Quadrupedes; monſtrique metu turbantur; & altis
Praecipitant currum ſcopulis. ego ducere vanâ
Frena manu, ſpumis albentibus oblita, luctor:
Et retro lentas tendo reſupinus habenas.
Nec vires tamen has rabies ſuperaſſet equorum;
Nî rota, perpetuum quâ circumvertitur axem,
Stipitis occurſu fracta ac disjecta fuiſſet.
Excutior curru: lorisque tenentibus artus
Viſcera viva trahi, nervos in ſtirpe teneri,
Membra rapi partim, partim reprenſa relinqui,

Oſſa

Amphipoli cultam conſtat ex Livio XLIV. 44. & ejusdem nominis Diana & Minerva conſortes erant. vid. Heſych. in ταυροπόλαι. ſacra hinc ταυροπόλια, de quibus Caſaub. ad Athen: VI. 16. Servius ad Virgil. VI. 448. & VII. 761. Phocam fuiſſe dicit. Seneca etiam in Hippolyto 1036. *taurum* dicit fuiſſe, ubi Gloſſa in codice Trajectino addit, *monſtrum ſimile fuit tauro, quem domuit Hercules.* Nimirum in loco Senecae legerat, ut eſt in iſto codice, *Herculea taurus colla ſublimis gerens.* Burm.

515. *Tum colla feroces.*] *Cum* ex ſcriptis plerisque. pro *exiliis contenta ſuis* excerpta Calandrae, *exilii ſui*, uſus ſecundi caſus elegans eſt in ſimilibus. Paterculus lib. II. de Maecenate, *Vixit angusti clavi paene contentus.* Juſtin. libro XLII. *Scythae autem contenti victoriae depopulata Parthia in patriam reverturtur.* ſic in Fuldanis codicibus Modius invenit. quart. Mediceus & unus Leidenſis, *Exiliis intenta.* ut in Triſtibus IV. 1.

Mens intenta ſuis ne foret usque malis.

Heins. Vid. ad lib. V. 169.

515. *Colla feroces Ad freta convertunt.*] Colla, id eſt capita, quanquam ſi capita convertunt, etiam colla convertunt, ad quae capita conſiſtunt. eſt autem ſecundum naturam deſcriptus equorum horror. Glarean.

516. *Arrectisque auribus horrent Quadrupedes.*] Propriè hoc de pecudibus dicitur. Translatè autem Terentius in Andria: *Arrige aures, Pamphile.* Et Virg. lib. II. Aeneid. 303.

—— *atque arrectis auribus adſta.*

Ciofan. *Arrectisque* major ſcriptorum pars. & rectè. nam *erectus* paulo ante praeceſſerat. ita apud Virgil.

Auribus arrectis nocturna ſilentia tentat.

& de equo, *arrectasque impulit aures.* Sil. X. 459. *arrectisque auribus acrem Hinnitum effundens.* malo etiam, *haerent* quàm *horrent*, ne bis idem dicat. pro *metu turbantur* ſec. Vatic. & duo Medicei, *terrentur.* ut Faſt. VI. 739. in eadem narratione,

Attoniti terrentur equi.

Epiſt. prima,

Hic lacer admiſſos terruit Hector equos.

Heins. *Erectis* alii.

519. *Luctor.*] *Nitor* unus. Regius notat & *luſtro* legi. *tento* prim. Gronov.

522. *Perpetuum quae circumvertitur axem.*] Duo Vatic. Caeleſt. Urſini & meus, *Volvitur axem.* Aliter Varro, cujus haec carmina citat Marius Victorinus:

Vidit & aetherio mundum torquerier axe,
Et ſeptem aeternis ſonitum dare vocibus orbes,
Nitentes aliis alios, quae maxima divis
Laetitia ſtat: tum longè gratiſſima Phoebi
Dextera conſimiles meditatur reddere voces.

Ita cum doctiſſ. Scaligero diſtinguenda ſum arbitratus. Ciofan. Lege, *qua* cum uno meo & Sixiano. alius meus, *quo circumvolvitur* prim. ſec. Pal. Cantab. Oxon. Urbin. Bernegg. prim. Reg. prim. Erfurt. aliique plurimi. Prudentius contra Symmach.

Emicat ac volucri ſervens rota volvitur axe.

circumflectitur Muret. Heins.

523. *Et disjecta fuiſſet.*] Liber meus, *Ac dejecta.* Ciofan. *Disjuncta* duo libri. *lacerata* Palatinus unus. *ſtipitis incurſu* duo.

524. *Artus.*] Pedes. Regius. Aut manus etiam: nam manibus habenas moderantur aurigantes. Micyll. Eodem modo etiam hoc loco videtur *artus* pro pedibus uſurpaſſe, quanquam & ad aliud quodvis membrum ſenſus eſſe poteſt, potiſſimum autem ſi de pedibus intelligamus. Glarean. Ita, *primos ſuſpenſus in artus* lib. VIII. 398. ubi vidimus *artus* & *membra* eſſe diverſa.

525. *Nervosque in ſtirpe teneri.*] Vatic. & meus, *Nervos*, ſine conjunctione. Ciofan. *In ſtipe* ſec.

Ossa gravem dare fracta sonum, fessamque videres
Exhalari animam; nullasque in corpore partes,
Noscere quas posses: unumque erat omnia vulnus.
Num potes, aut audes cladi componere nostrae,
Nympha, tuam? vidi quoque luce carentia regna:
Et lacerum fovi Phlegethontide corpus in undâ.
Nec, nisi Apollineae valido medicamine prolis,
Reddita vita foret. quam postquam fortibus herbis
Atque ope Paeoniâ, Dite indignante, recepi;
Tum mihi, ne praesens augerem muneris hujus
Invidiam, densas objecit Cynthia nubes:
Utque forem tutus; possemque impune videri;
Addidit aetatem: nec cognoscenda reliquit
Ora mihi. Cretenque diu dubitavit habendam
Traderet, an Delon. Delo Cretâque relictis
Hîc posuit: nomenque simul, quod posset equorum
Admonuisse, jubet deponere: Quique fuisti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.
Hoc nemus inde colo. de Dîsque minoribus unus
Numine sub dominae lateo: atque accenseor illi.

Fab. XLVI. Argumentum.

[a] Egeria in fontem.

[b] *Egeria Nympha, Numae Pompilii*[c] *conjux,* [d] *post viri interitum cum se in nemus Aricinum contulisset,* [e] *ibi questu adsiduo deflevit casum viri,* [f] *fatigans Dianam, ejus regionis inco-*

Vatic. Boxhorn. & unus meus. Puto, *vepre.* Seneca Hippol. 1002.

——— *inde semanimem secant*
Virgulta, acutis asperi vepres rubis. Heins.

526. *Partim reprensa relinqui.*] *Deprensa* legit Delrius ad Hippolytum Senecae ỳs. 1051. Sed vulgata, quam & libri veteres agnoscunt, non est sollicitanda. *reprendere* enim est proprie ex fuga retrahere. Vide Notas lib. XIII. 235. apud Caesarem Belli Civilis libro primo, *reprendere*, pro *deprendere*, ter quaterve legitur in vetustis exemplaribus. Heins. *Partimque repressa* octo libri. *deprensa* unus Medic.

527. *Membra rapi.*] Liber Urs. *trahi:* quod probo. Ciofan.

528. *Exhalare animam.*] *Exhalari*, cum plerisque scriptis. Heins.

530. *Num potes, aut audes &c.*] Liber meus, *Nunc potes.* Unus Vatic. *Non potes.* Alius, *An potes.* In Cacleſt. est, ut in impressis, quod sequendum arbitror. Ciofan.

532. *Fovi.*] *Lavi* quatuor. *vidi* unus. *vovi* alius.

533. *Medicamine prolis.*] *Mortis* Neapol.

541. *Delo Cretaque.*] *Creteque* Thuan. & alii octo. quanquam sextum casum, quo Graeci carent, in nominibus Grajis Latina enunciatione saepe Latini efferunt, sic ab *Anchisa*, ab *Laërta*, ab *Atrida.* Heins.

546. *Atque assentior illi.*] Liber meus & Caelest. habent, *Atque acceptior illi.* Quòd si recipiatur *Acceptior*, valet carior, & subaudiendum verbum *sum.* Ciofan. *Acceptior* Thuan. Arond. Juret. sec. Palat. quart. Medic. & sedecim alii. *accersior* Bernegger. Junian. & duo alii. vel, *accerceor.* duo item, *assentior.* Arondel. pro diversa lectione, *accensior.* Graevianus, *assenseor.* Scribe, *accenseor.* atque ita prim. Strozzae, unus Leidens. & unus Ambros. eleganti & proprio verbo, quod etiam Nasoni redonavimus Met. III. ỳs. 691. Statius Theb. IX. 397.

Ad cineres saltem supremaque justa tuorum
Saeve veni; non his solum accensure nepotem.

ita scribo. vulgati *hic.* ut ab *accendere* derivetur. hinc & *accensi* dicti teste Nonio, *quod decurionibus*

incolam, adsiduo fletu. [g] *Novissimè lacrimae ejus ab eadem dea transmutatae sunt in fontem, qui ex ejus nomine nuncupatur Egeria.*

NOn tamen Egeriae luctus aliena levare
Damna valent: montisque jacens radicibus imis
Liquitur in lacrimas: donec, pietate dolentis
Mota, soror Phoebi gelidum de corpore fontem
Fecit; & aeternas artus tenuavit in undas.

Fab. XLVII. Argumentum.

[a] Gleba in pueri figuram mutata.

Cum in Tyrrhenia, quae etiam [b] *Tuscia est, quidam* [c] *arator justum opus in dies redderet, presso vomere glebam opinione sua ponderosiorem excitavit; cujus dum* [d] *miratione premeretur, animadvertit eam in figuram pueri esse transmutatam, qui Etruscorum lingua Tages* [e] *postea nomine futurorum scientiam invenit.*

AT Nymphas tetigit nova res: & Amazone natus
Haud aliter stupuit: quam cum Tyrrhenus arator
Fatalem glebam mediis adspexit in arvis,
Sponte suâ primum, nulloque agitante, moveri:
Sumere mox hominis, terraeque amittere formam;
Oraque venturis aperire recentia fatis.
Indigenae dixere Tagen: qui primus Etruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.

Fab.

& centurionibus accensebantur, id est attribuebantur. Heins.

[a] *Egeria.*] *Aegeria nympha, conjux Numae, in fontem* Parm.

[b] *Egeria.*] *Aegerea N. N. P. c. morte viri luctu se insolabili in Aricino monte confligens, a Diana, ejus incola regionis, tantis fletibus commota, in fontem sui nominis est transfigurata* Colon.

[c] *Conjux.*] *Conjux proditur* Micyll.

[d] *Post viri.*] *Quae post* Parm. Lugd. Micyll.

[e] *Ibi.*] *Ibique* Micyll.

[f] *Fatigans.*] *Fatigata* Micyll. in marg. *fatigavit.*

[g] *Novissime.*] *Novissime igitur* Micyll.

547. *Non tamen.*] *Nec tamen* sec. Moreti.

548. *Radicibus imis.*] Malim, *imi montis.* Heins. Nihil muta. Flor. III. 20. *Ad imas ejus* (Vesuvii) *radices descendere.* & lib. II. 3. *Ligures imis Alpium jugis adhaerentes.* quamquam ibi mallem, *primis. Extremas Alpium radices* idem dixit lib. II. 5. Burm.

[a] *Gleba.*] *Gl. in puerum eundem Tagem nomine* Parm.

[b] *Thuscia est.*] *Thuscia dicta est* Micyll. *quae postea Italia dicta est* Parm.

[c] *Arator.*] *Agricola justum redderet* Colon. forte *justa*, ut saepe Columella & alii.

[d] *Miratione.*] *Admiratione teneretur, advertit e. i. f. p. e. transfiguratam* Colon.

[e] *Postea.*] *Postea dictus & f. s. adinvenit* Colon.

554. *Motis adspexit in arvis.*] Eadem exemplaria & Urs. *Mediis adspexit in arvis.* Ciofan. Plurimi veteres, *mediis.* recte. quia *moveri* sequitur. alioquin *mota terra* pro arata. Noster lib. III. 102.

——— *motaeque jubet supponere terrae*
Vipereos dentes.

Pont. lib. I. El. IX.

Experiar motâ spargere semen humo.

Virgil. I. Georg. 122.

——— *primusque per artem*
Movit agros.

sic & alibi tam ille quàm Noster. Heins. *Gelidis* unus Moreti. *conspexit* etiam quinque libri & Bersman. *in antris* unus.

557. *Recentia.*] *Rigentia* Leid. *ingentia* Langerm.

558. *Indigenae dixere Tagen, qui primus Etruscam Edo-*

Fab. XLVIII. Argumentum.

Jaculum Romuli in arborem.

Romulus, Martis & Iliae filius, [a] *cum venaretur, ex monte Aventino perſequens aprum fugientem, jaculum* [b] *jecit;* [c] *quod cum protinus in colle Palatino haeſerit, loco ejus montis* [d] *ſcala facta; cujus ima* [e] *pars adeo depreſſa terrae eſt, ut ſit comprenſa radicibus; effectum eſt noviſſimè, ut in arborem* [f] *Cornum converſum ſit.*

UTve Palatinis haerentem collibus olim,
Cum ſubito vidit frondeſcere Romulus haſtam;
Quae radice novâ, non ferro ſtabat adacto:
Et jam non telum, ſed lenti viminis arbor,
Non exſpectatas dabat admirantibus umbras.

Fab. XLIX. Argumentum.

[a] Cippus factus cornutus.

Cipus [b] *Genutius ab hoſte victor* [c] *revertens, priusquam triumphans portam intraret, ani-*

Edocuit gentem caſus aperire futuros.] Hujus Tagis haec mentio eſt apud Ammianum lib. XXI. *Divinationis Tages quidam monſtrator (ut fabulantur) in Etruriae partibus emerſiſſe ſubitò viſus è terra.* Ciofan.

[a] *Cum venaretur.*] *Cum in monte Aventino moraretur, perſequens aprum, in eum fugientem ejaculatus eſt haſtam, quae colle Palatino adfixa adeo haeſit, ut radicibus ſumtis noviſſime in arborem Cornum frondium multarum augmento verteretur* Colon.

[b] *Jecit.*] *Fecit* Parm.

[c] *Quod cum protinus.*] *Quod protinus* Parm. Lugd.

[d] *Scala facta.*] *Scaletete* Parm. *ſcala recte* Lugd.

[e] *Pars adeo.*] *Pars ſpecu adeo d. t. e. & comprehenſa r.* Parm. Lugd. Micyll.

[f] *Cornum.*] *Cornum incremento converſa ſit* Parm. Lugd. *cornu in incremento* Micyll.

560. *Collibus.*] *Cornibus* prim. Palatin.

561. *Frondeſcere.*] *Floreſcere* Ms. Berſm. male. Servius ad Virg. III. Aen. 46. *Romulus capto augurio haſtam de Aventino in montem Palatinum jecit, quae fixa fronduit.* Burm.

562. *Non ferro ſtabat adacto.*] Vatican. *Cùm ferro.* Liber meus, *Cùm ferro ſtabat adempto.* Ciofan. *Adacto* Regius & Neapol. *acuto* Leidenſ.

564. *Non exſpectatas.*] Puto, *Haud exſpectatas.* nam *non* bis praeceſſerat. Heins.

[a] *Cippus.*] *Cypri frons in cornua* Parm.

[b] *Genutius.*] *Genitius* Parm. Lugd. Micyll. Colon.

[c] *Revertens.*] *Rediens* Colon.

[d] *Cornua.*] *In Tiberina unda cornua ſibi in temporibus eſſe nata* Colon.

[e] *Temporibus.*] *In temporibus* Parm. Lugd. Micyll.

[f] *Exterritus.*] *Territus* Colon.

[g] *Eum.*] *Se* Colon.

[h] *Quod ille.*] *Quod enim* Parm.

[i] *Averſatus.*] *Adverſatus* Parm. Lugd. Micyll. *hoc omen averſatus c. p. rem indicavit. Et cum tenaciter confirmaret, ſe patriae tyr. numquam fut. decretum eſt omnium conſilio, dari ei tantum optimi agri, q. u. d. bobus aratro circ. poſſet* Colon.

[k] *Portaque.*] *Cornua vero, ut longo tempore facti praeberent monumentum, decoro opere, portae, qua fuerat egreſſus, inſculpſerunt* Colon.

[l] *In ſigni.*] *Inſignis gratia ut aeneis* Parm. Lugd. Micyll.

565. *Cippus.*] Vetuſti codices magna ex parte, *Cypus*, vel *Cipus. Genucius Cipus* eſt Valerio Maximo lib. v. cap. 6. ita enim membranae nomen illud exhibent. ut & apud Plin. l. XI. cap. 37. ubi nonnulli codices *cibum* nuncupant. exſtant apud me denarii argentei, cum hac inſcriptione, M. CIPI. M. F. unde Cipiam gentem Fulvius Urſinus, vir de literis inter primos optime meritus, conflavit, perperam, ut puto, cum ejus nulla apud antiquos exſtet mentio. quanquam a Cipo Cipii deduci poſſunt, tanquam a Metto Mettii. exſtat & nummus aereus qui M. CIPI. M. F. nomen id ipſum exhibet. Heins.

566. *Falſamque.*] *Falſaque* tres libri. vid. Epiſt. XVIII. 45. *credens effigiem* Cantab. & Ambroſ. deinde *ſaepe rejectis* Langerm.

569. *Victor domito veniebat ad hoſte.*] *Remeabat* prim.

animadvertit [d] *cornua ſibi* [e] *temporibus enata. quo prodigio* [f] *exterritus, haruſpices cum conſuluiſſet, reſponſum eſt,* [g] *eum, ſi in urbem intraret, regnaturum :* [h] *quod ille* [i] *averſatus, partibus convocatis indicavit, ac cum perſtitiſſet numquam ſe tyrannum futurum, decretum eſt ei univerſorum conſilio tantum agri, quantum uno die aratro poſſet circumdare :* [k] *portaque, qua intraturus fuiſſet,* [l] *in ſigni gratiam factum, ut aeneis cardinibus aptaretur, in qua ad memoriam poſterorum cornutum caput ejus exſculperetur.*

565 AUt ſua flumineâ cum vidit Cipus in undâ.
Cornua, (vidit enim) falſamque in imagine credens
Eſſe fidem, digitis ad frontem ſaepe relatis,
Quae vidit, tetigit. nec jam ſua lumina damnans
Reſtitit, ut victor domito remeabat ab hoſte.
570 Ad coelumque oculos, & eodem brachia tollens,
Quidquid, ait, Superi, monſtro portenditur iſto,
Seu laetum eſt, Patriae laetum, populoque Quirini;
Sive minax, mihi ſit. viridique è ceſpite factas
Placat odoratis herboſas ignibus aras:

575 Vina-

prim. & tert. Moret. Zulich. & unus Bonon. ut apud Virgilium, II. 45.

Si patrios unquam remeaſſem victor ad Argos.

&, XI. 793.

—— *patriam remeabo inglorius urbem.*

Val. Flaccus lib. IV. 589.

Proxima regna Lyci, remeat qui victor ab oris Bebriciis.

Lucanus lib. II. 553.

Et Scythicis victor remeaſſet Craſſus ab oris.

lib. III. 73.

Tecta petit patriae. proh! ſi remeaſſet in urbem, Gallorum tantum populis Arctoque ſubacta.

Silius lib. III. 433.

—— *laceros Tirynthius artus*
Dum remeat victor, lacrymis perfudit.

ſic & alii paſſim. latrones illi apud Apulejum Met. IV. *Praeter tantam fortunae copiam, quam noſtra virtute nacti ſumus, & incolumi numero caſtra noſtra repetivimus* (vulgo *petivimus*) *& ſi quid id ad rem, octo pedibus auctiores remeavimus.* vulgo, *& ſi quid ad rem facit. τὸ facit* abeſt recte a nonnullis membranis, *τὸ id* perperam exciderat. Heins. Recte Heinſius. proprie enim de victoribus & triumphum agentibus. ſed cur ergo lib. III. Faſt. 466. noluit admittere *redit*, in illis de Baccho.

Et Eoo dives ab orbe redit. Burm.

570. *Et eodem cornua tollens.*] *Brachia* Oxon. Polit. & ſex aut ſeptem alii. recte, ut puto. *cornua* hic importune ab arguto aliquo nugatore inculcata ſunt. l. XI. 132.

Ad caelumque manus & ſplendida brachia tollens. ita paſſim Noſter. Heins.

572. *Seu laetum eſt aliquid patriae populoque Quirini.*] Liber meus & Caeleſt. *Seu laetum eſt patriae, laetum populove Quirini.* Rectius omnino: ac vera & germana mihi videtur lectio, Capran. *ſeu l. eſt p. l. populoque* Q. Ciofan. Scripti maxima ex parte:

Seu laetum eſt, patriae laetum, populoque Quirini.

ne dubita, quin vere. *populo Quiriti* etiam unus ex meis. Heins. Celeberrimus Bentlej. ad Horat. III. Od. 6. pro *patriae, patribus* legendum eſſe contendit. ut & contra omnes codices Horatium ibi emendat. nos quidem concedimus facile, *patres populumque* ſaepe, etiam in ſollemnibus formulis, conjunctos: ſed quis neſcit toties variaſſe veteres? certe non minus videtur ex antiqua formula *patriae populoque* dictum; quae & occurrit in Accio in Aenead. pag. 90. edit. Scriverii:

Te ſancte, venerans precibus, invicte, invoco,
Portenta ut populo, patriae verruncent bene.

ubi & omittitur. *patria* vero notat *urbem* vel rempublicam, ut ſaepe in formulis, quod *felix fauſtumque reipub. populoque.* vide Briſſon. de Form. lib. I. pag. 67. ſic & Liv. V. 41. *Sunt qui M. Fabio Pontifice maximo praefante carmen, devoviſſe eos ſe pro patria, Quiritibusque Romanis tradunt.* Burm.

574. *Placat aras.*] Durius dictum videri poſſet, pro Deos placat ſacris in ara factis. ita tamen & *exoratas aras* dixit lib. VII. 591. & Senec. Thyeſt. 1058.

—— *caedo votiva focos*
Placavi.

& Claudian. I. in Eutr. 20. *Quo diras jugulo placabimus aras?* immo ipſe Cicero ſimiliter, pro

Vinaque dat pateris : mactatarumque bidentum,
Quid ſibi ſignificent, trepidantia conſulit exta.
Quae ſimul inſpexit Tyrrhenae gentis haruſpex;
Magna quidem rerum molimina vidit in iliis,
Non manifeſta tamen. cum verò ſuſtulit acre
A pecudum fibris ad Cipi cornua lumen;
Rex, ait, ô ſalve : tibi enim, tibi, Cipe, tuisque
Hic locus, & Latiae parebunt cornibus arces.
Tu modo rumpe moram : portasque intrare patentes
Adpropera : ſic fata jubent. namque Urbe receptus
Rex eris; & ſceptro tutus poţiere perenni.
Retulit ille pedem : torvamque à moenibus Urbis
Avertens faciem, Procul, ah procul omina, dixit,
Talia Dî pellant : multoque ego juſtius aevum
Exſul agam; quam me videant Capitolia regem.
Dixit : & extemplo populumque gravemque Senatum

Con-

Fontej. 17. *Nolite pati, judices, aras deorum immortalium Veſtaeque matris quotidianis virginis lamentationibus de veſtro judicio commoneri.* Burm.

576. *Quid ſibi ſignificent.*] *Quae ſibi ſigna ferant* Leidenſ. forte pro *quid.*

577. *Quae ſimul adſpexit.*] *Inſpexit* cum prim. Bonon. Servius Æneid. iv. 64. *Aruſpices proprie exta conſulere dicuntur, cum inſpiciunt.* & Feſtus, *Cujus ad exta inſpicienda conducuntur harioli.* hinc *inſpicia extorum* Tertulliano contra Marcionem :

——— *poſſe videre*
Extorum inſpiciis, resque explicare futuras.

apud Noſtrum ipſum ſupra Pythagoras, 137.

Protinus ereptas viventi pectore fibras
Inſpiciunt, mentesque deûm rimantur in illis.

Juvenalis Sat. iii. 44.

—— *ranarum viſcera nunquam*
Inſpexi.

Seneca Thyeſte, 757.

At ille fibras tractat, & fata inſpicit.

exempla plurima ſunt in promtu. *Inſpicere avem* formula auguralis apud Servium ad Ꝟſ. 375. lib. iii. Æneid. unde & *auſpicia* ſint dicta. Heins. Cicer. de Divin. i. *Democritus autem cenſet ſapientes inſtituiſſe veteres, ut hoſtiarum immolatarum inſpicerentur exta.* Plaut. Aulular. iii. ſc. vi. 29. *Exta inſpicere in ſole etiam vivo licet.*

579. *Suſtulit acre.*] *Acrem &c. vultum* unus Moreti. *atris a pecudis fibris* ſec. Stroz. *ſuſtulit augur* unus Heinſii. *alte* Leid. & Moreti.

580. *A pecudis fibris.*] *A ţecudum* rectius Francof. ut vitetur repetitio ſyllabae ejusdem *is.* & praeceſſit *mactatarumque bidentum.*

581. *O ſalve, tibi enim, tibi, Cippe, tuisque.*] Liber meus, *Tibi enim jam Cippe tuisque.* Quod magis probo. Ciofan.

582. *Parebunt.*] *Debebunt* prim. Bonon. vide ſupr. 442. ſed tunc legendum, *tibi enim ſe, Cipe, tuisque &c.*

583. *Rumpe moras.*] *Moram* Thuan. Heins. Et ita ſex alii. *rumpe vias* Menard. cod.

583. *Portasque intrare patentes Adpropera.*] Sic lib. Urſ. lib. verò Caeleſt. *Ha propera* Liber meus, *A propera.* Quod idem eſt. Nam *A* & *Ha*, ut ſuprà teſtatus ſum, pro eodem à librariis antiquis ſcriptitatum eſt. à recentioribus verò *Ah.* Superior lectio magis mihi probatur. Ciofan. *Ha propera* eſt in octo codicibus : *oppropera* in uno. *at propera* in alio. *&*, & *ac propera* in aliis.

585. *Perenni.*] *Per aevum* Thuan.

586. *Ille pedem.*] *Inde* duo libri.

587. *Procul ô.*] *Procul ah* veteres plerique. Heins. *Procul hinc* Leidenſ.

588. *Juſtius.*] *Tutius* tres libri. *multo quoque* totidem. pro *capitolia* erat in Thuaneo, *depamina*, quod quid velit neſcio.

590. *Gravemque ſenatum Convocat.*] Sic Plautus in Epidico. *Jam ſenatum convocabo in corde conſiliarium.* M. Tullius in i. orat. in Catilinam : *Quid, quod heſterno die, cùm domi meae paene interfectus eſſem, Senatum in aedem Jovis Statoris vocavi.* & lib. v. Familiar. *Recordare cetera; quam citò Senatum illo die, facta ſortitione, coëgerim.* Ciofan.

591. *Ante*

Convocat. ante tamen pacali cornua lauro
Velat: & aggeribus factis à milite forti
Insistit: priscoque Deos è more precatus,
En, ait, hic unus, quem vos ni pellitis urbe,
Rex erit. is qui sit, signo, non nomine, dicam.
Cornua fronte gerit. quem vobis indicat augur,
Si Romam intrarit, famularia jura daturum.
Ille quidem potuit portas irrumpere apertas;
Sed nos obstitimus: quamvis conjunctior illo
Nemo mihi est. vos Urbe virum prohibete, Quirites;
Vel, si dignus erit, gravibus vincite catenis:
Aut finite metum fatalis morte tyranni.
Qualia succinctis, ubi trux insibilat Eurus,
Murmura pinetis fiunt; aut qualia fluctus
Æquorei faciunt, si quis procul audiat illos;
Tale sonat populus. sed per confusa frementis

Ver-

591. *Ante tamen capitis nova cornua fronde Velat.*] Liber Caelest. *cornua lauro.* Ciofan. *Ante tamen pacali cornua lauro Velat* prim. sec. Palat. tert. Medic. Cantabr. Urbin. Neap. prim. Reg. prim. Erfurt. uterque Hamburg. aliique plurimi. recte. nisi quod in nonnullis, *placali.* sic *oleam pacalem* lib. VI. 101. dixit, & *pacales flammas* in Fastis l. I. 719. Plinius l. XV. c. 30. de lauru: *Ipsa pacifera, ut quam praetendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium.* & mox, postquam docuit eâ fasces Imperatorum decorari, eamque in gremio Jovis Capitolini deponi, *Non quia perpetuo viret*, inquit, *nec quia pacifera est, praeferenda ei utroque olea, sed quia spectatissima in monte Parnasso.* Ibidem docet, *suffimentum eam esse caedis hostium & purgationem*, ex Massurio. Statius Theb. XII. 65.

Pacifera lauro crinem vittisque decorus
Accubat.

Noster lib. IV. Fast. 91.

Venit Apollineâ longas Concordia lauro
Nexa comas.

Fastorum primo Noster, 713.

Frondibus Actiacis canos redimita capillos
Pax ades.

ubi per *frondes Actiacas* laurum intelligit, Apollini Actio sacram, ut hoc suo loco pluribus dicetur. posset & *baccali lauru* legi. sic Plinio lib. XVII. cap. 9. *Baccalis etiam laurus dicta.* Heins.

593. *Priscosque Deos de more.*] *E more* veteres. Scribe cum nonnullis antiquis, *priscoque Deos è more.* Fastis II. 282.

Flamen ad haec prisco more Dialis erat.

Heins. Fast. V. 428. *Qui partem prisci nunc quoque moris habes.*

594. *Est, ait, hic unus.*] *En ait* Thuan. & quinque aut sex alii. *ni pellitis* idem Thuan. & Cantabr. pro *nisi.* Heins.

596. *Quem vobis indicat.*] *Quae vobis indicat auctor* citat Eutyches lib. II. Grammat. pag. 2170. *nobis* Basil. & septem alii.

597. *Famularia.*] *Famulantia* Voss. *popularia* unus Heinsii.

598. *Irrumpere.*] *Perrumpere* Leidens.

599. *Obstitimus.*] *Obstruimus* Basil. *institimus* Oxon. at *nos* etiam Med. sec.

600. *Prohibete.*] *Removete* unus Heinsii & Moreti.

602. *Fatalis.*] *Fatali* tres libri. *fatali more* Regius unus.

603. *Succinctis.*] *Peliacis* unus Leid. eleganter, ut Catal. LXIV.

Peliaco quondam prognatae vertice pinus.

Sed nec vulgatum damno lib. X. 103.

Et succincta comas hirsutaque vertice pinus.

Zulich. non male, *substrictis.* quomodo *substricta ilia* libro III. 216. de cane, & *substricta crura* lib. XI. 752. de mergo ave. Heins. *Sacratis* unus Medic. *ut trux* Leidens. & Moreti. de murmure Pinetorum vide Parrhas. ad Claudian. I. de Rapt. 203. Virgil. Ecl. VIII. 22.

Maenalus argutumque nemus, pinusque loquentes,
Semper habet.

606. *Populus.*] *Vulgus* duo libri.

606. *Frementis.*] *Trementis* multi. *timentis* unus.

609. *Quem poscitis, inquit, habetis.*] Lib. Caelest. *Quem quaeritis.* Alii quidam, *Quem noscitis.*

Ciofan.

Verba tamen vulgi vox eminet una, Quis ille?
Et ſpectant frontes: praedictaque cornua quaerunt.
Rurſus ad hos Cipus, Quem poſcitis, inquit, habetis:
Et, demtâ capiti, populo prohibente, coronâ,
Exhibuit gemino praeſignia tempora cornu.
Demiſere oculos omnes; gemitumque dedere:
Atque illud meritis clarum (quis credere poſſit?)
Inviti vidêre caput: nec honore carere
Ulterius paſſi, feſtam impoſuere coronam.
At proceres, quoniam muros intrare vereris,
Ruris honorati tantum tibi, Cipe, dedere,
Quantum depreſſo ſubjectis bubus aratro
Complecti poſſes ad finem Solis ab ortu.
Cornuaque aeratis, miram referentia formam,
Poſtibus inſculpunt, longum manſura per aevum.

FAB.

CIOFAN. *Habemus* Oxon. Terent. Eun. v. 1. 19. *Habemus hominem ipſum.* Plaut. Caſin. II. VIII. 34. *Habeo viros.*

610. *Et demptâ capiti, populo prohibente, coronâ.*] Mirum quomodo aut quid prohibuerint. coronam enim de fronde intelligo, qua cornua tegebantur, quam ut demeret, cur prohiberet quisquam? & populus ei non impoſuerat, quin poſtea coronant eum verſu ſexto, *feſta corona*, quae cur ita dicatur adhuc quaero. haec & hujusmodi, quae remorantur lectorem, Commentatori explicanda erant, ſed alia aguntur. GLAREAN. Suſpecta certe vox, & profecta forte a librario indocto, qui coronam hic pro regio inſigni, ex ſuae aetatis moribus credebat, & qui ſimul modeſtiae Cipi convenire putabat, ut populus invitum cogeret regnare, ut capiebat etiam ſequentia, *feſtam impoſuere coronam.* ſed in codicibus nulla tamen eſt varietas. forte ſcripſerit, *populo mirante*, vel, *ſpectante*, vel ſimile quid, vel, *nullo prohibente.* BURM.

613. *Clarum.*] *Parvum* Gronov. Vatic. & Argent.

616. *At proceres, quoniam muros intrare vetaris.*] Caeleſt. *Quoniam portas.* CIOFAN. *Vereris* Moreti, quod nos rectius & meritis Cipi convenientius credimus.

618. *Bobus.*] *Bubus* prim. Palat. prim. Vatican. Urbin. Neapol. Bernegger. Arondel. & ſex alii. HEINS.

619. *Ad finem lucis.*] *Solis* ſex libri.

619. *Lucis.*] *Solis* duo Leidenſis & tres alii.

620. *Miram referentia.*] *Veram* Leidenſ. unus, quod neque temere repudiandum puto, niſi quis *veterem* malit. *praeſtantia formam* etiam Argent. *teſtantia* Argent.

621. *Poſtibus auratis.*] Mendoſe verſus hic exponitur & legitur. Non enim *auratis*, ſed *aeratis poſtibus*, legendum eſt ex hiſtoria Valerii, cujus verba haec ſunt de Cippo loquentis: *Cujus teſtandae rei gratia capitis effigies aereae portae, quâ exceſſerat, incluſa eſt, dictaque rauduſcula, nam olim aera raudera dicebantur.* Quod ut clarius intelligatur, M. Varronis verba haec adjungemus: *Deinde porta rauduſcula, quod aerata fuit, aes raudum dictum. Ex eo in veteribus mancupiis ſcriptum, rauduſculo libram ferito.* JACOB A CRUCE. *Auratis* veteres. CIOFAN. Urbin. à manu ſecunda, *aeratis.* quomodo & margo Gryphianae editionis. neque aliter ad Val. Maximum Pighius & Colerus. ab aereis enim poſtibus *Rauduſculana* ea porta eſt dicta. apud Valerium lib. v. cap. 6. legendum, *Capitis effigies aereae, quâ exceſſerat, portae inſculpta eſt*, non *incluſa.* & paulo ante, *In capite ejus ſubito veluti cornua erepſerunt*, non *emerſerunt.* nam vetuſti codices plerique, *erexerunt.* Silius Italicus libro XIII. 332. de Pane:

——— *opacat tempora pinus,*
Ac parva erepunt rubicunda cornua fronte.

ubi *erumpunt* perperam nunc circumfertur. Feſtus Avienus Deſcriptione Orbis, vſ. 1369.

Pro molli vitta prorepunt crine chelydri.

apud Sidonium quoque Apollinarem carm. XXII. videtur ſcribendum, ubi de Baccho agit,

—— *capite aurea repunt*
Cornua.

non *caput aurea rumpunt.* quomodo apud eundem Panegyrico Aviti denuo peccatur his verſibus,

—— *lactentia primum*
Membra dedit nivibus, glaciemque irrepere plantis
Juſſit, & attritas parvum ridere pruinas.

nam quomodo *irrumperet* infans adhuc & lactens? Claudian.

Rep-

Fab. L. Argumentum.

Æſculapius in Draconem.

Gravis peſtilentia Romanis cum incidiſſet, & maxima trepidatio urbem [a] *teneret; per legatos oraculum Apollinis conſultum eſt. Ex quo reſponſum, ut* [b] *Æſculapium Epidauro* [c] *arceſſerent :* [d] *nobiliſſimique legati cum ſimulacrum Dei petitum ad Epidaurios* [c] *fuiſſent, ſtupentibus admiratione Deus in Draconem verſus, per* [f] *medium Epidaurum lapſus, navem legatorum conſcendit. cum quibus vectus Romam ut delatus eſt,* [g] *inſulam Tiberis ingreſſus eſt, ibique ſe virgultis occuluit.* [h] *qui locus Draconis vocatur.*

PAndite nunc, Muſae, praeſentia numina vatum,
(Scitis enim, nec vos fallit ſpatioſa vetuſtas)
Unde Coroniden circumflua Thybridis alveo
Inſula Romuleae ſacris adſciverit urbis.

Dira

Reptaſti per ſcuta puer.
hinc *reptantes annos*, pro puerilibus, dixit Ennodius:
Hunc tibi de primis & adhuc reptantibus annis,
Sancte pater, voveo. Heins. Micyllus etiam *aeratis* legit.

[a] *Teneret.*] *Terreret* Parm. Lugd. Micyll. *urbem crebris funeribus terreret, per l. o. A. c. e. a quo r. ut Aeſc. ejus filium ex Epid. urbe Graeciae accerſerent* Colon.

[b] *Æſculapium.*] *Aſclepium* Parm.

[c] *Arceſſerent.*] *Accerſirent* Parm. Lugd. Micyll.

[d] *Nobiliſſimique.*] *Nobiliſſimi itaque leg. propter ſimulacrum ad Epid. miſſi ſunt. Qui cum mandata P. R. peregiſſent. Graeci proceres de Deo contraria ſentiebant : aliis Romae ſubveniendum cenſentibus, aliis Dei praeſentiâ nequaquam urbem ſuam eſſe privandam. Interea die abeunte nox corpora ſua quieti contulit. Deus itaque Romanorum ſollicitudinem levare volens, ea ſpecie, qua in templo erat, viſus eſt uni in ſomniis ante ejus torum ſtare, baculum tenens, quem ſerpens ſui corporis inflexu ambibat, & in hunc ſeſe, ſed multo majoris ſtaturae poſtera luce verſum, iter eorum ſponſor verus conſcendit, & in puppi conſiſtens Romam usque devectus eſt ; ibique inſulam T. ing. virg. ſe occuluit* Colon.

[e] *Fuiſſent.*] *Miſiſſent* Parm. Lugd. Micyll. ſed in marg. *veniſſent.*

[f] *Medium.*] Malo, *mediam.*

[g] *Inſulam.*] *Inſula* Parm.

[h] *Qui locus.*] *Locus vero ipſe Draconis poſtmodum appellatus eſt* Colon.

623. *Fallit.*] *Fallunt* Moreti. *ſenectus* etiam duo.

624. *Unde Coronidem &c.*] Diximus in Sarritionibus in Ibin Coroneum Aſteriae à Phoebo dilectae patrem fuiſſe: indeque *Coroniden*, penultima productâ, id eſt *Coroneiden*, patronymicum deduci. neque id diximus, quod neſciremus, Priſcianum patronymicum hoc à matre defiectere, quae *Coronis* fuerit appellata (ut Servius in ſextum Aen. & Iſter, auctore Hygino, voluerunt) ac Phlegyam patrem habuerit. ſed quod formationem hanc generalem ſequi patronymicorum regulam agnoſceremus. fabulas autem variari notius eſt quàm ut debeat demonſtrari. Const. Fan. Non eſt dubium *Coroniden* patronymicum eſſe à Coroneus, ſive ille pater fuerit ejus, quam Apollo vitiavit, ſive ejus, quam Neptunus. nam in hoc grammatici variant. Aeſculapius enim filius ejus fuit, quam Lariſſeam vocat lib. II. cujus quis fuerit pater ignoro, ſed exiſtimo etiam Coronea, ut alterius quàm in Phocaica tellure genitam dicit eodem libro ex Coroneo, niſi quis nominum vicinitate confuſa à Poëta putet adjectiva. Glarean. Vid. lib. II. 569.

624. *Circumflua Tibridis alti.*] Non eſt Latinum: nam *circumflua Tibride* erat dicendum. ut apud Valer. Flaccum lib. V. 449.

Urbs erat hic contra, gemino circumflua ponto.

Silius lib. I. 289.

Inſula quos genuit Grajo circumflua ponto.

& eidem Silio lib. VIII. 596. *Verona Atheſi circumflua.* ſcripſerat Naſo, ſi genius ejus mihi perſpectus eſt, *Tibridis alveo.* Certe in prim. Vatic. prim. Ambroſ. Neap. & duobus Mediceis, *undis.* ſed *alveo* verius. Noſter ipſe lib. V. Faſt. 637.

Tibris arundiferum medio caput extulit alveo.

Virgil. lib. VII. 303.

——— *optato conduntur Tibridis alveo.*

& initio ejusdem libri ꝟſ. 33. de eodem Tibri,

Aſſuetae ripis volucres & fluminis alveo
Aethera mulcebant cantu.

& mox, 430.

——— *claſſes invectas Tibridis alveo.*

Dira lues quondam Latias vitiaverat auras,
Pallidaque exſangui ſqualebant corpora tabo.
Funeribus feſſi poſtquam mortalia cernunt
Tentamenta nihil, nihil artes poſſe medentum;
Auxilium coeleſte petunt: mediamque tenentes
Orbis humum Delphos adeunt, oracula Phoebi:

Ut-

ſra enim ſcripti nonnulli; non *undam.* Claudianus Conſ. Olybrii. 226.

Eſt in Romuleo procumbens inſula Tibri,
Qua medius geminas interfluit alveus urbes.

vetus inſcriptio apud Aldum in Orthographia p. 616. *Ex decreto ordinis corporis Piſcatorum & urinatorum totius alvei Tiberis.* agnoſcit quidem & Priſcianus lib. IV. pag. 582. *τὸ Thybridis alti*, ſed & idem mendoſe verſu proximo *dejecerat urbis* profert. ſimiliter etiam peccatum in auctore de Viris Illuſtr. vita Claudiae Veſtalis: *Hannibale Italiam devaſtante, & reſponſo librorum Sibyllinorum mater Deum e Peſſinunte arceſſita, cum adverſo Tiberi veheretur in alto ſtetit.* rectius libri veteres, *in alveo. vadum Tiberinum* Sueton. Tiber. cap. 2. HEINS. Forte ſcripſerit, *circumflua Thybride flavo*, quod perpetuum hujus fluvii epitheton. BURM.

625. *Sacris adjecerit urbis.*] In meo & Caeleſt. *Acceſſerit.* In uno Vatican. & Urſ. *Adjecerit.* Quod non diſplicet. CIOFAN. Scripti maxima ex parte, *acceſſerit*, vel *arceſſerit*, vel *accerſerit* unus, *accenſerit. acciverit* prim. Bonon. unus meus, *aſciverit.* Scribe, *adſciverit.* Di indigetes vel indigenae adſcititiis opponebantur. quomodo *nativus & adſcitus lepor* apud auctorem vitae Pomponii Attici. Auſonius de Antonino Pio, quem Hadrianus adoptarat:

Orbus & hic ſociatque virum documenta daturum,
Adſciti quantum praemineant genitis.

Valerius Maximus: *Genitos naſcendi ſors fortuitum opus, adoptatos vero & adſcitos uniuscujusque ſolido judicio incoacta voluntas producit.* Statius Epicedio Glauciae lib. II. Silv. I. 86.

Interius nova ſaepe adſcitaque ſerpunt
Pignora connexis. ubi *connexa pignora*, liberos proprios, *adſcitis* opponit: ut appareat recte Gronovium doctiſſimum apud eundem Statium repoſuiſſe pro *aſſertae* prolis, *adſcitae* Silvarum initio, ubi de Divo Julio agitur; *adſcitae munere prolis. Primus iter noſtris oſtendit in aethera Divis.* ubi ille plura ad rem. appoſite Prudentius libro II. contra Symmachum:

Cernis ut antiqui ſemper veſtigia moris
Greſſibus inceris varie titubaſſe probentur,
Adſciſcendo deos majoribus incompertos?
Seque peregrina ſub relligione dicaſſe?
Nec patrios ſervaſſe ſuos? quodcunque ſacrorum eſt,
Exulat, externamque inimicam venit in urbem.

Noſter Pont. IV. El. IX.

Tu certe ſcis hoc ſuperis adſcire videsque
Caeſar.

Cicero de Aruſpicum Reſponſis: *Sacra iſta majores noſtri ex Phrygia adſcita Romae collocaverunt.* & Verrina VII. *Quarum ſacra Pop. Romanus adſcita & accepta tanta religione tuetur.* ita & Graeci, qui diis indigenis & *πατρίοις adſcititios*, &, ut ipſi loquuntur, *ἐπιθέτους* opponebant. Gratius initio Cyneget.

Adſcitaeque tuo comites ſub numine Divae
Centum omnes nemorum.

ita locus mendoſiſſimus ſcribendus. Vulgati,

Adſcivere tuo comites ſub nomine divae.

vetus codex Thuan. *Adſciſuere. Sub numine*; ut Hippolytus ſupra,

Numine ſub dominae lateo.

Statius Epicedio Patris lib. V. III. 126.

Te de gente ſuum Latiis adſcita colonis
Graja refert Selle; Phrygius qua puppe magiſter
Excidit. ita ex vetuſto codice ſcribendum, niſi quod a Statii manu opinor eſt, *Graja refert Hyele*, non *Selle*, aut *Velie.* ita enim dictam antiquitus Strabo & Herodotus docent. nec pro *adſcita* neceſſe *adſcripta* reponi. Apud Apulejum quoque Mileſiorum initio vix dubium eſt mihi quin ſcribendum ſit, *jam haec quidem ipſa vocis immutatio deſultoriae ſcientiae ſtilo, quam adſciſcimus, reſpondeo.* hoc enim vult doctiſſimus ſcriptor, ſe & linguam Latinam & ſcientiam amatoriae rei, tanquam peregrinam adſciviſſe. vulgo *acceſſimus*, unde Scaliger *arceſſimus* reponebat, quomodo & in Naſonis loco peccat. Guntherus Ligur. IV.

Gallus erat, nuperque dolis adſcitus iniquis
Inſcius. lib. V.
Nec dubita juſtis Veronam adſciſcere bellis,
Et ſocias adhibere manus. ubi perperam editur, *& facias adhibere.* poſtea,
Ergo viri fortes, vobis adſciſcite quantas
Quisque poteſtis opes.

& mox,

Orabat Regem ſaevis indicere bellum
Gentibus, ultoremque ſuis adſciſcere factis
Tentabat.

Socias manus ut liqueat me recte repoſuiſſe. pari modo Claudianus. VI. Conſ. Honor. 464.

Longum ſocias tardumque putavit
Exſpectare manus.

Stat. Theb. II. 591.

Ar-

Utque ſalutiferâ miſeris ſuccurrere rebus
Sorte velit, tantaeque urbis mala finiat, orant.
Et locus, & laurus, &, quas habet illa, pharetrae,
Intremuere ſimul: cortinaque reddidit imo
Hanc adyto vocem; pavefactaque pectora movit:
Quod petis hinc, propiore loco, Romane, petiſſes;

Et

Arma premunt, nec vis conatibus ulla, ſed ipſas
In ſocias errare manus, & corpora turba
Involvi prolapſa ſua. perperam vulgo, *in ſocios*, & *involvit.* Heins.

626. *Vitiaverat auras.*] Urſ. *Oras.* Ciofan. Et ita octo libri. alii *undas*, *arces. intraverat* etiam tres. *involverat* unus Vatican.

627. *Squalebant corpora morbo.*] In meo, *Corpora tabo.* Ciofan. *Tabo* Thuan. & decem alii. rectius. ut apud Virgil. de peſte, III. Georg. 481.

Corrupitque lacus, infecit pabula tabo.

& ỳſ. 557.

In ſtabulis turpi dilapſa cadavera tabo.

Georg. IV. verſ. 252.

Si vero triſti languebunt corpora tabo.

ita vetus liber Voſſianus, non *morbo.* Heins. Vid. ad Quinct. Declam. VI. 3. *pallidaque elangui* Medic.

628. *Feſſi.*] *Preſſi* duo libri.

629. *Medentum.*] *Medentis* unus Moreti. *medendi* Thuan. vid. lib. VII. 526. Heinſius malebat, *medentes*, ſed hoc propter *tenentes* ſeq. ỳſ. vix probo.

630. *Mediamque tenentis.*] *Tenentes* prim. Palat. prim. Vatican. tert. & quart. Medic. prim. Baſil. Thuan. Urbin. Neapol. & alii plurimi. bene. Noſter ipſe libro X. 167.

——— *& orbe*
In medio poſiti caruerunt praeſide Delphi.

hinc *orbis umbilicus* dicti in Priapeis. Nonnus Dionyſ. libro II.

——— *μεσόμφαλον ἄξονα βαίνων*
Δέλφιος ἀνδήεντα μετέρχεο τέμπεα Πυθοῦς.

Heins.

633. *Tantaeque urbis.*] *Captaeque* Menardi codex, *mtaeque* unus Heinſii, quod ille pro *meritaeque* credebat ſcriptum. *urbisque* Regius alter.

634. *Et locus, & laurus, & quas habet ipſe pharetras.*] *Pharetrae* Arondel. prim. Reg. Neapol. prim. Baſil. prim. Gronov. & alii viginti. pro *ipſe* nonnulli, *ille.* prim. Palat. Hamburg alter & unus Medic. *ipſa illa pharetras* Cantabrig. & prim. Baſil. *ipſa pharetrae* Urbin. Scribe, *& laurus, &, quas habet illa, pharetrae.* Met. I. 558. ipſe Phoebus ad laurum,

——— *ſemper habebunt,*
Te coma, te citharae, te noſtrae, laure, pharetrae.

Heins.

635. *Intremuere.*] *Contremuere* Junian. *intremuere una* unus. *omnes* duo.

635. *Cortinaque reddidit imo.*] Phoebus in cortina exiſtens. Eſt enim continens pro contento per Metonymiam poſitum. *cortina* verò menſa erat in adyto templi Apollinis, quae etiam *Delphica* dicebatur, in qua Phoebades jacentes certa oracula reddebant. Regius. Cortinam poëtae pro tripode uſurpant, unde oracula dabantur, ſive ea menſa fuit, ut quibusdam videtur, ſive alia quaedam machina, tribus pedibus ſeu fulcris innixa, quâ conſcenſa & numine afflata Pythias vaticinari ſolebat, ut ex Diodor. lib. XVI. tradit Comment. Ariſtoph. in Plut. Sic enim & Virg. dixit libro III. Æneid. 90.

——— *tremere omnia viſa repente*
Liminaque, laurusque dei, totusque moveri
Mons circum, & mugire adytis cortina recluſis.

Et rurſum lib. VI. 347.

——— *neque te Phoebi cortina fefellit*
Dux Anchiſiade &c.

Propriè tamen *cortina* vas dicitur tripes, ſive lebes, cujusmodi olim in templo Delphici Apollinis dedicari ſolebant, quibus & Delphicarum nomen inde factum, Plin. lib. XXXIV. cap. 3. *Ex aere fuſtitavere & cortinas tripodum, nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur*: & in hac ſignificatione etiam Cato de Re Ruſtica, *cortinam plumbeam* dixit, & Plinius alibi: *Oleum* (inquit) *in conchas aut plumbeas cortinas fundendum, &c.* ſive ea à corte, ut quibusdam placet, quod in cortibus villaticis earum uſus eſſet ad aquas calefaciendas & vina decoquenda, ſive etiam aliunde dicta. Quamquam & tripodis nomen eodem modo uſurpatur, hoc eſt, non ſolum pro menſa, ut apud Valer. lib. IV. cap. I. ubi quod in Graeco carmine τρίπους dicitur, ille *menſam* vertit, ſed & pro lebete, ut apud Athenaeum lib. II. ubi ille: Ἦν γὰρ τὸ ἀρχαῖον, inquit, δύο γένη τριπόδων, οἷς καλεῖσθαι λέβητας συνέβαινεν ἀμφοτέρους· ὁ μὲν ἐμπυριβήτης, ὃς καὶ λοιτροχόος, ὁ δ' ἕτερος, ὁ κρατὴρ καλούμενος, ἐν ᾧ τὸν οἶνον ἐκίρνων, καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἀληθείας οἰκεῖος τρίπους, Ἀπόλλωνος μὲν οἰκεῖος διὰ τὴν ἐκ μαντικῆς ἀλήθειαν, Διονύσου δέ, διὰ τὴν ἐν μέθῃ. Sed de Tripode ſupervacaneum eſt hîc ultra aliquid adjicere, quando de uſu & varia ſignificatione ejus vocis ad ſatietatem usque annotavit Caelius libro octavo, capite decimo quinto. Illud autem hoc loco addendum, ὄλμον vocatum eam partem tripodis, in qua Pythias ſive vates ſedere ſolebat, ut eſt in

Et pete nunc propiore loco, nec Apolline vobis,
Qui minuat luctus, opus eſt; ſed Apolline nato.
Ite bonis avibus: prolemque arceſſite noſtram.
Juſſa Dei prudens poſtquam accepere Senatus;
Quam colat, explorant, juvenis Phoebeïus urbem:
Quique petant ventis Epidauria litora mittunt.
Quae ſimul incurvà miſſi tetigere carinâ;
Concilium Grajosque patres adiere: darentque
Oravere Deum; qui praeſens funera gentis
Finiat Auſoniae. certas ita dicere ſortes.
Diſſidet, & variat ſententia: parsque negandum
Non putat auxilium; multi renuêre, ſuamque
Non emittere opem, nec numina tradere ſuadent.
Dum dubitant; ferам pepulere crepuſcula lucem:
[Umbraque telluris tenebras induxerat orbi:]
Cum deus in ſomnis opifer conſiſtere viſus
Ante tuum, Romane, torum; ſed qualis in aede
Eſſe ſolet: baculumque tenens agreſte ſiniſtrâ,

Caeſa-

Commentariis Ariſtophanis. unde & Apollo Ἐνόλμιος à Sophocle alibi dicitur. Quod eò potiſſimum pertinet, ſi quis fortè propter ſimilitudinem τοῦ ὄλμου & cortinae alterum per alterum poëtas ſignificare voluiſſe exiſtimet Nam & verba Athenaei, quae ſuprà citavimus, aliud quoddam, quàm quod de menſa tripode ab aliis traditur, prae ſe ferre videntur. MICYLL.

635. *Imo.*] *Alto* unus. *ictu* Barber. *aditu* multi.

636. *Corpora movit.*] Caeleſt. & meus. *pectora movit.* CIOFAN. *Pectora* caſtigatiores magno numero. bene. HEINS.

637. *Quod petis hinc propiore loco, Romane, petiſſes.*] Hic certe locus mihi inexplicabilis videtur, nam è Roma navigatio per Corinthiacum ſinum Delphos longe brevior eſt, quàm ad Epidaurum Peloponneſi urbem ad latus orientis. Nec enim alia eſt Epidaurus Aeſculapio ſacra. GLAREAN. Recte Glareanus, ſed λόξιος Apollo, interdum & vates ipſius. FARNAB. An confudiſſe Naſonem Epidaurum Illyricam cum Peloponneſiaca dicemus? haereo.

638. *Et pete nunc.*] *Sed pete* Junian. unus Moreti, Ambroſ. & Medic. *i pete nunc.* Faſt. IV. 731.

I pete virginea, populus, juſſimen ab ara.

639. *Avibus.*] *Animis* prim. Vatican.

640. *Prolemque arceſſite noſtram.*] Aeſculapium, filium meum, advocate. Livius ſub finem lib. X. *Inventum*, inquit, *in libris, Aeſculapium ab Epidauro Romam arceſſendum. Neque eo anno, quia bello occupati conſules erant, quid quam de ea re actum, praeterquam quod eum diem Aeſculapio ſupplicatio habita eſt.* Et lib. XXIX. *Nullas dum in Aſia ſocias civitates habebat P. Romanus: tamen memores Aeſculapium quoque ex Graecia quondam haud dum ullo foedere ſociata, valetudinis populi cauſſa arceſſitum.* Quo modo Aeſculapius Apollinis filius ſit habitus Servius te docebit, exponens illud Virgilii lib. X. 315.

Inde Lycam ferit, exſectum jam matre perempta;
Et tibi, Phoebe, ſacrum.

Conſule & Phornutum de Natura Deorum. CIOFAN.

641. *Accepere.*] *Cepere* Baſil. Bonon. & Moreti. ut ſit pro intellexerunt, conceperunt. ut Triſt. III. 1. 63.

Quaeque viri docto veteres cepere novique
Pectore.

poſtquam accipit ille ſenatus tres libri.

642. *Quam colat explorat.*] *Explorant* caſtigatiores. HEINS.

645. *Concilium.*] *Conſilium* plurimi.

645. *Grajosque.*] *Grajos patres* Oxon. ut ſit appoſitio.

647. *Certant addicere ſortes.*] Student ſuis dictis Apollinis reſponſa conſentire, & ſibi Æſculapium adjudicare contendunt. Nam *addicere* unum eſt ex tribus verbis praetoris, quae ſunt: *do, dico, addico.* quod ſignificat & ad tempus vendere & adjudicare, unde *addicti* dicuntur. Interdum *addicere* ſignificat *ratum facere*, unde aves dicuntur *addicere*, quando ratum faciunt auſpicium. Livius lib. XXVII. 16. *Fabio auſpicanti aves ſemel atque iterum non addixere.* Qua in ſignificatione hîc quoque accipi poteſt, ut intelligantur legati dicere ſortes & Apollinis reſponſa confirmare, & ratum facere id

quod

Caeſariem longae dextrâ deducere barbae:
Et placido tales emittere pectore voces:
Pone metus: veniam; ſimulacraque noſtra relinquam.
Hunc modo ſerpentem, baculum qui nexibus ambit,
Perſpice: & usque nota viſu, ut cognoſcere poſſis.
Vertar in hunc: ſed major ero; tantusque videbor,
In quantum verti coeleſtia corpora debent.
Extemplo cum voce Deus, cum voce Deoque
Somnus abit: ſomnique fugam lux alma ſecuta eſt.
Poſtera ſidereos Aurora fugaverat ignes:
Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Conveniunt operoſa Dei: quâque ipſe morari
Sede velit, ſignis coeleſtibus indicet, orant.
Vix bene deſierant; cum criſtis aureus altis
In ſerpente Deus praenuntia ſibila miſit:
Adventuque ſuo ſignumque, arasque, foresque,
Marmoreumque ſolum, faſtigiaque aurea movit:
Pectoribusque tenus mediâ ſublimis in aede

Con-

quod petunt. Regius. Raphaël exponit, ſuis dictis Apollinis reſponſa conſentire, & ſibi Aeſculapium adjudicare contendunt. quidam *adjicere* legunt, non minus congruente ſenſu, ſi carmen pateretur. ſi locus corruptus non eſt, certe obſcure dictum merito videri poteſt. Glarean. *Certant addicere ſortes* in uno Vatic. & recte. Ciofan. Multi veteres, *certant addicere*, aliaque lectionum diverſarum monſtra. Sed nihil eſſe mutandum jam ad Claudianum 1. in Eutr. 162. monui. Hygin. Fab. cix. *Quid ita ſortes dixiſſent* Heins. Non tamen ſpernenda lectio nonnullorum codicum, *certas addicere ſortes*. nam *addicere*, ut recte Regius, verbum in hac re proprium. Tacit. 11. Annal. 14. *Auctus omine addicentibus auſpiciis*, *vocat concionem*. Apulej. de Deo Socratis: *Attio Navio auguria miraculum cotis addicunt*. ita *addicere aves* ſaepe Livius, & Cicero, & alii dixerunt. vide Schott. ad Auctor. de Viris Illuſt. in Numa. In codicibus hic magna varietas. *certas id dicere*; *certant adducere*, *adiſcere*, *ediſcere*, *addiſcere*, *abdiſcere*, *abdicere*, *haec* vel *hoc dicere*, *ſubducere*, *adducere*, *&c.* Burm.

649. *Multi retinere.*] *Tenuere* unus Moreti. alius pro diverſa lectione, *renuere*. quomodo prim. Baſil. & unus Voſſ. bene. Vide Notas lib. ix. verſ. 506. Heins.

650. *Non emittere.*] *Amittere* Oxon. quart. Medic. Arondel. & ſeptem alii. *admittere* prim. Gronov. & duo praeterea. totidem, *dimittere*. prim. Baſil. & duo alii. nil muto. Heins. Quia mox *emittere voces* ſequitur, ego praeferrem, *amittere*, de quo vid. ad Phaedr. 1. Fab. 13. ubi ſimilis diverſitas.

651. *Seram.*] *Tardam* tert. Medic. *claram repulere* Patav. *noctem* multi.

652. *Umbraque telluris tenebras induxerat orbi.*] Hic denuo verſus frigiditate ſua ſatis prodit auctorem à Naſonis elegantia longe diverſum. Heins.

658. *Pone metum.*] *Metus* plerique caſtigatiores. Idem. *Simulacraque magna* unus Regius.

660. *Perſpice.*] *Proſpice* tredecim. *reſpice* quinque.

660. *Nota*, *viſum ut cognoſcere poſſis.*] *Nota viſu ut cognoſcere poſſis* rectius caſtigatiores. Heins. Ita *vultu notare* Ep. xvi. 74. *oculis* xi. Met. 714. & iii. Faſt. 378. vid. lib. 1. Art. 109.

662. *In quantum verti caeleſtia corpora poſſunt.*] Veteres libri, *Corpora debent*. Ciofan. *Numina* duo. *pectora* totidem. vid. Ep. xvii. 119.

665. *Fugaverat.*] *Removerat* unus Heinſii & tres Moreti.

667. *Conveniunt operoſa Dei.*] Liber meus, *Perveniunt*. Ciofan. *Conveniunt* bene major ſcriptorum pars. Adi Notas Faſtor. 11. ℣ſ. 669. Heins.

669. *Altis.*] *Albis* prim. Moreti.

670. *Sibila miſit.*] Libri ſcripti, *Sibila movit*. Ciofan. *Miſit* plerique veteres. recte. libro iii. 38.

——— *longo caput extulit antro*
Caeruleus ſerpens, *horrendaque ſibila miſit.*

movit paulo poſt ſequitur. ita *vocem mittere* bis terve apud Phaedrum. Heins.

673. *Pectoribusque tenus.*] Sic Celſus lib. 1. cap. 3. *Huic abunde eſt*, *loco tepido demittere ſe inguinibus tenus in aquam calidam*. Ciofan.

Conſtitit : atque oculos circumtulit igne micantes.
Territa turba pavet. cognovit numina caſtos
Evinctus vittâ crines albente ſacerdos:
Et Deus en, Deus en; linguisque animisque favete,
Quisquis ades, dixit. ſis, ô pulcherrime, viſus
Utiliter : populosque juves tua ſacra colentes.
Quisquis adeſt, juſſum venerantur numen; & omnes
Verba ſacerdotis referunt geminata : piumque
Æneadae praeſtant & mente & voce favorem.
Adnuit his : motisque Deus rata pignora criſtis,
Ter repetita dedit vibratâ ſibila linguâ.
Tum gradibus nitidis delabitur; oraque retro
Flectit : & antiquas abiturus reſpicit aras:
Adſuetasque domos, habitataque templa ſalutat.
Inde per injectis adopertam floribus ingens
Serpit humum; flectitque ſinus: mediamque per urbem

Ten-

675. *Pavet.*] *Pavent* Sixi. ut III. 529.

675. *Cognovit numina, caſtos Evinctus vitta crines albente ſacerdos.*] Vatican. Urſini & lib. meus, *Numina caſtus &c.* Atque ita quoque legit Ob. Giſanius (ind. Lucr. in *Epitheta geminata*) ex antiquis libris, & vera eſt lectio. CIOFAN. *Caſtos crines* rectius prim. Palat. prim. Vatican. Urbin. prim. Reg. tert. Medic. prim. Erfurt. aliique multi. at duo cum Cantabrig. & Norico, *cuſtos, numen Acaſtus.* ſex pro diverſa lectione. in uno Baſil. *Acaſtos*; ut nomen ſacerdotis ſit, qualis ille qui Peleum luſtravit morte fraterna nocentem. ſed *caſti crines* bene ſe habent. ſic l. II. Faſtor. 26. *Caſta ſacerdotum tempora* dixit. HEINS.

677. *En Deus eſt, Deus eſt.*] Liber Caeleſt. *En Deus, en Deus eſt.* CIOFAN. Alii, *Et Deus eſt, Deus eſt.* Neapol. & quinque alii. *En Deus, en Deus eſt.* unus, *En Deus &.* multi alii, *En Deus eſt, Deus eſt.* Scribe. *Et, Deus en, Deus en.* ſic Sibylla apud Virgil. *Deus, ecce Deus.* & Amphiaraus apud Stat. Theb. III. 644.

——— *Deus ecce furentibus obſtat,*
Ecce Deus.

Sic Silius lib. XI. 552.

Dextra en, en dextera.

mox, *linguisque animisque* prim. Baſil. & tres alii. multi, *linguis animisque.* vulgo, *animis linguisque.* HEINS.

677. *Animis linguisque favete.*] Alibi:

Proſpera lux oritur, linguisque animisque favete:
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die. Et:
Sed jam pompa venit, linguis animisque favete,
Tempus adeſt plauſus, aurea pompa venit. Et:
Ore favent populi tunc, cùm venit aurea pompa,
Ipſa ſacerdotes ſubſequiturque ſuos. Et:
Lingua favens adſit noſtrorum oblita laborum,
Quae, puto, dedidicit jam bona verba loqui.

Juvenalis:

Ite igitur pueri, linguis animisque favete.

Servius explanans illud Virgilii, *Ore favete omnes: Apto*, inquit, *ſermone uſus eſt, & ſacrificio, & ludis. Nam in ſacris taciturnitas, in ludis neceſſarius favor eſt, quem propter plauſum futuris ſpectatoribus dat. Favet autem ore quis etiam per taciturnitatem.* Horat. *Favete linguis, carmina non prius audita Muſarum ſacerdos.* Haec ille. Seneca de Vita Beata: *Quoties mentio ſacrarum litterarum intervenit, favete linguis. Hoc verbo, non, ut plerique, exiſtimant, abſtrahitur, ſed imperatur ſilentium, ut rite poſſit peragi ſacrum, nulla mala voce vel ore obſtrepente.* CIOFAN.

678. *Quisquis adeſt.*] *Ades* multi caſtigatiores. in Ibide, 90.

Quisquis ades ſacris ore favete meis,
Quisquis ades ſacris, lugubria dicite verba.

deinde infra hoc,

Quisquis adeſt, viſum venerantur numen.

non *veneratur*, prim. Palat. tert. Medic. Oxon. & novem alii. *juſſum numen* prim. Hamburgenſis & duo alii. HEINS.

678. *Sis, ô pulcherrime.*] *Sisque ô* tres ſcripti. IDEM.

679. *Tua ſacra.*] *Pia ſacra* prim. Moreti.

681. *Referunt.*] *Repetunt* tert. Medic.

682. *Et voce & mente favorem Annuit his.*] Lege, ut habent duo Vatic. meus & Caeleſt. *Et mente & voce.* Primùm enim mente concipimus; deinde, quae concepimus, proferimus. CIOFAN. Ineptis obſervatio: nam cur ergo in formula, *lingui-*

Tendit ad incurvo munitos aggere portus.
Reſtitit hîc : agmenque ſuum, turbaeque ſequentis
Officium placido viſus dimittere vultu ;
Corpus in Auſoniâ poſuit rate. numinis illa
Senſit onus : preſſâque Dei gravitate carinâ
Æneadae gaudent : caeſoque in litore tauro
Torta coronatae ſolvunt retinacula navi.
Impulerat levis aura ratem. Deus eminet alte :
Impoſitâque premens puppim cervice recurvam,
Caeruleas deſpectat aquas : modicisque per aequor
Iönium Zephyris ſexto Pallantidos ortu
Italiam tenuit ; praeterque Lacinia templa
Nobilitata Deae, Scylaceaque litora fertur.
Linquit Iäpygiam, levisque Amphiſſia remis
Saxa fugit : dextrâ praerupta Ceraunia parte,
Romechiumque legit, Caulonaque, Naryciamque,

Evin-

guisque animisque favete, lingua praecedit mentem ? ubi etiam multi, *animis linguisque*.

684. *Ter repetita.*] *Et repetita* multae editiones & plerique ſcripti. praeter Thuan. ex quo *ter* Heinſius repoſuit.

685. *Tum gradibus nitidis elabitur.*] *Delabitur* prim. Palat. Thuan. Urbin. Bernegger. Neapol. prim. Reg. Cantabrig. prim. Baſil. Arondel. aliique plurimi. recte. Heins. *Niveis* prim. Bonon. *collabitur* tert. Medic. & tres alii. *dilabitur* Gronov. prim. & duo.

686. *Aras.*] *Arces* Thuaneus.

688. *Injectis floribus.*] *Ingeſtis* prim. Gronov. Heins. *Invectis* Leidenſ. *inde ſupervectis* Genev. *ſuperjectis* Sprotii codex.

691. *Sequentis.*] *Frequentis* Vivian. *ſequenti* unus Medic. *loquentis* prim. Vatic.

693. *Poſuit.*] *Miſit* Voſſian.

695. *Caeſoque in litore tauro.*] Hunc morem oſtendit & Virgilius lib. III. Aeneid. 21.

Caelicolûm regi mactabam in litore taurum.

Et lib. I. Georg. 436.

Votaque ſervati ſolvunt in litore nautae
Glauco.

Ciofan. *In littora* unus Medic.

696. *Retinacula puppis.*] *Navi* multi. Heins. *Puppim* mox ſequitur, ideoque *navi* ex ſcriptis recepimus. *claſſis* Patav. & Moreti. *coronati* Junian. ut ad Æneadas referatur.

697. *Levis aura.*] *Gravis aura* prim. Moreti. *levis unda* Voſſian.

700. *Iönium Zephyris ſextae Pallantidos ortu.*] *Zephyrum* pro quovis vento poſuit, ut ſuus poëtis mos eſt. nam ab Epidauro in Italiam navigantibus Zephyrus contrarius erat. Glarean. *Sexto* meliores.

701. *Praeterque Lacinia templa Nobilitata Dea.*] *Deae* Thuan. Polit. prim. Palat. prim. Vatican. Arondel. & ſex alii. unus, *Deo*. Scribe, *Lacinia templo Nobilitata Deae.* & refer ad *littora*, quod mox ſequitur. ſupra initio libri hujus,

Littora felici tenuiſſe Lacinia curſu
Fertur.

Λακίνιον ἄκρον Ptolemaeo. *templa* tamen *Lacinia* habes apud Lucanum l. II. 434.

Extenditque ſuas in templa Lacinia rupes.

& apud Priſc. Perieg.

Ulterius pergens hinc templa Lacinia cernes.

apud Virgilium, III. 552.

—— *attollit ſe diva Lacinia contra.* Heins.

702. *Scyllaeaque littora.*] Legendum, *Scylacea*, vel ex illo Virgilii, III. 552.

—— *attollit ſe diva Lacinia contra*
Caulonisque arces, ac navifragum Scylaceum,

ſatis apparet. Graecis Σκυλάκειον eſt. quomodo Ptolemaeo κόλπος Σκυλακεῖος. Vellejo Paterc. *Scylacium.* Σκυλάκιον oppidum ; idque jam vidit in Solinianis Exercitationibus Salmaſius. qui adeatur pag. 65. & 82. reddenda & forte ea vox Elegiae in obitum Maecenatis,

Argo ſaxa pavens poſtquam Scylaeïa legit
Cyaneosque metus.

non enim Scyllam Argo praeternavigavit, niſi in reditu. apud Valerium Flaccum lib. III. ꝟſ. 36.

Teque etiam medio flaventem Rhyndace ponto,
Spumoſumque legunt fracta Scylaceion unda.

ita legendum ex veſtigiis antiqui codicis, quo uſus eſt Carnon. longe remota à Scylacio Scylla. Idem.

703. *Levibusque.*] Amphiſſia ſaxa ab Amphiſſia urbe

Evincitque fretum, Siculique anguſta Pelori,
Hippotadaeque domos regis, Themeſesque metalla;
Leucoſiamque petit, tepidique roſaria Paeſti.
Inde legit Capreas promontoriumque Minervae,

Et

urbe Locrorum dicta eſſe mihi videntur. nam Locri illas Italiae oras tenuiſſe etiam à Virgilio non ſolum Geographis ſcribuntur, *Hic & Naricii poſuerunt moenia Locri.* quidam verò *Amphryſia* legunt. Regius. Ab hoc carmine deſcribitur littus ejus Cherroneſi, quae eſt à Scyllaceo ſinu ad Hippomate, de quo lib. vi. Strabo copioſe, ſed nomina trium carminum quaedam ſunt, quae nusquam alibi temere reperias, ut *Romechium*, quaedam quae corrupta videri queant, ut *Celennia* & *Amphiſia*, quaedam quae longe alio tractu, ut *Caulon* & *Naritia.* mihi carmina videntur adulterina tria prima, aliorum autem ratio bene conſtat. Glarean. Amphiſſae urbis meminit & Stephanus, & Strabo lib. ix. ſed eam Locris Ozolis attribuunt. quod ſi igitur Regio credamus, *Amphiſſia* legendum eſſe ſpecie pro genere poſita dicamus neceſſe eſt, dictaque *Amphiſſia ſaxa*, pro Locrenſia. iisdemque Zephyrium, promontorium Locrorum, ut etiam à Strabone nominatur, intelligendum: nam qui *Amphryſia* legunt, ad Philoctetam & Theſſalos, ut puto, reſpiciunt, à quibus Petilia condita Virgilio quoque teſte. eſt enim Amphryſus fluvius Theſſaliae, juxta quem Apollo Admeti armenta aliquando paviſſe dicitur. ſunt autem etiam, quibus hic verſus, *Linquit Iapygiam &c.* cum ſequentibus duobus *νόθος* videtur, quod equidem miror. nam ſi protinus pro adulterino ac ſuppoſititio habendum, quicquid obſcurum, & nobis, qui ne decimam quidem eorum auctorum partem, quos Ovidius in his libris ſecutus eſt, vel vidimus, vel etiam nomine tenus accepimus, ignotum eſt, quantum verſuum non modo hujus poëtae, ſed etiam aliorum, hoc nomine notandum erit? ſed de hac re alio fortaſſis loco agemus. Micyll. Lib. Vatican. & Cacleſt. habent, *Levibusque Amphryſia.* Liber meus, alius Vatican. Cap. & unus Maff. *Laevaque Amphryſia remis. Laeva*, vel ſub manu, vel parte. Quae lectio omnium optima eſt; quaeque priſtinum candorem recuperavit. Sequitur enim, *Dextra praerupta Ceraunia parte.* Verùm in uno tantùm Maffejano eſt, *Ceraunia:* in aliis antiquis, *Celenia.* Ciofan. *Amphiſia* Urbin. Arond. & multi alii. unus Leidenſis, *Amphrigia. Amphiſſia* Ortelius in Theſauro Geographico cum Barrio, & in Adverſariis Turnebus lib. i. cap. 22. ut promontorium Locrorum intelligatur. ſed vix perſuadent. nam mox *Naryciamque* ſequitur. Vir ſummus & mihi uſu amicitiae diuturno conjunctus, Iſaacus Voſſius, ad Melam, *Argennia*, cum in veteri ſuo codice inveniſſet, *Arangia.* ut Argennum promontorium Siciliae intelligat, quod à laeva eſt fretum Siculum transeuntibus. Heins.

704. *Praerupta.*] Alta, ſaxa, ſubaudiantur. videtur autem *Celennium* eſſe promontorium Brutiorum, de quo tamen alibi me nihil legiſſe memini. forſitan autem non *Celennia*, ſed *Ceneia* legendum ſit. nam Cenis (ut Plin. ſcribit) promontorium eſt Italiae è regione Pelori. ſunt quidam qui legunt, *Ceraunia.* Regius. Quanquam de *Celenniis* ſaxis nihil hactenus legerim, non tamen hanc lectionem temere immutandam cenſeo, quod, ut ſupra monui, multa nomina à veteribus uſurpata fuere, quorum ratio & exempla nos latent. & in *Ceneia* derivatio repugnat, cum apud Strabonem *κένυς* per *υ ψιλον* ſcribatur. cujus obliqui eandem vocalem retinent. niſi verò quis *Cenynia* legendum putet. de quo quidem nihil habeo quod affirmem. Micyll. *Celennia* libri veteres majori ex parte. nonnulli, *Celemnia*, *Celempnia*, *Celenia*, *Cilenia*, *Cylennia*, *Cilemnia.* Arond. *Celamnia.* Zulich. *Celeunia*, cum tribus aliis. Turnebus, *Columnia*, ut *Columna Rhegia* intelligatur, quae Graecis *στηλίς.* quod nollem viro magno excidiſſet, cum nec Latini ſermonis rationem habuerit. Voſſius ad Melam, *Cocintia*, à Cocinto promontorio. adi notas noſtras ad Virgil. vii. 739. ubi *Celennia* defendi etiam ex illo poſſe demonſtravimus. *Acroceraunia* valde ab hoc loco remota. Heins.

705. *Romechiumque.*] De *Romechio*, ſive *Promechio*, ſive *Romecio* (ut à quibusdam legitur) nullam apud Geographorum quenquam inveni mentionem. quare corrupte mihi legi videtur. fortaſſis autem *Rheginum* loco illius eſt reponendum, ſaxumque ſubaudiendum. eſt enim Rhegium urbs in littore Calabriae è regione Meſſanae. ſed nihil auſim affirmare, cum nullum viderim exemplar, in quo *Rheginum* legatur, & nihil temere eſt aſſerendum, ne iſtorum ſimiles, qui omnia, quae non intelligunt, ex commodo ſuo audacter immutant, ſimiles eſſe deprehendamur. attamen ne opinioni novi cujusdam expoſitoris, ad effutiendas ineptias parva mercede a malignis impoſtoribus conducti, accedere videamur, hoc quoque notemus, quod *Plemmyrium* citra omnem legit dubitationem temerarius, imo vero furioſus, perinde atque ſi aut *Plemmyrium* in priſcis manuve ſcriptis exemplaribus legeretur, aut in eo tractu eſſet, cujus inſignia loca Ovidius attingit. Plemmyrium quidem eſt in Sicilia caſtellum Siracuſanorum, ut Stephanus tradit, ſed non in ea parte, quae ad Italiam vergit. quare & ſibi & Ovidii ſtudioſis rectius fatuus iſte conſuluiſſet, ſi *Romechium*, unaque ut paulo ante *Amphiſſia*, *Celen-*

nia,

710 Et Surrentino generoſos palmite colles,
Herculeamque urbem, Stabiasque, & in otia natam
Parthenopen, & ab hac Cumaeae templa Sibyllae.
Hinc calidi fontes, lentiſciferumque tenentur

Liter-

niaque ſaxa diſſimulaſſet, ac tanquam notum praetermiſiſſet. ceterum illud Ariſtotelis oraculum indies verius eſſe comprobatur, eos, qui parum conſiderent, facile quicquid in buccam venit enunciare. Regius. Locus hic diutiſſime nos distorſit, & tantiſper dum forte Pompejum legeremus, ubi *Rumentum* fractionem oſtendit appellari, ſtatimque *Rhegium* illi apponit, municipium in freto Siciliae, quod ab *rumpendo* dictum eſt. Quibus verbis excitati repente admoniti ſumus hujus loci. Quapropter credimus *Rumentum* hic eſſe legendum, non *Romechium*, per quod intelligimus *Rhegium* oppidum celeberrimum, de quo multa Strabo, Plinius & ceteri: quod ut credamus ita eſſe, cùm ſenſus perficit, tum codex antiquus noſter, ubi *Rumethium* legebatur. Paucis igitur mutatis literis *Rumentum* honeſtè aſſeveramus legendum. Jac. a Cruce. Sunt qui *Rumentum*, pro *Romechium*, legendum putent, eoque nomine Rhegium intelligendum: propterea quod *Rumentum*, veteribus abruptionem, ut Feſtus ait, ſignificabat, *Rhegium* autem ἀπὸ τοῦ ῥαγῆναι, hoc eſt, à rumpendo, dictum. ſed neque de hac lectione quod affirmem habeo. Micyll. *Romechiumque legit* eſt in meo, & utroque Maff. In Caeleſt. & uno Vatic. *Plemiriumque*. In alio Vatican. *Pleniriumque*. Rationes quaere ab aliis, quae lectio retinenda ſit. Scripſit quiddam de hoc loco & Turnebus lib. 1. Adverſariorum cap. 26. ſed quod mihi quidem animum non explet. Ciofan. In multis veterum, *Plemiriumque*. in aliis, *Romethiumque*, *Remethiumque*, *Remechiumque*, *Romethеumque*, *Remotiumque*, *Prothitonque*. primus Baſil. *Ramethiumque*. quare Voſſio noſtro aſſentior, *Lametumque* ſcribenti. *Plemyrium* Ortelius. Turnebus *Remigioque*, oblitus de remis paulo ante praeceſſiſſe. Heins.

705. *Naritiamque*] Lege, *Naryciamque*, vel quod malim, *Naryciumque*. Nam Locrorum oppidum Νάρυξ, vel Ναρύκιον, in Graecia. poteſt & *Naryciosque* legi. nam in Thyſiano codice, *Naritiasque*. in Norico, *Naritiumque*. quod verae ſcripturae proximum. Idem.

707. *Temeſesque metalla.*] Statius 1. Silv. 1. 42.
Et quis te totis Temeſe dedit hauſta metallis.
Ciofan.

708. *Leucoſiamque petit.*] Ita unus Maff. Liber meus, *Leuconiamque*. Duo Vatic. & alter Maffei, *Leucoriamque*. Alii volunt, *Leucorumque*. Ego, quo modo ſit legendum, nondum ſtatui. Idem. *Leucoriamque* veteres plerique. nonnulli, *Leucoricamque*, vel *Leucoreamque*. *Leucorinnque* prim. Palat. *Yecoriamque* Neapol. alter Hamburg. *Leucotoamque*. Arond. *Leuconiamque*. prim. Hamburg. *Leuconamque*. unus, *Leuthariumque*; alii, *Leutoriamque*, *Leucericamque*, *Leucothoemque*, *Leuteſiamque*. *Leucoſia* certe ferri non poteſt, cum Λευκωσία ſit Graecis: qua ratione & Lycophron ſyllabam ſecundam produxit. Scribe, *Leucaſiamque*; etiam apud Silium Italicum libro viii. 579.

——— *Nunc ſeſe oſtendere miles*
Leucaſiae e ſcopulis.

nam Graecis Λευκασία. ita eam Strabo appellat lib. ii. & Halicarnaſſenſis Dionyſius l. 1. apud quos eſt inſula. Plinius quoque libro iii. c. 6. *Contra Paeſtanum ſinum Leucoſia eſt.* appoſite. ut jam videamus, cur eam cum Paeſto Naſo conjungat. Marcianus quoque Capella libro vi. *Contra Paeſtanum Leucaſia eſt, a Sirene ibi ſepulta nominata.* Fruſtra igitur eſt Salmaſius ad Solinum pag. 68. qui Strabonis & Dionyſii codices mendoſos putat. Heins. Cl. Drakenborchius ad d. l. Silii *Leucoſiam* tuetur.

709. *Inde legit Capreas.*] Sic quidem legitur; ſed *Capriae* per *i* vocalem in penultima legendum eſſe argumento ſunt codices Graeci, in quibus ſic eſt ſcriptum. Eſt autem inſula, quae & *Capriene* vocatur (ut ait Stephanus) Campaniae adjacens, Tiberii principis arce nobilis. Regius. *Capreae*, per *e*, in penultima rectè ſcribitur, eodem enim modo & apud Plinium, Melam, Suetonium & Tacitum ſcriptum legitur. Neque vetat, quod Graeci, ut Strabo & Stephanus, Καπρίας per *ι* dicunt. Neque enim in omnibus Latini Graecorum ſcripturam imitantur. Alioqui & *Bretii*, pro *Brutii*, *Brenteſium*, pro *Brunduſium*, & ſimilia ſcribenda erant. Micyll.

709. *Promontoriumque Minervae.*] Lib. meus, *Promuntorium*, per *u* in ſecunda ſyllaba. Sic memini me ſcriptum vidiſſe in libro viri doctiſſimi, Fulvii Urſini, & in Cap. Quo modo antiqui & ſcribebant, & pronunciabant. Ciofan.

711. *Herculeamque urbem.*] Juretus ad Symmach. vii. Ep. 19. intelligit hic *Tibur*, quod *Herculeum* ſaepe Poëtis dici notum eſt. Sed puerilem errorem natum ex cupiditate proferendi novas expoſitiones, conſuetudine frequenti conjecturis utendi, refutat doctiſſimus Camillus Peregrin. de Campania Felici Diſſ. ii. §. 23.

711. *Et in otia natam Parthenopen.*] Hanc Horatius Epod. v. 43. *Otioſam* vocat. Ciofan.

713. *Hinc calidi fontes.*] Bajae forte, quamquam & haec prius occurrunt. Farnab.

713. *Tenetur.*] *Tenentur* Urbin. prim. Baſil. &

Liternum, multamque trahens ſub gurgite arenam
Vulturnus, niveisque frequens Sinüeſſa columbis:
Minturnaeque graves, & quam tumulavit alumnus,
Antiphataeque domus, Trachasque obſeſſa palude,
Et tellus Circaea, & ſpiſſi litoris Antium.
Huc ubi veliferam nautae advertêre carinam;
(Aſper enim jam pontus erat) Deus explicat orbes:
Perque ſinus crebros & magna volumina labens,

Tem-

quinque alii. Pro *Linterno* etiam maluerim, *Liternum*. nam Graecis eſt Λείτερνον. atque ita in veterrimo Silii Italici codice ſcribitur libro VI. & VII. nec dubito quin pari modo apud Pomponium Melam & Ciceronem Epiſtolis ad Atticum reponi oporteat. Hoc tamen loco ſcripta exemplaria, pauciſſimis exceptis, *Linternum*. HEINS. Cluver. etiam Ital. lib. IV. 2. ſcribendum *Liternum* docuit.

715. *Vulturnus.*] *Volturnus* Palat. prim. & ſex alii.

715. *Niveisque frequens Sinueſſa colubris, Minturnaeque graves.*] *Sinueſſa*, & *Minturnae*, fuerunt Romanorum coloniae, anno ab V. C. CDLVII. deductae. Livius lib. X. *Itaque placuit, ut duae coloniae, Veſcinium & Falernum agrum, deducerentur; una ad oſtium Liris fluvii, quae Minturnae appellatae; altera in ſaltu Veſcino, Falernum contingente agrum, ubi Synope dicitur Graeca urbs fuiſſe, Sinueſſa deinde ab colonis Romanis appellata.* CIOFAN. Nugas eſſe de Sinueſſanis hisce colubris opinor. Neminem certe ex antiquis ſcriptoribus evolvi, qui harum meminiſſet. de balneis Sinueſſanis multa apud auctores mentio. itaque dubium non eſt, *columbas niveas* harum loco reponi debere. atque ita prim. Bonon. & unus Mediceus. *Campanas* certe *columbas* Plinius commendat libro X. cap. 37. Vide Notas libro IV. ῾Yſ. 48. HEINS.

716. *Minturnaeque graves.*] Ob paluſtre ſolum. *Minturnarum paludes* apud Juvenalem Sat. X. in his paludibus Marium latuiſſe, cum Sullam fugeret, hiſtorici narrant. IDEM.

716. *Et quam tumulavit alumnus.*] Cajetae eſt periphraſis, quam a Cajeta Æneae nutrice denominatam eſſe noſtri quidem ſentiunt poëtae. Quidam vero, quòd in litore curvo ſit poſita ſic appellatam a Laconibus putant: *Curva* autem omnia *Cajetas* Lacones vocabant. REGIUS.

717. *Antiphataeque domus.*] Phormiarum eſt periphraſis. IDEM.

717. *Trachasque.*] Terracina mihi ſignificari videtur, quae antea *Trachina*, id eſt aſpera, fuit appellata. lingua Volſcorum vero *Anxur*. IDEM.

718. *Et ſpiſſi litoris Ancon.*] Sic quidem in omnibus, quae mihi videre contigit, exemplaribus legitur, ſed corrupte, ut mihi videtur. neque enim aut geographiae ratio, aut hiſtoria iſtiusmodi lectioni adſtipulatur. Ancon ſiquidem urbs eſt Piceni, non Latii, atque, in eo tractu praeter cujus urbes Aeſculapium vectum fuiſſe Poëta ſcribit. mari namque Adriatico adjacet Ancon. Aeſculapius vero per Tyrrhenum vectus Romam fuiſſe narratur. Valerius praeterea Maximus lib. I. cap. 6. (ut alios omittam hiſtoricos) non apud Anconem, ſed apud Antium è navi Aeſculapium egreſſum fuiſſe teſtatur his verbis: *Tum legati perinde atque exoptatae rei compotes, expleta gratiarum actione, cultuque anguis à peritis accepto, laeti inde ſolverunt ac proſperam emenſi navigationem, poſtquam Antium appulerunt, anguis, qui ubique in navigio remanſerat, prolapſus in veſtibulo aedis Aeſculapii, myrto frequentibus ramis diffuſae ſupereminentem excelſae altitudinis palmam circumſedit, perque tres dies poſitis, quibus veſci ſolebat, non ſine magno metu legatorum, ne in triremem reverti nollet, Antienſis templi hoſpitio uſus, urbi ſe noſtrae advehendum reſtituit, atque in ripam Tyberis egreſſis legatis, in inſulam, ubi templum ei dicatum eſt, tranavit, adventuque ſuo tempeſtatem, cui remedio quaeſitus erat, diſpulit*, quo igitur modo legendum dicemus? An ita *Antium* eſt legendum, ut illud Virgilianum. lib. I. Georg. 295. *Et dulcis muſti Vulcano decoquit humorem.* verſus eſt enim hypercatalecticus. eſt autem Antium Latii urbs, haud longe ab Lavinio diſtans, unde Antiates dicuntur. REGIUS. Unus Vatic. *Et ſparſi litoris Ancon.* In lib. Caeleſt. & Briantii apertè legitur. *Et ſpiſſi litoris Anxur.* Quae lectio fortaſſe cauſſa erit, ne amplius ſuper hoc, de quo agitur, loco digladietur. Regius, ut omnes jam ſciunt, rationibus ſatis firmis, ex *Ancon*, *Antium* fecit. Sed repugnant ſcripti omnes libri, quos ipſe vidi. Alii verò adhuc *Ancon* legendum eſſe contendunt, ut eſt in omnibus calamo notatis; duobus illis, quos dixi, Caeleſt. & Briantii exceptis. *Anxur*, ut notavit Feſtus, vocabatur, quae nunc *Tarracina* dicitur, Volſcae gentis, ſicut ait Ennius:

Volſculus perdidit Anxur.

Et Livius extremo lib. IV. *Anxur fuit, qua nunc Tarracinae ſunt, urbs prona in paludes.* Haec urbs celeberrimum portum ac ſatis capacem olim habuit: cujus adhuc veſtigia cernentur. Hujus rei teſtes habeo Brutum Gottifredum, R. Hieronymum

Lan-

Templa parentis init, flavum tangentia litus.
Æquore pacato patrias Epidaurius aras
Linquit: & hoſpitio juncti ſibi numinis uſus
Litoream tractu ſquamae crepitantis arenam
Sulcat: &, innixus moderamine navis, in altâ
Puppe caput poſuit: donec Caſtrumque, ſacrasque
Lavini ſedes, Tiberinaque ad oſtia venit.
Huc omnes populi paſſim, matrumque patrumque

Ob-

Lantem, rei militaris peritiſſimum ac ducem praeſtantem: ejusque fratris filium, juvenem amabiliſſimis moribus, atque ad omnem laudem natum Auguſtinum, Piſanos: M. Sophronium Fundanum & Leonardum Stibium Maranthinum, viros Latinis litteris non parum inſtructos. Atque hoc fortè eſt, quod annuit lib. Vatic. *Et ſparſi litoris.* Sed videndum diligenter, num obſtet ſuperior verſus, *Trachas obſeſſa palude.* In hac ſecunda editione operae pretium duxi, idque mihi ſummae voluptati fuit, veteres omnes libros, quod, in prima propter multa (ut qui mecum verſantur, probè norunt) incommoda, & quidem ita magna & gravia, ut multo ante tempus totus canus ſim effectus, quibus utinam adhuc non premerer, praeſtare non potui, hoc praeſertim loco diligenter inſpicere, ut, ſi quid praeclarius reperire poſſem, viderem. Itaque has, quas ſubjiciam, repperi varietates. In libro Urſini eſt, *Spiſſi littoris antrum.* In uno Vatic. & Briantii, *Anxur.* Sed in illo Vatic. notatum eſt, alia manu, *vel Alcon.* In Capranic. *Anrur.* In alio Vatic. *Anchon*, vel *Anxur*, vel *Antium.* In alio item ejusdem Bibliothecae, *Antium.* Qui liber, etſi omnium recentiſſimus eſt, potuit tamen ex aliquo alio optimo deſcribi: niſi ille, qui eum deſcripſit, Regii emendationem ſecutus eſt; quamvis paullò ante ejus aetatem exaratum fuiſſe crediderim. Quamobrem cum Regio ipſo *Antium* legendum cenſeo: relinquo tamen ſuper hac re omnibus judicandi poteſtatem. Illud ſilentio non praetereo, *Antium*, ut quidam volunt, ea lingua, qua hodie vulgo utimur, *Nettuno* dici: ubi eſt adeo grave caelum, ut noctem unam valetudinis tuendae cauſâ ibi commorandum dicatur. Id autem oppidum eſt ſub nobiliſſimi & rerum geſtarum gloria praeſtantiſſimi, qui ob id & rerum omnium intelligentiam eximiamque prudentiam Siciliae prorex anno ſuperiore creatus eſt, M. Antonii Columnae ditione: diſtatque Roma xxxvi. mil. paſſuum. Mancinellus autem, qui ex ea regione, id eſt Velitris, oriundus fuit, ſic de Antio ſcribit libro i. Carm. Horatii Ode xxxiii. *Erat Antium maritima Latinorum urbs, nunc diruta penitus. Diſtant autem ejus veſtigia octo ſtadiis à Neptuno oppido, quod & nos vidimus. Erat etiam ibi portus mirandus quidem: nam aggere cinctus in ipſo adhuc mari conſpicitur.* Ciofan. Nihil verius hac lectione, *Antium*, quam primus Palat. Urbin. aliique non pauci agnoſcunt. eamque & Geographiae ordo requirit, & Val. Maximi auctoritas, qui Æſculapium ait Antium adveniſſe. Ciofanus tamen mavult, *Anxur.* quod in multis libris exſtat. cum Trachas, ſeu Tarracina, & Anxur eaedem ſint civitates. Plinius lib. iii. cap. 5. *Tarracina oppidum linguae Volſcorum Anxur dictum.* Feſtus, *Anxur vocabatur, quae nunc Tarracina dicitur.* Livius lib. iv. *Anxur fuit, quae nunc Tarracinae ſunt.* Dionyſius Antiq. Rom. l. xiv. Ἐξεπολιόρκησαν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν Οὐόλσκων πόλιν, ἥ τότε μὲν Ἄνξωρ, νῦν δ' ὀνομάσαται Ταρρακίνη. alii codices, *Ancum*, *Ancon*, *antrum*, & ſimilia. fruſtra. Heins. *Ancon* defendit Baptiſt. Egnatius Racemation. cap. 18. Vid & Carrion ad Val. Flac. iv. 600. & Cluver. lib. iii. Ital. cap. 7. *fiſſi litoris* unus Mediceus. in Mſ. eſt. *Antum*, *Anſur*, *Ancon*, *Acon*, *Aucon* &c.

719. *Veliferam.*] *Velivolam* Mediceus unus, ut ſaepe Ennius, Lucretius & alii.

721. *Labens.*] *Serpens* Strozzae liber ſec. ſed *labi* proprie de ſerpentibus. Serv. ad ii. Aeneid. 225. Val. Fl. v. 254. *Caucaſeis lapſus cum montibus anguis.* ſupra ℣ſ. 685. *delabi* dixit. Burm.

722. *Init.*] *Adit* ſex libri. *magnum litus* unus. *fulvum* duo. *latum* unus. *cogentia* tert. Medic.

723. *Æquore placato.*] *Pacato* prim. Moret. Neapol. & alii xiv. Epiſt. x. 65.

Ut rate felici pacata per aequora labar.

Sed & alterum ſe Maronis auctoritate tuetur. Heins. Vide lib. xi. 432. & alibi.

725. *Crepitantis.*] *Trepidantis* Moret. prim. & ſeptem alii.

729. *Huc omnes populi paſſim, matrumque patrumque.*] *Matrumque ſenumque* Thuan prim. Vatican. Oxon. & ſex alii. duo, *matrumque nurumque.* prim. Bonon. & unus Medic. *juvenumque ſenumque.* Rottendorph. praeterea, *Huc omnis populus.* Cenſeo ab Naſone ſcriptum fuiſſe,

Huc omnis populus paſſim, matresque patresque,
Obvia turba ruunt. Heins.

Vide Faſt. iv. 295. *Huic* etiam Thuan. Cantab. Jun. & tres alii.

Obvia turba ruit; quaeque ignes, Troïca, ſervant,
Veſta, tuos: laetoque Deum clamore ſalutant.
Quâque per adverſas navis cita ducitur undas,
Tura ſuper ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab utràque ſonant: & odorant aëra fumis:
Ictaque conjectos incalſacit hoſtia cultros.
Jamque caput rerum Romanam intraverat urbem;
Erigitur ſerpens; ſummoque adclinia malo
Colla movet: ſedesque ſibi circumſpicit aptas.
Scinditur in geminas partes circumfluus amnis:
Inſula nomen habet: laterumque à parte duorum
Porrigit aequales mediâ tellure lacertos.
Huc ſe de Latiâ pinu Phoebeïus anguis
Contulit: & finem, ſpecie coeleſte reſumtâ,
Luctibus impoſuit; venitque ſalutifer Urbi.

Fab. LI. Argumentum.

[a] Julius Caeſar in cometen.

Ovidius opere peracto docet ſe à Chao principium cepiſſe, & ad Caeſarem deduxiſſe. quem gentibus orbis devictis, [b] *Venus poſt ſuorum inſidias in cometen vertit.*

Hic

730. *Troïca ſervat.*] *Servant* multi veteres. recte. Veſtales intelligit. Heins. iv. Triſt. ii. 13.

Et quae ſine crimine caſtos
Perpetua ſervant virginitate focos.

Troïa etiam malebat Heinſius.

732. *Adverſas.*] *Everſas* Leidenſis. *cita puppis ducitur* tert. Medic. *vertitur* unus.

734. *Fumis.*] *Fumo* prim. Strozzae. *fumum* duo. *fumi* unus Heinſii. non male. etiam *adorant* octo. vid. viii. 266.

735. *Ictaque conjectos incalfacit hoſtia cultros.*] Magnus Scaliger in ora codicis ſui, *ſubjectos.* ſed Gronovius noſter Obſerv. i. c. 13. recte animadvertit nihil eſſe mutandum. libro xiii. 476. Noſter de Polyxena, *Conjecto rupit praecordia ferro.* libr. vii. 244. *Cultrosque in vellera gutturis atri Conjicit.* Ibidem vſ. 338. *Saniem conjecto emittite ferro.* Heins. *Jactaque* Regius. *tactaque* Palat. prim. *laetaque* unus. *congeſtos* quatuor.

737. *Acclivia malo.*] *Acclinia* ex ſcriptis melioribus. *inclinia.* prim. Baſil. Heins.

738. *Sedesque ſibi.*] *Sedesque procul* Moreti & unus Heinſii.

740. *Laterumque à parte duorum.*] Liber meus, *Laterum de parte duorum.* Ciofan.

744. *Urbi.*] *Orbi* novem codices.

[a] *Julius.*] *Caeſar in ſtellam* Parm.

[b] *Venus poſt.*] *Venus ab inimicorum inſidiis avertit, inque filium ejus, quod epigramma competeret, a nobis tale compoſitum eſt* Parm. Lugd. & Micylli, quae duae *competere* & poſt *eſt Epigramma* addunt, qui titulus ſequentis Epigrammatis eſt, aſteriscum etiam poſt *ejus* poſuit Micyllus. hoc argumentum ita habet Colon. *Caeſar, gentibus orbis domitis, cum in ſenatu ob invaſum imperium occiſus eſſet; Venus eo quod a generis ſui primordiis per Æneam deſcendiſſet, a Jove impetrat, ut immortalitatem adipiſceretur. Raptus ergo ab eadem e medio hoſtium, cum in caelum ferretur, in ſtellam ſubito clariſſimam verſus emicuit.*

747. *Triumphis.*] *Trophaeis* tres libri.

749. *Comantem.*] *Cometem* tres. *cometen* unus.

750. *Nec enim de Caeſaris actis.*] Duo Vatic. & meus, *Neque enim de Caeſaris actis.* Probo. Ciofan.

752. *Scilicet aequoreos plus eſt domuiſſe Britannos &c.*] Locus eſt ſplendidiſſimus, atque adeo dignus, qui acri ſtudio & attento examine perpendatur: ſed ut id agam, quod volo, opus eſt mihi totam Poëtae ſententiam, ut ab eo tractata eſt, hic exponere. Ipſe quidem pauculis verbis dixero. *Julius Caeſar quanta quanta rerum geſtarum gloria floreat, nihil tamen egit, dum in terris fuit, unde ma-*

Hic tamen acceſſit delubris advena noſtris:
Caeſar in Urbe ſuâ Deus eſt. quem Marte togâque
Praecipuum; non bella magis finita triumphis,
Resque domi geſtae, properataque gloria rerum
In ſidus vertêre novum, ſtellamque comantem;
Quam ſua progenies. neque enim de Caeſaris actis
Ullum majus opus, quam quod pater exſtitit hujus.
Scilicet aequoreos plus eſt domuiſſe Britannos,
Perque papyriferi ſeptemflua flumina Nili
Victrices egiſſe rates: Numidasque rebelles,
Cinyphiumque Jubam, Mithridateisque tumentem
Nominibus Pontum, populo adjeciſſe Quirini;
Et multos meruiſſe, aliquos egiſſe triumphos;
Quam tantum genuiſſe virum, quo praeſide rerum
Humano generi, Superi, caviſtis abundè.
Ne foret hic igitur mortali ſemine cretus,
Ille Deus faciendus erat. quod ut aurea vidit
Æneae genetrix; vidit quoque triſte parari
Pontifici letum; & conjurata arma moveri;
Palluit: & cunctis, ut cuique erat obvia, Divis,
Adſpice, dicebat, quantâ mihi mole parentur
Inſidiae: quantâque caput cum fraude petatur,

Quod

major ei parta fuerit fama, quam cum Octavianum adoptavit, eumque ſucceſſorem reliquit. Haec materia eſt, nunc videamus quid illuſtratio faciat, quid ars, quid Muſa denique. *Caeſar in urbe ſua &c.* Nunc qui accurate iſthaec & penſiculate legerit, an dubitas, quin ille latentem errorem animadvertat? Ipſe quidem nullus dubito, nec tibi, ſpero, aliter videbitur. Itaque lego, non ut vulgò legitur,

Scilicet aequoreos plus eſt domuiſſe Britannos &c.
Quam tantum genuiſſe virum.

Sed ſententia plane contraria,

Scilicet aequoreos minus eſt domuiſſe Britannos &c. Tan. Faber lib. II. Epiſt. 69. Ego nihil mutandum cenſeo. *Scilicet* enim Ironicae locutioni inſervit, quod non animadvertit Faber, nec librarius codicis Ambroſiani, qui *minus eſt* habebat. *domuiſſe tyrannos* unus Thuaneus. Burm.

754. *Numidasque rebelles.*] Propterea quòd Jubam regem ſuum recipere noluerunt. Ciofan. Sed juba Pompeji partes ſecutus eſt, non Caeſaris. quare *rebelles*, qui jugum recipere nolebant, ſed ſemper excutiebant, & qui duce Juba arma contra Caeſarem ſumſerunt.

755. *Cyniphiumque Jubam Mithridatisque tumentem.*] *Cinyphiumque.* dictum alibi. Lege praeterea, *Mithridateisque nominibus.* nam duae primae ejus nominis ſyllabae ſunt breves. Heins. Ita unus Moreti & editiones Aldi, Gryphii, Micylli & aliae.

757. *Et multos meruiſſe, aliquos egiſſe triumphos.*] Teſtatur Vellejus Paterculus lib. II. Caeſarem quinque egiſſe triumphos, diverſo apparatu. Ejus verba ſunt: *Caeſar, omnium victor, regreſſus in urbem, quod humanam excedat fidem, omnibus, qui contra ſe arma tulerant, ignovit, magnificentiſſimisque gladiatorii muneris, naumachiae, & equitum peditumque, ſimul elephantorum certaminis ſpectaculis, epulique per multos dies dati celebratione, replevit eam. Quinque egit triumphos: Gallici apparatus ex citro; Pontici ex acantho; Alexandrini, teſtudine; Africi, ebore; Hiſpanienſis, argento raſili conſtitit.* Ciofan. *Aliquos tetigiſſe* prim. Vatic. & duo alii.

759. *Superi faviſtis abunde.*] *Caviſtis* eleganter prim. Bonon. & quart. Medic. hoc eſt, proſpexiſtis. *caruiſtis* Langerm. Simili ſignificatione apud Silium l. IX. 140.

Sat magnum hoc miſerae fuerit mihi cardine vitae
Solamen, caviſſe meis. Heins.

760. *Ne foret.*] *Ni* plurimi ſcripti. *ni* pro *ne* dici ab auctoribus probat Turneb. Adv. XVI. II. & III.

Quod de Dardanio ſolum mihi reſtat Iülo.
Solane ſemper ero juſtis exercita curis?
Quam modo Tydidae Calydonia vulneret haſta,
Nunc male defenſae confundant moenia Trojae.
Quae videam natum longis erroribus actum,
Jactarique freto, ſedesque intrare ſilentum;
Bellaque cum Turno gerere; aut, ſi vera fatemur,
Cum Junone magis. quid nunc antiqua recordor
Damna mei generis? timor hic meminiſſe priorum
Non ſinit. in me acui ſceleratos cernitis enſes.
Quos prohibete, precor; facinusque repellite: neve
Caede ſacerdotis flammas exſtinguite Veſtae.
Talia nequicquam toto Venus anxia coelo
Verba jacit: Superosque movet. qui rumpere quamquam
Ferrea non poſſunt veterum decreta ſororum;
Signa tamen luctûs dant haud incerta futuri.

Arma

12. vid. Taubm. ad Plaut. Menaechm. I. ſc. I. I. *mortali ſanguine* Gronov. & ſex alii.

763. *Et conjurata arma moveri.*] Nonnulli, *conjurataque.* unus Ambroſ. *& juratague.* Puto, *juratague.* Adi Notas libro v. 150. HEINS.

764. *Divis.*] *Divum* prim. Gron.

767. *Iülo.*] *Alumno* unus Heinſii.

768. *Solane ſemper ero injuſtis exercita curis.*] Imo, *juſtis curis.* neque aliter plerique veteres. ſic *juſti dolores* dicuntur Triſt. IV. Eleg. III. 21.

——— *Incubuit juſto mens aegra dolori.*

HEINS. *Multis* Gronov. *duris* unus. *vaſtis* etiam unus. *juſtis rebus* alius.

771. *Longis erroribus.*] *Erratibus* ſec. Moret. vid. lib. IV. 567. *tantis* etiam prior Strozzae.

772. *Jactarique.*] *Luctarique* unus.

777. *Neve Caede ſacerdotis flammas exſtinguite Veſtae.*] Docet ipſe VI. Faſt. ignem in aede Veſtae perpetuò ſervari ſolitum fuiſſe:

Ignis inexſtinctus templo celatur in illo.

Quare alibi appellat, *Vigiles flammas:*

Illa poteſt vigiles flammas exſtinguere Veſtae.

C. Vellejus Paterculus extremo lib. II. *Perpetuorumque cuſtos Veſtae ignium.* Cic. pro Fontejo: *Proſpicite, ne ille ignis aeternus, nocturnis Fontejae laboribus vigiliisque ſervatus, Sacerdotis Veſtae lacrimis exſtinctus eſſe dicatur.* Livius lib. V. *Quid de aeternis Veſtae ignibus, ſignoque, quod imperii pignus cuſtodia ejus templi tenetur, loquar?* Idem lib. XVIII. de prodigiis loquens: *Terruit animos hominum ignis in aede Veſtae exſtinctus, ob quam cauſam caeſa flagris eſt Veſtalis, cujus cuſtodia noctis ejus fuerat, juſſu P. Licinii pontificis.* In illis autem verbis, *cujus cuſtodia*, lib. Livii vetus, qui penes me eſt, habet, *cujus cuſtos &c.* & *flagro*, non *flagris.* melius ut puto. fuit autem hoc anno D. XLIV. qua de re ſic etiam Feſtus Pompejus: *Ignis ſi quando exſtinctus eſſet, Virgines verberibus afficiebantur à Pontifice: quibus mos erat tabulam felicis materiae tamdiu terebrare, quousque exceptum ignem cribro aeneo Virgo in aedem ferret.* Sed non deſunt, qui in his Feſti verbis legant, *Verberare*, non *Terebrare.* Alludit autem fortaſſe hoc loco Ovidius noſter ad id, quod refert D. Auguſt. lib. III. cap. 28. De Civit. Dei. *Mucius*, inquit, *Scaevola, pont. max. quoniam nihil apud Romanos templo Veſtae ſanctius habebatur, aram ipſam amplexus occiſus eſt: ignemque illum, qui perpetuâ curâ Virginum ſemper ardebat, ſuo paene ſanguine exſtinxit.* CIOFAN.

780. *Movet.*] *Monet* Medic. & Junian.

781. *Veterum.*] *Vetum* Francof. prim. Baſil. & duo Medic. unde Heinſius faciebat, *nentum*, ut *nentes Parcae* lib. V. Triſt. III. 25. ſed quia linea ſuperſcripta eſt hoc modo, *vetum:* ego pro *veterum* per compendium poſitum puto. nam & *uterum* erat in uno Heinſii. *veterum* vero dixit, pro quae jam olim decreverant. ut in Catalect. Pith. lib. III. p. 129.

Sic etenim duxere olim primordia Parcae,
Et nevere ſuper vobis fatalia fila. BURM.

782. *Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.*] Significat ſigna haec ante caedem facta, quae ſint futurae caedis, ex qua luctus. GLAREAN.

784. *Ar-*

Arma ferunt nigras inter crepitantia nubes,
Terribilesque tubas, auditaque cornua coelo
Praemonuiſſe nefas. Phoebi quoque triſtis imago
Lurida ſollicitis praebebat lumina terris.
Saepe faces viſae mediis ardere ſub aſtris:
Saepe inter nimbos guttae cecidere cruentae.
Caerulus & vultum ferrugine Lucifer atrâ
Sparſus erat: ſparſi Lunares ſanguine currus.
Triſtia mille locis Stygius dedit omina bubo;
Mille locis lacrimavit ebur: cantusque feruntur
Auditi, ſanctis & verba minacia lucis.
Victima nulla litat: magnosque inſtare tumultus
Fibra monet; caeſumque caput reperitur in extis.
Inque foro, circumque domos, & templa Deorum
Nocturnos ululaſſe canes; umbrasque ſilentum
Erraviſſe ferunt; motamque tremoribus urbem.

Non

784. *Arma crepitantia.*] Similia prodigia paſſim Obſequens, ſed ſaepe vitio librariorum corruptus, narrat. ita cap. LXXIII. *In Cephalenia turba in caelo cantare viſa*, ubi legendum cum Heinſio, *tuba.* LXXVI. *Conſae arma in caelo volare viſa.* ubi idem malebat, *ſonare.* ut Noſter in Faſt. v. 549.

Fallor, an arma ſonant, non fallimur, arma ſonabant.

idem Obſequens cap. CXXV. *clamorem crepitumque armorum Antiochiae bis auditum.* & ita alibi. an vero cap. CV. etiam *crepitus* legendum ſit, cum Scheffero, nondum ſtatuere poſſim, cum ibi non de ſono in caelo, ſed apud inferos audito, agatur. *fremitum* certe eleganter eruditiſſimus Juvenis Oudendorpius, cui plura, ſi Deus velit, respub. literaria debebit, illuſtravit, ſed magis tamen in *crepitum* inclino, quia omnia illa prodigia imaginem verae pugnae repraeſentabant; in illa vero ante proelium milites arma haſta vel gladio concutere ſolebant, unde crepitus, qui junctus clamori bellico terrorem hoſtibus incutiebat. vide quae notavimus ad Petron. cap. LVI. & quae paſſim rei militaris ſcriptores habent. denique *crepare* & *crepitare* proprie arma dici eleganter docuit Broukhuſius ad ſimilem Tibulli locum II. 5.

Atque tubas, atque arma ferunt crepitantia coelo
Audita, & lucos praecinuiſſe fugam.

Nigras inter nubes etiam Moreti & quatuor alii. bene. Burm.

792. *Mille locis lacrimavit ebur.*] *Ebur*, hoc eſt, ſimulacrum ex ebore confectum. Ita Virg. I. Georg. 480.

Et moeſtum illacrimat templis ebur,

Significavit & hoc Tibullus lib. II. eleg. 5.

Et ſimulacra Deûm lacrimas fudiſſe tepentes.

Julius praeterea Obſequens cap. CXXIII. *Lupi in urbe viſi, nocturni ululatus flebiles canum auditi: ſimulacrum Martis ſudavit: fulmen tota urbe pervagatum pleraque deorum ſimulacra decuſſit, homines exanimavit.* Ciofan. *Mille locis lacrymantur aves*, Codex Sprotii.

792. *Cantusque.*] Broukhuſius malebat, *planctusque.* ſed *cantus* hic ſunt *voces*, quaſi oraculo editae, quales ſaepe auditae inter omina habita. vide ad lib. VII. 8. & Emmenes. ad Virg. I. Georg. 476. *ſacris lucis* Vaticanus & decem alii. *ſilvis* unus.

795. *Caeſumque caput.*] Senec. Oedip. verſ. 960. *Et capita paribus bina conſurgunt toris, ſed utrumque caeſum tenuis abſcondit caput membrana.* Plinius lib. IX. 37. *Caput extorum triſtis oſtenti caeſum quoque eſt, praeterquam in ſollicitudine ac metu: tunc enim perimit curas.* ubi Dalecampius interpretatur cultro victimarii tactum vel vulneratum. Livius VIII. 9. *Decio caput jecinoris a familiari parte caeſum aruſpex dicitur oſtendiſſe, alioqui acceptam Diis hoſtiam eſſe.* unde fraude victimariorum hoc ſaepe accidiſſe facile eſt colligere. Burm.

797. *Nocturnos ululaſſe canes.*] Hoc ex Obſequentis verbis intelligi licet. Verùm, quod ait Virgilius, majus eſt: *Pecudesque locutae.* Vide ſub finem lib. I. Georg. Ciofan.

797. *Umbrasque ſilentum.*] *Silentes* prim. Erfurt. & Medic. chartaceus. vid. lib. XIII. 25. *Nocturnas* etiam *canes* prim. Twiſdenius. Vide Notas libro III. in fabula Actaeonis. Heins.

798. *Erraviſſe.*] *Eripuiſſe* Urbin. pro *erupiſſe.* Idem.

799. *Ven-*

Non tamen insidias, venturaque vincere fata
Praemonitus potuere Deûm : strictique feruntur
In templum gladii. neque enim locus ullus in Urbe
Ad facinus, diramque placet, nisi Curia, caedem.
Tum vero Cytherea manu percussit utràque
Pectus : & aetheriâ molitur condere nube;
Quâ prius infesto Paris est ereptus Atridae :
Et Diomedeos Æneas fugerat enses.
Talibus hanc genitor : Sola insuperabile fatum,
Nata, movere paras ? intres licet ipsa Sororum
Tecta trium; cernes illic molimine vasto
Ex aere, & solido rerum tabularia ferro :
Quae neque concursum coeli, neque fulminis iram,
Nec metuunt ullas tuta atque aeterna ruinas.
Invenies illic incluſa adamante perenni
Fata tui generis. legi ipse; animoque notavi:

Et

799. *Venturaque.*] *Nocturnaque* Gronovii unus & Heinsii, unde hic, *nocituraque* conjiciebat.

803. *Tum vero Cytherea manu.*] Pro *manu* plurimi scripti, etiam ex vetustioribus, *suum.* & proximo versu, pro *aetherea*, prim. Reg. Urbin. prim. Erfurt. alter Hamburg. prim. Palat. Basil. & decem alii, *interdum. hunc densa* Cantabrig. unus Voss. *& illa deum. in terram nubem* unus Gronov. at prim. Vatican. *aenea nube. aëria* quinque. *Æneaden* unus Voss. unus Basil. *Æneadem.* duo alii, *obscura.* Arondel. *aetheri.* prim. Hamburg. *Pectus sed tandem.* Opinor non uno mendo adfectos esse hos duos versus. pro *utraque*, scripti, *utrumque*, *utroque*, *utrimque*, *uterque.* Heins.

805. *Qua prius infesto Paris est arreptus Atridae.*] In uno Vatican. *Ereptus Atridae.* Ciofan.

806. *Et Diomedeos.*] *Qua* prim. Vatican. Urbin. & Argent. Heins.

807. *Talibus hanc.*] *Hinc* prim. & quart. Moreti. pro *sola* prim. Palat. Bernegger. prim. Hamburg. Arondel. *folio.* pro *paras*, prim. Vatic. prim. Palat. prim. Basil. prim. Erfurt. prim. Moret. Cantabrig. & prim. Gronov. cum aliis plurimis, *putas.* duo, *putes*, totidem, *potes.* Idem.

808. *Nata movere paras.*] Idem liber, Caelest. & meus habent, *Movere putas?* Ciofan.

809. *Molimine vasto.*] *Molimina magna* Patavin. *Molimina vasta* Regius. *molimine magno* tres alii. *invenies illic* Sixi. mox pro *solido*, *valido* Argentin.

811. *Concussum coeli.*] *Concursum* Calandr. prim. Hamburg. & multi alii. ut tonitrua intelligat. ita Lucretius frequenter. Heins. Vid. supr. lib. vi. 695.

813. *Illic incisa.*] Sic unus Vatic. Alii scripti, *Incluſa.* Ciofan. *Incluſa* Urbin. Bernegger. prim. Hamburg. Arondel. & multi alii. prim. Basil. *insculpta. incluſa* placet. in Trist. iv. viii. 45.

Nil adeo solidum est, adamas licet alliget illud.
Pont. lib. iv. Eleg. xii. 31.

——— *duro praecordia ferro*
Esse, vel invicto clausa adamante putem.
Heins. Vide Salmas. ad Spart. Hadrian. 10. & ad Poll. Claud. 17. & comm. ad Cicer. i. ad Att. 10. sic *includunt*, pro *inducunt*, quidam codices lib. iv. 408. vid. & iii. Fast. 384.

815. *Et referam.*] *Refero* unus Heinsii. *ne sis & nunc.* prim. Vatic. *ut nunc* unus Heinsii. *etiam haud* quatuor. *etiam non gnara* unus. deinde, *is sua complevit* unus Heinsii.

818. *Templisque colatur.*] Caelest. *Locetur.* Illud magis probo. Ciofan. *Locetur* multi veteres. Pont. iv. 9. 129.

Tu nostras audis inter convexa locatus
Sidera, sollicito quas damus ore, preces.
iii. Fast. 615.

Perque deos comites, hac nuper sede locatos.
Juvenalis Sat. x 366.

Te facimus Fortuna Deam caeloque locamus.
Heins.

819. *Natusque tuus.*] Liber meus, *Natusque simul.* Ciofan. Imo, *suus*, pro ejus natus, quod est in plerisque scriptis. Egregie blanditur Augusto. quod sequentia satis evincunt. *tuus* nullum habet sensum. pro *nominis haeres* prim. Palat. prim. Cantabrig Oxon. Arondel. aliique complures, *numinis. muneris haeres* Zinzerling. & unus Leidensis. *nominis hujus* unus Medic. pro *ferat unus onus*, tert. Medic. & alius ejusdem Bibliothecae, *urbis onus.* in Fastis, ii. 197.

Una domus vires & onus susceperat urbis.

pos-

Et referam : ne ſis etiamnum ignara futuri.
Hic ſua complevit (pro quo, Cytherea, laboras)
Tempora, perfectis, quos terrae debuit, annis;
Ut Deus accedat coelo, templisque colatur,
Tu facies, natusque ſuus, qui nominis heres,
Impoſitum feret Urbis onus : caeſique parentis
Nos in bella ſuos fortiſſimus ultor habebit.
Illius auſpiciis obſeſſae moenia pacem
Victa petent Mutinae : Pharſalia ſentiet illum,
Æmathiâque iterum madefacti caede Philippi :
Et Magnum Siculis nomen ſuperabitur undis:
Romanique ducis conjux Ægyptia, taedae
Non bene fiſa, cadet : fruſtraque erit illa minata,
Servitura ſuo Capitolia noſtra Canopo.
Quid tibi Barbariem, gentes ab utroque jacentes
Oceano, numerem ? quodcumque habitabile tellus

Sufti-

poſſet &, *orbis onus*; ut ad Herculem alludat. Vide Notas Faſt. l. I. ℣ſ. 616. Heins.

822. *Illius auſpiciis obſeſſae moenia pacem.*] Paucis verbis magnam hiſtoriam attingit, aut perſtringit verius; tertio porro deinde carmine *madefient* legendum, non *madeſcent* propter carmen. Glarean.

824. *Emathiique iterum madefient caede Philippi.*] Sic omnes ſcripti libri. Peſſimè quidam legunt, *madeſcent*. Catullus priorem confirmat lectionem : *Alta Polyxenia madefient caede ſepulcra* De bello, apud Philippos geſto, ſic Manilius lib. I. Aſtronom.

Civiles etiam motus cognataque bella
Significant, nec plura alias incendia mundus
Suſtinuit, quàm cùm ducibus jurata cruentis
Arma Philippeos implerunt agmine campos.

Virgilius :

Romanas acies iterum videre Philippi. Ciofan. *Emathiaeque* prim. Palat. prim. Vatican. prim. Moret. Cantabrig. uterque Erfurt. prim. Reg. Bernegg. aliique complures. *Emathiaque* Urbin. Neapol. prim. Hamburg. Arondel. & octo praeterea. Lege cum uno Argentinenſi,

Emathiaque iterum madefacti caede Philippi.

Petronius, ut ſcribendum,

Cerno equidem gemino jam ſtratos Marte Philippos.

non, *gemina morte*. *Philippi* tamen foeminino genere apud Focam Grammaticum in vita Virgilii legitur,

——— *jam caede piorum*
Perfuſas acies legitur viſura Philippos.

ſed illic oppidum intelligit. Heins.

826. *Romanique ducis conjux Ægyptia taedae Non bene fiſa cadet.*] Hac de re ſatis multa litteris mandavit C. Vellejus Paterculus lib. II. Appianus lib. V. de Bello Alexandrino, Zonaras lib. II. Hiſtoriae Romanae. Dio lib. LI. & Xiphilinus in Auguſto, ubi Cleopatrae mortis opiniones duas notant. Periiſſe autem Cleopatram aetatis ſuae ann. XXXIX. ex hiſtoriae ſcriptoribus colligitur. Ciofan.

828. *Servitura ſuo Capitolia noſtra Canopo.*] Errat Regius, qui ait Canopum ab Ulixis navis gubernatore eſſe cognominatum. Euſtathius in Dionyſ. Ammianus & alii, à Menelai. Aeſchylus in Prometheo de hac Urbe :

Ἔ͂ϛιν πόλις Κάνωβος ἐσχάτη χθονὸς,
Νείλου πρὸς ἀντῷ ϛόματι καὶ προχώματι.
Eſt urbs Canopus terra extrema
Ad Nili oſtium & littus ſita. Ciofan.

828. *Capitolia noſtra.*] Capitolium unde nomen ſortitum ſit oſtendit nuper ex Arnobio pererauditus ac diligens juvenis Theodorus Canterus, Ultrajectinus. Itaque praeſtat totum caput huc adſcribere. Is enim cap. II. lib. I. ſic ait : *Hiſtorici, ut Plutarchus, Halicarnaſſeus, Livius, atque adeo alii, qui de antiquitatibus Romanorum ſcripſerunt, unde Capitolium ſit dictum videntur ignoraſſe. Quia autem hujus vocabuli originem ſolus Arnobius non videtur ignoraſſe, ejus verba, ut rei tam obſcurae & ignotae lucem quandam afferre poſſim, in medium adducere non gravabor. Arnobii verba haec ſunt, ex lib.* VI. *Sed, quid ego haec parva ? Regnatoris in populi Capitolio, quis eſt hominum, qui ignoret Toli eſſe ſepulcrum Vulcentani ? quis eſt, inquam, qui non ſciat, ex fundaminum ſedibus caput hominis evolutum, non, ante plurimum temporis, aut ſolùm partibus ceteris (hoc enim quidam ferunt) aut cum membris omnibus humationis officia ſortitum ? Quòd ſi planum fieri teſtimoniis poſtulatis auctorum, Sammonicus, Granius, Valerianus vobis & Fabius indicabunt: cujus Tolus fuerit filius, gentis & natio-*

Suſtinet, hujus erit. pontus quoque ſerviet illi.
Pace datâ terris, animum ad civilia vertet
Jura ſuum, legesque feret juſtiſſimus auctor:
Exemploque ſuo mores reget: inque futuri
Temporis aetatem, venturorumque nepotum,
Proſpiciens, prolem ſanctâ de conjuge natam
Ferre ſimul nomenque ſuum curasque jubebit.
Nec, niſi cum ſenior ſimiles aequaverit annos,
Ætherias ſedes cognataque ſidera tanget.
Hanc animam interea caeſo de corpore raptam

Fac

nis cujus, ut à germani ſervulo vita fuerit ſpoliatus & lumine; quid de ſuis commeruerit civibus, ut ei ſit abnegata telluris patriae ſepultura: condiſcetis etiam, (quamvis nolle iſtud publicare ſe fingant) quid ſit capite reſecto factum, vel in parte qua curioſa fuerit obſcuritate concluſum: ut immobilis videlicet atque fixa obſignati ominis perpetuitas ſtaret. Quod ſi opprimi par eſſet & vetuſtatis oblitteratione celari, compoſitio nominis jecit in medium, & cum ſuis cauſſis, per data ſibi tempora inexſtinguibili fecit teſtificatione procedere: nec erubuit civitas maxima & numinum cunctorum cultrix, cùm vocabulum templo daret, ex Toli Capite, Capitolium, quam ex nomine Jovis, nuncupare. Haec Arnobius. CIOFAN.

829. *Quid tibi Barbariem, gentesque ab utroque jacentes Oceano, numerem!*] *Gentes* prim. Reg. & octo alii. Cantabrig. aliique multi, *Barbariam. Barbariam gentes* prim. Palat. *Barbariae gentes* Zulichem. & tres alii. Scribe,

Quid tibi Barbariae gentes ab utroque jacentis Oceano numerem?

HEINS. *Barbariam* etiam Francof. & miror Heinſium, qui ubique illas appoſitiones ſervat, & etiam quaerit, hîc noluiſſe admittere. vide ſupr. ad lib. IV. 668. *Barbaria* enim pro toto tractu terrarum, quem Barbari populi tenent, ſaepe ponitur. ſic Juſtinus, Cicero & alii. *enumerem* etiam Medic. *referam* duo alii. BURM.

833. *Juſtiſſimus auctor.*] Ita veteres libri. CIOFAN. *Legesque ſciet* Menardi Cod.

834. *Exemploque ſuo mores reget.*] Liber meus & unus Vatican. *Mores geret.* CIOFAN.

834. *Inque futuri.*] Heinſius malebat, *inde.*

836. *Sancta de conjuge natam.*] In quibusdam editionibus legitur, *Prolem ſancta de virgine natam.* Quod ſi ita ab Ovidio ſcriptum eſt, eodem referendum erit, quò & Virgilianum illud in Bucolicis, *Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna, &c.* Ut accipiamus hoc ita dictum eſſe in gratiam Liviae, quam Auguſtus ita amavit, ut etiam praegnantem à marito priore Nerone abduxerit, ut Suetonius & ceteri tradunt. Translata autem talia ex carminibus Sibyllae videntur, quae cùm per ea tempora Chriſtum ex virgine natum iri ceciniſſet, poëtae non intelligentes rem, quaecunque de Chriſto & ejus temporibus dicta eſſent, ad Auguſtum & ipſius felicitatem retulere. MICYLL. *Conjuge* libri ſcripti. Atque ita Catullus in Nuptiis Pelei & Thetid.

Inde pater divûm ſancta cum conjuge natisque Advenit.

CIOFAN. Monachi, qui de ſancta virgine Maria ſomniabat, manum agnoſco.

837. *Jubebit.*] *Videbit* Cantabr. & plurimi alii.

838. *Nec niſi cum ſenior ſimiles aequaverit annos.*] Haec multis annis ante Auguſti obitum ſcripta videntur & ante Ovidii exilium. Auguſti enim anni, quibus vixit, ſuperant Julii vitae annos viginti. at cum haec ſcriberet Ovidius, Auguſtus nondum tot habuit annos, quot C. Caeſar Julius, cum in Senatu occideretur. GLAREAN. Interpretibus placet haec ab Ovidio ſcripta eſſe, cum Auguſtus annum aetatis LVI. nondum attigiſſet, quo extinctus eſt Divus Julius. at quis ſeniorem aut ſenem vocavit Divum Julium? haec aetas ſenectus non eſt, ut eam Auguſto aequandam debeat precari. Piget pluribus haec refellere. *Patrios annos* prim. Moreti. & octo alii. neque aliter Bernegger. & Rottendorph. pro diverſa lectione. at Thuan. aliique quatuor, *cum patruo ſenior ſimiles.* unus Strozz. *cum patrios ſenior ſimiles.* Sed deſinamus ineptire. ſcripſerat, puto, Noſter,

Nec niſi cum ſenior Pylios aequaverit annos.

Auguror neminem de hac reſtitutione dubitaturum, quod ut felicius ex voto ſuccedat, en ſimilem locum Pont. l. II. Eleg. VIII. ubi Tiberium alloquitur,

Sic Pater in Pylios, Cumaeos mater in annos Vivant; & poſſis filius eſſe diu.

Triſt. v. Eleg. v.

Di-

Fac jubar, ut ſemper Capitolia noſtra Forumque
Divus ab excelſâ proſpectet Julius aede.
Vix ea fatus erat; mediâ cum ſede Senatûs
Conſtitit alma Venus nulli cernenda: ſuique
Caeſaris eripuit membris, nec in aëra ſolvi
Paſſa recentem animam, coeleſtibus intulit aſtris.
Dumque tulit; lumen capere, atque igneſcere ſenſit:
Emiſitque ſinu. Lunâ volat altius illa:
Flammiferumque trahens ſpatioſo limite crinem
Stella micat, natique videns bene facta; fatetur

Eſſe

Dî precor, & Caeſar Dîs acceſſure, ſed olim;
Æquarint Pylios cum tua fata dies.

utitur & alibi hoc adagio. ut libro Pont. I. Eleg. IV.

Nam mea per longos ſi quis mala digerat annos,
Crede mihi, Pylio Neſtore major ero.

Martialis l. IV. Epigr. I. in Natalem Domitiani,

Caeſaris alma dies, & luce ſacratior illâ,
Conſcia Dictaeum qua tulit Ida Jovem,
Longa, precor, Pylioque veni numeroſior aevo.

& libro VIII. 2.

Terrarum domino, deoque rerum
Promiſit Pyliam quater ſenectam.

Statius lib. III. Silv. IV. 103. de eodem Domitiano:

——— *eat, oro, per annos*
Iliacos Pyliosque ſimul.

lib. V. III. 255.

O Pylias aevi tranſcendere metas,
Et Teucros aequare ſenes, o digne videre
Me ſimilem.

Theb. V. 751.

——— *Pyliae nec fata ſenectae*
Maluerit, Phrygiis aut degere longius annis.] Heins.

839. *Sidera.*] *Numina* Gronov. *litora* Medic. *ſidera ſervet* Thyſii.

840. *Raptam.*] *Natam* quatuor. *nomine raptam* unus.

842. *Julius aede.*] *Arce* Thuani. ut coelum intelligat, vid. ad Epiced. in Druſum ỳſ. 61. eadem varietas lib. II. ex Pont. II. 86. ubi per *aedem* Veneris Genetricis templum intelligunt.

843. *Media.*] Heinſius malebat, *medii.*

844. *Conſtitit alma Venus.*] *Alma Venus*; Sic Lucret. initio libri primi:

Æneadum genetrix, hominum divûmque voluptas,
Alma Venus.

Et Virg. I. Aeneid.

Tune ille Æneas, quem Dardanio Anchiſae
Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam.

Et II.

Alma Venus confeſſa Deam, qualisque videri
Caelicolis.

Alma, inquit Pompejus, *ſancta, ſive pulchra; ſive alens, ab alendo ſcilicet.* Ciofan. *Ipſa Venus* ſeptem libri. *nulli conſpecta* Moreti.

845. *In aëra.*] *In aëre* plurimi. *in aethera* duo.

846. *Coeleſtibus.*] *Radiantibus* unus Medic. repetitum ex lib. IX. 272.

847. *Dumque tulit.*] *Dumque volat* Moreti. ut lib. VI. 708.

847. *Lucem capere.*] *Numen* multi veteres. at prim. Gronov. prim. Erfurt. & quinque alii, *lumen.* recte. Heins.

848. *Emiſitque ſimul: ſimul evolat altius illa.*] *Luna volat altius* Polit. Urbin. prim. Vatic. quart. Medic. prim. Hamburg. decem alii. Sed nondum integer eſt locus. Scribe cum Bernegg. Thuan. & aliis nonnullis,

Emiſitque ſinu. Lunâ volat altius illa.

Vetuſtum adulationis genus. ſic Conon Mathematicus Ptolemaeo gratificatus Ἀμάδρους quosdam ἀστέρας in leonis partibus comam Berenices vocavit. ſic divus Hadrianus, cum poſt obitum Antinoi delicati ſui ſidus quoddam obſervaſſet hactenus incognitum, credi voluit hanc eſſe Antinoi in caelum recepti animam. Heins. Secuti hoc fuere omnes poëtae, Caeſaribus divis adulantes, ut fingerent animas eorum in novas ſtellas abire. vid. Virgil. I. Georg. 32. Horat. III. od. 25. Valer. Flac. initio operis. Lucan. I. 46. Claudian. Conſ. Olybr. 242. II. in Rufin. prim. Statius I. Theb. prim. & ſaepe in Silvis. nec abſtinuit, aulicae adſentationis princeps & pudendum poſteris exemplar, Plinius Panegyr. cap. XI. & LXXXIX. Burm.

849. *Flammiferumque trahens ſpatioſo limite crinem Stella micat.*] Periphraſis Cometae: quam unà

Esse suis majora; & vinci gaudet ab illo.
Hic sua praeferri quamquam vetat acta paternis;
Libera fama tamen nullisque obnoxia jussis,
Invitum praefert; unâque in parte repugnat.
Sic magni cedit titulis Agamemnonis Atreus:
Ægea sic Theseus, sic Pelea vincit Achilles.
Denique, ut exemplis ipsos aequantibus utar,
Sic & Saturnus minor est Jove. Juppiter arces
Temperat aetherias, & mundi regna triformis:
Terra sub Augusto. pater est & rector uterque.
Dì, precor, Æneae comites, quibus ensis & ignis
Cesserunt, Dîque Indigetes, genitorque, Quirine,
Urbis, & invicti genitor, Gradive, Quirini,
Vestaque Caesareos inter sacrata Penates;

Et

cum Caesaris aenea statua in aede Veneris posuit Octavius: auctor Zonaras, & eo prior Dio lib. XLV. De hoc Cometa vide Plinium lib. II. cap. 25. & Iulium Obsequentem de Prodigiis. CIOFAN. *Limite callem* Thuan. Heins. *lumine* Vivian. & quatuor alii. *flammigerumque* Oxon. Cantab. & tredecim alii.

850. *Micat.*] *Nitet* unus Medic.

854. *Unaque in parte.*] *Hac parte* quatuor. unus Voss. & *in una parte.* non male. HEINS.

855. *Sic magnis.*] *Magnus* Bernegger. Thuan. prim. Reg. uterque Erfurt. prim. Moret. aliique multi cum prim. Vatic. Oxon. & prim. Gronov. at prim. Palat. *sic magni cecidit.* Lege, *magnis cedit.* HEINS.

856. *Aegea sic Theseus, sic Pelea vicit Achilles.*] Hunc locum imitatus est Satyricorum princeps, Juvenalis, Satyra XIV. 213.

——— *vincêris, ut Ajax*
Praeteriit Telamonem, ut Pelea vicit Achilles.

CIOFAN. In Juvenalis loco *vincit* habet codex Leidensis. ut & hic multi codices variant.

856. *Achilles.*] *Achilles*, cui nomen fuit *Ligyron*, quare sit dictus, docet Apollodorus lib. III. Id est, quòd labra mammis non admoverit. Καὶ ὠνόμασεν Ἀχιλλέα, πρότερον ἦν ὄνομα αὐτῷ Λιγύρων. Alteram etymologiam dicit Lycophron his verbis:

Ἀφ' ἑπτὰ παίδων φεψάλῳ σποδουμένων,
Μοῦνον φλέγουσαν διαλύξαντα σποδόν.

E septem pueris, igne combustis,
Solum calidae elapsum favillae.

Quae interpretatio est Gulielmi Canteri, viri doctiss. qui etiam in scholiis, quae in eum poëtam scripsit, ex Agamestore alteram ab his, quas posui, diversam affert. cujus verba haec sunt: Thetis indignata, quòd mortali Peleo nupsisset, sex masculos, quos ex ipso genuerat, comburendos in ignem, tanquam se indignos, projecit: ultimum verò Achillem cùm itidem vellet comburere (id quod ad divinitatem illi conciliandam factum vult Apollonius) à patre superveniente prohibita est, cùm tamen alterum labrum combustum esset, unde post Ἀχιλλεὺς dictus est. Nam, ut inquit Agamestor:

——— Ἀχιλλῆα
Πηλεὺς κέκλικσκε χείλεος εἵνεκα μίν. id est,
De labro Peleus nominat ipsum Achillem.

Achilles tamen contrà, ut & hoc obiter admoneam, de patre sic apud Homerum loquitur:

Ἀλλ' ἕνα παῖδα τέκεν παναώριον.
Unicus, inquit, sum patri filius. CIOFAN.

859. *Triformis.*] Hinc Statuam Jovis, tenentis manu tria poma, velut globos, explicat Lambecius ad Codini Excerpta. pag. 830. Edit. Bandurianae.

860. *Terra sub Augusto.*] *Sub Augusto est* plerique veteres. Lege, *es.* ut vitetur τοῦ *est* concursus ingratus. HEINS.

860. *Pater est & rector uterque.*] Sic & alibi, ad Augustum:

Jure igitur genitorque Deûm, rectorque vocatur:
Jure capax mundus nil Jove majus habet.
Tu quoque, cùm patriae rector dicare paterque,
Utere more dei nomen habentis idem.
CIOFAN.

866. *Qui-*

Et cum Caesareâ tu, Phoebe domestice, Vestâ,
Quique tenes altus Tarpeias Juppiter arces,
Quosque alios vati fas adpellare piumque;
Tarda sit illa dies, & nostro serior aevo,
Quâ caput Augustum, quem temperat, orbe relicto
Accedat coelo: faveatque precantibus absens.
Jamque opus exegi: quod nec Jovis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.
Cum volet illa dies, quae nil nisi corporis hujus
Jus habet, incerti spatium mihi finiat aevi:
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar: nomenque erit indelebile nostrum.

Quâ-

866. *Quique tenes altus.*] *Altus* quidem legitur in omnibus, quae mihi videre contigit, exemplaribus. Sed *Latius* magis sensui Poëtaeque eruditioni convenire videtur. Nam *Latialis Juppiter* in Capitolio colebatur. Regius. Liber meus, *Quique tenes celsus.* Stupidi quidam legunt, *Quique tenes altius.* Ciofan. *Celsus* unus Mediceus Valer. Flac. II. 305.

—— *Jam te ciet altus ab Alba*
Juppiter.

Nostter VI. Fast. 188.

Defensor solii, Juppiter alte, tui.

& alibi saepe.

868. *Tarda sit illa dies.*] Hoc est, quod ait lib. II. Tristium:

Optavi peteres caelestia sidera tardè,
Parsque fui turbae parva precantis idem.

Ciofan.

868. *Et nostro serior aevo.*] *Tardior* prim. Vatic. tert. quart. Medic. Oxon. alii quatuor. Forte,

—— *sit nostro tardior aevo.* Heins.

871. *Jamque opus exegi.*] Id est, opus absolvi, finem operi imposui. Remed. 811. *Hoc opus exegi.* Ciofan. Vide de hoc epilogo, ut ita dicam, operis Barth. ad Stat. XII. Th. 810.

871. *Quod nec Jovis ira.*] Hunc & sequentem versum Albertinus Mussatus Epistolae XVIII. intexuit.

873. *Cum volet illa dies, quae nil nisi corporis hujus.*] *Volet* ambiguum à primane conjugatione, an à tertia: sed videtur à tertia potius, ut sit concedentis, Veniat mors quandocunque volet, & finiat mihi spatium aevi incerti, hoc est, hujus miserae vitae, *parte tamen meliore mei super alta perennis Astra ferar.* quae tametsi de ingenii fama intelligi possunt, videtur tamen, Platonicorum dogma secutus, animae immortalitatem asseruisse, cujus verae opinionis duces ante se habuit, ejusdem tamen ferè aetatis viros duos eximios, Ciceronem ac Maronem; ut pudeat quosdam inveniri Christianos, qui in re, fide nostra, certa, dubitationem movere audeant, quae apud plurimos Ethnicos, quibus Christus nullam faceret fidem, indubitata fuit. sed haec tractare non est hujus loci. Glarean.

875. *Parte tamen meliore mei super alta perennis Astra ferar.*] Huc respexit Martialis, initio lib. IX.

Et meliore tui parte superstes eris.

Et ipse I. Elegiarum:

Ergo etiam, cùm me supremus adusserit ignis,
Vivam, parsque mei magna superstes erit.

Hoc idem hisce aliis verbis significat. lib. IV. Trist. XI. 127.

Cumque ego praeponam multos mihi, non minor illis
Dicor, & in toto plurimus orbe legor.
Si quid habent igitur vatum praesagia veri,
Protinus ut moriar, non ero, terra, tuus.

Et rursus non dubitavit dicere, quod hic quoque videtur innuere, quoad Roma exstaret, semper se lectum iri. Ait enim III. Trist. VII. 51.

Dumque suis victrix septem de montibus orbem
Prospiciet domitum Martia Roma, legar.

Ciofan.

Quâque patet domitis Romana potentia terris;
Ore legar populi: perque omnia ſecula famâ
(Si quid habent veri vatum praeſagia,) vivam.

879. *Vivam.*] In multis codicibus hoc diſtichon erat adſcriptum:

Bis ſex millenos verſus in codice ſcriptos,
Sed ter quinque minus continet Ovidius.

ſi numeremus vero, qui exſtant hodie, tantum exeunt 11997, ut tantum deſint ſeptem. ſed plurimos interpolatos paſſim vidimus. licet Heinſius plures puto confodiat. Burm.

JOANNIS GULIELMI CAPOFERREI

ANIMADVERSIONES

IN

OVIDII METAMORPHOSIN.

JOANNIS GULIELMI CAPOFERREI

ANIMADVERSIONES

IN

OVIDII METAMORPHOSIN.

CUm abhinc annos viginti otio abundarem, & aliquid agendum esset, ut fallerem tempus, coepi conferre inter se editiones duas Ovidii Metamorphoseon : Basileensem, publicatam à Nic. Brylingero, anno saeculi superioris XLVI; & Lugdunensem, vulgatam ab Joan. Frellonio, anno ejusdem saeculi LV. quarum haec nitida sanè & elegans, illa verò, quà propositum exemplar secuta est, omnium, quas hactenus legi, castigatissima atque emendatissima. Ad has tamen & tertiam adhibui prolatam ab Andrea Wechelo Francofurti anno XC, ut, ab utra ea vel staret, vel discreparet, majorem illi minoremve haberem fidem. Sed accidit, ut cùm scripta mea, quae multos per annos congesta Pragâ navigarant Stadam, Lipsiam ad me quasi postliminiò reverterentur, non modò turbata essent & dissipata, sed etiam multis locis defecta & hiulca : atque inter cetera Collatio haec adeò malè habita, ut ex ea nihil supersit, praeter librum I. & II. tum IX. & partem decimi. Cùm verò nuper vir clarissimus Jacobus Thomasius, Professor Lipsiensis, ut felicissimi ingenii, ita exactissimae diligentiae, gratius me doctis facturum censuisset, si Animadversiones in varios auctores meas publici juris facerem quàm carmina, ad quae cuivis è schola in lucem protrudenda est animus; libenter & meritis illius, quae in me plurima sunt, hanc gratiam habui, ut voluntati ejus morem gererem; & judicio, quod meo antepono, hunc honorem, ut in eo acquiescerem. Itaque ab eodem Poëta publicum auspicaturus, in quo intra domesticos parietes Critices tirocinium posui, non satis habui peregrinata illa fragmenta recensere, nisi etiam totam denuo Metamorphosin relegendo percurrerem : non jam hoc consilio, ut collectorem agerem variarum Lectionum, quem quivis non indiligens potest, & abunde se praestitit Bersmannus; nec ut ex variis optimas verasque constituerem, id quod à tot Ovidii editoribus tentatum, à nemine patratum, non defugerem polliceri, si, quorum fructus, eorum esset & sumtus; sed ut locis partim aperte male habentibus, partim fallentibus specie sanitatis, eam afferrem medicinam, quae, nil juvantibus veteribus libris, à solo ingenio afferri potest, & absque nobis esset (quod citra arrogantiam & invidiam dictum sit) nunquam fortassis afferretur. Atqui ut ita in Metamorphosin ingrediamur, quò nos secuturi venerationem nobiscum ingeniosissimo Poëtarum debitam concipiant, odiosus in limine obtrectator amoliendus est Julius Scaliger, qui cùm absolutissimum divini operis initium infelicitatis arguere ausus, tam frigidis cavillationibus vellicet, ut magis id se reprehendere voluisse quàm potuisse ostendat, poterat sanè praeteriri, nisi nescio quomodo virum saeculi nostri eruditissimum ad calumniae suae propugnationem transversum rapuisset, auctoritate suà, nî occurratur, plures fortasse rapturum. Ac mihi quidem cùm in expendendis auctorum classicorum scriptis cautè ac circumspectè versandum videtur, tum verò omnis in eos censurae refrenanda asperitas, qui optimo ac fecundissimo doctorum saeculo non solùm ingenio & eruditione excelluere, sed etiam principatum adepti in genere suo tanta scripsere cum laude, ut in eis velut posterorum magistris, non discipulis, omnia placere quàm multa displicere satius judicetur. Quo merito si quis est, cujus existimationem tueri oporteat, is profectò est Ovidius, par futurus, ut ego arbitror, primo Poëtarum, si primus esse contendisset. Nec tamen me tam Ovidii dignitas quàm amor veritatis movet, ut Scaligerum rejicere instituam, qui dum Nasone castigando crescere voluit, magnitudini suae non adjecit, sed detraxit. Age ergò conferamus pedem, &, quid in inculpato principio culpandum statuat, audiamus :

In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora. Dî coeptis (nam vos mutastis & illas)
Adspirate meis.

Primùm numerus, ait, non bonus, *animus mutatas*. Syllabae namque iisdem concurrunt elementis. Atque hoc, dum Ovidii versus refingere conatur, quod ei vitio vertit, ipse committit, in *canimus miracula* : affinitas enim vocalium *i* & *u*

vix auditui percipiendum discrimen relinquit, & de numeris non oculorum, sed aurium judicium est. Quod si Midae alicui non satisfacit, is in memoriam redeat illius Virgiliani, vestibulo laudatissimi operis, *silvis vicina*; quod illi, *animus mutatas*, geminum & quàm simillimum est: nisi quòd hoc adhuc lenius esse sentio. Aut igitur, quod Ovidio cum Virgilio commune est, in Virgilio quoque reprehendat; aut, quod ipse effugere non potuit, nec Virgilius voluit, in Ovidio fugillare desinat. Sed pergit calumniari Aristarchus noster, & *formas mutatas in corpora* inusitatam vocat dicendi rationem; non enim sic se locuturum, Æneas mutatus est in novas sedes, sed mutavit sedes. Philosophos quoque mutare corpora sub formis: materiâ enim per formam fieri hoc. Accepisse igitur Ovidium *mutatas* pro eo, quod est, translatas, aut *formas* pro figuris. Hoc est, quod supra dicebam, Scaligero animum carpendi Ovidii magis fuisse quàm materiam. Etenim si Ovidius per *mutatas* intelligit translatas, nec id Scaliger improbat, cur Ovidio inusitatae locutionis invidiam facit? verùm ego Poëtam elegantissimae peripetuitatis *mutatis* pro translatis usum non puto. Quae enim necessitas, ut pro meliore deterius poneret? Aut quae causa, ut, cùm toto in opere rarissimè usurpet *transferre* pro mutare, per *mutatas* translatas intelligi vellet in ipso operis exordio? An quia non sic solemus loqui, ut dicamus, Æneas mutatus est in novas sedes, sed, Æneas mutavit sedes? id est transtulit sedes, seu translatus est in alias sedes? Atqui mutatio sedium & formarum dissimilis est: nam qui sedes mutat, manet idem ille, qui fuit; qui formam mutat, fit alius: ideoque rectè dicimus, Æneas mutavit formam, & Æneas mutatus est in aliam seu novam formam. At alterum illud vero propius est, Poëtam *formas* accepisse pro figuris, idque cùm passim in Metamorphosi occurrit, tum potissimum perspicitur ex eo loco, ubi Achelous Theseа his verbis alloqui introducitur, Lib. VIII, ỳs. 728.

sunt, ô fortissime, quorum
Forma semel mota est, & in hoc renovamine mansit.
Sunt quibus in plures jus est transire figuras. &c.

Ut vel hinc non satis mirari possim confidentiam Scaligeri, qui, Metamorphoseon conditorem reformaturus, hoc in illius prooemium substituere ausus sit:

Quas mutata novas immotis corpora formis
Induerint facies, &c.

quod nec inscriptioni operis, nec tractationi respondet, & à mente Nasonis prorsus alienum est, transformationes promittentis & repraesentantis, ac repraesentasse profitentis noto illo versu I. Tristium. Eleg. I. ỳs. 117. & III. Eleg. 14. ỳs. 19.

Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae,

& altero, I. Tristium. Eleg. 6. ỳs. 13.

Carmina mutatas hominum dicentia formas.

nec quicquam intempestivus censor eo proficit, quod Poëticas phrases exigere vult ad rationes Philosophicas: cùm nec Naso Philosophiae fuerit inscius, & Poëtarum ea sit libertas, ut non propriè ac Philosophicè, sed tropicè ac suo more loquantur: quin id potiùs dare operam debuit, ne dubitabundus suspicaretur, sed certò nobis explicaret, quid Ovidius formarum nomine capiendum proponat: quod si feciſſet, majorem profectò à posteris gratiam erudiendo lectore quàm perstringendo vate iniviſſet. Sed quoniam ille, non quidem ignoratione, sed carpendi praecipitatione caecutiens, mentem sententiamque Poëtae pervidere non potuit,

meritis patet hic mihi primùm
Doctrinaeque locus,

haud quaquam actum acturo, si Ovidiano lectori Ovidium ex ipso interpreter. Igitur in memoriam regrediendum est, Poëtam, quas I. Tristium Eleg. 6. ỳs. 13. dicit *mutatas formas*, altero inde disticho dicere *mutata corpora*, ut nihil interfuturum fuerit, si Metamorphosin auspicatus esset hoc modo:

In formas mutata novas mens dicere gestit
Corpora. Di coeptis, nam vos mutastis & illa, &c.

nam aequè per corpora ac per formas non partem compositi, sed totum compositum intelligit, notâ Synecdoche; veruntamen non ita accipit formam Philosophorum more, prout initium est constituendae rei, sed ut ex re constitutâ resultat, & per quam id, quod est, esse res videtur: unde & speciei, & figurae, & faciei, & imaginis, & vultus aliisque eam nomenclaturis variare consuevit. Atque ut Lib. I. Fab. II. ỳs. 73. per *formas deorum* nihil aliud significat quàm deos; sic quod ibidem ait, ỳs. 35. *magni speciem glomeravit in orbis*, idem est ac si dixisset, magnum glomeravit in orbem. & Fab. XV. ỳs. 611. per *Inachidos vultus* tantundem intelligi vult, ac per Inachidem. & unius sententiae sunt, quod de Periclymeno canit, Lib. XII. ỳs. 560. *Vertitur in faciem volucris*, & quod de Tereo, Lib. VI. ỳs. 672. *Vertitur in volucrem:* nec lib. VIII. Fab. II. ỳs. 169. ullum est rei discrimen inter *geminam tauri juvenisque figuram* & Minotaurum. & *solis imago* Lib. XIV. Fab. XVI. ỳs. 768. solis vim ac potestatem implet. Verùm haec hactenus: restat enim tertiâ crisi importunus Scaliger, & ad alterum versum fastidiosè quaerit, quid sit *& illas*, iteratque irrisoria Anadiplosi *& illas*, & quid aliud repetita quaestione illudens percunctatur. Quasi verò τὸ & ad *illas* pertineat, & non ad *vos mutastis* trajectione Poëtis usitatâ & concessâ: cùm oratorius ordo sit, nam & vos illas mutastis, ut invocationis cum Poëtarum choro communis, sibi Metamorphoses scripturo propriam innuat causam, quòd Dii, Poëtarum adjutores, etiam auctores sint Metamorphoseon. Quo fit, ut repulso Scaligero non modò non minuam mirari, sed etiam venerari progrediar divini Poëtae incomparabile ingenium, qui pauciſſimis versibus & tam clarè pro-

proponit, nec invocat modò, sed etiam invocationis reddit causſam, & operis spatium, & processionis modum viamque definit. Nunc (quod bene vertat) in Metamorphosin patefacto aditu, vulnera illa falsarum lectionum, quae tum sciolorum audacia, tum bardorum insscitia Nasoni inflixit, sanare experiemur. Libro I. Fabula III. ỳſ. 91.

Poena metusque aberant, nec &c.

Varietas lectionis locum hunc maiè affectum esse vel fuisse indicat. duae verò sunt lectiones praecipuae : una,

nec vincla minacia collo
Ære ligabantur: nec supplex turba timebat
Judicis ora sui.

altera,

nec verba minantia fixo
Ære legebantur &c.

quae si expolitio debent esse istorum, *Poena metusque aberant*, posterior lectio verbis elegantior est, sensu jejunior : magis enim metus absentiam confirmat quàm poenae; prioris melior est sententia, deterior phrasis: unde eam potiùs sic emendandam puto :

nec vincla minantia collo
Aera liquabantur, ut *vincla* sit Accusandi, *minantia* Nominandi casus. Fab. v. ỳſ. 135.

Communemque prius, ceu lumina solis & aurae,
Cautus humum longo signavit limite mensor.

Hic praemonendum est, me, cùm in numeris Fabularum editio Bersmanni ab Heinsiana discrepet (quae mihi duae nunc editiones sunt ad manum) in Fabularum designatione usurum Bersmanno. Notat ergò Bersmannus in MS. legi *auras*, & sic sine dubio legendum est: at non, ut ille censet, ad Virgilianum exemplum patrio casu, sed casu quarto. Fefellit imperitos τὸ *lumina* numero multitudinis, quasi id partim solem, partim auram respicere deberet : quod nec debet, nec necesse est. Quis enim dicat lumen aurae, cùm aëri, in quantum mobilis ac spirabilis est, nulla sit luminis capacitas, sed quatenus est corpus rarissimum ac tenuissimum ? Atque ego ne lumina quidem solis & aëris dixerim, ne aër etiam à se ac non à sole lumen habere videatur. Jam verò *lumina solis* pro sole Ovidiana phrasis est, quâ porrò uti voluit Fab. XIX. ỳſ. 768.

Spectansque ad lumina solis,
Per jubar hoc, inquit. & lib. IV. Fab. VI. ỳſ. 238.
Tendentemque manus ad lumina solis, &, ille
Vim tulit invitae, dicentem.

ut plus satis probatum sit, loco ad emendandum proposito legi debere :

Communemque prius ceu lumina solis, & auras.

in quam sententiam concinit Lib. VI. ỳſ. 350.

Nec solem proprium natura, nec aëra fecit.

Denique phrasi, *lumina solis & auras*, simile est illud Virgilianum Lib. VI. ỳ. 363.

Quod te per coeli jucundum lumen, & auras,
Per genitorem oro.

Fab. VII. ỳſ. 166.

Ingentes animo, dignas Jove concipit iras.

Alia lectio est *animos*, quam elegantiorem esse Heinsio assentior. & ei adstruendae laudat Bersmannus illud ex Epist. Briseidis, vers. 85.

Vince animos, iramque tuam.

Verùm hoc Conjunctione connexum est, illud dissolutum, locutione parum Ovidianâ, nisi quis Appositionem esse existimet, quod mihi non videtur; quando epitheta non sunt paria *ingentes*, & *Jove dignas*. & sanè aliud sunt animi quàm ira. Ne multa, *animos* emendationis initium est, non emendatio, & legendum

Ingentes animos dignâ Jove concipit irâ.

Nihil venustius, aut verius : ira animorum, sive spirituum, & animosarum cogitationum parens avidaque ultionis, quam Jupiter meditabatur.

Fab. VIII. ỳſ. 217. *Et cum Cyllenogelidi conceptus in Lycei.*

Hoc ego, qui VIII. Æneidos vers. 138. didiceram :

Vobis Mercurius pater est, quem candida Maja
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

credidissem esse vitium typographicum, nisi Bersmanni & Heinsii diversissimae editiones in eo concordarent. Et fateor solicitatum me ad quaerendum, nuncubi praeterea, ut *Cyllene*, ita etiam legeretur *Cyllenus*. sed haec ut irrita, sic supervacua fuit cura, cùm aliae à me lectae editiones habeant, *Et cum Cyllene*. non sine redargutione dormitantiae Homericae amborum istorum. ead. Fab. vers. 230.

ego vindice flammâ
In dominum dignos everti tecta penates.

Haec lectio etsi alio vitio non laboraret, tamen propter tam ineptam Appositionem, *tecta, dignos penates*, ferri non posset. itaque emendare conati sunt,

In dominum dignosque everti tecta penates.

sed hujus emendationis fundi ac subscriptores non extricabunt se hac difficultate, quomodo Lycaoni domo suâ obruto fugiendi copia superet. Vidit & evasit has salebras Ciofanus, seu quis alius repertor Lectionis tertiae, versu non pro Ovidiano candore :

In domino dignos everti tecta penates.

hic tamen sensu optimus esset, ni & sensu & compositione verborum melior foret Ovidianus, cujus me, ut reor, promum exhibeo :

ego vindice flammâ
In dominum dignos everti plecto penates.

atque haec emendatio talis est, ut, nisi argumentis lectiones convellerem falsas, & veras rationibus confirmarem, vix ex ingenio esse crederetur. Verùm de hoc quisque ut volet. Ego marte meo sto.

Fab. II. vers. 369. *adeunt pariter Cephisidas undas,*
Et nondum liquidas, sed jam vada nota secantes.

τὸ *Et* nullius est nec necessitatis, nec ornatûs. ideoque Ovidium scripsisse arbitror : *Ut nondum liquidas, sic jam vada nota secantes.* Infrà,

—— *ut quaedam, ſic non manifeſta videri*
Forma poteſt hominis.

Ead. Fab. verſ. 386. *Detque ſibi veniam, pavido rogat ore, pavetque*
Laedere jactatis maternas oſſibus umbras.

Veriſimilius eſt ſcriptum fuiſſe, *cavetque*, quàm ex alluſione *pavido pavetque* captatam elegantiam.

Fab. XII. verſ. 425.

Plurima cultores verſis animalia glebis
Invenunt: & in his quaedam modo coepta per ipſum
Naſcendi ſpatium; quaedam imperfecta, ſuisque
Trunca vident humeris, & eodem corpore ſaepe
Altera pars vivit, rudis eſt pars altera tellus.

An non *coepta* & *imperfecta* idem dicunt? opinor. Quae ergo diſcretio, *quaedam modò coepta, quaedam imperfecta?* Et quid eſt, *Trunca humeris*, cùm ne quadrupedum quidem, nedum reptilium humeros dicamus, ſed armos? velut de Hippomene & Atalanta, dum in leones convertuntur, inquit, *Ex humeris armi fiunt.* Et cur potius truncа humeris quàm aliis membris? Lectio ridicula ac nugatoria. Tu corrupta ſic reſtitue:

—— *& in his quaedam modo creta per ipſum*
Naſcendi ſpatium; quaedam imperfecta, ſuisque
Trunca vident numeris, & eodem in corpore ſaepe &c.

Nata, pro *creta*, gloſſema eſt. numeri ſunt partes & membra, ut Lib. VII. Fab. I. verſ. 125.

Utque hominis ſpeciem maternâ ſumit in alvo,
Perque ſuos intus numeros componitur infans,
Nec niſi maturus communes exit in auras:
Sic &c.

Fab. XIII. verſ. 510. *moderantius, oro,*
Curre, fugamque inhibe; moderantius inſequar ipſe.

edit. Baſil. *inſequor*, quod magis placet.

Fab. XIV. verſ. 545.

Fer, pater, inquit, opem, ſi flumina numen habetis:
Qua nimium placui, tellus, ait, hisce: vel &c.

Vitium manifeſtum, quod non tam à Berſmanno quàm ab Heinſio non animadverſum ſubit mirari. Quorſum enim in altero verſu, *ait*, cùm in priore, *inquit*, anteceſſerit? Gratia & honor editioni Baſil. quae habet, *aut hisce.* Nimirum Daphne, ut ne veniat in Phoebi poteſtatem à patre precatur, ut ſibi auxilio ſit, aut, ſi hoc pater non poſſit, à Tellure impetratum vult, ut haec ſibi dehiſcendo vel formam mutando ſubveniat.

Ead. Fab. verſ. 552. *Ora cacumen habent.*

Quemadmodum non diceret, pes habet radicem, ſed radix habet pedem; ſic neque dixiſſe putandus eſt, *ora cacumen habent*, ſed *habet.*

Fab. XVII. verſ. 676.

Hâc agit, ut paſtor, per devia rura capellas,
Dum venit, adductas.

Lego *abductas*, id eſt, ut Lib. II. Fab. XIV. verſ. 687. loquitur, *Arte ſuâ abactas. adductas* ineptum atque inſulſum eſt.

Fab. XVIII. verſ. 694.

Ortygiam ſtudiis, ipſamque colebat
Virginitate deam.

Hoc falſum eſt. non enim in Ortygia, ſive Delo, venatu ſe exercebat, ſed in Arcadia. dices Ortygiam pertinere ad Deam, pertinet verò: infer ergo vim ſtructurae verborum, & verſum hoc pacto diſſolve: Colebat Deam Ortygiam ſtudiis & ipſa virginitate. *Ipſam* cui rei eſt? an vitium vides, quod omnibus adhuc libris inſidens unius vilitate literae tot cenſorum acumen fefellit? etſi me quidem nunquam fefellit, & primo adſpectu legendum vidi:

ipſaque colebat
Virginitate deam.

Ead. Fab. verſ. 711.

Atque ita diſparibus calamis compagine cerae
Inter ſe junctis nomen tenuiſſe puellae.

An Deum tenuiſſe? An *tenuiſſe* abſolutè poſitum eſt, ut apud Quintilianum, *Tenuit conſuetudo?* Mihi per omnia cogitationem verſanti nec *tenuiſſe*, nec, quod quidam habent libri, *manſiſſe* arridet, &, *veniſſe*, quod Ovidianum puto, utrique antepono.

LIBRO II.

Fab. VI. verſ. 385.

Officiumque negat mundo. ſatis, inquit, &c.

Lego, *Officiumque negans mundo, ſatis, inquit, &c.*

Sic Lib. III. Fab. VI. verſ. 262.

—— *Tum linguam ad jurgia ſolvit.*
Profeci quid enim toties per jurgia? dixit.

Lego. *ſolvens*, quod ex Mſcr. annotavit Berſmannus.

Fab. X. verſ. 555.

Virginibusque tribus gemino de Cecrope natis
Servandum dederat, ſed enim inconfeſſa quid eſſet;
Et legem dederat, ſua ne ſecreta viderent.

Multa in his ſuſpecta ſunt. Primùm ſi Cecrops geminus fuit, ut Horatianus Pollux, cur frater ejus adeò in obſcuro latet, ut nec nomine notus ſit? Et quis lucidiſſimum Poëtam mutavit Deus, ut ex ignotae antiquitatis profundiſſima nocte Epitheton vellet arceſſere? Deinde, *ſed enim inconfeſſa*, usque eo verſum pronuntiatu lentum ac difficilem facit, ut, quemadmodum Seneca Philoſophus loquitur, aliquid ſupra menſuram trahere videatur. Poſtremò *dederat*, bis poſitum, repetitione ingratum eſt. Quamobrem non verebor emendare, primùm, *generoſo Cecrope natis*: alterum, *ſed non confeſſa*: tertium, *& legem addiderat*: *Non confeſſa* habent quidam libri, ſed aſſerendum ac vindicandum eſt. Cùm igitur in *non* litera *o* parte ſui exoleviſſet & relictum eſſet punctum hoc modo, *n.'n confeſſa*, *n.* ſolita abbreviandi ratione valuit *enim*, & reliquum viſum eſt *inconfeſſa.*

LIBRO III.

Fab. I. verſ. 30. *Eſt ſpecus in medio &c.*
ubi conditus antro.
Martius anguis erat.

Lego, *quo conditus antro.* neque enim aliud eſt antrum quàm ſpecus ipſe, ac ſi rite recordor, ſic habet Edit. Baſil. ſed ſive habeat, ſive non, ſic le-

legendum est. Quando Virgilius quoque sic amat loqui, ut Relativum ab Antecedente abstrahat, & cum alio Substantivo, quod prius repraesentet, per omnia construat ceterorum Adjectivorum more. ut Lib. I. Æneid. vers. 191.

Constitit hic, arcumque manu, celeresque sagittas
Corripuit, fidus quae tela gerebat Achates.

& Lib. VII. vers. 477.

Arte nova speculata locum, quo littore pulcher
Insidiis cursuque feras agitabat Iulus.

Fab. VI. vers. 269.

—— *& mater, quod vix mihi contigit uni,*
De Jove vult fieri.

Lectio sensu perplexa atque impedita, & quam citiùs juverim emendatione quàm explicatione evolverim. tamen, quid sibi velit, rimandum est. Ait Juno vix sibi uni contigisse, ut de Jove fieret mater. Ergò, quod vix uni contigit, alteri non contigit. At hoc falsum est; nam & Iö, & Callisto de Jove pepererant. An igitur, quia uni non contigit, quod uni contingere debuit, is adversus Semelen indignatur? Et quae in eo Semeles culpa? sin id tantùm exaggerat, quòd Semele de Jove se matrem factum iri sperat, quod vix fuit ut ipsa fieret, cùm tamen sit divûm regina Jovisque & soror & conjux; non *uni* legendum est, sed,

quod vix mihi contigit unum.

Ipsi quoque melius legas quàm *uni.*

Fab. XI. vers. 699.

Sponte suâ patuisse fores, lapsasque lacertis
Sponte suâ fama est, nullo solvente, catenas.

Fatendum est Ovidium hic dormitasse, si quidem sic scripsit: nam *nullo solvente* planè otiosum est: velut si dicas, sponte suâ patuisse fores, nullo aperiente. Sed humanius atque decentius est in librarios culpam rejicere quàm notare Poëtam, qui scripsisse potuit;

lapsasque lacertis
Innocuis fama est nullo solvente catenas.

Ead. Fab. vers. 715. *ruit omnis in unum*
Turba furens: cunctae coëunt, trepidumque sequuntur:
Jam trepidum, jam verba minus violenta loquentem.

An legendum? *cunctae coëunt, unumque sequuntur.*
Jam trepidum an? *regemque sequuntur. trepidumque sequuntur, Jam trepidum* mihi parum placet.

LIBRO IV.

Fab. VII. vers. 277.

Daphnidis Idaei, quem Nymphae pellicis ira
Contulit in saxum.

Non Daphnis Nympham pellicem habuit, sed Nympha habuit pellicem, cujus caussâ Daphnidi offensa eum in saxum vertit. Neque enim pellices oderunt viros alienos, quibuscum consuescunt, sed maritae, & quae maritarum loco esse volunt, oderunt pellices, & pellicum ergo viris impotentissimè irascuntur, quod graphicè ut nihil supra Seneca expressit Hercule Oeteo Actu II. Igitur in nostro scribendum:

quem Nymphe pellicis irâ.

Lib. I. vers. 744.

Officioque pedum Nymphe contenta duorum.

Fab. VIII. vers. 375.

—— *velut si quis conducat cortice ramos.*
Crescendo jungi, pariterque adolescere cernat:

Heinsius *cernit:* melius quidem, verùm ego quò magis magisque cogitavi, eò amplius confirmatus sum in sententia corrigendi:

velut si quis conductâ cortice ramos
Crescendo jungi, p. a. cernat. non enim necessariò sequitur, ut qui ramos cortice conducit, etiam simul crescere videat, cùm coalitionis auctor possit non esse spectator; at id quod est, spectare aliquem posse, nihil impedit. Cortex porrò utriusque esse generis Quintiliani observatio est ex Virgilio.

LIBRO V.

Fab. I. vers. 111.

Tu quoque Lampetide non hos adhibendus ad usus &c.

Heinsius & alii, *Japetide.* edit. Basil. *Japetion.* Atque ex hoc disci potest, quomodo formetur Patronymicon *Japetionides*, Lib. IV. Fab. XVI. vers. 631. attributum Atlanti. Quod dum ab *Japetus* derivatum volunt, ajunt longiùs à forma recessisse. Non enim ab *Japetus* proximè descendit, sed ab *Japetion*, quod ab *Japetus* Diminutivum est, sicut ab *Eurytus Eurytion*; ab *Jasius Jasion:* Quae nihil aliud sonant quàm Primitiva. *Eurytion* apud Propertium Lib. II. Eleg. 24. vers. 31. *Jasion* apud Nostrum Lib. IX. Fab. XI. vers. 424. Ceterùm ut hic moneam, quod me suprà fugerat, non *Japetionides* legendum est, sed *Japetioniades:* nimis enim immanis esset licentia, in uno nomine & syllabam occursu vocalium brevem productè efferre, & derivatione productam breviter. At ex Vocali Consonantem fieri non insolens est, ut apud Sulpitiam: *Nec trimetro Jambo, τὸ Jambo* duabus syllabis constat, & mihi jam non succurrit locus, ubi in antiquo Poëta legi, *Japetiona ferunt.* denique *Japetioniades* ab *Japetion* factum est, sicut ab *Amphitryon Amphitryoniades*, à *Telamon Telamoniades*, ab *Helicon*, *Heliconiades*, *&c.* sed quis erit modus Animadversionum, si ad quamlibet emendationem velim tam multa?

Ead. Fab. vers. 150. *conjurata undique pugnant Agmina.* ego puto à Poëta scriptum fuisse, *jurataque*, & à sciolo mutatum.

Fab. II. vers. 186. *nec citrà mota, nec ultrà est.* Forte, *nec citrò mota, nec ultrò est.*

Fab. VI. vers. 406.

Perque lacus altos, & olentia sulphure fertur
Stagna Palicorum, ruptâ ferventia terrâ.

Reprehendit hoc in Ovidio Diomedes, quod *olentia* construxerit cum Auferendi, non cum Accusan-

ſandi caſu : bis iniquus : nam neque Ovidius hoc fecit, & ſi feciſſet, haberet & duces, & comites, quorum auctoritas pluris eſſe debet Grammaticorum regulis : ducem atque auctorem Propertium IV. Eleg. 7. verſ. 32.

Cur flammae nardo non oluere meae ?

comitem atque imitatorem Valer. Flaccum Lib. IIX. verſ. 347. *Semiviri nec myrrha corpus Achivi, Sed pice, ſed flammis, & olentes ſulphure crines.* Sed, ut dixi, aliter Ovidius, qui non ſcripſit *olentia ſulphure.* eſſent enim *olentia* & *ferventia* duo epitheta, & quidem Participialia unius ſubſtantivi *ſtagna*, ſed

Perque lacus altos, & olenti à ſulphure fertur, Stagna Palicorum rupta &c.

LIBRO VI.

Fab. 1. verſ. 17.

—— *nec factas ſolùm veſtes ſpectare juvabat : Tunc quoque, cùm fierent, tantus decor affuit arti.*

Diſtinguo. *fierent (tantus decor affuit arti) Sive.* &c. *ſcires à Pallade doctam.*

Ead. Fab. verſ. 47. *ſubitusque invita notavit Ora rubor, rurſusque evanuit.*

forte, *ſubitusque evanuit*, quod lepidius videtur.

Fab. III. verſ. 201. *Ite ſatis properè ſacris.*

Ecquis eſt emunctae naris lector, cui ſubolere non debeat locum corruptum eſſe in *ſatis propere ?* Numquis iratus, properè aliquid fieri praecipiens, dicat *ſatis properè ?* Equidem aut nihil mihi credatur licet, aut hujus loci emendatio oſtendet, quantùm in Critico multae lectioni praeſtet acre judicium. Igitur Ovidiani antiſtitis auctoritate legendum edico :

Ite aris orbae ſacris, laurumque &c.

Orbae dandi caſus eſt, & per contemtum ſic vocat Latonam, quod ipſa apud liberos hisce verbis conqueritur :

& me, quod in ipſam recidat, orbam Dixit. quod niſi hîc dicit, nusquam dicit. De aris infra, verſ. 274.

Quae modò Latois populum ſummoverat aris.

& videtur mihi *Ite aris &c.* eſſe permiſſio Ironica.

Ead. Fab. verſ. 203.

Quodque licet tacito venerantur murmure numen Latonae. Turba quantùm diſtabat ab orba, Tantùm animoſa ſui furiis agitata doloris, Indignata Dea eſt.

Tertium verſum, ut rudem & minimè Ovidio dignum, audacter excludendum cenſet Naugerius & Berſman. à MS. & libris abeſſe notavit, nec habet Heinſius. Mihi verò ne is quidem, qui hunc proximè antecedit, Ovidii eſſe videtur ; ſed ambo duo inſerti ab iſto neſcio quo falſario & alieni operis ſubſeſſore, per occaſionem nominandae Latonae, cùm ea per Numen intelligeretur ; non tamen tales, quin colore ſuo ſe prodant, ut inter *olores corvus*, aut inter

Urbica Lingonicus tyrianthina bardocucullus.

Quemadmodum in ſimilem impoſtorem facetè luſit Martialis. Lib. I. Ep. 54. Nam quid eſt *turba quantum diſtabat ab orba ?* An orborum quàm parentium major turba eſt ? Ne hoc ſinat Deus, ut tam malè agatur cum genere humano. Deinde an Latona non magis indignata eſt quàm quantum ab orba diſtabat ? Immo verò orbitatis factum convicium non ſumma indignationis eſt, ſed pars & opinione divinitatis amittenda inprimis commovetur.

Quapropter ratum fixumque ſit legi debere,

Quodque licet tacito venerantur murmure Numen. Indignata Dea eſt.

Ead. Fab. verſ. 281.

Paſcere, ait, ſatiaque meo tua pectora luctu, Corque ferum ſatia, dixit : per funera ſeptem Efferor, exulta.

Hic locus videtur impugnare correctionem meam Lib. I. Fab. XIV. verſ. 545. ubi in uno verſu legebatur *inquit*, in altero *ait :* quando hic quoque ad *ait*, in altero verſu ſequitur *dixit.* Immo verò correctionem illam meam propugnat ; quando quidem etiam hîc, *dixit*, mendoſum eſt. Nec ſic verbis Lucretii ; *pacatum nituit diffuſo lumine coelum*, ut Lectori Ovidiano locus hic emendatione mea colluſtratus videbitur :

ſatiaque meo tua lumina luctu, Corque ferum ſatia, vixi : per funera ſeptem Efferor.

Pro *pectora* repoſui *lumina :* eſſet enim Tautologia *ſatia pectora*, *corque ſatia:* & libro IX. Fab. III. verſ. 177. correctioni meae ſimiliter loquitur :

—— *ſpecta crudelis ab alto, Corque ferum ſatia.*

Fab. VI. verſ. 406.

Concolor huic humerus naſcendi tempore dextro, Corporeusque fuit.

Hic humerus in quibusdam meliùs legi jam olim obſervavit Naugerius, ut Heinſio ſubiraſcar, qui vulgatum ſequi errorem quàm benè monentem audire maluerit.

Fab. VIII. verſ. 499.

Ut voluere ambae, voluiſti tu quoque Tereu.

Hic praefandum eſt, me, qui multos ex Ovidio adulterinos verſus exturbare ac velut tribu movere neceſſe habeam, non id temere facturum, ſed tum demum, ſi quis erit tam vel ineptae ſententiae, vel locutionis inſulſae, ut nec commodâ expoſitione, nec probabili emendatione locum tueri poſſit, & omninò talis, ut orationem illo ejecto aptiùs cohaerere appareat. Qualis eſt, quem modo habemus in manibus, nec eò ubi legitur, nec alìò usquam conveniens, neque etiam is, de quo adoptando laboremus. Hoc video, non ſolùm, ſi omittatur, orationem conſtare, verùm etiam fieri concinniorem hoc modo :

—— *comitem lacrymis commendat obortis : Hanc ego, care gener, &c.*

Ead. Fab. verſ. 506.

Utque fide pignus dextras utrasque popoſcit.

malim *utriusque &c.*

Eadi

Ead. Fab. verſ. 514.

Exſultatque, & vix animo ſua gaudia differt.

Verſus, ſive *animo* ſit Dandi, ſive Auferendi caſus, ſenſu ineptus, & quem ſi non aliunde, vel ex comparatione colligi poterat, non eſſe Ovidii.

LIBRO VII.

Fab. I. verſ. 115. *ſubit ille, nec ignes*
Senſit anhelatos.

Lego, *ſentit. ſenſit* legendi nulla eſt cauſſa, cùm Praeſens & antecedat, & ſequatur.

Ead. Fab. verſ. 155.

Somnus in ignotos oculos ubi venit.

Baſil. edit. *Somnus in ignotos oculos pervenit.*

Ubi ſupervacaneum eſt, cùm praeceſſerit *poſtquam*. & *ibi* rectiùs legas quàm *ubi*. *Ignotos* porrò videri poſſit activè poſitum, ut apud Nepotem Ageſilao, c. VIII. quod exemplum citatur in Theſauro Fabri: & apud Plautum, Pſeud. IV, 2, 39. *notis praedicas:* ſed verius eſt legendum, *immotos*. ut apud Senecam Medea Actu III. de eodem dracone, verſ. 472.

Somnoque juſſum lumina immotum dare
Inſomno monſtrum,

quemadmodum ibi Lipſius in vetuſto MS. elegantiùs legi animadvertit, & *lumina immotum* explicat inconniventem, & apud hunc ipſum eadem eſt phraſis Libro II. Fab. VII. verſ. 502.

Immotosque oculos in ſe ſine fine tenentem: ut emendata lectio futura ſit:

Somnus in immotos oculos pervenit.

Fab. II. verſ. 186.

Sopitae ſimilis nullo cum murmure ſerpit:

Quomodocumque hic verſus fingatur ac refingatur, nunquam mihi perſuaderi patiar eſſe Ovidianum. Occaſionem illi ſupponendo praebuit verſu ſuperiore *τὸ ſerpens* Nomen viſum pro Participio. Et piget refutare variarum lectionum ineptias, ex quibus nihil diſcimus, niſi ſecundum eſſe ſemen errori.

Ead. Fab. verſ. 222. *ſubjectaque Theſſala Tempe*
Deſpicit, & cretis regionibus applicat angues:

Heinſius & alii, *viſis*. Berſm. tuetur *cretis* ex MS. ſuo & Ciofani. Mihi pro *cretis* legend. videtur *certis*.

Fab. XXI. verſ. 394.

Sed poſtquam Colchis creſit nova nupta veneni,
Flagrantemque domum regis malè vidit: utroque
Sanguine natorum perfunditur impius enſis.

Non credo haec eſſe ſincera. Nam ad *vidit* ex orationis contextu intelligenda eſt nova nupta, ſeu Creuſa, ex ſenſu Medea: ita alterum alteri obſtat, & ea ſunt ſecundi verſus verba, ut eorum expoſitio cùm perſonae Medeae, tum Creuſae prorſus disconveniat. Quae igitur loco affecto medicina? Jovis conſilio cuncta priùs tentanda, ſed immedicabile vulnus enſe recidendum eſt. Tolle ſecundum verſum, & bene erit: ſequitur, verſ. 302.

Ultaque ſe malè matur Jaſonis effugit arma.

Magis placeat, *mala mater.*

Fab. XXIV. verſ. 464.

Marmoreamque Paron, quamque impia prodidit Arne
Sithonis accepto, quod avara popoſcerat, auro:
Mutata eſt in avem.

In loco emendationis indigo non deeſt copia variae lectionis; ſed ipſa copia facit, ut quid legas neſcias. Argumentarius, ut ſic dicam, quicunque is eſt, ad Ovidii Fabulas, Inſulam, quam Arne prodiderit, Scithona vocat. Sed haec neque inter Sporadas, nec inter Cycladas nominatur: & ut maximè ſic legi poſſet, tamen adhuc oratio inconnexa vinculum requireret. Gulielmus verò Canterus, ſtudiorum humanitatis non plebejus adjutor, in Epitome, quâ Metamorphoſeon perpetuitatem & inabruptum narrationis filum cohaerenti ſerie decurrentis repraeſentare voluit, ab Arne proditam ait Paron: quod ne eſſe dubitetur, atteſtatur ipſe locus, qui ſic quàm leviſſimâ correctione antiquum decus recuperat:

Marmoreamque Paron, quam quae impia prodidit Arne
Sithonis, accepto, quod avara popoſcerat, auro,
Mutata eſt in avem.

Sithonis eſt gentile Threſſa.

Fab. XXV. verſ. 542. *Acer equus quondam, magnaeque in pulvere famae,*
Degenerat palmae, veterumque oblitus honorum
Ad praeſepe gemit morbo moriturus inerti.

Qui degenerat, per gradus degenerat, equi autem, quos ſubitus morbus corripuerat, quaſi unâ plagâ effecti erant degeneres, nec morbo correpti ad palmam currere poterant, unde legendum apparet cum Baſil.

Degener, & palmae, veterumque &c.

Ead. Fab. verſ. 580.

Membraque pendentis tendunt ad ſidera coeli.

Verſus abſurditatis plenus. primum quòd *membra tendere* obſcoena phraſis eſt. deinde quòd cùm per *adſpiceres* oratio Participiis abſolvatur, Verbo aſſeclas ſuos trahenti nullus eſt locus. Adhaec fieri non poteſt, ut qui laſſa lumina ſupremo verſant motu, vires habeant brachia ad coelum tendendi, cùm ſupremus oculorum motus aliud conſequi poſſit nihil quàm exſpiratio: ut item Lib. VI. Fab. III. verſ. 246.

ſimul ſuprema jacentes
Lumina verſarunt, animam ſimul exhalarunt.

denique *pendentes tendunt* arguit ſterilitatem ingenii, quo relinquitur verſum Ovidii non eſſe.

Fab. XXVII. verſ. 671. *cum queis ſimul ipſe reſedit.*
Adſpicit Aeoliden.

Pro maxima diſtinctione minima ponenda eſt, nam *ſimul* eſt ſimul ac.

LIBRO VIII.

Fab. I. verſ. 122. *nec mater imagine tauri*
Luſa tua eſt: generis falſa eſt ea fabula: verùm,
Et ferus, & captus &c.

Lego

Lego, *generis falsa est ea fabula vestri;*
Sed ferus, & captus &c.

Ead. Fab. vers. 145. *nam jam pendebat in auras,*
Et modo factus erat fulvis Haliaeetus alis.
Forte, *in auris, Ut modò.*

Fab. v. vers. 285.
Et setae densis similes hastilibus horrent:
Stantque velut vallum, velut alta hastilia setae.
Bene Naugerio praestanti illo suo judicio ex duobus his versibus unius sententiae excludendum censuit priorem. Atque id ego jam feceram, cùm Naugerium mihi praeiviſſe nescirem.

Ead. Fab. ante vers. 318. in vulgatis,
Venit Atalante Schoenei pulcherrima virgo.
Hic versus adeo Poëtae non est, ut ne verificatore quidem dignus sit. & superstitio incessit Berſmanno, qui eum è carminis serie non ejecerit.

Ead. Fab. vers. 356.
Emicat ex oculis, spirat quoque pectore flammas.
Ne hic quidem versus per me in Ovidio possessionem retinebit, tametsi nemo adhuc controversiam illi fecerit. Agedum paullulum eum excutiamus. *Emicat ex oculis.* hoc nihili est. *spirat quoque pectore flammas.* hoc incredibile est. & tamen totus versus minor est illis: *nec fulmine lenius arsit*; quibus praeclarus iste Ovidioboêthus velut afflatus est, ut exsucci Poëtae jejunitatem pingui suo supplemento incrassatum iret. Deinde cùm Poëta superius vers. 284. dixerit: *Sanguine & igne micant oculi*, ad quae illud *Emicat ex oculis* ne adspirat quidem, atque ibi ferae descriptionem in totum executus sit, cur eam hîc denuo describere inciperet? praesertim cùm quidquid post *nec fulmine lenius arsit* dixisset, ferae, ut tormento acto ponderi, in venantes impetum daturae futura esset mora. Et haec mihi quidem sufficiunt, ut versiculum sine pondere & arte ex Ovidio facessere jubeam. Si quis verò ignorantium quid distent aera lupinis, velut mirifici aut delicati versus jacturâ commovetur, is sibi illum habeat, & Pulicis quoque lectione ac Philomelae se oblectet licet.

Fab. x. vers. 619. *tamen una recepit,*
Parva quidem, stipulis, & canna tecta palustri.
Lego, *stipulisque & canna.*

Ead. Fab. vers. 698.
Dumque ea mirantur, dum deflent fata suorum;
Mersa vident, quaeruntque suae pia culmina villae:
Sola loco stabant, dum deflent fata locorum,
Illa vetus dominis &c.
Berſman. notat penultimum versum in quibusdam omitti. Sed qui illum omittit, etiam antecedentem omittere debet. & certe neuter Ovidii est, & legendum,
Dumque ea mirantur, dum deflent fata locorum,
Illa vetus.
Stramina flavescunt.
Puto legendum, *fulvescunt:*
adopertaque marmore tellus.
Concipiunt Baucisque preces, timidusque Philemon.
Rectè hunc versum Heinsius pro superfluo habuit; est enim supernè repetitus, nec huic loco necessarius.

LIBRO IX.

Fab. I. vers. 25.
Matris adulterio patrem petis: elige &c.
Quae praecedunt, & quae sequuntur, docent haec efferenda per Interrogationem:
Matris adulterio patrem petis? Elige

Ead. Fab. vers. 78.
Angebar, ceu guttura forcipe pressus.
Legend. *ceu forcipe guttura pressus.* neque enim comparationem sumit à presso gutture, sed pressionis à forcipe.

Fab. II. vers. 101.
At te, Nesse ferox, ejusdem virginis ardor
Perdiderat, volucri trajectum terga sagittâ.
Quomodo *perdiderat?* quando hoc non ante Acheloi & Herculis duellum, sed post accidit? Nempe legendum,
Perdidit à volucri.

Fab. III. vers. 137.
—— *cùm fama loquax pervenit ad aures*
Deïanira tuas, quae veris addere falsa
Gaudet, & è minimo sua per mendacia crescit.
Amphitryoniaden Iöles ardore teneri
Credit amans.
Distingue: *sua per mendacia crescit,*
A. I. a. teneri. Credit amans &c. Et sic rectè distinctum habet edit. Basil. siquidem teneri non à *credit* pendet, sed à *fama pervenit.* Quod nisi etiam Heinsium fefellisset, non mutasset *pervenit* in *praecessit.* Atque ego, pro *è minimo*, libentius legerim, *è minima.*

Ead. Fab. vers. 148.
Excedam tectis, ac sic nihil amplius obstem?
Lego & distinguo:
Excedam tectis? an, si nihil amplius, obstem?
Pergit enim in deliberatione per contraria.

Ead. Fab. versu statim sequente,
Quid si me, Meleagre, tuam memorem esse sororem?
(Forte paro facinus) quantumque injuria possit
Femineusque dolor, jugulata pellice testor?
Lego & distinguo. *Quid si me, Meleagre, tuam memor esse sororem Forte patro facinus, quantumque &c.* Atque hanc emendationem ne sit necesse probare ipsa se vulgatae lectionis absurditate probat.

Ead. Fab. in vulgatis post vers. 197.
His Cacus horrendum Tiberino littore monstrum.
Quanti interest in Auctoribus legendis agere Criticum, nec omnia pro genuinis arripere, sed judicio quaeque exigere, etiam hic versus documento est; quem si Grammatici animadvertissent esse suppositititium, non eo freti statuissent Cacus primam habere ancipitem. Et me quidem, ut post Naugerium ac Heinsium Ovidio eum non dignandum putem, hoc praecipuè movet, quòd nullâ emen-

emendatione tam venuſtus effici poteſt, quin venuſtior ſit conſecutio,

His lacertis, Hac cervice.

Ead. Fab. verſ. 209.

Saepe retentantem totas infringere veſtes.

Durum & inuſitatum *veſtes infringere; conſcindere* dixiſſet. ſed jam ſupra locutus erat de veſtibus, & ex eo, quod ſequitur, *ſternentemque trabes*, legendum colligimus, *infringere ſilvas.*

Ead. Fab. verſ. 227.

Nunc quoque in Euboico ſcopulus brevis eminet altè Gurgite.

Si ſcopulus brevis eſt, quomodo altè eminet? Nempe pro *altè* legendum *ille.*

Fab. XIII. verſ. 685.

——— *jamque ferendo*
Vexerat illa gravem maturo pondere ventrem.

Dii boni! Ingenioſiſſimos viros adeò alia egiſſe, ut tam immane vitium, quod cùm Ovidium deformat, tum Latinitatem corrumpit & uſum depravat loquendi, non animadverterent? Per hunc enim non vexerat, ſed adhuc vehebat, nondum puerpera, ſed etiamnum gravida. Sed quî oro, tam ruſtica locutio *ventrem vehere*, & quidem *ferendo* vehere, quae in Romana elegantia intolerabilis eſt, credibilis ſit de Ovidio? Equidem cùm horribile mendum viderem, nec corrigendi voluntati facultas mox ſuppeteret, contentionem ipſe mecum ſuſcepi à me impetrandi, quod me praeſtiturum prope deſperaram. Itaque feci ingenio vim, quod, ut Salluſtius ait, ubi intenderis valet: & ſucceſſit emendatio quantivis pretii:

——— *jamque ferendo*
Feſſa erat illa &c.

Ead. Fab. verſ. 712.

Impercepta piâ mendacia fraude latebant.

verſus Monaſticus, non Ovidianus; nec tanti ut emendetur; ſed talis ut explodatur.

Fab. XIV. verſ. 729. *Si dii mihi parcere vellent;*
Perdere debuerant: ſi non & perdere vellent;
Naturale malum ſaltem, & de more dediſſent.
Lego, *ſi non me perdere vellent.*

Ead. Fab. verſ. 754. *nec ut omnia fiant,*
Eſſe potes felix, ut Diique hominesque laborent.
Lego, *& Diique.*

LIBRO X.

Fab. V. verſ. 157. *nulla tamen alitè verti,*
Dignatur, niſi quae portat ſua fulmina terrae.
Veriorem puto lectionem Edit. Baſil. *poſſet ſua fulmina ferre.* Et quod magis ad Grammaticam intereſt, pro *quae* legendum puto *quâ.*

Fab. X. verſ. 399.

Ira Deûm ſive eſt, ſacris placabimus iram.
An, *Sive eſt ira Deûm?* An pro *ſacris* fuit *aris?* Alterutrum verum eſt.

Fab. XI. verſ. 426.

Multaque ut excuteret diros, ſi poſſet, amores,
Addidit. at Virgo ſcit ſe non falſa moneri:
Certa mori tamen eſt. Lego *& Virgo.*

Ead. Fab. verſ. 429.

Vive, ait, haec; potiere tuo; non auſa parente,
Dicere. malim *parentem Dicere.*

Ead. Fab. verſ. 507.

Nec Lucina poteſt parientis voce vocari.

Hic verſus meliùs abeſſet, & quia meliùs abeſſet, Ovidii eſſe non puto. Nam quod ſequitur: *Nitenti tamen eſt ſimilis*; alienum Nominativum interſeri prohibet. Nec Myrrha pariens erat, ſed parturiens. Ut taceam, quod mox adſit Lucina non vocata. Ac vereor interdum, ne quibusdam, tot ex Ovidio verſibus proſcribendis, malè de eo mereri videar, nec tam Naſoni facere medicinam, quàm novis eum gravioribusque conſauciare vulneribus, &, ut Plautino utar verbo, deartuare. Quod contra in memoria habendum eſt, id quod viri doctiſſimi jam pridem teſtificati ſunt, in neminem Poëtarum plus ſibi temeritatem ſciolorum quorundam permiſiſſe quàm in hunc, ut cui, pro candore ac facilitate ſuâ uni omnium maximè inter manus verſanti, facillimè poſſent ineptiarum ſuarum ſcabiem affricare: quâ qui elegantiſſimum Poëtam purget ac detergat, priſtinoque ſuo nitori reſtituat, hunc plus illi conferre exiſtimo quàm qui, neglectâ corporis curâ, variis corruptelis atque incruſtationibus velut ulceribus ſcatentem Commentariorum veſte circumdet. Ac ſi bene Naſonem novi, eo eſt faſtidio, ut faciliùs ſuorum verſuum duos ſit amiſſurus quàm unum admiſſurus alienum: Nec iniqua mea erit poſtulatio, ut, qui verſus, quos ego obelis confodi, pro Ovidianis defendendos ducet, tam ſolidas afferat rationes, cur Ovidii ſint, quàm ego attuli cur non ſint, & demonſtrationibus mecum, non auctoritatibus pugnet.

LIBRO XI.

Fab. II. verſ. 55.

Hic ferus expoſitum peregrinis anguis arenis
Os petit, & ſparſos ſtillanti rore capillos
Lambit, & hymniferos inhiat divellere vultus.

Ultimum verſum non legi in MS. annotavit Bersmannus, & certè tam verbo *lambit* quàm nomine *hymniferos* ineptus eſt. Quis enim credat avidum ſerpentem potiùs lambere voluiſſe crinem quàm carnem mandere, ſi caput attigit Orphei? Et quis, niſi Monachus fortaſſis, dicat: *vultus hymniferos?* Ego ne os quidem *hymniferum* dixerim, ſed *hymniſonum.* At ne ſuperior quidem verſus probae monetae eſt, cùm potiùs deberet eſſe *ſparſo ſtillantes rore capillos*; & pro *ſparſo*, *ſalſo.* Sed quo, ſive *ſtillantes*, ſive *ſtillanti*, cùm caput humi jaceat? Verùm ut ad emendationem accedam, illud, quod nunc eſt *ſparſos*, credo fuiſſe *ſacros*, & hoc modo ſcripſiſſe Ovidium:

Os petit, & sacros inhiat divellere vultus.

Fab. III. vers. 70. *Quae vidère nefas.*

Melius videretur, *Quae juvere.*

Ead. Fab. vers. 83. *Longos quoque brachia vera*
Esse putes ramos.

Melior sine dubio est lectio: *porrectaque brachia veros.* Sed cùm codices diligentissimi Ciofani utramque habeant lectionem, si cui prior structura magis placet, is legat: *veros quoque brachia longa.*

Fab. V. vers. 163. *Carmine deliniit.*

Legend. *delinit.* est enim secunda longa, & *insonat* praecessit, praesens videlicet, non praeteritum.

Fab. VIII. vers. 264. *Exhibita estque Thetis.*

Cur non *Exhibuitque Thetin*, quod nitidius esset? & fortassis fuit, ut Lib. VI. vers. 43.

Tum Dea, venit, ait; formamque removit anilem,
Palladaque exhibuit.

Fab. IX. vers. 299.

Illius virtus reges gentesque subegit.

Versus hic nescio quomodo aures meas non implet, & existimo fuisse: *Illa ejus virtus.*

Fab. X. vers. 351.

Pendet & ipse metu trepidus Trachynius heros.

Quomodo etiam Ceyx metu trepidus pendet, cùm Peleus, cujus res agebatur, non trepidet, sed plane interritus famulum quidquid apportet enarrare jubeat? Et quae trepidationis causa, cum armentarius non periculum, sed cladem nuntiet, in qua major est dolor quàm timor? Denique cùm in sermone duorum personae sint, *Hic*, & *Ille*, quo tertia persona Ceycis, nisi ad orationem perturbandam. Tolle igitur versum, & ex meliore orationis junctura Ovidii non esse constabit.

Fab. XIII. vers. 643.

Ille in humum, saxumque, undamque, trabemque,
Quaeque carent anima, fallaciter omnia transit.

Exiitimassem esse vitium Typographicum, nisi Heinsius quoque sic haberet: unde admonendum est, *transfert* legi debere, non *transit.*

LIBRO XII.

Fab. I. vers. 25. *& sunt qui parcere Trojae*
Neptunum credant, quia moenia fecerat urbis.
malim *fecerit.*

Fab. III. vers. 132. *Gladioque adversa reducto*
Ter quater ora viri capulo cava tempora pulsat.
Forte, *Viri*, *& capulo.*

Fab. VII. vers. 624. *Soli Telamone creato,*
Laërtaeque fuit tantae fiducia laudis.
Lego. *Solis Telamone creatis*
Laerteque.

LIBRO XIII.

Fab. I. vers. 254.

Arma negate mihi, fueritque benignior Ajax.

Muretus: *ferat haec ut dignior Ajax.*

Mihi quidem *benignior* non placet; sed emendatio Mureti nimiùm à scriptura recedit. medio certissimus ibis:

fueritque his dignior Ajax.

Fab. II. vers. 294.

Diversasque urbes, nitidumque Orionis ensem.

Inter sidera nullae urbes. Lego:

Diversosque orbes.

Ead. Fab. vers. 332.

Utque tui mihi, sic fiat tibi copia nostri.

Versus huic loco ineptus, nec est verbum quo sustentetur; & Muretus jam olim delendum censuit, ut qui in libro Vaticano non reperiatur.

LIBRO XIV.

Fab. I. vers. 23.

Nec medeare mihi, sanesque haec vulnera mando:
Fineque nil opus est: partem ferat illa caloris.

Fineque primo statim intuitu corruptum apparet. Lego: *Frigore nil opus est.*

Ead. Fab. vers. 30.

Dignus eras ultro poteras certeque rogari.

Versus, quomodocumque interpungatur, planè rudis & vix tolerabilis in puero, qui versus primùm facere incipiat, nedum talis, ut adscribi debeat consummato Poëtae: Verùm quàm apertè mendosus, tàm correctu difficilis, & cujus veram emendationem vix ausim polliceri, sed verae proximam, & tantisper placituram, dum quis probabiliorem attulerit:

Dignus eras ultrò ponti à consorte rogari.

Ponti consors Ovidiana phrasis est, ut Epist. Briseidos, vers. 47. *Consortes generisque necisque*, & Epist. Sapphus, vers. 29. *Alcaeus consors patriaeque lyraeque.* Sed profectò ipsa phrasis & scripturae utriusque propinquitas me inducit, ut, quod praefiscini dictum sit, nihil veriùs aut feliciùs in Ovidio me emendasse existimem.

Ead. Fab. vers. 58.

Ter novies carmen magico demurmurat ore.

De hujus lectionis veritate fateor me dubitasse: propterea quod ter novies esset vicies septies, qui numerus in incantationibus veneficarum incognitus est. At cùm Glaucus libro superiore extremo vers. 952. de se referat:

Et purgante nefas novies mihi carmine dicto, &c.

Ter novies non intelligendum est vicies septies, sed pro eo, quod est, ter vel novies, ut dici solet *ter quater.*

Fab. V. vers. 169.

Haec mihi ni potior domus est Ithacique carina:

Lego, *Hac mihi si potior domus est Ithaceque carinâ.* Nempe si domus Ithaceque potior est mihi hac carina. Achaemenides ipse de se apud Virgilium Æneid. III. vers. 613. *Sum patria ex Ithaca.*

Fab. VII. vers. 325.

—— *neque adhuc spectasse tot annos*
Quinquennem poterat Grajam quater edere pugnam.

Locus ad Æsculapii fanum spectare manifestus, &

in

in quo ſanitati reſtituendo multi laborarunt, ſed parvo profectu. Optimè quidem horum, qui legunt :

——— *nec adhuc ſpectaſſe per annos*
Quinquennem poterat Grajos quater edere pugnam.

Verum ut ſenſum attingunt, ita verbis deficiunt, vel potius ſecedunt : nam & inſcita locutio eſt, *poterat ſpectaſſe Grajos edere :* nec Graecus ad Graecum putandus eſt dixiſſe *Grajos*, ubi nullae erant partes, vel alii, qui etiam quinquennale certamen ederent. Hic tamen tam periculoſè aeger, ac propè conclamatus, ope noſtrâ convaluiſſe vulgabitur, ſi ad emendationem noſtram doctorum conſenſus accedat, legendum eſſe :

——— *nec adhuc ſpectaſſe per annos*
Quinquennem poterat ſacram quater Elide pugnam.

pro *ſacram* facit illud Senecae Herc. Fur. verſ. 840.

Quantus Eléum ruit ad Tonantem,
Quinta cùm ſacrum revocavit aeſtas.

Si quis tamen *Grajam*, vel potiùs *Grajûm*, malit, non admodum repugnaverim.

Fab. IX. verſ. 464.

——— *neve haec commenta putetis :*
(*Admonitu quamquam luctus renoventur amari,*)
Perpetiar memorare tamen.

Non ſolet Ovidius, ut nemo ſolet, orationem alicui attribuere absque *ait*, vel *inquit*, aut ſimili formula. unde mihi ſuſpicio primùm inciderat, verſum excidiſſe, quo talis formula contineretur; ſed attentiùs conſideranti viſum eſt adeſſe quod quaerimus, ſed mutatione corruptum : Nempe cùm oratio concepta fuiſſet ἀνακολουθῶς, & *tamen* deſiderari quispiam annotaſſet, ut apud Virg. Æneid. II. verſ. 12.

Quamquam animus meminiſſe horret, &c.

adſcriptitia vox in ordinariae locum invaſit. Quae animadverſio dum labefactetur mea, lectionem tenebo :

Admonitu quamquam luctus renoventur amari,
Perpetiar memorare, inquit.

Fab. XV. verſ. 657.

——— *tantoque potentior, inquit,*
Omnibus es Nymphis, quas continet Albula ripis,
Salve virginei flos illibate pudoris.

Notat Berſm. eſſe libros & MSS. & formis excuſos, in quibus legatur *peritior:* ex quo mihi legendum videtur, *petitior.* novè fortaſſis, ſed aptiſſimè, & eadem formâ, qua fecit *cognitius* in oratione Glauci ad Circen. Porrò cùm duo verſus ſequentes à multis editionibus abſint, ut alterius quàm Ovidianae monetae, mihi hemiſtichion, *Omnibus es Nymphis*, ſe ut legitimum probat. Alteri erugendo non ſum hodie, & tamen ſpero me cum Deo cras vel perendie aptiorem fore. Atque ecce, quod defectum tantisper ſuppleat, dum nec pro vero defendi, nec pro falſo excludi poteſt, melius eo, cui ſuccedit :

——— *tantoque petitior, inquit,*
Omnibus es Nymphis, quanto tua mala mariſcis.

At verſus *Salve virginei &c.* ineptus eſt, nec pro Vertumno, qui eam, cujus virginitati ſtruebat inſidias, à virginitate laudare non debuit.

Fab. XVIII. verſ. 827.

Pulchra ſubit facies, & pulvinaribus altis
Dignior eſt, qualis trabeati forma Quirini.

Diſtinguo. *Dignior, eſt qualis.*

LIBRO XV.

Fab. I. verſ. 25.

Poſtea diſcedunt pariter ſomnusque Deusque,

An igitur Hercules exſpectavit, donec ſomnus diſcederet ? Hoc abſurdum eſt. An Hercule haec elocuto mox ſomnus abiit ? Hoc neceſſariò relinquitur. Quid ergò eſt. *Poſtea ?* ſi nihil eſt, quis Ovidianum dixerit ? At verſus, qui proximè antecedit, cùm Ovidii ſit, ſed non hujus loci, totus locus hoc modo conſtituendus eſt.

——— *patrias age deſere ſedes,*
Et pete diverſi lapidoſas Æſaris undas.
Surgit Alemonides.

tum infrà verſ. 33. ubi legitur :

Et, niſi paruerit plura & graviora minari :

Legend. eſt :

Ac ni paruerit, multa ac metuenda minari.

Nam cur Hercules Myſcelo plura & graviora minaretur, cùm adhuc nihil illi mali accidiſſet ? At poſtquam Hercules minari coepit, tum verò Myſcelus pertimuit. Haec mea eſt ſententia, & quidem adeò certa ac fixa, ut ſi à viris doctis impugnata fuerit, futurum ſit, non me ut pudeat mei, ſed ut temporum noſtrorum miſereat.

Fab. II. verſ. 138.

Unde fames homini vetitorum tanta ciborum eſt ?
Audetis veſci genus ô mortale ?

In quibusdam *immortale*, & *eſt* omittitur : quo moveor, ut legendum exiſtimem :

Unde fames homini vetitorum tanta ciborum,
Audeat ut veſci genus immortale ?

Fab. III. verſ. 216. *Fuit illa dies, qua ſemina tantùm,*
Spesque hominum primae, matrisque habitavimus alvo.

In *matrisque* Enclitica ſupervacua eſt. Lego *matris*, quod & caeſurâ, & ſequente adſpiratione locum tuetur.

Fab. IV. verſ. 272.

——— *& antiquis tam multa tremoribus orbis*
Flumina proſiliunt, aut exſiccata reſidunt.

Legend. videtur: *antiqui compulſa tremoribus orbis*

Fab. VII. verſ. 277.

Et Myſum capitisque ſui, ripaeque prioris,
Poenituiſſe ferunt, alia nunc ire Caycum.

Oratio hiat. Lego, *aliaque exire.*

Virg. VIII. verſ. 74.

Quo te cumque lacus miſerantem incommoda noſtra
Fonte tenet, quocumque ſolo pulcherrimus exis.

Fab. XIX. verſ. 319.

Cui non audita eſt obſcenae Salmacis unda.

Hic locus videtur nonnullos decepiſſe, ut crederent creſcentia in *idis* vel *idos* etiam habere Genitivum pariſyllabum: ex quibus eſt Lotichius pri-

mo verſu Elegiarum, *Sub ſidere Maenalis urſae.* Ego lectione meliori *obſcenae Salmacis undae* hunc errorem unà & caveo & aliis ereptum volo.

Fab. XXVIII. verſ. 364.

I quoque, delectos mactatos obrue tauros.

I quoque mihi non probatur. Ne tamen novam lectionem comminiſci, ſed antiquam reſtituere videndus ſim, aſſequar perſequendo ductu literarum, quo ex *I quoque* reficitur *E grege.* Gregem verò etiam pro armento poni, ut aliorum Poëtarum teſtimoniis ſuperſedeam, locuples teſtis eſt Noſter. de equis libro Operis hujus II. Fab. XV. verſ. 691. *Nobiliumque greges cuſtos ſervabat equarum*, de bobus Lib. I. de Arte. verſ. 325. *Hanc tamen implevit vacca deceptus acerna, Dux gregis.* Cui addo illud Virgil. Lib. VI. verſ. 38.

Nunc grege de intacto ſeptem mactare juvencos
Praeſtiterit.

Fab. II. verſ. 693. *numinis illa*
Senſit onus, preſſaque Dei gravitate carina.
al. *carina eſt.* Sunt qui legant, *preſſa eſtque Dei gravitate carina.* Ego vereor ne locus potiùs depravatus ſit deditâ operâ quàm oſcitantiâ corruptus, & veram eſſe lectionem ſuſpicari inducor: *preſſusque Dei gravitate carinae.*

Ead. Fab. verſ. 715.

Vulturnus, niveisque frequens Sinueſſa colubris.

Si Sinueſſa colubris frequens eſt, an illi nivei ſunt? Potius crediderim Ovidium ſcripſiſſe, *columbis.*

Ead. Fab. verſ. 730.

quaeque ignes Troica ſervat
Veſta tuos.

Malè. Legend. *ſervant.* nempe virgines Veſtales; *Troica* eſt vocativus, Epitheton Veſtae.

Atque haec ſunt, quae nobis hoc tempore in Ovidii Metamorphoſin animadvertenda videbantur.

FABU-

FABULARUM
ET
RERUM MEMORABILIUM
COPIOSUS
INDEX.

A.

Accipiter. 772
Achæmenidis relicti in Ætna liberatio. 946
Achelous in anguem & taurum. 629
Acheloi Atrium. 597
Achilles Græcorum murus. 879
Achillis gesta 943. Mors. 861
de Achillis armis contentio. 885, 886
Acis, a Polyphemo interfectus, in flu vium. 926
Actæon in cervum. 187
Adonis ex Cinyræ & Myrrhæ concubitu. 722, 723
Adonis in Anemonem. 740
Æacus. 510
Æneas inter deos indigetes. 983
Æneæ naves in Nymphas. 981
Æneæ congressus cum Sibylla Cumana. 942, 943
Æneæ pietas. 905
Æneæ navigatio. 984
Æsacus Priami F. Hesperiæ vim afferre conatur, 804. in Mergum mutatur. 805
Æsculapius in serpentem. 1069
Æsculapius Romam arcessitur. 1068. Venit. 1070. Reducit Hippolytum ab inferis. 1058
Æsculapii insignia. 1064
Æstas. 1023
Ætates quatuor hominis. 1022
Æthiopum lacus furorem inducens. 1036
Ætna mons ardens. 1040
Ætnæ incendium. 344
Aglauros in lapidem. 160, 161
Ajax in gladium incumbit, & ejus cruor in Hyacinthum. 886
Ajacis Telamonii pro indipiscendis Achilleis armis oratio. 854, 855
Ajacis fortiter gesta. 855
Alcidamantis filia parit columbam. 488
Althæa in filio frattum mortem ulciscitur. 589
Ambracius judex in saxum. 931
Amenanus fluvius. 1031
Anaxarete in saxum. 994
Andromeda objecta belluæ marinæ. 301
Andromeda liberatori suo nubit. 316. 317
Anemone. 800
Anguis ex hominis spina. 1045
Anigros fluvius. 1031
Anii filiæ in columbas. 907
Annus in quatuor partes. 27
Antigone in ciconiam. 386, 387
Antiphates, Læstrygonum Rex. 953
Antissa in continentem. 1032
Apes e bubulo cadavere. 1042
Apes primo sine pedibus. 1044
Apollo & Neptunus Trojana mœnia ædificant. 761, 762
Apollinis adulteria 388, 392
Appulus pastor in oleastrum. 976
Aquæ frigidæ in calidas. 1070
Aquæ in terras. 323
Arachne in araneam. 393
Arachnes cum Pallade certamen. 380
Arcas Calistûs filius. 128
Ardea avis ex urbe Turni crematâ. 1027
Arethusa in fontem. 368
Argi oculi in caudam Pavonis. 85
Ariadnæ corona in sidus. 562
Aries in agnum. 480
Arne in monedulam. 507
Ascalaphus in bubonem. 364
Asterie. 387
Atalanta in leænam. 738
Atalantæ velocitas. 730
Athamanis fons. 959
Athamas furens se occidit. 283, 284
Atlas in montem. 299
Attis in pinum. 693
Aves ex ovi medulla. 1045
Augustus major Cæsare. 1084
Autumnus. 1023

B.

Bacchantium habitus. 236, 237
Baccharum habitus. 745
Bacchus insuitur femori Jovis. 193
Bacchus in puerum. 220
Bacchi acclamationes & cognomina 237
Bacchi nutrices rejuvenescunt. 477
Bacchi adulterium. 387
Battus in silicem. 151
Baucis & Philæmon. 603
Bombyces in papiliones. 1043
Boreas, raptor Orithyiæ. 440
Bos in apes. 1042, 1043
Boves hostiæ. 1017
Buris urbs absorpta a mari. 1033
Byblis fratrem amat. 662
Byblis in fontem. 672
Byblicis repulsæ querela. 668
Byblidis literæ ad Caunum. 664

C.

Cadmus & Hermione in dracones. 292
Cadmus sorore non inventa Thebas condit. 169
Cadmi congressus cum serpente & de eo victoria. 175, 176
Cæneus invulnerabilis opprimitur silvis 844. mutatur in avem. 845
Cænis in virum ferro invulnerabilem. 826
Cænis a Neptuno compressa optat mutari in virum. 825
Cæsar in stellam. 1083
Cæsaris mors. 1082
Cajeta nutrix Æneæ. 970
Calculi nigri in candidos. 1011
Callisto in ursam. 129, 130
Callisto & Arcas in sidera. 132
Calliopes cantus. 342
Calirrhoës filii impuberes in viros. 657
Calydonii apri descriptio. 572
cum Calydonio apro pugna. 573, 579. de eodem victoria. 584, 585
Cancer in scorpium. 1043
Canens uxor Pici. 962
Canis & vulpes in saxa. 536
Cannæ vocales. 758
Caper hostia. 1016
Carnium esus detestandus. 1054
Caicus fluvius. 1030
Centauri nuptias Pirithoi interturbant. 826, 827
Cephalus ex formicis cives recipit. 523
Cephali telum inevitabile. 528
Cephenorum pugna. 318
Cepheni in saxa. 329, 330
Cephisi nepos in Phocam. 492
Cerambus in avem. 483
Ceraste. 705
Cerberus. 279
Cerberi spuma in Aconitum. 497
Cercopes in simias. 940
Cereris laus. 343
Ceres advertit raptum filiæ. 360
Cerva pro Iphigenia supposita. 810
Cervus mansuetus Cyparissi. 696
Ceyx it consultum Phœbum. 780
Ceyx in halcedinem. 800. 801
Ceyx Halcyonæ apparet in somnis. 797
Ceycis infelix navigatio. 784
Ceycis naufragium. 786. 787
Chamæleontis natura. 1048
Chaos in Elementa. 10 & 12
Chione a Diana interfecta. 771
Chiron, Saturni filius. 392
Ciconum fluvius saxificus. 1035
Cinyræ natæ in gradus templi. 387
Cippus cornutus. 1061
Circæ aula & Pediseguæ. 954, 955
Circe amat Picum. 963
Circes veneficia. 859
Citorius fons vino infestus. 1037

Clytie Nympha in heliotropium. 260
Coæ matres cornutæ. 487
Columbæ. 907
Combe in avem. 491
Coralium. 306
Coralium ex molli durum. 1049
Cornu copiæ. 630
Coronis Phlegyæ F. Phœbum amatorem fallit. 141
Coronis transfixa telo ab Apolline. 133
Coronis Coronei F. in cornicem. 136
Corvus candidus proditor Coronidis. 141
Crabrones ex equo. 1042
Crathis capilli electro facit similes. 1035
Crepusculum. 276
Creusa cum patre exusta. 489
Crocos in florem. 263
Croton, Herculis hospes. 1008
Cyane, prohibitura raptum Proserpinæ, in fontem. 360
Cycnus Rex in olorem. 121
Cycnus Hyries F. in olorem. 489
Cygni natura. 121
Cygni & Achillis certamen. 814
Cygnus invulnerabilis ab Achille strangulatur. 820
Cygnus in avem. *ibid.*
Cyllarus Centaurus formosissimus. 837
Cyllarus cum uxore occumbit. 838, 839
Cyparissus in cupressum. 694

D.

Dædalion in accipitrem. 769
Dædalus volucer. 560, 561
Danaides. 295
Daphne in laurum. 66, 167
Deianiræ forma. 625
Dentes serpentini in homines. 178
Deorum potestas. 603
Deorum cum Typhœo pugna, & cum in fugam conjecti essent, secutæ mutationes. 340
Dercetis in piscem. 241
à Deucalione jacti lapides in viros. 54. 55
Dictyos mira mors. 833
Diluvii descriptio. 43, 44
Diomedis errores. 474
Diomedis a bello reversi sedes. 976
Diomedis socii in aves Diomedeas. 974. 975
Draco Hesperius. 461
Draco in saxum. 484
Dryantis Thessali virtus. 830
Dryope in arborem. 652, 653

E.

Echinades insulæ. 600
Echo Junonis F. in vocem. 204. in silvis. 209
Egeria, Numæ uxor. 973
Egeria in fontem. 1059
Electrum ex lacrimis sororum Phaëtontis. 120
Elementorum mutationes. 1028
Equus in crabrones. 1042
Erasinus fluvius. 1030
Eridanus. 117
Erigone ab Apolline vitiata. 392
Erisichton Cereris lucum violat. 617
Erisichtonis fames. 618, 619
Erisichtonis filia in piscatorem & alias deinde formas. 621
Eumelii filia in avem. 492
Euphorbus in Pythagoram. 1070
Europa a Jove abducta & vitiata. 164, 165
Eurylochus non mutatur a Circe. 958

F.

Fama domus descriptio. 810, 811
Famis descriptio. 620, 621
Fatorum series in Adamante. 1080
Filiarum Orionis exustarum favillæ in duos juvenes. 910
Fontes & flumina orbis celeberrima. 111, 112
Formicæ in Myrmidonas. 524
Fulmina Jovis secunda. 197
Fungi in homines. 495
Furiarum ornatus. 283

G.

Galantis in mustelam. 650, 651
Ganymedis raptus. 698
Gestus ingressuri aquas. 271
Gestus tollentis securim. 586
Gestus se elevantis e terra. 304 & 157
Gestus & habitus currentis. 736
Gestus expergiscentis. 795
Gigantum sanguis in homines. 32
Glaucus in Deum maris. 930, 931
Gleba in puerum. 1059
Græcorum expeditio contra Trojanos. 808

H.

Hæmus in montem. 386
Halcyones vota pro Ceyce marito. 791
Halcyone in halcedinem. 801
Hammonis fons. 1034
Hecuba Ulixi sorte obtingit. 890
Hecuba Polydori corpus invenit. 897
Hecuba in canem. 900
Helenæ forma ætate deterior. 731
Helice urbs absorpta a mari. 1033
Herculis & Acheloi congressus. 627
Herculis labores. 840
Herculis sagittæ ad Trojam vincendam necessariæ. 645
Herculis ingentia facinora. 847
Hercules, ab uxore missa Nessi veste venenata, interimitur. 636, 637
Herculis apotheosis. 643
Ex Hermaphrodito & Salmace unum corpus. 273, 274
Hersilia in Oram deam. 1004, 1005
Hesperie fugit vitium illatum ab Æsaco. 804
Hiems. 1023
Hippomenes cursu cum Atalanta certat. 735, 736
Hippomenes in leonem. 738
Hippolyti mors. 1058
Hippolytus Virbius. 1058
Hirundo. 438
Humani generis reparatio per lapides. 53
Hyacinthus in florem. 703
Hyacinthus. 886
Hyæna modo mas, modo fœmina. 1048
Hypanis fluvius. 1031
Hyrie in stagnum. 489

I.

Jason potitur vellere aureo. 465
Icari volatus & submersio. 564
Icarium mare, insulæ. 567
Ilithya in vetulam. 649
Inferorum aditus & descriptio. 278, 279
Ino, uxor Athamantis, in Leucotheam. 288, 289
Insitio. 987, 988
Invidiæ descriptio. 156
Inûs comites Sidoniæ in saxa. 290
Io comprimitur a Jove. 72
Io Inachi F. in vaccam. 74, 75
Io in Isidem. 88
Iolaus senex in juvenem. 635
Jovis adulteria. 387, 388
Jovis tres filii justitiâ maxime insignes. 660, 661
Iphigenia immolata. 810
Iphis nomen commune viro & fœminæ,
Iphis puella ardet in puella. *ibid.*
Iphis puella in masculum. 683
Iphis amore Anaxaretes se ad summos ejusdem postes suspendit. 994
Iris. 283, 795
Isidis comitatus. 681
Isse ab Apolline vitiata. 392
Itys patri apponitur devorandus. 433. 434
Julius Cæsar in cometem. 1083
Juno in Beroën. 194
Juppiter in Dianam. 125
Juppiter caussâ rapiendæ Europæ in taurum. 165
Juppiter in aquilam. 698
Ixion. 281

L.

Labyrinthus Dædali. 561
Lacteus circulus. 34
Lanificii partes. 379
Lanificii tres partes. 236, 437
Laurus Apollini sacra. 68
Lethæa in saxum. 690
Leucades insulæ, olim continens. 1032
Leucothea. 289
Leucotheë a Phœbo compressa in arborem turiferam. 259
Leucotheë defoditur viva. 256
Lotis nympha in arborem sui nominis. 653
Lunæ mutationes. 1022
Lupi rabies. 775
Lupus Pelei armenta vastans in lapidem. 778
Luscinia. 436
Lycaon in lupum. 40
Lychas in scopulum. 642, 643
Lycii rustici in ranas. 412
Lycus fluvius. 1029
Lynceus fluvius inebriat. 1038
Lyncurium ex lyncum natura. 1048
Lyncus, eædem parans Triptolemo, in lyncem feram. 373

M.

Manto vates. 366
Marsyæ supplicium. 414, 415

Me-

Medæa Æsoni reparat juventutem. 475
Medeæ amor erga Jasonem. 446. 447
Meduſæi capitis guttæ ſanguineæ in ſerpentes. 296
Meduſæ crines in angues. 311, 312
Melantho a Neptuno compreſſa. 390
Meleager interimit avunculos ſuos. 588. aper ab eo conficitur. 588
Meleagri ſorores in Meleagrides. 595, 596
Melicertes. 286
Memnonis rogi favillæ in aves Memnonides. 903
Menephron in feram. 492
Mercurius in paſtorem. 79
Mercurius vitiat Chionem. 770
Mergus. 803
à Mida tacta in aurum. 753, 754
Midæ aures in aſininas. 759
Miletus è Minois regno fugit. 661
Milo Crotoniates. 1025
Mineides Thebanæ in veſpertiliones. 276
Minerva in anum. 380
Minos Scyllam proditricem patris repudiat. 553
Minthe nympha in mentham herbam. 741
Moloſſi filii in aves. 913
Montes altiſſimi. 109
Montes in valles. 1028
Mopſus Theſſalus. 841
Mori alba poma in ſanguinea. 252
Mundus in ſecula ſive ætates quatuor. 23, 24
Mutationes rerum. 1020
Myrmidones. 524
Myrrha deperit parentem. 712. & fruitur. 713
Myrrha in arborem. 723, 724

N.

NAides in Echinadas inſulas. 599, 600
Nais in piſcem. 242
Narciſſus Cephiſi F. ab Echo amatur. 204
Narciſſus, periens ſui amore, in florem mutatur. 215
Navis, ab Alcinoo Ulixi data, in ſaxum. 985
Neptunus fretum è terra elicit percuſſu tridentis. 385
Neptuni adulteria. 389
Neſſi cruor in venenum. 632
Nſtoris ætas. 822
Niobes jactantia. 646
Niobes VII. filiorum & VII. filiarum mortes. 401-403
Niobe in marmor. 407
Niſus rex in halyæetum. 558
Numa Deorum cultum inſtituit. 1054
Nyctimene in noctuam. 140
Nympharum, Satyrorum, &c. lacrymæ, ob Marſyam excoriatum in flumen. 413, 414

O.

OCythoë in equam. 146
Olea Minervæ. 393
Oleaſter. 977
Olenus in ſaxum. 689. 690
Olor. 489
Omina nuptiarum inauſpicata. 420, 421
Oppidum Phrygium quoddam in ſtagnum. 609. 610
Ora dea. 1006
Orbis incendium. 108
Orgiorum deſcriptio. 217, 218
Orithyia à Borea rapitur. 440
Orphei infauſtæ nuptiæ. 685
Orphei deſcenſus ad inferos. *ibid.*
Orpheus diſcerpitur a Bacchis. *ibid.*
Orphei Lyra. 692
Ortygia olim fuit natans inſula. 1039
Oves hoſtiæ. 1016
Ovidius quando ſcripſerit Metamorphoſes. 1085

P.

PActolus Fl. fit auriger. 756
Palæmon. 289
Palamedes. 860
Pallenæi viri in aves. 1041
Palingeneſia Pythagoræ. 1016. *ſeq.*
Pan cantu certat cum Apolline. 757
Papilio e bombycibus. 1043
Παρακυπτῶ in ſaxum. 689
Pegaſus è collo Meduſæ. 311
Peleus Thetin procatur. 765. ea conſilio Protei fruitur. 768
Pelei fortitudo. 835
Pelias aſtu Medeæ a natabus ſuis interficitur. 479
Pelopis humerus e carneo in eburneum. 416
Pentheus Tireſiam ridet & Bacchi ſacra. 216
Pentheus a Bacchis diſcerpitur. 233
Perdix in avem. 567
Periclymenus in varias formas, & poſtremo in aquilam. 847
Perimele in inſulam. 600
Periphas in avem. 496
Perſei & Andromedæ nuptiæ. 308, 309
Peſtilentiæ cauſſa & deſcriptio. 513, 515
Phædra. 1054
Phaëthon præceps in Eridanum. 116, 117
Phaëthontis ſorores in arbores. 119
Pharos in continentem. 1032
Philemonis & Baucidis domus in templum. 611
Philæmon & Baucis in arbores. *ibid.*
Philomela in luſciniam. 438
Philomelam Tereus deperit & vitiat. 420
Phineus in ſaxum. 331, 332
Phineus in avem. 496
Phœbus in Chionem. 770
Phœnix ex ſeipſo. 1046
Picæ. 338 & 375
Pici comites in varias formas. 966
Picus Latii rex. 959
Picus à Circe mutatur in avem ſui nominis. 464, 465
Pierides Muſas provocant. 338, 339
Pierides in picas. 309 & 375
Pirithoi nuptiæ. 833
Pirithoi virtus. 835
Planities in montes. 1028
Polydectes in lapidem. 333
Polymeſtor Polydorum occidit. 897
Polymeſtori eruuntur ab Hecuba oculi. 899
Polypemonis neptis in avem. 496
Polyphemus amator Galatheæ. 916
Polyphemi cantilena. 918. opes. 920
Polyphemi excæcati querela. 948
Polyphemus homines devorat. 951
Polyxena ſacrificium fit Achilli. 892
Pomona. 987
Procris Cephali uxor. 540
Procris a marito interfecta. 541
Prodigia ante Cæſaris mortem. 1079
Prœtus in ſaxum. 332, 333
Progne in hirundinem. 426
Propœtides in ſilicem. 706, 707
Proſerpina partim apud ſuperos, partim apud inferos. 363
Proteſilaus. 813
Proteus in varias formas. 612
Puer quidam in ſtellionem. 358
Pygmalionis ſtatua in puellam mutata. 707, 708
Pygmæi. 386
Pyramus ſibi manus infert. 249
Pyreneus Muſarum violator. 337. ejusdem præcipitium. 340
à Pyrrha jacti lapides in mulieres. 53
Pythagoræ dogmata. 1013. *ſeq.*
Pythagoræ μετεμψύχωσις. 1020
Python ſerpens occiſus ab Apolline. 57

Q.

QVirinus. 1005

R.

RAna ex limo. 1044
Regnorum mutationes. 1051. *ſeq.*
Rhadamantus. 660
Rheſus ab Ulixe interemtus. 876
Rhodope in montem. 386
Rhœti Centauri ſtrenuitas. 830
Roma ſit è Troja. 1051
Romuli lancea in arborem. 1060
Romulus in Deum Quirinum. 1006
Ruſtici pauperis apparatus. 604 & 608

S.

SAlmácis amat Hermaphroditum. 267, 268
Salmacis fons effeminat. 270
Saturni adulteria. 391, 392
Saxa ex hominibus. 331 & 332
Sciron in petram. 502
Scorpius è cancro. 1043
Scylla in Minois amorem incidit. 547
Scylla in Cirim 558
Scylla in monſtrum. 915 & 934
Scyllæ ſedes. 927
Scyllæ inguina in canes. 936
Scylla in ſaxum. 937
Scythides in aves. 1041
Scython modo vir, modo femina. 263
Semele ex Jove gravida. 194, 195
Semiramis in columbam. 241
Serpens in lapidem. 748
Serpens in ſaxum. *ibid.*
Serræ deſcriptio. 573
Sibylla in vocem. 945
Sibyllæ Cumanæ ætas prorogata a Phœbo. 944, 945
Simiæ. 940
Sirenes, comites Proſerpinæ, ex parte in aves. 366
Siſyphus. 281
Smilax in florem. 263

Sol Veneris & Martis adulterium prodit. 253
Solis aula. 92, 93
Solis comitatus. 94
Solis quatuor equi. 104
Solis mutatio. 1021
Solonis Gnome. 182
Somni ejusque regiæ descriptio. 793
Somnii filii tres. 795, 796
Statua eburnea in puellam. 700
Stellio. 358
Stridor candentis ferri in aquis. 830
Styx Deorum timor. 196
Sus prima hostia. 1016
Sybaris capillos similes reddit electro. 1035
Symplegades olim natantes. 1039
Syrinx nympha in fistulam. 84

T.

TAntalus. 281. & 400
Tarpeia arcem Rom. Sabinis prodit, & ab iisdem necatur. 1000
Tatius Romam invadit. *ibid.*
Telæ laneæ descriptio. 282
Tempestatis descriptio vere Ovidiana. 786
Tereus linguam Philomelæ exsecat. 429
Tereus in upupam. 436
Terra in varias formas. 14. 16
Terra animal. 1040
Terræ in aquas. 1028
Terræ motus. 1033
Thebæ a Cadmo conduntur. 185
Therſites. 875
Theseus agnoscitur patri, & tantum veneno non necatur. 499
Thesei gesta. 502
Thesei & sociorum cum Centauris pugna. 828, 830
Thetis in varias figuras. 765, 766
Thisbe ferro incumbit. 252
Thraciæ mulieres in arbores. 749, 750
Tiresias in feminam, inde denuo in virum. 199
Tityus. 280
Triopeis in varias figuras. 556
Triptolemus agriculturam docet jussu Cereris. 373
Trojana præda. 885
Tumultus descriptio. 315
Turnus Rutulus contra Æneam. 978
Turnus Æneæ classem conatur exurere. *ibid.*
Typhœi supplicium. 343
Tyros insula in continentem. 1032
Tyrrheni nautæ in Delphinos. 227, 228

V.

VAlles in montes. 1028
Venti. 35. & 36
Venus Solis proditionem ulciscitur. 253
Veneris cum Marte adulterium. 253
Veneris ad Jovem oratio pro Julio. 1078
Ver. 1023
Vertumnus in omnes formas. *ibid.*
Vertumnus in annum. 1026
Vespertilio. 276, 277
Virgæ in coralia. 306
Ulixi Achillis arma adjudicantur. 885
Ulixis oratio, ut Achillis arma ipsi decernantur. 863
Ulixis scelerate gesta. 863
Ulixis prudentiæ fructus. 865
Ulixis legatio ad Priamum. *ibid.*
Ulixis fortiter gesta. 869
Ulixis errores. 547. *seq.*
Ulixis socii in porcos. 952 & 255
Ulixis socii in pristinam formam. 957
Upupa. 438
Ursa lambendo fingit catulum. 1044

Z.

ZAncle insula, olim continens. 1032
Zetes & Calaïs ex parte aves. 443
Zodiacus circulus. 95. & 101
Zonæ & circuli. 16

FINIS.